




27 to 2

4



*est expurgat° sequens expurgat° de lat. de
632 f. de de lat. calyco,
B-7557*

OMNIA DIVINI
PLATONIS OPERA
TRALATIONE MARSILII FICINI
EMENDATIONE ET AD GRAECVM CODICEM
COLLATIONE SIMONIS GRYNÆI, Nunc
recens summa diligentia repurgata, quibus
subiunctus est index
uberrimus.



BASILEAE IN OFFICINA FROBENIANA
ANNO M D XXXIX

MARSILII FICINI FLORENTINI

IN LIBROS PLATONIS AD LAURENTIVM

Medicem uirum magnanimum proœmium.

SIMON GRYNÆVS CANDIDO LECTORI S.

PRobare uehementer studii conatusq; & pietatem Marsilij soleo, uiri meo quidem uidere optimi, qui ut philosophiam nobis ueterem gustandam præberet patefaceretq; cum uires suas non ignoraret, nihil curauit, de nomine & fama sua quid fieret, modo studijs & ueritati confuleret bene: cum qui propter utilitatem publicam ingenio cedere uelit nullus facile reperiatur. Itaq; magnam gratiam manibus uiri debemus ob egregia merita. Ac dolet mihi quidem, delitijs literarum inescatos subito iam homines adeo esse, præsertim qui Christianos se profitentur, ut legere nisi quod ad gulam facit, sustineant nihil, unde & disciplina & philosophia ipsa iam fere prorsus etiam à doctis negliguntur. Quod quidem propositum studiorum nisi mature corrigetur, tam magnum rebus incommodum dabit, quam dedit barbaries olim, pertinax res barbaries est fateor, sed minus potest tamen quam illa persuasa prudentia literarum, si ratione caret, sapientia uirtutisq; specie misere mortales circumducens. Nihil enim perniciosius est, quam cum reru & uerborum studia diuiduntur. Succedet igitur, ut arbitror, haud ita multo post, pro rusticana seculi nostri ruditate, captrix illa blandiloquentia, robur animi uirilis omne, omnem uirtutem masculam profligatura, nisi cauetur. Itaq; mihi libuit, eodem quo egregius ille uir, consilio, translatione ipsius cum exemplari graeco diligenter collata, & pro uirili nostra mendis omnibus iam recens per nos repurgata, Platonis philosophiam, quam laudatissime, quantum id per me quidem fieri potest propagare. Nam ut iam olim, cum Graecia Sophistis, uanissimo genere hominum scateret, praestigijs uerborum præcipuos mortalium passim ubiq; ad se trahente, lingua spiritusq; uenali opes sibi constante, & sapientiae nomen turpiter sibi uendicante, Socratis & Platonis grauissimis disputationibus breui effectum est, ut inanissimi homines innotescerent orbi, sic puto solida earundem disputatio, num ui pullulanti malo tempestiue occurreret. Vale lector, & philosophare foeliciter.



DIVINA prouidentia, fortiter attingens omnia, suauiterq; disponens magnanime Laurenti, statuit, religionem sanctam non solum prophetis & Sibyllis, sacrisq; armare doctoribus, uerum etiam uia quadam, elegantiq; philosophia, singulariter exornare: ut ipsa pietas omnium origo bonorum, tam secunda tandem inter omnes sapientiae & eloquentiae professores incederet, quam tuta penes domesticos conuiescit. Oportebat enim religionem (quae unica est ad felicitatem uia) non rursus moribus tantum hominibus, uerum etiam peritioribus communem fore. Qua uide duce omnes ad beatitudinem, cuius gratia nati sumus, & ad quam consequendam, communi studio laboramus, facilius, tutiusq; peruenire possimus. Itaq; deus omnipotens, statutis temporibus diuino Platonis animum ab alto demulit, uita, ingenio, eloquioq; mirabili, religionem sacram apud omnes gentes illustraturum. Cum uero ad haec usq; secula sol Platonius, non dum palam latinis gentibus oriretur, Cosmus Italiae decus, & insignis pietate uir, Platoniam lucem, religioni admodum salutarem, à Graecis ad Latinos propagare contentens, me potissimum intra suos lares plurimum educatum, tanto operi destinauit. Ego autem & si à tenera aetate nominis Platonici cultor, rem tamen adeo grauem, non meis quidem, sed aut tui Cosmi prosperis auspicijs, sum aggressus, sperans diuinam operam tam necessario tamq; pio officio non defuturam. Hac ergo in primis spe ductus Academiam sum ingressus, decemq; ex ea Platonis nostri dialogos, Cosmo prius quam naturae concederet, latinis feci. Post eius obitum patri tuo Petro praestantissimo uiro, dialogos nouem legendos dedi. Postquam uero Petrus e uita decessit, fortuna praclaris saepe operibus inuida, inuitum me à translationis officio distrahebat. Verum tu & religionis cultor, & philosophiae patronus, me ad inceptum omni fauore & auxilio reuocasti. Quamobrem ad institutum munus felicibus iterum auspicijs sum regressus, neq; traduxi tantum, uerum etiam partim argumentis mentem perstrinxim Platoniam, partim quoad potui breuibus commentarijs explicauim. Opus itaq; totum diuino auxilio iam absolutum tibi libentissime dedico. Ad quem illa etiam, quae maioribus tuis inscripta sunt, iure haereditario pertinent, uirum profecto uitae paternaeq; in patria colenda uirtutis haeridem. Leges autem inter dialogos funebrem Platonis orationem pio fratri tuo Iuliano dicatam. Praeterea ubi ad librum de Regno perueneris, uidebis Fredericum Urbinatem duce meo die à me honoratum, quo ipse tuas aedes honorifice salutauit. Non solum uero septem atq; triginta libri, qui solo tuo insigniti sunt titulo, sed cuncti deniq; tui sunt, quandoquidem omnes tui gratia sunt absoluti, atq; ego sum tuus. Neq; uero me Platoniam in his libris styllum omnino expressisse profiteor, neq; rursus ab ullo, quanuis admodum doctiore, unquam exprimi posse confido. Stylum inquam non tam humano eloquio, qm diuino oraculo similem, saepe quidem tonantem altius, saepe uero nectarea suauitate manantem, semper autem arcana coelestia complectentem. Profecto quemadmodum mundus tribus praecipue dotibus est munitus, utilitate, ordine, ornamento: atq; ex his diuinum nobis testatur artificem ista Platoniam styllum continens uniuersum, tribus potissimum abundat muneribus, philosophica sententiarum utilitate, oratorio dispositionis elocutionisq; ordine, florido ornamento poetico, & ubiq; tum diuinis utitur testibus, tum recta certissimum de architecto mundi deo perhibet testimonium. Valeant igitur magnanime Laurenti, ualeant procul omnes, qui minutissimas erudienda pueritia à Platone rationes efflagitant. Erudiant alij rudiores, & eruditi deniq; fores Platonicas adeant, inde non tam puerilia rudimenta, quam diuina mysteria tandem reportaturi. Dixi modo Laurenti tandem. Nam Plato noster anteqm diuina fundat oracula, ne sacra prophanis communia fiant, audientium animos triplici paulatim ad summum calle perducit, purgatione, resolutione, conuersione. Quamobrem multa leguntur apud Platonem ad purgandos perturbationibus animos pertinencia. Plura rursus ad soluendas mentes à sensibus. Plurima etiam ad conuertendas, tum in seipsas, tum in deum omnium autorem, in quem, ueluti solem, rite conuersa, optatis inde ueritatis radijs felici-

Stylus utilitate et ordine, ornamento utitur

Doctrina Platonis tripliciter inuenitur

*Fernandus Pinianus in annotationibus in philosophia folio 37. de maestris
 dicitur in leon inditum protulit
 transibit sic inus homo quidem medicum ingenio et eruditione
 mediocri etiam ~~inditum~~ greca alatinge Chirona equitine praedi
 tres uerum inhumanis litteris studijs parum versatus, superius aspe
 rante inuenerit*

ter illustrentur. Interea Plato noster, dum occultis saepe modis humano generi necessarium tractat officium, interdum iocari uideatur & ludere. Verum Platonici ludi atque iocum multo grauiores sunt quam ieria Stoicorum. Neque enim per humiliora quaedam dedignatur alicubi peruagari, modo sensim auditores captans humiliores facilius ad excelsa perducit. **M**isceat frequenter grauisimo quodam consilio utilia dulcibus, quo modestis sermonis blandi leporebus, animos natura proniores ad uoluptatem, per ipsam uoluptatis escam ad cibum alliciat salutarem. **F**ingit & saepe fabulas more poetico: quippe cum ipse Platonis stylus, non tam philosophicus, quam reuera poeticus uideatur. **F**urit enim interdum atque uagatur, ut uates, & ordinem interea non humanum seruat, sed fatidicum & diuinum: neque tam docentis personam agit, quam sacerdotis cuiusdam atque uatis: partim quidem furentis, partim uero ceteros expiantis, & in diuinum furorē similiter rapientis. **F**abulis uero inter haec ob id potissimum uti uideatur, ut inter uarios Academiae flores oblectetur quidem omnes, sed expiati duntaxat poma decerpant, uescantur suauius, facilius concoquant, perfectius nutriantur. **A**git autem dialogis omnia: ut sermo uiuens, personas loquentes ante oculos ponat, per suadeat efficacius, & moueat uehementius. **A**ccedit ad haec quod amicos (ut par est) opportune dialogis suis honestat, facilius multos posteritati commendans. **P**reterea opinioniones eadem de re diuersae commodius dialogo recensentur. **M**itto quod dialogus mira quadam uarietate delectat, & attentione audientes detinet & legentes. **V**erum quidnam longius per minutiora quaedam & humiliora digredimur? **S**ophia magnanime Laurenti, quae solo Iouis capite nata, ab initio cum eo erat cuncta componens: patrem imitans, ipsa quoque filiam solo capite peperit, Philosophiam nomine, cuius delitiae forent, esse cum filijs hominum. **H**anc igitur in terra quondam per uarias gentes peregrinam excellentiora passim admirabantur ingenia. **Q**uorum in numero Plato noster non solum admiratus est illam: sed & primus & solus ad summum excoluit. **H**uic enim ille primus tanquam sacra sacerdotia cinxit tempora mitra: preterea peplum induit, quod augustissimam filiam Mineruae deceret: caput etiam manusque & pedes suauiter redolentibus inliniuit unguentis. **D**enique solum ipsum quacunquam philosophicum numen incederet, uarijs aspersit floribus, & ornauit. **T**alis erat, atque etiam est huius diuae intra limites Academiae deambulantis habitus, talis ornatus. **Q**uoties uero extra hortos Academicos peruagatur, non solum unguenta semper amittit & flores, sed etiam profanas, saepe incidit in latrones, atque amissis sacerdotij & grauitatis insignibus, nuda passim, & quasi prophana pererrat, adeoque deformis apparet, ut neque Phoebo ulterius Mercurioque suis familiaribus placeat: neque insuper uel a uo Ioui, uel Mineruae matri probetur. **C**eterum statim materno consilio intra parietes & hortos Academiae sese recipiens, antiquum resumit decus: & ibi uelut in patria libentissime requiescit. **Q**uamobrem iuuat a tecum Platonicam Laurenti omnes, tum discendi, tum bene uiuendi cupidos, ad Academiam Platonicam cohortari. **H**ic enim iuuenes uel inter iocandum praecipua morum, uel inter ludendum industriam discendi iucunde admodum, & facile consequuntur. **H**ic utri etiam rei tui familiaris, tum publicae disciplinam abunde perdiscunt. **H**ic senes pro mortali uita, uisam sperant eternam. **I**n Academiae hortis poetae sub lauris canentem Apollinem audiunt. **I**n uestibulo Academiae oratores spe spectant Mercurium declamantem. **I**n porticu uero, & aula iurisconsulti ciuitatumque gubernatores, Iouem ipsum auscultant, facientem leges, iura dictantem, imperia gubernantem. **I**n ipsis denique penetralibus, philosophi Saturnum suum agnoscunt, caelestium arcanorum contemplatorem. **U**bi uero sacerdotes rerumque sacrarum antistites arma reperient, quibus pietatem aduersus impios strenue protegant. **H**uc igitur, huc precor, omnes accedite, qui liberales colitis disciplinas, hic eas, & libertatem uitae pariter adepturi: huc denique cuncti concurrite, quos assequendae ueritatis, & consequendae beatitudinis perpetuus ardor inflammat, hic aspirante deo, ueritatem ad uotum, & felicitatem consecuturi. **V**erum interim admonendi estis, ne temere de rebus Platonicis, immo uero diuinis, seratis sententiam, sed longo & aequo examine iudicetis, neque liuidam in eos censuram exerceatis, qui procul ab omni liuore uobis uigilant & laborant. **I**mmo uero fauete libenter auctori pio, fauete etiam traductori, non solum translatione uerborum, sed explicitatione sententiarum communi omnium utilitati pro uiribus consulenti. **N**olite precor antiquam salutaremque doctrinam, heu iam diu nimis oppressam, nuper autem in lucem diuina

prouidentia prodeunt, insequi crudeliter & opprimere, ne forte quae deus omnipotens uult ubique uiuam, mortalis homo frustra perditam uelit. **D**extera enim domini fecit uirtutem, dextera domini iam exaltauit eam, non morietur, sed uiuet, & narrabit opera domini. **S**ed quoniam optime Laurenti nos ingens in Platonem accensiens tenere modum, traiptrauit amor: Num in Platonis causa declamauimus; oratoriae facundiae principis; Satis enim superque ipse pro sua causa declamauerit, apud eos praesertim, qui perturbationibus uacui, & quos se praestiterint auditores. **T**e uero in praesentia minime adhortabor, mirum in modum ad haec omnia uoluntate propensum, ingenio promptum, studio eruditum. **S**ed optabo duntaxat, ut & legas feliciter, & felicissime uiuas, Marsilij tui memor. **D**um uero Marsilium Ficinum nomino, Philippum quoque Valorē Academicum nostrum intellige pariter nominatum. **N**am si Valor atque Marsilius in Platone defendendo, & in te amando idem sunt, proculdubio inter se quoque sunt idem. **V**alorem tibi Laurenti singularis sua uirtus probat, Platonicus honor laudat, incredibilis in te amor ualde commendat.

PLATONIS VITA ET PRIMMO GENEALOGIA ET GENESIS

PLATO Atheniensis Aristonis & Perictiones siue Potone filius à Neptuno genus utriusque ducit. **N**am Solon à Nereo & Neptuno descendit. **S**olonis uero frater Dropides Critiam maiorem genuit: à quo Caliscrus ortus duos habuit filios, Critiam scilicet minorem, qui unus ex triginta Athenarum gubernatoribus fuit, atque Glauconem Charmidis & Perictiones patrem. **P**erictione uero Aristoni nupta, Platonem peperit & Adimantum & Glauconem. **F**oeminam quoque Potonam: quae Eurymedonti nupta, peperit Speusippum. **R**ursus Ariston Platonis pater à Codro filio Melanti descendit, qui iterum in Neptunum sicut & Solon originem referunt. **F**erunt Athenis celebre esse, Aristonem Perictione cum esset speciosissima congrederi conatum esse. **V**erum fuisse illius conatus irritos, uisisseque in somnis Apollinem, atque ab eo iussu mundam à coniugali copula quoad pareret seruauisse. **Q**uod & Laertius & Polycrates scribunt. **N**ascitur Athenis uel in Aegina à Troie captiuitate anno septingentesimo quinquagesimo sexto: ab Vrbe condita trecentisimotertio: ante Christi aduentum quadringentesimo uigesimotertio. **P**latonis Genesim qualē adolefcens audiueram in libro de Amore significauit: sed nunc adducam qualē Iulius Firmicus Astronomus describit. **C**uius opinio est, hac in re existimo uerorē. **E**st autem eiusmodi: **I**n ascendente a quarto Mars, Mercurius, Venus. **I**n secunda, Sol in piscibus. **I**n quinta, Luna in Geminis. **I**n septima, Iupiter in Leone. **I**n nona, Saturnus in Libra. **H**anc genesim Iulius Firmicus asserit significare uirum, qui mirabili eloquentia polleat, caelestiq; ingenio ad omnia secreta diuinitatis accedat.

EDUCATIO, INDOLES, ERVDITIO, SOBRIETAS PLATONIS

ERTVR, cum in cunis esset, labijs infantis apes mel insudisse, eloquentiae futura praesagium. **A**tiunt Socratem uidisse per somnium oloris pullum sibi in gremio plumescere, qui continuo exortis pennis, expansis alis in altum euolans, suauissimos cantus adiderit. **P**ostridie cum à patre sibi Plato commendatus esset, hunc esse cygnum quem uiderat dixisse. **P**oetico stylo in adolescentia floruit. **E**legias composuit, & tragodias duas, quas & ipse igni dedit, cum primum animum ad philosophiam applicuisset. **P**rimis literis à Dionysio preceptore imbutus est, deinde Socrate audiuit uigesimum annum aetatis agens. **P**ost Socratis mortem Cratylo Heracliti discipulo, & Hermogeni Parmenidis philosophiam uentis sese accommodauit. **C**um esset annorum duodetriginta Megaram se ad Euclidem cum alijs Socraticis contulit. **H**inc Cyrenem profectus Theodorum mathematicum audiuit, atque inde in Italiam ad Pythagoreos Philolaum & Architam Tarentinum Eurytumque concessit. **A**b his in Aegyptum ad prophetas & sacerdotes se recepit. **D**ecreuerat ad Indos Magosque progredi: uerum propter Asiae bella à proposito desistit. **R**egressus demum Athenas in Academia uita duxit, quem in salubrem Atticae locum dicitur elegisse, quod etiam diuus Basilii & Hieronymus comprobant, ut nimis bonus corporis habitus ceu uitis nimia luxuries amputaretur. **E**rat enim & speciosissimo & robustissimo corporis habitus. **V**nde & à latis humeris, ampla fronte, & egregio totius corporis habitu orationisque ubertate, Plato est nuncupatus, cum ante nominatus fuisset Aristocles. **N**ihil in eo deforme nisi forte uox aliquantulum gracilis, & nescio quid sub ceruice gibbosum eum aliquantulum deformabat. **O**b Academiae habitacionem passus est quartanam febrem menses decem atque octo: sed sobrietate & diligentia sua uires post febrem ualidiores quam ante recuperauit.

MILITAVIT ter. Primo in Tanagram, secundo in Corinthu, tertio in Delum, ubi etiam victoria potitus est. In Siciliam ter navigavit. Primo ut insulam & aetna miracula crateresq; uideret. Agebat tunc quadragesimum aetatis annum: quo etiam tempore Dionysius Hermocratis filius ut secum loqueretur impulit: ubi cum ille de tyrannide differeret, dicens non id prestare quod sibi soli esset utile, nisi uirtute etiam excelleret, offensum tyrannum atq; iratum dixisse aiunt: Verba tua otiosorum senum sunt. At ille: **E**t tunc inquit tyrannide sapient. Ad haec indignatum tyrannu primo quide illum necare uoluisse. Deinde uero a Dione & Aristonem obsecratum, id minime effecisse: uerum Polidi Lacedaemonio, qui per id tempus legatus ad se uenerat, cum tradidisse, ut uenundaretur. Eum ille in Aeginam adductu uendidit. Quo tempore & Chabamander tanq; mortis reu accusauit. Sane iuxta peruulgata apud eos lege capitale erat, si quis Atheniensium cam insulam adisset. Ceterum cum a quodam fuisset allegatum, disciplina gratia eo philosophum ascendisse, legemq; sed de hominibus non de philosophis qui super homines sunt, loqui, absolutum eum dimisere: neq; occidendum illum uendendum decreuerunt. Aderat forte Anniceris Cyrenaeus, qui cum uiginti minis redemit, remisitq; Athenas ad amicos. Polidem uero a Cabria superatum & postmo dum in Elice fuisse submersum fama est, a demonio sibi nunciante talia illi philosophi gratia perpeti. Non tamen quieuit Dionysius. Verum cum cognouisset quae illi contigerant, scripsit Platoni, orans ne in se maledicta inuolueret. Ad quem ille scripsit, non tantum sibi a philosophia superesse otij, ut Dionysij meminisset. Obrectatoribus quibusdam Platonem a Dionysio derelictum obiectantibus respondit, immo uero a Platone Dionysius est relictus. Secundo profectus est ad Dionysium iuniorum, ab eo & Dione philosophandi gratia accessit: haec quoq; spe ductus, se suis consilij effecturum, ut illic ex tyrannide, aut republica fieret, aut regnum: usurumq; quod iam diu uehementer optabat, gubernationem scilicet quamdam maxime philosophicam, in qua uel gubernent philosophi, uel gubernatores philosophentur. Putabat enim ciuitates non aliter posse miseriam euitare. Id omne non ui aut dolo sed philosophicis rationibus persuaso Dionysio fieri cupiebat. Sed quarto fere mense post Platonis accessum, Dionysius falsis impulsus calumnijs Dionem quasi tyrannidi insidiantem expulit. Platonem uero libenter, amplectebatur. At Plato in patriam redijt. Tertio accessit, Dionem Dionysio reconciliaturus, & ab utroq; iterum atque iterum obsecratus, rogatus etiam ab Archyta. Tunc & Dionysius uitatam illi triremem obuiam misit, & Archedemum Pythagoricum oratorem, nobilesq; permultos, & ipse quadrigis albis egredientem excepit. Postulauit Plato promissam Dionis restitutionem, atque insuper urbem ac homines qui iuxta constitutam ab eo rempublicam uiuerent. Idq; ille quaquam pollicitus, implere detraxit. Cum uero Plato palam Dionysium redargueret, quod se fessisset fidem, tum sibi de Dione restituendo, tum Theodoti suo de Heraclide seruando; insensum deinde habuit Dionysium: unde in summo uiuebat periculo, ne a militibus interficeretur. Sed Architas Tarentinus Salmiscum misit ad Dionysium oratorem una cum nauis, rogans ut Platonem dimitteret. Ille eum dimisit, ac praebuit commentum: Plato in patriam redijt. Dionysius paulo post a Dione ciuibsq; pulsus tyrannide, criminis in philosophum commissi poenas dedit. Plato miro quodam honore exceptus est in patria, ibiq; ad Rempub. accessit accedere noluit: quia plebs malis se moribus assuefecerat.

QUIBVS PLATO LEGES DEDERIT

LERTYR Arcadas & Thebanos condita ciuitate honeste magnitudinis, rogasse illum, ut eam Rempublicam insitueret. Verum illum cum eos intellexisset aequalitatem sectari nolle, profectum non esse. Syracusanis uero expulso tyranno leges dedit. Et Cretensisbus Magnesia nuper condita siue in saurata ciuitate, scripsit leges duo decim in libros digestas. Misit ex familiaribus suis Aristonymum ad Arcadas legibus insituendos, ad Ilios Phormionem, ad Pyreos Meledimum.

CONTINENTIA, GRAVITAS, COMITAS PLATONIS

MIXIT autem celebs & sobrius admodum, & ut Aurelius Augustinus perhibet, castus. Vnde & in senio sacra natura fecisse dicitur, ut se apud uulgus a crimine sterilitatis absolueret. Iuuenis adeo uerecundus, adeo compositus fuit, ut nunquam ridere, nisi modice, deprehensus sit. Iratum uero uidit nemo. Vnde apud Platonem educatus puer cum ad parentes reuersus uociferante uideret patrem, nunq; inquit hoc apud Platonem uidi. Semel tantum clam subiratus est puero grauitate delinquenti. Sed Xenocrati inquit: Cede tu hunc puerum. Ego enim quia iratus sum, nequeo. Edebat quolibet die aut semel tantu, aut bis, parcissime. Dormiebat solus. Contrariam uitam multum uituperabat. Ad amandos adolescentes, quemadmodum & Socrates suos uidebatur paulo promior, uerum uterq; tam ratione cotinens quam sensu procliuis. Quam diuine isti amauerint, & quo pacto quae de amore loquuti sunt, exponantur, satis in libro de Amore

re tractauimus. Optabat memoriam sui uel in libris, uel in amicis relinquere. Etsi melancholicus erat, profundi diffimiq; ingenij, ut scribit Aristoteles, locis tamen plurimis utebatur, atque Xenocratem & Dionem seueriores sepiissime admonebat, ut Gratij sacra facerent, quo iucundiores gratioresq; redderentur. Platonis autem grauitati comitas erat admixta.

DISCIPVLI PLATONIS PRAECIPVI

DISCIPVLI eius suere, Speusippus Atheniensis, Xenocrates Calcedonius, Aristoteles Stagiritis, Philippus Opuntius, Hestaeus Perinthius, Dio Syracusanus, Amicles Heraclotes, Erastus & Coriscus Scepsij, Timolaus Cyzicenus, Hebion Lampsacenus, Piton & Heraclides Aenij, Hippothales & Calippus Athenienses, Demetrius Amphipolites, Heraclides Ponticus, & complures alij: & cum his mulieres duae, Lasthenia Mantinea, & Axiothea Phylasia: quae uirili utebantur ueste. Theophrastum item illius fuisse auditorem ferunt, & Hyperidem oratorem, Chamaeleon & Lycurgum, & Demosthenem quoque fuisse ipsius studiosum, & Mnesistratum. Vestibulo Academiae inscriptum erat. Nemo huc geometriae expertus ingrediatur. Quod quidem non solum de linearum, sed etiam de affectuum debita mensura uolebat intelligi.

LIBRI QUOS SCRIPSIT PLATO, AC A POSTERIS in quaternitates nouem collecti.

PRIMA QUATERNITAS

Euthyphro: uel de Sanctitate
Apologia Socratis: id est defensio
Crito: uel de eo quod is egit in carcere cum Socrate: uel de agendo
Phaedo: uel de animi immortalitate, uel de anima

Laches: uel de fortitudine
Lysis: uel de amicitia

SEXTA

SECUNDA

Cratylus: uel de recta nominum ratione
Theaetetus: uel de scientia
Sophista: uel de ente
Ciuilis: uel de regno

Euthydemus: uel litigiosus
Protagoras: uel de moribus sapientiae professorum
Gorgias: uel de rhetorica
Meno: uel de uirtute

SEPTIMA

TERTIA

Parmenides: uel de uno omnium principio, & de ideis
Philebus: uel de summo bono, uel de uoluptate
Cominiuum: uel de amore
Phaedrus: uel de pulchro

Hippias maior: uel de pulchro, uel de honesto
Hippias minor: uel de mendacio
Io: uel de furore poetico, uel de Iliade
Menexenus: uel de Attica antiquitate, uel Epitaphius

OCTAVA

QUARTA

Alcibiades primus: uel de natura hominis
Alcibiades secundus: uel de uoto
Hipparchus: uel de studio lucrandi: uel de lucri cupiditate
Amatores: uel de philosophia

Clitopho: uel exhortatorius
De Republica, libri decem, uel de iusto
Timeus: de mundi natura
Critias: uel Atlanticus, uel de Atlantica antiquitate

NONA

QUINTA

Theages: uel de sapientia
Charmides: uel de temperantia

Mimos: uel de lege
De legibus libri duodecim
Epinomis, id est, legum appendix, uel philosophus
Epistola duodecim

HOS omnes Platonis libros ipsi a Graeca lingua translulimus in Latinam. Tres uero sunt Platonis species dialogorum. Aut enim sophistas confutat, aut adolescentes adhortatur, aut docet adultos. Quae in epistolis, uel in libris de legibus, & Epinomi Plato ipse suo disserit ore, certissima uult haberi. Quae uero in ceteris libris, Socratis, Timaei, Parmenidis, Zenonis ore disputat, uerisimilia

Dicitur

Dicitur

Dicitur

persequitur, captus à piratis & uenundatus, etiam tyranno crudelissimo paruit captiuus, uinctus est seruus: tamen quia philosophus, maior emente se fuit. Hæc Hieronymus.

PIETAS ET GRATITUDO PLATONIS

RATVS deo fuit, à quo principium cogitandi, dicendi, agendi, omnibus in rebus, & faciendum dicebat esse, & ipse semper efficiebat. Præterea deo gratias agebat quotidie, quod homo natus esset non brutum: quod Græcus non barbarus: quod temporibus Socratis. Quam gratus præceptoribus fuerit, omnibusq; amicis, testimonio sunt eius dialogi. In quibus mirifice eos omnes honorat, atque Socrati libros suos attribuit. Non solè enim illum in omnibus pene dialogis disputantem inducit, sed etiam omnia à se composita, scribit non sua, sed Socratis esse.

QUAE PLATO AFFIRMAUIT

IN HIS quæ sensibus subiacent, partes Heracliti tuebatur. Porro in his quæ ad intelligentiam pertinent, Pythagora maxime acquiescebat. In rebus autem ciuilibus Socratem suum amplectebatur, quæ ubique assuebat, hæc sunt. Deum omnibus prouidere. Animas hominum immortales esse. Bonorum præmia, malorum supplicia fore. Augustinus in libro contra Academicos inquit, Christi autoritatem omnibus anteponendam. Si autem rationibus agendum sit, apud Platonicos reperire se dicit, quod sacris Christianorum literis non repugnet. Idem Dionysius Areopagita significauit: Eusebius postea & Cyrillus latinus declarauerunt. Hinc Augustinus in libro de uera religione: Platonicus inquit uauis mutatis Christiani ferent. Atq; in confessionibus, narrat se proœmiū Ioannis Euangeliste sermo totum apud Platonicos reperisse. Propterea in secundo de Ciuitate dei inquit: Labeo Theologus apud gentiles, Platonem inter semideos cõnumerandum putauit, sicut Herculem atq; Romulū; semideos autem heroibus anteponebat, sed utrosq; inter numina collocat. Veruntamen istum quem appellat semideum non heroibus tantum, uerumetiam dijs ipsis præferendum esse non dubito. Vnde inquit se Platonicos ante alios elegerit, quia de rebus diuinis atq; humanis rectius admodum quam ceteri philosophi senserit. Quod & Marcus Varro antea iudicauerat. & Apuleius Platonem, non tantum heroibus superiorem fecit, sed dijs æqualem, quia uidelicet diuinarum rerum adyta penetrauerit. Plato tanta fuit modestia præditus, ut cum mirabilem sibi autoritatem ante alios comparauisset, tamen interrogatus à quodam quatenus præceptis suis parendum foret, responderit: quoad in terris appareat sacratorum aliquis, qui fontem omnibus ueritatis aperiat, quem deniq; sequantur omnes. Addidit, nihil suo sed diuino tantum lumine reperisse. Quid autem in philosophia senserit, satis in libro de Amore, & Theologia nostra tractauimus.

REDITVS PLATONIS IN PATRIAM COELESTEM ET LAUDES

NATALI suo decessit, & annum unum atque octoginta impleuit, sine ulla dubitatione. Ideo magi qui tunc athenis erant, Platoni immolauerunt, amplioris fuisse sortis quam humane rati, quia consummauisset numerum perfectissimum, quem nouem nouies multiplicata conficiunt. Atq; quod mirum est, adhuc in ea ætate, & in eo ipso die scribebat, de quo Cicero inquit: Est etiam quiete, & pure, atq; eleganter actæ ætatis placida ac leuis senectus, qualem accepimus Platonis, qui uuo. & octogesimo anno scribens mortuus est. Seneca etiam affirmat id Platoni sobrietatis & diligentie beneficio contigisse. Alij inter scribendum, alij discumbentem in nuptijs remotis dapibus inter differendum ad superos rediisse. Aristoteles in templo aram Platoni statuamq; sacravit hoc epigrammate: Aram Aristoteles hanc Platoni dicit, uiro quem nefas est à malis laudari. Addit Aristoteles.

Qui solus uita, doctrina, moribus, ore

Admonuit cunctos, & monumenta dedit:

Vt uirtute queant felicem ducere uitam.

Nulla ferent talem seclâ futura uirum.

Adiunxerunt & sapientes alij in Platonis laudes carmina plurima: sed præcipua epigrammata tria. Primi hæc est sententia: Temperantia, iustitiâq; excelluit omnibus, tantum uero sapientia superauit, ut omnem prorsus inuidiam superauerit. Secundi hic est sensus: Plato in deorum numerum est translatus. Longinqua hæc nationes honorant: qui diuinam uitam ipse nouit, alijsq; monstrauit. Tertij sententia est huiusmodi. Phœbus Aesculapium genuit & Platonem, ut ille corporibus, hic animis mederetur. Præterea Mithridates Perfarum rex Platonis statuas in Academia ita locauit inscriptas: Mithridates Rhodobati filius Perfes Musis imaginem Platonis dicit, Syllamonis opus. Ex his omnibus id Plato est consequutus, ut Græci Aristotelem quidem dæmonium; Platonem uero diuinum cognominauerint. Quia uidelicet ille & uita humanus & scientia naturalis maxime fuerit. Hic autem scientia simul & uita sese potissimum ad diuinum contulerit.

plato anno 387
vixit

INE M iam uobis imponam, si pauca quædam rursus addidero. Sunt plebei quidam uersificatores qui immerito poetarum sibi nomen usurpant. Hi tam morum dissimilitudine quam malignitate inuidia prouocati, in optimum quemq; impudentissime ludunt. Quibus summa quædam licentia in bonos potius quam in malos cõceditur. Tales igitur olim poetici, diuinum Platonem à Græcis, Apollinis filium, & Socratem ab Apolline Græcorum sapientissimum iudicatum, mordere nõ dubitarunt. Quorum pietatem Laertius Diogenes summopere detestatur. Atq; ut ipse declarat, ridicula etiam comicorum conuitia Aristippus auxit Cyrenensis, homo pessimus, & optimi cuiusque suorum temporum aduersarius, qui sicut alios pleriq; modestissimos doctissimosq; ficta quadam historia uituperauit, sic etiam Socratem præceptorem, & cõdiscipulos suos Xenophontem atq; Platonem; finxitq; horum nomine carmina quædam in sortita puerosq; lasciuas, uidelicet ut falso magnorum philosophorum exemplo liberiores ipse peccandi licentiam nancisceretur. Verum Aristoteles cui ueritas magis quam Plato fuit amica, tam falsas in uirum sanctum calumnias suscinere non potuit. Nam in elegijs ad Eudemum, illa de Platone in superioribus diximus, cecinit: id illi maxime tribuens, ut prophani non solum uituperare Platonem ullo pacto non debeant: uerumetiam sub prætextu laudis sanctum illius nomen ore prophano nominare non audeant. Neque Elegia contentus fuit: sed etiam, ut tradit Olympiodorus, præclaram orationem de Platonis laude composuit. Obmutescant igitur apud superos inferni canes, atque apud in feros latratu Cerberum comitentur. Nos autem Platonis uitam, & sapientiam iudicio sapientum approbatissimam ueneremur, atq; una cum Apuleio Madauren si libere proclamemus: Nos Platonicam familia nihil nouimus nisi festum, letum, celeste, supernum.

TABVLA LIBRORVM PLATONIS

A MARSILIO FICINO FLORENTINO TRADVCTORVM

Item quæ insunt partim argumenta, partim autem commentaria: per eundem Marsilium in libris eisdem composita.

1 Hipparchus de lucri cupiditate	Fo. 1	20 Charmides de temperantia	279
2 De philosophia liber seu amatores	5	21 Laches de fortitudine	291
3 Theages de sapientia	9	22 Clithophon exhortatorius	301
4 Menon de uirtute	14	23 Cratylus de recta nominum ratione	308
5 Alcibiades primus de natura hois	28	24 Gorgias de Rhetorica	337
6 Alcibiades secundus de uoto	43	25 Conuictus Platonis de amore	416
7 Minos de lege	49	26 Phædrus de pulchro	442
8 Euthyphro de sanctitate	53	27 Apologia Socratis	468
9 Parmenides de uno rerum principio	61	28 Crito de eo quod est agendum	481
10 Philebus de summo hominis bono	81	29 Phædon de anima	491
11 Hippias maior de pulchro	108	30 Menexenus, funebris oratio	522
12 Lysis de amicitia	121	31 Libri decem de republica	531
13 Theætetus de scientia	135	32 Timæus de generatione mundi	703
14 Io de furore poetico	169	33 Critias de At. & Athlanthico bello	740
15 Sophista de ente	175	34 Libri XII de legibus	750
16 Ciuilis de regno	200	35 Epinomis, id est, legum appêdix uel ph.	918
17 Protodoras contra sophistas	227	36 Epistolæ duodecim Platonis	933
18 Euthydemus siue litigiosus	253	37 Axiochus Rod. Agricola interprete	956
19 Hippias minor de mendacio	271		

M. FICINVS AD LECTOREM

NE forte putes amice lector tantum opus editum temere, scito cū iam cõposuiffem, anteq; ederem, me censors huic operi plures adhibuiffet: Demetrium Atheniensem non minus philosophia & eloquio quam genere atticum, Georgium Antonium Vespucium, Ioannem Baptistam Bonifegnum, Florentinos, uiros latina lingue græcæq; peritissimos. Vnum præterea acerrimo Angeli Politiani doctissimi uiri iudicio. Vnum quoque consilio Christo phori Landini, & Bartholomæi Scalæ, uirorum clarissimorum,



ROPOSITVM Platonis in Hipparcho est docere nos omnes homines bonum appetere, cum & illi qui propter auaritiam aberrare uidentur, bonū appetant. Illi si quidem lucrum cupidi sunt, lucrū utile est, utile uero bonum: bonum itaq; cupiunt. Etenim lucrum damno contrarium. Damnum uero cum obsit, malum: malo igitur contrarium. Contrarium malo, bonum: lucrum ergo bonum. Quamobrē cum illi etiam, qui ab appetitu boni declinare uidentur, bonum cupiant, nihil iam repugnat quo minus omnes homines bonum appetant. Bonum autē duplex. Vnum finis. Ad finem alterum, illud propter seipsum, hoc propter aliud expeten dum. Illius appetitio uoluntas, huius electio. Illud uenerandum, hoc utile. Illo fruimur, hoc utimur. Illius adeptio beatitudo, huius lucrum uocatur. Lucrum igitur est boni utilis acquisitio, quod ad uenerandū boni consecutionem conducere potest. Quod uero ad hoc non confert, nec ipsum utile est, nec eius adeptio lucrum. Laudanda igitur lucri cupiditas, quae omni- bus natura inest. Vituperanda autem opinio falsa, quae dum quod reuera utile est, lucrum est, ignorat, appetitum naturae ad aduersa retorquet. Haec omnia Plato latenter docet, dum Socrates definitiones falsas, quas Hipparchus de lucri cupiditate refert, & inducendo & ratiocinando refellit. Vitur autem Plato haec propositio- ne. Omnes homines bonum appetunt, tanquam manifesta, ad concludendum quod omnes natura lucrum apper- tunt, quodq; haec appetitio naturalis laudanda est. Haec autem est conclusio quam modo quodam directo Socra- tes tribus argumentandi modis inserit, id est, exemplo, inductione, ratiocinatione. Sed modo quodam conuerso ex omni hac disputatione per argumentationem à minori colligimus propositionem illam maxime confirmatam, Omnes scilicet homines bonum appetunt, quae huius libri finis ultimus est, cum primus finis sit ostendere omnes lucricupidos esse, neq; id esse uituperandum.

PLATONIS HIPPARCHVS VEL DE
LVCRICVPIDITATE, VEL STUDIO LVCRANDI

SOCRATES HIPPARCHVS.



VIDNAM lucri cupiditas est: & qui sunt lucricupidi: HIP. Mihi quidem uidentur qui lucrandū putant ex rebus nulla aestimatione dignis. SOC. Videntur ne tibi scire, quod nullius precij sint, an ignorare: si nesciunt, amentes lucri cupi- dos uocas. HIP. At non amentes uoco, sed callidos atq; im- probos, & uictos lucro, cōscios nullius esse precij, e quibus lucrum captant, & tamen lucrātes per impudentiam. SOC. Num huiuscemodi lucricupidum uocas: ueluti si agricola plantans cognoscensq; nullius precij plantam esse, dignam tamen putet qua lucretur, talem ne uocas: HIP. Vndecumq; Socrates lucricupidus quaerendum censet. SOC. Ne ita

temere uerba effundas, ueluti alicui ob acceptam iniuriam iratus, sed in me potius atten- tus responde, ac si à principio rursus interrogarem. Consentis lucricupidum cognoscere quanti sit unde lucrandū putat: HIP. Cōsentio, SOC. Quis est qui circa plantarū digni- tatem nouit, qua regione, quo tempore plantare dignū sit, ut et nos aliquid sapientū uer- borum quibus elegantes isti cauidici abundant, in medium afferamus: HIP. Agricola arbitror. SOC. Num dignum lucro uocas aliud quam lucrandum esse existimare: HIP. Id ipsum. SOC. Ne me coneris decipere uirū iam senem, iuuenis, respondens quemadmo- dum nunc quae ipse minime sentis, sed q̄ uerissime responde. Num agricolam eum iudi- ces, qui quā indignam plantatione plantam scit, ex ea lucrandū putat: HIP. Non per Io- uem. SOC. Equitem praeterea uirum si nouit nullius precij pabulū quod equo praebet, an ignorare censet equū iri perditum: HIP. Nequa q̄. SOC. Non igitur putat ex huiusmo- di pabulo esse lucrū. HIP. Minime. SOC. Gubernatorē uero qui temone ac uelis nulla extimatione nauem munierit, ignorare censet quod damno afficiatur & in periculū ue- niat, ne & ipse & nauis & quaecumq; in nauī sunt, perdantur: HIP. Non certe ignorat.

a SOC.

ΕΙΣ ΠΛΑΤΩΝΑ

Φοίβου ἔφυσε βροτῆς ἀσκληπιῶν, ἠδὲ πλάτωνα.
Τὸν μὲν ἵνα λυχῆν, τὸν δ' ἵνα σῶμα σάοι.
Δαιμόνιον ἢ γάμον, πόλιν ἠλυθῆν, ἢν ποτὶ αὐτῷ
Εκπτε, καὶ διαπίδω ζῶδὸς ἤνιθ' ὕσαρ.

ΑΛΛΟ

Σωφροσύνη προφίρων θνητῶν ἔθει τε δικάϊω
Ευβάδε δὴ κείτου δῖου ἀριστοκλῆν.
Εἰδέ προικε πάντῶν σοφίης μέγαν ἔοχον ἔπαινον
Οὐδὲς ἔχθρ' πλείστον, καὶ φθόνου οὐχ ἔπειτου.

ΑΛΛΟ

Γαῖα μὲν ἦν κέλυω κρύπτει τόδε σῶμα πλάτωνου
Υψὺ δ' ἀθανάτῶν τάξι' ἔχθρ' μακάρων.
Υἱὸς ἀρίστων, ἦν τις καὶ πλοθιναίων
Τιμᾶ ἀνὴρ ἀγαθὸς θέϊον ἰδόντα βίον.

Dignum tan-
quam affectu
tum notat.

s o c. Haud igitur putat se ex istiusmodi nullius precij instrumentis lucraturum. HIP. Minime. s o c. Item belli dux exercitum uilibus armis nixum uidens, num speret dignum ueputet ex his affectare lucrum? HIP. Minime. s o c. Eodem modo si tibicen tibiam, citharædus citharam, sagittarius arcum, & ut breui complectar, artifex, & rei cuiusuis peritus quisque organa, ac reliquum apparatus nullius precij habeat, putet ne ex his aliquando se lucraturum? HIP. Non ut apparet. s o c. Quos itaq; lucrificipidos nuncupas, neque enim eos quos supra retulimus, quæ rebus nulla ratione dignis oportere lucrari rentur. HIP. Atqui hoc modo mirande uir, quo tu uis, nullus hominum lucrificipidus sit. At ego eos lucrificipidos esse dicam, qui propter inexplebilem auiditatem minima & uilissima quæq; & nullius precij dehinc mirum in modum sitiunt, & in his etiam lucrum quærunt. s o c. Non tamen o uir optime discernunt nullius ista precij esse, huc enim nos ipsos adegimus ut impossibile diceremus. HIP. Mihi sane uides. s o c. Si non cognoscunt, ignorant igitur; opinantur tamen quæ nullius precij sunt, multifacienda esse. HIP. Apparet. s o c. Lucrificipidi nonne lucrum cupiunt. HIP. Profecto. s o c. Lucrum uero damno contrariū? HIP. Est. s o c. Est ne bonum cuiusque damno affici? HIP. Nemini. s o c. Malum autem? HIP. Profus. s o c. Læduntur itaq; damno homines? HIP. Læduntur. s o c. Malum igitur damnum? HIP. Malum. s o c. Contrariū damno lucrum? HIP. Contrarium. s o c. Bonum ne igitur lucrum? HIP. Certe. s o c. Bonum igitur amantes lucrificipidos nuncupas? HIP. Videtur. s o c. Non insanos quidem o amice lucrificipidos dicis. Sed tu ipse utrum amas quod bonum est, an non amas? HIP. Amo equidem. s o c. An est bonum quicquid quod non affectas, sed malum? HIP. Non per Iouem. s o c. At forsitan omnia bona affectas. HIP. Omnia. s o c. Interroga insuper & me utrum & ipse, bona equidem amare me confitebor: sed præter me ac te, nonne reliqui mortales omnes amant bona, mala oderunt? HIP. Videntur. s o c. Lucrum autem nonne bonum esse confessi sumus? HIP. Nempe. s o c. Omnes igitur lucrificipidi uidentur hoc modo: quo uero prius diximus, nullus lucrificipidus esset. Vtra igitur istarum rationum sequenda potius ne erremus? HIP. Si quis o Socrates recte lucrificipidum definiat, eum puto lucrificipidum arbitrabitur, qui his studet & lucrum ex his quarendum sibi putat, ex quibus boni uiri lucrari nunquam instituant. s o c. At non uides quod paulo ante inter nos conuenit, lucrari scilicet esse utilitate affici? HIP. Quid tū? s o c. Quia & in hoc consensimus, bonum omnes semper uelle? HIP. Confessi sumus. s o c. Nonne & boni uiri lucrum omne expetant, si quidem omne lucrum bonum est? HIP. Non tamen ea lucra quibus lædi possint. s o c. Lædi uocas damnum pati, an aliud quippiam? HIP. Nil aliud quam damnum. s o c. Lucro ne damnum patiuntur homines, an damno potius? HIP. Vtriusque enim & damno, & lucro turpi damno afficiuntur. s o c. Num tibi uidetur aliquid uile ac bonum turpe existere? HIP. Minime. s o c. Nonne paulo ante concessimus, lucrum damno malo existenti, contrariū esse? HIP. Fateor. s o c. Et cū sit malo contrariū, esse bonum? HIP. Concessimus. s o c. Vides igitur ut me conere decipere, ex industria contraria his affectis, quæ supra confessi sumus. HIP. Non per Iouem o Socrates: sed e contra tu me decipis, ac nescio quomodo disputans sursum deorsumque omnia conuertis. s o c. Bona uerba quæso. Neque enim recte facerem, nisi uiro bono & sapienti parerem. HIP. Cui nam? aut quid hoc tandem? s o c. Conciui meo & tuo etiam Hipparcho Pisistrati Philædonici filio, filiorum Pisistrati natu maximo & sapientissimo, qui cum alia multa præclara sapientia exempla edidit, & Homeri etiam libros in hanc urbem primus inuexit, & recitatores impulit, ut ludis publicis referrent ordines, quod usque ad hæc etiam tempora obseruant. Et Anacreonta Teium missa quinquaginta remorum nauis in hanc urbem acciuit. Simonidem præterea Chium apud se semper habuit, amplis muneribus inductum. Hæc autem agebat omnia ciues suos eo adducere uolens, ut quam optime degenribus imperaret, ratus minime fas esse, sapientiam cuiquam inuidere, quippe qui ipse honestus ac bonus erat. Cum itaque ciues abunde eruditi essent, atque sapientiam eius admirarentur, ad agricolas conuertit animum & peregrinos erudiendos. igitur columnas in singulis urbis triuijs & in unaquaque tribu erexit, & ex ea sapientiam quam partim didicerat, partim ipse inuenerat, eliciens potiora, elegis inclusit, & institutis sapientia inscripsit: primum ut ciues haud amplius egregia illamirarentur, Cognosce te ipsum, Nihil nimis, & reliqua huiusmodi, Delphis

Secunda definitio falsa.

Confutatio

Tertia definitio falsa

Confutatio a rationibus

Hipparchus Pisistrati

Delphis inscripta, sed Hipparchi præcepta ueluti potiora susciperent. Deinde hac atque illac prætereuntes, ac legendi illius sapientiam degustantes, ex agris & syluis ad reliqua doctrinæ instituta discenda pergerunt. Erant autem epigrammata duo; alterum in sinistra parte unius cuiusque columnæ, in quo Mercurius lectorem (sic enim inscribatur) monebat, quod in medio urbis tribus staret; alterum in dextra, sic inscriptum, Hipparchi hoc monumentum est. Mox præceptum additum, ut, perge quæ iusta sunt curare. Cumque in alijs columnis alia præclara carmina inscripta essent multaque, in uia Stiriaca tale erat. Monumentum hoc Hipparchi, Ne amicum decipias. Quam obrem ego te quidem amicum meum fallere nunquam ausim, & illi tanto uiro repugnare. Quo uita functo tres annos sub fratre illius Hippia tyrannide pressi Athenienses fuerunt. Ipse uero e maioribus natu omnibus accepisti solum hoc triennium in hac urbe tyrannidem uiguisse; reliquis temporibus, eodem penè modo quo Saturno regnante Athenienses uixerunt. Traditur autem ab elegantioribus uiris, mortis eius causam extitisse non eam quæ uulgo fertur, fororis scilicet Canephoriæ contemptum, nam id credere absurdum est. Sed quum Harmodius amaretur docereturque ab Aristogitone, magnū quiddam sibi ex hac educatione sperabat: fore namque Hipparchum aduersarium suspicabatur. Interim contigit ut Harmodius nobilem quendam cuius nomen non satis teneo, amaret: is primum Harmodium & Aristogitonem, ueluti sapientes admirabatur, postea familiaris factus Hipparcho contemneret illos cœpit, unde illi indignati Hipparchum interemerunt. HIP. Videris ergo o Socrates uel amicum me non putare: tū si putas amicum, Hipparcho minime credere. Nā abs te nō decipi differendum, persuaderi mihi nequit. s o. Atqui uolo perinde ac si talis ludamus, retractare quicquid libet, ne te deceptum existimes. Vis ne illud immutari quod diximus, omnes homines bona appetere? HIP. Nolo. s o. Quid uero illud quod damnum, ac damno affici, malum esse concessimus? HIP. Neque id uolo. s o c. Sed quid illud, quod lucrum atque lucrari, & ipsi damno, & ei quod est damnum pati, contraria sunt? HIP. Neque istud quidem. s o c. At illud forsitan, quod lucrari utpote malo contrariū, bonum est. HIP. Ne retractes. s o. Videtur igitur tibi ut apparet, lucrum aliquod bonum esse, aliquod uero malum? HIP. Mihi uero. s o. Retractio itaque tibi hoc. Est enim lucrum aliud bonum, malum aliud, nihilo tamen magis hoc quod illud lucrum est, nonne? HIP. Quid ista terrogas? s o. Dicam, cibus & bonus est & malus. HIP. Est. s o. Est ne magis cibus alter altero, an similiter cibus uterque est, neque quæ cibus alter ab altero differt, sed quæ hic quidem bonus, ille uero malus? HIP. Est ut dicis. s o. Nonne & potus & reliqua omnia, quæcunque formæ eiusdem sunt, ita habent ut partim bona, partim mala sint, nihilque inter se differant in eo in quo eadem sunt, quemadmodum hominum quidem alius bonus, malus alius? HIP. Sic est. s o. Ceterum neuter illorum, ut arbitror, magis aut minus homo est quam alter, neque bonus malo, neque malus bono. HIP. Vera dicis. s o. Nonne de lucro similiter iudicabimus? quod pariter lucrum tam bonum quam malum lucrum sit? HIP. Necessè est. s o. Nil igitur magis lucratur qui lucrum bonum consequitur, quam qui malum, neque horum alterum lucrum maius apparet, ut iam conuenit. HIP. Profecto. s o. Neutroque aut magis aut minus adest? HIP. Neutro. s o. Tali autem in re, cui neutrum horum competit, æquis potest magis uel minus aliquid aut agere, aut etiam pati? HIP. Impossibile est. s o. Postquam lucra æque sunt utraq; hoc deinceps animaduertendum restat, propter quid utraq; lucrum appellas, quidnam idem in utrisque aspicias: ueluti si me roges, quare cibum, seu bonum seu malum, cibum utrunque uocem, respondeam utique; quoniam uterque sicca est corporis esca, ideo utrunque cibum nominō, quod quidem & tu nobis concederes, nonne? HIP. Fateor. s o. Et circa potum eadem rursus respondendi ratio esset, quod humidum corporis alimentum, seu bonum seu malum sit, potum uocamus, & in alijs eodem modo. Eniter itaque me sic respondentem imitari: quidnam in lucro bono & malo idem cernis, cuius gratia utrunque lucrum uocas? Quod si non habes quod respondeas, me uide. Num lucrum appellas omnem possessionem quam quis acquisiuit, uel nihil omnino, uel parum expendens admodum, cum plus accipiat? HIP. Id lucrum uocare mihi uideor. s o. An huiusmodi dicis, ceu si quis nihil expendens abunde epulatus sit, & expulis morbum acquisiuerit? HIP. Non per Iouem. s o. At bonam ualetudinem expulis adeptus, lucrum ne an damnum assequeretur? HIP.

Præcepta Hipparchi

Ex diuisis colligit definitio nem lucri

Lucrum. SOC. Non est igitur lucrum, quodlibet acquirere. HIP. Non certe. SOC. Nunquid ita se habet, ut non lucratur qui quod uis assequitur, siue bonum siue malum? HIP. Apparet. SOC. Neque in damnum incurrat, qui in quoduis incurrit, siue bonum siue malum? HIP. Mihi quidem uidetur. SOC. Cernis ergo quod circa idem reuolueris? Lucrum enim bonum, damnum uero malum apparet. HIP. Ignoro quid dicam. SOCRA. Et iure quidem. Sed præterea hoc mihi responde. Si quis minus expendens plus acceperit, lucrari huc diceretur? HIP. Dico, modo ne malum lucratur, sed uel auri uel argenti minus erogans, plus accipiat. SOC. Enim uero hoc insuper interrogabo, si quis dimidiam aurilibram erogans, duplum reportet argenti, lucrum, an damnum sit? HIP. Damnum profecto. Socrates nam pro duodecuplo duplum solum modo capit. SOC. Veruntamen plus accepit. An non plus est duplum dimidiorum? HIP. Non eiusdem dignitatis ac precij est argentum cuius est aurum. SOC. Ergo oportet hoc lucro adijcere, æstimationem scilicet ac precium. Nunc utiq; argentum amplius cum sit quam aurum, haud æque æstimandum ac preciosum dicis; aurum uero minus existens, preciosum quoq; ac dignum. HIP. Et maxime; sic enim se res habet. SOC. Ipsa ergo æstimatio dignitasq; lucrum continet, siue parua res siue magna sit. Indignum uero æstimatione, lucro caret? HIP. Profecto. SOC. Ipsum preciosum ac dignum, uocas aliud minus quam acquisitum dignum? HIP. Acquisitum. SOC. Dignum autem quæsitum utile an inutile? HIP. Utile. SOC. Utile nonne bonum? HIP. Est. SOC. Ouir omnium fortissime, nonne iam tertio & quarto conclusum à nobis est lucrum bonum esse? HIP. Videtur. SOC. Memoria tenes unde sermo hic incidit? HIP. Arbitror. SOC. At si minus ipse memineras, ex go in memoriam reducam. Ex eo enim quod negares bonorum uirorum esse lucra quælibet acceptare, sed ex lucris bona duntaxat, mala uero nequaquam. HIP. Hinc sane. SOC. Nonne lucra omnia esse bona, seu magna siue parua sint, ratio nos fateri coegit? HIP. Coegit certe. Socrates me magis quam persuasit, sed forsitan deinceps persuasabit? SOC. Nunc tamen siue persuasus fueris, seu quomodo cunq; aliter sis affectus, consentis nobiscum lucra omnia & ampla & exigua bona esse? HIP. Consentio. SOC. Et bonos uiros omnes bona omnia uelle fateris? nunquid? HIP. Fateor. SOC. Malos autem dicebas omnia lucra tam exigua quam magna cupere. Nonne igitur secundum sermone tuum uniuersi homines & boni pariter atq; mali lucricupidi essent? HIP. Videtur. SOC. Nemo igitur recte uituperabit lucricupidos, cum ipse quoq; lucricupidus sit.

Hinc uide si gula auri pondus ualuisse duodena pondus argenti

Concluditur omnes homines lucricupidos esse

ARGUMENTVM MARSILII IN LIBRVM PLATONIS DE PHILOSOPHIA, SEV AMATORES.

SVMMA huius dialogi est, quid sit & quale officium philosophi definire. Est autem philosophi officium, diuina nosse, gubernare humanam in illo contemplatiua philosophia, in hoc actiua comprehenditur. Philosophus itaq; primo diuinam, id est absolutam ipsius boni naturam per sapientiam contemplatur. Deinde ad id bonum uelut ad finem humanas operationes dirigens humana gubernat. Hac autem gubernatio duo requirit. Primum, ut quid humana natura sit, & quo pacto ducatur ad bonum, à malo remoueat, cognoscat, quod quidem per prudentiam philosophus agit. Alterum, ut sic in situat hominum & affectus & actus, sic temperet atq; cohibeat, ut ad bonum quod sapientia ipsa inuenerat, & ad quod prudentia denique direxerat, facile tendant. Id uero per morales uirtutes efficitur, quas omnes uno iustitie nomine Plato complectitur. Atque ex his duobus humanorum gubernatio constat. Eiusdem autem esse scire recte hominem uel num. familiam, ac rempublicam gubernare. Quamobrem qui moralis est, idem dominus, civilis, rex idoneus esset. **Que insunt in philosophantis officio** hæc omnia contineri, sapientiam, prudentiam, iustitiam, moderatam, domesticam, utilem, ac regiam disciplinam. Per sapientiam diuina cognoscit, per prudentiam iustitiamq; humanam gubernat, dum rem suam, rem familiarem, rempublicam administrat. Eiusmodi est philosophi ipsius officium, quod Plato in libris de republica latius explicat, in hoc significat breuiter. Ac primo duos aliorum opiniones circa philosophi officium consutat. Prima uidetur uel Solonis fuisse uel similis alicuius, dicentis id esse quam plurima discere; secundum Hippie philosophi uolentis philosophiam artium omnium peritiam esse. His deniq; consutat, sententiam quam prædiximus, breuiter inuuit. Socrates ergo fingitur hæc in scholis Dionysij, qui grammatica elementa Platoni tradidit, aduersus discipulos duos Dionysij disputasse; deinde quæ in scholis tradidit, in corona familiarium suorum à principio recensere.

PLATONIS DIALOGVS DE PHILOSOPHIA, VEL AMATORES. SOC.



DIONYSII Grammatici ludum ingressus iuuenes quosdam uidi honesta indole, claris ortos parentibus, cumq; his una eorum etiam familiares, Adierant autem duo quidam adolescentuli inuicem contententes, quæ uero esset contentio haud satis aduerteram. Veruntamen de Anaxagora uel Oenopide disceptare uidebantur, circulos describentes, & quasdam spheræ inclinationes depingentes cubito innixi & intenti admodum. Ego autem alterius illorum amicum iuxta quem sedebam, cubito tangens, interrogauit quid ita contenderent adolescententes, & num magnum quiddam esset & pulchrum, in quo tantum studium ponerent. Tum ille, quid inquit magnum & pulchrum? Nugantur enim de sublimibus quædam & philosophantes garrunt. Huius ego responsum admiratus, o adolescens in qua an turpe tibi philosophari uidetur? curue tam acerbe respondes? Alter uero, iuxta enim assidebat æmulus quidam istius, cum & me interrogante, & respondentem illum audisset, non expedit tibi Socrates inquit, interrogare hunc an turpe existimet esse philosophiam, nec ne. An non uidet ipsum in timiditate quadam & saturitate atq; somnolentia uniuersam ætatem egisse, ut credas aliud quicquam eum tibi responsum, quam quod turpe sit philosophia? Erat autem iste in musica eruditus, alter autem quem carpebat in gymnastica. Videbaturque mihi oportere eum quem prius interrogaueram, missum facere, quod agendo potius quam disputando exercitatus haberi uelle uideretur. Interrogans uero autem censui illum, qui sapientior uideri uolebat, ut si qua possem utilitatem reportarem. Dixi igitur ad eum, in communi me istoc proposuisse: quod si putas melius hoc te responsum, illud idem te nunc interrogo, utrum uideatur philosophari pulchrum esse an secus? Hæc fere cum diceremus audierunt adolescententes, atq; missa ea quæ inter ipsos erat contentione, ad ea quæ differebamur audienda se ipsos silentio parabant. At amatoribus quid acciderit nescio: Ipse certe obstupui. Semper enim noua ac pulchra stupefeco. Videbatur itaq; mihi alter me non minus certare. Respondit autem ille mihi, & ualde quidem ambitiose. Siquando o Socrates philosophari turpe esse dicerem, neq; me hominem putarem, neq; quemuis alium sic affectum. Innuens autem in æmulum dicebat hæc ea uoce, quod exaudire possent. Hic ego, pulchrum igitur tibi philosophari uidetur? & maxime quidem inquit ille. Quid ergo inq; num uidetur tibi fieri posse, ut norit quis turpe ne sit aliquid an pulchrum, nisi prius quid ipsum sit norit? Non. Nostri igitur incommensuratum est aliquid philosophari: Noui equidem. Quid est? Quid aliud quam iuxta Socratem dicebat enim alicubi Solo: discenti assidue multa, senecta uenit. Et mihi quidem uidetur semper sic oportere aliquid discere eum hominem, qui philosophus futurus sit, siue iuuenis siue senex sit, ut in uita quam plurima discat. Atq; is primo uisus est mihi aliquid dixisse. Deinde mecum reputas, interrogauit, num ei philosophia polymathia, idem quod multa discere uideretur. Et ille omnino inquit. Existimas inquam pulchrum aliquid solum esse philosophiam uel etiam bonum? Et bonum inquit. Vtrum philosophia id proprium factis, an etiam alijs eodem pacto tribuis: ut uerbi gratia, studium gymnasticæ, non modo pulchrum esse, sed etiam bonum? Tunc ille ludens duo protulit. Aduersus hunc inquit, dioco, quod neutrum sit: aduersus autem te o Socrates, & pulchrum, & bonum simul esse fateor. Ergo in gymnasticis etiam multum laborẽ existimas esse gymnasticæ studium? Et maxime quidem inquit ille, quod admodum in philosophando multa discere, philosophia putato. Ego uero credis in qua gymnasticæ studiosos aliquid aliud appetere, quam ut eorum corpora bene se habeant? Id ipsum inquit. Num multi labores bonam corporis habitudinem efficiunt? Quoniam pacto inquit ille ex paucis laboribus robustum corpus fieri possit? Hic mihi uisus est gymnasticus ille prouocandus esse, qui mihi peritus gymnasticæ auxillium ferret. Illum igitur percontatus sum. Quid uir optime isto loquente tu taces? Num & tibi uidetur homines e multis potius laboribus quam temperatis robur acquirere? Equidem o Socrates ego illud quod dici solet uidere uideor, nempe ex moderatis cor

Occasio dialogi, quæ interdum prætermittitur

Nuus, & pulchra admodum digna

Ordo questio num analytica carum in scietur quale, nisi sciat quid sit; neq; quid sit, si ignoretur an sit

Prima definitio philosophie ex Solo

Consuetudo à ratione aliorum studiorum



pus bene sese habere. Vnde inquam uides non in somnum potius & naufragum uisum, ceruicemq; molli & curis extenuata reddunt. Et cum hæc annuisset, delectati adolescenteres riserunt. Alter autem ille erubuit. Tunc ego, quid tu igitur concedis ne, nec paruos neq; magnos labores habitudinem bonam corporis efficere, sed moderatos: an nobis qui duo in eadem sententia sumus repugnas? Libenter equidem inquit huic repugnarem, atq; aduersus eum ualerem, id quod proposui, defendere, etiam si causam haberem minus ualidam. Nullius enim precij est. Verum tecum haud decet insolentiam contendere; confiteor igitur, non multas, sed temperatas exercitationes bonum corporis habitum hominibus præstare. Cibi autem inquam multi, an moderati? Et cibi ait. Præterea compulsi eum, ut cõcederet reliqua omnia quæ circa corpus uersantur, temperata quidẽ prodesse quam plurimum, pauca uero uel nimia nihil. Et ille moderata iuuare confessus est. At quæ ad animam spectant inquam, cum moderata adhibentur, cõducunt ne magis an immoderata? Moderata. Disciplinæ autem nonne ex ijs sunt, quæ animæ adhibentur & conferunt? Concessit. Ex disciplinis itaq; quæ temperata sunt, nõ quæ multa, utilitatẽ afferunt? Concessit. Quem nam ergo interrogare merito conueniat quales sint labores atq; cibi corporibus accommodi? In hoc tres arbitror conuenimus, medicum uidelicet, uel pædorrã in terrogandum. Quem uero de spargendis seminibus, quantum sit cõmodum? Agricolam consentaneum est. At uero de semente & plantatione disciplinarum in anima, quemnam merito percontemur, quales quantæ ue sufficiant? Hic cum ambiguitatis pleni essemus, ego iocans inquam, uultis ne postquam nos in hoc ambigui sumus, ab ijs adolescentibus isthuc quæramus? An forsitan erubescimus, quemadmodum procos inducit Homerus cum nollet alium quemquam præter se arcum intendere? Sed cum grauius ferre uiderentur, alia quadam uia inuestigare aggressus, Qualia inquam esse debere conijciemus quæ oportet philosophum discere cum neq; omnia neq; multa sequi debeat? Suscipiens autem sapienter ille pulcherrimas ait, atq; maxime congruas animo disciplinas eas esse, quæ adipisci si omnium artium peritus sit; aut si minus omnium, plurimarum saltem, earumq; præsertim quæ æstimatione sunt dignæ, ea præ cæteris discens, quæ liberos homines decet, quæ uel intelligentiæ ratione, non manuum ministerio conficiuntur. Tum ego: sic inquam dicitis, quemadmodum in opificijs contingit: ubi opificem quidem quinq; ad summum aut sex minis emeris, architectum uero ne drachmarũ quidem decẽ milibus: nam per omnem Græciam rari admodum reperiuntur: nunquid tale aliquid ais? Ille assensum idipsum se dicere confessus est. Eum mox interrogabam, utrum possibile esset, duas eundem duntaxat artes hoc pacto, nedum per multas magnasq; percipere. Et ille. Ne ita me dicere putes inquit ð Socrates, quasi philosophantem oporteat singulas artes ad summum prosequi, quemadmodũ artifices illos: uerum ut liberum uirum eruditumq; decet, ut potis sit percipere quæ ab unoquoq; artifice proferuntur, atq; id præ cæteris qui tum adsunt: præterea ita mente omnia coniectare, ut semper ipse elegantissimus ac sapientissimus omnium in unoquoq; eorum quodẽ quocunq; adducitur, appareat. Atq; ego (adhuc enim quorsum tenderet ambigebam) intelligo ne inquam qualem dicitis esse uirũ philosophum? Videris enim mihi talẽ dicere, quales in certamine sunt pentathli, cursoribus uel peltastis iaculatoribus collati. Etenim illi cursoribus uel peltastis in eorum certaminibus inferiores sunt, secundumq; locum tenent, reliquorum uero athletarum primi atq; uictiores. Tale aliquid forte dicitis philosophiæ studium conferre philosophis, ut ab ijs qui in quauis arte supremi sunt, in eadem arte intelligentia quidem superentur, secundumq; locum teneant, reliquos uero antecedant, ut philosophus in singulis facultatibus secundæ cuiusdam homo fortis existat. Eiusdem uideris philosophantem uirum ostendere. Recte inquit ð Socrates accipis de philosopho dicta qui eum pentathlo comparaueris. Est enim proculdubio talis, ut nulli negotio seruire penitus uelit, neque in aliqua re usque ad summum elaborare, ne propter unius exactam diligentiam in alijs omnibus instar manuarij cuiusdam confenscat consumaturq; sed omnia mediocriter temperateq; attingat. Post hanc responsonem cupiens planius nosse quid nam diceret, bonos inquam uiros utiles ne an inutiles esse censet? Viles inquit, ð Socrates. Nonne si boni utiles sunt inquam,

malii inutiles erunt? Concessit. Quid autẽ philosophos uiros utiles uel inutiles putas? Ad hæc ille maxime omnium utiles esse philosophos asseuerauit. Age igitur dignoscamus si tu quidem uera dicitis, quomodo utiles nobis sunt isti secundæ sortis homines. Manifestum enim est quod unoquoq; artifice inferior est philosophus. Annuat. Age inquam si uel tu uel ex amicis aliquis tibi charissimus ægrotaret, utrũ ad curam ualitudinis philosophum illum secundarium induces, an medicum? Vtrunq;. Ne mihi dicas utrunq;, sed utrum potius? Nemo inquit ambigat, medicum & magis & prius. Quid autem in nauis fluctibus agitata, utrum te & tua gubernatori an philosopho committeres? Gubernatori inquit. Et in reliquis omnibus quantisper artifex adest philosopho non erit locus? Apparet inquit. Philosophus igitur tunc inutilis est, cum artifices non desunt. Concessit uero sumus bonos quidem utiles esse, malos inutiles. Coactus est deniq; confiteri. Quid ergo post hæc abs te petam? An forsitan inhumanum est, ultra perquirere? Quidquid lubet inquit. Nihil aliud peto nisi ut iterum cõcedantur iam dicta, habent autem se in hunc modum. Concessi sumus philosophiã bonam esse, & extare philosophos, atq; eos ipsos bonos, bonos autem utiles, malos contra inutiles. Deinde concessimus, dum artifices ad sunt, philosophos inutiles esse, & artifices a desse semper. Nonne cõcessa hæc sunt? Sunt. Confitemur igitur ut uideatur secundum tuam orationem, si quidem philosophari est esse scientem in artibus eo pacto quo tu idem dixisti, malos philosophos esse & inutiles, quandiu inter homines artes sint. Verum non ita habet ð amice. Neq; philosophari citra artes studiose uersari est, nec multis negocijs incumbere, aut multa perdiscere, sed aliud quiddam: si quidem existimo & absurdum hoc esse, & mechanicos rectius appellari, qui artibus incumbunt. Hoc autẽ modo planius intelligemus an uera dicam nec ne, si hoc respondeas. Qui nam equos recte domare norunt: utrum qui illos meliores reddunt, an alij? Qui meliores. Quid autem canes, num qui eos meliores reddere, idem et recte coerere norunt? Omnino. Eadem ergo ars & meliores reddit, & recte coeret: Eadem. Quid autem? Vtrum quæ & meliores facit, & recte coeret, eadem discernit bonos & malos, an alia? Eadem inquit. Vis igitur inquam idem de hominibus cõstituamus. quæ optimos reddat homines, eadem sit quæ & recte cohibet, & qui boni sint, qui uel mali, discernat? Proximum quæ se & alius, inquit. Nonne quæcunq; unum, eadem & multos, & quæ multos & unum? Ita. Et in equis præterea cæterisq; omnibus eodem modo? Eodem inquit. Quamnam scientia est, quæ antemperatẽ & legum transgressores in ciuitate recte punit: nonne iudiciaria? Proximum sitis. An uocas iustitiam aliam quamdam præter eam? Nullam inquit. Nonne qua scientia recte castigant & puniunt, eadem bonos & malos discernunt? Eadem. Quicunq; uero unum norit, plures quoq; cognoscet? Cognoscet. At qui multos ignorat, ignorabit & unum? Concessit. Si ergo equus existens, bonos ac malos equos ignoret, seipsum ignorabit? Concessit. Et si bos cum sit, haud nouerit qui sint boni aut mali boues, sese etiam qualis ipse sit ignoret necesse est? Ita est, inquit. Eodem quoq; modo si canis fuerit? Concessit. Nunc uero cum homo quispiam existens ignoret bonos homines & malos, nonne inuoluptus etiam ignarus erit, bonus ne sit an malus? Adnuat. Seipsum ignorare, sapere an desipere est? Desipere. Seipsum itaque nosse, sapere est? Est, inquit. Hoc igitur ut uideatur & inscriptio quæ in Delphis est, præcipit, Prudentiam scilicet & iustitiam colere. Apparet. Hac eadem & recte cohibere scimus. Adnuat. Qua ergo recte cohibere scimus, ea utique iustitia est. Qua uero & nos ipsos & alios dignoscere possumus, prudentia. Videtur. Eadem igitur est iustitia atque prudentia? Apparet. Quinetiam ciuitates tunc optime gubernantur, cum iniusti dant pœnas. Vera narras. Atque hæc ciuili scientia est. Est, inquit. Quid uero quotiens uir unus recte ciuitatem instituit, quod nomen illi conueniet, nonne tyranni & regis? Adnuat. Nonne tyrannica aut regia arte gubernat. Imò. Hæc itaque facultates eadem cum superioribus sunt. Videntur. Quid uero cum uir unus domum recte disponit, quod huic nomen maxime congruit? nonne œconomus ac dominus? Conuenit. Vtrum & iste iustitia bene regit familiariam, an alia facultate? Iustitia. Idem est igitur ut apparet, rex, tyrannus, ciuili, œconomus, dominus, prudens, iustus: atq; una quoque ars, regia, tyrannica, ciuili, dominica, œconomica, iustitia, atq; prudentia est. Videtur. Quid itaq; philosopho uiro, quotiens medicus de ægrotantibus

Secunda philosophiæ definitio
Declaratio de finitionis
Architecti rari admodum

Definitionem inductione colligit

Philosophia est qua quisque bonos meliores reddunt, an alios boni ne an mali sint cognoscit

Pulchre rationes ab eodem & diuerso, & contrario sumptæ

Declaratio oraculi Delphici

Prudentia
Optima quæ dicitur cum iniusti puniuntur.

Secundum
qui seipsum ignorat, aliter ignorat

quicquam dixerit, turpe est non posse dicta illius assequi aut huc aliquid afferre, quasi a
 liorum artificum quisquam: cumq; aut iudex aut alius quispiam eorum quos paulo ante
 retulimus, non absurdum in his nec assequi dicta, neque quicquam conferre possit. Quid
 ni esset absurdum o Socrates in tantis rebus nihil habere quod consulas? Vtrum igitur
 inquam & circa hac philosophum ut pentathlum esse oportere dicimus, & secundas te-
 nentem inutilem esse, quandiu aliquis illorum est: uel primum quidem ipsum oportere
 domum suam nulli administrandam præbere, neq; secundas in hoc partes tenere, sed ex
 seipso omnia castigare, recte iudicantem, si quidem familiam suam recte administrat. Ac
 sentiebatur ille mihi. Atq; ego addidi. Tum si aut amicus huic aliquis uitæ suæ rationem,
 aut ciuitas quicquam discernendum aut iudicandum committat, num turpe o amice sit
 secundas eum in his tenere, aut tertias, neque ducem potius existere? Ita mihi uidetur in-
 quit. Absit igitur o uir optime ut philosophari sit plurima discere, artesq; tractare. Cum
 ista dixisset, sapiens quidem ille ex antedictis rubore affectus tacuit. Indoctus autem affir-
 mauit sic esse, & ceteri omnes dicta collaudarunt.

ARGVMENTVM MARSILII IN LIBRVM QVI THEAGES
 INSCRIBITVR, VEL DE SAPIENTIA.

DISTINGVITVR in hoc dialogo Sapiaentia, & ultimum distinctionis membrum sic inuesti-
 gandum assumitur, ut quo pacto acquiratur ab hominibus, pateat. Prima partitione Sapiaentia du-
 plex dicitur. Vna absoluta, conditionalis altera. Absoluta, quæ simpliciter absque additione aliqua
 sapientia nominatur. Conditionalis, quæ non simpliciter sapientia, sed sapientia quædam dicta est.
 illa sic definitur. Cognitio earum rerum de quibus haberi scientia potest. Habetur autem scientia de ijs quæ sem-
 per eadem, & eodem modo sunt: huiusmodi sunt summa rerum principia, & æternæ rerum omnium rationes;
 hæc autem diuina dicuntur, quæ fit ut sapientia sit diuinarum rerum scientia: quæ quidem absoluta sapientia est.
 Conditionalis uero omnibus artibus & facultatibus est communis. Nam summitas cuiusq; artis sapientia quædam
 uocatur, ut sapientia gubernatoria, sapientia aurigaria, sapientia militaris. Ex omnibus autem quæ cum additio-
 ne sapientia nuncupantur, præcipua est, quæ ceteris ut ministris uilit, cuiusmodi ciuili sapientia est. Quæ qui-
 dem facultas commune ciuitatis & gentium bonum coniectans, definitur. Hæc tum ciuili tum etiam regia disci-
 plina uocatur. Cuius subiectum ciuitas est: finis commune bonum: ministræ artes omnes. Officia duo, leges con-
 dere, & conditas exequi. Illud per prudentiam nomotheticam, hoc per iustitiã legalem & iudiciariam agit. Ve-
 rum quo pacto quis ciuilem sapientiam nanciscatur, in plurimis eius disputationibus Plato dubitat: & in presen-
 ti Theage utrum ciuiles homines, an sophistæ, an contemplatiui duntaxat philosophiam doceant. Quod à ciuili-
 bus uiris, aut sophistis, aut soli cõtemplationi deditis discatur, in Menone & hic quodammodo negat, quod illi ne-
 filios quidem suos unquam docuerint, quod isti rationem boni non habeant, quod hi rerum humanarum ex parti-
 minime sint. Restat igitur, ut hæc aut à philosophis & contemplandi & agendi apprimè peritis percipiatur, aut
 diuina sorte contingat. Illi nusquã reperiuntur. Vnde in Menone & in Theage diuino munere fieri asserit, ut in
 animos ciuim temperatos Dei prouidentia boni ipsius intelligentiam & leges ad id ducentes infundat. Quam
 sanè notionem hic ciuilem sapientiam, in Menone pro priori uocabulo uaticinium quoddam nominat, ciuilesq; ut
 ros furentibus comparat. Sape etiam ait nunquam à malis genus hominum cessaturum, nisi aut legitimi philoso-
 phi dominantur, aut ij qui gubernant rempublicam diuina quadam sorte philosophentur. Hoc autem libro cum
 Socrates in sua membra sapientiam distinxisset, & hanc ciuilem sapientiam sub quadam ironie specie, nec à ciui-
 libus uiris, nec à sophistis, nec à se ut à philosopho contemplationi dedito Theagem adipisci posse dixisset, subiu-
 xit tentandam esse uim demonis, & denique uoluntatem dei precibus exorandam, quasi illinc ista discantur,
 & dei prouidentia per medios spiritus, sape hominibus agendorum oracula pandat. Eos autem ministros; quæ
 dei iussu bonorum ciuim & legitimorum principum mentes ad bene gubernandum illuminat, Dionysius Areo-
 pagita Principatus nominat. Effet hic fortasse de Demone Socratis disputandum, sed argumenti breuitas pro-
 hibet; Quinetiam maximus Tyrius, & Hermias, & Apuleius de hoc abundè disseruerunt. Indu-
 cit autem hic tres Plato personas, Demodocum ciuem Atheniensem una cum si-
 lio suo Theage sapientiam affectante, & Socratem. Inci-
 pit uero à Demodoci petitione dialogus.

THEAGES VEL DE SAPIENTIA

DEMODOCVS. SOCRATES. THEAGES.



QUOVS habebam O Socrates quædam priuatim tecum communicare, si qui-
 dem otium sit: uel etiam negotium, modo non omnino magnum, uelim e-
 nim mea causa otium agas. S O C. Equidem otiosus & alioqui sum, sed tui
 causa maxime. Si quid ergo dicere uis licet. DEMO. Vis fecedam uis hinc
 in proximam Iouis liberatoris porticum? S O C. Ut lubet. DEMO. Ea
 mus ergo o Socrates. Omnes quidem plantæ eodem se modo habere uidentur, & quæ e-
 terra nascuntur, animaliaq; omnia, & homines deniq; ipsi. Ut enim in plantis facillimum
 etiam plantatio: postquam uero quod plantatum est uiuit, tunc cultus ipsius uariis est &
 difficilis, sic & in hominibus uidetur. Ex meis enim rebus cætera coniectio. Etenim hæc mi-
 hi mei filij siue plantatio, seu generatio appellanda sit, omnium facillima extitit: educatio
 autem difficilis, & plena timoris semper, maximum metum ipsius causa subeunt fuit. Et
 alia quidem multa de hoc dici possent; præcipue uero cupiditas quæ huic nunc inest, ue-
 hementer me sollicitat. Est enim non ingenerosa, uerum talis, ut fallere possit. Cupit enim
 o Socrates, ut ipse ait, sapiens effici. Et ut mihi uidetur, populares quidem eius æquales in
 urbem uenientes sermonibus suis hunc uehementer incitauerunt, quos æmulari cœpisti,
 & mihi iam pridem molestus est, uolens ut eius curam suscipiam, ac pecuniam sophistæ
 alicui, qui ipsum sapientem reddat, persoluam. Mihi uero pecuniarum minor est cura:
 uerum hunc existimo ob hoc eius studiũ in periculum nõ mediocre incursum. Hacten-
 nus igitur huic obstiti, consolando: sed ubi diutius nequeo, operæ precium fore duxi ut
 ei obtemperem, ne sine me frequenter cum alijs uiuens corrumpatur. Nunc autem ad hoc
 proficiscor, ut eum apud aliquem sophistarum sistam; Tu igitur per opportune nobis
 obuiam factus es, quem quidem hac in re mihi consultorem maxime cupiebam. Itaq; si
 quid habes quod mihi in ijs quæ audiuiſti consulere queas, licet & expedit. S O C. Cui
 rerum o Demodoce consilium res sacra est; & si unquam ullum aliud, hoc est imprimis
 de quo queris. Non est enim diuinius aliquid quo de quis consulere queat, quam de in-
 stituitone sua atque suorum. Primum igitur conuentamus, quidnam hoc esse putemus
 quo de consultamus, ne sæpenumero ego quidem aliud illud existimem, tu item aliud, ac
 deinde longe dissentiamus, ridiculi quidem existentes ambo, & ego qui do, & tu qui po-
 stulas consilium, cum nihil dum consenserimus. DEMO. Recte quidem mihi dicere uis
 deris o Socrates. Itaq; faciendum censeo. S O C. Recte inquam, non omnino tamen re-
 cte: nam paulisper id muto; dubito enim ne forte hic adolescentulus alia quædam quam
 quæ nos rebamur, cupiat: quod si alia, nos quoque absurdus faciamus de alio consultan-
 res. Rectissimum igitur mihi uidetur, ut initium hinc sumentes, ipsum quid maxime in-
 stituit rogemus. DEMO. Optimum apparet. S O C. Dic igitur mihi, quod pulchrum
 nomen est puero: quo nomine ipsum uocabimus? DEMO. Theages o Socrates. S O C.
 Pulchrum o Demodoce filio nomen imposuisti. Sed tu dic mihi Theages, cupis ne sa-
 piens esse: ac dignum existimas esse, ut pater hic tuus uirum inueniat, qui te sua consue-
 tudine sapientem reddat? THEA. Cupio. S O C. Sapientes autem utrum uocas homi-
 nes scientiam habentes, quæcunq; illa sint quæ scierint, nec ne? THEA. Scientes equidem.
 S O C. Quid igitur, nõ ne te pater edocuit quæ hic nobilium uirorum filij docentur? scis
 licet literas, citharam pulsare, palestram, & alia certamina? THEA. Docuit. S O C. Putas
 præterea te aliqua scientia indigere, de qua curam suscipere tui causa patrem deceat?
 THEA. Puto. S O C. Quæ est igitur ipsa? dic nobis, ut tibi gratificemur. THEA. Nouit
 & hic o Socrates, quoniam persæpe illi narraui; sed de industria hæc nunc tecum loqui-
 tur quasi nesciat quæ cupiam: hoc enim modo & in alijs multis mecum pugnat, neque
 uult alicui me tradere. S O C. Atqui quæ hætenus aduersus hunc abs te dicta sunt, testi-
 bus carent: nunc autem me adhibe testem atque coram me denuo recense. Quanam est
 hæc sapientia quam appetis? Age si cuperes eam qua homines nauigia gubernant, & ego
 te rogarem; quanam o Theages sapientia indigens, patri succensens quod te his à qui-
 bus sapiens reddi potes non tradat, quamnam esse responderes? nonne gubernatoriã?

*Ocasio dialo-
 gi est oratio
 Demodoci: in
 quo dialogo
 ut nomē habe-
 tur sapientie,
 ita monstra-
 tur per alia
 studia que nõ
 est, ita ut non
 que sit, sed
 que non sit de-
 claretur.*

Consilium res sacra

*Prouerbium in-
 iudicium?*

*Consilia in-
 iudicium?*

*Quid præce-
 nire oporteat
 eos qui de re-
 consulare ue-*

*Pulchra nomi-
 na imponen-
 da pueris.*

Hic concedi THE. Certe. S O C R A. Sin autē illius cuperes eruditum te fieri, qua currus reguntur, ac tur sapientia patri succenderes, ego uero rogem, quanam ea esset, nonne aurigariam respondeas? conditionalis THE. Vtique. S O. Quam igitur nunc cupis? Vtrum illam quidem nosti, nomen autem multifariam ignoras? uel nomen etiam tenes? THE. Etiam nomen. S O. Dic ergo quid est. THE. Quod aliud nomen huic congruere dicas? Socrates, quam sapientiam? S O. Nonne et si sapientie ne etiam aurigariam, sapientia est? An ignorantia tibi uidetur? THE. Nullo modo. S O. Nonne habeat An non sapientiam? THE. Sapientiam. S O C. Qua ad quid utimur? num qua scimus equo illa qua pro rum iuga regere THE. Profecto. S O C. At gubernatoria nonne & ipsa sapientia est? THE. Mihi quidem uidetur. S O. Num & ea est, qua naues gubernamus? THE. Ea uoluntate est. S O. Ea uero quam nunc optas, quanam sapientia est? quid uic ea ministrat. THE. Sapientia, ab ijs Mihi quidem uidetur ea qua scimus hominibus imperare. S O. Num qua agrotantibus que non pro bus? THE. Minime. S O. Ipsa enim medicina est, nonne? THE. Est. S O. At qua ca prius sunt se nentibus scimus in choris præesse? THE. Nequaquam. S O C. Musica enim est. THE. Ita. S O C. Sed utrum qua certantibus præesse? THE. Nequaquam. S O C R A. Gymnastica enim est. THE. Est. S O C. Verum qua quid facientibus, conare exprimere sic, quemadmodum superiora ego. THE. Mihi planè uidetur ea, qua his qui sunt in ciuitate. S O C R A. Nonne in ciuitate agroti etiam sunt? THE A G. Sunt quidem, sed non istis solum dico, uerum omnibus qui in ciuitate uersantur. S O C. Intellego quam artem dicis. Videris enim non eam qua præesse nouimus metentibus aut uindemiantibus, aut plantantibus, aut ferentibus, aut tritulantibus: ipsa enim per quam ijs imperamus, agrorum cultura est. THE. Est. S O C. Neque rursus qua uel secantibus, uel perforantibus, uel polentibus, uel torno aliquid facientibus: nam hæc ad fabros pertinet. THE. Certe. S O C. Verum fortasse qua ijs uniuersis, & agricolis, & fabris, & artificibus omnibus, ac priuatis cunctis mulieribusque, & uiris imperitamus, eam tu sapientiam dicis. THE. Istam ipsam? Socrates iam pridem dicere uolebam. S O C. Potes ne dicere an Aegisthus qui Agamemnonem apud Argos interfecit, his omnibus imperauit quos dixisti, artificibus, priuatis, uiris, mulieribusque uniuersis, an alijs quibusdam? THE. Non alijs, sed ijs omnibus. S O C. Quid autem Peleus Aeaci filius in Phthia, nonne iisdem dominatus est? THE. Eisdem. S O C. Perandum uero Cypsei nonne audisti apud Corinthios imperasse? THE. Equidem. S O C. Nonne eisdem in ciuitate sua dominatus est? THE. Certe. S O C. Quid uero Archelaum Perdicæ nuper in Macedonia imperantem, num iisdem existimas dominatum? THE. Equidem. S O C. Hippium autem Pisistrati in hac urbe dominantem, quibusnam præfuisse arbitraris? nonne iisdem? THE. Quid nunc? S O C. Bacis uero, & Sibylla, & nostras Amphilytus, quonam pacto tibi cognominandi uiderentur? THE. Non alio quam uatum nomine. S O C. Recte dicis, eodem modo conare ut inuenias quo cognomine Hippium & Perandrum proptereundem principatum nominas. THE. Qui uocem quam tyrannos? S O C. Ergo quicumque cupit more istorum uniuersis suis ciuibus imperare tyrannidem appetit, & esse tyrannus studet? THE. Ita uidetur. S O C. Hanc tu optas? THE. Videtur ex ijs quæ dixi. S O C. Scelestè, more tyranni nobis præesse cupis? Ac iam dudum succenses patri, qui te ad aliquem tyrannidis præceptorem non mittit? Et te Demodoce non pudet, qui dudum noris quid hic concupiscat? & si habuisses quod ipsum mitteres, artificem sapientiam illius quam petis, fecisses? post adulescentem simul ego & tu, est ne quod mittamus, ut alicuius consuetudine sapiens tyrannus efficiatur? D E M O. Per Iouem? Socrates consultemus. Est enim ut mihi uidetur consilio opus, & maximo. S O C. Sine bone uir, interrogemus ipsum prius. D E M O. Interroga. S O C. Quid si Euripide ad aliquid utamur? Theages? Inquit enim ille, Sapientum tyranni sapientum consuetudine. Si quis Euripidem roget, qua in re sapientum consuetudine ais sapere tyrannos? quemadmodum si cum dixisset, sapientes agricolæ sunt sapientum consuetudine, percontaremur, quanam in re sapientum, quid putas ipsum dicendum? an aliud quam in re rustica? THE. Nihil aliud. S O C. Eodem modo si dixisset, sapientes cocci sapientum consuetudine, nosque rogaremus, quanam in re sapientum, quid aliud responderet, quæ coquinaria? THE. Id ipsum. S O C. Quid si dixisset sapientes athletæ sapientum consuetudine, & nos in quo sapientum interrogemus, nonne certando responderet? THE.

Imò

Imò. S O. Et quia dixit, Sapientes tyranni sapientum consuetudine, si rogaremus illum, qua in re? Euripides sapientum, quid eum responsum putas? THE. Per Iouem nescio. S O. Vis tibi dicam? THE. Ut lubet. S O. Hæc sunt quæ ait Anacreon ipsam Callicretem nosse. Audisti carmen? THE. Audiui. S O. Quid igitur huiusmodi ne uiri consuetudinem cupis, qui eam artem teneat quam tenebat Callicretes Cyane nata, quicquid sciret tyrannica quæ Callicretem nouisse poeta inquit, ut & in nos & in ciuitatem tyrannidem exerceas? THE. Iamdudum me mordes Socrates atque irrides. S O. Quamobrem? nonne ais hanc te sapientiam optare, qua cunctis imperes? Atqui hæc faciens aliud ne quam tyrannus sis? THE. Optarem quidem uel omnium hominum uel quam plurimorum tyrannide potiri, quod idem de te ac cæteris omnibus persuadear mihi, aut etiam Deus esse. Veruntamen non hoc appetere dicebam. S O. Quid tandem est hoc quod cupis? nonne ciuibus præesse? THE. Non ut quidem, neque ut tyranni, sed uolentibus, quemadmodum alij in ciuitate rationis compotes homines. S O. Dicis ergo qualis Themistocles fuit, & Pericles & Cimo, & quicumque alij in administratione reipublicæ floruerunt? THE. Per Iouem istos inquit. S O. Quid uero si nobis eques esse studeas, & in ea arte sapiens, ad quosnam alios accederes quam ad equites? THE. Ad nullos alios. S O. Quippe ad hos ipsos qui equesri arte polent, & qui equis tum nostratibus, tum alienis quam plurimis utuntur. THE. Scilicet. S O. Eodemque modo si sapientem iaculandi artem adipisci cupias, ad eos qui optime iaculantur, & qui multis tam alienis quam proprijs utuntur spiculis proficisceris. THE. Mihi quidem uidetur. S O. Age itaque postquam in ciuilibus erudiri uis, ut in ijs sapiens fias, ad alios accedendum putas, quæ ad hos ciuiles homines, qui disciplina ciuili summopere ualent, & utuntur ea, tum patriam, tum aliarum ciuitatum & Græcarum & barbararum? An putas ab alijs sapientiam earum rerum posse consequi, quas isti soli norunt? THE. Audiui Socrates sermones quosdam, quos tuos asserunt, ciuilium uirorum liberos nihilo meliores quam cerdonum esse. Et mea quidem sententia uera dicis. Inspiciens ergo sum ego, qui de illorum numero esse possum, si mihi persuadeam, aliquem istorum suam mihi sapientiam traditurum, qui quidem suos filios ipsorum minime iuuent, putetque uel mihi, uel ulli mortalium ad hanc rem posse prodesse. S O. Quid tu igitur optime hominum agas, si cum tibi filius esses, huiusmodi negocia exhiberet, ostendens cupere in optimum pictorem euadere, succenseatque tibi quod nullam in se pecuniam eius gratia collocares, sed ipsos pingendi artifices parumperderet, neque ab eis aliquid uellet discere, tibicinas item tibicen effici uolens, uel etiam citharodos, habes quod cum eo agas, uel quod tandem illum mitteres, nolentem ab ijs discere? THE. Minime profecto habeo. S O. Nunc igitur eadem hæc faciens, miraris atque succenses patri cum dubitat quid tecum agat, & quod te mittat, quem Atheniensium in administranda re publica præstantissimorum quicumque uoluisses commendaturi ei amicus, qui tecum sine precio uersatus fuisset: simulque & sumptibus pepercisses, & ab huiusmodi consuetudine plus nominis quesuisses quam omnium cæterorum. THE. Quid igitur Socrates nonne tu ex bonis uiris es? Si me susceperis, sat habeo, neque alium quero. S O. Quid hoc dicis? D E M O. Non male dicit? Socrates, neque mihi quicquam hoc iocundius utiliusque ut arbitror esse posset, quam si huic tua consuetudo placeat, & si tu cum eo uersari uelis: & profecto pudore impeditor dicere quam uehementer affectem. Itaque ambos uos rogatos uelim, & te ut uelis hunc suscipere, & tene alium quam Socratem quæras, meque maximis curis & formidine plenis obsecro liberetis, quoniam nunc uehementer timeo, ne hic cuiuspiam alterius consuetudinem quærat, a quo deinde perdat. THE. Ne ulterius mihi timeas mi pater, si huic persuadere potes ut me suscipiat. D E M O. Recte loqueris, & ad te? Socrates omnis posthac ratio conuertetur. Ego enim ut breuissime loquar, me simul ac mea omnia uel charissima quocumque indigeas tibi libentissime trado, si hunc Theagem susceperis, eique pro uirili tua benefeceris. S O. Equidem? Demodoce studium hoc tuum non admirror, si quidem existimas maxime à me hunc iuari posse. Nō enim uideo ubi maiore diligentia opus sit, si quis mentem modo habet, quæ ut filium optimum reddat. Sed unde tibi hoc ita uisum est, me uidelicet tuum filium meliorem posse tuum reddere quam tute possis? Atque unde hic tibi persuasit posse magis à me quam abs te ad hanc rem iuari? Ad enim uehementer admirror: tu enim primum me senior es, deinde multis

Ad eum sapientiam quendam
quidam nunciat

Nulli rei maiore
diligentia
adhibenda
quæ
filio instituitur
endo

ac maximis apud Athenienses functus es magistratibus, neque te magis quisquam à popularibus Anagyrsijs ac reliquis civibus honoratur. In me autem horum quicumque neuter vestrum videt. Verum si civillum viro rum consuetudines Theages iste contemnit, aliosq; querit qui instruat iuuentam profitentur, est hic Prodicus Chius, & Gorgias Leontinus, & Polus Agrigentinus, alijsq; permulti, qui adeo sapientes sunt, ut cum urbes adeunt nobilissimos & ditissimos alliciant ad se iuvenes: quibus cum vel optimorum quoruncumq; familiaritate gratis uti liceret, eorum assuetudine relicta, persuasi ad illos conferunt se, pretium atq; id ingens offerentes ultro, & gratia insuper maximam habentes. Ex his ergo decebat te ac filium tuum aliquem eligere, me uero ad id elegisse non conuenit. Nullam enim ex istis beatis & pulchris disciplinis profiteor, uelim tamen mihi illas esse notas. Verum semper nihil scire me dico præter exiguum quandam amandi disciplinam, qua uulgo uehementior, tum superioribus, tum etiam presentibus uiris esse uideor. THE. Vides ne pater Socratem hunc non admodum familiaritatem meam reciperet? Nam quod ad me attinet, paratus eram, modo ipse uoluisset: sed hæc omnia ille ioco aduersus nos dicit. Noui enim meorum æqualium & aliquanto seniorum nonnullos, qui cum antea nullius essent æstimationis, postquam familiaritate istius usi sunt, breui omnium supremi eorū euaserunt, quorū infimi prius erant. S O. Nostri quale hoc sit? Demo doxi filii. THE. Noui per Iouem: si uoles enim, talis fiam, quales illi fuerunt. S O. Non ita? optime, sed hoc te sefellit, quale sit: ego autem tibi dicam. Adest mihi diuina quadam forte dæmonium quoddam à prima pueritia me secutum: hoc enim uox est quadam quæcum fit, semper eius rei quam facturū sum, dissuasionem innuit, prouocat uero nunquam. Quod si quis amicorum mecum quandoq; aliquid cōmunicat, uenitq; uox, hoc illa dissuadet, neque facere sinit. Cuius quidem rei uobis testes dabo. Charmidem uirum bonum Glauconis filium noscitis, hic aliquando in Nemea stadio se exercitaturus mecum communicabat. Ac statim ubi dicere inciperet quod se exercitaturus esset, affuit uox: ego prohibui, edicens quem admodū dæmonij uox extiterat, ne se exerceret. Ille uero, fortasse, inquit, significat me uictorem non euasurum, & si uictoria non potiar, tamen me exercens, aliquid proficiam interim puto. Atq; ita locutus, in certamē abijt. Operaprecium igitur est audire quid ei ex eo certamine contigerit. Iam si uultis & Clitomachum Timarchi fratrem rogare quid ei Timarchus dixerit, cum iam moriturus esset. Is enim & Euathlus quidem cursor qui illum fugientem suscepit, referet uobis quid ille tunc dixerit. THE. Quidnam? S O. O Clitomache inquit, equidem quamprimū moriturus uenio, quoniam Socrati obtemperare nolui. Hoc quid ita dixerit Timarchus ego exponam. Cum enim surrexissent ex cōiuiō Timarchus, & Philemon Philemonidis filius, interfecerunt Niciam Hiroscamandri filium, soli enim insidiarum ijs conscij fuerant: hic Timarchus, Quid ais? Socrates inquit. Vos quidem bibite, me uero oportet aliō ire, redibo autem paulo post, si occasio erit. Tum mihi aderat uox. Itaq; ne surgas inquam, solitū mihi à dæmone signum datum ferens. Qui euit ille. Deinde paulisper commoratus ardebat iterum eundi cupiditate, dicens, eo iam Socrates. Et quia iterum uocem audiuit, rursus illum conhibui, donec ille tertio latere me cupiens clanculum, cum ego mentem aliō aduertissem, se subripuit. Et sic profectus ea patrauit, quæ mortis ei causa fuerunt. Hæc eadem ille fratri quem admodū nunc ego uobis, dixit, se scilicet moriturū uenire quod mihi credere noluisse. Audietis præterea ab his qui in Sicilia sunt, quæ de exercitus consuetudine prædixeram. Et præterita quidem ab his qui illa nouerunt, audire licet. Experiri uero dæmonij signum siquid forte dicat, etiam nunc possumus. In expeditionem nanque exijt Neonus Cali filius. Mihi autem signum adfuit, proficiscitur uero nunc cum Thrasulo aduersus Ephesum & Ioniam militaturus. Ego autem illum existimo uel interfecitum iri, uel huiusmodi aliquod incursum, & de reliquo negotio uehementer metuo. Hæc omnia ideo tibi dico, quia potestas omnis ad familiaritates cum his qui mecum sunt instituendas penes dæmonium est. Multis enim aduersatur, neq; licet his auxiliū ferre, qui mecum inuito dæmone cōuersantur: quare impossibile est mihi cum his uiuere. Multis autem haerere non prohibet, sed consuetudine nostra nihil omnino iuuantur. Quibus autem fauerit in ipsa familiaritate potestas dæmonij, illi sunt de quibus illud anima dixerit, breui enim proficiunt. Sed eorum partim hoc beneficium firmum habent atque durabile, plerique

uero

Memus Sophistarum

Dæmon So/ cratis

uero quoad mecum sunt, mirifice pollent, at ubi discesserint, rursus nihil à cæteris differunt. Hoc quandoq; accidit Aristidi Lyfimachi filio, eius qui filius fuit Aristidis. Nam me cum cōmorans, breui multum profecit: postea uero in militiam profectus est, rediens deinde offendit apud me agætē Thucydidem Melisi filium: hic autem Thucydides pridem mihi inter disputandum nescio qua de re obiecerat. Cum me salutasset, & quædam insuper collocutus esset Aristides, Thucydidem, inquit, o Socrates audio gloriari, & in quibusdam tecum etiam cōcertare, tanquam aliquid sit. Est inquam ut dicis. Tum ille, non meministi, inquit, antequam tibi adhereret, quale fuerit mancipium? Nō uidetur inquam per deos. At ego, inquit ille, ridiculus sum. Quidnam maxime inquam? Quoniam priusquam hinc abirem, cum quouis disputare audebam, neq; aliquo uidebar in differendo deterior, adeo ut cœtus præstantium uirorum audacter adirem. Nunc autem contra, fugio quemcumq; eruditum esse intellexi, adeo pudore abducor ob inscitiam. Vtrum igitur inquam euestigio te reliquit illa uis? an paulatim? Paulatim, inquit. Quando uero in te incessisti, utrum accidit tibi aliquid à me discendi, an aliter? Dicam o Socrates rem quidem incredibilem, ueram tamen. Nihil inquam à te ut ipse scis, didici, proficiebam autem quotienscumq; tecum essem; & si in eadem solum domo essem, non tamen in eadem parte domus, magis tamen quotiens eadē in parte. Et mihi quidem uidebar multo magis, quando in eadem parte existēs, aliquid te dicentem intuebar, quam cū aliō essem auersus. Sed longe magis proficiebam, cum apud te sedens, te tangebam. Nunc autem omnis habitus ille defluxit. Est igitur o Theages huiusmodi nostra cōsuetudo. Si enim Deo gratum est, permultū quidem & breuī proficies. In contra, minime. Vide igitur ne tibi tutius sit ab aliquo illo erudiri, quibus in sua potestate sita est utilitas qua cæteris profunt, quam à me fortuna quadam id assequi. THE. Mihi quidem sic faciendum Socrates uidetur, ut cōsuetudine nostra de dæmonio intelligamus. Quod si nobis annuerit, recte omnia: sin minus, quid agendum sit cōsultabimus tum, alteri ne cuiquam adhaereamus, an hoc diuinum quod tibi insitum est, precibus & sacrificijs & alio quouis deniq; pacto, quo uates iubēt, placemus. D E M. Nihil ad hæc o Socrates huic a dolenti repugnes, bene enim dicit Theages. S O. Atqui si uidetur oportere sic agere, sic agamus.

ARGUMENTVM MARSILII IN MENONEM DE VIRTUTE.



QUATUOR esse argumentationum genera, quibus Plato utitur, exemplum, inductionem, rationem, cinationem, & enthymema, & quo pacto fiant, satis in Alcinoi compendio, quod & nos traduximus declaratur. Vbi etiam tres Platoniorum dialogorum species inuenimus, & quibus argumentationibus in unaquaq; dialogi specie uti soleat. Aut enim solum inquit, falsū cōsultat argumētum aut solum uera exponit ac docet, aut in utroq; uersatur. Primus inquisitiuus & cōtentiosus. Expositiuus alter. Postremus mixtus est dictus. Meno autem licet mixtus sit, maiori tamen ex parte contendit & cōsultat, & omnes argumentationes attingit. Ut nisi quis ex alijs Platonis dialogis, qui ad expositionem magis quam ad disceptationem pertinent, sensu colligat, & Menoni huic adijciat, difficile summam disputationis huius elicere possit, est autem hæc, quid uirtus sit, & quomodo nobis ad sit, inquirere. Id Socrates efficit, dū quatuor Menonis, Aristippi, Gorgie, & Prodicij de uirtute definitiones cōsultat, & definitionem suam post illas inductam geminis obiectionibus retractat. Veritas quippe ex redargutione falsitatis elucet. Est autem hominis uirtus affectio siue habitus anime, quo potentia naturalis eius quam optime suum opus exercet, quæ definitio in libro de Republica traditur. Opus cuiusq; potentia tunc optime exercetur, cum ad finem suum dirigitur. Quod ad finem cōfert, uti le dicitur. Merito igitur in hac disputatione commune uirtutis officium id esse traditur, ut & actiones & ea qui bus agendo utimur, utilia reddat. Illa itaq; definitio huic dialogo consonat, cum dicitur: uirtutibus est cōmunis. Virtutum profecto species plures sunt, pro uirium anime & actuum diuersitate, in quibus una tamen quæ dicta est communis uirtutis ratio semper inspicitur. Prima uis anime mens est, cuius actus est perpetua cōtemplatio ueritatis. Secunda ratio, cuius actus ueritatis inuestigatio. Tertia phantasia, cuius actus collectio eorum quæ sensus eius nuncij porrigunt, perq; illa discursus. Atq; hæc sunt uires anime, quæ cognitio dicuntur. Restant tres alia, quæ appetitus uocantur. Voluntas, & irascendi uis, & cōcupiscendi uoluntatis actus, appetere quæ mens & ratio porrigit irascibilis, aggredi quæ ratio & phantasia proponit cōcupiscibilis actus, adsciscere quæ phantasia sensusq; obijciunt. Sex insuper istis due subiiciuntur, mouēdi & nutriendi uigor, sed hæc cum superioribus, aut nihil, aut uix, & parum admodum in uirtute communicant. Affectio mentis quæ cōtemplationem perficit sapientia est.

Tria dialogi officia

Virtus quid

Vires anime cognitue, Vires appetitiue.

Vigores duo

tia est: que rationis indaginem, scientia atq; prudentia. Scientia quidem indagacionem eorum que natura facit, prudentia consultationem in ijs qua nos agimus. Quae phantasia discursum opinio recta, quam sagacitatem quidam uocant. Iustitia uoluntatem & liberalitas. Irascibilem fortitudo eiusq; pedisse que. Concupiscibilem continentia simul & temperantia. His omnibus id est commune, ut qualibet earum sit affectio actum potentia naturam persciens, dum decorum reddit & utilem ad finem ultimum consequendum. Varia uero uirtutes diuerso modo habentur. Sapiencia quidem natura: est enim aeterna rationum omnium in mente complexio, perpetuusq; ueritatis intuitus. Scientia per doctrinam philosophia qua reminiscencia praestat, acquiritur, dum ratio que penas olim abiecti, ad mentem conuersa reminiscendo iterum alas recuperat. Prudentia doctrina simul & longo usu rerum aduenit. Recta opinio exemplis, autoritate, inductione, sorte. Iustitia fortitudoq; & temperantia, ceteraq; morales uirtutes prudentia rectaq; opinionis legibus & exercitatione legitima perficiuntur. Vnde duo haec moralium uirtutum principia Plato posuit, prudentiam & rectam opinionem. Quamobrem prudentia seipsum numero totius moralis uirtutis apud Platonem nomen usurpat. Est & uirtus quaedam ad rectam opinionem attinens, qua legitimi principes ac ciues, in agendo honesti, contemplationis tamen expertes bonum publicum curant, quam ciuilem peritiam nominant. Eamq; Plato facultatem, & in Theage, & in presenti Menone, haud diuiter quam sorte diuina, dari ciuilibus hominibus disputat. Hac igitur summa quae mentem Platonis in Menone colliget, & huiusmodi praemissa distinctione contradictiones reuuet, obiectionesq; uitabit. Disputationem uero illam de reminiscencia geometricisq; figuris in argumento tractare idcirco non placuit, quoniam non ut principalis, sed ut accessoria est inserta. Argumentum autem summam rei caputq; requirit. Singula quippe discutere non argumenti, sed commentarij potius est officium.

MENO VEL DE VIRTUTE

MENO, SOCRATES, PVER ANITYVS

POTES ne mihi ostendere Socrates, doceri uirtus possit necne, an exercitatione potius acquiratur? Aut num fortasse nec doctrina, nec usu hominibus comparatur, sed ipsa natura, uel alio quopiam modo hominibus insit? s o. Haec uero o Meno Thessalici homines inter Graecos illustres, tum equestri facultate, tum etiam diuitijs habiti sunt. Nunc autem, ut mihi uideatur, sapientiae quoque gloriam consequuntur, praesertim amicis tui Aristippi Larissae concius. Atque eius quidem reiautor uobis Gorgias extitit, qui in urbem uestram profectus amico sibi ob sapientiam comparauit cum reliquos Thessalicorum optimates, tum maxime Aleuadarum familiam, ex qua amicus tuus Aristippus originem ducit. Quamobrem sic uos Gorgias assuescit, ut intrepide & alto animo interrogantibus respondeatis, quemadmodum scientes decet, quippe & ipse concedebat Graecorum cuique rogare quicquid quisque uellet, ac singulis etiam respondebat. Nobis uero o amice Meno contrarium contigit: siquidem sapientia nostra quodammodo iam exaruit, atque ex ijs locis ad uos diuertisse uideatur. Itaque si quem nostrorum hominum hoc pacto perconteris, nemo erit qui non rideat. O hospes forte tibi beatus quidam uideor, quem nosse existimas, utrum doctrina, an alia quadam ratione uirtus hominibus comparetur. Ego uero usque adeo ab hac cognitione absum, ut nec quid ipsa sit uirtus intelligam. At qui ipse quoque o Meno sic affectus sum: in eadem quippe paupertate animi qua & concius mei, uersor, ac me ipsum sepe accuso, utpote quid sit uirtus pernitus ignorans. Cum uero quid sit nesciam, quoniam pacto qualis sit norim? Num tibi fieri posse uideatur, ut qui nullo modo quis Meno sit norit, utrum bonus, diues, generosus, an contra sit norit? M E. Mihi quidem uideatur. At uero ipse reuera o Socrates, quid sit uirtus ignoras? Ista de te domi renunciabimus? s o. Non id quaeso solum Meno domi dicis, uerum etiam quod nullum unquam, ut mihi quidem uideatur, isthuc scientem nactus sim. M E. Nunquam ne igitur Gorgiam cum hic comoraretur conuenisti? s o. Equidem. M E. An haec ignorare tibi uisus est? s o. Haud satis o Meno memini, ideoque quid tum mihi uisum fuerit, in praesentia referre nequeo. Sed forte & ille nouit, & tu quid ille docuerit, tenes: quare si placet, ipse dicas. Nam tibi forsitan cum illo conuenit. M E. Conuenit equidem. s o. Eum igitur cum absit, omitteramus. ipse uero o Meno, dic per deos obsecro quid esse uirtutem existimes: dic inquam, nec inuideas, ut fortunati cuiusdam mendacij redarguar, siquidem tu & Gorgias id nosse uideamini, ego uero nemini unquam hoc scienti occurrisse dicam. M E. At o Socrates nequaquam difficile est id dicere: & primo quidem si

Sapiencia
 scientia
 prudentia
 opinio recta

cibilis peritia

Tergruensis
 tio Socratis
 eo pertinens,
 ut interroget
 ipse

Modesta sapientia
 interrogat: ad uirtutem, uel
 aliam

lubet quae uiri sit uirtus. haec plane est, ad ciuiliu rerum administrationem sufficientem esse, ijsq; tractandis amicos iuuare, inimicos laedere, nec non diligenter cauere, ne quid ipse tale aliquando patiatur. Quod si ulterius quae sit mulieris uirtus nosse requiris, neque id arduum erit. Est enim mulieris uirtus, domum recte gubernare, dum curat domestica, uirorumq; obedit. Alia quoque uirtus est pueri foeminaeque & masculi, & uiri iam aetate grauis: nec non liberi, si uelis, alia, & alia serui. Atque aliae permultae uirtutes sunt. Quamobrem haud deest, quid de uirtute dicamus. Enim uero in una quaque actione atque aetate ad unum quodque opus singulis hominibus uirtus adest. Totidem praeterea & de uitio o Socrates, ut arbitror, dici possent. s o. Non parum in hac uenatione fortunatus sum o Meno: siquidem unam uirtutem inuestigans, examem quoddam uirtutum apud te habitantium reperit. Veruntamen o Meno si eadem examinationis similitudine percontanti mihi quae sit apud substantias, multiplices earum esse substantias respondisses, ego uero iterum te rogem, nunquid hoc quo apes sunt, an alio quopiam, ueluti pulchritudine, uel magnitudine, aut alio quopiam huiusmodi apud substantias diuersas esse dicis, quid inquam sic interroganti potissimum responderes? M E. Quod eo quod apes sunt, minime differunt. s o. Et si ego post haec rogem, quid ergo est o Meno, quo nihil inter se differunt, sed idem sunt ciuitas, habes quod respondeas? M E. Habeo profecto. s o. eadem itaque ratione uirtutes quanquam multae atque uariae sunt, unam tamen speciem quandam in omnibus eandem habent qua uirtutes existunt, in quam respicere decet eum, qui responsurus sit interroganti cuiquam quid uirtus sit. Tenes quid dicam? M E. Intelligere uideor, nondum tamen ut uellem quod quaeris plane comprehendo. s o. Vtrum uero circa uirtutem id solum o Meno tibi uideatur, aliam quidem uiri esse, aliam mulieris, & aliam reliquorum, an etiam circa sanitatem, magnitudinemque, & robur eodem modo, ut alia quidem uiri sanitas sit, mulieris aliam, an potius eadem ubique sanitatis species est, si quidem sanitas sit, seu uiro, siue mulieri, siue alteri cuiuscunque adsit? M E. Eadem mihi sanitas & uiri simul & mulieris esse uideatur. s o. Nonne igitur si quidem robusta sit foemina, eadem specie roboris robusta erit? Cum uero eandem dico, quae nihil differt, quae robur ut robur sit intelligo, seu uiro, seu mulieri insit. Num tibi differre quicquam uideatur? M E. Minime. s o. Ergo & uirtus, ut uirtus sit, differt iuuenem, aut senem, aut uirum, aut foeminae ornem? M E. Mihi quidem o Socrates hoc caeterorum simile nequaquam esse uideatur. s o. Nonne uiri uirtutem esse dixisti, recte Rempub. gubernare, mulieris uero domum? M E. Dixi equidem. s o. An potest quicquam ciuitatem uel domum, aut aliquid aliud recte disponere, nisi temperate siue prudenter ac iuste disponat? M E. Non certe. s o. Nonne si temperate iusteq; instituant, temperantia, iustitiaque instituent. M E. Necessesse est. s o. Vtrisque igitur tam uir quam mulier indiget, si boni futuri sint, temperantia scilicet atque iustitia. M E. Apparet. s o. Quid uero puer ac senex quatenus imtemperati & iniusti sunt, non boni fient. M E. Nequaquam. s o. At dum temperati & iusti. M E. Ita. s o. Vniuersi igitur homines eadem ratione boni fiunt, nam eorundem participatione boni semper efficiuntur. M E. Videtur. s o. Nunquam eadem ratione boni sint nisi illorum uirtus sit eadem? M E. Nunquam. s o. Quoniam ergo eadem uirtus est omnium, conare in memoriam reducere quid nam hoc esse Gorgias dixerit, ac tu una consenseris. M E. Quidnam aliud quam praesse hominibus posse? siquid unum in omnibus exigis. s o. Requiro equidem, attamen eadem ne pueri & serui uirtus erit o Meno praesse posse domino, ac uideatur tibi etiam tum feruus esse cum imperat? M E. Haud certe mihi uideatur o Socrates. s o. Neque enim isthuc optime uir fas esset, sed hoc rursus considera, utrum dominari posse aliquem putas, si iuste praesse dicamus: iniuste uero, nequaquam. M E. Puto equidem, Iustitia enim uirtus est. s o. Vtrum uirtus o Meno, an uirtus quaedam? M E. Quo pacto id ais? s o. Quomodo de quo uis alio. ut ecce de rotunditate figuram quandam esse dicerem, non simpliciter figuram, ob eam sane causam ita loquerer, quia aliae quoque figurae praeter rotunditatem sunt. M E. Recte inquis. At qui & ipse non iustitiam tantum, uerum alias quoque uirtutes esse dico. s o. At quas dicis alias explica obsecro. Equidem si me de alijs figuris interrogasses, utique respondissem, itaque tu quae sint aliae uirtutes ostende. M E. Fortitudo, temperantia, sapientia, magnificentia, ceteraq; permultae. s o. In idem recidimus. Multas rursus uirtutes, dum quaerimus unam, inuenimus, sed alio pacto: unam uero quae per

Prima uirtutis definitio mala

Confutatio ex inductione

Secunda definitio mala
 Confutatio

Transfertur
disputatio ad
figurā, ut ad
evidentius

omnes diffunditur, reperire nequimus. ME. Nondum queo o Socrates, quod quæris, uram in omnibus uirtutem quemadmodum in cæteris assequi. s o. Non ab re quidem; à te petat idem quod modo dicebam, quid figura sit, ac tu quod sit rotunditas responde res, & ille tibi quæ & ego inferret, utrum rotunditas sit figura, an figura quædam, an non illi diceret figuram quandam esse? ME. Prorsus. s o. Nonne ob id quod alia quoq; fi guræ sunt? ME. Ita. s o. Quod si quales illæ sint quærat, euestigio respondebis? ME. Equidem. s o. Quin etiam si de colore similiter quid sit quærat, & tu quod albedo sit di cas, ac ille sic deinde roget, utrum albedo color sit, an color quidam, inferres ne colorem quendam ob hoc esse, quod alij quoq; colores reperiantur? ME. Maxime. s o. Si ite rum colores cæteros referre iusserit, narrabis utiq; & alios multos, qui nihilo minus quam albedo colores sint? ME. Narrabo. s o. Quid si ille sic, ut ego nunc, sermone progred iatur, dicatq; quod in multa semper recidamus, quod illi fieri nequaquam permittat; cumq; hæc multa uno nomine nuncupes, dicasq; omnia figuram esse, inter se contraria sint licet; hoc autem quod non minus rotundum contineat quam rectum, quam quidem figuram nominas, & nihilo magis rotundum quam rectum figuram esse tu dicis, an sic di cis? ME. Sic planè. s o. Cum ita dicas, inquam, nunquid rotundum magis rotundum quam rectum, aut rectum magis rectum quam rotundum esse dicis? ME. Non certe o So crates. s o. Veruntamen asseris rotundum nihil magis figuram esse quam rectum, neq; rectum magis quam rotundum. ME. Vera naras. s o. Quid igitur est, cui figura com petit? declarare enitere. Si itaque sic percontanti de figura siue colore, te nequaquam intel ligere quid ipse uelit respondeas, uehementer admiretur arbitror, ac dicat, an non intelli gis quod in ijs omnibus idem quæro; Nō habeas o Meno quod dicas, si quis quærat quid in rotundo sit ac recto, & cæteris quas figuras appellas, in omnibus idem? Explica quæ so, ut hoc pacto ad disputationem uirtutis te pares. ME. Nequaquam, sed ipse o Socra tes ediffere. s o. Vis ne tibi gratificer? ME. Omnino. s o. Vis tu contra uirtutis que stionem deinde soluerè? ME. Equidem. s o. Expediendum iam est, decet enim. ME. Et maxime quidem. s o. Age experiamur quid figura sit exprimere, & uide utrum istud admittas. Esto itaq; id nobis figura, quod solum ex omnibus semper colorem sequitur. Satis ne tibi hoc est, an forte aliud exi gis? Ego enim fat habeam, si mihi posthac uirtutem ipsam ostendas. ME. At istud absurdum quiddam est o Socrates. s o. Quamobrem? ME. Quoniam figura secundum rationem tuam est quæ semper colorem sequitur. Si er go colorem quis nosse negaret, eodem modo quo circa figuram dubitans, quid illi potissi mum responderes? s o. Vera equidem. Nam si qui rogat sapientum illorum & conter tioforum ac litigantium aliquis sit, respondeam utiq; me dixisse, quod si mihi recte dixi, ad te nunc attinet respondere, ac mea dicta refutare. Sin autem quemadmodum nos sur mus illi amici sint, uelintq; tantum disputare, decet profecto mitius, & magis dialectico more respondere. est autem dialecticum magis non modo uerum proferre, sed ijs illud ra tionibus approbare, quas & ille qui rogat, planè se nosse fateatur. Hoc itaq; more nunc te cum differendo uti conabor. Dic ergo, num finem appellas terminum quendam, atq; ex tremum? Hæc enim omnia uelut idem profero, forte uero Prodicus ijs tanquam differenti bus uteretur. Tu autem num dicis terminari aliquid atq; finire? nihil quippe diuersum ijs uerbis intelligo. ME. Dico sanè, & quod ais, intelligere arbitror. s o. Et planum ali quid uocas, & solidum aliud, cuiusmodi quæ in Geometria tractantur? ME. Voco equi dem. s o. Iam igitur quid figurā esse dicam, ex ijs percipies; in omni quippe figura id asse ro, figuram esse id in quod solidum desinit. Atq; ut summam dicam, figuram appello so lidi terminum. ME. Colorem uero quid uocas o Socrates? s o. Procax nimis es o Me no; homini iam seni onus imponis, ac respondere tibi iubes; ipse autem memor quid Gorgi as uirtutem esse dixerit, desinitè minime uis. ME. At postquam tu mihi hoc declaraueris o Socrates tibi illud referam. s o. Etiam absconditus hic aliquis, & loquentem tantū mo do te audiens, intelligat, pulchrum esse te & amatoribus non carentem. ME. Quid ita? s o. Quod nihil quam continuo in sermone imperitas, quod facere delicatissimi & formæ fiducia adhuc tyrannidē exercentes solent. Simul ita de mestatuis forsitan, inferiorē ele ganantibus illis esse; gratificabor itaq; tibi & respōdebo. ME. Gratificare obsecro. s o. Vis ne tibi

Modus dispu
tandi conten
tiosus atque
acer.
Modus dispu
tandi dialecti
cus mitis
Huius defini
tios collectio
quia est ab in
terrogatis, est
dialectica; nā
si esset à sensu
bilibus esset
analytica.
Definitio dia
lectica, figura
est solidi ter
minus

ne tibi secundum Gorgiam respōdeam; sic maxime assentieris? ME. Quid ni uelim? s o. Nonne defluxus quidam secundum Empedoclem à rebus manare dicuntur? ME. Et ma xime quidem. s o. Ac poris, id est meatus in quos & per quos etiam defluxus huiusmodi manant? ME. Omnino. s o. Ex defluxibus autem quosdam poris quibusdam congrue re, quosdam minores, aut maiores esse? ME. Sic est. s o. Nunquid & uisum aliquid uo cas? ME. Voco. s o. Ex ijs iam quid uelim, ut ait Pindarus, accipe. Est enim color de fluxus quidam rerum, uisui congruens, atque sensibilis. ME. Optime mihi o Socrates re spondisse uideris. s o. Forte quia quæ solitus es audire nunc responsū est tibi, & simul aduertis, quod ex hac responsione facile etiam desinare queas, quid sapor, quid uox, quid odor sit, cæteraq; huiusmodi plurima. ME. Prorsus. s o. Atqui tragica o Meno ista re sponso est; ideoq; tibi magis q; figuræ definitio placet. ME. Mihi uero. s o. At mihi qui dem o Alexidemi filii minime persuadere; est enim illa altera melior, ac puto neque tibi ista placebit, nisi forsan quod heri dicebas, mysterijs nondum absolutis abire uis; sed mane, atq; hic mysterijs initiare. ME. Manerē o Socrates, si huiusmodi multa inculcares. s o. Nihil utique prætermittam, quin talia quædam & tui simul & mei gratia dicam. Vereor tamen ne minus possim huiusmodi plurima dicere. Cæterum iam ad promissa seruanda nobis accingere, ac in commune quid uirtus sit exprime, nec ut fecisti hæcenus, unum in multa discerpas, quod iaci in eos solet, qui idem ubique inculcant; sed integram atque sa nam, dic tandem quid uirtus sit. exempla uero loquendi à me accepisti. ME. Videtur mi hi o Socrates uirtus esse, ut Poeta inquit, gaudere honestis ac posse. Atq; ego id ipsum uir tutem uoco, honesta quidem appetere, eaq; consequi posse. s o. Num honesta cupien tem, bona cupere dicis? ME. Omnino. s o. Nunquid ita loqueris quasi sint nonnulli qui bona cupiant, quidam uero qui mala? ME. Imò. s o. Non omnes igitur o optime uir bona tibi appetere uidentur? ME. Mihi nequaquam. s o. Quidam itaq; mala? ME. Ita. s o. An ita dicis quasi quæ mala sint, bona esse opinentur, aut etiam noscentes quod mala sint, nihilominus illa cupiant? ME. Vtrunq; aio. s o. An centas aliquem cogno scentem mala quod mala sint, illa tamen appetere? ME. Arbitror. s o. Quid autem ex optare hunc dicis? Num hæc sibi adesse? ME. Adesse sanè, nam quid aliud optet? s o. Vtrum qui mala desiderat, mala esse cognoscēs, prodesse cum adsint existimat; an unum quodq; potius sua presentia lædere? ME. Sunt certe qui mala prodesse putent, nec de sunt qui obesse cognoscant. s o. Videtur tibi mala nosse quod mala sint, qui mala pro desse cuiquam opinantur? ME. Flaud sanè id mihi uidetur. s o. Ex ijs igitur patet eos non appetere mala, qui illa minime norunt, sed illa potius, quæ bona esse putauerint cū ta men mala sint. Quapropter ignorantes illa, bonaq; existimantes, perspicuum est bona po tius exoptare. An non? ME. Sic isti se habere uidentur. s o. At uero qui mala quidē asse ctiant, ut ipse inquis; eaq; cuiuscunq; accidunt, obesse censent; norunt ne quod illorū presen tia lædentur. ME. Necessario sequitur. s o. Quid uero lefos homines, nonne isti miseros esse quatenus læsi sunt, opinantur? ME. Hoc quoq; necessarium. s o. Miseros autē non ne infelices? ME. Reor equidem. s o. Est ne aliquis, qui miser & infelix esse uelit? ME. Non uidef. s o. Nemo igitur mala uult, si quidem talis esse minime uelit. Nam quid aliud est esse miserum, q; cupere mala, in eaq; incurrere? ME. Vera loqui uideris o Socrates; ne mo enim uult mala. s o. Nonne paulo ante dixisti uirtutē esse bona uelle, ac posse? ME. Dixi equidem. s o. An non ex eo quod dictum est uoluntas quidem ipsa omnibus adest, atq; hac ratione alius alio melior nō est? ME. Apparet. s o. Pro si quidem est alius alio melior, nec id secundum uoluntatem sequitur ut secundum potentiam sit melior? ME. Se quitur. s o. Secundum igitur rationem tuam hoc est uirtus, bonorū comparandorū pote stas. ME. Sic prorsus se habere uidetur, ut nunc accipis. s o. Animaduertamus posthac, utrū id uere asseras necne; forte enim bene loqueris. Dic igitur, bona uendicere posse uir tutem esse dicis? ME. Istuc ipsum. s o. Bona uero nonne hæc uocas, ceu sanitatem, diu itias, aurumq; & argentū plurimum possidere, honoribus prætereā & magistratibus in Re pub. fungi; num alia quædam præter ista bona nuncupas? ME. Nequaquam, sed omnia bo na huiusmodi esse dico. s o. Eia aurum atq; argentū acquirere uirtus est, ut inquit Meno magni regis patrius hospes. Vtrū uero addis huic lucro o Meno, iuste ac sancte lucrari; an nihil interest, sed & si iniuste quis ista possidet, nihilominus questū huiusmodi uirtutem si uirtus ad sit

Coloris defi
nitio secundū
Gorgiam, dia
lectica

illa melior
quod analyti
cæ uicior

Tertia uirtu
tis definitio
mala
Quarta defi
nitio

Consultatio
quarta defi
nitionis
Quoniam per se malum
subiact malis

Id est per se peccato

uoluntas.

Alia bona uoluntas
melior nō est si sanctitas
potestatem

uirtutis diffinitio

Quæ media
sunt inter ma
la & bona, ea
nō esse bonā
si uirtus ad sit

tioacas? M E. Nequaquam o Socrates, sed uisitū. s o. Omnino igitur, ut uidetur, huic possit
 fessiois, iustitia, uel temperantia, uel sanctitatis, aut alterius uirtutis presentia opus est.
 Alioquin uirtus minime erit, quamuis bona sibi uendicet. M E. Qui enim sine ijs uirtus
 existat? s o. At non suppeditare aurum & argentum, quando minime iustum sit, aut sibi;
 aut alteri, neque etiam uirtus est haec egestas? M E. Videtur. s o. Nihil magis igitur horum
 honorum copia uirtus erit quam inopia. Verū ut uidetur, quodcumque cum iustitia sit, uirtus
 est, quod autem absque illa, eiusque similibus, prauitas. M E. Videtur mihi necessarium
 esse quod dicitis, s o. Nonne unū quodque horum paulo ante uirtutis partem esse diximus,
 iustitiam & temperantiam, caeteraque huiusmodi? M E. Diximus plane. s o. Siccine o Me-
 no me deludis? M E. Quorsum haec o Socrates? s o. Quoniam cum te orassem ne amplius
 uirtutem discerperes, & exempla respondendi dedissem, hoc neglecto uirtutem esse di-
 cis, bona cum iustitia comparare posse, iustitia uero uirtutis partem esse cōfessus es. M E.
 Sic est. s o. Nonne efficitur ex ijs quae iam concessisti, uirtutem esse agere cum parte uir-
 tutis quicquam agitur? Iustitiam enim & huiusmodi singula uirtutis particulas consite-
 ris. M E. Quid tum? s o. Quia cum rogasssem ut totam ipsam uirtutem ostenderes, quid
 ipsa sit, nullo modo explicuisti: omnem uero actionem quaecumque cum parte uirtutis
 sit, uirtutem esse dixisti, quasi quid tota uirtus sit summam prædixeris, atque ipse in-
 telligere tum queam, si abs te in particulas diuidatur. Eadem igitur quaestio rursus o Me-
 no tibi suboritur, quid uirtus sit, si quidē omnis actio cū uirtutis parte sit uirtus. Id namque
 tunc dicitur, cū omnis actio cū iustitia uirtus esse definitur. An non eadem iterum quaestione
 opus esse uides? Num putas quempiam uirtutis partē aliquam nosse, qui totius naturam
 minime norit? M E. Non uidetur. s o. Si enim memineris quae in superioribus de figura
 tibi respondi, reiecitum utique responsum illā quae per ea sit quibus ulteriori probatione
 opus est, nec dum rata habentur. M E. Et merito quidem reiecitum. s o. Neque tu igitur o
 uir optime, cū quaeritur, quid ipsa in uniuersum, ac tota sit uirtus, partes respondens eam
 querentibus patefacias, neque aliud quicquam eodem modo respondens, sed rursus eadem interro-
 gatione opus erit, quidnam uirtus sit, qua subiecta ista dicitis. Num aliquid tibi dicere uideo?
 M E. Mihi quidem probe loqui uideris. s o. Responde itaque iterū a principio, quid esse uir-
 tutem & tu & amicus ille tuus asseritis. M E. Audieram equidem o Socrates antequam te allo-

la inquisitione opus est. Sed neque quod nescit inuestigabit: non enim nouit quid quaeratur.
 M E. Nonne recte induci o Socrates hanc rationem existimas? s o. Nequaquam.
 M E. Potes dicere cur tibi non placeat? s o. Possum, id enim a uiris ac mulieribus diuini
 narum rerum peritis quandocumque percepi. M E. Quis istorum sermo? s o. Verus, ut mihi
 uidetur, atque praclarus. M E. Quis inquam iste? & quinam testantur? s o. Qui hoc asserunt,
 sancti uiri sunt, ac sanctae etiam mulieres, quibuscumque cura exitit, ut eorum quae profi-
 tentur rationem reddere possent. Tradit praeterea Pindarus, & caeteri quicunque Poeta-
 rum diuini sunt, talia quaedam: quae aduerte quae so, num uera tibi uideantur. Ferunt et
 nim hominis animum immortalē esse, eumque tum decedere, quod quidem mori uocant,
 tum iterum redire, interire uero nunquam. Quam ob causam uitam que sanctissime agere
 monent. Quicunque enim poenas antiquae miseriae, Proserpinae iam dederunt, ijs illa ad su-
 pernum solem non anno rursus animam reddit, quousque in reges gloria sagacitate, sapi-
 entiaque praestantes euadant. Reliquum autem tempus sancti heroes inter homines uocantur.
 Cum ergo animus immortalis sit, ac sapius in hanc uitam redierit, uideritque per sepe & que
 in hac, & quae in alia uita sunt, omniaque perceperit, nihil utique restat, quin ipse didicerit.
 Quamobrem nihil mirum est, si eorum quae ad uirtutē & ad alia pertinent, reminisci possit:
 si quippe cum olim illa cognouerit. Cum enim tota natura cognata sit, ac sibi metem conso-
 na, & animus cuiusdam didicerit, nihil prohibet hominem unius cuiusdam reminiscētē, quam
 disciplinam uocant, reliqua omnia recuperare, si quis adeo constans sit, ut quaerendo mi-
 nimē fatigetur. Quaerere igitur ac discere reminiscētia est. Quapropter litigiosa illi argu-
 mentationi nequaquam credere decet, pigros enim nos quodāmodo redderet. Ea quoque
 mollioribus hominibus mirifice placet. Ratio autem nostra solertes rerum inuestigatores effi-
 cit, quae ipse utpote uera fretus, unā tecum quid sit uirtus perscrutari desidero. M E. Imō o
 Socrates, sed num absolute id asseris, nos minime discere? quā disciplinam uocamus re-
 miniscētiam esse? potesne hoc ita esse me docere? s o. In superioribus quoque o MENO te
 callidum esse dixi, & nunc rogas utrum docere te possim, cum ante nullā esse disciplinam,
 sed reminiscētiam asseruerim, ut euestigio mihi ipsi repugnare uidear. M E. Per Iouem o
 Socrates non hoc instituebam, sed consuetudine potius quadam ita locutus sum. Quod
 si qua ratione illud mihi ostendere potes; ostende obsecro. s o. Haud quaquam facile
 est, tui tamen gratia conabor. Verum huc ad me unum aliquem istorum qui te sequun-
 tur, accerse, ut in eo demonstrationem hanc experiamur. M E. Libenter. heus tu lucades.
 s o. Gracūsne est? & Graece loquitur? M E. Et Gracūs est, & in domo mea genitus
 atque educatus. s o. Attende igitur num illi in memoriam reducam, an doceam. M E.
 Attendam certe. s o. Dicage o puer, cognoscis ne hoc tale spatium qua-
 drangulum esse? P V. Equidem. s o. Habet ne quadrangulus has om-
 nes quatuor lineas aequales? P V. Habet. s o. An non & istas quae per
 mediū protrahuntur, aequales habet? P V. Et istas. s o. Nonne & maior
 & minor esse potest? P V. Potest. s o. Si ergo sit hoc latus duorum pe-
 dum, & istud quoque duorum, quot pedum totum ipsum erit? Sic autem
 considera, si latus hoc duorum esset pedum, illud uero unius, esset ne plus
 quam semel duorum pedum hoc spatium? P V. Semel. s o. Quoniam ue-
 ro alterum quoque latus duorum pedum est, num aliud quam bis duorum
 pedum sit? P V. Istuc ipsum. s o. Duorum ergo bis pedum efficitur. P V. Ita. s o.
 Quotnam sunt bis duo pedes? computa. P V. Quatuor. s o. An non fieri potest spa-
 tium aliud ad hoc duplum, habens similiter omnes aequales lineas quemadmodum istud
 habere uides? P V. Prorsus. s o. Quot pedum erit? P V. Octo. s o. Age iam
 conare mihi dicere, qualis est quaelibet illius linea? huius siquidem duorum pedum. It-
 nea uero illius dupli, qualis? P V. Patet o Socrates esse duplam. s o. Cernis o Me-
 no, me nihil ex his docere, sed singula potius interrogare? Et nunc iste nosse se putat, qua-
 lis ea sit a qua spatium octo pedum conficitur. An non tibi uidetur? M E. Mihi quidem.
 s o. Nouit igitur? M E. Minime. s o. Putat autem a dupla. M E. Ita. s o. Aspice
 deinceps hunc per ordinem ut oportet reminiscētē. Tu autem dic amabo a dupla
 linea duplum spatium nasciferis? tale profecto dico, quod non haec longum, illa bre-
 ue, sed aequale undique quemadmodum istud; duplum uero istius, octo pedum.

Relaxatio di
 sputationis a
 moribus di
 sputationi So
 cratis


Sermo diuini
 quare, o Socrates, si
 uis, dico ad ius

Menonis am
 biguitas circa
 inquisitionem
 uis quod nec
 scitur

Pindari & di
 uorum poe-
 tarum senten-
 tia de anime
 immortalitate

Quae discipli-
 na secundum
 illos
 Quae remini-
 scētia est

Ostensio So-
 cratis, discipli-
 nam esse remi-
 niscētia



ô Socrates: sed multo magis iuuenes, qui illis argentum tradunt. Atq; his etiam deteriores sunt si qui illos quorum ad se cura pertinet, ijs committant. Omnium postremo infamissimæ sunt Respub. quæ illos recipiunt, neq; expellunt, seu aduena, seu ciuis talem rem conetur. s o. Num aliquis te sophistarum ô Anyte iniuria unquam affecit? uel quid illis ita succenses? AN Y. Nulla mihi unquam cum aliquo illorum consuetudo fuit, neq; meorum aliquem illis uti permittentem. s o. Nunquã ergo illorum mores expertus es. AN Y. Utinam uero ne experiar. s o. Quanam ratione dignoscas bonum ne an malum sit cuius nullum fecisti periculum? AN Y. Liquido istos noui quales sunt: siue expertus sim, siue nō. s o. Vates forsitan es ô Anyte: hoc enim te alia ratione nouisse, ex ijs quæ modo dixisti, mirum sit. Verum nō eos quærimus, ad quos profectus Meno inficiatur: hi nanq; si uis sophistæ sint. Sed opem patrio feras amico: offendesq; cuiam adherens eorum, qui tam amplam urbem colunt, eam quam narrauimus uirtutem adipiscatur. AN Y. Cur ipse non indicas? s o. At quos ego magistros existimaueram, in medium iam produxi: uerum iuxta sententiam tuam nihil omnino profecti ac forte uera loqueris. Itaq; tu quoq; iam partem tuam huius muneris exple. Ostende ad quem Atheniensium proficiscatur, profer cuiuscunq; uis nomen. AN Y. Quid opus est hominis unius nomen audire? quæcunq; Atheniensium nactus fuerit ex bonis clarisq; hominibus, melior illius familiaritate, si modo paruierit, euadet quàm consuetudine sophistarum. s o. Vtrum uero ij præclariboniq; uiri ex seipsis nullo instituyente tales effecti sunt, eaq; docere ceteros possunt, ipsi licet à nullo didicerint? AN Y. A senioribus uiris præclaris atq; bonis percepisse arbitror. An non tibi uidentur in hac ciuitate multi insignes & optimi homines extitisse? s o. Mihi quidem ô Anyte esse hic uiros ciuilibus administrationis peritos, nec pauciores olim fuisse uidetur. Sed num præceptores idonei uirtutis illius suæ fuere? hoc enim est de quo nunc differitur, non utrum sint aut fuerint hic uiri boni, sed utrum uirtus doceri possit: & ob hoc utrum uiri boni siue ueteres illi, siue qui nunc uiuunt, uirtutem eam qua præditi quicq; sunt ipsi tradere alteri norint: an forte, nec tradi alteri; nec recipi uirtus possit. Id inquam est, quod dudum ego ac Meno inquirimus. Sic autem ex ipsa tua oratione rem considerato. Num Themistoclem uirum bonum fuisse fateris? AN Y. Maxime omnium. s o. Et præceptorem uirtutis suæ bonum, si quis omnino uirtutis magister fuit, Themistoclem extitisse? AN Y. Reor equidem dummodo uoluisset. s o. Num censes ipsum noluisse alios quoque bonos fieri: filium suum præsertim? an putas inuidisse filio, & de industria uirtutem partem minime communicasse? Audistin quod Themistocles filium Cleophantum in equestri facultate strenuum reddidit, adeo ut equis ille rectus insisteret, reclusq; ex equo iacularetur, cæteraq; per multa stupenda faceret, in quibus illum diligenter parens erudiuit, sapientemq; in singulis, quæ præceptoribus præcipua sint, reddidit: hæc à maioribus accepit? AN Y. Accepi. s o. Nemo igitur naturam filij ut pote malam culpauerit. AN Y. Nemo arbitror. s o. Quid uero ad hoc? audistin ne ab aliquo seniore aut iuniore Cleophantum Themistocles filium bonum ac sapientem in quibus pater fuerat extitisse? AN Y. Nunquam. s o. Num Themistoclem arbitramur alienis artibus imbueri filium uoluisset, paterna uero uirtute nihilo uicinis suis præstantiorem reddere curauisset, si quidem doceri uirtus ullo pacto posset? AN Y. Fortassis per Iouem minime. s o. Talis igitur hic uirtutis magister fuit, quem ipse unum ex antiquis optimum asseris. Consideremus iam & alium, Aristidem Lysimachi filium, nōne hunc quoque bonum fuisse censes? AN Y. Et maxime quidem. s o. An non & iste filium suum Lysimachum in omnibus quæ à præceptoribus præcipiuntur, optime Atheniensium omnium eruditū euadere cum uoluisset, num quoquam alio meliorem fecit: hunc etenim allocutus es, & qualis sit optime nosti. Præterea si uis Periclem uirum magnopere sapientem considera: duos hic, quod te minime præterit, filios educauit, Paralæ & Xanthippū. AN Y. Noui equidem. s o. Hos ut nosti, tum arte equestri, & musica, tum etiam athleticæ præ cæteris Atheniensibus instruxit. Ac deniq; in nullo eorum quæ arte percipiuntur, inferiores alijs esse uoluit, boni autem ut euaderent an cupiebat? cupiuisse quidē existimo, sed id doceri minime potuisse. Ne autem paucos putes quosdam ignobilissimosq; Atheniensium id assequi nō potuisse, Thucydidem uide: duos hic filios Melissam atq; Stephanum educauit, quos & cætera diligenter edocuit, & palæstrā in primis, ut in ea Athenien-

lesse

ses reliquos facile superaret, unum quidem Xanthiæ, Euodoro alterum commendans: atq; hi quidem palæstra cæteris omnibus illis temporibus præcellere putabantur, nonne meministi? AN. Audiu equidem. s o c. Neq; uerò iste cum quæ sumptu maximo discabantur, filios callere uoluerit, uirtutem solam quam absq; pecunijs tradere potuit, si modo doceri potuisset, doceri noluisse putandus. An forte Thucydides ignobilis uir erat, nec amicos plurimos tam ciues quàm commilitones & socios habebat: Quinimo & ampla familia ortus, & summa cuiusdam autoritatis tum apud conciuēs suos, tum etiam apud omnes ceteros Græcos erat. Ideoq; si per doctrinam comparari bonitas potuisset, inuenisset saltem uel ciuem, aliquem uel peregrinum, qui filios eius bonos effecisset, si ipsi ad id docendum à reipub. negocijs ocium deerat. Sed uide ô amice Anyte, ne forte uirtus doceri nequeat. AN. O Socrates liberitus quàm decet, homines mihi uituperate re uideris. Itaq; tibi consulo si modo parere uis, ut tibi caueas: forte enim alia in urbe leue est, uel iniuria, uel beneficio ciues afficere, in hac autem graue nimum ac periculosum, quæquam iniuria afficere

Athenis periculosum erat

neque id te fugere arbitror. s o c. O Meno Anytus hic succensere mihi uidetur, neque id miror. primum quia hos me uiros uituperate censet, deinde se unum ex ijs arbitrat. Verum hic si quando didicerit quid sit hominibus detrahere, haud ulterius succensabit, in præsentia uero ignorat. At ipse mihi dicās utrum apud nos clari, ac boni uiri sint. ME. Sunt certe. s o c. Volunt ne isti iuuenibus seipso præceptores exponere? atq; id profiteri? uel uirtutem doceri posse fatentur? ME. Non per Iouem ô Socrates, sed nunc ab illis doceri posse uirtutem, nunc non posse audies. s o c. An hos dicimus huius rei magistros, inter quos nondum id cōuenit? ME. Nequaquam mihi uidetur ô Socrates. s o c. Quid uero, num sophistas, si quidem ij soli id prædicāt, magistros uirtutis existimas? ME. Gorgiam in hoc uehementer admiror & amo quod nunquam illum hoc pollicentem audias. Imò & alios ridet, quoties polliceri sentit: putat autem hoc dumtaxat promittendum esse, eloquentes posse scilicet uehementesq; dicendo homines reddi. s o c. Non ergo sophistæ huius rei præceptores esse tibi uidentur. ME. Nescio quid dicam ô Socrates, nam mihi hoc idem quod plurimis accidit: nunc posse puto, nunc posse nego. s o c. Nec soli tibi, cæteris uero ciuibus euenit, ut interdum doceri uirtutem credatis, interdum uero negatis, uerum etiam poetæ Theognidi, eadem enim omnino dicit. ME. Quibusnam carminibus? s o c. Elegis in hunc modum. Hos prope bibe & comedere, cum ijs unā sedeto, ijs obsequere, quorum magna potestas, à bonis enim bona perdisces. Quod si malis adhaferis, quam habes mentem proculdubio perdes. Vides iam quod in ijs ita loquitur, quasi uirtus disci possit? ME. Apparet. s o c. At uero paulo post sic inquit. Si sana mens homini tradi posset, multam sanè magnamq; mercedē qui id efficerent reportarent, neq; bono ex patre filius malus esset prudentibus monitis imbutus: uerum docendo nunq; ex malo bonum hominem facies. Cernis hunc circa eadem cōtraria sibijpsi statueret? ME. Vide tur. s o c. Potes igitur indicare mihi rem, quancunq; tandem, cuius qui se doctores scribunt, haud aliarum tamen doctores esse, aut eam rem tenere, sed prauos nullosq; in eo cuius professores sunt, esse se fateantur: aut si se fateantur esse aliquos, rem tamen eam cepti posse, nunc quidem affirmant, nunc negent: an tu, qui quacunq; in re ita ancipites sunt, eius rei doctores recte uoces? ME. Minime. s o c. Ergo si neq; sophistæ, neque boni clarisq; uiri huius rei doctores sunt, multo minus cæteri erunt. ME. Certe. s o c. Si nō sunt præceptores, neq; discipuli etiam. ME. Sic ut ais mihi uidetur. s o c. An non confessi sumus, illud cuius nec magistri neq; discipuli sunt, doceri minime posse? ME. Confessi sumus. s o c. Et uirtutis nusquā præceptores reperiuntur? ME. Nusquam. s o c. Si non præceptores, neq; discipuli etiam. ME. Sic apparet. s o c. Virtus ergo doceri nequit. ME. Sic uidetur, si quidem nos recte diiudicauimus. Quam ob rem uehementer admiror ô Socrates bonos ullos inter homines reperiri, & quæ sit ratio qua boni fiunt, ambigo. s o c. Videmur ô Meno ego simul & tu mali esse, uidetur Gorgias quoq; te, ac me Prodicus haud satis erudisse. Itaq; maxime omnium reuocanda nobis mens est nostra, quæ reuocandusq; aliquis qui hoc uno modo meliores nos efficiat. Hæc autem dico ad superiorem inquisitionem respiciēs. Num istuc perridicule à nobis præteritum est, quod non solum scientia duce, recta negotia hominibus procedunt, quod quidem nisi concedatur, esse scilicet præter illā aliud quiddā, fortasse nulla extet ratio, qua uiri boni fiāt. ME. Quo pacto

id ais

Athenis periculosum erat

Theognidis præcepta diuina cognita

Prodicus præceptor Socrates

id ais o Socrates? s o c. Sic quod quidem bonos viros utiles esse oporteat, probe confessi sumus, cum nunquam se res aliter habeat, nonne? m e. Ita. s o c. Et quod utiles futuri sint, si recte agendis rebus praesint etiam probe inter nos conuenit. m e. Probe. s o c. Quod uero nullus recte praesse possit, nisi sit prudens, haud satis recte ab utroque asseueratum esse constat. m e. Quomodo recte dicis? s o c. Dicam, qui iter uel Larissam, uel aliud quouis nouit, & eod uel ipse proficiscatur, uel alios ducat, nonne recte atque bene perducet? m e. Prorsus. s o c. Quid uero si quis recte opinatur quae uia ferat Larissam, nunquam tamen profectus sit neque scierit, nonne iste quoque recte duceret? m e. Valde. s o c. Et donec rectam de istidem rebus opinionem habet, de quibus alter scientiam, dux erit nihil lo deterior, existimans quidem uera, sciens uero minime, quam is qui ista pernouit? m e. Nihil certe. s o c. Vera ergo opinio ad recte agendum nihilo minus quam prudentia ualet. Atque id est quod in consideratione uirtutis in superioribus praetermissimus, dum forsam prudentiam recte agendi ducem assereremus, haec autem erat opinio uera. m e. Videtur. s o c. Num igitur nihil minus recta opinio quam scientia confert? m e. Hoc utique minus confert o Socrates, quod quicumque scientiam habet semper assequitur: qui uero rectam opinionem, interdum quidem consequitur, nonnunquam uero fallitur. s o c. Quid ais: qui recta opinione incedit, nonne quamdiu opinatur recte, semper uoti compos efficitur? m e. Necessarium apparet. Quam ob rem miror, quare cum ita sit, scientia tamen longe admodum praestantior habeatur quam recta opinio: & cur utraque illarum aliud quiddam sit, dubito. s o c. Nostin quam ob causam id mireris: an ipse uis tibi dicam? m e. Dic prorsus. s o c. Quia Dædali statuas nunquam considerasti, forte uero neque apud uos extant. m e. Quorsum haec? s o c. Quoniam haec nisi ligentur, discedunt atque aufugiunt, ligatae permanent. m e. Quid tum? s o c. Ex eius operibus quod solutum est, haud magnum fit, instar fugitiui hominis: neque enim permanet: ligatum uero admiratione dignum, pulcherrima enim opera sunt. Cuius haec gratia dicor: Verarum opinionum gratia: haec quippe quousque stabiles perseverant, pulchra quaedam opera sunt, omniaque bona perficiunt. At tamen diu consistere nolunt, sed ex hominis animo confessim aufugiunt, quapropter non multi precij sunt donec quis illas rationatione a causis ducta liget. haec uero amice Meno reminiscencia est, ut supra inter nos conuenit. Postquam uero ligatae sunt, primo quidem scientiae fiunt, deinde perseverantes, proptereaque scientia recta opinione praestantior est, ab eaque utinulo quodam discrepat. m e. Per Iouem o Socrates congrua comparatio. s o c. Quinetiam ipse non tanquam sciens, sed ut coniectans ita loquor. Quod uero est aliud quiddam uera opinio quam scientia, haud omnino plane mihi conijcere uideo. Sed & si quicquam aliud me scire faterer, quae sane pauca sunt, unum hoc sibi quae scio adnumerem. m e. Probe o Socrates loqueris. s o c. Quid uero: nonne hoc quoque recte, quod uera opinio opus quodlibet ducens nihil peius quam scientia illud assequitur. m e. Hoc quoque uerum. s o c. Nihil igitur uera opinio quam scientia deterior, nec minus ad actiones utilis est, ut neque uir ueram opinionem habens quam scientia praeditus. m e. Ita est. s o c. Quinetiam uirum bonum utilem esse conueniebat. m e. Conuenit. s o c. Si igitur homines non per ipsam scientiam solum boni atque utiles ciuitatibus essent, si modo inueniretur, sed etiam per opinionem rectam: horum uero neutrum natura hominibus inest, neque scientia, neque uera opinio, neque etiam aduenticia haec sunt: num uidetur istorum aliquod natura inesse? m e. Mihi nequaquam. s o c. Nonne postquam natura non insunt, neque boni etiam uiri natura erunt? m e. Non sane. s o c. Quoniam uero nequaquam natura, utrum doctrina considerabamus? m e. Ita. s o c. Et doctrina comparabilis uisa est si sit prudentia uirtus? m e. Est. s o c. Et si comparabilis per doctrinam, prudentia quoque uisa est? m e. Prorsus. s o c. Ac si praecipue essent, doceri posse: si non, minime? m e. Sic est. s o c. Et praecipue eius esse communi consensu negauimus. m e. Negauimus. s o c. Concludimus itaque, neque doceri illam, neque prudentiam esse. m e. Conclufimus. s o c. Praeterea bonum ipsum esse concessimus. m e. Concessimus. s o c. Bonum autem & utile esse quod recte ducit. m e. Maxime. s o c. Recte denique ducunt duo haec sola, uera opinio atque scientia, quibus homo praeditus dux esse alijs uere potest. Quae enim fortuna contingunt, imperio hominis nequaquam fiunt: quibus autem homo ad rectum dux est, duo haec sunt, opinio uera, atque scientia. m e. Idem mihi uidetur. s o c. Igitur cum uirtus doctrina percipi

Recta opinio
& scientia

Recta opinio
est reminiscen-
tia

Duo recte du-
cunt, uera opi-
nio, atque sci-
entia

pi nequeat, nequaquam scientia est. m e. Non apparet. s o c. Cum ergo duo sint bona atque utilia, alterum illorum reijcitur, scientia scilicet, neque illa in actione ciuili principatum tenet. m e. Non ut mihi uidetur. s o c. Non ergo sapientia quadam, neque ut sapientes ciuiles isti homines rempublicam administrant: cuiusmodi qui Themistoclis temporibus, & quos paulo ante Anytus reulit, extiterunt. Unde nec ceteros tales quales ipsi sunt reddere possunt, quippe qui scientia nulla huiusmodi sint praediti. m e. Ita ut ais esse uideatur o Socrates. s o c. Si non scientia, restat ut opinione recta utentes ciuiles uiri ciuitates gubernent, ac haud fecus ad prudentiam se habeant quam uates diuinoque furore correpti. Etenim hi uera quam plurima nunciant, nihil tamen eorum quae loquuntur intelligunt. m e. Sic esse uidetur. s o c. Nonne igitur o Meno diuinos huiusmodi uiros appellatione decet, qui mente nequaquam utentes multa tamen ac magna faciunt, & agendo & dicendo disponunt? m e. Prorsus. s o c. Quam ob rem merito diuinos uocabimus, quos modo praediximus uates furentesque ac poeticos homines uniuersos, ciuilestque homines non minus quam reliquos diuinos existimabimus diuino afflatus numine deoque penitus occupatos, quandoquidem remperdirigunt, multa maximaque dicentes, quae nequaquam intelligunt. m e. Maxime. s o c. Mulieres quoque o Meno bonos uiros diuinos nuncupant. Qui bonus uir est, is diuinus appellatur. Et Laconici quoties bonum quendam uirum commendare uolunt, diuinus hic uir aiunt. m e. Et recte quidem loqui uidentur o Socrates, quanquam Anytus hic tibi forte talia loquenti succenset. s o c. Haudquaquam mihi cura est: cum hoc enim o Meno rursus differemus. Si autem nos in omni hac disputatione recte percurati sumus, uirtus utique nec doctrina neque natura nobis aderit, uerum diuina forte absque mente in eum qui illam sortitus fuerit, influet: nisi forte quis ex ciuilibus talis existat, ut alium quoque ciuilem efficere possit. Quod si extiterit, talis hic inter uiuentes erit, qualem Homerus ait Tyresiam inter mortuos esse, sic dicens. Inter eos qui apud inferos sunt solus sapit, ceteri uero umbra uolitant. Similiter & ciuils hic ad alios tantquam ad umbras se haberet. Vera enim res, si uirtute spectes, esset. m e. Optime mihi dicere uideris o Socrates. s o c. Ex hac itaque ratione o Meno diuina forte uirtus adesse quicumque adsit apparet. Veritatem tamen de hoc perspicuum tum denique comprehendemus, cum antequam quo pacto uirtus adsit queratur, quid ipsa secundum se ipsam sit, inuestigare tentemus. Nunc autem hora iam est, ut hinc alio abeam. Ipse uero quod tibi persuasum est, Anyto huic hospiti tuo uicissim persuade quo mitior sit. Nam si ei hoc persuaseris, Athenienses quoque iuuabis.

Qui bonus
uir est, is di-
uinus appel-
latur

Unde adsit
uirtus

ARGUMENTVM MARSILII IN ALCIBIADEM PRIMVM,
VEL DE NATVRA HOMINIS.



Andidissimus Platonis nostri liber, qui Alcibiades primus inscribitur, Alcibiade ipso uenustior, et omni carior auro, quid homo est, quid eius officium docet. Est autem homo, anima rationalis, mentis particeps, corpore utens. Ex hac definitione illius officium trahitur trifariam distributum. Ut enim rationalis anima est, in seipsam circulo quodam rationationis sese anima duertendo reflectitur. Ut mentis particeps, in diuinam mentem uelut riuulus in fontem suum refluit. Ut utens corpore, humanis negotijs gubernandis incumbit. Perfectum igitur et absolutum hominis officium est, primo quidem ut naturam suam animaduertat, deinde ab illa tanquam ab imagine et affectu ad diuinam mentem exemplari eius et causam conuertatur. A qua hominis animus illustratur, ipsum bonum, ipsum utile, ipsum pulchrum, ipsum iustum intelligit, suumque bonum, utile, pulchrum, iustum perfecte comprehendit. Unde quid bonum, quid utile aliorum hominum quibuscumque uersatur, quibusue imperat, noscit. Cumque bonum absolutum, bonum sui, bonum aliorum cognitio uerit, ad seipsam iam et alium unumquemque curandum secundum cognitum boni normam debet accedere. Philosophiae studio, moralis, mathematicae, theologiae opus est, ut ad seipsam et ad mentem sui causam debeat. Philosophiae quippe et mathematica disciplina animi in corpus mensum in seipsam restituit, theologia supra se rapit, et extra seipsam attollit in deum. Mentis diuinae idearumque cognitio sapientia dicitur. Sui ipsius notitia, et sui uirtutemque boni utilisque inuentio ex diuinae mentis intuitu manans, prudentia nuncupatur. Prudentia sane ut bonum intelligit, humanas actiones tam publicas quam priuatas ad finem optimum refert. Ut utile, per commoda media propriasque uias, quibus ad finem perueniat, dirigit. Ut pulchrum, quis ordo, quis modus in hoc progressu qua si quodam itinere sit seruandus instituit. Ut iustum, quae distinctio singularium operum, quae obseruantia instituti ordinis, quod supplicium transgredientis, quod praemium legem huius itineris obseruantis praescribit. A philosophia igitur ad sapientiam, a sapientia ad prudentiam sit accessus: prudentia uero magistra uite disciplinam sui

cuiusq; rei familiaris, & reipublice tribuit: homo per prudentiam gubernat, domus autem & ciuitas per amicitiam publicam, iustitiamq; seruantur. Publicam amicitiam uoco consensionem illam qua cuncti sub eadem lege & principe libenter conueniunt, & ad eundem finem respiciunt. Iustitiam publicam nomino legitimum distinctionem qua singuli licet sub eodem principe, & ad eundem finem, hoc est publicum bonum, diuerso tamen tramite proficiunt, uariamq; officiorum distributionem pro natura & dignitate uniuersuiusq; à natura & legibus assignatam seruant, proprioq; munere sine usurpatione alieni funguntur. In sunt in hoc dialogo theologicæ dictiones due, ipsum idem, & ipsum unumquodq;. Circa hominem illa significat animam ut ideam, hæc animam in corpore. Sed de ijs latius in commentarijs, quæ in decem hos Platonis dialogos scribere iam institui.

ALCIBIADES PRIMVS, VEL DE NATVRA HOMINIS. SOCRATES, ALCIBIADES



Octavo dialogo, in quo introduitur Alcibiades iuuenis pulcherri mus, generosus, diues, habens indolem & spem magnorum gestorum, ut ostenderetur natura hominis non esse in his partibus

FILI Cliniæ admirari te arbitror quod cum primus ipse omnium amare te cœperim, cæteris alienatis, solus in ista beniuolentia perseverem: cumq; amici reliqui frequentiori consuetudine tibi assidue molesti essent, ego tot annis ne compellarim quidem. Huius autem rei causa non humanum quispiam: sed uis dæmonij repugnans quædam fuit, cuius potentiam in sequentibus audies. Nunc uero cum non ultra repugnet, huc ita profectus sum. Spero autem nec in posterum nobis aduersaturum. Fere autem toto hoc tempore considerabam quomodo pacto erga tuos amicos te gereres. Qui quamuis multi atq; superbi erant, nemo tamen illorum fuit, quin factu abs te superatus abiret. Quam uero ob causam illos contempseris, explicabo. Ais enim te nulla in re hominibus alijs indigere, quippe quæ tibi insunt ita esse præclara, ut nec ad corporis, nec ad animi bona cuiusquam egeas. Existimas te in primis procero atq; decoro corporis habitu plurimum excellere. Quæ idem apud omnes constat. Strennuissimo præterea genere ortum te prædicas præ cæteris qui in hac urbe sunt ciuitatum Græcarum amplissima: ex paterno quidem genere amicos atque cognatos adesse quamplurimos & optimos uiros, qui tibi omnia cum opus fuerit, subministrare possint. Maternos quoq; nec his inferiores neq; etiam pauciores. Sed multo maiorem ijs omnibus auctoritatem afferre tibi ad res agendas Periclem Xanthippi filium, quæ quidem pater tuus tutorem tibi fratricq; reliquit, qui non in hac ciuitate solum, quæcumq; uult potest, sed in omni Græcia, & in multis etiam ac magnis barbarorum gentibus. Adde rem quoq; amplissimas tuorum diuitias, nisi te scirem in ijs minimum omnium gloriariorum omnium causa factu elatus, amicos omnes tuos edomuisisti. Atq; ipsi utpote inferiores tibi cesserunt. Neq; uero ista te latuere. Quamobrem satis scio admirari te, quo animo in beniuolentia tua perseverarim, quam uis spem de te conceperim, qui cæteris fugientibus ego omnium solus persisti. AL. At istud forte nescis ô Socrates, te nunc me paulo præuenisse. Venerat enim in animû mihi, ut te prior ad ortus hæc eadē te rogarem. Quid nam uis: quid sperans me turbas, ut semper ubicunq; sum, tu quoq; obseruantissime ad sis: Reuera enim quod sit consilium tuum admiror, illudq; libenter audirem. SOC. Audies igitur hoc à me ut decet quamprimû, si quidem ut ais nosse desideras quid cogitem. ego enim tanq; expectanti & auscultaturo id referam. AL. Et maxime quidem; dicas modo. SOC. Vide itaq; neq; enim mirum uideri debet, si quæ admodum uix incepti, ita uix definam. AL. Age dic modo, audiam enim. SOC. Dicendum est profecto. Difficile quidem est, cum eo qui amicorum nulli demittat se consuetudinem inire. Audendum tamen sententiaq; mea exprimenda. Equidem ô Alcibiades si te cognouissem ijs rebus quas supra narrauimus esse contentum, uitamq; in illis tuam transigere, dudum beniuolentiam erga te meam (sic enim mihi persuadeo) deposuissem. Nunc autem alias quasdam tuas de teipso cogitationes indicabo tibi, ut intelligas ex quo semel tibi mentem adhibui, quam nunquam destiterim. Videris mihi sanè si quis deus tibi dixerit, ô Alcibiades, Nunquid uiuere uis ea sola possidens quæ nunc habes? an statim obtine nisi præstantiora quædam assequi liceat? mortem potius electurus. At uero qua nunc spe uitam agas, periam, putas enim si mox in Atheniensis populi concione ascenderis, quod quidem paucos post dies futurum existimas, Atheniensibus demonstraturum te maiori dignum esse honore, q; aut Pericles sit, aut alius quisquam fuerit eorum, qui superioribus seculis floruerunt: quod si ostēderis, maxime apud ciues tuos auctoritatis fore. Atqui si plurimum hac

Beniuolentiam captat à reip/ sa & attentio nem

hac in urbe possis, omnium quoq; Græcorum, atq; etiam Barbarorum quicumque eandem quam & Græci incolunt regionem, clarissimus sis. Et si deus idem imperium Europæ concesserit, transire tamen in Asiam & isthic imperium affectare ueruerit, nondum electurus mihi uideris cum his solis uitam degere, nisi nomen tuum atq; potentiam, ac ita dicam, per omnia hominum genera propagaris. Teq; arbitror præter Cyrum ac Xerxem, neminem memoria dignum existimare. Quod igitur huiusmodi spe nutritis, non coniecto equidem, sed certo scio. Dices forte, utpote conscius me uera dixisse, Quid hæc A persona dicô Socrates, ad eam rationem quam assignare uolebas, ob quam me nondum deseruisti? centis Dicam ô amice Clinia & Dinomaches fili: has cogitationes tuas ad optatum finem perducere, absq; me minime potes: usque adeo in te ac tua negotia me posse cõfido. Quapropter deum ipsum censo non permisisse olim me tecum differere: atq; ego expectaui donec ille permitteret. Ut enim tu speras ciuitati tuæ ostendere posse omni te apud eam honore dignum esse, atque hinc demonstratis nihil adeo magnum restare, quod non statim conficere possis: sic & ipse plurimum apud te posse confido, cum primum ostendero cūctis me digniorem esse, nec tutorem, neque cognatum, neque alium quempiam præter unicum me Deo fauente tibi eam potentiam quam desideras traditurum. Quam diu igitur eras iunior, necdum in spem tantam ueneras, mea quidem sententia Deus tecum disputare prohibuit, ne frustra contenderem. Nunc uero impulsi, nunc igitur audies. AL. Longe mihi nunc mirabilior uideris, ô Socrates, postquam loqui mecum cœpisti, quam dum tactus me sequebaris: quanquam etiam tunc aspectu talis maxime uidebare. utrum igitur ego hæc mente uerfarem necne, ita ut uideretur pernouisisti, ut si etiam negem, nihil tamen ulterius proficiam suadendo: esto. Verum si hæc ipsa maxime intendo, quonam modo per te consequar, nec sine te ista perficerentur? potesne dicere? SOC. Interrogas ne an prolixum sermonem incepturus sim, quales audire solitus es? Neque uero id mei moris est. Imò demonstrare tibi possum, ut arbitror, hæc ita se habere, modo in hoc uinculo duntaxat mihi obsequi uelis. AL. Nisi durum obsequium est, uolo. SOC. Num difficile tibi uideretur ad interrogata respondere? AL. Nequaquam. SOC. Responde igitur. AL. Interroga. SOC. An te interrogem tanquam ea quæ cogitare te dixi deliberas? AL. Esto si placet, ut tandem quid feras uideam. SOC. Age itaque, intendis enim, ut supra dixi, breui adire Atheniensem populum aliqua de re monitorus. Si tibi igitur iam ad concionem ituro ego obuius, ô Alcibiades, dicam, postquam Athenienses de aliquo de liberare constituerunt, & tu deliberaturus surrexisti de eodem: utrum de ijs quæ tu melius quam illi calles? quid responderes ad hæc? AL. Responderem sane de ijs quæ melius noui ego quam illi. SOC. Quæ igitur nosti, de ijs quoque es consultor bonus? AL. Duobus modis cognoscis: AL. Quæ enim alia? SOC. Est ne aliquid quod didiceris uel inueneris iam quomusdam cum inuenire uel discere nollis? Non est. SOC. Nunquid uoluisi unquam inquirere siue discere quæ te scire putabas? AL. Nunquam. SOC. Quæ nunc scis, fuit quandoque tempus quando te ignorare putabas? AL. Necessè est. SOC. At qui quæ didicisti ferme & ipse cognouit quod si quid me fugerit dicas. Didicisti enim, ut memini, literas, citharam pulsare, palæstram: nam inflare tibias noluisti. Hæc sunt quorum tu scientiam habes: nisi quid clanculum fortè didiceris. puto autem nec noctu neque die exisse te domo nos latentem. AL. Nullos præterquam horum trium præceptores audiui. SOC. An quoties Athenienses de literis consultabant, quo pacto scribi debeant, ad consilium accedes? AL. Non per Iouem. SOC. At cum de lyra pulsanda? AL. Nullo modo. SOC. Neq; de palæstris etiam in concione discere consueuerunt? AL. Minime. SOC. Quando igitur, & qua de re consultabimus? non enim cum de ædificijs? AL. Non certe. SOC. Aedificator enim melius quam tu consulat. AL. Ita. SOC. Neq; tamen cum de uaticinio discere? AL. Nequaquæ. SOC. Fatidicus enim hæc melius quam tu. AL. Melius. SOC. Seu paruus, seu magnus, seu formosus, seu deformis, uel nobilis, uel ignobilis sit. AL. Certe. SOC. Scientis enim est, non diuitis, de unoquoq; consulere. AL. Quid nisi? SOC. Atque ideo seu diues sit, siue pauper ille qui monet, nihil intererit apud Athenienses, quando deliberabunt qua ratione ciues recte habeant, sed quærent duntaxat ut medicus

fit consultor. AL. Et merito. SOC. Quando igitur & in qua causa idoneus consultor eris? AL CIB. Quando de negotijs eorum deliberabunt. SOC R. An cum de re nauali quærent, quales oportet naues fabricare? AL C. Non, ô Socrates. SOC. Naues enim struere nescis. Est ne hæc causa, an aliud quiddam? AL C. Nil aliud. SOC. At uero de quibus eorum negotijs dicebas? AL C. Cum de bello, ô Socrates, uel pace, aut alio quoquam ciuitatis negotio. SOC. Num dicis cum disputabunt quibuscum pax restanda sit, & aduersus quos bellum gerendum, & quo pacto? AL C. Profecto. SOC. Oportet autem quibus operæ præcium est hæc indicere? AL C. His ipsi. SOC R. Et tunc solum quando melius? AL C. Omnino. SOC. Atque tamdiu quamdiu præstat? AL CIB. Certe. SOC R. Si ergo quærent Athenienses, aduersus quos palæstra uel pugnis certandum sit, & quid ipse melius quam gymnasijs magister consuleres? AL C. Gymnasijs magister melius. SOC. Potes dicere quoniam respiciens ille admoveat quibuscum luctandum sit palæstra, uel non, & quo pacto? Sic dico, nonne cum ijs certandum, quibuscum operæ præcium est? AL C. Utique. SOC. Et quantum præstat. AL C. Et quantum præstat. SOC. Et tunc cum melius? AL C. Prorsus. SOC. Quinetiam cantorem oportet pulsare citharam, & saltare ad cantilenæ exemplar. AL C. Oportet. SOC. Nonne tunc cum est melius? AL C. Tunc certe. SOC. Et tantum quantum melius? AL. Confiteor. SOC. Quid ergo postquam melius quiddam in utriusque dixisti, & in citharæ cantu, & in palæstra, quid uocas in recto ad cantum sono melius? Nam ego quidem in palæstra gymnasticum uoco. Tu autem quid? AL C. Haud intelligo. SOC. Sed conare me imitari. Equidem melius ipsum uocem ego, id quod per omnia recte se habet. Recte uero se habet, quod secundum artem fit; nonne? AL C. Id ipsum. SOC. Nonne ars gymnastica? AL C. Quid nisi? SOC. Id sane quod melius in palæstra, uocauit gymnasticum. AL C. Vocasti quidem. SOC. An non recte? AL C. Mihi uidetur. SOC. Age igitur & tu, decet enim te quoque recte differere. Dic primum quæ ars est, ad quam pertinet recte canere, sonare, saltare. Vniuersa hæc ars quomodo nuncupatur? nondum potes exprimere? AL C. Nondum. SOC. Verum sic enitere, quænam huius artis deas? AL. Musas ne, ô Socrates, ais? SOC. Equidem. uide iam quodnam ab his cognomētum ars illa trahat? AL C. Musicam dicere uideris. SOC. Dico utique. Quid igitur est, quod secundum hanc recte fit? quemadmodum modo in illa iam arte tibi, quod secundum artem recte fieret, gymnasticum uocauit. Tu quoque in hac eodem modo melius quid uocas, & quomodo fit? AL CIB. Musicum mihi uidetur, & musice. SOC. Bene dicis: age iam, bello melius & pace melius quid uocas? quemadmodum superius dixisti, in unoquoque quid melius esset, ostendisti: in hoc quidem quod musicum magis, in illo uero quod magis gymnasticum. Conare in ijs similiter quid melius pronuntiare. AL C. Non habeo quid dicam. SOC R. At uero turpe sit, si quis te de cibis afferentem, meliorem hunc illo esse, & quando, & quantus, mox si quis roget, quid melius ipsum ô Alcibiades uocas? nihil habere quod respondeas, uidelicet quod salubrius, quam uis te medicum esse non profitearis: in illo uero cuius te peritum esse gloriaris, & tanquam eruditus consultum surgis, deesse quod respondeas interrogatus. Nonne inquam turpe hoc est? AL C. Turpissimum. SOC. Considera itaque & conare nobis ostendere quorsum tendit melius in pace quibuscum oportet instituenda, & bello etiam contra quos oportet? AL C. Etsi quæro, nequeo tamen inuenire. SOC. Animaduertisti cum bellum gerimus, quid sit quod accusamus, & quomodo id cuius gratia suscipitur bellum, uocemus? AL CIB. Animaduerti equidem ad arma nos prouocari, cum uel decepti, uel coacti, uel aliqua re priuati sumus. SOC. Age, dicas quo differt pati illa hoc uel illo modo? AL CIB. Cum dicis, hoc uel illo modo, idem ne significas ac si diceres, iuste uel iniuste? SOC. Id ipsum. AL C. Omnino quidem & hoc totum differt. SOC. Aduersus quos ut bellum ineant Athenienses hortaberis? Aduersus iniuriosos an iustos? AL C. Duzrum est id quod interrogas: nam & si quis cogitet solum iustos etiam uiros opprimendos esse, non hoc tibi confiteretur. SOC. Non enim legitimum hoc ut uidetur. AL. Minime. SOC. Neque bonum apparet. Hic igitur tu de iusto uerba facies. AL C. Necessè est. SOC. Aliud ne igitur, ut modo quærebam, in bello gerendo aut non, & quibuscum oportet

Melius uno/
quoque studio,
est quod per
omnia recte
habet

oportet uel non, & quando oportet uel non, melius est quicquam quam id quod est iustum magis. AL C. Hoc melius uidetur. SOC. Vtrum igitur, ô amice Alcibiades, te præterit quod hoc ignoras: uel si me in scio ad præceptorem profectus es, unde didicere didiceris quid iustus, & quid iniustus, age & mihi illum ostende, ut ei me discipulum atque hospitem facias. AL C. Mordes, ô Socrates. SOC. Non per deum mihi & tibi amicum, quem iure iurando minime fallerem: sed si habes, dic quis est. AL CIB. Quid si non habeam: nonne putas aliter me iusta atque iniusta dignoscere posse? SOC R. Immo si quidem inueneris. AL CIB. An non censes inuenisse me? SOC R. Et maxime quidem, modo quæsiueris. AL CIB. Deinde non credis me quæsiisse? SOC R. Crede equidem, modo te ignorare putaueris. AL CIB. An fuit tempus, cum sic me non haberem? SOC R. Bene dicis, sed potes assignare nobis id tempus, quando non rebaris te iustorum atque iniustorum cognitionem habere? Age anno superiori quæsiisti hæc cene necne? & existimabas te scire necne? Ac uera responde, ne frustra disputatio instituat. AL CIB. Putabam scire. SOC R. Tertio uero anno ante id tempus, & quarto, & quinto, nonne eodem pacto? AL CIB. Eodem. SOC R. Atqui ante hæc tempora eras puer, nunquid? AL CIB. Eram. SOC R. Scio equidem te tunc nosse putauisse. AL C. Quo modo scis? SOC R. Sæpenumero te puerum audiui cum apud magistrōs, & alibi in calculorum iactu cæterisq; puerilibus studijs exerceris, tanquam de iustis atq; iniustis minime dubitantem: uerum audacter loquentem de quocunque puero sermo incidisset, quod malus & iniustus esset, & iniuste ageret. Num uera loquor? AL CIB. Quid me oportebat facere, cum quis iniuria me afficeret? SOC R. Tu uero si ignorans esses, siue iniuria inferatur, siue non, tum quid te facere oporteat quæras? AL CIB. Per Iouem non ignorabam ego, sed planè intelligebam iniuriam mihi fieri. SOC R. Ergo putabas etiam dum esses puer, iusta & iniusta dignoscere. AL CIB. Et sciebam equidem. SOC. Quo in tempore inueneras? Non enim in illo cum te scire credebas. AL CIB. Nequaquam. SOC R. Quando igitur hæc ignorare putabas? Considera, non enim id tempus inuenies. AL CIB. Per Iouem, ô Socrates, quod dicam non habeo. SOC R. Non ergo per inuentionem ista cognoscis? AL CIB. Non uideo. SOC R. Sed paulo ante hæc que per disciplinam etiam percepisse dicebas. quod si nec inuenisti neque didicisti, quoniam pacto, & unde tenes? AL CIB. Forte haud recte respondi, cum scire me per inuentionem asserui. SOC R. Id uero quo pacto habes? AL CIB. Didici ipse quoque, ut arbitrator, quemadmodum cæteri. SOC R. Rursus in idem relabimur: dic mihi enim à quo didicisti. AL CIB. A uulgo. SOC R. Non ad probatos refugis præceptores, cum ad uulgos te refers. AL CIB. An non sufficiunt ad docendum etiam hi? SOC R. Ne ea quidem quæ talarem ludum attinent, aut non attinent: etsi uisiora hæc sunt, quam iusta. An non sic tu quoque putas? AL CIB. Puto. SOC R. Ergo maiora docere possunt, uisiora non possunt? AL CIB. Arbitror equidem. Enim uero multa docere possunt meliora ludo talari. SOC R. Quænam ista? AL CIB. Ut est Græce loqui. Ab ijs enim didici, nec præceptorem ullum habui præter istos, quos tu magistrōs haud satis probatos esse dicebas. SOC. O generose, huius quidem rei uulgares homines idonei præceptores sunt, & merito in hac doctrina laudantur. AL C. Cur? SOC R. Quoniam habent, quod bonos decet præceptores habere. AL C. Quid hoc? SOC. Nonne scis oportere eos qui aliquid docentur sunt, prius quam doceant, intelligere; nunquid? AL C. Quid nisi? SOC. Et cum intelligant consentire sibi neque dissidere? AL C. Ita. SOC R. In quibus uero igitur dissentiant, ea seire illos dicamus? AL CIB. Minime. SOC R. Horum ergo quomodo boni essent magistri? AL CIB. Nullo modo. SOC R. Videtur ne tibi dissentire multitudo, si quando interrogetur quid lapis, & quid lignum? An non in idem feruntur omnes, cum lignum uolunt aut lapidem capere; atq; eodem pacto in cunctis huiusmodi? Intelligo enim serme per Græce scire, hoc te significasse, nonne? AL C. Significavi equidem. SOC R. Atque idcirco in ijs nonne conueniunt, ut diximus, & priuati & publici? AL C. Non dubitant. SOC R. Merito ergo istorum idonei præceptores essent. AL C. Nempe. SOC R. Itaque si quidem in his uellemus eruditum euadere, recte hunc in

Dignoscit qui
inuenit, inuenit
qui quærit
quis, quærit qui
putat se ignorat

Quid oportet
esse in bonis
præceptoribus

Qui doceri
uelit linguam
in multitudine
mitten
dus: lingua est
nimis magister
est populus

doctrinam multitudinis mitteremus. AL. Prorsus. s o c. Si autem nosse uellemus non modo qui homines & qui equi sunt, uerum etiam qui ex illis maxime cursu ualeant, & qui non, nunquid uulgi erudire poterit? AL. Nequaquam. s o c. Sufficiens hæc tibi coniectura erit, quod nec sciant uulgares omnes, neque apti horum præceptores sint, quoniam de ijs inter se nequaquam conueniunt. AL. Videtur. s o c. Si nosse cupiam non tantum qui sint homines, sed qui ualeant, qui ægrotent, nunquid multitudo doceret? AL. Non. s o c. Multitudinem hæc docere non posse facile aduerteris, si discordes opiniones consideraueris. AL. Sanè. s o c. De iustis autem hominibus atque rebus multitudine secum ipsa sibi consentit? AL. Minime per Iouem, ô Socrates. s o c. At in ijs magno opere discrepat? AL. Summopere. s o c. Arbitror nec uidisse te unquam, nec audisse homines de sanis & ægrotis inter se adeo dissentire, ut ob ista bellum gererent, seque inuicem interimerent. AL. Nunquam. s o c. Caterum de iustis atque iniustis quam acriter dissentiant, & si ipse, ut arbitror, non uidisti, audisti tamen cum ex alijs multis, tum etiam ex Homero, nam Odyssæam atque Iliada audiuisti. AL. Omnino ô Socrates. s o c. Nonne igitur hæc omnia poemata sunt de iusti atque iniusti discrimine? AL. Sunt. s o c. Pugnæque & interitus ob eandem profecto dissensionem inter Achiuos Troianosue fuerunt, eademque ratione inter procos Penelopes & Vlixem. AL. Vera refers. s o c. Reorque & inter Athenienses, Lacedæmonas, atque Bœotios, qui prius in Tanagra, deinde in Coronâ perierunt, ubi etiam pater tuus Clinias oppetit, nulla alia de re quam de iusti iniustitiae differentia pugnam illam acerbissimam extitisse. AL. Vera loqueris. s o c. Eos itaque dicemus illa sciuisse de quibus tam acriter concertauerunt, ut de iusto & iniusto altercantes omnia extrema subirent? AL. Non uidetur. s o c. Ergo ad eos præceptores te refers, quos ipsemet ignorare consentis? AL. Videor. s o c. Quonam pacto conueniens est te iusta & iniusta cognoscere in quibus sic aberras, nec didicisse ab aliquo uideris, neque per te etiam inuenisse? AL. Ex ijs quæ tu dicis, non est consentaneum. s o c. Vides iterum Alcibiades hoc te non recte dixisse? AL. Quid? s o c. Quod me aiebas hæc dicere. AL. Quid non tu dicis me iusti & iniusti ignari esse? s o c. Nequaquam. AL. Ego ne igitur? s o c. Tu inquam. AL. Quonam modo? s o c. Sic intelliges, si te interrogem utrum unum aut duo plura sint, respondebis ne duo? AL. Duo. s o c. Quæto? AL. Vno. s o c. Vter igitur nostrum est, qui dicit duo uno plura quam unum? AL. Ego. s o c. Ego igitur interrogabam, tu respondebas? AL. Ita. s o c. De ijs ergo uter nostrum dicere uideretur, num ego interrogas, an tu respondens? AL. Ego. s o c. Quid autem si quæram quot sunt in Socrate literæ, tu uero respondeas, uter nostrum erit qui dicit? AL. Ego. s o c. Age dic uno uerbo, quoties interrogatio fit atque responsio, uter est qui dicit, interrogans ne an respondens? AL. Respondens mihi uidetur, ô Socrates. s o c. Ego in superioribus semper interrogauit. AL. Semper. s o c. Tu uero respondisti? AL. Respondi. s o c. Quæ igitur dicta sunt hæcenus uter nostrum dixit? AL. Ex ijs quæ concessa sunt, ego dixisse uideor. s o c. Nonne dictum est, quod Alcibiades pulcher Clinii filius iustorum atque iniustorum inscius, se scire putabat, eratque concionem Atheniensium aggressurus, ea consulturus quæ nesciret? Sunt hæc uera? AL. Sunt. s o c. Euripidis illud nunc non bis ô Alcibiades occurrit. Abs te quippe ista uideris audisse, non à me. Neque ego hæc, sed tu dixisti, me aut frustra accusas. AL. Et profecto bene dicis. s o c. Furiosum enim quidam aggredi, ô uir optime, statuisti, docturus illa quæ nescias, neque dicere cures. AL. Reor ô Socrates, Athenienses & alios Græcos raro quamnam iustiora, quam uel iniustiora sint, quarere. talia enim putant esse perspicua, his igitur ommissis, quæ conducant agentibus iniustitia profuit, alios contra iuste agentes nil ipsa iustitia iuuat. s o c. Quid igitur si uel maxime diuersa, iusta & utilia sunt, an tu rursus scire te putas quæ utilia sint hominibus, & quam ob causam? AL. Et quid prohibet Socrates, nisi rursus exquiras à quo didicerim, aut quomodo ipse inuenerim. s o c. Vide quid agas, quod non recte dicis, cum possit id ostendi per eandem rationem qua superiora, ipse tamen noua quædam existimes audientia, nouasque demonstrationes in medium adducendas, quasi priores sint instar apparatusum atque uestium quibus in scæna utuntur contritæ, quibus quidem tu non amplius induaris

Ilas et Odyssæa sunt de discrimine iusti & iniusti

induaris, nisi quis aliud quiddam purum immaculatumque afferat. Ego autem missa faciens sermonis tui præludia, nihilominus interrogabo, unde utilia hæc esse didiceris, & quis magister fuerit, & reliqua cuncta quæ prius, una interrogatione requiram. Veruntamen eodem, ut arbitror, reuolueris, neque ostendere poteris utilia, disciplinæ nam in inuestigatione cognoueris. Quando uero adeo delicatus es, ut non libenter sermonem eundem gustaturus uideare: hoc quidem mitto, noris ne an non, quid utile quid uel inutile Atheniensibus sit. Vtrum autem eadem sententia iusta & utilia, an diuersa, cur non demonstras, aut ipse me interrogans, ut ego te, aut, si ita placet, oratione perpetua utens? AL. Haud scio, ô Socrates, an aduersus te disputare ualeam, nec ne. s o c. At ô bone uir, concionem me in præsentia, populū tuum esse puta: nonne illic te unicuique persuadere oportebit? AL. Oportebit. s o c. Nonne eiusdem est posse & uni seorsum aliquid, & multis simul, eorum quæ non uis demonstrare? Sicut grammaticus unum pariter in literis ac multis erudit. AL. Est. s o c. Et in numeris eodem modo quis poterit uni ac multis ostendere? AL. Certe. s o c. Hic autem est arithmeticus. AL. Est. s o c. Et tu ergo quæ pluribus eadem uni persuadeere potes. AL. Consentaneum est. s o c. Sunt autem hæc uidelicet quæ cognoscis. AL. Profecto. s o c. Hoc uero duntaxat differt rhetor qui apud populum loquitur, ab eo qui in huiusmodi congressu: quod ille simul uniuersis, hic seorsum singulis persuadet. AL. Videtur. s o c. Age cum eiusdem esse appareat multis atque uni ostendere, meditare nunc coram me atque enitere, ut ostendas mihi quod iustum est, aliquando non prodesse. AL. Contumeliosus es ô Socrates. s o c. Nunc per contumeliam demonstraturus sum tibi contraria eorum quæ tu mihi non uis. AL. Dic. s o c. Responde modo interroganti. AL. Minime, sed tu ipse dicas. s o c. Nonne uis quam maxime persuaderis? AL. Prorsus. s o c. Si dixeris hæc ita se habere, an non eris maxime persuasus? AL. Mihi quidem uidetur. s o c. Responde igitur: nam nisi à te ipso audieris iusta omnia utilia esse, alteri dicenti ne credas. AL. Non credam: sed iam respondendum est: nihil enim periculi esse existimo. s o c. Vates profecto es, uerum dic. Iustorum alia conferre afferis: quædam minime? AL. Affero. s o c. Quid autem horum partim esse pulchra, partim contra? AL. Quomodo hoc interrogas? s o c. Vtrum quispiam tibi aliquando uisus sit turpia quidem facere, sed tamen iustar? AL. Mihi nunquam. s o c. Omnia itaque iusta etiam pulchra. AL. Ita. s o c. Rursus, pulchra utrum omnia bona, an partim bona, partim mala? AL. Arbitror equidem ô Socrates nonnulla ex pulchris mala esse. s o c. Et turpia quædam bona? AL. Certe. s o c. Nunquid tale quiddam dicis, perinde ac si nonnulli dum in prælio amico uel propinquo cuidam opem ferre uellent, uulnerati perierint: qui uero auxilium cum debuissent, non tulerunt, in columes discesserint? AL. Et maxime quidem. s o c. Nonne auxilium huiusmodi pulchrum appellas, ubi quis feruare conatur quos oportebat eaque fortitudo est? AL. Profecto. s o c. Malum uero uocas ob interitus ac uulnera, nunquid? AL. Voco. s o c. An non est aliud fortitudo, aliud mors? AL. Aliud. s o c. Non ergo secundum idem pulchrum simul ac malum est, amicis opem ferre. AL. Non uidetur. s o c. Vide itaque utrum qua ratione pulchrum, etiam bonum sit: quemadmodum in ijs. Quia enim forte, concedis pulchrum esse auxilium ferre. Ipsa autem fortitudo bonum ne an malum? Sic uero considera: ultra eligeres adesse tibi, bona an mala? AL. Bona. s o c. Nonne maxima bona maxime optares? AL. Maxime. s o c. Ac minime omnium his priuari uelles? AL. Quid nunc? s o c. Quid de fortitudine dicis? quanto illam precio commutares? AL. Ne uiuere quidem uellem, si timidus essem. s o c. Extremum ne malum tibi uidetur esse timiditas? AL. Mihi uero. s o c. Aequè ac mori, ut apparet. AL. Aequè? s o c. Morti atque timiditati uita & fortitudo contraria sunt? AL. Sunt. s o c. Et hæc quidem maxime optares adesse tibi: illa minime? AL. Certe. s o c. An non ex eo quod hæc optima, illa pessima esse censeres? AL. Prorsus. s o c. Igitur auxilium ferre amicis in prælio, pulchrum quidem uocabas secundum boni, id est, fortitudinis actionem. AL. Videor sane. s o c. Secundum uero actionem mali, id est, mortis, malum. AL. Mihi quidem uidetur. s o c. An non congruum est, sic unamquamque actionem denominare: si enim eam prout malum fert, malam appellas: contra, prout fert bonum, bonam uocare decet? AL. Videtur. s o c. Nonne etiam quæ bonum, pulchrum: quæ malum, turpe? AL. Maxime. s o c. Cum ergo dicis auxilium ferre bello, pulchrum esse, sed malum: perinde est ac si dicas, ipsum bonum

Quæ quid bonum, hæc pulchrum: quæ malum, hæc turpe.

Felices ob bonorum possessionem.

bonum quidem malum tamen. AL. Vera mihi dicere uideris o Socrates. s o c. Nihil igitur pulchrum quatenus pulchrum malum est, neq; turpe quicquā quatenus turpe bonum. AL. Non uidetur. s o c. Præterea hunc in modum cōtemplare, quicquid pulchre agit, nonne bene agit? AL. Vtiq;. s o c. Bene autem agentes, nonne felices? AL. Quid nī? s o c. An non felices propter bonorum possessionem? AL. Et maxime. s o c. Acquirunt autē hęc ex eo quod pulchre ac bene agunt? AL. Certe. s o c. Igitur bene agere bonum. AL. Quid nī? s o c. Nonne pulchrum actio bona? AL. Certe. s o c. Idem itaque rursus apparet nobis pulchrum ac bonum. AL. Apparet. s o c. Quicquid igitur inueniētiū pulchrū esse, idem quoq; bonum existere hac ratione reperiemus. AL. Necessē est. s o c. Bona autē conferunt nec ne? AL. Conferunt. s o c. Meministi quid supra de iustis confessi simus? AL. Reor iusta agentes necessarium esse pulchra facere. s o c. Pulchra uero agētes, nonne etiā bona? AL. Ita. s o c. Et bona prodesse? AL. Penitus. s o c. Iusta igitur o Alcibiades utilia sunt. AL. Videtur. s o c. Hęc nonne ipse dixisti, ego autem interrogauit? AL. Apparet. s o c. Si quis igitur surgat Atheniēsis uel Peparēthiis consulturus putans iusta se & iniusta dignoscere, dicatq; scire se iusta interdum esse mala, nonne ipsum irrides, cū tu asseras eadem iusta & utilia esse? AL. Per deos, o Socrates, quid dicam nescio, sed absurdo quodam modo habere me uideor. Nam & alia uidentur mihi interrogante te, & nunc alia. s o c. Ignoras o amice quam hęc affectio sit? AL. Ignoro. s o c. Si quis te interrogasset duos ne an tres oculos habeas, manusue duas an quatuor, aut aliud quiddam huiusmodi, putas illi te nunc hoc nunc illud, an idem semper responsum fuisse? AL. Et si de me ipso iam uereor, puto tamen eadē responsum. s o c. An non huius causa est, quia cognoscis? AL. Arbitror. s o c. De quibus igitur inuitis contraria respondes, constat illa te ignorare. AL. Consentaneū est. s o c. Nonne circa iusta & iniusta, pulchra & turpia, bona & mala, utilia & inutilia respondendo te errasse fatentis? deinde nonne manifestū est, ex eo errauisse, quod ignoraueris? AL. Videtur. s o c. Num ita se res habet, ut si quis quid ignoret, illius animū circa id errare necesse sit? AL. Quid nī? s o c. Scis ne quo pacto in cœlū ascēdas? AL. Minime per Iouem. s o c. Aberrat circa hęc opinio tua? AL. Non certe. s o c. Scis autē huius causam? an me dicere mauis? AL. Dic. s o c. Quoniā cum nescias nō putas te scire. AL. Quomodo rursus id ais? s o c. Cogita tu quoq; mecū que nescis, cognoscisq; te ea nescire, num in illis laberis, quemadmodū de paradīs obsonijs nostri sane quod nescis? AL. Penitus. s o c. Vtrum circa hęc opinaris quomodo parare cōueniat, atq; erras? an potius scienti cōcedis? AL. Hoc pacto. s o c. Quid si nauigares, nunquid opinareris gubernaculū nunc ad interiora nunc ad exteriora flectendum, ac nescius errares, an potius gubernatori concedens, quie tē ageres? AL. Gubernatori. s o c. Nō igitur erras in ijs quæ nescis, si nescire te noueris. AL. Non uidetur. s o c. Cernis errores in actionibus esse ob hanc ignorantia, quod qui nescit scire se putat? AL. Quo pacto id ais? s o c. Tunc agere aggredimur, cum nosse putamus quod agimus. AL. Ita est. s o c. Contrā, qui ignorantia suæ conscij sibi sunt, alij se cōmittunt. AL. Quid nī? s o c. Quapropter ex ignorantibus hi soli sine culpa uitam agunt, ex eo quod aliorum curæ se credunt. AL. Profecto. s o c. Quinam peccant, non enim scientes. AL. Non certe. s o c. Postquam neq; scientes, neq; ex ignorantibus ij qui ignorantie suæ conscij sibi sunt errant, quinam alij restent, quam ij qui cum nesciant, scire se putant? AL. Soli. s o c. Hęc igitur ignorantia malorum causa est, & uituperandi inscitia. AL. Nempe. s o c. Et quando circa maxima est, tūc deterrima atq; turpissima. AL. Maxime. s o c. Num habes quicquam mauis quam iustum, bonum, utile? AL. Nequaquam. s o c. Nonne circa hęc errasse te asseris? AL. Assero. s o c. Quod si erras, nonne ex superioribus perspiciū est quod nō modo in maximis rebus inscius es, uerum etiā cum sis ignarus scire te putas? AL. Videor. s o c. Pape, o Alcibiades, quo pressus es morbo? hunc equidē nominare horresco. Veruntamē cum soli simus, dicendū est. In turpissima namq; inscitia optime uir uersaris, id quod ipse oratione tua satis declaras: qui prius te ad ciuitia confers, q̄ sis gubernandi peritus. Neq; te solum morbus hic tenuit, uerum etiā omnes qui hanc remp. administrarunt, præter admodū paucos, ac fortasse præter tutorem tuū Periclem. AL. Fertur o Socrates nō casu quodā sapiens euasisse Pericles, sed multis ac sapientibus uiris familiariter usus cū sit, Pythoclide in primis & Anaxagora, etiā nunc etiam

Ignorantia causa est respondendi uaria non eadem.

etiam tam grandis natus, sapientiæ gratia Damone utitur. s o c. Num quem uidisti sapientem, qui in ea re in qua ipse sapit, alium sapientem efficere non possit ueluti qui te in literis erudiuit, ipse quidem erat sapiens, teq; pariter reddidit sapientem: & eodem pacto quem uis alium poterat. AL. Profecto. s o c. Et tu quoq; eruditus ab illo, alium instrue re poteris. AL. Potero. s o c. Similiter citharædus & magister gymnasiij. AL. Penitus. s o c. Optima igitur hęc coniectura est, quosdam esse, qui cum ipsi sciant, ostendē re quos docuerunt possunt. AL. Mihi quidem uidetur. s o c. Habes quem dicere possis à Pericle sapientem factum à filiis incipiens? AL. Quid si Periclis filij stolidi sunt? s o c. icitura est sci At uero fratrem tuum Cliniam? AL. Quid Cliniam in mediū adducis hominem insipientem? s o c. Postquam Clinias quidem furit, filij uero Periclis stolidi nati sunt, tibi quam causam adscribemus, propter quæ te cum talis sis, negligat? AL. Ego ipse ut arbitror, in culpa sum, cum illi mentē non adhibuerim. s o c. Verū ex Atheniensibus hospitibusq; ceteris, dic quem uel seruum, uel liberum sapienterem sua cōsuetudine fecerit, sicuti ego tibi ostendere possum propter Xenonis familiaritatem Pythodorum Isolochi & Calliam Calliada filios factos esse dignos sapientesq; uiros, quorum uterq; centum minas Xenoni tradidit. AL. Per Iouem nō habeo quem dicam. s o c. Esto. Quid ergo de te ipso cogitas? num qualis nunc es, maturefcis, an aliquid conari potius? AL. Communi cōsilio opus est o Socrates. Etenim tua dicta intelligo, eisq; assentior. Nam qui remp. administrat, præter admodū paucos, ineruditi mihi quoq; uidentur. s o c. Quid tum? AL. Si periti essent, oporteret eum qui cū illis decertaturus est, postq̄ eandem artē didicisset, ac se ipsum exercuisset, tunc demum tanquam ad athletas ire. nunc autem postquam & isti imperiti ad remp. accesserūt, quid exortatione opus est mihi? quid disciplinæ studio? Noui enim quod naturæ dotibus longe hos superabo. s o c. Papæ, quidnam optime uir dixisti? indignum indole tua, ac reliquis istis tuis dotibus. AL. Quorsum hęc o Socrates? s o c. Dolet enim mihi tum propter te, tum ob mutuam nostram beneuolentiam. AL. Quid nam? s o c. Quod putaueris aduersus homines qui hic sunt, tibi certamen fore. AL. Aduersus quos igitur? s o c. Decetne ut id quærat uir qui tanti se facit? AL. Quid ais? nonne aduersus istos mihi certamen? s o c. Si pugnaturam trirēmē gubernare stas, satis ē tibi putes, tuis te connatis gubernando præstare? an cum hoc ita esse oportere intelligas, in strenuos aduersarios potius, non ut nunc facis, in propugnatores tuos respicias, quibus te tantum oportet excellere, non qui contra illos quidem pugnantū exitimēs, sed parui potius pendens, ceu ministris aduersus hostes uti, si quidem reuera egregium aliquod facinus edere uelis te ac rep. tua dignum? AL. At id quidem cogito. s o c. An decet igitur ut satis putes si tuorum militum præstantissimus tu sis, non autem respicias ad hostium duces, qua ratione illis potius excellas, in hos intentus semper, & contra eos te muniens? AL. Quos dicis o Socrates? s o c. Nostri urbem nostram cum Lacedæmonijs, ac magno Persarum rege undiq; bellum gereret? AL. Vera dicis. s o c. Nonne cum in animo sit huius ciuitatis dux fieri, recte facias, si putes aduersus Lacedæmoniorum Persarumq; Reges certamen te subititum? AL. Vera dicere uideris. s o c. Non o bone uir, sed in Midiam coturnicum nutritorem te decet intentum esse, & alios huiusmodi, qui cum nondum capillos, quos serui alebant, animo (quemadmodum mulierculæ uulgo dicunt) præimperitia abraferint, rempublicam tamen tractare aggrediuntur, adhuc barbariem redolentes: atque ita affecti prodeunt adulatori ciuitati, non autem imperatori. In istos inquam intuentem te num de te ipso securum esse decet, neque discere quæcumque ad eruditionem pertinent, cum sis tantum certamen aditurus, neque in quibus oportet exerceri, & quæ sunt præparanda parare, ut ita institutus ciuilem tandem administrationem capeffas. AL. O Socrates uera mihi dicere uideris. Arbitror enim Lacedæmoniorum duces regemque Persarum nihilo ab alijs discrepare. s o c. At o uir optime animaduerte quæso, qualis hęc sit opinio tua. AL. Qua in res? s o c. Num te existimas diligentius te ipsum curaturum si illos tanquam potentissimos esse credens, formides, an si minime eos timeas? AL. Si potentes illos existimauero. s o c. An censeres curam quam tute de te habes, alicubi tibi posse nocere? AL. Nullo modo: at contra, maxime prodesse. s o c. Vnum quidem hoc in primis tantum malum ista tua opinio habet. AL. Vera dicis. s o c. Secundum uero, quod falsa sit, quod ita tibi probabile efficitur.

AL. Quomodo? SOC. Vtrum consentaneum est, meliores esse naturas nobilissimas in genere quam ignobilissimas? AL. Manifestum quod in nobili. SOC. Nonne bene nati, si bene etiam educantur, ita demum ad uirtutem perueniunt? AL. Necessesse est. SOC. Consideremus itaque illis nostra comparantes, primum quidem utrum Lacedaemoniorum Perfarumque reges ignobiliore quam nos genere orti uideantur. An ignoramus illos quidem ab Hercule hos autem ab Achemene genus ducere? Herculis autem & Achemenis origo ad Persem Iouis filium refertur. AL. Et nostrum quidem o Socrate in Euryfacen, Euryfacti in Iouem. SOC. At qui nostrum o generose Alcibiades in Daedalum etiam. Daedalus autem in Vulcanum Iouis filium. Verum istorum maiores ab ijs incipientes reges sunt ex regibus usque ad Iouem. Illi quidem Argiuorum & Spartae. Hi uero Persidis semper, saepe etiam ut & nunc Asiae. Nos autem superioresque nostri priuati. Quod si te oporteret progenitorum res ac patriam Euryfacis ostendere Salaminam, uel Aeaci etiam prioris Aeginam Artaxerxi Xerxis filio, quo te risu exceptum iri putas? Sed uide ne & generis dignitate & educatione praeterea, illis inferiores simus. Nunquid audisti quanta sit Lacedaemoniorum regum dignitas? quorum uxores publice obseruantur ab Ephoris, ut quo ad fieri potest, rex non ex alio quam Heraclidarum genere latenter oriatur. Perfarum uero rex adeo excellit, ut nemo suspicetur regem ex alio quam ex ipso genitum esse; quam obrem regis uxor non ab alio quam metu custoditur. Postquam uero natus est primogenitus qui succedit in regno, primo quidem eum diem omnes qui sub regno sunt celebrant, atque ita in posterum quotannis natalem regis diem sacris ac festis omnis Asia colit. Cum uero apud nos quis nascitur, ne uicini quidem, ut ait Comaedus, sentiunt o Alcibiades. Deinceps nutritur puer, non a muliere nutrice parum honorifica, uerum ab Eunuchis, qui reliquorum circa regem optimi uideantur, quibus & alia quae spectant ad curam pueri demandantur, ac praecipue ut natum quam pulcherrimum reddant, componentes membra eius atque dirigentes. Atque haec facientes magno in honore habentur. Cum autem pueri septimum aetatis annum impleuerint, ad equestris artis magistrum proficiscuntur, deinde in uenationem tendunt. Anno uero quartodecimo puerum suscipiunt hi, quos regio pedagogos appellant. Sunt ij profecto ex omnibus Persis ea aetate electi praecipueque quatuor, sapientissimus, iustissimus, temperatissimus, atque fortissimus aliquis uir. Quorum primum magicam Zoroastri Oromansi filij docet: est autem illa deorum cultus; atque idem tradit instituta regia. Secundus admonet, ut in omni uita sit uerax. Tertius ne ulla cupiditate superetur, ut liber uiuere consuescat, ac reuera rex, imperas ijs ante omnia quae in ipso sunt, nec ulli seruiens. Quartus denique impaudum illum & intrepidum reddit, ne quando quippiam metuens seruus fiat. Tibi autem o Alcibiades Pericles adiunxit pedagogum Zopyrum Thracem omnium seruorum suorum praesentio in utilissimum. Narrarem praeterea tibi reliquam educationem, & disciplinam aduersariorum tuorum, nisi longum sit. Iam uero satis haec clara sunt ad caetera quae hinc sequuntur ostendenda. Tuae uero aliorum uel Atheniensium generationis, educationis & disciplinae nulli, ut ita dicam, pro pinguorum cura est, nisi forte amatores id curent. Iam uero diuitias, uoluptates, uestium luxuriosum ornatum, unguentorum odores, ministrorum sequentium turbam, reliquamque Perfarum mollitiam, si considerare uoles, pudebit te tui, ubi intelliges quantum ab illis relinquare. Contra si considerare Lacedaemoniorum temperantiam, modestiam, facilitatem, mansuetudinem, magnanimitatem, moderationem, compositionem, fortitudinem, constantiam, tolerantiam, uictoriae cupiditatem, & amorem gloriae uelis, puerum te ijs omnibus in rebus iudicabis. Si quid prorsus opulentiae tuis, & hic aliquis esse putas, neque haec a nobis silentio praetereantur. Modo sentias ubinam sis, & Lacedaemoniorum diuitias intuearis, cognosces profecto nos ab illis longe admodum superari. Qui quid enim aut sui agri, aut Messianensis possident, nemo utique dubitet, quin amplitudine & ubertate ac seruatorum tam aliorum quam Elororum frequentia, & equorum praeterea, aliorumque pecorum quae fert Messania copia nostros superet. Caeterum haec omnia in praesentia omitto. Auri uero & argenti apud Lacedaemonas copia tanta, quantam ne uniuersa quidem reliqua Graecia possidet. Multa enim iam secula infertur quidem illuc ex uniuersa Graecia, saepe etiam ex Barbaria, effertur autem nusquam. Sed reuera quemadmodum apud Aesopum uulpes leoni dixit de ferarum uestigijs, sic & nummorum uestigia ingredientium Lacedaemonem

Magica Zoroastri deorum cultus est

Lacedaemoniorum laudes

monem trita quidem in puluere uidentur, egredientium uero nusquam apparent. Vnde coniectare licet Lacedaemonios auri atque argenti graecorum omnium esse ditissimos. Quin etiam rex illorum penuriosissimus est. Ex ijs enim maxima pars ad ipsum peruenit. Tributum praeterea regi pergrande impenditur. Et res quidem Lacedaemoniorum quo ad reliquos Graecos ampla: quo ad uero Perfas regesque Perfarum, angustae. Retulit quippe nobis uir quidam grauis, unus eorum qui ad Perfarum regem profecti erant, se quandoque integram penes diem, latam ac fertilem peragrassae provinciam, quam incolae uxoris regia zonam appellarent: esse quoque aliam nomine Calyptriam, atque ita multas alias regiones pulchras ac fertiles ad ornatum reginae solius pertinere, nominatimque singulis locis a singulis ornamentis imposita esse. Quam obrem opinor si quis Amisfridi Xerxis quidem uxori, regis autem matri dicat, Dinomaches filium in animo habere cum ipsius filio pugnare, cum Dinomachae ornatum quinquaginta fortasse sit minarum; filio uero agri plethra in Erchiais minus quam trecenta, eam admiraturam qua re fretus Alcibiades audeat cum Artaxerxe pugnare. Reorque illam arbitratorem hunc uirum in nulla alia re nisi diligentia sapientiaeque confisum id aggredi: haec quippe sola apud Graecos aetate digna esse. Quod si intelligat alicunde, Alcibiadem istum certamen tantum inire, primo quidem nondum uiginti annos prorsus natum, deinde omnino indoctum, nec amico suo obedientem, monenti prius discat exerceatque, quam tantum regem inuadat, arbitror illam admiratione concitam interrogaturam quidnam sit quo adolescens iste confidat. Cui si responderemus, pulchritudine, proceritate, nobilitate, diuitijs, animo te fidere; nos o Alcibiades insanire putare arbitror, haec apud suos omnia potiora sciens. Eodemque modo Lampidonem Leorychidae filiam, Archidami uero uxorem, Agidis autem matrem, qui omnes reges extitere, miraturam cum norit qualia circa se sunt, te tam male instructum filio suo non dubitare bellum mouere. Atqui nonne turpe uidetur, si hostium mulieres rectius iudicent quam nosmetipsi, quemadmodum contra illos accingi debeamus? Caeterum o beate mihi parens, & illi quod in Delphis est, epigrammati obtemperans, nosce te ipsum: quoniam ij sunt aduersarii nostri, non quos ipse rebaris, quos quidem nulla re alia, nisi industria & arte superare licet. Quibus profecto si inferior fueris, gloria quoque apud Graecos & Barbaros tibi deerit: quam sic ardeat uideris appetere, ut nemo unquam aliquid ardentius concupierit. AL. Quae igitur curam adhibendam censet o Socrates? An potes ostendere? Mihi enim supra quam dici possit, uera dixisse uideris. SOC. Possum quidem, uerum communi consilio opus est qua ratione quam optimi efficiamur. Ego enim non te tantum, uerum etiam me ipsum disciplina indigere dico. Nam unum solum est; quo a te differo. AL. Quid? SOC. Curator meus melior est & sapientior quam tuus Pericles. AL. Quis hic o Socrates? SOC. Deus o Alcibiades, qui me uenit ante hunc diem tecum differere, cui credens, assero te per nullum alium quam per me claritatem consecuturum. AL. Iocaris o Socrates. SOC. Forsitan, uera tamen loquor, quod uterque curatione indigemus, imò homines uniuersi, caeterum nos quam plurimum. AL. Quod quidem ego indigeam haudquaquam falleris. SOC. Neque etiam quod ego ipse. AL. Quid igitur agendum? SOC. Nec haesitandum, neque etiam mollitiae indulgentius est o amice. AL. Non decet o Socrates. SOC. Non certe, sed in commune considerandum. Verum dic mihi, an optimi esse uolumus? AL. Certe. SOC. In qua facultate? AL. Qua uidelicet uiri boni. SOC. Quanam in re boni? AL. In rebus agendis. SOC. In quibus? num in re equestri? AL. Non. SOC. Ad equites enim iremus. AL. Profecto. SOC. Nunquid in nauis gubernatione dicebas? AL. Nequaquam. SOC. Ad nauas enim iremus. AL. Irems. SOC. In quo ergo negotio, & quorum hominum officio? AL. In ijs quae clari bonique Atheniensium uiri agunt. SOC. Claros ac bonos prudentes ne an imprudentes appellas? AL. Prudentes. SOC. In quo uniusquisque prudens, in eodem bonus? AL. Certe. SOC. Imprudentes autem malus? AL. Malus. SOC. Calceorum sutor prudens ad calceorum opus? AL. Prorsus. SOC. Bonus ergo ad haec? AL. Bonus. SOC. Quid uero uestibus conficiendis, nonne cerdo hic imprudens? AL. Ita. SOC. Malus ergo ad haec? AL. Ita. SOC. Idem itaque secundum hanc rationem etiam bonus atque malus erit. AL. Videtur. SOC. An dicis uiros bonos malos etiam esse? AL. Nequaquam. SOC. Quos tandem bonos uocas? AL. Eos qui in ciuitate praesentibus sunt. SOC. Non tamen equis? AL. Non certe. SOC. At hominibus? AL. Hominibus.

Provincia apud pellata ab ornamentis reginae

In quo quisquam prudens in eodem bonus

homo? AL. Ignoro. s o. Scis esse quod corpore utitur. AL. Scio. s o c. Aliud ne utitur ipso quam anima? AL. Nil aliud. s o. An non imperans? AL. Imperans. s o. Quinetiam neminem hoc aliter aestimaturum puto. AL. Quidnam? s o. Quin ex tribus, unum aliquid homo sit. AL. C. Ex quibus? s o c. Aut animam uidelicet, aut corpus, aut totum ipsum ex utrisque compositum. AL. Quid nris? s o. Veruntamen id quod imperat corpori, hominem esse confessi sumus. AL. C. Confessi sumus. s o c. Quid igitur homo? Num si bipi corpus imperat? AL. Nullo modo. s o c. R. Subijci enim illud diximus. AL. Certe. s o. Non est igitur hoc quod quaerimus. AL. Non ut uidetur. s o. At utrunque simul forsitan corpori dominatur, atque id homo est. AL. Forte. s o. Imò minime omnium: nam altero illorum non dominante, nulla coniectura est, ut simul utrunque dominetur. AL. Recte loqueris. s o. Cum uero nec corpus nec simul utrunque sit homo, restat ut arbitror, aut nihil omnino hominem esse, aut si quid est, nihil aliud quam animam esse. AL. Prorusus. s o. Adhuc ne liquidius monstrari tibi oportet, animam esse hominem? AL. Non per Iouem: haec enim sufficere mihi uidentur. s o. Et si non in integrum hac discussa sunt, mediocriter tamen inducta in praesentia sufficiunt. Nam tunc demum peritus comprehendemus, cum inuenerimus quod nunc, quia ampliore indagacione requirebat, praetermissimus. AL. Quid istud? s o. Paulo ante sic est dictum, quod prius considerandum sit ipsum idem, nunc uero pro eo quod quidem est ipsum idem, considerauimus ipsum unum quodque quid est. Idque forte sufficet. Nihil enim in nobis ipsis esse maius quam animam dicere possemus. AL. Non certe. s o. Nonne sic putandum est, me scilicet ac te conspirare inuicem anima ad animam sermone utentes? AL. Et maxime quidem. s o. Hoc itaque erat quod paulo ante dicebamus, quod Socrates cum Alcibiade disputat oratione utens non ad personam tuam ut apparet, sed ad Alcibiadem uerba dirigens: hoc autem anima est. AL. Mihi sane uidetur. s o. Animam igitur nosse iubet, qui praecipit, Nosce te ipsum. AL. Videtur. s o. Quicunque igitur corpus cognoscit, sua quidem non seipsum nouit. AL. C. Sic est. s o c. Atque ideo nullus medicus ut est medicus, neque gymnasticus ut gymnasticus sese nouit. AL. Non ut uidetur. s o. Multo minus agricola, alique opifices se cognoscunt: neque enim se, neque sua, sed remotiora quaedam artium suarum expendunt: ijs enim intenti sunt, quibus corpus curatur. AL. Vera naras. s o. Quare si prudentia est seipsum nosse, nullus istorum secundum suam artem est prudens. AL. Non ut uidetur. s o. Ob hoc mechanicæ artes istae, non autem boni uiri disciplinae uidentur. AL. Prorusus. s o. Nonne rursus quicunque corporis curam habet sua quidem non seipsum curat? AL. Apparet. s o. At uero cui pecuniae cura sunt, nec se, nec sua, sed quae procul a suis sunt, curat. AL. Videtur. s o. Non ergo suis indulget qui pecunias cumulat. AL. Recte. s o. Quisquis etiam corpus Alcibiadis amauit unquam, non Alcibiadem ipsum, sed quae Alcibiadis essent, amauit. AL. Vera loqueris. s o c. Qui uero te amat, amat animum. AL. Necessario sequi ex ratione tua uidetur. s o. Nonne tui corporis amator, cum primum species deflorescit, abiens deserit? AL. Apparet. s o. At uero qui animum tuum diligit, nunquam deserit donec ad meliorem frugem peruentias. AL. Consentaneum. s o. Hanc ego ob causam te minime desero, uerum in amicitia perseuero reliquis senescere corpore abeuntibus. AL. O quam bene facis mihi Socrates, ne in posterum me deseras obsecro. s o. At enitere ut quam pulcherrimus fias. AL. Conabor. s o. Sic se tua res habet: nec fuit unquam, nec est ut opinor Alcibiadis Cliniae filij amator ullus praeter unum & illum quidem amabilem Socratem Sophronisci & Phaearetae filium. AL. Vera dicis. s o. Nonne dixisti me aliquantulum praueuisse, cum te salutatum uenissem? nam statuisse te qui prior me ipsum conuenires interrogaresque, quam obrem solus ego te non reliquerim. AL. Sic erat. s o. Haec proculdubio causa, quoniam amator tui solus eram, ceteri uero tuorum. Tua sane labitur turprocul, tu autem nunc primum florescis: ac desineps quidem nisi ab Atheniensium populo corruparis, ac turpior euadas, nunquam te deseram. Id enim uehementer timeo, ne amator populi factus nobis corruparis. Multi enim & ingenui quidem apud Athenienses id passi sunt. Nam bene personatus est magnanimi Erechthei populus, sed illum nudatum conueri oportet. Adhibe igitur hanc quam dico cautionem. AL. Quam? s o. Exue illum prius o beate, ac disce quaecumque scienda sunt antequam tractentur ciuilia, ut rem publicam a deas ferens tecum Alexipharmacum, ne quid aduersi iam olim patiaris. AL. Bene mihi dicere uideris Socrates, uerum conare iam nobis exponere qua ratione nosmetipsos curemus. s o. Nonne

Hominem non
aliud esse quam
animam

Nonne satis iam a nobis in superioribus definitum est: Quid enim sumus communi consensu definiuimus. Timebamus enim ne in hoc decepti nos ipsos forsitan falleremus, alius cuius alterius non nostri curam habentes. AL. Est ut dicis. s o. Deinde concessum est animae curam habendam, semperque ad ipsam respiciendum. AL. Manifestum est. s o. Corporum uero pecuniarumque curam alijs relinquendam. AL. C. Quid nris? s o c. Quoniam igitur pacto ista perspicue nosceremus, si quidem hoc intellectu nos quoque ipsos intelligimus? an forte per deos Delphicam illam inscriptionem recte monentem, cuius supra mentionem fecimus, nondum intelleximus? AL. Quidnam sic ais o Socrates? s o. Dicam tibi quid suspicer hanc inscriptionem nobis consulere. neque uero passim eius exemplar, sed in uisu solum inueniri posse uidetur. AL. Quomodo id ais? s o. Contemplare tu quoque, si oculo nostro quemadmodum homini consuluisset, Vide te ipsum, quomodo id admonuisse putemus? nonne ut in illud inspiceret oculus, ex cuius intuitu se ipsum uisurus esset? AL. Constat. s o c. Consideremus itaque in quid potissimum intuentes, illud simul ac nos ipsos uideremus. AL. In specula, & alia huiusmodi. s o. Recte loqueris, sed oculo quo uidemus, an non inest huiusmodi quiddam? AL. Valde. s o c. Num aduertisti quod facies hominis in oculum intuentis in oppositi uisu relucet uelut in speculo, quam summam uocamus pupillam, simulacrum insipientis existens? AL. Aduertisti. s o. Oculus igitur ita demum seipsum cernit, cum in oculum inspicit, in idque praeterea intendit, quod oculi optimum est, & quo oculus ipse uidetur. AL. Apparet. s o. Si autem in aliud quoddam hominis membrum respexerit, uel in quoduis aliud, praeterquam id cuius hoc est simile, haudquaquam seipsum percipiet. AL. Verum. s o. Oculus ergo cum seipsum uisurus est, in oculum respicere debet, atque in eum oculi locum, in quo uirtus est oculi. Is autem uisus atque pupillae acies est. AL. Sic est. s o. Eodem pacto & anima, o amice Alcibiades, si seipsum noscere uult, in animam intueatur, in eumque praecipue locum animae, in quo inest uirtus animae, sapientia, & in aliud cuius hoc est simile. M. I. Mihi quidem uidetur o Socrates. s o. Num reperire possumus quippiam in anima diuinius illo circa quod intelligentia sapientiaque uersatur? AL. Nequaquam. s o. Id igitur animae diuini simile est, in quod sane quis intuens, & omne diuinum, Deum scilicet & sapientiam cernens, ita & seipsum agnosceret. AL. Apparet. s o. Seipsum uero cognoscere, prudentiam esse concedimus. AL. Prorusus. s o. Si autem nec nos ipsos cognosceremus, nec prudentes essemus, posse nos ne nostra seu mala, seu bona nosse? AL. Quomodo posset fieri o Socrates? s o. Impossibile tibi forte uidetur quenquam qui non norit Alcibiadem, tamquam quae Alcibiadis sunt, quod uult Alcibiadis nosse? AL. Impossibile per Iouem. s o. Nec nostra quod nostra sunt, nisi prius nos ipsos? AL. Nullo modo. s o. Si nostra ignoremus, nec ea quae nostrorum sunt intelligimus? AL. Non ut uidetur. s o. Non igitur recte omnino consensimus, cum supra quosdam esse assereremus, qui se ignorantes, sua tamen dignoscerent. Atqui nec ea etiam quae suorum, haec enim cuncta dignoscere unius atque eiusdem artis officium esse uidetur, seipsum scilicet, & quae sua sunt, & quae suorum sunt nosse. AL. Videtur. s o. At qui sua ignorat, ignorat & aliena. AL. Quid ita? s o. Num igitur si aliena, etiam quae reipub. sunt ignorabit? AL. Necessario est. s o. Nunquam ergo hic uir ciuilis sit. AL. Non certe. s o. Nec oeconomicus etiam. AL. Neque hoc. s o. Nec quod agit, intelliget? AL. Minime. s o. Ignorans autem, nonne errabit? AL. Maxime. s o. Qui aberrat, an non male agat & priuatum & publicum? AL. Quid nris? s o. Male agens nonne miser? AL. Et maxime quidem. s o. An uero & ijs quibus cum haec agit? AL. Et hi quoque. s o. Nemo itaque felix esse potest nisi sapiens bonusque sit. AL. Nemo. s o. Sequitur ut mali homines miseri sint. AL. Apprime. s o. Non ergo qui diues sit, sed qui prudens, miseriam uitat. AL. Videtur. s o. Quod obrem nec moribus nec nauibus triremibusque atque naualibus, o Alcibiades, nec multitudinem nec amplitudine absque uirtute ciuitas ad felicitatem opus habet. AL. Non profecto. s o. Si recte ciuitatem gubernaturus es, uirtute imbuendi sunt ciues. AL. Quid nris? s o. Num dare quis potest alijs, quod ipse non habet? AL. Qui possit? s o. Ergo uirtute prius ornatus ipse debet esse, quicunque non sibi tantum ac suis, sed reipub. etiam & ijs que ad eam spectant imperaturus est? AL. Vera dicis. s o. Nec igitur principatus neque licentia quodlibet faciendi aut tibi, aut reipub. uerum iustitia potius & prudentia comparanda. AL. Apparet. s o. Iuste enim ac prudenter agentes & tu simul & tua reipub. deo gratum opus facietis.

Explicatio
delphicae in
scriptionis,
Nosce teipsum

Nemo felix nisi
sapiens
bonusque sit
miseri

AL. Decet. s o c. Et sic quemadmodum supra diximus, in diuinum splendorem intuent/ tes agetis. AL. Videtur. s o c. Quinetiam illuc respicientes uosmetipfos uestraq; bona perspicue discernetis. AL. Certe. s o c. Nonne sic recte atq; bene agetis? AL. Agetur. s o c. Enimvero fidei uobis paratus sum uos si ita uixeritis felices fore. AL. Locupes certe fidei uos. s o c. Contra, si iniuste uixeritis, intuentis in tenebras diuinitatis expertes, confimilia tenebris opera quemadmodum necesse est, facietis, uos ipfos penitus ignorantes. AL. Videtur. s o c. Cui enim o amice Alcibiades potestas adest, quodcumq; liberit facienti, mente uero captus est, quidnam putas illi continget, siue priuatus ille quidem siue respub. sit. Veluti si agrotanti cuidam libera licentia sit, rationem medicis nullam habendi, sed tanquam tyrannidem exercendi sic, ut nemo hominem absterere ualeat, quid illi euenturum putas? Nonne uerisimile est corpus iri corruptum? AL. Vera loqueris. s o c. Quid uero, si in nauis apud quempiam omnis licentia sit quodcumq; uideatur agendi, mentem tamen & gubernandi peritia careat, num cernis quae ei & socij euentura sint? AL. Opti nor equidem illum & seipsum & una socios perditurum. s o c. Nonne igitur omni reipublicae, omnijq; imperio & dominationi ubi uirtus abest, contigit ut male agat? AL. Necesse est. s o c. Non ergo tyrannis optime Alcibiades aut nobis aut reipublicae paranda est, sed uirtus, modo felices esse uelimus. AL. Vera dicis. s o c. Caterum antequam uirtus ad sit, conducit uiro non solum puero, regi a meliore quam regere. AL. Apparet. s o c. Nonne quod melius est, idem & pulchrius? AL. Sic est. s o c. Quod pulchrius decetius? AL. Quid nris? s o c. Decet itaq; malum seruire; melius enim est. AL. Decet. s o c. Seruillis ergo prauitas. AL. Apparet. s o c. Liberalis autem uirtus. AL. Ita est. s o c. Nonne o amice, fer uirtus fugienda? AL. Maxime quidem o Socrates. s o c. Aduertis quomodo te nunc habebas? utrum libere, an contra? AL. Et maxime quidem, ut mihi uideor, hoc sentio. s o c. Nosti ne quo pacto id quod nunc te occupat, fugare queas? non enim istud in claro homine nominare. AL. Noui equidem. s o c. Quomodo igitur? AL. Si ipse uolueris o Socrates. s o c. Haud recte loqueris Alcibiades. AL. At quomodo dicendum est? s o c. Si deus uoluerit. AL. Dico equidem, atq; hoc insuper addo, periculum esse ne figuras inuicem mutemur, tuam quidem ego induens, tu autem meam. fieri enim non potest, quin ego te deinceps ducam, tu autem a me ducaris. s o c. O generose, nihilo igitur meus in te amor a ciconia differt, si posteaquam prope te uelut in nido amorem alatum fouerit, ab illo iterum nutritur. AL. Profecto sic se res habet, & incipiam hinc iam iustitiam meditari. s o c. O quam te persequere uelim. Timeo autem naturae tuae diffidens, huiusq; ciuitatis uim intelligens, ne ea me simul ac te uincat.

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENTINI in Alcibiadem Secundum, uel de uoto.

QUID uotum
QUID peten dum in uoto

VONIAM secundum Alcibiades liber profecto sanctissimus de uoto inscribitur, summatim colligendum est, quid uotum, quid in uoto petendum, et quando, et quomodo. Disinitio uoti partim ab Orpheo, partim a Platone sumpta haec est. Uotum est ardens affectus casti animi, deo deditus, et quod bonum uidetur exoptans. Huic affectui Zoroaster et Orpheus suffumigationes et characteres adhibuerunt, quoties ad secunda numina preces dirigerentur. Mercurius ac Plato cum supremi numinis maiestatem uenerabatur, externas omnes ceremonias auferebant, solam ac puram fragrantiam animi relinquentes. Sed de his omnibus in nostris commentarijs diligentius. In uoto petendum Plato uult bonum; idq; ex eo patet, quod petitionem hanc poetae Lacedaemoniorumq; testimonio comprobatur, eamq; tutam et prudenti et imprudenti esse putat, uotumq; huiusmodi et a quolibet et semper fieri posse. Petitionem uero certi cuiusdam et proprii boni tunc demum esse securam, cum prudentiam quis fuerit consecutus, alias autem periculosam. Vbi multa de prudentia disserit, quae tu uir omnium prudentissime Cosme lege obsecro diligenter, ut quanti faciat prudentiam prorsus agnoscas. Vniuersalis ergo precatio, quae bonum solummodo petitur, semper fieri potest: propria uero quaecumque aliquid quod bonum uidetur optatur, tunc facienda cum quid poscendum est quis nouerit, tunc id noscet, cum quid bonum, quid malum est, intellexerit. Id intelliget, cum a mente didicerit. Disset, cum se ad illam conuerterit. Conuertet, cum purgauerit animam tenebrasq; expulerit. Purgabit, cum seipsum legitime philosophiae deditur. Tradet, cum suam ignorantiam recognouerit. Nosce ergo te ipsum, templo Apollinis est inscriptum, ne quis temere deum oraturus accederet. Quo autem ordine in oratione propria sit orandum, Mercurius in orationibus suis, et in suis hymnis Orpheus, et Pythagoras in carminibus aureis docuerunt, quorum ritus alias expone mus. Plato deinde hos theologos imitatus, in lib. de Pulchritudine orantem sic Socratem inroductis, O amice. Para
atq;

atq; caetera numina date obsecro ut intus pulcher efficiat: et quaecumq; mihi extrinsecus adiacent, intrinsicis sint
amica. Sapientem solum diuitem putem. Tantum uero huius auri tradite, quantum nec ferre nec dicere alius
quam uir temperans possit. Quid petit Socrates? Bonum. Quod bonum? Sapientiam, hoc est ueritatis diuinae cog
gnitionem, quam dare solus deus potest, quam accipere solus pulcher, id est temperatus, purus, candidus
ualet. Quid possit in primis: ut dignum sapientia faciat. Temerarij nempe hominis est, munus aliquod quod indi
gnus est petere. Quis diuina sapientia dignus? qui lumen eius ferre paratus est. Quis paratus? qui per continentiam primo, deinde per temperantiam, postremo per sanctimoniam, id est ciuilem, purgatoriam purgatiq; uirtutem animi, sic animum expiauerit, ut pulcher hoc est purus omnino nitidusq; euaserit, et uirtutem iam exempla rem, diuinam scilicet sapientiam solum, ut pote thesaurum omnium diuitiarum optauerit. Idcirco Socrates deum patrem omnium et ministros eius amice adspirare precatur, ut illoru benigno proprioq; fauore purgatus euasat. Corporea uero et externa leuiter pertransit, eligens illa sic se habere, ut tranquillam puritatem animi non impediunt. Deinde pulchritudine hac iam parata, optat ut sapientiam solum hoc est dei cognitionem esse opulenti am omnem sufficientiamq; aestimet, solumq; sitiat. Postremo quasi per ante dicta paratus fulgidum hoc aeternum diuinam sapientia postulat. Neq; id superbe, neq; remisse tamen. Minimam quippe ueritatis cognitionem intemperati homines sortiuntur, summam et infinitam in seipso deus amplectitur, magnam uero et amplam uir temperans adipsit. Tantum igitur huius auri postulauit, quantum solus ferre uir temperans ualet. Hoc equidem esse aurum igitum arbitror, quod emendum Ioan. in Apocalypsi precepit.

ALCIBIADES II. VEL DE VOTO. SOCRATES ALCIBIADES

DE VM ne o Alcibiades precaturus accedis? AL. Et maxime quid e o Socrates. s o c. Trititiam quandam pre te ferre uideris, & oculos in terra figere, ita quam aliquid ipse tecum cogitans. AL. At quid cogitem o Socrates? s o c. Maxima ut mihi uidetur: nam dic per Iouem obsecro, nonne putas deos eoru que uel priuatim, uel publice precamur, nonnunquam concedere partim, partim negare, atq; id his quidem annuere, illis uero minime? AL. Omnino quidem. s o c. Nonne igitur tibi uidetur magna prouidentia opus esse, ne quis seipsum fallat dum magna petit mala, credens bona se petere? Dii autem in eo sint, ut rogantibus annuant: quaedam modum Oedipum ferunt obsecrante deum, de regno paterno ut filij ferro decernerent. Cumq; debuisset praesentium tum maloru auesionem poscere, alia insuper imprecabatur: Unde ad eum euentum ista uenerunt, atq; ex ijs alia multa & graua, quae referre singula nequaquam opus est. AL. At tu furentem quidem hominem in exemplum adduxisti: nam quem putas sanamentis hominem audere tanta petere? s o c. Insanire nonne contrarium est ei, quod est prudentem esse? AL. Prorsus. s o c. Num ex hominibus, alij prudentes esse alij imprudentes uidentur? AL. Videntur sane. s o c. Age itaq; consideremus quinam isti sint. Esse enim alios quidem imprudentes, alios uero prudentes, nonnullos insanos, iam conuenit. AL. Conuenit. s o c. Praeterea bene ualentes aliqui sunt. AL. Sunt. s o c. Aegrotantes alij. AL. Omnino. s o c. Non ergo iidem sunt. AL. Non certe. s o c. Sunt ne alij quidam, qui neutrum istoru patientur? AL. Nequaquam. s o c. Necesse est enim hominem uel aegrotare uel non aegrotare. AL. Videtur. s o c. De prudentia uero & imprudentia idem iudicas? AL. Quomodo dicis. s o c. Hoc minime, aut prudentem, aut imprudentem, aut tertium praeterea uelut medium quiddam esse oportere putas, quo nec prudens nec imprudens sit? AL. Nihil profecto. s o c. Necesse igitur alteru istorum pati. AL. Apparet. s o c. Recordaris concessisse te insaniam prudentiae contrariam esse? AL. Equidem. s o c. Et medium nullam rem, quae hominem nec prudentem nec imprudentem efficiat? AL. Consensi quidem. s o c. Quinetiam duo esse eidem rei contraria quo pacto possunt? AL. Nullo. s o c. Imprudentia igitur atq; insaniam idem esse uidentur. AL. Videtur. s o c. Si ergo omnes imprudentes insanire dicemus, recte dicemus, & ex tuis equa libus, nec non aetate maioribus quicumque sunt imprudentes insanos esse. Nonne putas perpaucos esse in hac urbe prudentes, imprudentes plurimos, quos insanos appellas? AL. Equidem. s o c. An censes nos tutos inter hos insanos ita uersari quin ab eis percutiamur, ac uerberemur, & quaecumq; furiosi aliter se consueuerit patientes, iam dudum poenans non fuisse daturos? Sed uide o beate, ne aliter se res habeat. AL. Quo pacto se habet o Socrates? Apparet enim non ita esse ut putaram. s o c. Non certe ut mihi uidetur, sed hoc fortasse pacto cogitandum est. AL. Quoniam? s o c. Dicam tibi. Ponimus aliquos aegrotantes esse, nec ne? AL. Omnino quidem. s o c. Nunquid necessarium opinaris omnem aegrotum cruciari
d 4 duntaxat

Occasio dial.
Negat Plato esse mediu inter sanum et aegrum
inter prudentem et imprudentem
Vni non posse esse duo contra haec sed si contraria, duo sunt

duntaxat podagra, uel febris, uel lippitudine: An etiā posse alijs morbis affici, cum multae sint morborū species praeter istas? A L. Sic mihi uidetur. s o. Omnis lippitudo morbus tibi uidetur? A L. Mihi certe. s o. Et omnis morbus etiā lippitudo? A L. Non mihi quidē, nescio tamen quid asseram. s o. Si dicenti mihi mentem adhibeas, & ambo simul inuestigemus, fere quod uolumus consequemur. A L. Adhibeo quā maxime possum. s o. Nōne conuenit inter nos lippitudinē omnem esse morbum, nō omnem tamē morbum lippitudinem esse? A L. Conuenit. s o. Et recte quidē consensisse uidemur. Etenim febricitantes agrotant omnes nō tamen quicuncq; agrotant etiā febricitant, uel podagra aut lippitudine afficiuntur. Sed omne quidem huiusmodi cōmuniter morbus est: differre autē medici dicunt illorum curationem: nō enim omnes aut similes sunt, aut similiter pertractantur, uerum secundū uim propriam singuli, morbi tamen sunt omnes. Quemadmodū opifices aliquos esse ponimus. nōne? A L. Prorsus. s o. Et cerdones, & fabros, sculptoresq; & quā plurimos alios, quos referre singulos nihil opus est, quā uel partes opificij discretas habet: ac omnes quidem opifices sunt, non tamen fabri omnes, neq; coriarij, neq; sculptores, at cuncti generatim opifices. A L. Sic est. s o. Eadem quoq; ratione imprudentiam inter plurimi partiuuntur, & qui maiorem sortiuntur imprudentiā partem, insani furentesq; uocantur: qui uero aliquanto minorem, stolidi, atq; attoniti. Qui autem honestioribus uocabulis eadem significare uolunt, partim quidem magnanimos appellant, partim ineptos: quidam nō malos, innocuos, & inexpertos, & stupidos. Inuenies quoq; alia multa nomina quibus omnibus imprudentia significatur. Discrepant autē, ut in superioribus discrepare apparuit, ars ab arte, & a morbo morbus. Tibi uero quid uidetur? A L. Id ipsum. s o. Sed ut redeamus unde digressi sumus, propositū fuit in disputationis exordio, qui prudentes, quā uel imprudētes essent diiudicare. Conuenimus autē tales aliquos esse, nōne? A L. Conuenimus. s o. Prudentes existimas quicuncq; agenda dicendaq; cognoscit? A L. Equidem. s o. C. Imprudentes eos qui neutra uident? A L. Eos ipsos. s o. C. Nōne qui utraq; hęc ignorant, seipos latent, & agentes & loquentes quā non oportet? A L. Apparet. s o. C. Ex his hominibus unum ē Alcibiades, Oedipum esse dicebam. Reperies quoq; nostris temporibus plurimos nō ita concitos, ut ille, nec qui mala se, sed bona potius exoptare putent. Ille siquidē ut nō oprabat, ita nec putabat. Sunt uero nōnulli, qui horū contraria patiūtur. Re or equidē te primum si forte deus ille ad quem exorandum accedis, sese oculis offerens, te priusquam aliquid obsecraret, interrogaret, satis ne tibi sit Atheniensiu dominatu potiri, quod si hoc quidā exiguum aestimares, adderet & Græcorū omnium, & si uiderit te neq; istis etiam acquiescere, nisi totius etiam Europæ adiciat, neq; id quidem tibi sufficere nisi eadem die sentiant omnes Alcibiadem Clinia filiū dominū esse, atq; ideo hęc tibi concederet omnia: reor inquam ab eo te ingenti cum letitia rediturū, ac si maxima bona esses feliciter cōsecutus. A L. Arbitror ē Socrates & quemcuncq; alium, quisquis eandem sortem assequeretur. s o. Vitam uero tuam, an cum græcorū omnium, atq; etiam barbarorum regione & dominatu cōmutares? A L. Nō ut opinor, quippe cū nullo modo usus esse. s o. Quid si usus quidē sis, male tamen, & cū nocuimento? Neq; sic quidem? A L. Non profecto. s o. Cernis ergo tutū non esse, aut quā offeruntur, temere acceptare, aut optare, siquis propterea incōmoda subiturus sit, uel uitam protinus amissurus. Multos autē referre possemus, qui cum tyrannidem affectassent, dumq; illa potirentur ardenti studio cōten dissent, utpote bonū aliquid adepturi, propter tyrannidem circumuēti insidijs perire. Puto etiam audiuisse te nonnulla heri ac nudius tertius ut dici solet, gesta, cum Archelaū Macedonū tyrannum tyrannidis amantem delicias, aliquis huiuscemodi delicias nō minū quam illi sitiens interfecit, ut tyrānus mox beatusq; futurus: Cum uero tridū aut quadri dū tyrannidem potitus esset, rursus ab alijs ex insidijs & ipse oppressus perijt. Vt autē referamus, quā non ex auditu percepimus, sed ipsi nos praesentes inspeximus, uides insuper ex nostris ciuibus quicuncq; praefecturā exercitus affectantes nacti illam sunt, partim etiam his tēporibus exules oberrare, partim morte damnatos esse. Et si qui forsitan in extremis periculis, & timoribus strenue rem gessisse uisi sunt, nō modo in ipso exercitu, uerum etiā postquam in urbē rediere, nō minoribus ab insidiatoribus ciuibus, quā a militibus calumnijs affecti sunt, ut pleriq; illorū optauerint deniq; se priuatos uixisse, potius quā in publico munere. Quod si pericula & labores huiusmodi, aliquam nobis utilitatem asserrent

Plura genera
imprudentia
esse

Prudentes qui
callent agen-
da dicendaq;

Agitur de
qualitate ro-
gationis

Non esse tutū
oblata temere
acceptare

Cratēam
intelligit

ferrent, profecto hoc studium non nihil rationis haberet. Nunc uero longe contra res se habet. Inuenies praeterea eodem pacto nonnullos homines, qui filios uotis exoptant: at cum filios adepti sunt, in calamitates doloresq; maximos incidunt. Nam pleriq; cum nati per omnem aetatem improbi perseuerent, uniuersam uitam mœrore cōficiunt: Qui uero probos filios nacti aduerso quodam casu illis orbantur, nihilo minus quā superiores illi miserati sunt, ut prorsus eligerent, nunquam se filios genuisse. Et quamuis hęc atq; alia multa huiusmodi manifesta sint, raro tamen inueniretur, qui uel a datis abstineret, uel si orando impetraturus esset, uotum omitteret. Per multi etiam neq; a quaesita tyrannide; neq; a parata praetura, neq; ab alijs innumeris, quā cum possidentur laedunt potius quā profint, discederent, quin potius orarent sibi illa concedi si quando non adsint. Interdum breue post tempus praeterita uota damnant, ad cōtraria recurrentes. Quamobrem uereor equidem ne homines temere deos incusent, quā si mala ab ijs inferantur: ij uero seu proteruitate quādam, siue insipientia sibi ipsi dolores morte acriores pariunt. Quare prudens mihi uidetur poeta ille qui amicis insipientibus usus, dum eos uideret & agentes & orantes quā illis minime conducebant, cum tamen eis utilia uiderentur, pro omnibus sic ait: Iupiter rex optima quidem nobis & uouentibus, & non uouentibus tribue. Mala autem poscentibus quoq; abesse iube. Recte igitur & caute loqui poeta mihi uidetur: tu uero siquid habes in animo, quod aduersus hęc proferas, ne sileto. A L. Difficile est ē Socrates in ijs quā bene dicta sunt, contradicere. Illud autē cogito, quantum malum sit hominibus ignorantia: quando quidem propter hanc nos later cum male quid agimus, & quod deterrimum est, ob eam pessima nobis quādamq; precamur, quod quidem nemo putaret. Sed illud qui libet opinaretur, posse uidelicet se sibi ipsi non pessima, sed optima petere: hoc enim reuera execrationis cuiusdam non uoti simile esset. s o. C. At forte, ē optime, diceret quispiam te simul ac me sapientior, haud satis recte nos loqui, dum sic temere ignorantiam uituperamus, nisi hęc adijciamus, quānam & quorum ignorantia sit. Quibusdam namq; certo modo affectis bonum forte est ignorantia, quemadmodum alijs malum. A L. Quid ais? Est ne quicquam quod alicui quomodocuncq; se habenti ignorare aliquādo praestet quā cognoscere? s o. C. Mihi sanē uidetur, nunquid & tibi? A L. Non per Iouem. s o. C. Enim uero nec illud te aduersus matrem patrasse unquam uelle iudicabo; quod Orestem, & Alcmaona, & siqui tales fuere, commisisse ferunt. A L. Bene ominare per Iouem ē Socrates. s o. C. Non decet ē Alcibiades, eum qui inquit te nolle ista fecisse, iubere ut bene omi netur, sed potius siquis contraria diceret. Postquam facinus tam horrendum tibi uidetur, ut ne pronunciari quidem facile debeat, putas Orestem si prudens fuisset, & quid bonum sibi nouisset, scelus tantum ausurum fuisset? A L. Non certe. s o. C. Neq; alium ut arbitrator ullum. A L. Nullum. s o. C. Malum igitur ut uidetur ignorantia optimi, & quod optimum est ignorare. A L. Mihi sanē uidetur. s o. C. Nōne & illi, & ceteris omnibus? A L. Fateor. s o. C. Consideremus praeterea & hoc, si in mentem tibi melius esse putanti, subito ueniāt, Periclem tutorem atq; amicum tuum interficere, ac sumpto gladio ad fores illius properans interrogares num intus sit, uolens illum duntaxat, nec alium quenquam occidere, domestici autē illum intus esse responderent. Neq; dico te quicquam huiusmodi conari, sed an uideatur tibi, quod quidem nihil prohibet, ignorantia quid sit optimum, adesse posse interdum opinionem; ut iudices quod est pessimum, nonnunquam optimum esse. An non tibi uidetur? A L. Omnino quidē. s o. C. Ergo si domū ingressus, uidentq; illum opineris alitū esse, num ipsum perimeres? A L. Non per Iouem, ut mihi uideor. s o. C. Non enim quem fors offerret, sed quem statueras, nōne? A L. Profecto. s o. C. Num & si frequēter facinus aggrediare, semper autem ignorares Periclem esse, unquam in eum irrueres? A L. Nunquam. s o. C. Orestem uero putas unquam manus illaturum fuisse matri, si eam non cognouisset? A L. Non arbitrator. s o. C. Neq; enim ille quācumq; occurreret mulier, sed matrem suam duntaxat necare decreuerat. A L. Sunt hęc uera. s o. C. Itaq; hominibus sic affectis, & in iisdem opinionibus inuolutis, ignorare talia praestat. A L. Videtur. s o. C. Vides iam quod ignorantia quaedam hominibus certo quodam modo dispositis bonum quiddam est, non autem ut tibi uidebatur malum? A L. Apparet. s o. C. Praeterea si uolueris quod deinceps in medium afferatur mirabile dictū, discutere, forte probabile tibi uidebitur. A L. Quid istud ē Socrates? s o. C. R. Videtur sanē caterarum omnium scientia, rum

Proba poeta
rogatio

De ignorantia
bonitate,
& malitia

Que ignorantia mala

Paradoxa
quaedam
rum

Scientiarum
possessio no
cua absq; opti
mi cognitioe.

rum possessio, nisi quis scientiam optimi nactus fuerit, raro quidem prodesse, obesse ple-
runcq; illi qui sit huiusmodi scientijs præditus. Sic autem considera. Nonne necessarium ti-
bi uidetur, cum aliquid facturi, uel dicturi sumus, oportere nos prius quidem, uel putare
cognoscere, uel uere cognoscere quod promptius agere & loqui debemus? A L. Mihi pla-
ne uidetur. S O C. An non rhetores statim cum uel sciunt consulere, uel saltem scire se pu-
tant, consulunt nobis passim, ij quidem de bello & pace, illi uero de moenibus constru-
dis, uel de portubus præparandis muniendisq; & ut summam dicam quicquid ipsa ciui-
tas agit aduersus aliam ciuitatem, uel secum ipsa, rhetorum consilio perficit? A L. Vera
narras. S O. Vide & quæ sequuntur, si fieri potest. Vocas aliquos prudentes, imprudentes
alios? A L. Voco. S O. Et multos quidem imprudentes, prudentes uero paucos? A L. Profe-
cto. S O. Nonne ad aliquid respiciens, utrosq; nuncupas? A L. Imò. S O. An eum qui ista con-
sulere norit, nisi sciat docere utrum melius, & quid melius, prudentem dices? A L. Nequa-
quam. S O. Neq; ut arbitror quicunq; pugnare norit, ignoret tamen quando, & quantum
melius. A L. Sic est. S O. Neq; si quis quempiam perimere sciat, & pecunijs spoliare, ac exu-
lem à patria facere, nisi sciat etiam quando & quem melius sit. A L. Minime. S O. Quicunq;
igitur horum aliquid nouerit, modo ad sit etiam scientia optimi, quæ quidem eadem & uti-
lis scientia est, hunc forte prudentem uocabis. A L. Hunc ipsum. S O. Prudentemq; ipsum
dicemus sufficientem esse sibi & patriæ consultorem, imprudentem uero contra: quid-
nam tibi uidetur? A L. Idem. S O. Quid autem si quis equitare, aut sagittare sciat, uel pala-
stram, uel pugillariam, uel aliud quoddam certamen exercere, aut aliud aliquid eorum
quæcunq; per artem nouimus, quo nomine appellas eum qui intelligit quid in arte meli-
us fiat, an non secundum equestrem artem equitem, secundum pugillariam pugilem, tibi
cinariam tibicinem, atq; in alijs eodem modo: an secus? A L. Sic certe. S O C. Num tibi ui-
detur, qui horum aliquid intelligit, uir prudens appellandus? an longe adhuc abesse? A L.
Longe per Iouem. S O C. Qualem igitur ciuitatem eam putabis, quæ ex peritis sagittarijs,
& tibicinibus, athletisq; ac cæteris artificibus consistet, sint insuper admisti militarem cal-
lentes artem, & qui ad interimendum prompti, necnon inflati ob ciuiliū rerum admi-
nistraciones, desit autem optimi scientia, & qui norit quando, & ad quem unoquoq; illo-
rum uti præstat? A L. Ignobilem ò Socrates. S O C. Maxime hoc ut arbitror dices, si quan-
do cerneret unumquenq; illorum ambitiosum; & plurimas sibi reipub. partes in hoc oc-
cupantem, ut continuo ipsus se superet, & plurimum ualeat, plurimum inquam in illa qui-
dem dominandi arte, in eo uero quod sibi & reipub. optimum est, crebro hallucinantem
quippe qui opinioni sine mente crediderit. Cumq; hæc ita se haberent, nonne recte dice-
remus hanc ciuitatem tumultu quam plurimi iniquitatisq; plenissimam? A L. Recte per
Iouem. S O C. An non necessarium nobis uisum fuit primum quidem putare nos cogno-
scere, uel reuera cognoscere hoc quod prompte facturi dicturiue sumus? A L. Visum est.
S O C. Nonne si quis agit quidem quod nouit aut nosse existimat, addit autem scientiam
optimi, sequitur ut utiliter agat & sibi & reipub. A L. Quid nris? S O C. Contra uero nec rei
pub. nec sibi? A L. Ita est. S O C. Quid autem? nunc tibi ista uidetur, an aliter? A L. Non ali-
ter. S O C. Dixisti uocare te plures imprudentes, prudentes pauciores? A L. Equidem. S O.
Diximus ne iterum plures ab eo quod est optimum, aberrare, utpote qui opinioni absq; men-
te ut plurimum consenserint? A L. Diximus plane. S O C. Prodest igitur multis, neq; nosse
quicquam, neq; putare se noscere; si quidem promptiores erunt ad illa efficienda, quæ uel
noſcunt, uel cognoscere opinantur. Agentes aut, sibi nocebunt crebrius quam quaerant.
A L. Verissima loqueris. S O C. Cum ergo dicebam reliquas omnes scientias, si absit scien-
tia optimi, obesse sapius, quam prodesse illas habent, num recte loqui tunc tibi uidebar?
A L. Et si tunc minime, nunc saltem ò Socrates. S O C. Oportet itaq; ciuitatem & animam,
quæ recte uictura sit, hanc proculdubio, complexi scientiam: quæadmodum qui agrotat,
medicum; & qui prospere nauigare uelit, gubernatorem. Nam quo maiora animus sine
hac scientia circa diuitias uel corporis robur, aut aliud tale conabitur, eo maiora ex ijs pec-
cata committi necesse est. Qui uero multis ac uarijs artibus & scientijs ornatus est, sit aut
expers istius scientiæ: ductus à singulis alijs nonne merito multa tæpestate factabitur? quip-
pe cum absq; gubernatore oberret in pelago breui tempore periturus? Huic certe conue-
nire uidetur illud poetæ carmen, quo quendam uituperans inquit; Multa quidē nouerat,

Est in exem-
plari greco
sine dubio lo-
cus hic corru-
ptus

sed male nouerat omnia. A L. At uero id poetæ dictum quid concinit? mihi certe nihil ui-
detur proposito nostro congruere. S O. Imò quadrat penitus, uerum per ænigmata &
hic & cæteri ferme omnes poetæ loquuntur. Est enim ipsa natura uniuersa poesis ænigma *Poesis ænig-*
tum plena, nec quiuis eam dignoscit. Ad hanc illius naturam accedit, quod si quando in *matum plena*
sit in homine inuidio, nolente sua sensa cæteris hominibus reuelare, mirum est quam diffi-
cile cognitu sit quod poeta senserit. Neq; enim Homerum diuinissimum sapientissimum,
quæ poetam ignorasse putes, quod scire male impossibile sit: ipse enim est qui inquit, Mar-
gitem multa quidem scire, male autem scire omnia: sed ænigmate sensum occultat, ut ar-
bitror, male pro malum ponens, scit autem pro scire: unde compositio quædam extra car-
minis mensuram conficitur: quod uero sentis, hoc est. Multa quidem sciuit, sed malum si-
bi fuit hæc omnia scire. Patet igitur quod si erat illi malum multa scire, ipse quoq; malus
erat. si qua fides supradictis sermonibus adhibenda est. A L. Mihi certe uidetur ò Socra-
tes. Quibus enim uerbis crederem unquam, nisi ijs credam? S O. Et recte quidem tibi ui-
detur, & mihi rursum eodem modo: sed age per Iouem, uides ne quanta qualisq; sit in
hoc ambiguitas? in hac ipse uersatus esse uideris: sursum enim deorsumq; factus nulsquã
fanè cõstitis, sed quod olim asseuerabas, nunc damnas. Si forte deus quem oraturus acce-
dis, oculis sese tuis obijciens, antequam uoueas, ita roget, an tibi aliquid ex ijs quæ in prin-
cipio dicta sunt, habere satis sit, uel tibi licentiam præstet quod libeat postulandi, quidnam
tibi opportunum fore putares; uel acceptare quæ deus offerret, uel poscere? A L. Per de-
os ò Socrates quid responderem non habeo, sed insanum quiddam mihi uidetur, temere
deum precari, ac diligenter considerandum ne quis seipsum fallat, mala petens dum bo-
na se putat orare, ac paulo post, ut tu dicebas, ad contraria uota se transferat. S O. Nonne
prudenter nobis poeta, cuius in principio disputationis mentionem fecimus, qui preca-
batur mala etiam ab orantibus abesse? A L. Mihi uidetur. S O. Lacedæmonij quoq; ò Al-
cibiades, siue hunc poetam imitantes, seu ex seipsis animaduertentes, idem uotum tam
priuatim, quam publice seruantes, orantes deos, pulchra cum bonis sibi tribuere, nec plura
illos precari quis audiret. Neq; tamen ad hæc usq; tempora minus quam cæteri homines
felices sunt. Siquid autem illis unquam minus prospere successit, non est oratio illorum
in causa, quando quidem in dijs est ut arbitror, quæ precamur, tribuere uel contra. Volò
insuper aliud quiddam tibi referre, quod aliquando à senioribus quibusdam accepi. Di-
cebant enim accidisse, ut quotienscunq; bellum Athenienses cum Lacedæmonijs gere-
rent, nostri tum terra, tum mari infortunati essent, nec uictores unquam redirent. Qua re
perturbatos Athenienses cum non haberent qua arte tantam calamitatem uitarent, decre-
uisse Ammonem consulere, quam ob causam dii Lacedæmonijs potius quam Athenien-
sibus uictoriam largirentur, cum ipsi tamen sacrificia, tum plura, tum decentiora quam re-
liqui Græcorum offerrent, simulacris donisq; templa sic ornantes, ut nemo alius, pom-
pasq; quotannis sumptuosissimas, & uenustissimas celebrarent, & omni sumptu, qui ad
rem diuinam spectat, cunctis Græcis magnificentiores existerent: cum Lacedæmonijs
nulla esset istorum cura, adeo circa diuinum cultum parcis, ut animalia mutilata passim ma-
tarent, & in alijs omnibus ceremonijs longe admodum parcioribus quam Athenienses,
cum tamen opum magnitudine à nobis non superentur. Posteaquam hæc dixisset num-
eius, interrogans quo pacto à præsentī calamitate liberari possent, non multa ad hæc re-
spondisse prophetam: Deum enim non permittente, accessito uero Atheniensium legato
in hunc modum fuisse locutum. Hæc dicit Ammo, placere magis Lacedæmoniorum sibi
acclamationem, quam reliquorum Græcorum sacra omnia: nec plura ijs respondisse. Accla-
mationem uero nullam prorsus aliam deus mihi dixisse uidetur, quam illorum preces: per-
multum enim illæ à cæteris differit. Reliqui namq; Græci partim auratis cornibus boues fa-
crificantes, partim donarijs egregijs templa ornantes, quæcunq; occurrunt, seu bona, siue
mala à dijs petunt. Dijs uero cum illos imprecantes audiunt, ditissimas illorum pompas &
sacrificia non accipiunt. Quamobrem diligenter considerandum mihi uidetur, quid dicen-
dum sit, quid de nō dicendum. Inuenies quoq; apud Homerum alia horum similia. Inquit
enim Troianos cum suburbanum ædificiū molirentur, dicare dijs immortalibus precio-
sa sacrificia bouum: nidorem uero ex litore sua uem, ad cœlum usq; uentis extolli: sed beatos
Deos illo minime uesci, quæ quibus. Ilion, & Priamus, & Priami populus odio esset. Itaq;
nil

nil Troianis pröderat, cum aduersos deos haberent, sacra ac munera temere illis offerre. Neq; enim eiusmodi est dei natura, ut ducatur muneribus quemadmodum improbus fornerator. Sed nos nimium deliramus, si quando nos Lacedæmonijs propter munera accipitiores deo esse dicimus. Etenim graue esset, si deus ad donaria & sacrificia nostra respiceret potius quam ad animum, utrum iustus sanctusq; sit. Ad quem equidem deum arbitror multo magis attendere, quam ad multi sumptus pompas atq; sacra, quæ nihil prohibet eum, qui multa in deum hominesq; peccauerit, seu priuatus sit, siue resp. singulis annis

Quod apud deos & apud homines iustitia & prudentia honoratur. Qui prudentes et iusti sint

Quod apud deos & apud homines iustitia & prudentia honoratur. Qui prudentes et iusti sint

Magnanimitas nomen est honestissimū insipientie

erga deum & homines agere atq; dicere deceat. Cupio tamen ex te audire, quid in ijs ipse sentias. A L. Mihi uero ò Socrates haud secus quam tibi ac deo uidetur: neq; enim fas est ò deo me dissentire. S O. Recordaris dixisse te in plurima dubitatione discrimineq; uersari, ne te ipsum falleres, cum mala quandoq; pro bonis optares? A L. Memini. S O. An uides non satis tutum tibi esse ad orandum pergere, ne quando te deus audiens imprecantem ista tua sacrificia renuat, aliud uero quiddam fortuitum reportes? Mihi ergo uidetur operæ pretium esse quætem agere: nam oratione Lacedæmoniorum propter magnanimitatem, id enim nomen honestissimum est omnium quibus insipientia significatur, nõ existimo uti te uelle. Quare necesse est expectare, donec discatur quæadmodum ad deū, atq; ad homines habere se deceat. A L. Quando erit ò Socrates, & quis præceptor? Iocundissime enim hunc hominem, quisquis erit, agnoscam. S O. Hic est cuius cura es. Verū mihi uidetur, quemadmodum Diomedes Mineruam inquit Homerus ab oculis nebulam abstulisse, ut discerneret deū ab homine, sic & ab animo tuo prius oportere caliginem, qua nūc offunditur, auferre: deinde illa propius admouere, per quæ seu bonū quid sit, siue malum dignoscas: nunc enim impos esse uideris. A L. Auferat seu nebulam ille uelit, siue quodcumq; aliud. Etenim paratus sum nihil penitus prætermittere, quod ille præceperit, quisquis deniq; sit, modo ipse sim melior euasurus. S O. Atqui ille mirum in modum tibi prouidet. A L. In illud itaq; tempus hoc sacrificium differre optimum fore censeo. S O. Et recte quidem: tutius enim est, quam tanto periculo se subijcere. A L. Sic est ò Socrates. Interea tamen quoniam mihi bene consuluisse uideris, hanc tibi coronam imponam. Dijs autem & coronas, & reliqua omnia quæcumq; decet tunc demum offerremus, cum diem istam aduentasse cognouero. Aduentabit autem quamprimum, dijs uolentibus. S O. Accipio & hoc & quodcumq; datum abs te mihi præterea fuerit libenter uideo cum abs te accipi. Quemadmodum uero Creon apud Euripidem uidens Tiresiam coronatum, & audiens primicias coronam propter artem à militibus accepisse, ait, Auguristi esse ducebam triumphales coronas, in tempestate enim uersamur, ut ipse nosti: sic & ego hanc abs te coronationem augurium esse duco. Videor autem mihi non minori quam Creon tempestate iactari, studeoq; omnium amicorum tuorum uictor abire.

ARGUMENTVM MARSILII PICINI IN MINOEM PLATONIS LIB. VEL DE LEGE.

Quid lex

LEX de lege requirit, ut quid lex cõmuniter, quot eius species, unde sit, paucis cõprehendamus. Si quis Platonis uerba in hoc libro de lege, & in libris de legibus, nec non de Rep. diligenter aduertat, legis legem uniuersali definitione describet. Lex est uera gubernandi ratio, quæ ad finē optimum per commoda media gubernata dirigit, transgredienti pœnam, obedienti præmium statuens. Quo fit ut institutiones principum cum ueræ non sunt, nec ad optimū recto calle proficiuntur, leges minime sint, sed decreta, edita, instituta potius sint quam leges. A lege nanq; legitimū, à legitimo iustum, à iusto bonum, rectum, uerumq; opus sepe numero nominatur, propterea legem ueram bonamq; esse necesse est. Sequitur etiam ut lex æterna sit, ac penitus immutabilis, & apud omnes gentes eadem de eisdem, si modo uera sit: nam quæ temporibus locisq; & opinionibus permutatur, non lex, sed institutio nuncupatur. Legis autem species, ut ex Timeo, Phædro, & Gorgia colligitur, quatuor sunt: Prima diuina, quam prouidētiam Plato uocat; Secunda cœlestis, quam situm; Tertia mouens, quam naturam; Quarta humana, quam prudentiam naturalem. Prima in mente diuina, quam Saturni legem Orpheus & Plato esse uolunt. Secunda in superiori anima mundi parte quam Iouis. Tertia in mouente inferioriq; illius potentia, quam primæ Veneris. Postrema in hominis mente, quam secundæ Veneris legem

Species legis quatuor

vis legem uocant. Prima à summo bono, quod supra mentem est, profluit. Secunda à mente & summo bono. Tertia à summo bono, mente, & uniuersali anima. Quarta à summo bono itidem, & mente & anima. Omnes uero ad ipsum bonum iterum reflectuntur. Prima in ideis, circa summum bonum, supra rationes. Secunda in rationibus, circa ideas, supra semina. Tertia in seminibus, circa rationes, supra formas. Quarta in notionibus, circa rationes, super actus & artes, quam regiam legē appellant superni regis imitricem. Vnde uero lex proficiatur, ex ijs quæ dicta sunt elicitur. Ab ipso quippe rerū principio omnes, sed uario modo, ut dictū est, manant. Quamobrem omnes illustres conditores legum inuentionem legū in deum, sed per diuersa nomina, atq; media retulerunt. Zoroaster Bactrianis Persiq; leges tradens, in Horoma sim. Trimegistus Aegyptijs, in Mercurium. Moyses Iudæis rectissime in patrem totius naturæ deū. Minos Cretenfisibus, in Iouem. Charondas Carthagenfisibus, in Saturnum. Lycurgus Lacedæmonijs, in Apollinem. Draco & Solon Atheniensibus, in Mineruam. Pompilius Romanis, in Ageriam. Mahometus Arabibus, in Gabrielelem. Zamolxis Scythijs, in Vestam. Plato noster Magnesijs & Sicilijs, in Iouem, & Apollinem. Arcadibus autē, & Thebanis, & Cyrenaicis leges postulantibus, denegauit.

Legislators

MINOS VEL DE LEGE

SOCRATES MINOS



QUIDNAM Lex apud nos est? M I. De qua lege interrogas? S O. Est ne aliquid quo lex à lege secundum quod lex est, differt? Aduerte planè quid quaeram. Sic enim interrogo, ac si dicam, quid est aurum: & si tu eodem modo, de quo auro quaeram roges, haud recte te percontari censerem. Neque enim aurum ab auro quæ aurum, neque lapis quæ lapis à lapide quicquam differt: eodemq; modo lex à lege nil discrepat, sed omnes idem sunt. Etenim lex unaquæque illarum similiter est, nec una magis & alia minus. De hoc ipso igitur uniuerso, quid lex est, generatim interrogo, quod si in promptu nunc habes, explica. M I. Et quid aliud lex ò Socrates esset, quam lege recepta & approbata? S O. An sermo tibi uidetur ea esse quæ sermo dicitur, uel uisus quæ uidetur, uel auditus quæ audiuntur: aut aliud sermo, aliud pronuntiata, aliud uisus, aliud uisus, & auditus similiter atque audita, nec non lex aliud, aliud lege recepta? Sic ne, an aliter tibi uidetur? M I. Sicutique. S O. Non ergo lex est, quæ lege recepta. M I. Non uidetur. S O. Quid itaque sit lex, in hunc modum consideremus. Si quis de ijs quæ modo diximus, percontetur dicens: postquam uisus assensit, quæ uidetur percipi, quid est uisus quo illa percipiuntur, responderemus utique esse sensum huiusmodi qui per oculos colores declarat: & de auditu interroganti, sensum qui per aures uocem haurit. Eodemq; pacto si roget, postquam lege legitima constitutum, quid est lex qua recepta recipiuntur, utrum sensus aliquis uel declaratio, quemadmodum quæ discuntur, declarante scientia comprehenduntur, & inueniuntur inuentione monstrantur: quemadmodum salubria & noxia medicina monstrantur: quæ uero dii cogitant, ut uates ferunt, diuina facultate noscuntur. Vaticinium nanque rerum talium inuentio est: an non? M I. Prorsus. S O. Quid horum præcipue legem esse præsumimus: instituta ne ista atque decreta? M I. Mihi quidem uidetur. Quid enim aliud quispiam legem esse dixerit? Ex quo apparet id totum quod rogabas, legem ciuitatis institutum esse. S O. Opinionem ne ciuitatis legem uocas? M I. Equidem. S O. Et forte recte loqueris: forsitan uero in hunc modum melius intelligemus. Aliquos sapientes uocas? M I. Alii falsa definitione legis, & consuetudine

Quum interrogamur simpliciter, nõ debet dubitari de eo quod est pars

Colligitur de finito translatione

Quid uaticinium

Alia falsa definitione legis, & consuetudine

Lex opinio quædam est

perspicuum est, si quidem est opinio, probam opinionem esse: M I. Constat. s o. Proba uero opinio, nonne uera opinio est: M I. Est. s o. At opinio uera ueritatis inuentior: M I. Certe. s o. Lex itaq; ueritatis inuentio esse uult. M I. At quomodo o Socrates si lex ueritatis inuentio est, non isdem semper legibus circa eadem utimur, cum rerum ueritas inuenta sit: s o. Nihilominus lex ueritatis inuentio esse uult. Quod si non isdem, ut uidetur, legibus homines utuntur, non semper ueritatem, quam lex expetit, reperire possunt. Sed age uideamus, an hinc nobis liquidius pateat, siue isdem semper, siue aliis alijs uiuamus legibus, & num cuncti homines eisdem, aut alijs alijs. M I. Veru neq; id cognitu difficile est o Socrates, quod neque isdem semper eisdem, nec alij semper alijs uiuunt. Neq; enim leges nostrae hostia humana sacrificare permittunt, apud Carthaginenses aut iustum ginenfes legi sanctumq; habetur, adeo ut eorum nonnulli Saturno filios iustum uisti, Nec modo barbari homines diuersas ac nos leges sequuntur, uerum etiam qui Lyciam incolunt: illi Athamantis successores qualia sacra offerunt, cum tamen Graeci sint: Nos quoq; audiuisti quales quandam leges circa inferias seruauerimus, hostias iugulantes aut equam efferretur cadauer, praeficasq; accerfentes. Et qui ijs antiquiores, defunctos etiam domi sepeliebant, quorum nos ijs temporibus nihil omnino seruamus. Innumera praeterea ad idem exempla referre possemus. Latissimus enim demonstrandi campus est, quod nec nos isdem semper nobiscum, nec homines inuicem legibus uitam agunt. s o. Nil mirum est, o uir optime, si tu recte loqueris, me uero id latuit. Verum donec ipse per te ipsum quae tibi uidentur, proluxa oratione narrabis, egoq; rursus idem faciam, nunquam ut arbitror, consentiemus. At si communis disceptatio proponatur, forsitan congruemus: itaq; si id uis, interrogans ipse me, communiter una mecum considera: sin autem respondere mauis, responde. M I. Volo equidem o Socrates, ad quodcunq; liberit respondere. s o. Age igitur, num iusta putas iniusta, iniustaq; iusta esse: An iusta potius iusta, iniusta uero duntaxat iniusta: M I. Equidem quae iusta sunt, iusta: nec non iniusta, quaecunq; iniusta sunt. s o. An non quemadmodum hic, sic & ubiq; gentium existimatur: M I. Ita. s o. Et apud Persas nonne: M I. Et apud Persas. s o. An non & semper: M I. Et semper. s o. Vtrum quae plus trahunt, grauiora hic censentur: quae minus, leuiora: uel huius oppositum: M I. Non, imo plus trahentia grauiora, minus trahentia leuiora. s o. Num & in Lycia & Carthagine idem: M I. Idem. s o. Pulchra quippe ut uidetur, ubiq; pulchra putantur: turpia contra, turpia: non autem pulchra turpia uel turpia pulchra. M I. Ita est. s o. Nonne per omnia generatim, quae uera sunt, esse censentur: non autem quae minime uera, tum apud nos, tum apud homines uniuersos: M I. Videtur. s o. Ergo quisquis a uero aberrat, a legitimo quoq; aberrat. M I. Secundum rationem tuam o Socrates eadem legitima semper & inter nos, & inter caeteros esse uidentur. At cum nos animaduerto absq; sine quotidie leges sursum deorsumq; mutantes, si dem tibi habere non possum, s o. Forte non percipis, quod haec transposita eadem perseverant. Caeterum sic ipsa mecum intue re: librum ne unquam de curatione morborum aliquem nactus es: M I. Equidem. s o. Nostin cuius artis liber ille sit: M I. Noui quod medicinae. s o. Medicos uocas qui haec sciunt: M I. Voco. s o. Qui sciunt, eadem de eisdem, an diuersi diuersa constituunt: M I. Eadem. s o. Vtrum graeci soli cum graecis, aut etiam barbari, & secum, & cum graecis de ijs quae sciunt conueniunt: M I. Necessesse est omnino eadem de ijs quae sciunt Graecos Barbarosq; censere. s o. Probe respondisti, sed nonne & semper: M I. Et semper. s o. Nonne medici circa ualetudine conscribunt, quae esse censent: M I. Imo. s o. Scripta igitur medicorum leges medicorum sunt: M I. Sunt. s o. Et geometrica scripta geometricarum leges: M I. Certe. s o. Quorum sunt scripta constitutionesq; de cultu hortorum: M I. Horticultorum. s o. Haec igitur leges horticultoriae sunt: M I. Ita. s o. Eorum qui hortis praefesse sciunt: M I. Quid nris: s o. Sciunt autem horticultores. M I. Nempe. s o. At quorum sunt de condimentis obsoniorum scripta atq; instituta: M I. Coquorum. s o. Coquorum igitur haec leges sunt. M I. Sunt. s o. Eorum uidelicet, qui praeparandis obsonijs praefesse sciunt. M I. Proculdubio. s o. Sciunt haec ut aiunt, coqui. M I. Sciunt. s o. Age igitur, dic quorum sunt conscripta & instituta de ciuitatis gubernatione. An non eorum qui administranda respub. periti sunt: M I. Apparet. s o. Num alij quidam praeter ciuiles atque regios homines id nouerunt: M I. Isti soli. s o. Ciuilia ergo conscripta haec sunt, quae homines regum

Apud Carthagenes legi sanctumq; habetur, adeo ut eorum nonnulli Saturno filios iustum uisti, Nec modo barbari homines diuersas ac nos leges sequuntur, uerum etiam qui Lyciam incolunt: illi Athamantis successores qualia sacra offerunt, cum tamen Graeci sint: Nos quoq; audiuisti quales quandam leges circa inferias seruauerimus, hostias iugulantes aut equam efferretur cadauer, praeficasq; accerfentes.

Cerimonia antiquissima circa defunctorum

Omnes praecipitones artium leges esse

regum bonorumq; uirorum decreta nominant. M I. Vera narras. s o. Qui sciunt, haud alia aliud de isdem rebus statuunt. M I. Non certe. s o. Non igitur alia atque alia legitima sunt. M I. Nequaquam. s o. Si quos dissentientes mutantesq; uiderimus, num sci re illos, an ignorare dicemus: M I. Nescire. s o. An non quod in singulis rectum est, id in singulis legitimum nuncupandum: Vt pote quod secundum rationem medici fit, uel coqui, uel horticultoris, id in eis legitimum: M I. Absq; dubio. s o. Contra uero, quod minime rectum, haud amplius legitimum appellandum. M I. Haud amplius. s o. Illegitimum itaq; sit. M I. Neccessarium est. s o. Quamobrem in constitutionibus de iustis atq; iniustis deq; ciuitatis ordine & gubernandi ratione tractantibus quodcunq; rectum est, regia lex existit: non rectum uero nequaquam lex regia, quia scientia deest, esse uidetur, quippe cum illegitimum sit. M I. Sic est. s o. Probe igitur confessi sumus legem esse ueritatis inuentio nem. M I. Apparet. s o. Praeterea & hoc ad idem consideremus: quis spargendorum in terram seminum peritus est: M I. Agricola. s o. Hic utiq; conuenientia femina uincit: solo distribuit. M I. Sane. s o. Agricola igitur in ijs legislator bonus est, eiusq; leges & ad ista distributiones rectae. M I. Veru. s o. Quis in ipsis ad harmoniam pulsationibus bonus legis conditor est: ac pro dignitate impertit, & cuius leges rectae: M I. Tibicen & citharista haec agunt. s o. Qui ergo in ijs maxime legitimus est, is maxime tibicen. M I. Ita. s o. Quis optime corporibus alimenta accommodare potest, nonne qui congrua cuiq; adhibere nouit: M I. Is ipse. s o. Huius partitiones institutionesq; optima: & quicunq; circa haec legitimus maxime, is legis conditor optimus. M I. Prorsus. s o. Quis iste: M I. Paedotribas. s o. Is humani corporis gregem pascere optime nouit. M I. Sane. s o. Ei uero qui pedum gregem pascere nouit, quod nomen est: M I. Pastor. s o. Pastoris itaq; leges ouibus optima: M I. Optima: s o. Et bubulci bobus. M I. Etiam. s o. At cuius potissimum leges animis hominum optima: sunt: an non regis: M I. Regis. s o. Bene dicis, sed num referre potes, quis e priscis hominibus legum circa tibiarum inflationem conditor optimus extitit: forte non tenes, uis ne tibi memorem: M I. Valde. s o. Marfya & quem ille maxime amaui Olympus Phrygius. M I. Vera loqueris. s o. Horum sane tibicines harmoniae diuinissima sunt, & solae concitant audientes, qui potissimum deos qui usui sunt ostendunt, ac solae in hunc usque diem utpote diuinae perstituerunt. M I. Vera haec sunt. s o. Quis autem ex antiquis regibus legis conditor optimus fuisse fertur cuius adhuc tanquam diuinae institutiones extent: M I. Nequaquam teneo. s o. An nescis quae grecorum gentes antiquissimis legibus utantur: M I. Forte Lacedaemonios & Lycurgum Lacedaemoniarum legum latorem dicis. s o. At haec instituta nondum forte trecentos annos uel paulo plures impleuerunt, sed legum earum praecipuae unde uenerunt, nostrae. M I. Ex Creta ferunt. s o. Isti itaque ex Graecis omnibus antiquissimis legibus uiuunt. M I. Veru. s o. Scis qui apud eos praestantissimi reges extiterint: Minos uidelicet & Rhadamanthos Iouis & Europae filij, quorum haec leges sunt. M I. Rhadamanthum quidem o Socrates iustum uirum fuisse tradunt, Minoem autem agrestem durum atq; iniustum. s o. Atticam o uir optime ac tragicam fabulam refers. M I. Nonne haec de Minoe circueferuntur: s o. Non tamen Homerus aut Hesiodus ista restantur, quanquam locupletiores admodum testes sunt, quam cuncti tragici, quorum testimonio talia loqueris. M I. Et quid isti de Minoe tradunt: s o. Dicam, ne tu ut alij multi impia loquaris. Nihil enim hoc magis impium est. Etenim primo cauendum est ne quid in deum aut uerbo aut opere aliquando peccemus, deinde ne quid aduersus diuinos homines. Quin diligenter cauere decet quotiens uirum aliquem laudaturus aut uituperaturus es, ne aberres. Atque huius gratia in primis curandum est, ut bonos ac malos homines dignoscamus. Deus quippe nimium indignatur, quotiens quispiam illius similem improbat, aut probat dissimile. Dei uero simile est uir bonus. Neq; lapides ac ligna auesq; atq; serpentes sacra existimes, homines uero nequam. Imo sacratissimum omnium est uir bonus, prophanicissimum contra uir malus. Et nunc iam quemadmodum Homerus Hesiodusq; Minoem ipsum extollunt, haec de causa referam, ne amplius homo ipse ex homine natus aduersus heroo Iouis filium perperam obloquaris. Nam Homerus ubi de Creta mentionem faceret, quod esset admodum populosa, & in ea nonaginta urbes, inter illas inquit est Cnosos ampla ciuitas, in qua Minos regnauit, noue annos magno cum Ioue colloctus. Tanta est haec in Minoem Homeri laus

Quid regia lex est ueritatis inuentio

Regis leges animis hominum optima: Marfya pri mus tibij leges imposuit. Qui primi legum conditores apud Graecos De Rhadamantho, et Minoe

Cauendum esse & in laudando, & in accusando Vir bonus similis deo. Vir bonus sacratissima res Creta nonaginta urbium

paucis uerbis explicita, ut nunquam parilaudatione heroum quenquam extulerit. quod enim Iupiter sophista est, eaq; ars præclarissima, cum alibi sæpenumero, tum hoc in loco uel maxime patefacit. Nam Minoem annos nouem cum Ioue collocutum inquit, ad eumq; disciplinæ gratia proficisci solitum, quasi Iupiter sophista sit. Quod autē tanto munere, hoc est ab Ioue eruditum esse, alium heroua nullum Homerus affectit, mira quædam laus existimanda est. Quinetiam in odyssea ubi funus describitur, Minoem mortuorum animas iudicantem, aureum sceptrum tenentem induxit. Rhadamanthum uero neq; hic neque alibi iudicantem aut cum Ioue colloquentem inducit. Quamobrem ab Homero præ cæteris omnibus Minoem honoratum assero. Etenim cum Iouis sit filius, quod ab illo duntaxat sit eruditus, non habet magnam laudem. hoc nempe carmen illud significat, Minos regnauit nouem annos magno cum Ioue colloqui solitus, Minoem uidelicet cum Ioue annos *ix*. in sermonibus congressum. *δωρον* namq; sermones sunt, *δωρῶν* autē est in sermonibus congregiendi. Minos itaq; annos *ix*. Iouis antrum erudiendus accessit. Vnde & didicit & docuit inde cæteros, quæ ab Ioue nouem annis acceperat. Nec tamen defunt qui orastem aliter exponant, cōpotatorem, comestoratoremq; & collusorem Iouis. Verum ex hoc maxime istos nō recte exponere conijcere possumus, quod nulli uel Græci, uel Barbari symposiis, id est compotationibus, atq; eiusmodi ludis abstinent præter Cretenses, atq; Lacedæmonios, qui à Cretensibus didicerunt. In Creta præterea inter cæteras Minois ipsius leges hæc extat. Ne inuicem compotetis ad ebrietatem. Constat autē tēc eum que honesta censebat, ciuibus suis obseruanda mandasse. Neq; Minos improbi hominis instar, alia ipse fecisset, alia facienda mandasset. Cæterum erit consuetudo illa, ut dixi, disciplinæ gratia uerborum collatio, proptereaq; leges huiusmodi ciuibus suis instituit, quarum obseruatione Creta per omne tempus est felix, ac etiam Lacedæmon, ex quo ijs legibus, utpote diuinis, uti cœpit. Rhadamanthus autē uir quidem bonus extitit,

Rhadamanthus iudex peritus nō legis conditor

à Minoe siquidem instructus erat; nec tamen regiam disciplinam omnem, sed regi tantum ministrare in iudicijs didicit; unde iudex peritus appellatus est. Eo planē ueluti legum custode per urbem usus est Minos, ad reliquā uero Cretam custodē Talos. Talos enim ter quotannis pagos omnes iustrabat leges eorum obseruaturus, tabulis æreis leges insculptas circumferens: unde æreus nominatus est. Hesioidus præterea similia quædā in ipsum Minoem intulit. Nam cum nominis illius mentionem fecisset, inquit. Qui mortalibus regibus præstitit, pluribusq; gentibus imperauit, Iouis sceptrum habens, quo ciuitates regebat. Hic item sceptrum Iouis nihil aliud uocat, quam Iouis doctrinā, qua Cretam omnem moderabatur. *M. I.* Quam igitur ob causam ò Socrates fama hæc inter homines diffusa est, Minoem ipsum rudem, durumq; hominem extitisse? *s. o.* Ob quam & tu ò uir optime, & unusquisq; alius cui fama curæ est, si modo sapitis, diligenter cauere debetis ne poeticū hominem insensum aliquem habeatis. Poetæ quippe uim maximam in utraq; partem, & ad laudandum, & ad uituperandum habent. Quia in re profecto Minos deliquit, cum huic urbi bellum indiceret, quæ cum cæteris sapientibus plurimis, tum uel maxime poetis omnis generis, ac tragicis præsertim referta est. Tragedia uero hic est antiquissima, nec ut pleriq; putant à Thespide, aut à Phrynicho sumpsit initium, sed si perscrutari uolueris, reperies tragediam longe antiquius huius ciuitatis inuentum. Hæc autē ex uniuersa poeti populū uehementer oblectat, atq; allicit auditores, qua nos Minoæ ferientes ulsi sumus; sed & huius gratia tributa illa pendere nos coegit. In hoc igitur deliquit Minos cum nos lacefferet, ex quo euenit quod ipse quaeris, ut infamis euaderet. Quoniam quod uir bonus, atque legitimus ut supra diximus, & excellens pastor populi fuerit, leges eius argumento sunt, quæ immutabiles perseuerant, utpote uera ciuitatis gubernatione reperta. *M. I.* Verisimilem rationem ò Socrates attulisse uideris. *s. o.* Nōne igitur si uera loquor, uidentur tibi Cretenses Minois Rhadamanthiq; ciues antiquissimis legibus uti? *M. I.* Videtur sanē. *s. o.* Isti ergo priscorum omnium legum latores excellentissimi fuerunt, hominumq; pastores, quemadmodum & Homerus exercitus ducem pastorem populi nunciat. *M. I.* Prorsus. *s. o.* Age itaq; per Iouem amicabilem, si quis nos roget, conditor legum circa corporis ualetudinem, quid corpori adhibet ut bonam ualetudinem tueatur? responderemus utiq; recte ac breuiter, quod nutrimentū & exercitium, tum intendens, tum remittens atq; ita corpus cōponens. *M. I.* Probe. *s. o.* Si posthac iterū quaerat, lator legum

Tragedia Athenarum antiquissimum inuentum Proprietas tragediæ

ad

ad animam pertinentium, eiusq; pastor optimus quid illi adhibens meliorem efficit? quid nos huic potissimum respondebitis, ut minus de nobis ipsis deq; ætate nostra erubescamus? *M. I.* Quid dicam nescio. *s. o.* At turpe nimium utriusq; nostrum animis est, si que sibij ipsis bona, malæ sunt ignorare, quæ uero ad corpus, & ad alia pertinent, cognoscere uideantur.

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENTINI
in Euthyphronem, uel de Sanctitate.



EVTHYPHRO totus in consutatione uersatur. Quo factum est, ut nonnulli Platoniorum hunc librum quemadmodum Euthydemum & Hippiam, litigiosum uocauerint. Sed reuera, dum falsas Euthyphronis de sanctitate opiniones Socrates confutat, ueniantibus ueritatem illius uestigia signat. In hoc igitur libro, atq; etiam in Gorgia sanctitatem Plato nominat eam iustitie partem, quæ suum deo tribuit. Suum tribuit deo qui illa quæ sine medio accipit à deo, deo reddit. Corpus quidem ut Plato in lib. de natura disputat, ab elementis quatuor, naturalem speciei complexionem à celestibus sphaeris, partes anime quæ trahuntur affectibus à demonibus & animis siderum sphaerarumq; suscipimus: rationem uero ac mentem nostri parentis imaginem, ab ipso mundi totius opifice sine ullo cœlicolarū aut demonum ministerio. Hæc itaq; dei sunt, hæc deo reddenda, atq; hæc retributio sanctitas nuncupatur. Quam præcedit pietas, religio sequitur. Est enim pietas dei parentis agnitio. Sanctitas, eius quod dei est, deo agnitio retributio. Religio, eius quod deo redditū est assidua meditatione iustisq; operibus cū deo ipso indissolubilis religatio: ut merito sapiens ille dixerit, funiculū triplicem difficile solui, funiculū inquam ex pietate, sanctitate, religioneq; conexum. Pietas sanctitatem excitat, sanctitas pietatē confirmat & sancit. Sanctitas quoq; religionem mouet. Religio religat sanctitatem: prius enim hoc uel instinctu, uel inspiratione, uel admonitione opus est, quo deum unum nostrum esse parentem fide indubia cogitemus, quam pietatem esse uolunt. Cum quis ista concepit, mox omnem mentis & rationis intentionem in deum noscendum amandūq; figit. Atq; hunc in cognoscenda amandāq; diuinitate frequentem intuitum sanctitatem Mercurius quoq; definit. Ex hac flagranti in deum intentione mentisq; ardore fit ut omnia dei opera, instituta, mandata meditemur exerceamusq; & assiduo quicquid ad eius uenerationem pertinet, relegamus. Quamobrē nos ipsos relegendo religantes deo, religiosi sumus. Hæc autē definitio & distinctione premissa, quæ de sanctitate in Euthyphrone, uel alibi à Platone dicuntur, perspicua sunt. Cumq; dicitur sanctum quod amatū à deo, uerum est: sed quia sanctum, amatū à deo, non quia amatū est sanctum. Et quia amatū amatū est, non tamen quia amatū, amatū: quoniam non idem est omnino sanctum atq; amatū. Neq; enim sanctitatis ratio in ipso amatū esse, sed ipsa potius retributione ac deuotione consistit. Præterea cum dicitur, Sanctitas cura ministra dei, uerū quoq; dicitur. Sed ad quod opus dei ministra? Ad cōuersionem anime. Opus enim dei est, creare, conuertere, purgare, illuminare, perficere. Cum primum per pietatis instinctum inspirando conuertere deus ad se incipit animum, illa ipsa assensio qua sese libenter in conuertentem deū animus ipse restituit, sanctitas nuncupatur, quæ quidē ministra dei est ad cōuersionem perficiendam. Additur postremo, Sanctitas scientia uouendi, & sacrificandi deo, hoc maxime ad religionem pertinet, quæ sanctitatem ut diximus, comitatur. Uouendo petit, sacrificando dat. Quia petit à deo se ipsum. Quia deo dat se ipsum. Idem si quæ in mente diuina est petit, quam Mercurius petijt à Pimandro. Dat autem naturam suam Idææ participem.

Pietas. Sanctitas. Religio. Funiculus indissolubilis

EUTHYPHRO PLATONIS VEL DE SANCTITATE.
EUTHYPHRO SOCRATES



QUID noui ò Socrates accidit, quod prætermittēs exercitationes in Lycio, circa regis porticum hic uerfaris? Neq; enim causa nūc tibi ulla est, quemadmodū mihi, ad regē. *s. o.* Non causam hanc Euthyphro, sed accusationem Atheniensis uocat. *E. V. T.* Quid ais? num te aliquis accusauit? Non enim te alium accusasse putarem. *s. o.* Non sanē. *E. V. T.* At uero te alius? *s. o.* Prorsus. *E. V. T.* Quis iste? *s. o.* Nec ipse quidem ò Euthyphro uirum hunc satis agnosco. Iuuenis enim quidem & ignotus esse uidetur: uocat autem illum ut puto Melitum ex Pittheo populo, si quem tu Pittheū Melitum noscis prolixis defluisq; capillis, aquilino & gibbo suo naso, barbaq; rara. *E. V. T.* Haud recordor ò Socrates, sed cuius te reū fecit? *s. o.* Cuius cunq;. In ea tamen ut mihi uidetur accusatione nō ut ingenerosus se gefit. Nam iuuenem hominem rem tantam nouisse, non uile quiddam est. Ille siquidem ut ait, quomodo iuuenes corrumpantur, & qui eos corrumpant, intelligit: ac sapiēs propemodum apparet, me amq; inscitiam conspicatus quasi suos aequales peruertam, ad patriā me uelut ad matrem

Occasio dial.

accusaturus confugit, adeo ut mihi solus ipse recte praesse rebus ciuilibus uideatur. Nam in primis iuuenum cura suscipienda est, ut quam optimi uiri fiant: quemadmodum bonum agricolorem teneriores primum plantas curare debet, ac deinceps alijs prouiderem. Etenim & Melitus fortasse primum nos purgat iuuenum, ut ait, germina corrumpentes, posthac senioribus quoque curam adhibens plurimorum ingentiumque honorum ciuitati causa erit, ut consentaneum est eum facere, qui principium huiusmodi dedit. **E V T.** Vellem equidem o Socrates, sed uereor ne contra contingat. Nam prorsus ab ipso statim initio mihi uidetur huic urbi nocere uelle, qui iniuria te afficere tentat. Et mihi dicas, quid te agentem, iuuentutem inficere praedicat? **S O.** Absurda quaedam auditu o uir mirifice. Inquit enim confictorem me esse deorum, & ut nouos inducentem deos priscos uero negantem, me (ut inquit) deorum gratia incusauit. **E V T.** Intellego iam o Socrates, quod ipse daemionum tibi passim adesse profiteris. Vnde aduersus te tanquam diuinas res innouantem, accusationem hanc inscripsit, & in iudicium te calumniaturus aduentat, quippe cum nouerit ista facile uulgo calumniam subire posse. Me quoque cum de diuinis in concione pertracto futura praenuncians, tanquam insanientem ridet; licet nihil unquam nisi uerum praedixerim. Nobis enim ceterisque huius generis omnibus inuidet: nihil autem de ijs curandum, sed interim eadem ratione pergendum. **S O.** O amice Euthyphro, irrideri fortassis nil refert. Atheniensibus nempe ut mihi uidetur non admodum cura est, si quem peritum esse putent, modo ne sua perdoceat alios. Quem uero peritia propria ceteros inuidentem sentiunt, insectantur, siue id liuore quodam, ut asseris, conciti, siue alia de causa. **E V T.** Equidem istuc, quo tandem modo erga me affecti sint, haud admodum experiri cupio. **S O.** Forte enim tu raro te ipsum alijs exhibere uideris, tuamque nolde sapientiam pro pagare. Ego autem uereor ne ob humanitatem, qua erga mortales omnes sum, passim & effuse nimis unicuique me praebere uero ipsis uidear, non sine mercede duntaxat, uerum etiam ultro me meaque offerre solitus, si quis audire modo uelit. Si me igitur, ut nunc dicebam, derisuri essent, quemadmodum tu derideri te dicis, nihil sane molestum foret a iocantibus ridentibusque in iudicium trahi. Sin istuc serio contendunt, quod tandem res euadat, praeterquam uobis uaticinantibus incertum est. **E V T.** Nihil forte negotij o Socrates erit, pro mentis uiribus in causa tua certabis, ego autem ut arbitror in mea. **S O.** Num aliqua etiam tibi causa est reus ageris, an accusas? **E V T.** Accuso, **S O.** Quem? **E V T.** Quem dum persequor insanire uideor. **S O.** Quid? uolantem forte quempiam persequeris? **E V T.** Procul admodum abest ut uolet, qui iam grandis est natus. **S O.** Quis iste? **E V T.** Pater meus. **S O.** Tuus ne o uir optime? **E V T.** Prorsum inquam. **S O.** Quod crimen, quae causa? **E V T.** Homicidij Socrates. **S O.** Pro Hercules, nimirum o Euthyphro ignoratur uulgo quo pacto hoc recte fiat. Neque enim puto cuiusuis opus est, recte haec agere, sed aliquis sapientia longe prouecti. **E V T.** Longe per Iouem. **S O.** An domesticorum quispiam a patre peremptus est? num scilicet? Non enim ob extraneum aliquem homicidij patrem accusas. **E V T.** Ridiculum est o Socrates, si quid interesse censes, domesticus ne an extraneus sit occisus, neque id duntaxat obseruandum esse, utrum iure occiderit, quisquis occidit, necne: Quod si iure, dimittendum; sin autem iniuria, persequendum, licet qui peremit domesticus familiarisque sit. Aequae enim inquinaemur si sceleris conscij acquiesceremus, nec illum atque nos ipsos iudicio expiaremus, quanquam qui perijt, cliens atque minister meus erat, qui cum in Naxo in agriculturam incumberemus, nobis mercede seruiuit. contumelia igitur & ira in domesticum quendam nostrum concitus eum continuo iugulauit. Vnde pater obligatis manibus ac pedibus in foueam coniecit; atque huc misit hominem qui iuris interpretem quid agendum esset interrogaret. Interea uinctum illum ut homicidam neglexit, quasi nihil omnino referret, si forte deficeret. Quod & accidit: nam priusquam ab interprete nuncius ipse rediret, fame, frigore, uinculis perijt. Hac de causa pater ceterisque propinque grauiter ferunt, quod propter homicidij mortem, patrem reum necis peragat, qui ut ipsi aiunt, minime interfecit, uel si etiam interemisset, de homicidij interitu nihil esse curandum. Impium enim esse ferunt si lium patri diem dicere, male diiudicantes o Socrates, quomodo diuinum numen circa sanctum prophanum uel se habeat. **S O.** Tunc per Iouem o Euthyphro sic te synce re diuina, sancta, & prophana quomodo se habeant, scire praesumis, ut ijs ita peractis quae admodum inquis, haud formides ne patrem reum necis accusans prophanum aliquem agrediaris?

grediaris? **E V T.** Nihil mihi studium meum prodesset o Socrates, nec ratione ulla Euthyphro tot mortalibus praestaret, nisi talia quaedam plane dignoscerem. **S O.** O admirande Euthyphro, nil potius est, quam ut discipulus tuus fiam, & in contentione quae mihi cum Melito est, in primis ista obijciam, quod scilicet haecenus diuinorum cognitionem maximi quidem fecerim: nunc autem postquam me propria uanaque opinione nouos deos confingere dixerit, discipulum tuum esse factum. Si ergo o Melite, dicam, Euthyphro nem in ijs recte sentire putas, me quoque existima, neque damnes. Sin minus, praecipio rem illum priusquam me in iudicium accersito, senes homines corrumpentem; me scilicet atque patrem, me quidem docentem, illum uero corrigentem & punientem. Quod si mihi non obsequatur, neque remittat iudicium, neque pro me te accuset, eadem illa in iudicio tu dices, quae ego obieci. **E V T.** Ita per Iouem o Socrates: nam si me accusare tentauerit, reperiam ut opinor, ubi ille debilis infirmusque sit, ac multo prius de illo quam de me in iudicio disceptabitur. **S O.** Atqui ego o dulcis amice considerans, discipulus tuus esse uelim: cum norim quod & alius fortasse quidam, & Melitus iste te quidem ne uideri quidem uidetur, me uero sic acute prorsus, facileque perspexit, ut impietatis hic accusauerit. Nunc ergo per Iouem mihi dicas quod plane nosse asseuerasti, quid pius, quid uel impium esse uelis, & in nece, & in ceteris omnibus. An non idem est in singulis actionibus ipsum sibi sanctum? & prophanum rursus omne sancto contrarium, ipsum uero sibi ipsi consimile, unamque secundum quod prophanum est, ideam habet, quodcumque prophanum esse debet? **E V T.** Omnino o Socrates. **S O.** Dic ergo quid sanctum, quid prophanum uocas? **E V T.** Sanctum quidem uoco, quod ipse nunc facio. Eum qui iniuste agit uel circa caedes, uel sacrilegia, uel aliud huius generis, in iudicium trahere, seu pater, siue mater, siue cuius alius deliquerit. Contra uero prophanum. Quin uide quae Iouem o Socrates quam ualidam tibi legis coniecturam referam, quod ita sit quemadmodum alijs quoque narraui, decens tum demum recte agi, cum nulli prorsus peccanti quisquis ille sit, parcimus. Nam fatentur omnes Iouem ipsum deorum omnium optimum atque iustissimum esse, quem tamen patrem suum ligauisse ferunt, quod natos absque iure deuo rauisset. Illum praeterea patrem castrauisse ob talia quaedam asserunt. Mihi uero succensent quod parentem iniustitiae obnoxium persequor. Atque ita homines isti sibi ipsi tam de dijs, quam de me contraria sentiunt. **S O.** Atqui hanc ob causam o Euthyphro accusor, neque quid respondeam fati habeo. Nam quotiens de dijs talia quaedam quis diceret, moleste ferebam, qua de causa ut uidetur peccare me ferunt. Nunc autem si tibi haec ita uidentur harum rerum perito, necesse est nos etiam consentire, quid enim aliud dicemus? quippe qui nihil de ijs intelligere praedicemus. Ceterum per Iouem amicabilem mihi dicas, an ipse sic ista reuera euenisse putes. **E V T.** Et mirabiliora insuper o Socrates, quae multis occulta sunt. **S O.** Bellum igitur inter deos agitari inuicem arbitraris, inimicitiasque & pugnas, aliaque per multa, quae a poetis, & peritis scriptoribus memorantur. Vnde & alia nobis sacra huiusmodi uarietate sunt plena, & in magnis Panathenais pepulum ijs pictum in arce infertur. An haec uera o Euthyphro esse fatebimur? **E V T.** Non haec sola o Socrates, sed quod paulo ante dixeram alia quoque multa, si uelis, de diuinis exponam: quae cum audieris, scio quid loquor, nimirum obstupefices. **S O.** Nequaquam mirarer, uerum ista deinceps maiori cum otio referes, in praesentia uero quod modo quaesitum explicare planius nitere. Neque enim principio sufficienter amice me docuisti, cum quid sanctum esset interrogare: sed id sanctum esse dixisti, quod tu nunc ageres, dum necis reum patrem tuum accusas. **E V T.** Et uera nimirum o Socrates dixi. **S O.** Forte, sed nunc alia multa o Euthyphro sancta nuncupas? **E V T.** Et alia. **S O.** Recordare igitur quod non hoc abs te petij, ut unum me aut duo ex multis sanctis, sed illam ipsam speciem, qua cuncta sancta sunt sancta, doceres. Dixisti enim una idea omnia sancta, sancta esse, atque una iterum quae sunt prophana, prophana. **E V T.** Equidem. **S O.** Quae nam sit ea ipsa idea mihi demonstra, ut ad illam respiciens, eaque tanquam exemplari aliquo utens, quodcumque tu, uel alius cuius tale facitis, sanctum esse dicam: quod autem dissimile, negem. **E V T.** Si ita uis o Socrates, ita dicam. **S O.** Imo uolo. **E V T.** Quod quidem dilectum dijs, sanctum est: quod uero non dilectum, prophanum. **S O.** Quam pulcherrime o Euthyphro, utque te responde-
re iubebam, sic denique respondi: utrum tamen uerum responderis, nondum noui.

Prima definitio sancti

Consultatio

Secunda definitio sancti reddita

sed tu planè uera hæc esse nobis ostendes. **E V T.** Omnino quidem. **S O.** Age itaque id de quo dicimus consideremus. Deo dilectum opus sanctum, ac uir deo dilectus, sanctus: opus autem inimicum deo prophanum, & uir deo inimicus, prophanus dicitur. Sanctum uero & prophanum non eadem sunt, sed omnino contraria. nonne? **E V T.** Sic est. **S O.** Num probe dicta hæc esse uidentur? **E V T.** Sic existimo, dicta enim sunt. **S O.** Nonne dictum est deos inuicem dissidere, atque pugnare, inimicitiasq; inter eos esse: hoc ne etiam dictum? **E V T.** Dictum profecto. **S O.** Inimicitias autem & iras ò optime dissensio de quibusdam gignit. Hoc ita consideremus: nunquid si ego & tu de numero dissentiremus, utra sint plura discutientes, dissensio huiusmodi nos inimicos faceret, & iracundiam concitaret? an potius ad computandi rationem confugientes, mox ab hac dissensione cessaremus? **E V T.** Prorsus. **S O.** Et si de maiori ac minori dissentiremus, nonne ad mensuram recurrentes, statim controuersiam solueremus. **E V T.** Vera hæc sunt. **S O.** Ac si ad ponderandum librandumq; tendamus, seditionem circa grauius, & leuius dissoluemus? **E V T.** Quid nîr? **S O.** Quæ sunt igitur ea de quibus cum dissentimus, nec iudicare facile possumus, inimici efficitur & irascimur? Forsitan in promptu non habes. Verù ego dicam, tu considera utrum ista sint, iustum, & iniustum: pulchrum, & turpe: bonumq; & malum. nunquid hæc sunt de quibus cum dissentimus, nec possumus ad sufficiens horum iudicium peruenire, hostes efficitur quotiens in hostiles inimicitias incidimus, & ego & tu ac demum homines uniuersî? **E V T.** Hæc utiq; dissensio est ò Socrates, & quæ circa ista uerfatur. **S O.** Et dij ò Euthyphro si de aliquo dissentiant, de his certe dissentient. **E V T.** Necessè est omnino. **S O.** Ex dijs itaq; ò generose Euthyphro, alij alia iusta putant secundum orationem tuam, & pulchra, & turpia, bonaq; & mala. Nunq; enim inuicem decerarent, nisi de his dissenserint. an non? **E V T.** Recte loqueris. **S O.** Nonne quæ pulchra singuli putant, bonaq; & iusta, hæc amant: quæ contraria prorsus oderunt? **E V T.** Omnino. **S O.** Eadè uero ut ais alij iusta, iniusta alij censent, de quibus disceptantes cõtendunt inuicem, atq; pugnant. num ita? **E V T.** Ita. **S O.** Eadè igitur ut uidetur à dijs amatur, odioq; habentur, atq; eadè hæc tum dijs amica, tum etiã inimica. **E V T.** Videtur. **S O.** Hæc ratione ò Euthyphro, eadè sancta erunt simul atq; prophana. **E V T.** Apparet. **S O.** Nò ergo quod si ueram ò uir admirabilis respondisti, nò enim id uolebã, quod & sanctũ & prophanũ simul esse contingit: quod uero deo amicũ est, deo quoq; inimicum esse uidetur, quò obrem ò Euthyphro quod nunc agis parentem puniens, nihil mirum esset si hoc Ioui amicũ contingeret: Saturno autè, & Caelio inimicum: & Vulcano quidè gratum, Iunoni molestum, & si quis deorum alius de ipso ab alio dissidet. circa illos enim similiter eueniret. **E V T.** At opinor ò Socrates in hoc deorum nullum ab alio discrepare, quod qui iniuste quenquam peremit, pœnas pendere debeat. **S O.** Num hominem aliquem ò Euthyphro in hoc aliquid quando dubitantem audisti, quod hominem iniuste occidentem, aut aliquid aliud agentem iniuste, pœnas dare non deceat? **E V T.** Nunquã de ijs disceptare cum alibi tum etiam in iudicijs cessant, qui enim peccarunt, cuncta dicere et agere experitũr, quibus pœnam deuitent. **S O.** An iniuste agere consentitur: ac simul aiunt pœnas pendere non deceret? **E V T.** Id nullo modo. **S O.** Non ergo cuncta dicunt faciuntq;: hoc enim ut arbitror dicere, aut ambigere nequaquam audent, quod de iniustis supplicium sumendum non sit: sed aiunt potius non iniuste fecisse. an non? **E V T.** Vera loqueris. **S O.** Haud igitur in hoc ambigunt, utrum iniustũ puniri oporteat: uerũ de hoc potius inter se disceptant, quis iniuste fecerit, & quid agèdo, & quando. **E V T.** Vera narras. **S O.** Nòne eadè hæc dijs accidunt, si de iustis, atq; iniustis ut oratio tua testatur, dissentiunt? Atq; ij quidem iniuste facere assentunt, alij negant, postquam illud ò uir mirabilis nullus hominum, uel deorũ dicere audeat, iniustum uidelicet pœnas nequaquam dare debere. **E V T.** Ita, uera enim summam dicis ò Socrates. **S O.** De uno quoq; ut puto eorum que facta sunt disceptant ò Euthyphro quicunq; ambigunt, siue homines, siue dij: si modo dij ambigunt dum de aliqua actione dissentiunt, partim quidè iustam, partim uero iniustã fuisse dicentes. An nò isto modo? **E V T.** Omnino. **S O.** O amice Euthyphro me quoq; ut sapiẽtior fiam doce, qua cõiectura potissimum asseris quod dij cuncti illum iniuste peremptũ existiment, qui mercede ministras homicida factus ab interfecti domino uinctus, uinctulis ante perijt, q̃ qui ligauerat à iuris interprete quid agendũ cognosceret: atq; ob hoc rectũ esse ut filius patrè in capitis discrimen

Dissensio de
ue facit iras et
inimicitias.

iusta & iniusta,
pulchra
& turpia, bona
& mala
sunt ea, quæ
qui non possunt
iudicare
irascuntur

men inducat. Age obsecro de ijs aliquid mihi clari demonstrare coneris, quod omnino dij omnes actionem hanc rectam existiment: quod si sufficienter ostenderit, nunquam sapientia tua laudes prædicare desistam. **E V T.** At forte non paruum opus est hoc ò Socrates, nam ostendere quidem planè admodum tibi possem. **S O.** Intelligo iam, quod ad percipiendum tardior quàm iudices esse tibi uideor, quippe cum illis liquido monstraturus sis hæc esse iniusta, omnesq; talia deos odisse. **E V T.** Perpicue nimium ò Socrates, modo me dicentem audiant. **S O.** Atqui audient si bene dicere illis uideberis. Illud autem loquente te cogito, & me ipsum obseruo, quod licet uel maxime Euthyphro me doceat deos omnes hanc mortem iniustam ducere, qui magis inde ab Euthyphro me doceat quid sanctum, quid uero prophanum sit: Deo quidem inimicum opus hoc esset: attamen ab hoc paulo ante discreta hæc esse minime uisa sunt, sanctum scilicet, & non sanctum: quod enim deo amicum, deo etiam inimicum apparuit. Quàm obrem hoc tibi dimittam ò Euthyphro: & si uis, dij omnes iniustum putent & oderint. Veruntamen hoc iam in sermone sic emendemus, ut quod dij omnes oderint, prophanum: quod contra omnes ament, sanctum sit. Quæ uero partim ament, partim oderint, neutra sint, uel simul ambo. Num ita uis nunc sanctum, & prophanum nobis esse distinctum? **E V T.** Quid ò Socrates, prohibet? **S O.** Nihil ad me ò Euthyphro, sed tu quod ad te attinet, cogita utrum ista ponens, sic me facile quod pollicitus es doceas. **E V T.** Equidem sanctum quod dij omnes ament esse faterer: prophanum contra, quod omnes oderint. **S O.** An hoc iterum discutendum utrum recte dicatur nec ne: uel potius omittendum, atq; ita & nobis ipsis & alijs indulgere debemus, ut quicquid dictum fuerit admittamus: an quod dictum examinandum? **E V T.** Discutendum, quanquam hoc nunc bene dictum existimo. **S O.** Forsitan ò bene uir melius istuc intelligemus, sic enim cogita. Vtrum sanctum quã sanctum est à dijs amatur: uel quia à dijs amatur, est sanctum? **E V T.** Haud intelligo quid dicas ò Socrates. **S O.** Aperius explicare conabor. Dicimus quiddam latum & ferens, ductum & ducens, uisum & uident, atq; huiusmodi cuncta: num hæc diuersa esse & quã diuersa sunt intelligis? **E V T.** Intelligere mihi uideor. **S O.** Nonne & amatum aliquid est, & aliud præter hoc amans? **E V T.** Quid nîr? **S O.** Dic obsecro: latum quia fertur, latum est, an ob aliquid aliud? **E V T.** Nequaquam, in ò ob hoc ipsum. **S O.** Et ductum similiter quia ducitur, & uisum quia uidetur: **E V T.** Maxime. **S O.** Non ergo quia uisum est uidetur, sed contra quia uidetur, est uisum: nec quia ductum ducitur, sed quia ducitur, ductum: nec quia latum fertur, sed quia fertur est latum. Nonne perspicuum est ò Euthyphro quid inferre uelim? Volo autem hoc si quid sit, aut patitur aliquid, nò quia factum est fit, sed quia fit potius factum: nec etiã quia patiens est patitur, sed quia patitur patiens. Admittis hæc? **E V T.** Admitto equidem. **S O.** Nonne & amatum aut factum aliquid est, aut aliquid ab aliquo patiens? **E V T.** Prorsus. **S O.** Hoc igitur eodem modo quo superiora se habet: non quia amatum est, amatur à quibus amatur, sed quia amatur, amatum. **E V T.** Necessè. **S O.** Quid itaq; de sancto dicimus ò Euthyphro? An quod ab omnibus dijs amatur, ut oratio tua testatur? **E V T.** Imò. **S O.** Nunquid ob hoc quod sanctum est, an ob aliud quiddam? **E V T.** Ob hoc ipsum. **S O.** Ergo quoniam sanctum est, amatur, non quoniam amatur est sanctum. **E V T.** Videtur. **S O.** Veruntamen quoniam à dijs amatur, amatum est, atq; dijs amicũ. **E V T.** Quid prohibet? **S O.** Non ergo deo amicum, sanctum est ò Euthyphro, neq; sanctũ amicũ deo, ut tu ais, sed hoc aliud est quàm illud. **E V T.** Quanam ratione ò Socrates? **S O.** Quoniam confitemur sanctum ob id amari, quia sanctum est: non quia amatur, esse sanctum, nonne? **E V T.** Certe. **S O.** Amatũ autè à deo, quo amatur à deo, deo amatum esse, non quia amatum à deo, amari. **E V T.** Vera loqueris. **S O.** Verũ si idem esset deo amatum atq; sanctum, tunc aut quia sanctum est, amaretur quod est sanctũ, atq; ita quia deo amatum, amaretur à deo quod deo amatum est. Aut quia amaretur à deo quod amatum deo est, deo amatum esset, atq; ita quod sanctũ est, ex eo quod amaretur esset sanctũ. Nunc aut uides quod opposito modo se habent, ut potè quæ inter se diuersa sunt. hoc enim, scilicet amatum deo, quia amatur tale est ut sit amatũ. Illud autem scilicet sanctum, quia tale est ut ametur, amatur, & amatũ est. Viderisq; ò Euthyphro cum quid sanctũ sit interrogatus fueris, essentiam illius ostendere noluisse, sed passionem quandam assignauisse, quam hoc sanctum suscepit, ab omnibus uidelicet dijs amari, quid autem sit, nondum explicuisti. Si itaque tibi placet ne

me celes, uerum à principio rursus desinas, quid ipsum sanctum existens, uel amatur à deo uel aliud quiduis patitur, neque enim de hoc inuicem dissidēbimus. Sed prompte iam dicas quid sanctum est, quid uero prophanum. **E V T.** At o Socrates quomodo tibi quod cogito exprīmam non inuenio. Semper enim nobis quod proposuimus oberrat, neque consistere uult, ubi sistimus. **S O.** Progenitoris nostri Dædali o Euthyphro opera esse quæ dixisti uidentur. Quod si ego illa dixissem, atque posuissem, forte me risisses ioco quodam obijciens, quod orationis meæ artificia secundum illius cognitionem diffugiunt, æque permanere uolunt, ubi quis illa locauit. Nunc autem cum tuæ suppositiones istæ sint, alia quadam opus est dicacitate, neque enim tibi permanere uolunt, ut tibi quoque uideatur. **E V T.** Imò mihi uideatur o Socrates, quæ dicta abs te sunt, eadem penè dicacitate iocoque notari posse: quod enim illa oberrant ego minime in causa sum, sed tu mihi Dædalus ipse uideris: quantum nanque in me est, sic illa mansissent. **S O.** Videor igitur o amice, eo in hac arte quam ille præstantior, quo ille sua solum instabilia fabricabat, ego autem præter mea, ut apparet, etiam aliena. Idque mihi est in arte pulcherrimum, quod inuitus sum sapiens. Maxime namque rationes mihi manere immobilesque consistere, quam supra Dædali sapientiam, Tantali quoque diuitias assequi. Postquam uero tanquam delicatior, laborem subterfugere mihi uideris, ego una tecum declarare contendam, ut me circa ipsum sanctum erudias, nec in medio sermone deficias. Vide num tibi necessarium uideatur omne sanctum esse iustum. **E V T.** Mihi uero. **S O.** Nunquid & omne iustum sanctum? aut potius omne sanctum iustum? Iustum uero non omne quidem sanctum, sed partim sanctum, partim aliud quiddam. **E V T.** Ego uero ista uerba tua haud consequor. **S O.** Veruntamen iunior me nihilo minus quam sapientior es, sed ut dixi delicatior es ob sapientia copiam. At o beate uires tuas excita, entere. Nihil enim arduum est quod dicebam comprehendere. Contra enim statuo quam poeta qui dicit: Scribere cur metuum, quum scribo de Ioue summo. Nanque metus secum socium trahit usque pudorem. Ego autem à poeta hoc discrepo, uis quo discrepo tibi dicam. **E V T.** Prorsus. **S O.** Non uideatur mihi ubicunq; timor est, ibi etiam pudor existere. Nam multi paupertatem ac morbos cæteraque huiusmodi, ut mihi uideatur, metuunt, neque tamen pudore ullo in his afficiuntur: tibi uero nonne idem? **E V T.** Et mihi. **S O.** At ubicunq; pudor, ibi & timor. An quisquam est qui pudore afficitur, atque erubescit, opinionem prauitatis non formidans? **E V T.** Formidat certe. **S O.** Haud igitur recte dicitur, ubi timor, ibi pudor, sed ubi pudor, ibi & timor: neque tamen uice uersa, ubicunq; timor ibi etiam pudor. Amplius enim ut arbitror est timoris quam pudoris natura: siquidem pars timoris est pudor, quæ admodum numeri pars est impar. Ideoque non ubicunq; numerus ibi impar: ubi tamen impar, & numerus est: non tenes? **E V T.** Maxime. **S O.** De hoc in superioribus percontabar: utrum ubi iustum, ibi & sanctum: an ubi sanctum ibi iustum: ubi tamen iustum, non semper & sanctum: pars quippe iusti sanctum est. Itane igitur, an aliter dicemus? **E V T.** Sic utique, probe enim dici uides. **S O.** Vide uero quid sequitur: si enim sanctum iusti pars est, oportet nos ut apparet, cuiusmodi iusti pars sanctum sit inuenire. Si tu ergo me modo aliquid prædictorum interrogares, ut puta par, cuiusmodi pars numeri, & quis numerus sit: responderem profecto, qui non laterum omnium inæqualium, sed æqualium duorum sit. An non idem tibi uideatur? **E V T.** Mihi certe. **S O.** Conare igitur tu quoque me ita docere, cuiusmodi iusti pars sanctum est, ut & Melito confestim obijciam, ne uolueris iniustitiam nos, & impietatis accuset: quippe cum abs te quæ pia, quæ sancta, quæ uice contraria sunt ad sufficientiam didicerimus. **E V T.** Iusti igitur partem o Socrates sanctum & pium esse reor, quæ scilicet circa deorum curam uersatur: Eam uero quæ ad hominum curam pertinet, reliquam esse iustitiam partem. **S O.** Probe o Euthyphro dicere mihi uideris, sed paulum quid præterea requiro. Curam enim quæ uoces, nondum intelligo. Neque forte dicis hanc curam talem esse, quales curæ sunt quæ ad alia spectant. Ut ecce cum dicimus: Non quiuis equos curare nouit, sed equester: an non? **E V T.** Prorsus. **S O.** Equester namque facultas equorum curam est. **E V T.** Utiq;. **S O.** Et uenatoria canum, & bucolica bouum. **E V T.** Omnino. **S O.** Sanctitas autem ac pietas cura deorum: sic ne o Euthyphro asseris? **E V T.** Assero. **S O.** An non cura omnis idem intendit, ut hoc huiusmodi bono & utilitati sit ei quod curatur: ut equi ab equestri diligentia iuantur, ac meliores euadunt. An non sic uidentur? **E V T.** Mihi plane. **S O.** Et canes à uenatorum peritia, & à bucolica boues, ac reliqua cuncta similiter. Aut uero

Opera De
dali

Carpitur id,
ubi timor ibi
& pudor

Definitio san-
cti incipit ap-
parere

Omnis cura
eò tendit, ut
bonum & utile
ei quod curatur
afferat

uero in damnum eius quod curatur, curam tendere putas? **E V T.** Non per Iouem. **S O.** Ad utilitatem ueror? **E V T.** Quid nunc? **S O.** Sanctitas quoque cum deorum cura sit, dijs ne prodest: ac meliores efficit: ac cur non hoc tu quidem concederes, ut cum sanctum quippiam peragas deorum aliquem facias meliorem? **E V T.** Nunquam per Iouem. **S O.** Neque ego o Euthyphro id te dicere arbitror: longe enim à me suspitio hæc abest: propterea te rogaui qualem nam curam deorum diceres, non existimans huiusmodi quandam te dicere. **E V T.** Et recte quidem o Socrates, non enim talem assero. **S O.** Esto, sed quamnam tandem eorum cura sanctitas erit? **E V T.** Qua o Socrates serui dominos curant. **S O.** Intelligo: ministra quædam deorum ut uideatur, cura hæcerit. **E V T.** Prorsus. **S O.** Potes ne dicere, ad quid suppeditet medicis cura medicorum ministra: nonne ad sanitatem? **E V T.** ad hanc ipsam. **S O.** Ministra uero facultas eorum qui naues construunt, ad quid illis ministra? **E V T.** Ad nauis fabricam. **S O.** Et quæ domorum ædificatoribus, nonne ad domus constructionem? **E V T.** Imò. **S O.** Dic itaque mihi uir optime, cura illa ministra deorum, ad cuius operis effectum dijs obsequitur: perspicuum est te scire, cum diuina te nosse præceteris omnibus affirmaris. **E V T.** Et uera loquor o Socrates. **S O.** Dic ergo per Iouem quid est mirificum hoc opus, quod dijs nobis ministrantibus faciunt? **E V T.** Multa profectio ac pulchra o Socrates. **S O.** Exercitus quoque duces multa & pulchra efficiunt o amice: ueruntamen præcipuum diceres opus illorum esse in prælio superare, an non? **E V T.** Quid nunc? **S O.** Multa præterea atque pulchra ut arbitror, agricultores: summa tamen illorum est ex terra alimenta colligere. **E V T.** Prorsus. **S O.** Multorum uero, pulchrorumque facinorum quæ dijs perficiunt, quamnam summa existit? **E V T.** Etiam paulo ante dixi o Socrates, prolixi operis esse hæc omnia perfecte comprehendere. Sic autem nunc tibi simpliciter dico, quod si quis grata dijs loqui & agere nouit, uouens, atque sacrificans, hæc sancta sunt: atque hæc officia, tum domos proprias, tum ciuitates cōseruant. Contraria uero impia sunt, & uniuersa peruertunt ac perdunt. **S O.** Paucioribus admodum o Euthyphro si uoluisses, summam eorum quæ rogabam explicuisses, sed satis apparet, quam non promptus & libens ad me docendum accedas: & nunc utique cum in hoc esses, resiliabas: quod si respondissem, fortassis dudum sanctitatem abs te didicissem: nunc autem (necesse est enim interrogantem in terrogatum sequi quacunq; ducit) quid tandem dicis sanctum esse, atque sanctitatem: nonne scientiam quandam uouendi, atque sacrificandi? **E V T.** Equidem. **S O.** Nonne sacrificare est munera dijs offerre? Uouere autem à dijs petere. **E V T.** Et maxime quidem o Socrates. **S O.** Scientia ergo & dijs dandi, & ab ijs petendi hoc quidem pacto sanctitas erit. **E V T.** Perpulchre o Socrates quod dicebam intellexisti. **S O.** Auidus sum o amice sapientia tuæ metemque adhibeo, nec excidere quicquam patiar frustra. At mihi dicas oro, quamnam hæc est ministratio erga deos? An esse dicis ab ijs petere aliquid, & ijs dare? **E V T.** Certe. **S O.** Recte ab illis petere, nonne est ea petere quibus egemus? **E V T.** Quid ergo? **S O.** Recte autem dare, ea quibus indigent illis offerre: Neque enim scitum esset ea alicui quibus non indiget elargiri. **E V T.** Vera narras o Socrates. **S O.** Mercatura igitur o Euthyphro inter deos & homines mutua quædam sanctitas erit. **E V T.** Mercatura, si sic nominari libet. **S O.** At nihil mihi placet, nisi sit uerum. Dic ergo, quamnam dijs ex muneribus nostris utilitas. Nam quæ ipsi dent, nemo est qui ignoret. Nihil enim nobis est bonum quin illi præbeant: quæ uero à nobis accipiunt, quibus illis conferunt. An tanto ipsis in hac mercatura præstamus, ut cum nos omnia ab illis bona suscipiamus, ipsi nihil à nobis boni reportent? **E V T.** Num opinaris o Socrates deos ijs quæ à nobis accipiunt, aliqua ex parte iuuant? **S O.** At quid tandem erunt hæc nostra dona dijs oblati? **E V T.** Quid putas aliud quam honorem, uenerationem, & ut modo dixi gratiam. **S O.** Est igitur o Euthyphro placitum modo dijs sanctum, non autem utile, aut amicum? **E V T.** Reor equidem maxime omnium amicum. **S O.** Igitur sanctum rursus ut uideo est, quod sit dijs amicum? **E V T.** Maxime. **S O.** An est mirum igitur cum hæc dicas, quod rationes tibi nequaquam consistunt, sed uacillare potius uidentur, ac me ueluti Dædalum culpas, quod eas nutare cōpellam: cum tamen ipse longe admodum artificiosior sis quam Dædalus, dum ipse facis ut sermones in circuitum reuoluantur. An non sentis orationem rursus in idem refluere? Meministi in superioribus sanctum & dilectum deo haud eadem, sed diuersa inuicem apparuisse? **E V T.** Memini. **S O.** Nunc uero nequaquam animaduertis te sanctum deo amicum dicere: hoc autem nihil aliud est quam deo dilectum

Præcipuum deo
cum opus in
prælio est su-
perare
Præcipuum
opus agricolæ
larum

Definitio alia
sancti
Quid sacrificare
Quid uouere

An

An non EV T. Omnino. s o. Ergo aut tunc non recte concessimus: aut si recte tunc, modo non recte iudicaremus. EV T. Videtur. s o. Igitur à principio rursus quid sanctū sit, examinandum est. Nam ego antequam discam, uolens ac libens addere nequaquam ue rebor. Sed ne me contemas, imò mentem penitus adhibens quàm maxime nunc exprime ueritatem. Nosti enim si quis hominum alius. Neq; dimittendus es quemadmodum Proteus priusquam dixeris. Nam nisi liquido sanctū ac prophanum nouisses, nunquam mercenarij cuiusdam gratia, uirum senem & patrem ut reum mortis persequi statuisses, sed deos timuisses ne forte minus id recte aggredieris, atq; hominū conspectum ueritus esses. Nunc aut noui quod sanctum & prophanum nosse planè opinaris. Dic igitur optime Euthyphro, neq; nos celes quid ipsum esse putes. EV T. Aliàs ò Socrates, nunciam aliò propero: hora enim est ut abeam s o. Quid agis amice? Magna de spe me nunc abiens deiecisti, qua sperabam abs te quid sanctum, quid non sanctum discere, atq; ita Melit accusacionem euadere, ostendens illi quod ab Euthyphrone diuinorum sapientiam adeptus fuerim, neq; ulterius ex mea rudiq; sententia nouū aliquid de diuinis inducturū sim, sed reliquum omne tempus rectus sim uicturus.

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENTINI
in Parmenidem, uel de uno rerum omnium prin-
cipio, uel de Ideis.



CUM Plato per omnes eius dialogos totius sapientie semina sparserit, in libris de Repub. cuncta moralis philosophie instituta collegit, omnem naturalium rerum scientiam in Timeo, uniuersam in Parmenide complexus est theologiam: cumq; in alijs longo interuallo ceteros philosophos at-
tecesserit, in hoc tandem seipsum superasse uidetur, & ex diuina mentis adytis intimoq; philoso-
phia sacrario celeste hoc opus diuinitus deprompsisse. Ad cuius sacram lectionem quisquis accedet, prius sobrie-
tate animi mentisq; libertate se præparet quàm attrètare mysteria celestis operis audeat. Hic enim diuus Pla-
to de ipso uno subtilissime disputat, quemadmodum ipsum unum rerum omnium principium est, super omnia, om-
niaq; ab illo. Quo pacto ipsum extra omnia sit, & in omnibus, omniaq; ex illo, per illud, atque ad illud. Ad huius
quod super essentiam est, unius intelligentiam gradatim ascendit. Vnum quippe in triplici ordine reperitur. In
ijs quæ fluunt, atque sensibus subijciuntur, & sensibilia nominantur. In ijs etiam quæ semper eadem sunt, & intel-
ligibilia nuncupantur, non sensibus amplius, sed sola mente percipienda. Nec in ijs tantum, uerum etiam supra sen-
sum & sensibilia, intellectumq; & intelligibilia ipsum unum existit. Quomobrem hoc in dialogo Zeno Eleates
primo Parmenidis Pythagorici discipulus unum esse in sensibilibus probat, ostendens quod si hæc multa essent,
nullo modo unius natura participantia, errores plurimi sequerentur. Deinde Socrates Zenoni non repugnās qui-
dem, sed eum altius eleuans, ad considerationem unius & unitatū quæ in rebus intelligibilibus insunt, perducit,
ne in hoc uno quod sensibilibus inest, moretur. Ex hoc igitur ad Ideas inuestigandas perueniunt, in quibus rerum
unitates consistunt. Postremo Parmenides ipse senior haudquaquam Socrati cōtradicens, sed inchoatam conem-
plationem eius absoluens, integram Idearum explicat rationem. Vbi quatuor de Ideis quæstiones inducit. Primo
utrum sint. Secundo quorum Idee sint, & quorum minime. Tertio quales sint, quam uim habeant. Quarto quo-
modo ab ijs quæ infra se sunt, participatur. Hinc iam ad unum quod super intelligibilia & Ideas existit, ascen-
dit ipse, nouemq; de illo suppositiones adducit, quinque si unū sit, quatuor, si nō sit unum, quærens quid utriusq;
sequatur. Hæc uero suppositiones à triplici unius, & duplici ipsius non esse partitione ducuntur. Vni quippe tri-
plex, super esse, in esse, post esse repertum. Ipsum uero non esse gemina considerationi subijcitur. Aut enim nullo
modo esse, aut partim esse, partim non esse quis cogitat. Prima itaq; suppositio tractat, si unum super esse existit,
quid circa illud ad ipsum, & ad alia sequitur. Secunda, si unum cum esse est, quomodo se habet ad seipsum atque
ad alia. Tertia, si unum sub esse ponitur, quid illi ad seipsum aliaq; contingit. Quarta, si unum super esse consistit,
quomodo se habent alia & ad se & ad unum. Quinta, si est illud unum quod cum esse locatur, quid alijs ad se, &
ad illud accidit. Sexta, si non est unū ita ut partim sit, partim minime sit, qua se ratione ad se & ad alia habeat.
Septima, si non est unū ita ut nullo modo sit, quo pacto se habet ad seipsum atq; ad alia. Octaua, si nō est unum ita
ut partim sit, partim non sit, quid alijs ad se, & ad illud eueniat. Nona, si non est unum, ita ut nullo modo sit, quid
alia ad se, & ad illud deniq; patiantur. In ijs omnibus generatim intendit Parmenides potissimum hoc asserere,
se ponatur, quod unum omnium principium sit: eoq; posito, ponantur omnia: sublato autem interimantur. Itaque in primis
quomodo se ha- quinq; suppositionibus quinq; rerum gradus posito uno in rerum ordine tradit. In quatuor uero sequentibus in-
beant alia, & quirat quot absurda, quot errores, quantaq; mala ipso uno sublato sequantur. Prima ex quinque superioribus de
ad se, & ad uno supremoq; Deo differit, quomodo procreat dispositiq; deorum sequentiū ordines. Secunda de singulis deorū
ordinē

Novem suppo-
sitiōes de uno

Hic uidetur
deficere una
alia supposi-
tio, quæ dicit
Si unū sub es-
se ponatur,
quomodo se ha-
beant alia, &
ad se, & ad

unū

ordinibus, quo pacto ab ipso deo proficiuntur. Tertia de diuinis animis. Quarta de ijs, quæ circa materiam si-
unt, quomodo à supernis causis producuntur. Quinta de materia prima, quemadmodum suapte natura specier-
rum est expers, & à primo uno dependet. Illud insuper aduertendū est, quod in hoc dialogo eum dicitur unum,
Pythagoreorum more quæq; substantia à materia penitus absoluta significari potest, ut deus mens, anima. Cum Vnum
uero dicitur aliud & alia, tam materia, quàm illa quæ in materiam fiunt, intelligere licet. His ergo præmissis atq; Aliud & alia
quæ seruatis, ad ipsum dialogum ueniamus.

PARMENIDES VEL DE VNO RERVM

OMNIVM PRINCIPIO, ET DE IDEIS.
CEPHALVS, ADIMANTVS, ANTIPHO, GLAVCO, PYTHO-
DORVS, SOCRATES, ZENO, PARMENIDES



CUM domo è Clazomenis Athenas profecti essemus, iuxta forum Adiman-
tum & Glauconem offendimus. Et manum meamprehendens Adiman-
tus, Salue, inquit, ò Cephalæ, & si quo indiges quod nostræ facultatis sit,
dic. At ego, inquam, ad id ueni, quia uestra opera indigebo. Expone, inquit,
quid sit quo indiges. Tum ego, Fratri uestro germano quod nomē erat non
enim memini. Erat enim ferme puer, quando primum huc è Clazomenis accessi, longum
uero intercessit temporis interuallum. Patri tamen eius Pyrilampes nomen fuisse arbi-
tror. Profrus, inquit, ipsi uero nomen Antipho, sed quid potissimum quæris. Hic, inquam,
conciues mei ardentes sunt sapientie amatores, audieruntq; hunc Antiphonem diu Py-
thodoro Zenonis socio familiariter usum, rationes quas quondam Socrates, Zeno, atq;
Parmenides inuicem pertractarunt; cum à Pythodoro frequentius accepisset, memoria
retinere. Vera, inquit, dicis. Has itaq; audire desideramus. Haud difficile est, inquit, nam
dum esset adolefcentulus, eas diligenter meditabatur. Nunc uero apud aium; cui idem
est nomen, circa rem equestrem ut plurimum uersatur. Ceterum, si opus est, ad eum pro-
ficiamur. modo enim hinc domum abijt, habitat autem prope in Melita. Cum hæc di-
cta fuissent, accessimus, domicij inuenimus Antiphonem frenum quoddam aptandum
fabro tradentem. Postquam uero ab illo discessit, & fratres aduentus nostri causam retu-
lerunt; agnouit me quod prius illuc accessissem, & complexū me salutauit. Nobis autem
orantibus, ut disputationem illam referret, primo quidem recusabat, esse enim opere non
mediocri, deinde tamen exposuit. Dicebat ergo Antipho, Pythodorum narraffe, Zeno-
nem atq; Parmenidem uenisse quondam ad magnorum Panathæorum celebritatem,
& Parmenidem iam senem atq; canum, aspectu decorum fuisse, annos ferme quinq; &
sexaginta ætatis agentem; Zenonem uero annos pene quadraginta natum, procerum insu-
per, & grato corporis habitu dicebatur autem in delicijs Parmenidi esse. Diuertisse uero
apud Pythodorum extra moenia, in Ceramico, ac eodem aduentasse Socratem, aliosq;
cum Socrate plurimos, scripta Zenonis audire cupientes: tunc enim primum ab illis ad-
uecta. Socratem uero eo tempore admodum iuuenem extitisse, legisse autem illis Zeno-
nem ipsum. Parmenidem enim forte extra domum fuisse. Ac parum superfuisse legen-
dum Pythodorus aiebat, cū intrasset domum ipse unā cum Parmenide & Aristotele, qui
de triginta uiris unum fuit. Itaque pauca quæ legenda restabant, audisse: Veruntamen à
Zenone prius omnia percepisse.



SOCRATEM igitur, cum ea audiisset, primam primi sermonis hypothe-
sim relegere iussit: ac ea lecta, sic intulisse. Quomodo id dicis, ò Zeno, si
multa sunt quæ sunt, oportere ea similia, atq; dissimilia esse, est enim impossi-
bile. Neq; enim uel dissimilia similia, uel similia dissimilia esse possunt. Non-
ne sic dicis? Sic certe respondisse Zenonem. Nonne si impossibile est, dissim-
ilia similia, aut similia dissimilia esse, impossibile est etiā multa esse? Nam si multa essent,
impossibile quiddam eis accidat, Num hoc sermones tui uolunt? neq; aliud quicquam
intendunt, quàm per omnia asserere non esse multa, huiusq; ipsius unāquamq; rationem
cōiecturā esse putas, ac totidem cōiecturas attulisse te censet, quot rationes attulisti quod
multa non sint? Sicne dicis? An ipse nō recte percipio? Imò respondisse Zenonem, opti-
me quid hæc scripta sentiant, intellexisti. Intellego dixisse Socratem ò Parmenides, quod

Zeno

Zeno hic non amicitia solum conspirare uult tecum, sed ijs etiam quæ composuit. Idem enim quodammodo quod & tu scripsit: uerum permutatione quãdam nos decipere tentat, quasi aliud quã tu dicat. Nam tu in poematibus unum uis esse hoc totum quod est, atque huius argumenta quã pulcherrima exhibes. Hic uero multa esse negat, coniecturas & ipse permultas ac ualidas præbens. Dum ergo alter unum dicit, alter non multa, & eum in modum uterque loquitur, ut non uideantur idem inferre, cum tamen eadem ferme dicant, uidentur nobis ista supra nos dici. Ita est ò Socrates, dixisse Zenonem non omnino tamen rem tenes, quãuis ceu canes Lacenæ bene insequeris & uestigas dicta. Primum enim hoc te fallit, quod se tollant idcirco scripta, ut si, quod tu putas, ceteri consequi non possint, magnum quiddam sit nobis confectum. Sed quod quã situm tu putas, ultro sic euenit. Sunt enim hæc reuera conscripta in suffragium Parmenidis, aduersus eos qui illum carpere nituntur, dicentes: si quidem unum sit omne, ridicula plurima huic opinioni, ac etiam sibi penitus repugnantia euentura. Oppugnat igitur eos scriptum hoc qui multa esse uolunt, ac plura uicissim obijcit, ut pateat multo absurdiora ex opinione illorum sequi, quod scilicet multa sint, quã ex opinione Parmenidis quod sit unum, si quis diligenter examinarit. Ob hanc itaque contentionem in ipsa iuuentute librum composuit, quem furtiuius quispian edidit antequam consultare mihi liceret an ædendus esset in lucem nec ne. Id ergo te fugit ò Socrates, quod existimas non iuuenili contentione, sed senili ambitione scriptum fuisse. Veruntamen, ut dixi, non inepte coniecisti. Accipio, inquit Socrates, & puto sic se, ut dicis, habere.

DE IDEIS QUÆDAM

ED hoc mihi responde, putas ne esse per se speciem quandam similitudinis? & huic aliam quandam contrariam dissimilitudinis speciem? in quibus duabus & ego & tu participemus, & alia quæ utique multa uocamus: atque ea quæcunque in similitudine participant similia fieri eatenus quatenus participant: quæ uero dissimilitudine dissimilia, & quæ utrisque utraque? Quod si omnia utrisque contrarijs existētibus participant, in eo quod utroque participant, similia & dissimilia inter se sunt, quid mirum? Si quis enim ipsa similia dissimilia esse diceret, uel dissimilia ipsa similia, monstrum quoddam, ut arbitror, diceret. Sin autem participantia in utrisque quispian utraque pati assereret, nihil mihi ò Zenon mirandum esse uideretur. Neque etiam id mirarer, si quis cuncta unum diceret ex eo quod in uno participant, atque hæc eadem rursus multa, quia multitudine quoque participant. At si quod ipsum unum est, hoc ipsum multa esse ostenderit, & ipsa multa unum, iam summopere admirabor. Ac de cæteris omnibus eodem modo. Nam si genera ipsa, & species in seipsis ista contraria recipere dicat, admiratione profecto dignum erit. Etenim si quis me unum ac multa esse demonstrat, nihil mirum, si quidem uolens multa me asserere, dixerit alia esse dextera mea, sinistra alia, alia anteriora, alia posteriora, & superiora denique ac inferiora similiter: multitudinis quippe, ut arbitror, particeps ipse sum: unum uero me ostendere uolens, dixerit, quod è nobis qui septem sumus, ego unus homo sim, unius particeps, similiter nihil mirum. Quamobrem uera utraque affirmantur. Si ergo quispian talia conetur unum & multa eadem demonstrare, lapides uel delictet, ac ligna, & reliqua huiusmodi, unum & multa ipsum ostendisse fatebitur, non tamen unum multa, neque multa unum, neque mirabile quippiam dixisse, sed quod omnes confiteremur. At si quis eorum quæ paulo ante dixi, primum quidem species ipsas secundum seipsas seorsum distingueret, ueluti similitudinem, dissimilitudinem, multitudinem, unum, statum, motum, cæteraque huiusmodi, deinde in seipsis ista commiserisecernitque posse assereret, obstupescerem equidem ò Zenon. Et si ea quæ scripsisti, ut uirum fortem decet, pertractata esse reor, multo tamen magis mirarer atque latarer, si quis posset hanc eandem questionem in ipsis speciebus penitus implicatam quemadmodum in rebus quæ uidentur expositum est, ita & in ijs quæ ratione comprehenduntur, clarius explicare. Dum hæc Socrates diceret, aiebat Pythodorus se putasse Parmenidem & Zenonem in singulis esse aduersus Socratem indignatos, eos autem summa quadam attentione auscultasse, ac frequenter alterutrum respicientes subrixisse, quasi Socratem admirantes. Vnde cum finem Socrates loquēdi fecisset, dixisse Parmenidem,

O So

O Socrates, quã dignus es admiratione propter impetum illum disputandi.



ERM mihi dicas oro. Tu ita, ut dicis, seorsum quidem ipsas species discrete uisti, seorsum etiam speciebus participantia, uiderurque tibi quiddam esse ipsa seorsum similitudo, cuius & nos participes sumus, & quiddam seorsim unum, quiddam seorsim multa, & omnia quæcunque nuper à Zenone audisti. Mihi quidem uidetur, Socratem respondisse. Num talia quadam inquis, rogasse Parmenidem, ceu iusti speciem quandam ipsam per se ipsam, & pulchri, & boni, atque omnium denique talium? Prorsus. Nunquid speciem hominis seorsum à nobis, & cæteris eiusdem generis, & ignis etiam, & aquæ speciem? Sapenúmero, inquit Socrates, in hac sum ambiguitate uersatus, utrum de ijs perinde ut de superioribus dicendum sit, an secus. Vtrum de ijs etiam dubitasti, ò Socrates, quæ ridicula forte quæ putet, sicut de plis, lutoue, & macula, & alijs ignobilissimis rebus atque uilissimis? Num ambigis utrum ponenda sit horum cuiusque separata species, aliud quiddam ab illis existens, quæ nos pertractamus, an non? Nullo pacto, inquit Socrates: sed quæ uidemus hæc & sunt, speciem uero quandam illorum esse putare, forte nimis ridiculum esset. Aliquando tamen hæc me cogitatio perturbauit, ne quid forte sit in omnibus idem: sed ubi paulisper institi, inde rursus discessi, metuens ne in nugis nullis unquam uerbis explicandas merfus perirem. Vnde reuersus ad ea quæ species habere prædiximus, circa illam uersor. Iuuenis adhuc es, ò Socrates, necdum te Philosophia complexa est. Amplectetur autem, ut mea fert opinio, quando nihil istorum neglexeris, nunc uero ad opinionetis hominum obæratem respicis.



Hic igitur mihi dic. Videntur ne tibi, ut aiebas, species quædam existere, & ea quæ illis participant, illarum cognomenta fortiri ueluti similitudine participantia similia, magnitudine magna, pulchritudine atque iustitia, pulchra & iusta uocari? Et maxime quidem, inquit Socrates. Nonne quo dcunque species particeps fit, uel totam speciem, uel partem participat? An est alius præter istos participandi modos? Et quis alius? Socrates ait. Vtrum uidetur tibi tota species in unoquoque multorum esse una existens? an aliter? Quid prohibet esse unam? Vnum ergo & idem in multis seorsum positis totum simul unum erit, atque ita ipsum à seipso seorsum exisset. Nequaquam, inquit Socrates. Verum sicut dies unus denique ubique semel adest, nec ipse tamen à seipso fecernitur, ita nil prohibet quamlibet speciem unam & eandem simul multis adesse, nec tamen à seipso fecerni. Belle ò Socrates unum idem simul in multis ostendis, ac si multos homines uelo tegens, dicas unum in multis totum esse, nonne tale quiddam dicis? Forsitan. An ergo totum uelamen singulis, uel pars eius alia alteri aderit? Pars. Diuisibiles igitur, inquit, ò Socrates, species erunt, & quæ illis participant, partem capient, nec amplius in quolibet tota, sed pars cuiusque unum erit. Sic apparet. Quid igitur, nunquid dices unam speciem reuera & diuidi, & unam esse? Nullo modo. Considera itaque, si ipsam magnitudinem partiaris, & unum quodque plurium magnorum parte magnitudinis minore quã ipsa sit, magnum erit, nonne procul à ratione uidebitur? Prorsus. Quid uero, ipsius æqualis parte unum quodque paruum participans, habebit quo minore existente quã ipsum æquale, id quod habet æquale alicui sit? Impossibile. Sed & aliquis nostrum ipsius parui partem habebit, quia ipsum paruum maius est, quippe cum ea pars ipsius existat, atque ita ipsum paruum maius erit. Id autem cui ablata pars adijcitur, minus erit, & nihilo maius quã antea fuerit. Istud inquit fieri non posse. Quo igitur modo, ò Socrates ait, cætera speciebus participant, cum nec secundum totas, neque secundum partes participare queant. Per Iouem non leue quiddam hoc ad determinandum mihi quidem uidetur. Ad illud autem quid ais? Quodnam? Reor te idcirco quamlibet speciem putare unam, quia cum plura quædam magna abs te uidentur, una quadam forsitan idea tibi uidetur omnia perspicienti, unde ipsum magnum unum esse putas. Vera dicis. Quid si ipsum magnum atque alia quæ magna sunt animo, eodem modo consideres per omnia? nonne unum quiddam magnum iterum apparebit, quo hæc omnia magna uideri necesse est? Apparet. Idcirco alia iam magnitudinis species præter ipsam magnitudinem, & participantia magnitudine, iterum elucebit, & in ijs omnibus alia rursus, quæ uniuersa sint magna, nec amplius

f. 2. plus

plius unaquæq; species una erit, sed numero potius infinita. At forsitan, inquit Socrates, quælibet harum specierum notio quædam est, nec alibi esse quàm in animis potest. sic enim unaquæq; una erit, nec contingent quæ tu dicebas. Quid ergo inquit, quælibet notio una est: notio autem nullius notior. At hoc impossibile. Sed cuiusdam? Cuiusdam sane. Existentis uel non existentis? Existentis. Num unius cuiusdam, quod notio illa in omnibus sequens intelligit, ideam unam. Prorsus. Præterea nonne species erit, hoc quod intelligitur unum esse, semper in omnibus eadem? Necessarium hoc quoque uidetur. Quid uero, inquit Parmenides, an non necesse est, cum cætera speciebus participant, ex notionibus unum quodque constare, & intelligere singula: uel cum sint notionem, nihil tamen intelligere? Sed neque id, inquit, rationem habet, uerum quàm maxime sic ista mihi se habere uidentur, has quidem species tanquam exemplaria in natura consistere, cætera uero ipsa similia fieri, atque esse simulacra, nec aliter ista speciebus participare, quàm quod illis similia sunt. Si quid igitur, ut ais, species simile est, num possibile est speciem ipsam non esse similem eius quod ipsi simile factum est, quatenus ipsi factum est simile? An cogitari potest simile non esse simili simili? Non certe. Simile autem nonne celsabit specie participatio participans est, cuius & illud cui simile sit? Necessè est. At quo similia participantia similia sunt, nonne illud ipsa species erit? Omnino. Non igitur potest quicquam species simile esse, nec species alteri. Nam præter ipsam speciem, species alia semper emerget: quod si illa cuiquam sit similis, alia rursus, nec unquam progressus iste cessabit, quin noua species semper occurrat, si species participantia similia sit. Verissima loqueris. Non ergo per similitudinem cætera speciebus participant, sed alius quidam præterea quærendus est participandi modus. Apparet. Cernis o Socrates quanta sequitur ambiguitas, si quis species quæ species sunt, ipsas secundum se distinguat? Et maxime, inquit. Scito insuper te nondum, ut ita dixerim, comprehendere, quanta sit difficultas, si unamquamque rerum speciem segregatam ab alijs ponas. Quomodo id, inquit? Multa quidem alia sunt: sed hoc est maximum: quia si quis illas neque nosci oportere contendat, cum sint tales quales esse debere species dicimus, eum sane qui ista dicat, nemo possit redarguere, nisi multarum rerum peritus & ingeniosus sit, qui isthuc contendat, paratusque præterea sequi demonstrantem, & plurima longa ambage inferentem. persuasurum autem non poterit, qui ignotas illas esse contendat. Cur, o Parmenides, ait Socrates. Quoniam o Socrates & te arbitror, & quemuis alium quicumque essentiam quandam ipsam secundum se existentem ponit, eam in nobis esse non fore concessurum. Quo enim pacto, inquit Socrates, ipsa secundum se ipsam esset? Recte loqueris. Nonne igitur quotcumque ex ideis inuicem respiciunt quæ sunt, ipsæ ad se ipsas essentiam habent, non autem ad ea quæ circa nos sunt, seu simulacra, siue quomodocumque illa quispiam nominet, quibus nos participantes singula esse denominamus? Quæ uero circa nos sunt illis æquiuoca, ipsa similiter ad se ipsa non ad species sunt, & sui ipsorum non illarum quæcumque rursus similiter nuncupantur. Quomodo dicis? inquit Socrates. Veluti si quis nostrum alicuius dominus aut seruus sit, non ipsius domini quod dominus est, seruus existit, neque ipsius serui quod seruus est, dominus est qui dominus dicitur: sed hæc utraq; est tanquam homo. Ipsa uero dominatio seruitutis ipsius existit id quod est, & ipsa iterum seruitus eodem modo ipsius dominationis est seruitus: nec ea quæ nobis insunt ad illa, nec etiam quæ illic sunt, ad nos referuntur: sed, ut dixi, ipsa sui ipsorum & ad se ipsa sunt, & quæ hic sunt similiter ad se ipsa respiciunt. Intelligis ne quod dico? Prorsus intelligo. Nonne & scientia ipsa quod scientia est, illius ipsius quod est ueritas, scientia est? Omnino quidem. Quælibet rursus scientiarum quæ est quod est, alicuius existentium est scientia, an non? Profecto. Scientia uero nostra, nonne ueritatis quæ circa nos, scientia erit? Et rursus, unaquæque nostra scientia, uniuscuiusque eorum quæ circa nos sunt, scientia? Necessè est. Veruntamen ipsas species neque nos habere, neque circa nos esse posse assentiris? Non profecto. Nunquid scientiæ specie genera singula noscuntur? Certe. Quam speciem nos haud habemus. Non certe. Nulla igitur species a nobis cognoscitur, cum ipsius scientiæ participes minime simus. Non apparet. Ignotum itaque nobis ipsum pulchrum, & ipsum bonum est, & omnia denique quæ ut ideas esse supponimus. Videtur. Considera & hoc etiã grauius. Quidnam? Num fateris si est ipsum quiddam scientiæ genus, multo id præstantius futurum hæc nostra scientia, & ipsam pulchritudinem

Ipsam pulchrum & ipsum bonum nobis ignotum

tudinem ac reliqua eodem pacto. Imò. Nonne si quid aliud est ipsius scientiæ participes, nullum nisi deum dices supremam habere scientiam? Necessè est. Num poterit deus cum ipsam scientiam sit amplexus, hæc nostra dignoscere? Cur non? Quoniam, inquit Parmenides, confessi sumus, o Socrates, neque species illas ad nostra uim habere quam habent, neque nostra etiam ad superna, uerum utraque ad se ipsa referri. Consensimus plane. Ergo si apud deum suprema ipsa dominatio est, atque ipsa suprema scientia, nunquam aut dominatio ipsa nobis dominabitur, aut ipsa scientia nos, uel aliud nostrorum quicquam cognosceret: sed & nos similiter dijs minime imperabimus imperio nostro, neque diuinum quicquam scientia nostra percipiemus. Et illi item eadem ratione nec nos iri erunt domini, neque res humanas cum dijs sint, animaduertent. At nonne ualde mirabilis, inquit, hic sermo uidebitur, si quis deum cognitione priuauerit. Hæc quidem, o Socrates, inquit Parmenides, aliæque præter hæc multa necesse est speciebus contingere, si quidem hæc rerum ideæ sint, & aliquis unam quanque harum, cum ex se sit, ab alijs separet. Unde uacillat quisquis hæc audit, ac dubitat, ne forte ideæ nihil sint omnino: uel si sint, necesse sit eas humanæ naturæ ignotas esse, adeo ut qui hæc dicit, cum dixisset aliquid uideatur, mox illud ut paulo ante patebat, mirum & incredibile uideri. & uiri admodum ingeniosi esse, percipere posse quodnam sit ipsum per se cuiusque genus, & ipsa secundum se essentia cuiusque, necnon mirabilioris uiri officium esse, hæc postquam inuenit, alios docere posse, sufficienter omnia discernentem. Assentior o Parmenides, inquit Socrates: quæ enim dicis, menti meæ mirifice consonant. Veruntamen, inquit Parmenides, si quis prædictis rationibus motus species rerum existentium auferat, neque speciem ipsam uniuscuiusque distinguat, haud sane reperiet; quod conuertat intelligentiam, cum non permiserit ideam uniuscuiusque rerum existentium eandem semper existere, & in hunc modum discernendi etiam facultatem funditus subuertet. Talem quandam rationem tu quoque præcipue sensisse mihi uideris. Vera dicis. Quid itaque de philosophia facies? quod his ignoratis te uertes. Haudquaquam discernere id in præsentia uideor. Priusquam te exercitaris o Socrates, definire aggredieris quid pulchrum, iustum, bonum, & aliarum quælibet specierum, hoc enim pridem animaduerti; hic te audiens unam cum hoc Aristotele disputantem. Pulcher sane atque diuinus, mihi crede, impetus iste tuus, qui ad rationes se fert. Cæterum collige te ipsum, diligentiusque te in ea facultate exerce, quæ inuicem esse uidetur multis, & quædam garrulitas nuncupatur, dum iuuenis es, alioquin te ueritas fugiet. Quis est igitur exercitationis huiusce modus Parmenides? Iste, inquit, quem a Zenone audisti. Sed etiam illud tuum aduersus hunc dictum miratum sum, cum dices non in ipsis quæ oculis percipiuntur, eorumque errore cogitationem sistere oportere, sed ad ea conscendere, quæ quis maxime ratione comprehendere, ac uere esse putaret. Quia mihi uidetur, inquit, non esse arduum, hoc pacto similia uidelicet, atque dissimilia, cætera uero quæ rebus existentibus competunt, explicare. Et probe quidem dixisti. Est autem præter hoc, illud etiam obseruandum, ut non modo si est aliquid supponas, ac deinde quæ proueniunt ex suppositione consideres: uerum etiam si non sit, supponas, si modo recte exercitari uelis. Quo pacto id ais? Verbi causa, si uelis circa istam suppositionem quam Zeno inuexit, si multa sunt, quid euenturum est ipsis multis ad se ipsa & ad unum, & uni ad se ipsum & ad multa. Ac rursus si non sunt multa, iterum considerandum quid accidat uni atque multis, tum ad se ipsa, tum inuicem. Et rursus si supposuerit esse similitudinem, uel non esse, quid potissimum ex utraque suppositione contingat, tam ipsis quæ supposita sunt, quàm cæteris omnibus ad se ipsa pariter, atque inuicem. Eadem quoque de dissimilitudine ratio est, de motu, statu, generatione, corruptione, esse, atque non esse, & ut uno uerbo complectar, de quocumque supponitur aut esse, aut non esse, siue quamuis aliam passionem suscipere: consideranda sunt quæ ex suppositione proueniunt ad se ipsum, & ad quodlibet aliorum quodcumque elegeris, & ad plura, & ad uniuersa similiter, & alia rursus ad se ipsa atque ad aliud quodcumque alsumperis, siue ut existens, siue ut non existens ipsum posueris, si modo absolute exercitatus ueritatem sis penitus inspiciturus. Arduum, inquit, opus narras, nec te omnino intelligo. Quin tu ipse infers aliquid, illo ipso modo percurrans, ut clarius intelligam? Grande o Socrates, onus seni imponis. Tunc Socrates, cur non ipse, o Zeno, hanc rem

discutis: Cui Zeno subridens respondit, Ipsum, o Socrates, oremus Parmenidem, neque enim leue quiddam est quod ait. An non uides quantum sit negocium quod iubes? Quod si plures essemus, haud sane id postulare deceret. Indecorum nanque huiusmodi quaedam in conspectu multorum tractare, atque id seni precipue. Ignorant enim multi quod absque hoc per omnia uelut discursu & errore impossibile sit mentis ueritati coniuncta compotem fieri. Ego igitur o Parmenides una cum Socrate precor, ut & mihi etiam liceat tanto tempore transactio hæc audire. Cum uero hæc intulisset Zeno, aiebat Antipho dixisse Pythodorum, se quoque, & Aristotelem, ac reliquos omnes obsecra- uisse Parmenidem, ut quod dixerat, demonstraret, neque aliter faceret. Tunc demum Parmenides, necesse est, inquit, obtemperare, & si mihi uideor in id quod passus est Iby- cius equus, incidere. Cui & athletæ & seniori, curruum subituro certamen, & propter ex- perientiam euentum extimescenti, Ibycus ipse se conferens, inuitus, inquit, & ipse iam se- nex ad amores regredi cogor. Eadem ratione ego mihi admodum trepidare uideor, cum cogito quo pacto iam grandis natu tam profundum differendi pelagus transaata- re queam. Obsequendum tamen, cum & Zeno ipse roget, idem enim sumus. Vnde igitur incipiemus: quid ue primum ponemus? An uultis postquam negociosum ludum in- gressi sumus, à me ipso meaq; positione in primis exordiar, de ipso uno, inquam, siue unum sit, siue non, quid accidat? Prorsus, inquit Zeno. Quis igitur mihi respondebit? An iunior: minus enim negocij præbebit; & quæ ipse sentit, maxime respondebit, ut eius responsio minus me defatiget. Paratus sum, o Parmenides, Aristoteles inquit, me nan- que significas, dum iunior respondere iubes. Sed age, ut lubet, interroga me, tan- quam libentissime responsurum.

Equis Iby- cius

DE VNO

A SE igitur si unum est, non utiq; multa erit ipsum unum. Qui sit enim? Neq; igitur partē esse illius aliqua, neq; totū ipsum esse oportet. Cur nam? Pars utiq; totius pars est. Quid uero? Nonne totū est, cui nulla pars deest? Pro- fus. Vtrinq; igitur ipsum unū ex partibus esset, totumq; existens, ac partes habens. Necesse est. Vtrinq; rursus ipsum unū multa potius, quam unum esset. Verum. Oportet autē non multa, sed unū ipsum existere. Oportet sane. Itaq; nec to- tum erit, neq; partes habebit, si unum fuerit ipsum unum. Non certe. Si nullam habet par- tem, nec principium etiam, neque finem, neque medium habebit. partes enim ipsius hæc essent. Probe. Quin etiam principium & finis, termini cuiuslibet sunt. Quid nī? Infini- tum igitur ipsum unum, cum principio finēque careat. Infinitum. Ergo & absque fi- gura: neque enim rotundi, neque recti particeps est. Cur? Rotundum porro id est, cui- us extrema undiq; à medio æque distant. Id nempe. Rectum uero cuius medium ex- tremis utrisque è regione est. Sic est. Nonne partes haberet ipsum unum, multaque esset, si recte uel circularis figuræ esset particeps? Omnino quidem. Idcirco neque re- ctum est, neque rotundum, cum partes etiam nullas habeat. Recte. Quinetiam cum ta- le sit, nusquam est. nam neque in alio, neque in seipso esse potest. Quamobrem? Si in alio esset, circulo quodam ab eo in quo esset, concluderetur, passimq; ab illo, ac multis partibus tangeretur. At cum unum impartibile sit, & rotunditatis expers, impossibile est multifariam circulo tangi. Impossibile. Sin in seipso esset, ipsum seipsum comple- cteretur, non aliud quiddam quam ipsummet existens: siquidem in semetipso sit. non enim potest quicquam in aliquo esse, quin ab illo etiam comprehendatur. Impossibi- le certe. An non aliud quiddam esset ipsum ut comprehendens, aliud ut comprehen- sum? nunquam enim idem ipsum totum utraque hæc simul pateretur & ageret. quo fit, ut ipsum unum, non unum ulterius, sed duo sit. Est ut dicis. Nusquam igitur est ip- sum unum, quandoquidem nec in alio, nec in semetipso est. Nusquam. Considera, quæso, num quod huiusmodi est, aut stare, aut moueri possit. Quid nī possit? Quo- niam quod mouetur, uel fertur, uel alteratur. hi quippe solisunt motus. Esto. Si ipsum unum ex eo quod est alteretur, impossibile est iam esse unum. Impossibile. Idcirco se- cundum alterationem non mouetur. Non, ut apparet. Nunquid secundum progressio- nem? Fortassis. Atqui si ipsum unum feratur, uel in eodem motu spherico circumfer- tur, uel locum alium ex alio mutat. Necesse. Nonne quod circulo circumferatur, in me- dio con-

Prima suppo- sitio, si unum sit, que intelli- genda est si unum. Nam uerbum Est, apponitur gratia ora- tionis

Rationes qui- bus pellitur idem esse in se

Ratio ex alte- ratio motus solisunt

dio consistere oportet, atque alias sui partes, quæ circa medium uoluantur, habere? Cui uero nec medium, neque pars ulla conuenit, quomodo id cogitari potest in circulo? Cir- ca medium uolui? Nullo pacto. An locum transiens alias alibi fit, atque ita mouetur? Forte. Num esse ipsum in aliquo, ut impossibile iam redargutum est? Est. An non mul- to magis impossibile ipsum in aliquo fieri? Non intelligo satis. Si in aliquo aliquid sit, ne- cesse est nondum in illo penitus esse, si quidem adhuc in illo continue fiat: nec etiam ex- tra illud prorsus extare, si quidem in eo iam fiat. Necesse est. Si ergo aliud quicquam hoc patitur, id solum patitur cuius partes aliqua sunt. partim enim in illo continue fiat, ne- cesse est, ac totum simul abesse poterit. Vera. Quod uero neque partes habet ulla, neque to- tum est, multo magis impossibile est, siue secundum partes, siue secundum totum alicubi fieri. Apparet. Ergo nec aliquo pergens, nec alicubi ingrediens locum mutat, neque in eodem reuolutum, neque etiam alteratum. Non uidetur. Secundum quem- libet igitur motum immobile est ipsum unum. Immobile. Præterea ipsum unum in nullo esse posse asseuerauimus. Asseuerauimus. Haud igitur aliquando in eodem est. Quam- obrem? Quoniam iam in illo esset, in quo eodem est. Prorsus. At uero nec in seipso, ne- que in alio ipsum unum esse poterat. Non certe. Nunquam igitur ipsum unum in eo- dem existit. Nunquam ut uidetur. Quod uero nunquam in eodem existit, neque quie- tem agit, neq; stat. Neque enim possibile est. Idcirco ipsum unum nec stare neque moueri uidetur. Non apparet. Item nec alteri, neq; sibi ipsi etiam idem est, rursusq; nec à seipso, nec ab alio quodam alterum. Quid ita? Si à seipso alterum sit, ab uno alterum esset, nec esset unum. Vera. Et si alteri idem fuerit, illud quidem erit, nec ipsum quod est. quapro- pter nec ulterius erit ipsum quod unum, sed aliud quiddam præter unum. Sic est. Ideo: idem alteri uel à semetipso alterum dici nunquam debet. Nunquam plane. Sed neq; alte- rum ab alio esse potest, donec unum est: neq; enim uni congruit, ut ab aliquo alterum sit, sed soli ei quod alterum est ab alio. Alteri autem nulli conuenit. Probe. Ex eo igitur quod unum est, non erit alterum. An putas? Nequaquam. Quod nisi hoc, non seipso: si non seipso, neque ipsum. Ipsum uero nullo modo alterum existens à nullo alterum est. Re- cte. Neq; sibi ipsi idem erit. Cur non? Non ea est ipsius unius natura, quæ ipsius eiusdem natura est. Quare? Quia nondum cum idem sit aliquid alicui, unum efficitur. Qua de- causa? Quod multis idem sit, multa, non unum fieri necesse est. Verum. At si ipsum uel in seipso, aut alteri idem fuerit, non unum sibi esset: atque ita unum existens, non u- num erit. Impossibile id quidem. Impossibile igitur ipsum unum, aut alterum ab alio, aut sibi ipsi idem esse. Impossibile. Hac itaque ratione unum, nec idem, nec alterum, aut sibi, aut alteri esse poterit. Non profecto. Sed neque simile, neque dissimile cuiquam, aut si- bi, aut alteri. Quam ob causam? Quia simile est, cui idem quiddam accidit. Nempe. Ipsum- ramen idem ab uno natura secerni ex ante dictis apparuit. Apparuit certe. Veruntam- en si quid præter id quod est unum esse, ipsum unum recipit, patitur iam plura esse quam unum. Id autem impossibile est. Ita. Ob hanc causam nunquam ipsum unum, idem esse uel sibi uel alteri patitur. Non uidetur. Ergo nec simile aut sibi met aut alteri esse po- test. Sic apparet. Nihil tamen magis esse alterum sustinet. etenim plura quam unum esse contingeret. Plura sane. Quod alterum uel à se, uel ab alio fit, dissimile quoque aut sibi ipsi, aut alteri cuidam efficitur, quippe cum illud etiam quod idem esse recipit, simi- le fiat. Probe. Vnde ipsum unum cum nullo modo susceperit alterum, nunquam quo- que dissimile siue sibi met siue alteri fiet. Nunquam profecto. Quamobrem nec simi- le nec dissimile unquam aut sibi aut alteri ipsum unum est. Non, ut uidetur. Præte- rea cum huiusmodi sit, nec æquale etiam, nec inæquale cuiquam uel sibi uel alteri. Quid ita? Quod æquale est, earundem mensurarum est, quarum & illud cui æquale dicitur. Sic est. Quod maius est uel minus, quo ad illa quibus commensurabile est, minoribus quidem plures mensuras habet, maioribus autem pauciores. Certe. Quibus autem in- commensurabile, quo ad hæc quidem minorum, quo ad illa uero maiorum mensu- rarum erit. Quid nī? Nonne impossibile est, quod nullo modo ipsius eiusdem est

Quod circulo mouetur in medio consi- stere

Parti per partes

Alia est natura unius q; eius

Æquale quod

particeps, aut mensuras easdem, aut aliud quoduis idem fortiri? Impossibile. Itaque nec sibi, nec alteri erit æquale, quippe cum mensuris eisdem non utatur. Minime, ut appareat. Quinetiam si pluribus aut paucioribus mensuris circumscribetur, totidem partibus quot & mensuris constabit; rursusque non amplius unum erit, sed tot potius, quot & mensuræ insunt. Recte. Quod si unius mensuræ sit, æquale utique ipsi mensuræ fieret. Veruntamen impossibile esse apparuit, ipsum unum æquale cuiquam esse. Apparuit certe. Quod igitur nec unius mensuræ est particeps, neque multarum, neque etiam paucarum, nec ullo modo ipsius eiusdem, nunquam sibi ipsi, ut uidetur, erit æquale, nec etiam alteri, nec maius præterea aut minus uel semetipso uel alio. Sic prorsus se habet. An forte antiquius aut iunius aliquo uel etiam coætaneum ipsum unum apparet? Quid prohibet? Id sanè. Quoniam si eandem ætatem uel secum uel cum alio quopiam aget, æqualitate & similitudine temporis participabit. ostensum est tamen, nec æqualitatem nec similitudinem ipsi uni ullam adesse posse. Ostensum profecto. Nonne hoc quoque diximus nec inæqualitatis neque dissimilitudinis compos existeret? Quam maxime. Quo igitur pacto quod huiusmodi est, senius aut iunius aliquo uel ætate par ulli esse poterit? Nullo modo. Ergo ipsum unum non iunius, non senius, non ætate par aut ad seipsum aut ad aliud erit. Non apparet. Item, nec in tempore etiam ullo pacto ipsum unum cum tale sit, erit unquam. Etenim necesse est quicquid est in tempore, seipso semper senius fieri. Necesse. Et quod senius, semper iuniori senius. Cur non? Itaque quod seipso fit iunius, seipso etiam simul iunius fit. si quidem aliquo senius esse debet. Quomodo dicitis? Hoc modo. diuersum alterum alteri nihil fieri oportet, diuersum cum iam sit, sed iam existentis iam esse, præteriti præterisse, futuri fore. eius uero quod sit, nec præterisse, nec fore, nec esse, diuersum est: sed fieri, nec alter esse. Necesse est. At uero senius oppositum quiddam est iuniori, nec alteri penitus ulli. Est. Quod ergo seipso fit senius, necesse est simul quoque seipso iunius fieri. Videtur. Quinetiam nec longiori seipso tempore neque breuiori fieri, sed per æquale semper tempus secum ipso fieri, & esse, & fuisse, futurum esse, ac fore. Necessaria quoque hæc sunt. Necessarium ergo uidetur, quodlibet eorum quæ in tempore sunt, atque hoc tali participant, eandem secum ipso ætate agere, ac senius seipso simul & iunius fieri. Apparet. Ipsi uero uni nulla prorsus ex ijs passionibus accidit. Nulla. Nullius ergo temporis particeps, nec in aliquo tempore. Non sane ut ratio dicat. Quid igitur? ipsum erat, fuit, fiebat, nonne participationem temporis quandoque præteriti significare uidentur? Quinimo. At uero erit, fiet, factum fuerit, an non futurum nobis designant? Futurum. Est autem & sit, præsentis tempore temporis notæ. Omnino quidem. Si ergo ipsum unum nullo prorsus participat tempore, nec fuit unquam, nec sit, neque est, neque fiet, neque factum erit, neque erit. Verissima hæc sunt. Num potest quicquam essentia aliter quam secundum istorum aliquod participare? Non aliter. Nullo modo igitur est ipsum unum. Haud quaquam uidetur. Non itaque ita est ut sit unum. esset enim iam ens & essentia particeps; imò ut uidetur ipsum unum neque unum est, neque est, siquid huic rationi credendum. Apparet. Ei uero quod non est, num est uel ipsi uel ipsius aliquid? At quomodo? Non itaque nomen illi est, non sermo, non scientia quædam, non sensus, non opinio. Non uidetur. Quapropter nec nominatur, nec dicitur, nec opinione cogitur, nec cognoscitur, neque ab aliquo ex ijs quæ sunt, sentitur. Haud sanè uidetur. An possibile est ista circa ipsum unum sic se habere? Non ut mihi uidetur.

Secunda superpositio circa unum si sit



ne igitur ad ipsius positionis principium redeamus, considerantes si quid forte redeuntibus nobis aliter se habere uideatur? Volo equidem. Nonne si ipsum unum est, confessi sumus quæ circa illud eueniunt, cuiusmodi esse oporteat? Profecto. Meditare iterum à principio: unum si est, nunquid possibile est ipsum esse, essentia uero nequaquam participare? Impossibile. Essentia autem unius, non idem quod ipsum unum erit. alioquin si idem, non utique illius essentia esset, neque ipsum unum illa participasset, sed quoties proferretur unum esse, simile quiddam significaretur, ac si unum unum diceremus. Nunc autem non est huiusmodi positio nostra, scilicet si unum, quidnam euenturum sit, sed si unum est, nonne ita? Prorsus sic est. Nonne ita dicitur, tanquam aliud significet ipsum est, aliud ipsum unum? Necesse.

Nunquid

Nunquid igitur cum unum esse compendio dicimus, aliud ea oratio significat quam unam essentiam communicare. Omnino. Rursus itaque dicamus, unum si est, quidnam contingat. Age id aduerte. An non necesse hanc suppositionem ipsum unum eiuscemodi prædicare quasi partes habeat? Quoniam modus? Hoc pacto. Si esse de uno ente dicitur, & ipsum unum de ente uno, est autem idem essentia & unum, eodem existente uno quod supposuimus, nonne necesse est totum quidem unum ens ipsum esse, eiusque partes tam unum quam esse existere? Necesse. Vtrum uero utramque harum partium partem duntaxat appellamus? An partem totius partem prædicare oportet? Totius. Totum igitur est, quod unum est, ac partem habet. Penitus. Quid autem? num hæc partes unius entis, scilicet unum et ens, ita se inuicem deserunt, ut ipsi enti unum, & ipsi uni ens desit? Non certe. Igitur utraq; pars & unum simul & ens complectitur, adeo ut pars qualibet ex duabus saltem particulis constituatur: & secundum eandem rationem quæctinque particula occurrit, utraq; semper in ea claudatur, etenim unum semper ens, & ens unum mutuis nexibus amplectitur. Unde cum ubique in quauis particula duo emergant, necesse est nunquam unum existere. Omnino. Nonne hæc ratione unum ens, infinita multitudo erit? Videtur. Age quæso, & hac perge. Quæ diximus unum essentia participare in quantum est? Diximus. Et ob hanc causam unum ens multa esse apparuit? Sic est. Quid autem, si ipsum unum quod essentia particeps esse diximus, ipsum secundum seipsum solum intelligentia cogitemus, seorsum ab illo quo participare prædiximus? nunquid unum solum apparebit? uel etiam multa hoc ipsum? Vnum solum puto. Consideremus iam & aliud quiddam, alterum quiddam esse necesse est ipsius essentiam, alterum uero ipsum, siquidem non essentia ipsum unum, sed ut unum, essentia participat. Necesse est. Quod si alterum essentia, alterum unum, ipsum unum non ex eo quod unum, ab essentia alterum est: neque essentia in quantum essentia ab uno est altera: sed per id quod est ipsum per se alterum, & ipsum per se aliud, altera sunt inuicem. Prorsus. Quam obrem essentia alterum nec uni nec essentia idem est. Verum, Quid ergo? si ex istis elegerimus siue essentiam & alterum, seu essentiam & unum, siue unum & alterum, nonne in qualibet assumptione eliciemus aliqua quæ itæ ambo appellari poterunt? Quo modo? Hoc modo inquam. licet ne essentiam diceret. Licet. Rursusque dicere unum. Et istud. Nonne utrumque illorum dicitur est? Dicitur utrumque. Quoties essentiam & unum dico, an non ambo dico? Dicitis. Et si essentiam atque alterum, siue alterum atque unum, nonne in ijs singulis ambo dico? Prorsus. Quæ uero ambo recte appellata sunt, nunquid possunt ambo esse, neque tamen esse duo? Nequaquam. At quæ duo sunt cogitari ne ita possunt, ut non illorum utrumque unum sit. Minime. Quoniam igitur ista simul duo sunt, idcirco unum quodque unum existit? Videtur. Si unum quodlibet eorum est, & utrumque unum in utroque quodam coniugio inuicem est conexum, nonne tria uniuersa resultant? Maxime. Tria uero nonne imparia, duo autem paria? Quid nisi? Et cum duo sunt, nonne necesse est etiam bis adesse: & cum tria, ter? siquidem duobus inest bis unum, tribus uero ter unum. Necesse. Duobus denique existentibus ac bis, necesse est duo bis esse: & tribus existentibus atque ter, nonne necesse est rursus tria ter esse? Quid nisi? Quid uero? tribus existentibus atque bis, & duobus atque ter existentibus, necesse est tria bis esse, ac bis tria? Necesse est omnino. Erunt igitur pariter paria, impariterque imparia, nec non imparia pariter, & impariter paria. Certe. Si hæc ita se habent, num putas ullum numerum relinquit, qui non necessario illic insit? Nullum. Idcirco si est unum, necesse est & numerum esse. Proculdubio. Item si numerus est, multa utique sunt, & infinita entium multitudo, aut non infinitus numerus multitudine etiam particeps essentia sit? Maxime. Quod si totus ipse numerus est essentia particeps, unaquæque etiam particula numeri essentia participabit. Prorsus. Per omnia ergo quæ multa sunt, essentia distribuit, nec ab aliquo eorum quæ sunt, abest, seu minimum hoc sit, siue maximum. Atque id dubitare absurdum est, quo modo enim essentia ab aliquo eorum quæ sunt, abesse potest? Nullo. Diuisa est igitur quoad fieri potest in minima et maxima, atque in omnia que quomodocumque sunt, maximeque omnium distributa, & infinita sunt essentia partes. Sic se res habet. Plurimæ igitur illius partes sunt. Plurimæ certe. Quid uero? est ne quicquam ex istis quod quidem pars essentia sit, non tamen pars ipsa unum quiddam sit? At quo pacto id fieret? Verum postquam, ut arbitror, est, necesse est ipsam semper quamdiu est, unum aliquid esse, nihil.

An unum ens sit idem

Quod unum circa essentia etiam sit multa

nihil autem esse impossibile est. Absq; dubio, Non solum ergo uniuersæ essentia, sed il-
lius etiam singulis partibus unum adest, partem nullam deserens, siue maior illa quidem,
seu minor sit, siue quomodo cunq; se habeat. Sic est. Nunquid cum sit unum, ubiq; simul
est totum? Diligenter id considera. Considero, atq; hoc esse impossibile uideo. Diuisum
itaq; nisi totum. Neque enim aliter uniuersis simul essentia partibus, quam diuisum ade-
rit. Sic est. Cæterum quod partibile est, necessario totidem sunt, quot sunt partes. Ne-
cessario. Hac de causa haud recte paulo ante dicebamus essentiam in partes plurimas
distributam: quippe cum non in plures quam ipsum unum, sed pares discreta sit. Ne-
que enim ens unit, neque unum enti deest, sed duo hæc potius per omnia penitus coæ-
quantur. Omnino sic apparet. Ipsum itaque unum ab essentia distributum infinita mul-
tudo est. Patet. Non modo igitur unum ens multa est, sed & ipsum unum ab essentia
distributum multa esse oportet. Oportet sane. Quinetiam ex eo quod omnes partes,
totius partes sunt, terminatum secundum totum unum erit. An non comprehenduntur
omnes à toto particular? Comprehenduntur. Quod autem comprehendit, terminus

*Unum esse & est. Est. Propterea unum ens, unum quodammodo est & multa, totumq; & partes, nec
unum uel mul non finitum & multitudine infinitum. Apparet. Nonne cum terminatum sit, extrema
ta & totu quoque habet? Necessarium est. Præterea si totum est, principium mediumque & finem
partes &c. habebit? Num totum aliquid absque ijs tribus reperiri potest? Et si quid ipsorum ab eo
omine totum quod unum distat, totum ne ulterius erit? Minime. Quamobrem principium mediumq;
habet princi- & finem unum habet. Habet. Medium uero æquo interuallo ab extremis undique di-
pium medium stat, non enim aliter esset medium. Non certe. Præterea cum tale sit unum, figuræ cuius-
& finem dam est princeps, seu rectæ, siue rotundæ, siue alterius ex utriusque compositæ. Princeps
proculdubio. Quinetiam si huiusmodi est, ipsum in seipso & in alio erit. Quomodo pa-
cto? Quælibet pars in toto est, nec extra totum penitus ulla. Esto. Singulæne partes sub
toto clauduntur? Ita. At unum cunctæ suæ partes existit, nec quid plus minuste quam*

*uniuersæ. Sic est. Nonne & totum unum est? Quid ni? Si omnes partes toto claudun-
tur, estq; omnia unum & ipsum totum, continentur autem sub toto singula, ab uno utiq;
unum continebitur, atq; ita unum ipsum in semetipso iam erit. Videtur. Veruntamen to-
tum in partibus minime est, neque in omnibus, neq; in aliqua. Si enim in omnibus, necesse
est & in una; & si in una quadam non sit, in cunctis esse non poterit. Si autem hoc quidem
unum cunctis constat, & in eo totum, non uno, quo pacto amplius in omnibus erit u-
num? Nullo. Sed nihilo magis in partibus quibusdam. Nam si quibusdam totum in se,
maius in minori erit. Id autem impossibile. Impossibile. Cum igitur totum nec in pluri-*

*bus, nec in una, neq; etiam cunctis in partibus sit, an non necesse est ipsum uel esse in alio
quodam, uel nusquam existere? Necessè. Nonne si nusquam sit, nihil penitus erit? & ta-
men cum totum sit, neq; sit in seipso, restat ut consistat in alio? Penitus. Quæ igitur unum
totum est, in alio est: quæ uero omnia partes eius sunt, & ipsum cunctæ partes, est ipsum
in seipso. Ideoq; necesse est unum tum in seipso, tum etiam in alio esse. Proculdubio. Et*

*cum talis sit unitus natura, an non necessario sequitur ut stet atque etiam moueatur? Cur
nam? Stat quippe, si quidem ipsum in seipso consistit. Etenim in hærens unit, nec ex eo di-
grediens, in eodem est in semetipso. Est profecto. Verum quod in eodem semper est, sta-
re semper oportet. Oportet. At quod in alio semper, contra necesse est nunquam in eo-
dem esse: si nunquam in eodem, nunquam præterea stare, quod uero non stat, moueri
oportet. Sic est. Necessè est igitur unum, cum in seipso semper & in alio sit, semper quo-
que stare atq; moueri. Videtur. Quinetiam idem oportet ipsum sibi ipsi esse, & à seipso al-
terum, & quo ad alia similiter idem & alterum, si modo quæ supra dicta sunt illi compe-
tunt. Qua ratione? Sic enim unum quidque ad quodlibet habet, ut uel idem cum eo sit,
uel diuersum: si nec idem nec aliud, pars utiq; erit eius erga quod ita se habet, uelut ad par-
tem, eritq; totum. Patet. Nunquid ipsum unum sibi ipsius pars est? Nequaquam. Non igitur
quo ad seipsum totum erit, quasi pars sui sit. Neq; enim possibile. An forte alterum est
unum ab uno? Minime. Non itaq; à seipso alterum. Non certe. Si nec alterum nec totum
neq; pars quo ad seipsum est, quid iam aliud restat, quam ut idem sibi sit? Istiuc ipsum.
Quid uero? quod alibi est quam ipsummet in eodem existens in semetipso, nonne cogi-
tur alterum à seipso fieri, si quidem alibi quam ipsummet existat? Mihi quidem uidetur.*

Huiusmo

Huiusmodi, plane patuit esse unum, in seipso scilicet, & in alio esse. Patuit profecto. Ex
hoc igitur constat unum esse à seipso alterum. Videtur. Si quid uero ab aliquo alterum
est, nonne ab altero alterum? Necessè. Quæcunque unum minime sunt, num ab uno al-
tera, & unum alterum ab ijs quæ non unum? Quid ni? Ideo enim ab alijs omnibus al-
terum apparebit. Alterum. Aspice præterea, num alterum ipsum, & ipsum idem con-
traria inuicem sint. Cur non? Voleat ne unquam idem in altero, uel alterum in eodem con-
sistere? Nunquam. Ergo si nunquam alterum in eodem est, nihil est ex ijs quæ sunt, in
quo per aliquod tempus ipsum alterum sit. Nam si per aliquod tempus sit in aliquo, per
id tempus in eodem ipsum alterum erit. An non? Certe. Postquam uero nunquam in eo-
dem constat, nunquam profecto in aliquo eorum quæ sunt, ipsum alterum erit. Vera di-
cis. Idcirco nec in ijs quæ non sunt unum, nec in uno erit alterum. Non sane. Sequitur ut
unum ab ijs quæ non unum, & quæ non unum ab uno per ipsum alterum altera esse ne-
queant. Sequitur plane. Quod nisi participet ipso altero, altera secundum seipsa inuicem
esse non poterunt. Quo enim pacto? At qui si nec seipsis, nec ipso altero altera sunt, altera
esse inuicem nullo pacto possunt. Nullo. Præterea quæ unum non sunt, uno minime par-
ticipant, neq; enim essent non unum, sed quodammodo unum. Verum. Hanc ob causam
quæ non sunt unum, neq; etiam numerus sunt. Alioquin non penitus unius essent exper-
tia, si quem numerum habeant. Non certe. An uero quæ non sunt unum, partes unius
sunt? An sic forte uno participarent, quæ non sunt unum? Participarent. Si itaq; hoc qui-
dem omnino unum est, illa uero non unum, nec pars unum erit eorum quæ non unum,
neq; totum ad illa, quasi ipsa sint partes: neq; rursus quæ non unum, unius particula; neq;
etiam tota quasi unum pars existat. Non profecto. Cæterum asseruimus, quæ neq; tota;
neq; partes sunt, neq; inuicem altera, eadem inuicem esse debere. Asseruimus. Fatemur
ne igitur unum cum ita ad ea quæ non unum, se habeat, illis idem esse? Fatemur. Ergo
unum, ut uidetur, alterum quiddam est ab alijs & à seipso, rursusq; sibi & illis idem. Sic
ratio persuadet. Nunquid simile quoq; & dissimile sibi ipsi ac cæteris? Forte. Postquam
alterum ab alijs esse patuit, alia quoque ab illo altererunt. Quid prohibet? An non ita
ab alijs alterum ut ab illo & alia, nec magis quicquam neq; minus? Quid ni? Si nec magis
nec minus, restat ut similiter. Similiter. Porro si uni contingit ut alterum sit ab alijs, eo-
dem modo quo ab illo alia, ex hoc sequitur ut eadem conditio quadam, tam uni, quam
alijs competat. Istiuc quomodo dicis? Sic. Vnumquodq; nomen nonne suum habet si-
gnificatum? Habet. Idem uero nomē, uel sæpius, uel semel pronuncias. Equidem. Vtrum
quando semel profers, illud appellas cuius est nomen: quando uero sæpius, non illud? An
potius siue semel seu iterum iterumq; nomē idem pronuncies, necesse est te semper idem
innuere? Idem semper. Nonne & ipsum alterum nomen est ad proprium aliquid signifi-
candum impositum? Est. Quoties igitur nomen hoc profers, siue semel, siue sæpius, nō ad
aliud refers, neq; aliud quicq; nominas quam id, cuius hoc nomen est. Necessè. Quando
itaq; dicimus alterū esse unum ab alijs, & illa ab uno altera, bis nomen hoc alterū pronun-
ciantes, nunquā ad aliud quiddam significandum inducimus, q̄ naturam cuius proprium
nomen est. Omnino quidem. Si ergo unum alterum est ab ijs, & alia ab uno altera, pati-
ens illud idem alterū quod in alijs est, secundum illud, nō secundum aliud quiddam, alter-
rum est ab alijs unum, quodcunq; uero idem patitur simile est, an non? Imō. Secundum
quod aut unum habet ut sit ab alijs alterū, secundum hoc idē quodlibet cuiuslibet simile est,
quodlibet enim est à quolibet alterū. Videtur. Est ne simile dissimilib. contrarium? Est sa-
ne. Nonne & ipsum alterū ipsi eidem? Et istud. Veruntamen hoc etiā patuit, quod d ipsum
unum alijs & idem & alterum sit. Patuit plane. Contraria uero passio est esse alijs idem, &
esse ab alijs alterum: Prorsus. Quæ tamen alterū, simile apparuit. Et hoc. Quæ igitur idem,
dissimile erit secundum passionem contrariam passionis illius quæ simile fecerat. Simi-
le autem nonne faciebat ipsum alterum. Prorsus. Ipsum ergo idem dissimile redderit alio-
quin ipsius alterius contrarium minime erit. Apparet. Ex ijs concluditur unum simile
atque dissimile alijs esse, quæ sanè alterum, simile: quæ uero idem, dissimile. Tale ut ui-
detur rationem habet. Et sane hanc habet. Quam? Ut quæ idem passum est, non alie-
num sit passum, si non alienum passum fuerit, neque dissimile etiam, si non dissimile, re-
stat ut simile: si autem aliud susceperit, & alienum, si alienum, etiam dissimile sit. Vera
dicis

dicis. Vnum ergo & quia cæteris idem, & quia alterum, secundum ambo hæc & secundum horum utrumque simile atque dissimile alijs erit. Maxime. Nonne & sibi ipsi eodem modo, siquidem alterum à seipso & sibi ipsi idem apparuit, secundum ambo atque utrumque simile pariter atque dissimile apparebit. Necesse est. Considera præterea quæso quò, nam pacto unum ad tangendum, uel non tangendum seipsum & alia sese habeat. Considero equidem. Ipsum unum in seipso toto esse constitit. Probe. An non & in alijs unum? Et in alijs. Quatenus igitur in alijs, alia tangit, quatenus in seipso, tangere quidem alia impeditur, seipsum uero tangit, cum in seipso sit. Apparet. Hac utique ratione unum & se, & alia tangit. Tangit. Quid uero ad hæc? Nonne quodcumque tacturum aliquid est, prope illud quod tacturum est, facere oportet, atque eam sedem occupare, quæ sequitur illius sedem, in qua cum primum fuerit tanget? Necesse est. Ideo unum quoque si se tangere debet, continuo post seipsum extare oportet, proximam loco in quo ipsum est, sedem occupans. Oportet omnino. Nonne unum si duo esset, hæc efficeret, & duobus simul in locis existeret: donec uero unum est, minime? Est ut dicis. Eadem ergo necessitas efficit, ut unum nec duo sit, neque sese tangat. Eadem. At nihil magis alia tanget. Quamobrem? Quoniam diximus quod tacturum aliquid est, seorsum positum, proximum illi quod tangendum est, esse oportere, tertium uero præter hæc intermedium nullum. Vera. Quapropter duo saltem adesse oportet, quotiens futurus est tactus. Oportet. Sin autem præter terminos duos tertium quiddam medium interuenierit, tria quidem per ordinem subsequuntur, tactus autem gemini. Prorsus. Atque ita semper uno quodam adiecto, unus quoque tactus adijcitur. Ex quo contingit ipsos tactus à numerorum multitudinem uno exuperari: quanto enim prima duo tactus ipsos exuperarunt, ita ut plura numero quam tactus essent, tanto deinceps uniuersus numerus uniuersos tactus excedit. Etenim in posterum unum simul additur numero, & unus tactus tactibus ipsis apponitur. Recte. Quot igitur ea quæ sunt numero sunt, totidem semper & tactus, uno duntaxat excepto. Vera loqueris. Itaque si unum esset solum, nec usquam duo, tactus quoque nullus esset. Quoniam modo? Diximus quæ alia sunt ab uno, nec esse unum, nec uno etiam participare donec alia sint. Diximus. Ex his conficitur, ut non sit in alijs numerus unus, quippe cum unum illis minime adlit. Enim uero quo pacto id fieri posset? Vnde alia nec sunt unum, nec duo, nec alio quouis numero designata. Non sanè. Ipsum igitur unum solummodo unum est, duo autem non sunt. Non, ut apparet. Et si duo non sunt, tactus quoque nullus erit. Nullus. Ergo nec unum alia tangit, nec illa unum nullo existente tactu. Non prorsus. Omnibus his de causis, unum se & alia tangit pariter & non tangit. Sic uidetur. An est præterea æquale pariter & inæquale, tum sibi, tum etiam cæteris? Quo uero sit pacto? Si maius esset uel minus unum quam alia, aut alia rursus maiora siue minora quam illud, an non unum ex eo quod unum, & alia ex eo quod alia quam unum, aut maiora, aut minora inuicem ex ipsis suis essentibus essent: uerum si præter rationes has, utraque æqualitatem in se habent, æqualia inuicem existerent, sin hæc quidem magnitudinem, illa paruitatem, aut ipsum unum magnitudinem, alia paruitatem haberent, cuiusque speciei magnitudo adesset, maior existeret: cuiusque paruitas, minor. Necesse. Nonne sunt duæ quædam huiusmodi species, magnitudo & paruitas? Etenim nisi essent, nunquam contrariæ inuicem existerent, ac rebus ipsis inessent. Est ut dicis. Igitur si uni paruitas accedit, uel toti uni uel parti cuiuspiam insidet. Necesse est. Si toti infederit, uel æqua extensione per integrum unum intus ibit, uel externis limitibus complectetur. Plane. Ex æquo uni infusa paruitas, æqualis proculdubio uni erit: complectens autem, maior. Quid nunc? Num potis est paruitas æqualis cuiquam esse, uel amplior: effectusque magnitudinis & æqualitatis in alio exercere, nisi possit in seipsum? Non potest proculdubio. Vnde concluditur in toto uno paruitatem esse non posse. Restat forsitan ut sit in parte. Restat. Non tamen in tota parte. eadem enim efficeret aduersus partem, quæ & aduersus totum effecerat. quippe uel æqualis erit uel maior illa ipsa parte semper, cuiusque insit. Necesse sequitur. Nulli igitur unquam rei paruitas inhærebit, cum neque parti, neque toti inhæreat. Ex quo fit ut nihil futurum sit paruum præter ipsammet paruitatem. Videtur. Sed neque etiam magnitudo inerit, quippe aliud quicquam præter ipsammet magnitudinem maius esset, ut puta id cui inerit magnitudo

magnitudo. Veruntamen nihil est paruū, quod quidem superari oportet à magno, si quid magnum sit. Etenim quo pacto paruū aliquod reperies, cum paruitas in nullo resideat? Vera loqueris. Quinetiam magnitudo ipsa nullo erit alio maior quam paruitate, neque paruitas ipsa, alio quopiam quam ipsa magnitudine minor. Nullo. Quamobrem cætera præter unum neque maiora, neque minora quam unum erunt, cum magnitudinis paruitatisque expertia sint. Neque habebunt hæc duo aduersus ipsum unum uim aliquam, qua uel excedant uel excedantur, sed inter se ipsa id efficient. Neque etiam ipsum unum, aut hæc de duobus, aut alijs quibuslibet maius uel minus erit, utpote quod tam magnitudinis quam paruitatis est expertus. Sic utique apparet. Ideoque cum nec maius nec minus sit unum quam cætera, nec superabit alia, neque ab alijs superabitur. Absque dubio. Nonne quod nec superat nec superatur, necessario sequitur ut æque se habeat: & si æque, ut æquale sit? Imò. Sed hoc pacto, unum ipsum ad sese habet, expertus scilicet & magnitudinis & paruitatis, ut nec exuperet seipsum, nec à seipso exuperetur, sed æque se habens æquale semper sibi sit. Et maxime quidem. Itaque unum sibi cæterisque æquale. Videtur. Veruntamen cum unum in seipso sit, extrinsecus sese circuit, atque ita se complectens seipso amplius extat: cumque etiam comprehendatur, angustius est, quo fit ut unum tum maius, tum etiam minus seipso sit. Fit utique. Nonne hoc quoque necessarium est, nihil scilicet præter unum & alia reperiri? Necesse est. Item quicquid est, an non semper alicubi esse oportet? Oportet. Insuper quod in aliquo est, nonne semper in maiori minus? Neque enim aliter aliud esset in alio. Est quod dicis. Postquam uero nihil est præter unum & alia, oportetque ista in aliquo esse, nonne in se inuicem hæc uicissim esse necesse est? alia scilicet in uno, & in alijs unum, aut nullquam prorsus existeret? Constat. Quia ergo unum est in alijs, idcirco alia maiora sunt quam unum, utpote quæ unum continent, unum autem alijs minus ex eo quod continentur: quia uero alia in uno sunt, unum alijs ob eandem rationem maius est, illa uero minora. Videtur. Vnum itaque æquale maiusque & minus seipso & alijs est. Apparet. Atqui si maius & minus et æquale, equalium erit mensurarum plurimumque & pauciorum quo ad seipsum atque ad alia: & si mensuratum, partium etiam. Quid prohibet? Eadem ergo mensuras pluresque & pauciores habens, numero quoque plus, atque minus erit & ad seipsum & ad cætera, nec non æquale sibi atque alijs ob easdem causas. Quoniam pacto? Quibus maius est, plures quam illa mensuras habet, quotque mensuras totidem & partes: & quibus minus est, eodem modo: quibus uero æquale, similiter. Sic est. Nonne cum seipso maius minusque sit, & æquale, æqualium mensurarum plurimumque & pauciorum quo ad seipsum est participes, & postquam mensurarum, etiam partium? Quid nunc? Habensque partes sibi ipsi æquales, multitudine etiam æquale sibi erit, plures uero plus, pauciores denique minus numero semetipso? Videtur. An non ad alia similiter se unum habebit? Quia maius illis apparet, necesse est plus quam illa numero esse: quia uero minus magnitudine etiam numero minus: quia denique æquale in magnitudine, numero quoque par esse. Necesse fit. Hac iterum ratione unum, par, plus, minus, secundum numerum seipso erit, ac cæteris. Erat sanè. Nunquid & tempore unum participat. estque, & sit iunius ac senius seipso simul & alijs? & rursus contra nec iunius neque senius seipso uel alijs dum participat tempore? At quomodo id fieri potest? Esse profecto illi competit, siquidem unum est. Competit. Ipsum esse autem quid aliud est quam essentia cum præsentis tempore participatio, quemadmodum ipsum erat *quid uerbum* cum præterito, & ipsum erit cum futuro essentia ipsius communicatio? Istuc ipsum. Ergo si ipso esse participat, necesse est temporis quoque esse particeps. Nimirum. Nonne fluxus temporis? Certe. Semper ergo senius seipso sit, siquidem secundum tempus percurrit. Necesse. Recordamurne quòd senius semper sit senius eo quod iunius sit? Recordamur. Nonne igitur postquam unum seipso sit senius, seipso dum iunius sit, sit & senius? Necesse est. Fit ergo per hunc modum iunius seipso ac senius. Fit. Senius autem nonne tunc est, quando præsens iam tempus attingit, quod medium est ipsius erat & erit? Neque enim currens ex præcedente in posterum, præsens ipsum supergreditur. Nō certe. An non definit tunc fieri senius cum primum præsens tangit, nec tum fit, sed est iam senius? Procedens enim ab ipso præsentis nequaquam comprehenditur. Quod namque procedit sic se habet ut utrumque, præsens scilicet futurumque attingat, præsens quidem relinquens, futurum apprehendens, inter utrumque medium præsens futurum uel cadens. Vera. Si uero

neceffe est quodcumq; fit, ipsum praesens minime transgredi, cum primum illud natum est, fieri desinit, estq; tunc iam illud quod fiebat. Apparet. Vnum igitur quando senius factum ipsum praesens assequitur, desinit fieri, estq; iam senius. Omnino. An non illo senius est, quo fiebat senius? fiebat autem seipso. Ita. Senius uero iuniori senius? Est. Iunius ergo seipso tunc est unum, quando senius factum, praesens assequitur. Neceffe. Ipsum praeterea praesens semper unum adest per uniuersum esse. semper enim est praesens quodcumq; diu est. Quid ni? Semper ergo unum est & fit iunius atq; senius semetipso. Videtur. Quin etiam longius ne uel breuius tempus est, aut fit quam ipsummet, an potius aequum? Aequum. Verum quod aequale tempus est, aut fit, eandem agit etatem. Quid prohibet? Quod autem eandem aetatem implet, neq; senius, neq; iunius. Nequaquam. Quapropter unum cum aequale tempus ad seipsum & fit & fiat, neq; senius, neq; iunius seipso aut est aut efficitur. Haud sane mihi uidetur. Quo autem modo ad alia se habet? Nescio quid dicam. Hoc tamen potes dicere, quod alia ab uno, si quidem altera sunt, non alterum, plura sunt quam unum. Nam si alterum unum essent. Altera uero cum sint, plura quam unum sunt, & multitudinem habent. Habent prorsus. Multitudo autem maior numerum quam unum habet. Certe. Quid uero? ex ijs quae ad numerum spectant, quanam prius fieri aut facta fuisse dicemus? num quae plura sunt, an quae pauciora? Quae pauciora. Quod ergo paucissimum, primum? Id autem est unum, an non? Imo. Vnum ergo primum factum omnium quae numerum capiunt, habent autem caetera omnia numerum: siquidem alia sunt, non alia. Habent profecto. Primo autem factum prius fuit, alia uero posterius, posterius autem facta, iuniora sunt quam quod ante factum. Ideoq; alia hoc pacto iuniora quam unum sunt, uel numq; illis antiquius. Certe. Quid autem ad hoc? Num unum effici praeter naturam suam potest, uel id potius impossibile? Impossibile. Veruntamen partes habere unum apparuit, quod si partes, principium quoq; mediumq; & finem. Plane. Nonne omnium primo principium fit, & unius, & reliquorum cuiusq; ac post principium caetera usq; ad finem omnia? Quid ni? Fatemur ne haec reliqua omnia partes totius atque unius esse? & illud ipsum una cum fine unum totumq; factum fuisse? Fatemur. Finis tandem, ut arbitror, postremo fit, cum hoc simul unum secundum sui naturam completur. Quam ob rem si necesse est unum haud praeter naturam suam effici, cum sine simul coeactum, postremum omnium naturae suae iure perficitur. Apparet. Iunius itaq; alijs unum est, aliaq; uno antiquiora. Sic iterum mihi uidetur. Quid autem principium aut aliqua alia pars siue unius, siue cuiuslibet alterius, si modo pars non partes sit, nonne unum est? siquidem pars existit. Neceffarium istud est. Ex hoc sequitur unum simul cum primo effecto fieri, simulq; etiam cum secundo, ac etiam reliquorum quaecumq; fiunt, nulli unquam deesse, donec ad extremum usq; percurrens unum totum fiat, non a primo, non a medio, non ab ultimo, non ab alio prorsus ullo in generatione exclusum. Verum. Eandem ergo unum quam & caetera omnia aetate agit, quapropter si non praeter naturam suam natum est ipsum unum, neq; prius, neq; posterius quam caetera, sed simul potius factum est. Ideoq; secundum hanc rationem unum neq; senius neq; iunius alijs, neq; alia uno: secundum uero rationem superiorem unum & senius simul & iunius caeteris omnibus, atq; e converso reliqua cuncta uno. Omnino sic esset. Hoc ergo modo se habet, & tale est effectum. Verum quidnam sentis de eo quod dicitur fieri unum senius, atq; iunius alijs, aliaq; uno, ac etiam neq; iunius, neq; senius fieri? Vtrum eadem ratione se habet circa ipsum fieri, qua circa ipsum esse habere praediximus an aliter? Quid dicam ignoro. Ego autem tantum dicam, quod si quid est antiquius alio, antiquius quo ad illud deinde fieri, quam antea secundum aetatis interuallum fuisse, minime potest; neq; etiam quod iunius est, in posterum iunius fieri. Nam aequalia inaequalibus addita, seu temporis, siue cuiuslibet alteri, eodem interuallo distare quo & antea, illa semper efficiunt. Nihil prohibet. Non igitur id quod est, illo quod unum est, aut antiquius aut iunius fieri potest; quando quidem eadem semper distantia aetatis intercidit: sed & est, & fuit hoc quidem senius, illud autem iunius, fit uero minime. Est ut dicis. Ita id quod unum est, caeteris quaecumque sunt, nunquam uel iunius uel senius efficitur. Nunquam. Sed aspice posthac num alia quadam ratione & iuniora haec & seniora fiant. Quanam? Hac inquam. Vnum ne antiquius alijs, & alia uno esse constituit? Quid tum? Quando quidem unum senius est quam caetera, longius quam illa tempus existit. Quinimo.

Aduerte

Linea tri/
cubitalis

Cubitus
additus.

Linea bi/
cubitalis

Cubitus
additus.

Nam si tricubito ut longiori, & bicubito ut breuiori, parem cubitum addideris, feceris cum illo quadricubitum, cum hoc uero tricubitum, sed quadricubitum superat tricubitum minore particula quam tricubitum superat bicubitum. Nam tricubitum superat bicubitum dimidio ipsius bicubiti, & quadricubitum superat tricubitum tertia parte tricubiti, quae minor est particula quam dimidium, quod idem inuenitur in caeteris additis quibus longiores superant breuiiores. Eadem denominated ex longioribus idem faciunt: ut tria superat duo una tertia; & quatuor superant tria una quarta, quae minor est quam tertia.

Aduerte iterum, si quando longiori & breuiori tempori par tempus adiciamus, num aequa particula discrepabit longius a breuiori, an minore? Minore. Vnum igitur non tanto aetatis interuallo alia deinceps excedet, quanto prius excefferat, sed par tempus ac caetera sortitum, minus semper quam prius ab illis aetate distabit. An non? Profecto. Nonne quod minus excedit aliquid aetate quam prius, iunius fit quam prius, quo ad illa quibus erat antiquius? Iunius proculdubio. Si illud iunius, an non illa, si cum uno conferas, seniora quam prius erunt? Penitus. Quod ergo iunius ante fiebat, senius fit ad illud quod ante fiebat, eratque antiquius. est autem nunquam antiquius, uerum illo semper antiquius fit. illud porro iuuenescit, hoc contra senescit. quod rursus antiquius, iuniori iunius similiter efficitur. Nam cum ista in contrarium tendant, contraria inuicem fiunt. Iunius quidem seniori senius, senius contra iunius iuniori. Facta uero uis nequeunt. Nam si facta fuissent, non amplius fierent, sed iam essent. Nunc uero & iuniora, & seniora inuicem efficiuntur. Vnum quidem caeteris iunius fit, ex eo quod senius esse apparuit & prius effectum: caetera uero seniora quam unum fiunt ex eo quod posteriora facta fuerint. Et secundum eandem rationem caetera quoque similiter ad unum se habent: quippe cum antiquiora & priora illo facta fuisse apparuerint. Idem mihi quoque uideatur. An non qua ratione neutrum illorum altero uel iunius fit uel senius, secundum quod pari numero inuicem differunt, neque unum alijs antiquius aut iunius fieret, neque alia uno? Qua uero ratione altera semper parte differre necesse est priora posterioribus & posteriora prioribus, ex hoc necesse est seniora & iuniora inuicem fieri, tum caetera uno, tum caeteris unum? Et maxime quidem. Omnibus igitur his de causis unum ex seipso, & alijs senius ac iunius est & fit, rursusq; neque iunius neque senius seipso uel caeteris aut est, aut unquam efficitur. Prorsus. Postquam uero unum temporis est particeps, seniusq; & iunius fieri potest, nonne praeterea necesse est praeteriti, praesentis atq; futuri esse particeps, cum participet tempore? Neccessario sequitur. Erat igitur unum & est & erit: fiebatq; & fit & fiet. Quid ni? Esset quoque illi aliquid & illius, eratq; & est & erit. Maxime. Ideoq; scientia de illo esset, opinioq; ac sensus, quippe cum & nos in praesentia hac de illo uniuersa tractemus. Recte ais. Nomen item ac sermo ipsi adest, nominaturque & dicitur. Et quodcumque huiusmodi circa alia reperiuntur, circa unum quoque existunt. Omnino quidem sic res habet.



ERVM tertio iam iterum differamus. num Vnum sit quodmodum supra diximus: nunquid igitur necesse est ipsum cum sit unum & multa, atq; iterum neque unum neq; multa, & participans tempore, quia unum est, essentia participare aliquando; quia uero non est, non participare aliquando? Neccessarium hoc est. Num possibile est cum participat, tunc minime participare: uel cum non participat, participare? Impossibile. In alio itaq; tempore particeps, in alio uero est expers. hoc enim modo duntaxat fieri potest, ut particeps atq; expers eiusdem sit. Probe. Nunquid est id tempus quando accipit esse, & quando esse amittit? aut quo pacto esse potest, ut aliquando idem habeat, aliquando uero non habeat, nisi alia id capiat, alia aut amittat? Non aliter. Accipere essentiam, nonne fieri appellas? Equidem. Essentia uero priuari, nonne destrui? Et maxime. Vnum igitur, ut uidetur, assumens atq; deponens essentiam, fit & interit. Neccessarium. Cumq; unum & multa sit, siue cum sit sitie cum interit, nonne quando sit unum desinit

tertia suppo-
silio. hoc est si
unum conside-
ratur sub esse

g 2 esse mul-

esse multa, quando uero multa, definit esse unum: Valde. Et cum fiat unum & multa, an non disgregari & congregari oportet? Oportet. Quinetiam quoties dissimile simileque efficitur, nonne assimulari, & ut ita dicam dissimulari oportet? Imo. Et quando maius & minus atque æquale, crescere, decretere, atque æquari? Sic est. At quoties ex motu in quietem, uel ex quiete in motum transit, oportet hoc non uno in tempore esse. Quam ratio nec? Cum scilicet prius staret, moueri postea: cumque antea moueretur, deinde consistere. Etenim absque transmutatione hæc pati nequit. Nequit. Tempus uero nullum est, in quo quippiam sic habere se possit, ut simul neque stet, neque etiam moueatur. Nullum. Verum tamen neque transit absque transmutatione. Haud consentaneum esset. Quando ergo transit? neque enim dum stat, neque dum mouetur transit, neque dum in tempore est. Non certe.

Inuenitur momentum et intransiens
Momentum motus et quietis

An est hoc mirabile quiddam, in quo tunc est cum transit? Quidnam? Momentum indiuiduum inquam. Hoc enim momentum certum quiddam significat, ex quo in utrunque transitur. Neque enim ex statu, dum stat, neque ex motu, dum mouetur, adhuc transit. Verum momentanea ipsa natura atque miranda, media motui quietique interponitur, ac nullo prorsus in tempore est, nec non in hanc atque ex hac, quod motum est, transit in statum: & quod quieuit, in motum. Apparet. Vnum itaque, si quidem stat atque mouetur, in utraque proculdubio transit. Solo enim hoc modo utraque facit. Transiens autem, momento indiuiduo transit. Cumque migrat, nullo in tempore est, neque stat tunc neque mouetur. Minime. Nunquid eodem modo ad cæteras mutationes sese habet? quando ex ipso esse in interitum migrat, uel ex non esse in ipsum fieri, medium tunc sit quorundam motuum ac statuum, nec est tunc neque non est, neque sit etiam neque interit? Videtur. Eadem quoque ratione ex uno migrans in multa, & e multis in unum, nec unum est neque multa, nec congregatur neque disgregatur: & ex simili in dissimile, rursumque ex dissimili in simile migrans, nec simile neque dissimile, neque assimulatum, neque ut ita dicam, dissimulatum, & ex paruo in magnum, & in ipsum æquale, & contraria transiens, non paruum, non magnum, non crescens, non decrecens, non adæquans. Non uidetur. Hæc igitur uniuersa unum si est, patitur. Quid nunc?

Quarta superpositio



Nunc non considerandum præterea alia quid patiantur, si unum est: Considerandum. Dicamus igitur unum si est, alia ab uno quid nam pati oportet? Dicamus. Nonne quia alia sunt quam unum, non unum sunt: alioquin alia quam unum non essent. Probe. Non tamen penitus uno priuata sunt, sed quodammodo uno participant. Qua ratione? Quoniam alia ab uno, ex eo quod partibus constant, alia sunt quam unum: nisi enim partes haberent, unum penitus essent. Recte. Partes autem, eius quod totum est partes esse asseruimus. Asseruimus planè. Atqui totum ipsum unum ex multis esse oportet, cuius partes sunt quæ partes appellatur, quælibet enim partium non multorum pars, sed totius existit. At quomodo istud? Si quid multorum pars esset, quibus ipsum inesset, & suis ipsius quodammodo esset pars, quod est impossibile, & aliorum cuiuscumque: si quidem omnium. Vnius enim non existens pars, uno excepto aliorum omnium erit: atque ita uniuscuiuscumque pars non erit. Non existens uero pars cuiuscumque, nullius ex multis erit. Et, si nullius est, esse quicquam istorum omnium, quorum nullius uel pars uel aliud quicquam est, impossibile erit. Apparet quidem. Non ergo multorum nec omnium pars est quæcunque sit pars, sed unius cuiusdam ideæ, & unius cuiusdam quod totum uocamus, factum ex cunctis unum atque perfectum. Huius inquam pars est, quæcunque sit pars. Omnino quidem. Si ergo alia partes habent, toto atque uno participant. Maxime. Vnde unum totum perfectum partes continens, alia ipsa ab uno esse necesse est. Necesse. Quinetiam de una quaque parte eadem ratio est. Etenim huius unius participem esse oportet. Nam si singulæ illarum pars est, hoc ipsum quod dicitur singulæ, unum quodammodo significat. distinctum enim quiddam ab alijs & secundum se ipsum existens significat, si modo singulæ sunt. Recte. Erit autem unius particeps, si aliud quiddam quam unum fuerit: alioquin haudquaquam participaret, sed ipsum unum erat. At uero unum esse aliquid, præter ipsum unum nil potest. Nihil. Participare autem uno necesse est & totum simul & partem. Ipsum namque unum totum erit, cuius partes sunt partes singulæ: singulæ uero partium, pars totius, quæcunque pars totius existat. Sic est. Nonne igitur cum alia sint quæ unum, uno participant omnia quæ participant? Quid nunc? Alia uero quam unum multa quodammodo sunt,

Nam

Nam si alia præter unum, nec unum tamen nec plura uno essent, penitus nihil essent. Nihil sane. Postquam autem plura uno sunt, quæ unius partis, & unius totius participia sunt, nonne necesse est multitudinem infinitam esse ipsa participantia uno? Quoniam pacto? Hoc planè. Aliud quiddam quam unum ista sunt, neque etiam uno participant tunc cum primum uno participant. Certe. Nonne multitudines sunt, in quibus non inest unum? Multitudines certe. Quod si uelimus intelligentia ipsa ex his aliquid quam minimum excerpere, an non necesse erit illud extractum, utpote quod unius est experis, multitudinem esse non unum? Necesse. Nonne tibi sic semper consideranti ipsam secundum seipsam alteram speciei naturam, quantumcumque illius inspexeris, infinitum multitudinem semper occurret? Et maxime quidem. Veruntamen postquam una quælibet pars effecta est, terminum iam partes inuicem, & ad totum habent: nec non ad partes totum. Valde quidem. Itaque alijs quæ uni contingit, ex ipso uno, & ex seipsis iam in uno communicantibus, alterum quiddam in ipsis fieri: quod quidem terminum inuicem præbuit, natura autem illorum secundum seipsam infinitatem. Manifestum est. In hunc itaque modum alia quam unum tum tota, tum etiam secundum particulas, & infinita sunt, & termino quodam participant. Prorsus. An non igitur similia dissimiliaque inuicem & sibipsis? Quam ob rem? Quia quidem infinita sunt secundum ipsorum met naturam, omnia idem quodammodo ex hoc inuicem patiuntur. Patiuntur. Item quæ cuncta participant termino, ex hoc quoque idem omnia patiuntur. Quid nunc? Qua tamen illis conuenit ut finita sint simul & infinita, quæ sunt contraria passionem, quam maxime fieri potest, dissimilia sunt. Nimirum. Ergo secundum alteram rationem ipsa sibimet & inuicem similia erunt, secundum utramque uero utriusque quæ maxime contraria atque dissimilia. Constat. Sic igitur alia eadem sibipsis & inuicem, similiaque & dissimilia erunt. Erunt. Ac rursum eadem & altera, agitataque & stantia, cæterasque contrarias rationes suscipientia, cætera quæ accidunt his, quæ alia sunt quam unum, facile reperiemus, postquam hæc iam nobis constant. Recte dicis.



VID igitur non hæc tanquam perspicua prætermitemus, dispiciemusque rursum, si quidem unum est, cætera quæ unum non sunt, num non isto pacto habent, an isto solum? Prorsus. Principio igitur uideamus, unum si est, cæteris quid euenire necesse sit? Videamus. An non seorsum quidem unum ab alijs, seorsum alia erunt ab uno? Curnam? Quia nihil est præter ista, quod aliud quidem sit quam unum, aliudque quam alia. uniuersa quippe comprehensa sunt, cum unum & alia dictum est. Vniuersa. Quare nihil præter hæc restat in quo uelut eadem in sede & unum & alia confideant. Nihil prorsus. Nunquam igitur in idem unum aliaque concurrunt. Nunquam. Seorsum ergo. Seorsum. Dictum præterea fuit ipsum reuera unum partes nullas habere. Quomodo enim habere posset? Neque totum igitur unum alijs inerit, neque eius particula, si quidem seorsum est ab alijs, nullisque particulis constituitur. Ita est. Nullo itaque modo alia uno participabunt, cum neque totum ipsum, neque partem eius capiant. Nullo ut uidetur. Atque idcirco alia nullo pacto unum sunt, neque in seipsis unum aliquod habent. Minime. Vnde nec multa sunt alia. Etenim si multa essent unum quodque illorum, utpote pars totius, unum esset. Nunc autem non unum, non multa, non totum, non partes, alia sunt, postquam nihil unius participant. Probe. Quapropter nec duo, nec tria sunt, nec unum illis inest. si quidem uno prorsus orbantur. Sic est. Itaque nec similia, neque dissimilia, nec eadem sunt alia uni, neque illis similitudo ac dissimilitudo inest. Si enim similia atque dissimilia ipsa essent, ex eo quod in seipsis similitudinem dissimilitudinemque haberent, duas utique contrarias inuicem species tam ipsa alia quam unum in seipsis comprehenderent. Apparet. Ac fieri non potest, ut quæ nullo participant, participant duobus. Non certe. Neque ergo similia, neque etiam dissimilia sunt, duo quæcunque ab uno alia. etenim si similia uel dissimilia sint, una quadam altera specie participant: & si ambo, duabus quibusdam contrarijs speciebus. hæc autem impossibilia esse patuit. Vera dicis. Non igitur eadem, non altera, non agitata, non quæta, non orientia, non pereuntia, non maiora, non minora, non æqua, non dentique aliud quicquam huius generis quicquam accidet. Nam si quid tale susceperint, unoquoque & duobus, & tribus, pariisque & impari participant, quod esse impossibile uidimus, cum uno per omnia sint destituta. Verissima hæc sunt. His ergo de causis, unum si est, omnia est unum, & nihil

Quinta superpositio

hil est, & ad seipsum, atque ad alia eodem modo. Omnino sic se res habet.

AT uero si unum non sit, quid contingat, nonne post haec considerandum est Considerandum. Quoniam haec suppositio est, si unum non est: Num aliquo differt ab ista, Si non unum non est? Differt sane. Num solummodo differt uel etiam omnino contraria est haec, si non unum non est, illius, si unum non est? Contraria omnino. Quid autem: si quis ipse dixerit, si magnitudo non est, uel paruitas non est, uel aliud quicquam huiusmodi, nonne in singulis innuit quod aliud quiddam dicitur ipsum non ens? Omnino. Nonne igitur nunc declarat quod alterum quiddam praeter alia ipsum non ens dicit, quando dicit, unum si non est, intelligimus quia quid dicitur? Intelligimus. Primum igitur aliquid quod cognosci potest, exprimit deinde alterum quam alia, cum aut unum, siue esse illi adiciens, siue non esse, nihilominus cognoscitur quid non esse dicitur, quodque differens quiddam est ab alijs, an non? Necessse. In hunc itaque modum a principio dicendum, unum si non est, quid esse oportet. In primis itaque ipsi hoc oportet accedere, ut uideatur, esse uidelicet quandam eius scientiam, aut nihil intelligere nos quid dicamus, quando unum si non est, proferimus. Vera loqueris. An non & alia altera esse quam illud, uel neque illud alterum quam alia predicari? Maxime. Ergo diuersitas quoque praeter scientiam illi adest, neque enim aliorum diuersitatem dicit, quando unum alterum quam alia uocat, sed sui ipsius diuersitatem. Apparet. Quinetiam ipsius illius, & alicuius, & huius, & huic, & horum, atque omnium huiusmodi particeps ipsum non ens dicitur. Neque enim unum diceretur, neque ab uno alia, nec illi quicquam esset, nec illius quicquam, neque aliquid appellaretur, nisi particeps cuiusdam aut quorundam huiusmodi sit. Recte. Esse tamen unum nisi existat, impossibile est: participare uero multis, nihil prohibet. Sed & necessse est, si quidem ipsum unum illud duntaxat, nec aliud non est, quod si nec unum ipsum, nec illud, non erit, sed de alio quodam sermo habetur, nihil pronunciarum oportet. Si autem unum illud duntaxat, non aliud praesupponitur non esse, & ipsius illius, & aliorum multorum particeps esse dicendum est. Et maxime quidem. Quam ob rem dissimilitudo illi est ad alia, nam cum alia altera sint quam unum, extranea esse oportet. Oportet. Extranea uero nonne aliena? Quid nunc? Aliena autem nonne dissimilia sunt? Dissimilia plane. Atqui si uni dissimilia sunt, dissimili dissimilia erunt. Plane. Aderit itaque & uni dissimilitudo, secundum quam alia ipsi dissimilia sunt. Videtur. Et si illi dissimilitudo ad alia competat, nonne ad se ipsum similitudo conuenit? Quoniam nam modum? Si uni insit dissimilitudo ad unum, haud sane de huiusmodi quodam ut de uno sermo haberetur, neque suppositio de uno, sed de alio quopiam fieret. Prorsus. At istuc non decet. Non certe. Ob hanc causam oportet uni similitudinem ad seipsum adesse. Oportet. Item nec aequale alijs est. Etenim si aequale esset, iam profecto etiam simile illis secundum aequalitatem existeret. Vtraque uero haec impossibilia, cum unum minime sit. Impossibilia. Postquam uero caeteris aequale non est, nonne & alia necessse est illi aequalia nequaquam esse? Necessse. Quae autem non aequalia inaequalia sunt. Inaequalia. Inaequalia uero inaequalia cuiquam inaequalia sunt? Certe. Vnde & inaequalitatis particeps unum apparet, secundum quam caetera ipsi inaequalia sunt. Particeps profecto. Caeterum ad inaequalitatem magnitudo ac paruitas attinet. Attinet. Et magnitudo ergo & paruitas tali uni conuenit. Videtur. Magnitudo rursus & paruitas semper inuicem distant. Distant. Ideoque medium quiddam semper interuenit. Sane. Num reperis medium aliud inter haec praeter aequalitatem? Nullum aliud. Cuiusque igitur magnitudo & paruitas accidit, accidit quoque aequalitas horum obtinens medium. Constat. Vni igitur dum non est, aequalitas, magnitudo & paruitas accedere uidentur. Videntur. Praeter ea & essentia participare quodammodo ipsum oportet. At quomodo? Habere seipsum oportet eo modo quo diximus. nisi enim sic sese haberet, haudquaquam uera diceremus, dum unum non esse fatemur. Si autem uera, manifestum est quod ea quae sunt, proferimus, nonne? Sic est. Cum uero nos uera predicare dixerimus, necessse est ut ea quae sunt, asserere nos profiteamur. Necessse. Est ergo unum ut uideatur non ens, si enim non sit non ens, sed aliquid ipsius esse remittat ad hoc ut non sit, statim erit ens. Omnino quidem. Oportet igitur ut non ens, esse non ens, uelut uinculum ipsius non esse habeat, si debet non esse: quemadmodum contra ens ipsius essendi uinculum habet ipsum non esse non ens, ut perfecte rursus esse liceat. Ita enim ipsum ens maxime erit, & ipsum non ens maxime non erit, si ipsum ens quidem participet essentia essendi ens, non autem essentia

Si res sit, oratio ex uera est, si oratio ex re facta uera sit, et res uera

essentia essendi non ens, si omnino esse debeat: ipsum uero non ens non participet essentia non essendi non ens, sed essentia non essendi ens, siquidem non ens penitus uideri debeat. Verissima haec sunt. Nonne igitur postquam ens non essendi particeps est, & non ens ipsius essendi particeps, unum quoque cum non sit, ipso esse participare necessse est ad hoc ut uere non sit? Necessse. Essentia igitur adesse uidetur uni si non sit. Videtur. Atqui non essentia rursus, si quidem minime sit. Quid nunc? Num potest aliquid, quod certo quodam modo affectum, sic habere se dicitur, non sic se habere, cum nondum ex huiusmodi habitu transmutatum sit? Non potest. Quodcumque igitur sic se, & non sic se habet, mutationem quamdam patitur. Patitur. Mutationem uero motum ne, an aliud quiddam esse dicemus? Motum. Vnum autem nonne & ens & non ens apparuit? Apparuit. Ergo & sic, & non sic se habens. Videtur. Vnum ergo non ens moueri uidetur, siquidem mutationem ex ipso esse in non esse recipit. Patet. Enim uero si nusquam in natura rerum adest, cum non sit, non utique aliunde aliud migrare potest. Quo pacto enim posset? Non ergo mouetur ex eo quod transeat. Minime. Neque tamen in eodem ueretur. Etenim ipsum idem nusquam attingit. ens namque ens ipsum idem. non ens autem in aliquo eorum quae sunt, esse impossibile est. Impossibile certe. Non ergo unum cum non sit, in eo uersari in quo minime est, unquam posset. Nunquam. Neque etiam alteratur unum ab seipso, neque ens, neque non ens, haud enim sermo de uno ulterius haberetur, siquidem a seipso alteratum fuisset, uerum de alio quodam praeter unum. Probe. Si neque alteratur, neque in eodem reuoluitur, neque progreditur, quoniam pacto mouebitur? Nullo. Quod uero moueri nequit, quietem agere necessse est, & quod quiescit consistere. Necessse. Igitur unum si non est, statim atque mouetur. Videtur. Quin etiam si mouetur, necessse est proculdubio alterari. quatenus enim quid mouetur, eatenus non eodem modo quo prius, sed alio sese habet. Plane. Ergo unum dum mouetur etiam alteratur. Profecto. Veruntamen nullo modo motum, nullo modo alteratur. Nullo penitus. Quam ob rem unum quod non est, quia quidem mouetur absque dubio alteratur, quia uero non mouetur, minime alteratur. Minime. Ideoque unum si non sit, alteratur: atque etiam minime alteratur. Constat. At quod alteratur, an non alterum quam antea fieri, pristinumque habitum exuere oportet? quod uero non alteratur, neque fieri, neque etiam interire? Necessario sequitur. Vnde unum quod non est, quia alteratur, efficitur ac perit: quia uero non alteratur, nec fit nec interit. Atque ita & fit pariter atque interit: rursusque neque fit neque interit. Sic est.



RURSUS iam ad principium redeamus, liquido inspecturi utrum haec deinceps quemadmodum haec tenus, an aliter esse uideantur. Opereprecium hoc est. Nonne iam differuimus quid circa unum accidat, si ipsum minime sit? Differuimus. At quoties non ens proferimus, nihil aliud nobis significat quam essentiae absentiam ab illo quod quidem non esse pronunciamus. Nil aliud. Vtrum quando dicimus non esse aliquid, aliquo modo ipsum non esse intelligimus alio quo modo esse? An potius hoc ipsum, non est, quoties pronunciat, simpliciter significat quod nullo prorsus modo usquam est: & cum non sit, nulla ex parte est essentiae capax? Absolute id significat. Neque ergo esse ipsum non ens poterit, neque alio quoquam modo essentiam attingere. Minime. Fieri autem & interire num aliud est, quam illud quidem essentiam accipere, hoc autem amittere? Nil aliud. Ergo cui nulla huius pars conuenire potest, nunquam aut accipit ipsam, aut amittit. Nunquam. Vni ergo postquam nullo modo est, neque nasci, neque abijcere, neque alio pacto essentiam capere conuenit. Decem est. Non itaque interit ipsum unum cum non sit, neque fit, utpote quod nulla ex parte est essentiae capax. Non uidetur. Neque rursus aliquo pacto alteratur. Iam enim & fieret, & periret, si hoc pati posset. Verum. Si minime alteratur, an non etiam necessse est nequaquam moueri? Necessse. Neque tamen stare alicubi quod nullo modo est asseremus: quod enim stat, in aliquo eodem semper esse oportet. Quid nunc? Sic plane ipsum non ens, nunquam aut stare aut moueri fatebimur. Nunquam. Praeterea nihil ex istis quae sunt, illi adest. Iam enim essentia participaret, utpote quod alicuius existentis esset particeps. Manifestum est. Non magnitudo igitur illi, non paruitas, non aequalitas accidit. Non profecto. Sed nihilo magis similitudo aut diuersitas illi uel ad alia, uel ad seipsum aderit. Nequaquam uidetur. Num & alia ullo modo illi esse poterunt, cum nihil prorsus ipsi esse queat? Haud licet. Quapropter alia non similia illi, non dissimilia, non eadem, non altera sunt. Non sane. An uero

Septima suppositio. Non ens

Non ens simpliciter esse non potest: neque essentiam attingere

ipsum quod illius, uel ipsum quod illi, uel quid, uel hoc, uel huius, uel alterius, uel alteri, aut quondam, aut deinceps, aut nunc, seu scientia, siue opinio, siue sensus, an sermo, an nomen, an aliud quod uis ex ijs que sunt, circa ipsum quod minime est, existit: Minime. His igitur rationibus unum si non est, nullo prorsus modo aut usquam sese habet. Non sane uideretur ullo modo aut usquam sese habere.

Suppositio
obscura



ST ne iterum disputandum unum si non est, quid alijs præter unum euenire oporteat. Disputandum. Primum igitur ista alia, aliquid esse oportet. nisi enim alia sint, haud sane de ipsis alijs differeretur. Sic est. Et si de alijs sermo sit, alia profecto altera sunt. an non idem tu aliud & alterum uocas? Equidem. Alterum nonne ab altero alterum, & aliud ab alio aliud esse dicimus? Vtiq;. Ergo ipsis alijs si modo alia futura sunt, aderit aliquid à quo alia erunt. Necessè. Quidnam id potissimum erit? Ab uno quidem alia non erunt, cum illud minime sit. Non certe. Inuicem itaq; alia sunt. id enim solum restat. alioquin à nullo alia futura sunt. Rectè. Idcirco secundum multitudines singula inuicem alia sunt. Etenim secundum unum nequeunt, non existere uno. Verum quilibet ut uideretur acruus illorum, multitudine infinitus existit. Et si quod minimum apparet, quispiam sum pserit, uelut in somno, repente pro eo quod unum uisum fuerat, multitudo occurrit: & pro eo quod minimum apparuerat, quam maximum iam si ad illa dissecta conferas, apparet. Rectissime. Talibus, inquam, acruus diuersa inuicem alia præter unum erunt, si non existente uno, alia sunt. Quam maxime. An non plures acruus erunt, quorum quilibet unus prima fronte uidebitur, nullus tamen unus erit, cum ipsum unum minime sit? Certe. Numerus item illorū aliquis esse uidebitur: siquidem & unum quodlibet, cum tamē multa sint. Valde quidem. Paria præterea & imparia falso uidebuntur, uno prorsus absente: Falso. Quod insuper exiguū in illis primo uidebitur, ut dicuntur est, uelut quàm maxima & quàm plurima quo ad singula parua, quæ etiā multa sunt, se nobis ostentat. Quid prohibet? Quinetiam acruus quisq; equalis multis paruisq; acruis esse uidebitur. Nam haud liquido ex maiori in minus transisse uideretur, nisi prius in medium peruenisse uisus esset. hoc autem phantasma quoddam æqualitatis erit. Verissimile est. Nonne ad alium a ceruum terminum habens, ipsum ad seipsum neq; principium neq; medium, neq; finē habet? Qua de causa? Quia semper cum quis horum aliquid intelligentia contuetur, ante principium semper aliud occurrit principii: & post finem, alter semper finis subsequitur: nec nō in medio, alia semper interiorā quàm medium, semperq; minora, ob id quia nequit unū aliquid in his accipi, est unū minime sit. Verissima loqueris. Discerpi deniq; necessario arbitror ut dispersum, quodcunq; intelligentia quis assumpserit, semper enim acruus unius expers accipitur. Proculdubio. Nōne hoc tale eminus & obtuse prospicienti unum apparerit? Necessè. Cōminus autē & acute intelligenti unum quodc; multitudine infinitum: siquidem ab uno non existente deseritur. Præ cæteris necessarium hoc est. In hunc itaq; modū infinita, & finem habētia, & unum, & multa, quælibet alia apparere oportet, si non unum, sed alia præter unum sunt. Oportet utiq;. An non similia quoq;, & dissimilia uidebuntur? At quomodo? Nam cū uelut adumbrata eminus prospicienti unū appareant omnia, in eodem aliquo cōmunicare, similitaq; esse uidebuntur. Prorsus. At uero propius accedēt, multa & altera, atq; ipso diuersitatis phantasmate altera sibi ipsis & dissimilia. Sic accidit. Similes itē atq; dissimiles ipsos acruos, tum sibi met, tum inuicem apparere necessè est. Et maxime quidem. Nonne etiam eosdem & alteros inuicem, & contiguos sibi, & seorsum à seipsis, omnibusq; motibus agitato, & undiq; que permanentes, orientes & occidentes, ac neutra omniaq; huiusmodi, quæ quidem percurrere facile nobis esset, si uno non existente multa fuerint? Verissima narras.

Non suppositio



RE DE VNTES iam iterum ad principii, declaremus, unum si nō est, quidnam alijs præter unū euenturū sit. Declaremus. Principio igitur unū alia nō erunt. Quomodo enim? Neq; tamē multa. In ijs enim que multa sunt, inest & unum. Etenim si nullū illorū est unū, cuncta nihil sunt, quapropter neq; multa. Vera loqueris. Cum itaq; unū haud insit alijs, nec multa nec unū sunt. Nō plane. Neq; etiā apparent unū aut multa. Cur nam? Quoniam alia cum ijs quæ non sunt, nullū prorsus cōmercium habent, neque quicquam ex ijs quæ minime sunt, ad aliquid aliorum attinet: nam nulla pars ijs quæ non sunt, adest. Verum, Neque igitur opinio de eo quod minime est, nec

nec phantasma cæteris inest, neque ullo modo id quod non est, ab alijs opinione concipitur. Non certe. Qua propter si unum non est, nihil aliorum opinione concipitur aut unum aut multa esse. Nam absq; uno multa opinari penitus impossibile. Impossibile nimirum. Ergo si unum non est, alia neque sunt, neque opinione etiā cogitantur unum aut multa esse. Non uidentur. Vnde neque similia, neque etiā dissimilia. Non. Neq; etiā eadem, aut altera, neque contigua, neque se iuncta, neque reliqua quocunq; in superioribus tanquam quæ ad ipsa alia spectare uiderentur, enarrauimus, neque sunt alia, nec esse alia uidentur, unum si non est. Vera. Nonne ut summatim loquar, si dixerimus, unum si non est, nihil est, rectè dicemus? Et maxime quidem. Hoc itaq; dictum à nobis sit, atq; illud præterea, quod ut uideretur, unum siue sit, siue non sit, tum ipsum, tum etiā alia ad sese, atq; inuicem omnia omnino sunt atq; non sunt, apparentq; insuper, & non apparent. Verissima quidem hæc sunt.

ARGUMENTVM MARSILII FICINI FLORENTINI IN PHILEBVM PLATONIS LIBRUM, UEL DE SUMMO BONO.



HIVS libri propositum est, de summo anime bono differere, quod quidem summum bonū cum Summum bonū conditione quadam dicitur, cum ipsum rerum omnium principium summum bonum absolute dicitur. De hoc igitur quod cum conditione bonum, hoc in libro: de eo quod absolutum, in Parmenide disputatur. Ab absoluto autem hoc manat, quemadmodum lumen quoddam ab ipso luminis totius fonte dependet. Quam ob rem in Phædone & Theæteto dictum est à Platone summum anime bonum dei similitudinem esse, Nihil uero solis sit simile, nisi quadam luminis ipsius in fusione. Vnde & anime bonum erit integra diuini luminis consecutio. Id lumen in mentem primo, in uoluntate deinde descendit. In mente ueritas, in uoluntate gaudium: in mente ambrosia, in uoluntate nectas, à Platone hic & in Phædone cognominantur. Itaq; summum hominis bonum in sapientia uoluptatisq; mixtione locauit. Sed ante in sola uel sapientia uel uoluptatis ratione beatitudinem consistere posse negauit, ex eo quod triplex boni summi conditio in neutro reperitur. Ea est, ut summopere perfectum sit, & sufficiens, et expetendum. Perfectū, quia nihil sibi deest. Sufficiens, quia nihil deest illi, quod ipsum capit. Expetendum, quia in illo & ex illo est, quicquid appeti potest. Vnde quia perfectū, sufficiens: quia sufficiens, expetendū. Sanè quia sibi sat est, alteri sufficit: quia sufficit alteri, de sideratur ab altero. Hæc neq; soli sapientia, neq; uoluptati, sed mixto cuidā ex utraq; competere demonstrantur. Tres conditio ubi de uoluptatis & sapientia genere, origine, atq; natura permulta dicitur, de infinito & termino, de compositione & compositionis principio. Ac demum concluditur summum in natura bonum, & absolutum & esse mensuram uniuersorum, hoc est totius nature principium. Summum uero bonum mentis & anime esse illius primi possessio summum in nem, quæ mixtioni ex sapientia & uoluptate per ueritatem, commensurationem, & pulchritudinem conuenit. natura boni pulchritudo: in tertio mens sapientiaq; in quarto scientia, ars, et opinio: in quinto temperata uoluptas. Beatusq; uisus, esse mentis uoluptatis, qui & sapientiam diuinorum adeptus est, & humanorum peritiam scientia quadam & arte & opibus suram uniuersorum. scientiaq; & gaudium impedimentum inde nullum accipiunt. Inroductio ad dialogum eiusmodi est. Cum multa de summo bono ultro citroq; Socrates Philebusq; contulissent, atq; esset Philebus iam disputando desessus, gradus Protarcho nuper aduentanti gratulatus est, annuicq; ut prouinciam in disputando suam susciperet. Protarchus utpote adolescens subito est assensus. Ad quem conuersus Socrates. Considera, inquit, quam tutelam suscipias, neque temere ad disputationem properes. Imò audi utriusq; sententiam prius, & eam quæ tibi recta ratione ex amnanti probabilior apparet, accipe defendendam. Sed iam ad dialogum ueniamus.

PHILEBVS PLATONIS VEL DE SUMMO BONO. SOCRATES, PROTARCHVS, PHILEBVS.



IDE ō Protarche quem nunc à Philebo sermonem accepturus sis, & cōtra quem potius sicubi parum tibi arideat, pugnaturus. Vis ne utranq; sententiam in summā redigamus? PRO. Volo equidem. S O C. Philebus quidem inquit animantibus omnibus bonum esse laticiam, uoluptatem, delectationem, cæteraq; huius generis omnia. Nostra autem aduersus illum disceptatio est, ut non ista quidem, sed sapere, intelligere, meminisse, & quæ hisce cognata, opinio recta, ueriq; rationis discursus, meliora & potiora sint q̄ uoluptas omnibus quæcūq; horum

rum capacia sunt, eorumque adeptio maxime omnium utilis sit & presentibus & futuris. An non hæc utriusque sententia Philebe fuit? P H I. Et maxime quidem. S O C. An suscipis ô Protarche eam quæ tibi nunc oblata est disputationem? P R O. Necessè est me illam suscipere, quando quidem Philebus pulcher ille defessus est. S O C. Oportet equidem quid in his uerum sit, omni studio definire. P R O. Oportet sane. S O C. Age dicitur præter hæc id insuper affecteremus. P R O. Quidnam? S O C. Quod uterque nostrum habitum quendam & affectionem animi, quæ cunctis hominibus uitam exhibere beatam possit, demonstrare conetur. Nonne? P R O. Certe. S O C. Et uos quidem habitum affectionemque lætandi, nos autem sapiendi. P R O. Sic est. S O C. Si quis uero habitus præstantior utroque horum uideatur, idemque uoluptati cognatior sit, ac stabilimentum uitæ præstet, nonne utriusque superabimur nos. uoluptas autem sapientiam superabit. P R O. Profecto. S O C. Sin autem sapientiæ sit is propinquior, uincet utique sapientia uoluptatem, uoluptas contra succumbet. Num ista conceditis? P R O. Mihi quidem concedenda uidentur. S O C. Philebo autem quidnam uidetur? P H I. Mihi sane uoluptas præstare uidetur, semperque uidebitur. Ipse autem uideris ô Protarche. P R O. Cum iam nobis Philebe concesseris disputationis officium, haud amplius apud te assentiendi Socrati, uel dissentiendi potestas erit. P H I. Vera dicis. Ego uero purgatum me tiolo, testemque Deam aduoco. P R O. Et nos quoque testes erimus te ista quæ dicis dixisse. Verum nos deinceps ô Socrates uel uolente Philebo uel quomodocumque uis, absoluere conemur rem. S O C. Conemur ab ipsa Dea exordientes, quam hic Venerem nuncupari quidem, sed uerissimum ei nomen esse uoluptatis inquit. P R O. Recte sane. S O C. Reuerentia uero mihi semper erga deorum nomina est, non humana quædam, sed maximum quemque timorem exuperans. Et nunc quidem Venerem quemadmodum ipsi gratum est, sic appello: uoluptatem uero rem esse uariam scio: Sed ab ea, ut dixi, principium facientes, quam habeat naturam inuestigare debemus. Rem unam quidem audimus: formas tamen uarias admodum, & inuicem quodammodo dissimiles habet. Vide enim, delectari dicimus intemperantem hominem, Sed & temperantiam temperantem: delectari insipientem insipientibus opinionibus ac uana spe undique plenum. Sed & sapientiam sapientem: quas quidem uoluptates si quis dissimiles esse neget, insipiens esse merito uideatur. P R O. Hæc quidem ô Socrates ex contrarijs rebus proueniunt, non sunt tamen ipsæ contrariæ. Qui enim uoluptatis uoluptati rerum omnium maxime similis non sit, cum sit eadem ipsa sibi? S O C. Enim uero ô beate neque color à colore ex eo quod color unusquisque est, differt, at uero nigrum albo præterquam quod differt, etiam contrarium esse nouimus omnes. Quinetiam figura figuræ eadem genere ipso in uniuersum est: partes autem generis eius ut in immensum inter se differunt, aut contrariæ sunt etiam, cæteraque huiusmodi multa reperiemus. Quam ob rem noli huic rationi, quæ maxime contraria omnia unum efficit, credere. Vereor enim ne forte uoluptates quasdam inter se contrarias reperiamus. P R O. Forte. sed quid hoc rationem nostram lædet? S O C. Id certe lædet, quod tu hæc dissimilia cum sint, alio (sic dicamus) nomine uocas: ais enim suauius omnia bona esse: suauius uero, quin suauius sint, nulla prohibet ratio. Cum autem ex his multa mala sint, multa etiam ut nos quidem dicimus bona, tu tamen omnia bona uocas, etiam dissimilia inuicè cõfessurus, si quis coegerit. Quid ergo in cunctis uoluptatibus tam malis quam bonis idem ne quiddam communitè inuenitur, cuius gratia bonas omnes uocas? P R O. Quid ais ô Socrates? An putas quempiam, cum posuerit uoluptatem bonum esse, inde tibi cõcessurum quoddam bonas, quasdam malas esse? S O C. Veruntamen dissimiles esse multas, plerasque etiã inter se contrarias cõfiteberis. P R O. Haud sane in quantum uoluptates sunt. S O C. Rursus in idem relabimur ô Protarche, dicemusque uoluptatem uoluptate nihil differre, sed omnes consimiles esse: & exempla in medium paulo ante inducta nihil mouebunt, ac instar eorum qui in epti & rudes disputationum sunt contendemus. P R O. Qui ista dicis? S O C. Quia si ipse te imitans ego, repellensque dicere non uerear, quod dissimilimum omnium dissimilimum sit, eadè quæ & tu afferre poterò. Itaque rudiores quam par sit, apparebimus. Et oratio nobis exciderit, peractaque iam sit, rursus igitur eã exordiamur: fortasse enim altius progressi in eandem sententiam concedemus. P R O. Dic quomodò? S O C. Pone me uicissim interrogatum abs te ô Protarche, P R O. Quid nam? S O C. Sapientia, scientia, mens, & quæ

Venus uoluptas

Plures modi delectandi

& quæcumque ego à principio rogatus quid ipsum bonum sit, bona uocabam, nonne idem quod & sermo tuus, patientur? P R O. Qua ratione? S O C. Cunctæ namque scientiæ multæ uidebuntur, earumque nonnullæ dissimiles inuicem. quod si quæ etiam contrariæ sint, nunquid præsentis disputatione dignus fuero, si hoc ipsum ueritus, nullam scientiã scientiæ dissimilem dixerim? Sic tandem sermo noster tanquam fabula euanesceret, nos autem ruditate quãdam detineremur. At sic fieri minime decet, quin potius salutis ratio habenda est. Mihi igitur & in tua, & in mea oratione ex æquo id placet: ut multæ uidelicet uoluptates ac dissimiles sint, multæ præterea differentesque scientiæ. Differentiam itaque mei ac tui boni ô Protarche minime abscondentes, sed in lucem potius educentes, feramus, si qui examinantem inquirant, uoluptatem ne, an sapientiam, aut tertium præter ista quiddam bonum uocare fas sit. Nunc enim nequaquam istud contendere debemus, ut quæ ipse pono aut quæ tu, uincant, sed ei quod uerissimum est, faucamus. P R O. Sic oportet. S O C. Hoc item multo magis mutua cõfessione stabiliamus. P R O. Quidnam? S O C. Quod omnibus hominibus molestum est, & uolentibus & inuitis etiam interdum quibusdam. P R O. Dic planius. S O C. Sermonem qui in eo incidet inquam natura mirabilem. Multa unum esse, & unum multa, mirabile dictu. In quo facile est utranque partem defendas litem mouere. P R O. Nunquid hoc ais, cum quispiam me uerbi causa Protarchum unum natura genitum asserit, eundem rursus multos dicat: rursus qui me contrarios, grauem, leuem, magnum, paruum ponant, idem eundem unumque hominem ponant, & multa huius generis? S O C. Tu quidem ô Protarche circa unum ac multa, quæ mira uideri desiderant inducis, & quæ ut ita dicam omnes consentiunt minime tentanda esse, cū puerilia sint quædam, & facilia cognita, ac maxime sermonibus obfutura, si quis admittat, nec mirabilia censenda, si quis membra alicuius partesque ratione diuidens uniuersas eas, illud unum esse confessum, mox refellat, derideatque, quasi monstra fateri coactum, unum multa scilicet infinitaque esse, multa uero unum. P R O. Tu uero quænam alia dicis ô Socrates, quæ nondum concessa circa sermonem eundem diuulgata sint? S O C. Quando quispiam ô puer, ipsum unum nihil ex his quæ oriuntur, & occidunt, ponit, ut paulo ante nos diximus, tunc tale unum haudquaquam refelli debere concessum est. At cum unum hominem affirmare conatur, bouem unum, pulchrũ unum unumque bonum, tunc sane in his eiusmodique uarietatibus, anxium studium, ac etiã diuisio ambigua fit. P R O. Quo pacto? S O C. Primo quidem utrum admittendum sit, eiusmodi quasdam unitates uere esse: Deinde quomodo quælibet earum unã semper eandemque esse putandum, nec generationem nec interitum suscipientem, suaque in unitate firmissimã: Postremo nunquid in rebus genitis, & infinitis quædam, & infinitis quædam ponenda sit, siue dispersa, multa; ex una iam facta, siue tota ipsa ab seipsa seorsim, quod maxime omnium impossibile uideatur, unum idemque simul in uno multisque fieri. Nō illa igitur ô Protarche, sed ista sunt quæ circa unum & multa, male accepta, omnis difficultatis defectusque sunt causa, bene autem examinata, facilitatis. P R O. Oportet nos ô Socrates hoc primum in presentia discutere. S O C. Sic ego quidem iudicarem. P R O. Hos igitur omnes concedere hæc tibi existima. forte uero nunc præstat Philebum quasi malum (ut dicitur) quod bene faceret rogando non mouere. S O C. At unde potissimum exordiemur, cum multa, & uaria in his dubitationibus pingna insit? hinc ne? P R O. Unde nam? S O C. Vnum ac multa rationibus idem facta, omnem ubique orationem & quondam & nunc peruagari, quod ut nunquam futurũ non est, ita nunc primum haud cœpit, sed est ut mihi quidem uideatur, in hoc disputationum genere Protarche immortalis quædam & nunquam senescens insita nobis ratio. Eam cum primum adolefcens aliquis gustauit, secum ipse congratulatur, quasi quendam thesaurum sapientiæ nactus, & uoluptate plenus exultat, ac furit, omnemque disputationem pro parte pertentat, atque sermonem undique discutit, tum quidem in alteram partem reflectens, & in unum commiscens, tum uero explicans iterum, & in multa distribuens: ubi certe in dubitationem difficultatemque seipsum primo ac præcipue desicit, deinde proximũ quemque siue iunior, siue senior, siue æqualis sit, nec patri, nec matri, nec audientium cuiquam parcens, ferme etiam nec alijs animantibus, nedum hominibus, quandoquidem & barbarorum nemini parcat, modo interpretem nanciscatur. P R O. An non uides ô Socrates qui astamus, omnes iuuenes nos esse? tum non metuis ne una cum Philebo, si nos

Malum bene sopitum, ne mone

si nos ita obiurgaueris, in te impetum faciamus: ueruntamen, intelligimus enim quod dicitis, si quis modus est, si quod machinamentum quo perturbatio hæc benigne è disputatione reijci, ac uia quædam ad sermonem commodior reperiri possit, & ipse meditare, & nos pro uiribus te sectemur: Neque enim parua disputatio præsens est ô Socrates. s o c. Non certe ô pueri, sic enim Philebus uos appellauit. Nulla tamen est uia pulchrior, neque esse potest quam illa quam semper ego dilexi. At illa me sæpe fugiēs desertum inopemque destituit. P R O. Quenam ista? dic modo. s o c. Quam ostendere haud ita difficile est, persequi uero difficillimum. Quæcunque enim per artem adinuenta sunt, hæc in lucem hominibus prodierunt uia. Animaduerte quæso quæ dico. P R O. Dic modo. s o c. Donum profecto deorum ad homines, ut mihi uideretur per Prometheum quendam unam cum quodam lucidissimo igne descendit. Etenim prisci nobis præstantiores, diisque propinquoiores, hæc nobis oracula tradiderunt, quod cum ex uno & multis consistit uniuersa quæ semper esse dicuntur, terminumque, & infinitum innatum habeant, oportet nos his ita ordinatis, unam semper ideam in uno quolibet generatim ponentes inquirere, & eam in sitam inuenturos esse: quam si comprehendamus, post unam duas, si sint, perscrutari: si

Prisci et nobis præstantiores et diis propinquoiores res.

Hoc loco quis nosse possit, quum ponatur scientiam esse uirtutem et uirtutem in mediocritate, quod scientia sit etiã in quadam mediocritate, id est inter terminum et infinitum

Hæc ratione et Aristoteles uoces in decem genera coegit

Circa finita, id est mediã sapientia est. Circa infinita non est ratio

minus id pateat, tres, aut alium numerum quærere, & quodlibet eorum quæ sunt unum, rursus eodem pacto diuidere, quousque ipsum principio unum, non modo quod unum multaque & infinita sit, uerum etiam quot sit, aliquis noscat: infiniti autem ideam nõ prius ad multitudinem adhibere, quam quis numerum omnem inter infinitum, & unum mediuum cadentem percepit, tum demum unum quodlibet omnium abeuntium in infinitum dimittere. Dicit ergo, ut diximus, sic nobis inuestigare, discere, & mutuum docere derunt. Qui uero nunc extant ex hominibus sapientes, unum quidem ac multa utcumque contingit, uelocius atque tardius quam decet inducunt, & post unum infinita continuo, media uero illos effugiunt. Quibus disputandi ratio, tum dialectica, tum etiam litigiosa discreta est. P R O. Quæ modo dixisti ô Socrates, partim intelligere mihi uideor, partim clarius audire desidero. s o c. Perspicue hoc constat in literis ô Protarche quod diximus. Itaque in his quas didicisti, id accipe. P R O. Quonam pacto? s o c. Vox, inquam, ex ore nobis erumpens una est, & infinita rursus uoces numero, & cunctorum pariter, & cuiusque. P R O. Quid nunc? s o c. Neutro tamen horum docti efficitur, nec quod eius infinitum, nec iterum quod eius unum cognoscimus, sed quia et quot, & quales sunt, tenemus. hoc enim unumquemque nostrum grammaticum reddit. P R O. Verissima loqueris. s o c. Idem quoque musicum hominem facit. P R O. Qua ratione? s o c. Vna quodammodo & in hac arte uox est. P R O. Quid nunc? s o c. Duo item ponenda sunt graue, & acutum, & tertium tonus medius. nonne ita? P R O. Ita. s o c. Veruntamen nondum doctus musicen eris, si hæc sola cognoueris, et ista ignorans, ut ita loquar, nullius eris in musica percipis. P R O. Nullius. s o c. Sed postquam ô amice acceperis quot interualla uoces numero sunt circa graue atque acutum, & qualia, nec non interuallorum termini, & quotcumque ex his compositiones proueniunt. Quæ maiores nostri conspicientes nobis eorum sectatoribus, ut huiusmodi quædam harmonias appellarem, tradiderunt. In motibus præterea gestibusque corporis alia quædam talia inesse monstrarunt, quæ numeris demensa rhythmos atque mensuras uocari iusserunt: cogitare præterea quod eadem ratione de unoquoque quod unum, & multa est, considerare debemus. Nam quando ista sic accipis, sapiens tunc eras. Cum uero & aliud quicquam ita comprehendis, sapiens rursus circa illud efficeris. Infinita autem singulorum & in singulis multitudo, uaguam te incertumque, & rationis, ac numeri reddit expertem, utpote in nullum cuiusque terminum respicientem. P R O. Præclare hæc ô Philebe Socrates mihi dixisse uideatur. P H. Mihi quoque, sed quid ad rem hic sermo? quid uis tibi uult? s o c. Recte id ô Protarche Philebus iste quasit. P R O. Proxime. Responde igitur. s o c. Faciam quod uultis, ubi de his iisdem paulisper etiam disputauero. Ut enim si quis unum aliquod accipit, is ut diximus, haud mox in infiniti naturam, sed aliquem numerum descendere debet: ita uicissim, si quis infinitum primo sumere cogitur, nequaquam in unum continuo, sed in numerum quendam qui multitudinem aliquam habeat debet intendere, ex omnibusque tandem in unum desinere. Quod uero nunc diximus, rursus in literis coniectari licet. P R O. Quomodo? s o c. Postquam infinitam uocem cogitauit, siue deus aliquis, siue homo diuinus, qualis apud Aegyptios Theuth

fuisse fertur, primo in ipsa uocis infinitate uocales literas considerauit, quæ non una, sed plures sunt, rursusque alias quæ non uoces, sed soni participes essent, atque harum numerum certum similiter definiuit: tertiam deinde speciem literarum distinxit, earum quas nunc mutas uocamus, postremo liquidas mutasque discreuit usque singula quædam, uocalesque & medias eodem modo, donec earum numero in singulis speciebus, & in uniuersis reperto, elementa uocauit. Cumque uideret neminem nostrum, horum quicquam ferorim percepturum nisi uniuersa percepisset, hoc uelut uinculum, unum quiddam existens, & in unum dispersa redigens meditatus, quam unam in his esse artem grammaticam animaduertit, eo nomine appellauit. P H. Hæc planius quam superiora uidelicet ipsa in uicem comparata ô Protarche comprehendit. Idem tamen & nunc, & superius in hac disputatione desidero. s o. Num ô Philebe requiris, quid uidelicet ad sermonem nostrum ista conferant? P H. Id scilicet quod dudum ego & una Protarchus requirebamus. s o c. Nunquid hoc affecuti, requiritis tamen iam pridem ut inquis? P H. Quonam pacto? s o. An non de sapientia & uoluptate nobis ab ipso principio disceptatio fuit, utrum ex his eligendum? P R. Immo. s o. Etenim unum esse utrumque horum diximus. P R. Diximus profecto. s o. Hoc ipsum prior sermo requirit, quomodo unum, & multa utrumque horum sit, quoue pacto non infinita continuo, sed certum utrumque horum numerum accepit prius, quam in infinitum porrigatur. P R O. Haud sanè in leuè nos questionem, nescio quo modo Socrates, ô Philebe, circumduxit. Quare age, considera uter nostrum ad præsentem interrogationem respondeat. Forte enim ridiculum est, me disputationis totius successorem, ex eo quod respondere ad id modo nequeam, rursus hoc ipsum tibi imperare. At tamen ridiculum multo magis esset neutrum nostrum id posse. Meditare itaque quid agamus. species enim uoluptatis a nobis exigere Socrates uelle uidetur, sint, nec ne, quotque præterea, quales ue sint, & de sapientia eadem similiter percontari. s o. Vera loqueris ô Callia fili. Nisi enim id circa quodlibet unum, simile, idem, & contrarium, quemadmodum oratio præcedens ostendit, obseruare queamus, nullus unquam nostrum ullius erit ad aliquid precij. P R. Sic fermè ô Socrates se res habere uidetur. Ac præclara quidè res moderato uiro omnia nosse. Altera uero (quod dicitur) nauigatio, proximumque uidetur, seipsum minime latere. quorsum autem ista nunc dixerim, declarabo. Ipse nobis ô Socrates disputationis huius auctor extitisti, teque ipsum ad inuestigandum quid ex humanis rebus optimum sit, præbuisisti. Nam cum Philebus uoluptatem, delectationem, lætitiã, & reliqua huius generis, hominibus optima esse affereret, tu illi statim contradixisti, esse non ea, sed illa potius quæ sæpe numero in memoriã nobis sponte reducimus recte agentes, ut in memoriã reducta utraque discutiantur. Dicis autem, ut uidetur, (quod adijciendum puto recte) præstantius uoluptate bonum esse, mentem, scientiam, intelligentiam, artem, & reliqua huiusmodi, & quod capessere potius illa debeamus. Quæ utraque cum in dubium uocata sint omnia hæc, quasi ioco minati sumus, non prius te dimissuros quam huic controuersia certus finis imponeretur. Tu uero concessisti quidem, teque ipsum ad id exequendum exposuisti. Nos itaque dicimus quod pueri solent, quæ recte data sunt, auferrim non debent. Pone igitur illum disputandi modum nunc quidem. s o. Quem dicis? P R. Quo dubitationum scrupulos inijcis, eaque interrogas, quibus de respondere tibi nunc nemo nostrum idonee saltem potest. Neque enim belle finita esse disputatio putanda est, qua perplexos omnes nos reddidisti. Atque si minus id nos ualeamus, tibi agendum est: pollicitus enim es. Hoc igitur tu consulta, utrum uoluptatis & sapientia species distinguenda, an potius dimittenda, an alio quoquam modo queas uelisse, quæ nunc inter nos controuersa sunt, aperire. s o. Nihil igitur metuentum est mihi quidem amplius, postquam hæc tu ita dixisti. Nam ubi si uelis dicitur, omnibus qualibet in re formido fugatur: accedit, quod deorum aliquis memoriã nobis aliquam suppeditasse uidetur. P R. Quo pacto, & quorum memoriã? s o. Quos olim siue somnians, siue uigilans sermones audiui, nunc de uoluptate & sapientia cogito, neutram harum esse bonum, sed tertium aliquid, quod aliud est ab utraque, & ambabus est melius. idque si nunc nobis liquido pateat, uoluptas à uictoria procul aberit: bonum quippe idem quod illa nequaquam erit. Sic ne? an aliter? P R. Sic utique. s o. Speciebus itaque uoluptatis ad diuisionem haud amplius, ut mea fert opinio, indigebimus. quod in sequentibus clarior

Neque uoluptatem neque sapientia esse summum bonum sed tertium

rius innotescet. P R. Præclare loqueris, perge sic obsecro. s o. Paucula quædam prius asseueremus. P R O. Quænam? s o c. Ipsius boni conditionem uidelicet, perfectum esse, an imperfectum necesse sit. P R O. Omnium ô Socrates perfectissimum. s o c. Quid uero, sufficiens ne bonum ipsum est? P R. Quid nî? & in hoc ipsum ab omnibus quæ sunt differre necesse est, cunctisq; præstare. s o. Hoc quoque de illo maxime ut arbitror necessarium est asserere, quod omne cognoscens id ipsum uenatur, & appetit apprehendere cupiens, atq; ipsum in se, & alia circa ipsum possidere, cæterorumq; nihil curat, præterquam quæ una cum bonis perficitur. P R. His repugnare non licet. s o c. Consideremus igitur diiudicemusq; uoluptatis, & sapientiæ uitam, seorsum inspicientes. P R. Quo pacto inquis? s o c. Neque in uoluptatis uita sapientiâ insit, neque in sapientiæ uita uoluptas. Oportet enim siquidem his prius bonum est, nullius amplius indigere: si uero indiguum apparet, haud ulterius reuera nobis est bonum. P R O. Non certe. s o c. Num uolumus in te ipso periculum facere? P R O. Prorsus. s o. Responde igitur. P R O. Dicamabo. s o c. Optares ne ô Protarche plenam summis uoluptatibus omnem uitam agere? P R. Quid nî optem? s o. Nunquid alio quopiam indigere te ultra putares, quando perfecta harum possessione fruereris? P R. Nequaquam. s o. Aduerte itaque, num ipsa sapientiâ indigeres, & intelligentiâ, & conuenientiâ ratiocinatione, & alijs quæcunq; horum cognata, sed neque uisur? P R. Et quid? omnia porro haberem, si uoluptate fruerer. s o c. Et ita uiuens, per omnem uitam præcipuis uoluptatibus abundares? P R O. Profecto. s o c. Si mente, memoria, scientiâ, opinione uera penitus careas, primo quidem hoc ipsum, gaudeas ne, an non gaudeas te ignorare necesse est, cum sis omni sapientiâ uacuus. P R. Necesse. s o. Et cum memoriâ sis priuatus haud sane te aliquando delectatum fuisse recordaberis, nec ulla uoluptatis repente incidentis restabit memoriâ? & opinione uera orbis, dum lætaberis, lætari te minime opinabere. Ratione quoque captus, quod in posterum uoluptatem aliquam adepturus sis, ratiocinari non poteris. Duces autem non hominis uitam, sed pleumonis cuiusdam, id est, spongiæ marinæ, aut ostreae marinæ persimilem. Sunt hæc uera? an aliter de his sentire licet? P R. Et quo pacto aliter? s o. An uita nobis huiusmodi expetenda? P R O. Mutum me ô Socrates præfens ratio reddidit. s o. Ne desistam hic obsecro, sed iam alteram illam mentis scilicet uitam in medium adducentes ulterius consideremus. P R. Qualem inquis? s o. Vtrum aliquis uiuere sic eligeret, ut sapientiam, inuentem, scientiam, memoriâ omnem omnium possideret, uoluptate uero nulla penitus frueretur, nec rursus afficeretur molestia, sed sine ullo tali affectu uiueret? P R. Neutra ex ijs ô Socrates uita aut mihi aut alteri, ut arbitror, eligenda uidetur. s o. Quid autem ô Protarche uita ex ambobus in unum congregientibus mixta, & communis effecta? P R. Ex uoluptate aîs, sapientiâq; & mente? s o c. Hanc ipsam dico. P R O. Vnufquisq; sane hanc ipsam potius quam ex superioribus alterutram eligeret: neque unus optabit quidem, alius minime, sed idem omnes pariter expetent. s o c. Videmus ne igitur quid ex ijs sequatur? P R. Prorsus quidem quod tres uitæ proposita sunt: ex duab. neutra sufficiens, aut optanda uel hominibus uel cæteris animantibus. s o. An non circa hæc iam id constat quod neutra ipsum bonum possidet? etenim perfecta & sufficiens esset, & uniuersis plantis, & animantibus exoptanda, quæcunq; sic semper uiuere possent. Siquis uero ex nobis alia eligat, præter naturam eius quod reuera affectandum est eligeret, neq; id sponte, sed ex ignorantia uel infelici quadam necessitate. P R O. Hæc ita se habere uidentur. s o. Quod ergo Philebi deam haud idem quod ipsum bonum existimare oporteat, satis iam dictum esse uidetur. P H. Sed neque etiam tua mens ô Socrates. prædictas enim obiectiones patitur. s o. Forsitan ô Philebe mea. non tamen uerum diuinamq; mentem sic arbitror, sed aliter sese habere. Equidem quod primas in ista communi uita mens obtineat, non contendo ego quidem. De secundis uero uidentur est quid faciamus. forte enim communis uitæ causam alter nostrum mentem, alter uoluptatem asserat, atq; ita boni ipsum neutrum erit istorum: forte uero alterutrum horum causam esse quispiam censebit. Quo magis ego cõtra Philebũ decertarim, quod hac in promiscua uita quicquid illud deniq; sit quod uita susceptum expetendam ipsam bonamq; reddidit, ei mens ipsa, quam uoluptas cognatio est, & similior. Atque ex hac ratione uoluptas nec primas, nec secundas etiam partes reuera tenebit; longius autẽ aberit a tertiã forte, si qua meã mentis fides nunc est adhi

Conditio
sors boni tri
plex

Trium uitarum
quæ optima

est adhibenda. P R. Atqui ô Socrates uoluptas iam prostrata uidetur rationibus tuis percussa, nam & spe uictoria decidit. De mente uero dicendum, quod non sapienter sibi uictoriam uendicaret. Eadem quippe pateretur. uoluptas autem secunda forte priuata, omnino iam ab eius amatoribus contemneretur: neque enim æque pulchra ulterius appareret. s o c. Quid igitur? nõne dimittere illam præstat, nec exquisita examinatione, redargutioneq; afflugerem? P R. Nihil aîs ô Socrates. s o. An quia impossibile quiddam protuli, affligi uoluptatem? P R. Non ob hoc tantum, uerum etiã quod ignoras nostrum nullum prius abire te dimissurum, quàm ad horum finem ratione deueniris. s o. O longam Protarche orationem futuram, imò uero futilem propemodum nunc. Videtur enim alijs quibusdam iaculis præter rationes superiores opus esse, si quis palmam menti secundam comparaturus accedat. fortasse uero & hæc habemus. Igitur oportet? P R. Quid nî? s o. Principium itaque huius ponentes caute & distincte occupemus. P R. Quale principium dicis? s o. Omnia quæ nunc in uniuerso sunt, bifariam distinguamus. Immo si uis trifariam. P R. Quoniam pacto? s o c. Accipiamus nonnulla ex ijs quæ nunc a nobis sunt dicta. P R O. Quænam? s o. Deum dicebamus ex ijs quæ sunt, alterum quiddam infinitum, alterum uero terminum ostendisse. P R O. Omnino quidem. s o. Has itaq; species duo illa ponamus: tertium uero, unum ex utrisque commixtum. Ridiculus tamen uideor admodum, dum per species diuidere, atque dinumerare ista contendo. P R. Quid aîs ô bone uir? s o. Quarto adhuc genere opus esse constat. P R O. Quoniam? s o. Causam alternæ commixtionis istorum considera: eamq; præter tria illa quartum positum. P R. Nunquid ô quinto insuper indigebis aliquo discernente? s o. Forte. non tamen in præsentia ut arbitror. Sin autem opus fuerit, ignosces mihi quintam uiam sectanti. P R O. Quid obstat? s o. Principio igitur, quatuor horum tria illa diuidentes, atq; utriusq; duorum in multa diffusum diuisumq; uidentes, mox in unum rursus utrumque coniungentes, perspicere conemur, quatenus utrumque horum, uel unum, uel multa sit. P R O. Hæc mihi si planius dixeris, assequar forte. s o c. Duo profecto quæ propolita sunt, finitum dico, & infinitum. quod autem infinitum multa quodammodo sit, conabor ostendere, finitum uero in posterum differatur. P R. Differatur. s o c. Attende igitur: arduum namq; atque maxime dubitandum est, quod considerare te iubeo. Attamen animaduerte. Primum autem circa calidius frigidiusq; considera, utrum terminum aliquem in eis inuenias: an potius magis ac minus dum ijs generibus insunt, finem resciant. sine namq; adhibito, ipsa etiam finirentur. P R. Vera loqueris. s o. At uero semper in ipso calidiori & frigidiori magis ac minus esse fatemur. P R. Et maxime quidem. s o. Semper ergo nobis hæc ratio monstrat ab ijs finem abesse: cumq; sine fine sint, omnino infinita fieri. P R. Prorsus ô Socrates. s o. Euge amice Protarche aduertisti nunc quod hoc ipsum uehementer abs te modo pronunciatum, & ipsum quoque quod remissè dicitur, eãdem uim habent quam ipsum magis ipsum uel minus? Vbi cunq; enim adsunt, nõ simul magnum esse efficiunt, sed semper uehementius remissiori, & uicissim uehementiori remissius omnibus actionibus inferentia, plus ac minus efficiunt, quantum uero semper obscurant. Nisi enim uehementius illud remissiusq;, item magis & minus, e sede sua, quantum & mensuratum quod uocant depellunt, sed occupari eam sinunt, mox ipsa pellentur. Neq; enim calidius & frigidius iam amplius sit, si recipit quantum. Diffugiet tum, nec ultra consistet calidius ipsum, & frigidius: quantum uero stat, progreditq; cessat. Quamobrem hac ratione calidius, & frigidius infinita iam esse constat. P R. Sic apparet ô Socrates: ueruntamen ut ipse dixisti, haud facile ista percipi possunt. Forte uero deinceps iterũ repetita, interrogantem pariter & respondentem conspirare inuicem declarabunt. s o. Bene dicis, atq; ita pro uiribus agendum est. sed intuere primum, num id signum ponamus infinitæ naturæ, ne singula transcurrentes orationem in longum nimium protrahamus. P R. Quodnam dicis? s o. Quæcunq; magis ac minus, uehementè atq; remissè, nimisq;, & huiusmodi quædam admittunt, cuncta in unum infiniti genus reducenda sunt, quemadmodũ supra diximus, asserentes omnia quæ diuidua dispersaq; sunt, in unum oportere colligi, secundumq; uim unam, uelut unam quandam naturam signari. Meministi? P R. Memini. s o. Quæ uero talia quædam minime, sed horum contraria accipiunt omnia, primo quidem æquale ipsum atq; æqualitatem, post æquale & duplum, & singulas inde proportionēs quascunq;

Quod infinitum sit multa

Magis ac minus
finem res
piciunt ex quã

Signum infinite nature
que in genere infiniti

Que in genere finiti

ad numerum numerus, & ad mensuram mensura habet; hæc inquam omnia in generis finiti merito referremus. Quid ais ad hæc? P R O. Præclare nimium ô Socrates. s o. Age dum exutrisque commixtū quam ideam habere dicemus? P R O. Id mihi tu dices ut arbor. s o c. Immo deus, si modo quis deus meas preces exaudiat. P R O. Obsecra igitur, & contemplare. s o c r. Contemplor sane. Ac mihi uidetur deorum aliquis nobis amice nunc aspirasse. P R O. Quo pacto id ais? & qua coniectura uteris? s o c r. Dicam plane, tu uero attentis auribus adsta. P R. Dic modo. s o c. Calidius ne aliquid nunc, & frigidius dicebamus? P R O. Certe. s o c. Adde præterea ficcius & humidius, plus ac minus, uelocius atque tardius, maius & minus; ac denique quotcumque in superioribus ad naturam unam magis minus ue fuscipientem redigimus. P R. An infiniti naturam inquis? s o c. Eam inquam. commisce posthac cum his progeniem illam termini. P R. Quam? s o c. Eam quam cum deceret in unum colligere quemadmodum illam infiniti collegeramus, neque dum collegimus, at forte nunc idem ages; his quippe utrisque conciliatis, illa tertia continuo patefit. P R O. Quam dicis, & quomodo? s o c. Aequalis, & dupli progeniem, & quæcunque diuersa quæ sunt, contraria infestaque esse non sinit, sed comensurata, & consona reddens, numerum efficit. P R O. Intellego, dicere nanc mihi uideris, si ista miscentur, generationes quasdam ex eorum singulis euenturas. s o c. Et recte uideor. P R O. Dic igitur. s o c. Nonne in morbis recta horum communitio sanitatis naturam genuit? P R O. Omnino. s o c. In acuto autē etiam & graui, ueloci, & tardo cum infinita sint, hæc & terminum peperit, & perfectionem musicæ præstitit. P R O. Præclare. s o c. Quinetiam rigori & æstui tradita, id quod multum, & minus, & infinitum dicitur, abstulit, mensuratum autem & commensuratum adhibuit. P R O. Quid nunc? s o c. Ex ijs temperies anni, & quæcunque pulchra sunt cuncta manarunt infinitis inuicem finitibus; coeuntibus. P R O. Certe. s o c r. Atque alia insuper innumerabilia prætermittit, ueluti cum sanitate pulchritudinem atque robur. In animis quoque permulta atque præclaro, frigido, clara; petulantiam quippe, & uniuersam improbitatem dea hæc animaduertens ô bone humido, & Philebe omni termino uoluptatum expletionis que carere, legem & ordinem quibus terminus inest, ijs apposuit, eamque tu sic infici ac perdi, ego contra seruari dico. Tibi uero Protarche quidnam uidetur? P R O. Hæc prorsus secundum meam sententiam sunt asserita. s o c r. Nonne tria hæc iam protuli, modo intelligas? P R O. At intelligere arbitror. Vnum quidem infinitum asseris. Secundum uero eorum quæ sunt terminum. At tertium illud quid dicere uelis haud satis teneo. s o c. Multitudo ô mirifice uir, generationis eius tertium quod est, testu pefecit; quanquam & infinitum multa genera continebat, quæ tamen genere ipsius magis minus ue signata, unum apparuerunt. P R O. Vera narras. s o c. Veruntamen neque terminus multa continebat, nec indignabamur, quasi non esset unum natura. P R O. Quo enim modo? s o c r. Nullo modo. Sed tertium scito me dicere unum hoc quodcumque ex ijs nascitur, generationem uidelicet in essentiam, ex mensuris unā cum termino constitutis. P R O. Intellexi. s o c. Cæterum quid præter hæc tria, quarum genus sit, discutiendum restat. Communis autem ista disceptatio est. Vide enim an non necessarium tibi uidetur, quodcumque gignitur, per aliquam causam gigni. P R O. Mihi plane. Quomodo enim absque ea fieret? s o. Et efficientis natura nomine distaxat à causa differt, efficiensque & causa unum merito uocabuntur. P R. Merito. s o. Quinetiam factum ac genitū solo nomine discrepabunt. P R. Certe. s o. Præcedit quidem atque ducit natura semper quod efficiens est; quod uero factum est ab eo genitumque, ipsum sequitur. P R O. Prorsus. s o c. Non ergo idem, sed aliud est causa, & quod ad generationem causæ seruit. P R O. Quid prohibet? s o c. An non genita ipsa, & ex quibus gignuntur omnia, tria nobis genera præbuerunt? P R O. Maxime. s o. Omnium autem istorum opifitentiam demonstratum. P R. Ponimus absque dubio. s o c. Verum iam decet cum quatuor discreta sint, quo melius singulorum meminerimus singulatum illa dinumerare. P R. Utique. s o c. Primum igitur infinitum dico, secundum terminum, tertium mixtam ex ijs genitamque essentiam; postremum mixtionis generationisque causam, si quartum uocem, nunquid errarem? P R O. T. Nullo pacto. s o c r. Agedum uero que nobis deinde oratio est; & quid potissimum inquirentes huc digressi sumus; nonne id erat? Quare, habemus

habemus nempe utri secundæ tribuerentur, uoluptati ne, an sapientiæ potius. An non ita? P R O. Ita certe. s o c. Postquam ista in hunc modum distinximus, nonne melius iudicabimus cui prima, cui ue secunda uictoriæ palma danda sit, ex ijs quæ supra in certamen uenerunt? P R O. Forte. s o c. Videricem sane posuimus uitam ex uoluptate & sapientia mixtam. P R O. Immo. s o c. Qualis sit, & cuius generis hæc uita quodammodo certum. P R O. Cernimus. s o c. Pars nempe tertij generis. Neque enim ex duobus quibusdam mixtum illud est, sed ex infinitis omnibus termino deuinctis. Quapropter merito uictrix hæc uita illius pars erit. P R. Et recte admodum. s o c. Etia Philebe dulciss illa tua ac simplex uita ad quod prædictorum genus pertinere iure putabitur? Sic autem mihi, prius quam definias, responde. P R. Dic modo. s o. Voluptas ac dolor terminum habent, an potius ex eorum genere sunt, quæ magis minus ue fuscipiunt? P R. Ita ex ijs quæ magis ô Socrates: neque enim uoluptas omne bonum esset, nisi suapte natura, & secundum multitudinem, & secundum id quod magis, infinita existeret. s o c. At neque etiam dolor ô Philebe omne malum: quamobrem aliud quiddam nunc considerare debemus quam infiniti naturam, quod uoluptatibus partem boni aliquam præbeat. Enim uero ex ijs in determinatis uita illa tua sit. Sapientia autem, scientiamque, & mentem, utro potius ô Protarche atque Philebe referemus, ne in pietatem à nobis peccetur? haud enim mediocre periculum est, recte secus ue quod modo quaesitum est explicuisse. P H I L. Deum ô Socrates tuum extollis. s o c r. Et tu ô amice deam tuam. Verum ad id quod quaesitum est redeundum. P R O. Probe loquitur Socrates ô Philebe. Ideo que parendum. P H I. An non ô Protarche pro me diciturum te promissisti? P R O. Maxime. Nunc autem hæsito, & uereor, teque ut esse nobis ô Socrates propheta uelis obsecro, nequid nos tibi circa certatorem aberrantes, præter melodiā canamus. P H I. Parendum Protarche, nihil enim difficile iubes. s o. Equidem deum reuera ut Philebus inquit extollens iocando te turbauit, interrogans cuiusnam generis mens & scientia essent. P R. Maxime quidem ô Socrates. s o c. Facile tamen omnes siquidem sapientes ita extollentes sese consentiunt, intellectum esse cœli terræque nobis regem, ac forte recte loquuntur, quod si uis, hoc genus diffusius examinemus. P R O. Dic arbitrato tuo ô Socrates nihil prolixitatem ueritus, neque enim molestus eris. s o c. Præclare loqueris: hinc igitur interrogantes exordiamur. P R O. Vnde? s o. Vtrum ô Protarche dicendum est uniuersum hoc agi ab irrationali quadam temerariæque, & fortuita potestate? An contra, quæ admodum maiores nostri senserunt, ordine quodam mentis, & sapientiæ mirabilis gubernari? P R O. Nulla est comparatio. Nam quod modo dicebas ô Socrates, prophanum mihi uidetur: fateri autem mentem omnia hæc exornari, sententia quædam conspectu mundi solisque, & lunæ cæterorumque siderum, & omnis denique cœlestis circuitus digna est, nec ego unquam de ijs aliter loqui, aut sentire ausim. s o c r. Vis ne igitur quod à præfiscis assertum est, nos item confiteamur? hæc uidelicet ita sese habere, nec modo putemus alia sine periculo proferri non posse, uerum etiam unā cum illis uituperationis periculum subeamus, si quando uir aliquis durus ac uehemens, ista non sic, sed sine ordine ferri contenderit? P R. Quid ni uelimus? s o. Age igitur quod sequitur contemplare. P R. Dic iam. s o c. Quæ circa corpora uiuentium sunt, ignem, aquam, spiritum, atque terram in compositione inesse conspiciamus, sed fluctuantium, ut aiunt, instar. P R O. Et maxime quidem: in ijs enim sermonibus reuera propter ambiguitatem fluctuamus. s o c. Ergo de unoquoque eorum quæ circa nos sunt, id accipie. P R. Quidnam? s o c. Quod unum quodque horum apud nos exiguum ac uile, nec ullo modo sincerum, & integrum, nec uim natura sua dignam ferens: quod quidem in uno animaduertens, de reliquis omnibus idē existimato. Velut ignis, est quidem apud nos, est etiam in uniuerso. P R O. Est. s o c r. Nonne ignis hic noster exiguus, imbecillus, & uilis, sed qui uniuersi proprius quantitate mirandus & pulchritudine, & omni quæ ad ignem pertinet, potestater? P R O. Vera nimium loqueris. s o c. An uero fit, alitur, ducitur ab igni nostro mundi totius ignis, uel contra, & meus, & tuus, & animantium reliquorum omnis ab illo? P R O. Hæc responsione digna non sunt. s o c r. Recte eadem quoque de animalium ac mundi terra diceres, & de alijs omnibus quæ supra quaesiuimus, similiter responderes. P R O. T. Quisnam respondens aliter, sana mentis æstimetur? s o c. Nemo forsitan, sed iam ad reliqua. Omnia quippe nunc dicta in unum composita

Genitum non est mixtum ex duob. quibusuis, sed ex infinito & termino duobus constat
Quod uoluptas & dolor sit in genere infinitorum.
Neque uoluptas omne bonum, neque dolor omne malum

Intellectum esse cœli ac terre regem

Elementorum apud nos uilitas

contentes, corpus appellamus. P R. Quid nī? s o c. Idem quōq; de hoc, quem mundum dicimus, accipe. Eadem siquidem ratione corpus est, ex eisdem compositum. P R. Recte loqueris. s o c r. Vtrum ex hoc corpore nostrum corpus omnino, uel contra ex nostro ipsum nutritur, & quācumq; paulo ante memorauimus suscepit, & habet? P R. Neq; hoc etiam alterum ὁ Socrates in quaestionem cadere debet. s o c r. Sed alterum debet ne an non? P R. O. Dic quod. s o. Nostrium corpus animam habere fatebimur? P R. O. Constat. s o. Vnde nam ὁ amice Protarche suscepit, nisi mundi corpus, quod eadem quā & nostrum ac etiam praestantiora continet, animam habeat? P R. O. Aliunde nequaquam. s o c. Neque enim existimandum ὁ Protarche quatuor illa, terminum, infinitum, mixtum, & causae genus in ijs quantum cunctis existēs, quod ijs quidem quae apud nos sunt animam corpusq; praebet, dum imprimit umbrā, labefactioq; corpore remedia parat, & in alijs alia constituit atq; restituit, omnem atq; integram sapientiam uocitari: cumq; eadem haec uniuerso caelo eiusq; partibus amplioribus illis insint, quae puriores praestantioresq; existunt. in eis tamen praclarissimorum preciosissimorumq; naturam minime reperiri? P R. Nullam profecto rationem id haberet. s o c. Quamobrem rationem illam ulterius prosequentes licebit asserere ea quae saepenumero diximus, infinitum prorsus in hoc uniuerso consistere, sufficientemq; terminum causamq; illis haud ignobilem semper adesse ornametum disponentemq; horas & menses & annos, mentem & sapientiam merito nuncupatam. P R. O. Merito. s o c. Sapientia uero atq; mens, absq; anima nunquam sunt. P R. Nunquam certe. s o c r. Ergo in Iouis ipsius natura regiam animam, regiamq; mentem inesse propter uim causae confiteberis, & in alijs item alia pulchra, ut illorum cuique dici placet. P R. Maxime. s o c. Praecedentem ὁ Protarche sermonem nequaquam temere inductum putes: his enim qui olim mentem omni mundo praesidere ostenderunt, adminicula praebet. P R. Praebet sane. s o. Meae uero petitioni responsum porrigit, quod mens est progenies quaedam eius causae, quae causa dicitur omnium, quaeq; est ex quatuor his quae sunt relata, unum quiddam, habes iam igitur nostram expositionem. P R. Habeo & sufficienter quidem, quanquam cum antea idem responderis, non intellexi. s o c. Remissio quaedam studij ὁ Protarche saepenumero iocus est. P R. Praclare loqueris. s o. Nunc igitur ὁ amice in quo genere sit, quam te habeat uim, fatis propemodum monstratum est. P R. O. Omnino. s o c. Quinetiam uoluptatis genus iam pridem patuit. P R. O. Nimirum s o c r. Reminiscamur iam & horum circa utraque, quod mens quidem causae cognata eiusdemq; cum illa generis ferme erat: uoluptas autem infinita, eiusq; generis quod nec principium nec medium neque finem in seipso suapte natura continet, aut aliquando continebit. P R. O. Quid nī reminiscamur. s o c r. Oportet itaq; post haec in quo horum utrumque consistit, & propter quam passionem sit quoties sit, aduertere. Vtq; uoluptatis primo genus ipsum inuestigauimus, sic & ista circa illam primo nunc inquiremus. Seorsum tamen a dolore uoluptatem sufficienter examinare non possumus. P R. O. Si hac gradendum est, haec utique gradiamur. s o c. Num igitur idem tibi quod mihi de horum generatione uidetur? P R. O. Quid istud. s o c. Communi eodemque in genere secundum naturam dolor & uoluptas esse uidentur. P R. O. Hoc commune genus amice Socrates, ostende obsecro quidnam ex ijs quae supra distincta sunt, intelligi uelis. s o c r. Pro uiribus ὁ mirifice uir id agam. P R. O. Bene inquis. s o c. Commune igitur intelligamus, quod ex quatuor tertium numerauimus. P R. O. An quod post infinitum finitumq; localit, in quo sanitatem & harmoniam ut arbitror collocasti? s o c. Recte dicis, sed nunc maxime mentem adhibe. P R. O. Dic igitur. s o c. Harmonia soluta in animantibus, unā naturae solutionem generationemque dolorum eo in tempore fieri dico. P R. O. Consentaneum. s o. Rursus harmonia temperata, & in sui naturam protinus restituta uoluptatem fieri dicendum est, si modo res maximae uerbis paucis concludendae sunt. P R. O. Reor eundem te recte ὁ Socrates dicere: clarius tamen exprimere eadem adnitendum. s o c r. An non uulgaria, & notissima cognita facilia sunt? P R. O. Quanam ista? s o c r. Fames quidem solutio est, atque molestia. P R. O. Est. s o c. Comestio uero repletio atque uoluptas. P R. Ita. s o c. Sitis iterum corruptio solutioq; & dolor. Vis autem humore quod a refectum est reficiens, uoluptas est. Discretio insuper, & dissolutio praeter naturam aestu quodam effecta molestia. At secundum naturam restitutio refrigeratioq; uoluptas. P R. O. T. Prorsus

Iocus saepenumero remissio studij est.

Prorsus. s o c. Concretio quoq; humoris praeter animalis naturam frigore facta, dolor. Contra humido liquecente, & in suam redeunte naturam, reditus iste uoluptas. Ac summatim considera, num toleranda tibi haec oratio uideatur. Quoties corrumpitur animata species ex infinito & termino secundum naturam, ut diximus, genita, eiusmodi corruptio dolor est. Cum uero haec in essentiam suam refluunt, regressum hunc dicimus uoluptatem. P R. O. Esto. Videtur enim hoc mihi admodum uerisimile. s o c. Hanc unam itaq; uoluptatis, & doloris speciem in ijs passionibus utriusq; ponamus. P R. O. Ponatur. s o c. Pone deinceps expectationem harum in anima passionum. Expectationem inquam quae uoluptaria antecedit, sperantem, gaudentem, atq; suauem; quae uero molesta, formidolosam ac moestam. P R. O. Est igitur haec uoluptatis & doloris species alia, seorsum a corporea, solius animum expectatione profecta. s o c. Recte accepisti. In ijs utiq; ut mea fert opinio, utriusque synceris existētibus, nec mixtis, uoluptate uidelicet atq; dolore, liquido discernemus num uoluptatis uniuersum genus amandum sit, an hoc potius alteri cuiquam ex ante dictis attribuendum: uoluptati uero atq; dolori, ceu calido, & frigido, ceterisq; talibus, comperat ut interdum amanda sint, alias non amanda: utpote quae bona minime sint, sed quarum certum aliquid suscipiētia, naturam boni sequantur. P R. O. Recte ais oportere sic incedere qui talia perscrutatur. s o c. Primum igitur id inspiciamus: si uerum est quod dicebatur, destructis illis dolorem, resectis uoluptatem sequi: cum neq; deperduntur, neq; etiam recreantur, quam potissimum habitudinem tunc animalibus tribuere debeamus. Intentus itaq; animo mihi responde, num tibi necessarium uideatur quodlibet animal eo ipso in tempore nullo modo uel latari uel angī. P R. O. T. Necessarium certe. s o c. Est ergo status hic tertius praeter moerentis & gaudentis affectum. P R. O. T. Est profecto. s o c. Agedum huius meminisse conare, ad iudicandum siquidem uoluptatem, reminisci uel non permulctum refert. breuius tamen aliquid de ipsa si uis perstringamus. P R. O. T. Dic cas ergo, quid istud? s o c. Eum qui contemplationis uitam eligit, nihil ita uiuere prohibet. P R. O. T. Seorsum a latitia, & molestia dicis? s o c. Dicitum enim in cuiusq; uitae comparatione uirum contemplationi deditum nihil ulla ex parte uel gaudere uel angī. P R. O. Omnino sic dictum. s o c. Nonne sic illi conuenit? Ac forte nil mirum esset, si uita haec ceterarum omnium diuinissima sit. P R. O. T. An absurdum est deos gaudere uel contra tristari? s o c. Absurdum omnino. Indecens enim utrunque est. At hoc deinceps inuestigamus, siquid ad hanc disputationem conferat: ac menti ad secundas uictoriae sortes, si minus ad primas licet, accommodemus. P R. O. Recte loqueris. s o c. Atqui alia species uoluptatum, quam animae propriae assignauimus, memoria constat. P R. O. Quo pacto? s o c. Primum quid memoria sit accipiendum uidetur: immo ante eam quid sensus, si plinius haec elucidari uelimus. P R. O. T. Quo pacto inquis? s o c. Pone ex omnibus corporis passionibus quasdam in corpore prius extinctas, quam in animam transfluant, passione uacuas dimittentes: alias per utrunq; diffusas & quandam quasi concussionem, tam propriam, quam communem utriusq; pariter inferentes. P R. O. Ponantur. s o c. Et passiones per utrunq; minime propagatas si latere dixerimus animam, & per utrunq; manantes innotescere animae, an recte dicemus? P R. O. T. Certe. s o c. Ipsum ergo latere nullo modo ut dicere uideor, obliuionis generationem esse existimes. Est enim obliuio memoriae exitus: Ea uero in ijs quae modo dicebantur nondum erat. Eius autem quod nec est nec fuit, iactura fieri aliquam absurdū. P R. O. Absurdum. s o c. Nomina ergo diuntaxat permuta: P R. O. Quomodo? s o c. Pro eo quod latere animam diximus, quando absq; passione corporis tumultus existit, quae nunc obliuionem uocare uideris, insensationem, ut ita loquar, potius nominato. P R. O. Teneo. s o c. Motum autem in communi corporis & animae passione factū si sensum uocaueris, haud ab re nominabis. P R. Vera loqueris. s o c. An non percipimus iam quid sensum uocari uelimus? P R. O. Percipimus. s o c. Sensus praeterea conseruationem recte quis memoriam mea sententia nuncupabit. P R. O. Recte nimum. s o c. Et a memoria reminiscētia discrepare fatemur, necne? P R. O. T. Forte. s o c. An non in hoc praecipue? P R. O. Quoniam? s o c. Quoties quae cum corpore passa est aliquando anima, eadem sine corpore in seipsa resumens animaduertit, tunc meminisse eam asserimus, an non? P R. O. T. Valde quidem. s o c. Quinetiam quādo memoriae passa iacturam, deinde uel sensu, uel disciplina monente eam iterum reuocat in seipsa, reminisci putatur.

Vita contempta diuina diuina Deos nec latari nec tristi

Memoria

*Passio est cor-
poris, non au-
tem cupiditas*

*Sitire nō cor-
poris, sed sic
catum esse*

Atque hæc iam memorias reminiscētiasq; uocamus. PRO. Probe loqueris. SOC. Cuius autem gratia hæc dicta sunt omnia, hoc est. PRO. Quidnam? SOC. Ne animam uoluptatem absq; corpore quam maxime atq; perspicue capiamus, atq; unam concupiscentiam, per hæc enim utraque ista declarata uidentur. PRO. Pergamus iam ad reliqua Socrates. SOC. Multa considerare decet, uoluptatis originem omnemq; formam eius inuestigantes. Et nunc quidem primo uidentum quid est, & unde nascitur concupiscentia. PRO. Videamus iam obsecro. Nihil enim amittemus. SOC. Immo ò Protarche cum quod modo querebamus inuenerimus amittemus aliquid circa ista, uidelicet dubitationem. PRO. Quam belle uicem reddidisti, at iam quæ sequuntur expediamus. SOC. Nōne famem atq; sitim, & huiusmodi multa, concupiscentias quasdam esse diximus? PRO. Maxime. SOC. Ad quidnam idem respiciētēs res adeo diuersas uno nomine nuncupamus? PRO. Per Iouem haud facile dictu ò Socrates, dicendum tamen. SOC. Ab eisdem rursus exordiamur. PRO. Quibus? SOC. Dicimus ne sitire aliquem? PRO. Dicimus. SOC. Hoc autem est exhaustum esse. PRO. Quid nī? SOC. Et sitis concupiscentia est? PRO. Est. SOC. Potionis ne? PRO. Potionis. SOC. An non repletionis potus? PRO. Huius certe. SOC. Vacuus igitur, & exhaustus contraria eorum quæ patitur appetit. Nam cum uacuum sit, impleri cupit. PRO. Manifestum est omnino. SOC. Quid ergo qui primo exhaustus est, num potest uel sensu uel memoria quadam eius repletionem attingere, quod nec præsentia in tempore, nec aliquando passus est? PRO. Nullo modo. SOC. Sed eum qui cupit, aliquid cupere confitemur. PRO. Quid nī? SOC. Haud ergo quod patitur appetit. Sitit enim, sitis autem indigentia est, is tamen repletionem affectat. PRO. Ita. SOC. Aliquid igitur eius quod appetit expletionem attinget. PRO. Necessesse. SOC. Corpus quidem nequit, nam exhaustum est. PRO. Certe. SOC. Restat ut anima repletionem per memoriā consequatur. PRO. Patet. SOC. Nam quo alio consequeretur? PRO. Nullo ferme. SOC. R. An aduertimus quid nobis ex his rationibus efficiatur? PRO. Quid istud? SOC. Corporis cupiditatem esse ratio hæc non dicat. PRO. Quo pacto? SOC. Quoniam in omni animali, conatum animantis passionibus contrarium cupiditas ostendit. PRO. Penitus. SOC. Impetus autem in contraria quam passiones trahens memoriā contrariam passionibus innuit. PRO. Omnino. SOC. Ratio itaque ostendens memoriā ad concupita rapientem, animam omnem impetum, & cupidinem, principatumq; omnis uiuentis tribuit. PRO. Recte nimirum. SOC. Sitire igitur uel esurire corpus nostrum, aut aliquid eiusmodi pati, nequaquam ratio hæc admittit. PRO. Vera loqueris. SOC. Hoc præterea circa ista considerabimus, quod hæc ratio quandam uitæ speciem in ijs demonstrare uelle uidetur. PRO. In quibus? & de qua uita loqueris? SOC. In replendo inquam, & euacuando, & omnibus quæ ad salutem siue pernitium animalium attinent. Et si quis nostrum in alterutro constitutus affligitur, tunc secundum mutationes lætatur. PRO. Sic est. SOC. Quid, quoties in horum medio permanet? PRO. Quomodo in medio? SOC. Ob passionem quippe tristatur, sed uoluptatum interim præteritarum meminit: cessat quidem tristitia, nondum tamen impletur: quid tunc dicendum? nōne in medio passio-num esse? PRO. Dicendū. SOC. Vtrum dolentem omnino uel cōtra gaudentem? PRO. Nō gaudentem per Iouem, sed dupla potius affectum tristitia, secundum corpus in passione, secundum animam in expectationis ardore. SOC. Quoniam modo Protarche dolorem duplum aiebas? Nōne uacuum quispiam certam aliquando repletionem sperat, aliquando contra desperat? PRO. Maxime. SOC. Num dum assequi sperat, ipsa recordatione gaudere uidetur: simulq; uacuum eo in tempore cruciari? PRO. Necessesse. SOC. Tūc igitur & homo & animalia reliqua, lætantur simul ac moerent. PRO. Apparet. SOC. At cum uacuum aliquis expletionem omnino desperat, nōne tunc passio duplex circa dolorem exoritur, quam ipse paulo ante intuitus, simpliciter duplam opinariis? PRO. Vera hæc sunt. SOC. Hac talium passionum disceptatione ad id utamur. PRO. Ad quid ais? SOC. Vtrum uoluptates has atq; molestias ueras, an falsas, an partim ueras, partim falsas dicere debeamus? PRO. Quo pacto ò Socrates, uoluptates atque molestias falsas esse possunt? SOC. Quomodo etiam ò Protarche timores ueri uel falsi, aut expectationes ueræ, seu minime ueræ, aut opiniones ueræ uel falsæ? PRO. Opiniones equidem confiterer: sed hæc reliqua minime. SOC. Quid ais? disputationem tamen haud breuem

breuem inceptare uidemur. PRO. Vera narras. SOC. At si præcedentibus sit conueniens ò uiri illius fili considerandum est. PRO. Istud forte. SOC. Omne igitur superuacuum, & quicquid præter propositum est, dimitrendum. PRO. Recte. SOC. Dicit atq; continua nempe me admiratio tenet semper circa eas quas nunc induximus quaestiones. PRO. Quo pacto inquis? SOC. An non sunt ex uoluptatum numero falsæ alia, alia ueræ? PRO. T. Vis dicam? SOC. Neque reuera igitur, neque falso, uel lætari, cum non lætetur, uel tritari, cum non tristetur, aut furentum, aut insanorum dicitur quisquam? PRO. T. Hæc omnia sic se habere ò Socrates omnes suspicamur. SOC. Num recte an forte differendum est, recte ne uel non ista dicantur? PRO. T. Differendum quidem mea sententia. SOC. Distinguamus igitur euidentius, quod modo de uoluptate atque opinione dictum est. Est ne aliquid apud homines, opinari? PRO. T. Est. SOC. Et lætari? PRO. T. Et lætari. SOC. Quin & quod opinamur aliquid est? PRO. Cur non? SOC. Et hoc quo gaudemus? PRO. T. Et hoc. SOC. Qui opinatur, siue recte siue non recte opinetur, ipsum tamen quod reuera est opinari, non perdit. PRO. T. Quo enim modo? SOC. Gaudens etiam, siue recte gaudeat siue non, ipsum tamen quod reuera gaude re est, haud amittit. PRO. T. Immo & hæc ita se habent. SOC. Quo igitur pacto opinio uera, & falsa sit, uoluptas solummodo uera, cum tamen opinari uere atque lætari utraque similiter acceperint? PRO. T. Considerandum hoc est. SOC. Nunquid ex eo quod opinioni uerum, & falsum indita sunt? nec solum ob hæc opinio facta est, sed qualis quædam opinio utraque? Hoc ne considerandum inquis? PRO. T. Ita. SOC. Præterea uero qualia quædam efficiantur. PRO. Patet. SOC. R. Verum haudquaquam difficile est quod qualia quædam fiant inspicere. Iam pridem concessimus uoluptates atq; molestias, magnas, & paruas, uehementes remissasq; fieri. PRO. T. Concessimus. SOC. Quod si cui ex his prauitas adijciatur, ut prauam opinionem, ita & prauam uoluptatem effici con fitebimur. PRO. T. Quid prohibet? SOC. Quid si recitudo uel contrarium recitudinis horum cuiquam admoueat, num rectam opinionem quæ recitudinem subiit, ac uoluptatem similiter appellabimus? PRO. T. Necessario sequitur. SOC. Et si quod opinio ne comprehenditur sit fallax, nōne opinionem falsam potius quam rectam uocabimus? PRO. T. Immo. SOC. Item si uoluptatem uel dolorem circa id quo gaudemus uel angur, aberrare cernamus, num rectam aut bonam uoluptatem dicimus, aut aliquo præclaro nomine honorabimus? PRO. T. At id fieri nequit, siquidem uoluptas ipsa delinquat. SOC. Veruntamen sæpenumero nobis uoluptas ex opinione falsa exoritur. PRO. Proculdubio. at tamen opinionem ò Socrates eiusmodi falsam dicimus, uoluptatem uero ipsam nemo utique falsam denominaret. SOC. Prompte nimirum ò Protarche uoluptatis rationem in præsentia tueris. PRO. T. Minime, uerum quæ audio loquor. SOC. Nihil ne ò amice apud nos differt uoluptas ab opinione recta scientiaq; proficiscens, ab ea quæ falsam opinionem, & ignorantiam sequitur? PRO. T. Consentaneum est haud breui quodam interuallo distare. SOC. Verum ad hanc ipsam distantiam perferendam deueniamus. PRO. T. Duc age quæ lubet. SOC. Ecce hæc te duco. PRO. T. Quanam? SOC. Opinio quædam uera est, quædam falsa. PRO. T. Esto. SOC. Has sæpenumero uoluptas dolorq; sequitur. PRO. T. Sequitur. SOC. An non ex sensu ac memoria in nobis opinio nascitur, & ipsum opinari posse? PRO. T. Præcipue. SOC. Nōne sic circa hæc nos habere putandum? PRO. T. Quomodo? SOC. Ut fateare hominem nonnunquam procul aliqua confuse cernentem, cupere clarius quæ cernit discernere? PRO. T. Fateor equidem. SOC. Is igitur sic a seipso quodammodo sciscitabitur. PRO. T. Quo pacto inquis? SOC. Quidnam illud est quod iuxta saxum sub arbore procul apparet? An hæc ille proferre secum tibi uidetur, dum eiusmodi quædam aspicit cuiusmodi sibi quandoq; apparuerunt? PRO. T. Quid nī? SOC. Deinde ueluti sibi ipsi respondens, homo est, inquit, tanquam rem iam affectus. PRO. Nimirum. SOC. Rursus forte mutata sententia opus quoddam à pastoribus fabricatum esse asserit. PRO. Maxime. SOC. Hic si quis adsit, eadem quæ animo secum ipse uolubabat in uocem fundens, rursus præsentia diceret, ac sermo tūc fieret, quod ante opinionem uocabamus. PRO. Manifestum. SOC. At si solus sit, hoc idem secum ipse repetēs, & diu quandoq; in seipso seruans procedit. PRO. Prorsus.

SOC.

*Ex sensu et
memoria fit
hic opinio*

Anima libro
& tabule ra
se similis

s o c. Quid ergo: idem ne tu hic, quod ego, sentis? P R O. Quid istud? s o c. Videtur mihi tunc hominis anima libro cuiusdam per similes. P R O. Qua ratione? s o c. Memoria in idem cum sensibus incidens, & illa quae circa ista passiones sunt, uerba quaedam inanimata quodammodo inscribere mihi uidentur; cumque uera conscribunt passionem huiusmodi ueram opinionem dicimus, & orationes in nobis uerae ab hoc ipso proficiscuntur. At cum scriba hic noster falsa scribit, contraria ueris eueniunt. P R O. Omnino ita mihi uidentur, & ea quae dicta sunt libenter accipio. s o c. Accipe alium eorum quae tunc fiunt in animis nostris opificem. P R O. Quem? s o c. Pictores, qui post ipsum scriptorem, dictorum imagines in anima pingit. P R O. Quomodo hunc, & quando id agere dicendum? s o c. Quando ab aspectu siue alio sensu dicta, & opinione percepta, quis educens, dictorum & opinione perceptorum imagines in seipso quodammodo contuetur. an hoc in nobis efficitur? P R O. Vehementer. s o c. Nonne uerarum opinionum sermonumque imagines uerae, falsae uero falsorum? P R O. Omnino. s o c. Si modo recte haec diximus, hoc in ipsis praeterea cogitemus. P R O. Quid hoc. s o c. Vtrum circa praesentia atque praeterita hoc nobis accidere necesse sit, circa futura nequaquam? P R O. Eadem ratione circa tempora omnia. s o c. Nonne uoluptates atque molestiae ipsius animae propriae in superioribus dictae sunt uoluptates & dolores corporis antecedere; proptereaque & praegaudere, & praedolere nos ob futura contingit? P R O. Vera narras. s o c. Vtrum inscriptiones atque picturae quas paulo ante nobis imprimi uolebamus, ad praesens praeteritumue respiciunt, ad posterum minime? P R O. Ad omnia. s o c. Num idcirco ipsis assentiris, quod haec omnia spes quaedam ad futurum tempus existunt, nosque per omnem uitam perpetua spe nutrimur? P R O. Prorsus. s o c. Age ad hoc praeter illa responde. P R O. Quid rogas? s o c. Vir iustus & pius, & probus, nonne deo amicus est? P R O. Quid nunc? s o c. Iniustus & improbus contra se habet? P R O. Contra. s o c. Plurima tamen ut dicebamus unusquisque spe ducitur. P R O. Sane. s o c. Sermones sunt in unoquoque nostrum, quas spes nominauimus. P R O. Insunt. s o c. Quinetiam phantasmata picta, nam cuiusque licet fingere se cumulum auri maximum possidere, oblectamentisque uarijs abundantem omni suauitate perfundi. P R O. Nil prohibet. s o c. Num dicendum interna haec scripta bonis uiris, quia deo amici sunt, uera saepe euadere? malis saepenumero contra? P R O. Dicendum certe. s o c. Et malis uiris oblectationes nihilominus adsunt saepe contra facta, ac denique falsa. P R O. Quid nunc adsunt? s o c. Falsis igitur uoluptatibus prauit plurimum gestiant, boni homines ueris aluntur. P R O. Necessarium penitus. s o c. Insunt ergo secundum hanc rationem falsae quaedam animis hominum uoluptates, imitantur tamen ueras, sed ridicule, ac dolores eodem pacto. P R O. Insunt utique. s o c. An licebat sic opinari omnino, quae nec fuerunt, nec sunt, nec erunt, in seipso formare? P R O. Licebat. s o c. Atque haecerant, quae tunc opinionem falsam, & opinari falso efficiebant. An non? P R O. Erant. s o c. Nonne in illis reddendus est habitus aliquis uoluptatibus molestiisque contra respondens? P R O. Quomodo? s o c. Quod liceat alicui reuera laetari, quoquo modo uel temere etiam gestienti, non tamen ut ea, quae propter laetatur, uel sint, uel fuerint ante; plerumque etiam laetari in ipsis, quae nunquam euenient. P R O. Haec quoque o Socrates necessaria sunt. s o c. Et eadem ratio de timoribus, & cupidinibus, ceterisque huiusmodi, saepe scilicet illa falsa existere. P R O. Eadem profecto. s o c. Num opiniones ob aliud bonas uel prauas, quam quod uerae uel falsae sint appellamus? P R O. Ob hoc ipsum. s o c. Nec uoluptates malas ob aliud, quam quia falsae? P R O. Omnino o Socrates contrarium protulisti. Nam & uoluptates & molestias propter solum falsum malas esse haudquaquam asserere decet, quae in maximas ac multiplices insuper prauitates frequenter impingunt. s o c. Malas uoluptates, quae propter prauitatem male sunt, paulo post si placuerit, referemus; falsas autem insuper alio modo, tum saepe tum multas in nobis, & esse, & fieri; dicendum est; hoc enim ad iudicandum fortasse nobis confert. P R O. Quid nunc modo sint. s o c. Atqui o Protarche mea sententia, sunt. Hoc autem dogma quamdiu illa apud nos manet, a redargutione tutum esse impossibile est. P R O. Probe. s o c. Aggrediamur iterum athletarum more hanc disputationem. P R O. Aggrediamur. s o c. In superioribus diximus, si quidem meminimus, cupiditates (quae sic uocantur) quantisper seorsim nobis inessent, tunc corpus passionibus absque

Voluptas &
tristitia, quae
propria animae
est, uoluptates & dolores corporis praecedunt.

Concluditur in
esse ueras &
falsas uoluptates & dolores

absque animae passione occupari. P R O. Recordamur, dictaque haec proculdubio sunt. s o c. Nonne cupiebat anima contrarium corporis habitum? Receptaculum autem doloris & uoluptatis quae passione fit, erat corpus? P R O. Erat. s o c. Collige quod ex his sequitur. P R O. Dic. s o c. Quoties ista concurrunt, congregiuntur quoque uoluptates atque dolores, eorumque sensus quae contraria sunt, quod profecto nunc patuit. P R O. Apparet. s o c. Hoc quoque nonne inter nos conuenit? P R O. Quidnam? s o c. Vtrumque magis minus ue suscipere, uoluptatem pariter atque dolorem, & ad genus infiniti referri? P R O. Conuenit certe. s o c. Quaedam igitur uia horum recte iudicandorum nobis adest. P R O. Vbi nam, & quomodo? s o c. Nonne propositum in hoc iudicio nobis est passim dinoscere, quanam ex his maior, quae minor, quae magis, quo intensior uoluptas scilicet ad molestiam, & ad molestiam molestia, ac uoluptas iterum ad uoluptatem? P R O. Haec quidem talia sunt, & istud iudicij nostri propositum. s o c. Quid uero in aspectu, eminus aut cominus magnitudines inspicere, ueritatem obscurat, falsaque opinari compellit: in doloribus autem & uoluptatibus idem minime fit? P R O. Multo magis o Socrates. s o c. Id utique illi quod paulo ante narratum fuit, contrarium est. P R O. Quid ais? s o c. Tunc enim opiniones haec, falsae ueraeque effectae passione sua dolores una & uoluptates prorsus implebant. P R O. Vera narras. s o c. Nunc autem haec ex eo quod passim transmutare eminus & cominus uideantur, & ad se uicem comparentur, uoluptates quidem ad dolores, maiores uehementioresque uidentur, & dolores rursus ad uoluptates contra. P R O. Talia quaedam necesse est ob eas causas fieri. s o c. Quod si quanto utraque maiora uel minora quam reuera sint, apparent, tantumdem ipse ademeris, nonne id quod cum apparet quidem utrumque non tamen sit, neque recte apparere dices, neque unquam eiusmodi uoluptatis uel molestiae portiones rectas aut ueras audebis asserere? P R O. Sic est. s o c. Post haec igitur inspiciamus, num hac ratione occurramus, uoluptates scilicet atque molestias falsas multo magis quam istae sint quae uel apparent in uiuentibus uel existunt. P R O. Quales dicis, & quomodo? s o c. Dicitum est saepenumero, quod quorumlibet natura concretionibus uel discretionibus, repletionibus uel euacuationibus, incrementis uel decrementis corrupta, dolores, molestiae, cruciatus, ceteraque id genus exoriuntur. P R O. Saep iam dictum. s o c. At cum in naturam suam restituuntur, restitutionem talem uoluptatem circa nos posuimus. P R O. Probe. s o c. Quid autem cum circa nostrum corpus horum nihil accidit? At quando id contingit o Socrates? s o c. Nihil ad rem o Protarche ista tua petitio. P R O. Cur nam? s o c. Quia nihil impedit me, quin quod ante rogaueram rursus te rogem. P R O. Quid illud? s o c. Nisi fieri o Protarche tale quid dicam, quid necesse est ex hoc nobis contingere? P R O. An id dicis uidelicet corpore in neutram partem exagitate? Id ipsum. P R O. Constat o Socrates neque uoluptatem neque dolorem eo ipso in tempore percipi. s o c. Recte nimium respondisti. Verum ut arbitror id sentis, quod necesse sit ex ipsis unum aliquid semper nobis accidere, quemadmodum sapientes tradunt, cuncta quippe sursum deorsumue fugiter fluunt. P R O. Ferunt sane, nec male loqui uidentur. s o c. R. Quomodo enim male? cum mali minime fuerint. Verum impendentem sermonem euertare uolo, haec autem fugere cogito, tuque una mecum fugito. P R O. Dic quae? s o c. Ista sane sic se habere ipsis concedamus. Tu uero responde: utrum quicquid unquam patitur animal idem & sentiat patiendo, neque dum crescimus, nos ipsos lateamus, neque dum aliquid aliud huiusmodi patimur? an contra omnino? ferme enim talia quaedam uniuersa nos subiungunt. P R O. Contra omnino. s o c. Haud igitur recte dictum est a nobis quod modo diximus, mutationes sursum deorsumue factas, uoluptates & dolores inferre. P R O. Quid igitur? s o c. Sic autem rectius ac tutius dicere licet. P R O. Quomodo? s o c. Mutationes quidem magnae uoluptates doloresque afferunt: mediocres autem & exiguae, minime. P R O. Rectius isto modo quam illo o Socrates dicitur. s o c. Enim uero si ista sic se habent, mox uita in superioribus narrata redibit. P R O. Quanam? s o c. Quam absque meroere & laetitia ponebamus. P R O. Vera loqueris. s o c. Ex ipsis triplicem uitam ponamus, suauem, tristem, neutram. An tu aliud sentis? P R O. Haud aliter quam ita, triplicem uidelicet uitam esse. s o c. Non igitur idem erit non dolere quod & laetari. P R O. Nequaquam. s o c. Quoties ergo audis omnium dulcissimum esse uniuersam uitam sine meroere transigere, quid tunc sibi uelle id dicentem existimas? P R O. Dulce esse, significare ille mihi

Triplex uita

mihī uidetur idipsum quod dicitur non dolere. s o. Pone tria quaedam ut lubet, & ut pulchrioribus utamur nominibus alterum aurum, argentum alterum, neutrum reliquum nominato. P R. Ponatur. s o. Quod horum neutrum est, potest ne alterum ex ijs fieri, uel argentum, uel aurum? P R O. Nequit. s o c. Vita igitur media siquando suauis uel moesta dicitur, aut existimatur, nequaquam recte uel existimatur uel dicitur. P R. Certe s o. Attamen o amice aliquos hac loqui & opinari sentimus. P R. Maxime. s o. An igitur gaudere tunc quando non moerent, existimant? P R. Aiunt quidem. s o. Nonne tunc gaudere putant, non enim pronunciant. P R. Apparet. s o. Falsò de lætitia opinantur, siquidem ab utriusq; gaudij scilicet & indolentiæ natura diuersa est. P R O. Diuersa profecto. s o. Quid igitur percontabimur inter nos, utrum hæc uel ut tria sint, uel ut duo solum: ac num dolor hominibus malum, dolorum autem uitatio, hoc ipso nomine bona, dulce nominetur. P R. Quomodo id o Socrates fiat a nobis ipsiis quaramus, non enim intelligo. s o. Quia aduersarios huius o Protarche Philebi reuera non intelligis. P R O. Quosnam inquis? s o. Eos qui rerum naturam præcipue callere feruntur, qui uoluptates funditus tollunt. P R. Quid ergo? s o. Dolorum effugia eas omnes uocant, quas Philebi sectatores nuncupant uoluptates. P R. His ne ut credamus o Socrates consulis? s o. Nequaquam, sed tanquam uatibus quibusdam utamur, non arte, sed quadam non ingenerosæ naturæ indignatione a uoluptate nimis abhorrentibus, nihilq; in ea sani esse uolentibus, adeo ut illas ipsas quoque eius illecebras maleficam quandam illaqueationem potius quam uoluptatem uocent. His ergo ad hæc utere, considerans præterea & reliqua, quibus ardentissime in eum inuehuntur. Post hæc autem & quas ego ueras existimem uoluptates, accipito, ut ex utriusq; sermonibus uim eius considerantes, ad iudicandum deniq; apponamus. P R. Recte inquis. s o. Hos igitur tanquam propugnatores secundum indignationis eorum uestigium prosequamur. Reor equidem tale quiddam eos dicturos esse principio alicunde longius repetito: si speciei cuiuscunq; naturam cognoscere uelimus, uel uti duram naturam, utrum ad durissimam respicientes sic maxime cognoscemus, an ad exigue dura. Oportet te o Protarche ijs indignantijs interrogationibus quemadmodum & mihi respondere. P R. Oportet sane, illisq; respondeo, ad primas magnitudines suspiciendum. s o. Si uoluptatis genus quam naturam habeat nosse uelimus, non in paruas uoluptates longe q; a suprema remotas, uerum in eas quæ suprema uehementissimæq; dicuntur, aspiciendum. P R. Quilibet nunc ista tibi concederet? s o. Num quæ in promptu præ cæteris posita, ac maximæ uoluptates sunt, ut sæpe diximus, ipsæ scilicet circa corpus existunt? P R O. Quid nisi? s o c. Vtrum uehementiores in ægotantibus quam bene ualentibus reperiuntur? Cauemus obsecro, ne temere respondentes hallucinemur. P R O. Quonam pacto? s o c. Forte enim in bene ualentibus fateremur. P R O. Verisimile est. s o c. An non uoluptates illæ excedunt magnopere, quarum ardentem cupidines adfunt? P R. Verum id est. s o c. Nonne febribus & huiusmodi morbis affecti homines & sitiunt uehementer & algent, & quocunq; pati corpore consueuerunt, magis admodum quam cæteri patiuntur: quo fit ut magis indigeant, indigentiamq; replentes, uehementius delectentur. An uerum hoc esse negabimus? P R. Omnino ut dictum est apparet. s o. Quid uero, num recte sentire uidebimur asserentes, si quis maximas uoluptates uidere uelit, non ad sanitatem, sed ad morbum respiciendum? Et uide ne me hoc rogare putes, pluribus ne oblectationibus ægotantes quam bene ualentes deliniantur, sed magnitudo & uehementia uoluptatis ubinam præcipua sit interrogare putato: scrutandum quippe qua natura constet, prædiximus, quam uel dicant, qui nullo modo esse illam asseuerarunt. P R. Teneo pene quod inquis. s o. Fortassis etiam o Protarche demonstrabis. Responde modo. In lasciuia & petulantia non plures dico, sed uehementiores & ut maiores uoluptates, quam in temperata uita uides. Dic amabo, mentem adhibens. P R. Percepi quid uelis, & excessum cerno quam plurimum. s o. Temperato nempe prouerbium nihil nimis præcipiens semper continet, & huic illi obtemperant. Intemperantes autem & dissolutos homines uoluptatis feruor ad furorem usque occupans immoderatis clamoribus exultare compellit. P R. Recte loqueris. s o. Et si uerum hoc est, patet in quadam deprauatione tum animæ, tum corporis, potius quam in uirtute, uehementes uoluptates, uehementesq; cruciatus consistere. P R O. Patet certe. s o c. An non alii

*Voluptates,
effugia dolorum*

Quæ spectanda cum speciem dignificari oporteat

Vtrum uoluptates maiores in sanis an in ægris

quas e multis elicere decet & uestigare qua ratione maxime uocari debeant? P R O. Necessesse est. s o c. Aduerte itaq; talium morborum uoluptates qua ratione se habeant. P R O. Qualium? s o c R. Deformiu uoluptates, quas illi quos indignantes uocauimus, penitus horrent. P R O. Quales inquam? s o c. Velut in scabiei medela qua fricando fit. cæterisq; huiusmodi, haud alio pharmaco indigentibus. hoc enim malum præ dijs immortales, uoluptatem ne, an dolorem potius nuncupabimus? P R. Malum quiddam o Socrates mixtum hoc esse uidetur. s o c. Haud equidem, uel Philebi gratia, hoc exemplum produxissim: sed nisi hæc uoluptates, & quæ hæc sequuntur, inspiciantur, nunquam ferme quod quæsitum nunc est, dijudicare ualeamus. Ergo ad istarum cognatas pergendum est? P R. Num eas inquis, quæ immixtione communicant? s o. Has ipsas. Sunt igitur mixtiones corporis quidem ipsius in corporibus, animæ in anima. Et dolores animæ & corporis uoluptatibus mixtos reperiemus, eamq; utrorumq; commixtionem interdum uoluptatem, interdum uero dolorem cognominatam. P R O T. Quonam pacto? s o. Ut ecce cum quis in restitutione, uel corruptione simul contraria patitur, algens sæpe calefit, & calens aliquid quando refrigescit, quærens, ut arbitror, id assequi, illud abijcere, ac quod dicitur, amaro dulce permixtum, & cum difficultate refectionis adsistens molestiam, mox ferum congressum facit. P R O. Est maxime uerum quod dicis. s o. Nonne harum mixtionum quædam ex equali utrinque & uoluptate & dolore, quædam ex alterutro excedente conflantur? P R O. Nihil prohibet. s o. Dic igitur ex earum numero quæ doloris plus quam delectationis continent, eas esse quæ sequuntur scabiem & titillationes, quando quod intus est, feruet atque gliicit, neque huc perfricando aut exagitando quis attingit: sed quod circa cutem est solum, diffundit. Tum sane illa in ignem ferentes, & nunc huc nunc illuc, consilij inopia reuoluti, inestimabiles sæpe numero uoluptates pariunt: aliquid autem contra interioribus ad exteriorum molestias uoluptatibus mixtis, in utram partem declinatio fiat, exhibent, ex eo quod commixta per uolentiam diffundant, uel dispersa confundant, simulq; uoluptatibus dolores admovent. P R. Vera narras. s o c. Nonne iterum cum uoluptas amplior secundum hæc omnia commiscetur, tunc portio doloris immixta titillat, & leui quadam tristitia afficit? Atque iterum uoluptatis pars insula prouocat, & interdum proflire compellit, & omniformes colores, omnigenas figuras, omnimodos spiritus cum omni incitamento, & exclamations cum infania parit? P R. Summopere. s o. Cogit præterea o amice de se, tum ipsum, uel tum alium exclamare, quod his uoluptatibus delinitus ac liquefiscens propemodum moritur: eoq; magis eiuscemodi uoluptates sectatur quisque, quo intemperatior quis & imprudentior est. Atq; has insuper summas oblectationes prædicat, & eum qui ijs delicijs totam uitam mulcet, beatissimum arbitrat. P R O. Omnia quæ apud multos in existimationem ueniunt o Socrates collegisti. s o c. De uoluptatibus o Protarche quæ in communibus corporis passionibus extrinsecus intrinsecus ue miscentur, est dictum. De ijs uero quæ miscentur in anima, contraria quædam ad corpus consiuntur, uoluptatem scilicet cum dolore, & dolorem cum uoluptate in unam mixtionem concurrere. Et hæc in superioribus percurrimus, quod quando exhauritur, repletionem cupit, & sperans gaudet, exhaustus angitur. Ista tunc quidem testimonia si minime confirmauimus, nunc uero dicimus quod anima a corpore discerepante in ijs omnibus, quorum haud satis multitudo cõprehenditur, mixtio una doloris, & uoluptatis emergit. P R O. Recte nimium loqui uideris. s o. Vna præterea doloris uoluptatisq; congressio restat. P R. Quanam? s o. Quam sæpe ipsam in seipsa animam accipere diximus. P R O. Qua ratione hoc asserimus? s o. Iram, timorem, desiderium, lamentationem, amorem, æmulationem, inuidiam, & huiusmodi reliqua, an non hæc omnia dolores quosdam ipsius animæ ponis? P R. Equidem. s o. Nonne dolores huiusmodi plenos miris quibusdam uoluptatibus inuenire licet? An forte in memoriam nobis illud reducere oportet: quod quemadmodum apud Homerum accidit uirum uel prudentem irasci, eo tamen pacto ut eius affectus dulcior melle sit iugiter distillante, sic contingat in uita ut aliqua ira dulcedo miscatur, & uoluptates in lamentationibus atq; desiderijs tristitiæ mixtæ sint? P R O. Nequaquam, uerum sic hæc nec aliter accidunt. s o c. Quinetiam meministi eos qui tragicis spectaculis adsunt, dum delectantur, sæpe lugere. P R O. Memini. s o c R. Et in comædijs animi nostri affectum ad oblectationem simul atq; moerorem

Mixtiones uoluptatis & doloris in corpore

Mixtiones uoluptatis & doloris in anima

Voluptates in anima

rem declinare sensisti. P R. Haud satis aduertit. s o. Non enim facile est o Protarche affectum huiusmodi ubique comprehendere. P R O. Non certe ut mihi uideatur. s o c. Ipsum igitur tanto magis accipiamus, quanto est obscurior, ut in ceteris facilius quis uoluptatis tristitiæq; concursum percipere ualeat. P R O. Dic iam. s o c R. Inuidia nomen paulo ante inductum, utrum dolorem quendam significare censet, nec ne? P R. Censeo. s o. Inuidus tamen proximorum aduersis lætari deprehenditur. P R O. Vehementer. s o c. Malum quidem ignorantia est, & ut nunc loquimur, stoliditas quædam. P R. Quid nris? s o c. Ex his uide ridiculum illud quam naturam habet. P R. Dic modo. s o. Est utique summa tim deprauiatio quædam habitus alicuius cognomento dicta, improbitatis uero uniuersæ genus quoddam est, contra prorsus habens, quàm Delphica præcepta docent. P R O. Præceptum hoc inquis o Socrates, Nosce teipsum? s o c. Aio. Oppositum huic esset, si forte præciperetur, Nullo modo teipsum nosce? P R. Esset. s o c. O Protarche concitare nunc id trifariam distribuere. P R. Dic tu, ego enim nequeo. s o c. Ais ergo me nunc istud diuide oportere? P R. Aio equidem, & quod maius est obsecro. s o. Nonne quisque ex ijs qui se ipsos ignorant, secundum tria id necessario patitur? P R. Quomodo? s o. Primo enim secundum pecunias, opulentiorum quippe quàm sit aliquando seipsum existimat. P R O. Multi quidem ita decipiuntur. s o c. Plures etiam, qui maiores formosioresq; se putant, & quæcunque ad corpus attinent, supra quam reuera sunt. s o. Plures profecto. s o. Plurimi denique, qui animi dotes maiores quàm habeant habere se putant. P R O. Et maxime quidem. s o. Quantum uero ad uirtutes animi pertinet, nonne uulgius sapientiam prorsus sibi uendicans, plenum est contentionebus falsaq; sapientie ipsius opinionem? P R O. Quid nris? s o. Si quis ergo afflictionem illam omnem malum quiddam uocari, recte nimirum appellabit. P R. Maxime. s o c R. Hoc igitur iterum o Protarche bifariam partiendum, si ridiculam inuidiam cognoscentes miram uoluptatis & modestiæ mixtionem nosse uelimus. P R. Quomodo bifariam partiendum? s o. Ita, quicunque hanc falsam de se opinionem stulte præsumunt, ijs quemadmodum & omnibus ceteris mortalibus accidat necesse est, ut quidam eorum robur ac potentiam in ijs quæ profitentur, habeant, quidam uero nequaquam. P R. Necessarium est. s o c. Hac ergo ratione distinguere, quicunque ex ijs imbecilles sunt, neque ulcisci iniurias, neque sibi ijs opem ferre ualent, merito ridiculi nuncupantur: qui uero possunt, terribiles, et robusti, & hostiles iure uocantur. Ignorantia enim potentum robustorumq; hominum hostilis atque terrima res est. hæc enim, & quæcunque eius similia, proximis omnibus noxia, si autem imbecillis ignorantia sit, ridiculorum naturam subit. P R O. Recte loqueris. Attamen uoluptatis dolorisq; concursus, nondum in ijs nobis patuit. s o c. Liuoris primo uim accipe. P R O. Dic. s o. An non tristitia quædam, lætitiæq; iniusta est? P R. Necessarium hoc est. s o c. Aduersariorum malis lætari nec iniustum nec inuidum est. P R O. Non. s o c. Malis autem amicorum lætari potius quàm tritari, nonne inuidi est atque iniusti? P R O. Est. s o c. Ignorantiam omnibus malam esse diximus. P R. Et recte quidem. s o. Amicorum igitur præsumptionem sapientiæ atq; pulchritudinis, & quodcunque paulo ante diximus tribus in speciebus fieri, ridicula quidem cum imbecillia, odiosa uero cum ualida, hunc inquam amicorum habitum nonne fatemur cum quis innoxium alijs habet, ridiculum esse? P R O. Fatemur sane. s o c. Hunc quoque cum ignorantia sit, malum esse? P R O. Certe. s o c. Latamur ne, an tristamur, dum hæc irridemus? P R O. Latamur plane. s o. Voluptatem uero in amicorum malis, nonne à liuore proficisci prædiximus? P R O. Certe. s o. Nos igitur in amicorum rebus ridiculis subridentes miscere uoluptatem dolori, dum inuidia lætitiæ addimus, ratio ista concludit. liuorem quippe tristitiæ quendam animæ iam dudum esse constitit, derisionem uero lætitiæ, simulq; hæc eo in tempore congruere patuit. P R O. Vera loqueris. s o c R. Ratio igitur nobis hæc dicat, nos non modo in ipsis speculaculis res gestas repræsentantibus, & in alijs multis eodem pacto, sed in totius uite quædam ueluti tragœdia atq; comœdia dolores uoluptatibus immiscere. P R. Impossibile est ista tibi o Socrates non concedere, etiam si quis alteri parti potissimum ad stipulareretur. s o c R. Iram, desiderium, lamentationem, metum, amorem, æmulationem, inuidiam, proposuimus, ceteraq; huiusmodi, in quibus ea quæ iam sæpe repetimus, coire nos diximus reperire an non? P R. Ita. s o. Num uidemus quod de lamentatione, ira, atque inuidia

Inuidia noui
fuisse nomen

Ignorantia co
gnomina

Ignorantia po
tentum ceteri
simares

Liuoris uis

dia omnia iam sunt nobis confecta? P R. Quid ni uideamus? s o c. Multa igitur restant. P R. Multa. s o c. Ob quam uero potissimum causam mixtum in comœdijs affectum declassasse me tibi existimas? nonne fidei gratia? quia in amoribus timoribusq; & alijs huiusmodi mixtio ipsa facilius ostendi potest. Quæ cum ex te ipso intelligas, & quæ dicta sunt tenens, me dimitte, nec me cogas ad illa singulatim ordine descendentes, in longum disputationem producere: uerum simpliciter id accipito, & animam absque corpore, & absque anima corpus, & mutuum etiam utrorumq; congressum, in omnibus perturbationibus habere uoluptatis & doloris concursum. Dic ergo, num me dimittas, an ad multam noctem detineas. Reor enim te si pauca quædam dixeris, me dimissurum. nam de his omnibus cras me tibi dicturum polliceor: in præsentia uero ad iudicium quod Philebus instituit, pergere cupio. P R O. Præclare inquis o Socrates, & idcirco quæ restant utcumque tibi placuerit, enarrato. s o c. Secundum naturam quidem post mixtas uoluptates necessitate quadam ad puras immixtasq; quodammodo deueniemus. P R. Recte nimirum. s o c. Conabor equidem sed uariantes eas nominare. Nam his qui dicunt uoluptates omnes dolorum sedationes esse haud prorsus assentior. Cæterum, ut dixi, ijs quasi testibus utens ostendendo plerumq; uideri cum non sint, uoluptates, item ingentes quasdam multasq; uideri, sed mixtas esse tristitiæ, & sedationibus ingentium dolorum, & circa corporis & circa animæ defectum. P R. Quas denique uoluptates ueras o Socrates merito censere quis debet? s o. Eas utiq; quæ circa decoros colores figurasq; & odores plerumq; & harmonias consistunt, præterea quæ circa ea sunt in quibus defectus quidem est, sed qui nec sentitur, nec lædit. Impletio uero, quæ & suauis est & sentitur, & tristitia uocat. P R. Qua ratione o Socrates hæc sic dicimus? s o. Sunt quæ loquor haud statim perspicua, ueruntamen explicare conandum. figurarum enim pulchritudinem, non ut plerique forsitan intelligerent, ut puta animalium uel picturarum quarundam dico. sed rectum quiddam, & circulare, & ab ijs ea quæ tornis fiunt, plana uel solida, & quæ canonibus, id est regulis atque angulis construuntur, si modo hæc tenes. hæc siquidem nequaquam ad aliud quid aliud respicientia quemadmodum cætera pulchra dico, sed pulchra semper suapte natura, uoluptates proprias nullo modo motuum delectationibus conuenientes habentia: eadem ratione colores item pulchros atque gratos esse dico. Sed nunquid intelligimus? aut quid est? P R. Annitor equidem o Socrates, uerum ipse quoque lucidius explicare nitere. s o c. Dico præterea, & uoces perspicuas & suauissimasq; aliquam puram penitus concinentes melodiam, ad nihil aliud comparatas, sed natura sua pulchras esse, & innatam afferre uoluptatem. P R. Hoc quoque uerum est. s o c. Genus autem uoluptatum quod odores sequitur, minus diuinum est: quod autem ipsis necessarij dolores nequaquam misceantur, ubiq; & in quo id inesse contingat, cum illis proximis eadem prorsus ratione habere dico. Iamq; duas uoluptatum species, si modo intelligis, collegimus. P R O. Intelligo. s o. Hic item disciplinarum uoluptates addamus, si & iste famem discendi nequaquam continere uidentur, neque propter disciplinarum auiditatem principio statim dolores inferre. P R. Mihi sic uidetur. s o c. Quid uero, si quis doctrina imbutus, inde obliuiscatur, nonne tristitiam quandam sequi uides? P R O. Non natura quidem, sed quadam passionis cogitatione, cum quis orbus propter indigentiam tristatur. s o. Cæterum o beate, nos in præsentia non opinionis, sed naturæ passionis tractamus. P R. Verum est igitur quod asseris doctrinæ obliuionem absq; tristitia euenire. s o c. Voluptates igitur disciplinarum doloris expertes, nec multorum hominum, sed paucorum admodum esse fatendum. P R O. Fatendum proculdubio. s o. Postquam igitur uoluptates puras ab his quæ recte propemodum sic dicuntur, impuris secreuimus, addenda est iam uehementibus uoluptatibus immoderatio, remissioribus moderatio. Easq; etiam quæ intensius, remissius, magnum, paruum, raro, crebro, suscipiunt, ad infiniti genus quod per animam corpusq; secundum magis minus ue dicitur, referre decet: quæ uero ista non capiunt, ad commensurati genus potius referendæ. P R O. Recte inquis o Socrates. s o c. Post hæc id insuper circa uoluptates instituedum. P R. Quid istud? s o c. Vtrum purum ipsum atq; syncerum dicendum sit conferre ad ueritatem, potius & uehemens, multum magnumq; & sufficiens? P R. Quid tibi uis, dum ista rogas o Socrates? s o. Nihil o Protarche in ipsa disceptatione uoluptatis & scientiæ prætermittere uellem, siquidem utriusq; illorum por-

De puris uol
uptatibus.

Quæ uera
uoluptates.

Genus uolup
tatum odo
res sequenti
um, minus di
uinum
Disciplinari
uoluptates
duplices.

tio quaedam pura, quaedam impura est, ut utrunque purum in iudicium ueniens, & mihi & tibi, & istis denique cunctis adiudicandum, se apertum expeditumq; præbeat. P. R. O. Scite. s. o. Age igitur de omnibus que genera pura uocamus, in hunc modum cogitemus, unum aliquod ex illis primum in medium inducentes. P. R. Quid potissimum eliciemus? s. o. Album si uis, primo genus consideremus. P. R. O. Volo equidem. s. o. c. Quomodo ita albi, & quæ puritas erit? Vtrum quod maximum quiddam est ac plurimum? an quod ita syncerum, ut nihil in eo coloris alterius insit? P. R. Constat plane, quod præcipue syncerum est. s. o. c. Probe. nonne hoc uerissimum ô Protarche, & pulcherrimum alborum omnium affirmabimus, non autem quod plurimum aut maximum. P. R. Recte. s. o. c. R. Si ergo quod paruum purumq; album est, mixto multoq; albo, albius, pulchriusq; & uerius esse dicamus, recte penitus asseremus? P. R. Recte proculdubio. s. o. c. Numquid exemplis huiusmodi pluribus ad iudicandum uoluptatem egebimus? an potius hinc nosse sufficet, quod uniuersa uoluptas parua quam magna, pauca quam multa, modo à dolore remota sit, suauior est & uerior ac denique pulchrior? P. R. O. Exemplum id unicum sat est. s. o. Quid uero hoc? quod adiuuimus uoluptatis quidem generationem semper, essentiam uero nunquam existere. Elegantes enim quidam uiri hoc ferunt, eisq; gratia est habenda. P. R. Quid tum? s. o. Vis ne id interrogando percurram? P. R. O. Dic, & interroga modo. s. o. c. R. Sunt igitur duo quaedam, unum quidem secundum se ipsum, alterum semper aliud appetens. P. R. Qua ratione? & quæ ista esse dicis? s. o. Hoc suapte natura sum, moperere uenerandum, illud uero deficiens. P. R. Exprime clarius. s. o. c. R. Vidimus saepe numero pulchra quaedam elegantiaq; aspectu, & quosdam insuper qui ea nimium affecta rent. P. R. Vidimus. s. o. c. Istis ergo duobus existentibus, duo quaedam alia consimilia quare per omnia quæcunque dicimus alteri tertium esse. P. R. O. Profer obsecro Socrates clarius adhuc quod sentis. s. o. c. Nihil est hic insigne, rarum uel ô Protarche, sed iocamur. Dicimus autem quod ex his quæ sunt, aliquid semper est alterius gratia, aliquid uero cuius gratia semper id quod alterius gratia fit, efficitur. P. R. Vix tandem ob crebram repetitionem percepi. s. o. c. Forte etiam procedente disputatione clarius comprehendemus. P. R. Quid nunc? s. o. Duo hæc altera iterum adsumamus. P. R. Quenam? s. o. c. Alterum quidem omnium generationem, essentiam alterum. P. R. Equidè duo hæc abs te accipio, essentiam, & generationem. s. o. Recte: utrum autem horum alterius gratia dicimus? generationem ne essentia gratia? uel essentiam in quantum essentia nuncupatur, hoc est, secundum id quod existit, gratia generationis? An percipis? P. R. Videor, sed per deos quid me interrogas? s. o. c. Eiuscemodi quiddam ô Protarche interrogo, num fabricatio nauium nauigij gratia sit? An contra nauigium fabricationis nauium? Et de omnibus quæcunque talia sunt idem dico. P. R. O. Cur non ipse ô Socrates tibi ipsi respondes? s. o. c. Nihil prohibet. Attamen tu quoque concurre. P. R. O. Immo. s. o. c. Generationis gratia inquam pharmaca & organa omnia omnemq; materiam omnibus adhiberi, singulas autem generationes singularum essentiarum, uniuersam denique uniuersæ essentia gratia. P. R. Perspicue admodum. s. o. c. Nonne & uoluptas, si quidem generatio est, alicuius essentia gratia necessario fiet? P. R. O. Quid nunc? s. o. c. Quod tale est, ut eius gratia fiat quod semper alterius gratia fit, in boni sorte locatur: quod uero alterius gratia, in aliam sortem ô uir optime reducendum uidetur. P. R. O. Necessarium id omnino. s. o. Quamobrem si uoluptas generatio est, ad aliam quam boni sortem merito referemus. P. R. Merito certe. s. o. c. Nonne ut in principio disputationis huius predixi, dicenti uoluptatis quidem generationem, essentiam uero nullam existere, habenda gratia est? Constat enim hunc eos qui uoluptatem bonum prædicant penitus derisurum. P. R. Magnopere. s. o. c. Quinetiam hic idem eos qui generationi impensius student, ridebit atque despiciet. P. R. O. Quo pacto? & quales ais? s. o. Eos qui dum famem sitimq; restringunt, uel aliquid aliud ex his quæ generatio curat ac sedat, generatione lætantur, quasi ipsa sit, aut utq; uitam se nihil moraturos, nisi stiant, & esuriant, atq; alijs quæ hæc sequuntur, afficiantur. P. R. Videntur sane. s. o. c. Eius autem quod fieri est, contrarium destrui ipsum cuncti fatemur. P. R. Necessario. s. o. Corruptionem generationemq; eligit quisquis hæc expetit: non autem tertiam illam uitam, quam & lætitia & tristitia uacuam, intelligentia uero quoad fieri potest purissimæ compositionem proposuimus. P. R. A ratione procul ô Socrates erit, quicquid uoluptatē nobis, bonum asseuera

Voluptatis generationē semper, essentiam uero nunquam existere

Quod uoluptas non sit bonum

Id cuius gratia fit, bonum

asseuerabit. s. o. c. Procul admodum, quandoquidem & hæc præterea ratione ostendere licet. P. R. Quare? s. o. Cur enim non absurdum sit, cum nihil bonum decorum uel sit, siue in corpore, siue in alijs ullis præterquam in anima, in ea tamen solummodo uoluptatem bonum uocare? fortitudinem uero, temperantiam, intelligentiam, ac reliqua quæcunque bona sortitus est animus, minime? Ac præterea hominem uoluptatis experte, dolore uero affectum, malum tunc dum dolet, asserere, licet omnium optimus sit: & eum contra qui uoluptatibus delinquit, quo magis gestit, eo uirtute præstantiorem dicere? P. R. Hæc ô Socrates omnia supra quam dici possit absurda sunt. s. o. Ne tamen disputationem omnem in uoluptate consumamus, mentem uero & scientiam prætermittere uideamur, age iam siquid fordidum etiam his adiacet, excutiamus, donec ad purissimam eorum naturam tandem penetrantes, & ipsam inspicientes, ad iudicandum tum harum tum uoluptatis partibus uerissimis uti possimus. P. R. Scite. s. o. Nonne aliud nobis scientiam circa doctrinas, aliud circa educationem uel nutritionem exhibet? P. R. Sic est. s. o. In manuarijs primum artibus uideamus num artium alia scientia magis, alia minus sit, oporteatq; aliam purissimum, aliam impurissimum arbitrari. P. R. Decet profecto. s. o. Præcipuas utiq; à linguis discerendum. P. R. Quales, & quo pacto? s. o. Ut ecce si quis ab omnibus artibus segregaret numerandi dimetiendiq; & ponderandi peritiam, uile quiddam ita dicam esset, quod uniuscuiusq; restaret. P. R. O. Vile profecto. s. o. Residuum quippe imaginatione quaedam ac sensu experientia & exercitatione, coniecturisq; consequi liceret, quas plerique artes uocant, cura & labore uim suam omnem adeptas. P. R. O. Necessaria prorsus inducis. s. o. An non musica his plena est? primo concentum temperat non mensura, sed diligentia potius coniectura, tum uniuersa eius pulsandi facultas mensuram chordæ cuiusq; coniectura motæ perquirat. Itaq; ut obscuritatem plurimam mixtam habet, ita stabilitatem minimam. P. R. Verissime. s. o. Quinetiam medicinam, agriculturam, gubernatoriam, militarem similiter institutas esse reperimus. P. R. Quam maxime. s. o. c. Architecturam uero mensura, & instrumenta iam plurima quibus utitur illa crebro, ut perspicacem maxime, ita supra cæteras artificiosam maxime reddunt. P. R. Quonam pacto? s. o. c. R. In ipsa profecto nauium & domorum constructione, multisq; alijs id genus materiæ elaborandi quodammodo pertinentibus utitur amussi regulaq; torno, circino, filo, perpendiculo, instrumentum quoq; ad dirigenda ligna idoneo. P. R. Recte admodum ô Socrates inquis. s. o. Ponamus igitur eas quæ dicuntur artes in ordine duplici, alias quæ musicam quidem in operibus sectantur perspicacia minoris participes, alias architecturæ pedissequas aliquanto maioris. P. R. Ponamus. s. o. c. Harum omnium perspicacissimas, quas paulo ante primas uocauimus. P. R. Numerandi peritiam, & quas cum illa supra iunxisti, innuere nunc mihi uideris. s. o. c. Prorsus. sed num ô Protarche has iterum duplices affirmare, an aliter debemus? P. R. O. Quas inquis? s. o. c. Arithmetica primo, nonne aliam uulgarium, aliam philosophantium? P. R. O. Quanam ratione quis partiens aliam atq; aliam arithmetica asseret? s. o. c. Haud exigua discrepantia ô Protarche. Illi porrò unitates inæquales eorum quæ secundum numerum sunt, dinumerant, uelut duos exercitus, boues duos, duo quæ minima, duo etiam quæ maxima; hi uero nunquam eos sequerentur, nisi quis partium unitatem aliam ab alia unitate nihil discrepantem posuerit. P. R. O. Quam optime loqueris, dum multam iners diversitatem eorum qui circa numerum uersantur, adeo ut decens sit, in duo quædam diuidere. s. o. c. Quid uero computandi & dimetiendi illa secundum architecturam mercatoriam uel facultas, itemq; illa secundum philosophiam geometria ratiocinatioq; diligens, utrum una quædam, an duæ potius artes sunt? P. R. O. Prior rem ego responsionem secutus, mea quidem sententia duas esse ponerem. s. o. c. Probe, sed num intelligis cuius gratia in medium hæc induximus? P. R. Forsitan, attamen quod nunc quaesitū est explanare te uelim. s. o. c. Disputatio nostra quæ iam diu proportionem quandam æqua diuisionis conuersione uoluptatibus respondentem quaerit, uidetur mihi nunc nõ minus q̄ ab initio assecuta fuisse quod quaerit, dum indagat num sit sciētia quædam alia scientia purior, quemadmodum uoluptate uoluptas. P. R. O. Constat horum gratia ista tractata fuisse. s. o. Quid autem, nonne in superioribus aliam artem in alia esse reuertum est, clarioremq; aliam, & obscuriorem aliam? P. R. Maxime. s. o. In his aut an non artem quandam ratio uelut æquiocæ proferens, & quasi unam innuens, rursum quasi duæ

Scientiarum puritas

Potissima in artibus

Musica usura & sine mensura

Debitas medicinae Nobilitas architecturae

Artes in duplici ordine

Arithmetica duplex

Geometria duplex

Artes diserte

sint, inquit num perspicuitas puritasq; illarum penes philosophantes, aut non philosophantes existat? P R O. Et maxime quidem id inquirere mihi uidetur. S O. Quale hic responsum o Protarche reddemus? P R O. O Socrates admiram scientiarum differentiam declarandas descendimus. S O C. An non responsio facilis. P R. Quid nunc asseramus itaq; has artes longo intervallo a ceteris discrepare. Ab ijs praeura legitimorum philosophorum artes mirum in modum sinceritate & ueritate circa mensuras numerosq; differre. S O. Sunt igitur ista ex tua sententia, nosq; tibi credentes audacter importunis disputatoribus respondeamus. P R. Quidnam? S O C. Duas arithmeticas esse ac duas metiendi artes, aliasq; facultates harum comites plurimas, geminatione habentes huiusmodi, & in nomine uno communicantes. P R O. Demus secunda fortuna his quos importunos uocasti responsum hanc o Socrates. S O C R. Has ne scientias quam maxime ueritas, atq; supremas asseueramus. P R O. Omnino. S O. Verum tamen o Protarche nos differendi facultas ipsa facere non patiarur, siquam aliam ipsi praeferemus. P R. Quam rursus hanc dicere decet? S O. Eam quae omnem modo inducta peritia noscit, hanc enim cum circa id quod est, & uere est, & semper eodem modo se habet, ueretur, arbitror omnes, quibus modo aliquid sanae mentis adsit, longe omnium uerissimam cognitionem esse protinus concessuros. Tu uero o Protarche quid lentis? P R. Gorgiam saepe audiui cum diceret persuadendi facultate artibus cunctis praecellere: quippe quae cuncta non uel sed sponte sibi subiiciat, longeq; omnium artium optima sit. Nunc uero nec tibi nec illi aduersari uelim. S O. Arma mihi uideris dicere uoluisse, uerum pudore adductus praetermisisse. P R. Sunt hec ut lubet. S O. Ego ne in causa sum ut minus bene acceperis? P R. Quid? S O. Non ego o amice Protarche quae ars aut scientia omnibus eo antecellat, quod maxima potissimaq; & utilissima omnium sit, ex te quaesit: sed quae perspicua, sincera, uerissimum contempletur, quamuis parua sit ac minime utilis: hoc profecto est quod modo quaerimus. At uide: nihil enim Gorgiam laesses, si eius arti utilitatis laudem praestantiamq; concedas, ei uero quam ipse modo nauarui facultati ueritatis praecellendam tribuas: quae admodum supra de albo dixeram, quod licet paruum, si tamen purum esset, multo impuroq; secundum ueritatis excessum praestaret. Et nunc quidem sufficienter his discussis, ne respiciamus in ulla disciplinarum uel commendationes uel commoda: sed si qua ex natura suauis animi ueritatis est amans, eiusq; gratia cuncta peragit, hanc dicamus puritate mentis & sapientiae ueritatis est amans, eiusq; dam a differendi ne scientia maxime an ab alia potius hac praestantiore acquiri uideatur. P R. Considero equidem, concedoq; difficile inueniri posse aliam uel artem uel scientiam, quae sibi magis uindicta ueritatem. S O C. Nunquid tale quiddam cogitans haec modo dixisti? quod uidelicet artes multae, & quaecumq; circa haec uersantur, primo quidem opinionibus utuntur, & quae circa opiniones consistunt, ex instituto perquirunt: siue etiam quae ad naturam spectant, indaganda quis putet, puta quae circa mundum sunt, quomodo uidelicet factus sit, quomodo patitur, quomodo agat, per omnem uitam scrutatur. fatemur haec, an non? P R. Utiq;. S O. Nec circa ea quae semper existunt, sed quae fiebant, fiuntq;, & fient, hic uersatur. P R. Vera loqueris. S O. Num ex ijs quae nunq; aut in praeterito, aut futuro, aut praesenti eodem modo se habent, aliquid exactissima ueritate perspicuum esse dicemus? P R. Non licet. S O C. Etenim in ijs quae nullam prorsus stabilitatem habent, quo pacto nos stabile quicquam assequeremur? P R. Nulla ut arbitror ratione. S O C. Neque mens igitur neque scientia ulla circa ista est ueritatem supremam habens. P R O. Consentaneum. S O C. Te igitur, & me, & Gorgiam, atque Philebum ualere sinamus: hoc autem ratione nunc asseramus. P R. Quid istud? S O C. Quod illa nobis facultas, firmitatem, puritatem, ueritatem, sinceritatem continet, quae circa ea quae semper eodem modo & simplicissima sunt, studet, aut quod secundo loco illis proximum. Reliqua omnia posteriora dicenda. P R. Vera nimium. S O. Atqui illa nomina quae circa talia quaedam pulcherrima omnium sunt, an non rebus quoq; pulcherrimis assignanda? P R. Par est. S O C. Mens & sapientia nomina sunt omnium preciosissima. P R. Sunt. S O. Haec igitur intelligentijs eius quod uere est exactissima ratione perfecta atq; tributa recte utiq; accommodantur. P R O. Prorsus. S O C. At quae ipse in iudicium supra produxi, non alia sunt quam haec nomina. P R. Haud alia. S O. Ceterum si quis mixtionem uoluptatis & sapientiae nobis uelut opificibus propositum dicat, ut quaeramus ex quibus & in quibus conflatur, recte conijciet arbitror

Logicae artis, omnibus praefertur

Gorgias praetulit artem diuini cunctis artibus

Determinatio duarum artium, quarum alterutra uideatur alijs praecellere

bitror. P R O. Et maxime quidem. S O C. Itaq; deinceps miscere conandum. P R O. Conandum plane. S O C. Nonne haec prius admonere praestabit? P R O. Quae? S O C. Quae & antea memorauimus: praclarum nempe prouerbiu illud quo dicitur, quae pulchra sunt, & bis & ter repetenda esse. P R O. Quid nunc? S O C. Per Iouem sic existimo superiora dicta fuisse. P R O. Quomodo? S O C. Philebus uoluptatem inquit finem rectum cunctis animalibus esse, omniaq; ad eam intendere oportere, atq; id bonum ipsum uniuersis existere: praeterea duo haec nomina bonum & iocundum eidem naturae congruere. Socrates aut primum id minime esse inquit: utq; duo nomina sunt, bonum atq; iocundum, duas etiam differentes esse naturas. Quinetiam sapientiam magis quam uoluptatem boni participem esse. Nonne haec o Protarche sunt quae dicebantur? P R O. Maxime. S O C. Hoc quoq; & tunc & in praesentia nonne confitendum erit? P R O. Quale? S O C. Ipsius boni naturam hoc praecipue ab alijs discrepare. P R O. Quoniam? S O C. Cuiusq; hoc adest ex uiuentibus semper & omnino & undiq; id nullo alio indiget, perfectamq; sufficientiam continet. ita nec? P R O. Ita prorsus. S O C. An non ratione ipsa conati sumus alterum ab altero separantes, uoluptatem a sapientia, sapientiam a uoluptate, sic ut altera alterius ne momentum quidem participet, sic in uitam cuiusq; respiceret? P R O. Certe. S O C. Visum ne tunc alterutrum ex his sufficiens esse? P R O. Et cui uideatur? S O C. Quod si quis forte tunc praeteruicium est, nunc refrenans rectius asseueret: & cum memoriam, scientiam, sapientiam, uera opinionem, eiusdem ideae ponat, consideret utrum absq; his aliquis, uel se, uel alium aut esse quicquam aut quicquam fieri exoptet, nedum ut uoluptatem seu plurimam seu uehementissimam sine ijs elingere debeat. Si quidem his priuatus neq; reuera gaudere se opinabitur, neq; qua conditione affectus sit, noscet, neq; affectus ipsius memoriam per tempus aliquod reseruet. Eadem quoq; de sapientia dicas. Num quispiam procul ab omni etiam minima uoluptate sapientiam adipsi, q; cum uoluptatibus quibusdam malis, aut uoluptates omnes sine sapientia potius q; cum sapientia quadam? P R. Nullus o Socrates. Verum tamen nihil opus est haec toties saepe repetere. S O. Quapropter horum neutrum perfectum, & omnibus expetendum, ac penitus bonum. P R. Neutrū. S O. Aut igitur bonum ipsum perspicue, aut figuram eius aliquam sumere decet, ut quae admodum diximus, cui potissimum secundae sortis tribuendae sint, uideamus. P R. Scite admodum loqueris. S O. An non semitam ad bonum ipsum quandam ingressi sumus? P R O. Quam? S O. Si quis hominem quem quaerens, domum quam inhabitat, primum cognorit, ad miniculum sane ad eum inueniendum ingens habebit. P R O. Quid nunc? S O. Ita & nos praesens atq; superior ratio monuit ne in simplici uita sed mixta bonum ipsum indagaremus. P R O. Omnino. S O. At spes certior, in eo quod pulchre mixtum, q; in opposito nos quod quartus reperit. P R O. Certior sane. S O. Miscemus igitur o Protarche dijs ante uouentes, siue Dionysius, siue Vulcanus, siue alius quispiam deorum sortitus est mixtionem officium. P R O. Ita prorsus agendum. S O. Atqui nobis tanq; uinum miscetibus quibusdam, fontes adstant. Et melli quidem uoluptatis fontem comparare quis potest: uerum sapientiae fontem sine uini uel sobrii aequae cuiuspiam acris, atq; etiam saluberrimae. Hos ergo liquores quam pulcherrime in unum confundere studeamus. P R O. Studentur certe. S O. Dic age primum: si omnem uoluptatem cum omni sapientia miscemus, num pulchre iunxerimus? P R O. Forlitan. S O. Verum minime tutum. Quo tamen pacto securius miscemus, me nunc declaraturum confido. P R O. Dic quomodo. S O. Patuit ne in superioribus aliam uoluptatem aliam, rursusq; scientiam aliam aliam sinceritatem esse? P R. Patuit plane. S O. Scientia quoq; a scientia differens, & altera quidem circa illa quae oriuntur & occidunt, altera circa ea quae neq; fiunt neq; intereunt, semperq; secundum eadem eodem modo se habent. Atq; hanc ad ueritatem ipsam respicientes, illa ueritatem esse putamus. P R O. Recte admodum. S O C. Si utriusq; portiones uerissimas inuicem commisceamus, nunquid istarum mixtio sufficiens erit ad uitam nobis optabilissimam exhibendam? aut alio praeterea quodam alterius rationis egebimus? P R O. T. Mihi quidem uidetur scite agendum. S O C. Esto igitur nobis uir quidam sapiens qui norit quid ipsa iustitia sit, rationemq; intelligentiae comitem habeat, nec non reliqua cuncta quaecumq; sunt similiter calleat. P R O. T. Esto sane. S O C R. Num hic sufficienti scientia praeditus erit, si circuli & sphaerae ipsius diuinae rationem teneat, humanam uero hanc sphaeram & hos circulos prorsus ignoret, dum in architectura similibusq; operibus canonicibus, id est, regulis circulisq; utetur? P R O. T. Ridicula erit, o Socrates, cognitio

Prouerbiu

Quo bona uita ab alijs discrepet

Dionysio et Vulcano est dedita mixtio

nostra, si in diuinis duntaxat ueretur. s o c. Quid ais? num falsi canonis atque circuli im-
puram & instabilem artem in commune inferere & immiscere debemus? p r. Necessari-
um hoc est, si modo quis nostrum uel uitam quæ ducat domum reperturus sit. s o. An ue-
ro & musicam? quam paulo ante diximus cōsecuturis imitationeque plenam à puritate pro-
cul abesse? p r. Necessarium id quoque, si quidem uita nostra, aliquando uita futura sit.
s o c. Vis ergo tanquam sanitor turba pulsus atque coactus, ego nunc fores pandam, sci-
entiasque omnes confluere iam & cōfundi sinam, cum pura passim deteriores. p r. Haud
scio ò Socrates num quis à scientijs alijs lædatur, qui primas habet. s o c. Permitto iam
cunctas in Homericæ mixtionis uelut conuallem quandam, adeoque uehementem illam
poeticam confluere. p r. Fluant. s o c. Rursus ad uoluptatum fontē proficiscendum
uidetur: quando enim ipsas miscere cogitauimus, & inter eas nõne ueræ quedam enatae
nobis sunt: sed propter scientiæ totius amorē in idem concurrere scientias uniuersas per-
misimus, prius quàm uoluptates. p r. Vera loqueris. s o c. Est igitur tempus, ut de uo-
luptatibus etiam consullemus, utrum & ipsæ in unum omnes, an primæ duntaxat, ac ue-
ræ sint admittendæ. p r. Permultum ad securitatem interest primas uerasque admittere. s o.
Harum ergo cōmercium admittatur. At quid deinceps? si quæ necessariæ sunt, num quæ-
admodum & istic, hæ quoque in mixtionem sunt accipiendæ? p r. Quid prohibet? s o c.
Necessariæ igitur quoquo modo accipiamus. Si autem quemadmodum artes omnes nosse
innocuum & conferens in uita esse constitit, ita nunc de uoluptatibus cōstet, uidelicet quod
omnibus frui innoxium & utile sit, forte erunt omnes omnibus immiscendæ, quid ad hæc?
p r. Qua ratione de his loquemur? Quid agemus? s o. Nõ à nobis Protarche tale aliquid,
sed ab ipsis uoluptatibus scientijsque quærendū. p r. Quid istud? s o. O amicę, siue uolu-
ptates siue alio quodam cognomento appellare uos deceat, utrum eligitis cum omni sapi-
entia congredi, an esse seorsum à sapientia? Reor equidem hoc illas necessario respondu-
ras. p r. Quid? s o c. Quod quemadmodum in superioribus dictum est, nec possibile, neque
utile est genus aliquod purum, seorsum solitariumque esse. Omnium uero generum optimum,
si unum uni cōparetur, nobis fore putamus genus ipsum, quod tum cætera omnia tum etiam
singula nostrę uires perfectæ noscuntur. p r. Et recte quidē respondisse illas merito
constebimus. s o. Restat ut mentē & sapientiã rogemus cum ipsa mixtionem quodammodo
uoluptatibus egere dicamus, qualibus præcipue uoluptatibus egeant. p r. Merito. s o. Nostra
uero posthac interrogatio talis erit, utrum præter illas ueras uoluptates uobis opus est uehe-
mentissimarum maximarumque uoluptatum cōmercio? Forte sic illæ respondebunt: Minime
ò Socrates Hæ namque impedimēta nobis innumerabilia præbent. Animas siquidem
quas incolimus, uoluptates furiosæ perturbant, nec adulescere nos permittunt, nostrasque
progenies ut plurimum per negligentiam obliuione illata omnino corrumpunt. Alias autem
uoluptates ueras ac puras quas ipse narraſti, ferme nobis domesticas arbitrare: ac præ-
ter istas, illas insuper, quæ cum sanitate & temperantia cæterisque uirtutibus capiuntur. Has
enim quæ uirtutis tanquam deæ cuiusdam pedisequæ sunt, libenter admittimus. Quæ uero
cum dementia & alia improbitate congreduuntur, eas menti miscere absurdum est, si
quis quàm pulcherrimam illam cernens concordemque mixtionem atque temperiem, in ea
perdiscere quid & in homine & in uniuerso suapte natura bonum sit, quæ ue ipsius idea
existat, diuinare uelit. An non sapienter, & tanquam sui competentem mentem hæc, & de
se ipsa, & de memoria rectaque opinione respondere dicemus? p r. Omnino quidem. s o.
Atqui & hoc necessarium est, nec unquam aliter fieri posset. p r. Quid istud? s o. Cui
ueritatem nõ miscemus, nunquam id uerum aut fieret aut factum esset. p r. Quo enim
modo? s o. Nullo. uerum siquid huic mixtionem ulterius deest, dicite tu & Philebus. Mi-
hi enim tanquam mundus quidam incorporeus animato corpori pulchre dominaturus
sermo hic peractus fuisse uidetur. p r. Mihi quoque ò Socrates idem uideri scito. s o c.
Nõne si boni ipsius ac talis quidē uestibulum ædium nos nuper ingressos esse dicamus,
forsitan recte quodammodo profitebimur? p r. Mihi sane uidetur. s o. Quid igitur in hu-
iusmodi mixtionem preciosissimum, maximeque cur constitutio hæc omnibus gratissima sit,
nobis in causa esse uidetur? Stenim id nouerimus, mox perpendemus uoluptatem an
menti cognatum magis propiusque in uniuerso consistat. p r. Scite. Id enim ad iudi-
cium nobis propositum maxime conferet. s o c. Atqui nequaquam inuentu difficile est,
quæ

Nemo læditur
à scientijs cæ-
teris qui tenet
primas

Que uolupta-
tes sapientiæ
proprie sint,
quæ aliene

quæ causa sit, ob quam mixtio quæque uel plurimi uel minimi facienda sit. p r. Quo pacto
inquis? s o c. Nemo hoc ignorat. p r. Quid hoc tandem? s o c. quod quæcumque & qua-
liscumque mixtio expers uel mensuræ est uel naturæ cōmensurati, necessario omnia quæ
mixta sunt, sed & seipsam primo perdit. Neque enim temperies hæc est, sed tanquam intem-
peratus quidam, fortuitusque cōcursus nobis accidere solet. p r. Vera loqueris. s o. Nunc
quidem nos ipsius boni potentia in naturam pulchri se transferens clam fugit. Mensura
enim cōmensuratioque pulchritudo plane ac uirtus ubique sit. p r. Prorsus. s o c. Quin
etiam ueritatem diximus ipsis in ea temperie commisceri. p r. Omnino. s o c. Quod si
bonum ipsum una idea completi non licet, saltem una cum tribus, pulchritudine, com-
mensuratione, ueritate comprehendentes, dicamus id uniuersum uelut unum, causam ero-
rum quæ in mixtionem sunt esse, & propter hoc, utputa quod bonum sit, mixtionem fieri
bonam. p r. Recte nimum. s o c. Vnusquisque iam ò Protarche facile arbitror de sapi-
entia & uoluptate iudicabit, utra eorum optimo isti cognatio & præstans magis & apud
homines & apud deos esse contingat. p r. Constat quidē, attamen ratione id quoque per-
currere præstabit. s o c. Secundum quodlibet igitur horum trium, de uoluptate & sapien-
tia iudicemus. Videndum enim utri unumquodque trium cognatius asseramus. p r. Num
de pulchritudine, ueritate, mensuraque loqueris? s o c. Certe, primum igitur ueritatem si-
me Protarche, cumque sumpseris, ad tria iam respice, mentem, ueritatem, & uoluptatem;
& postquam diu mature considera ueris, tibi ipsi responde, utrum uoluptas an mens ueri-
tati propinquior. p r. Quid diuturna meditatione opus est? permultum ut arbitror
interest. Voluptas enim maxime omnium temeraria: fertur enim de ueneris uoluptatibus,
quæ ingentissimæ omnium æstimantur, quod peierantibus illis, dii prorsus ignoscunt,
quasi pueri quidam sint, nullius intelligentiæ compotes. Mens autem aut idem est quod
ueritas, aut omnium certe simillima atque uerissima. s o c. An posthac mensuram illam mo-
derationemque considerandum restat, uoluptasne an sapientia eius sit capaxior? p r. T.
Id quoque quod nunc iners, exploratu perfacile est. Reor equidem nihil uoluptate, eiusque
exultatione immo deratius inueniri posse: nihil cōtra, mente & scientia moderatius. s o.
Præclare, uerum tamen tertium quoque responde. Mensne pulchritudinis magis est parti-
ceps, an ipsa uoluptas? quid uel pulchrius? an mens uoluptate, an contra? p r. Mentem
quidem & sapientiã ò Socrates nemo unquam aut reuera aut falso deformem uel uidit,
uel aliquo pacto cogitauit, aut fuisse unquam, aut esse, aut deinde futuram. s o c. Recte.
p r. Si quem uero uoluptates præsertim maximas prosequentem aduertimus, uel quod
ridiculæ, uel quod obscenæ sint, ipsi quidem erubescimus, atque celamus, nõne tenebris
talibus cōcedentes, quasi sint diurni luminis indigna conspectu. s o c. Cunctis igitur ò Pro-
tarche, & per nuncios & uoce presenti declarato, quod uoluptatis possessio neque primum
est neque secundum bonum. Sed primum circa mensuram & moderatum, & opportunum
& quæcumque talia sempiternam quandam naturam sortita esse putare decet. p r. Appa-
ret utique ex his quæ modo sunt dicta. s o c. Secundum deinde circa cōmensuratum &
pulchrum, perfectum atque sufficiens, & quotcumque huius ordinis sunt. p r. Videtur. s o.
Tertium ut ipse uaticinor, si mentem sapientiamque posueris, haud procul à ueritate disce-
des. p r. T. Forte. s o c. Quarta uero sunt quæ ipsius animæ propria posuimus, scien-
tiæ & artes opinionisque rectæ, quæ ideo tribus illis statim succedunt, quia bono sunt quàm
uoluptas cognatiores. p r. T. Forsitan. s o c. Quinto loco pone uoluptates eas, quas ex-
perts molestiæ definimus, quas puras nominabamus animæ ipsius scientias, sensus au-
tem sequentes. p r. Fortassis. s o. In sexta uero progenie, inquit Orpheus, cantilena or-
naturum finit. Nostra quoque oratio in sexto iudicio finiri uidetur. unde nihil deinceps no-
bis aliud restat, nisi ut dictis caput adhibeamus. p r. Decet profectio. s o c. Tertio iam
orationem eandem conseruatore deum contestati breuiter perstringamus. p r. Quæ-
lem inquis? s o c. Philebus quidem inquit, omnem penitus uoluptatem nobis ipsum bo-
num esse. p r. Tertio quemadmodum uidetur: dicebas paulo ante repetendam oratio-
nem esse. s o c. Hoc ipsum, quod autem sequitur, audiamus. Equidem quod modo dixi,
orationem Philebi aliorumque innumerabilium considerans grauiusque ferens, mentem lon-
ge meliorem potioreque hominum uitæ quàm uoluptatem contendit esse. p r. Di-
cta hæc sunt. s o c. Suspiciatus tamen esse & alia multa intuli, quod si apparuerit aliquid
ambo

Pulchritudo

Mens aut est
ipsa ueritas,
aut simillima

Bonorum di-
stinctio

ambobus hisce præstantius, pro mente ipsa aduersus uoluptatem de secunda forte pugnam, uoluptasq; secundis etiam honoribus spoliaretur. P R O. Hæc quoq; dixisti. S O C R. Præterea cum dixissem bonum ipsum esse omnium sufficientissimum, neutrum ex ijs tamen sufficientem esse constitit. P R O. Vera narras. S O C. Et cum in ea oratione nec mens nec uoluptas sibi ipsi sufficientem perfectamq; uim habere uiderentur, neutram esse bonum ipsum apparuit. P R O. Recte admodum. S O C. Quinetiam cum tertium quiddam utraq; melius esse constaret, mens utiq; longo quodam interuallo propinquior potiori superantiq; ideæ quàm uoluptas eluxit. P R O. Quid nîr? S O C. Ergo nonne quintum gradum ex ea sententia quam præfens iudicium protulit, uoluptatis potentia fortietur? P R O. Videtur. S O C. Primum tamen uoluptati locum boues darent, & equi, & bruta deniq; uniuersa, ex eo quod eius illecebris mancipata sunt, quibus plurimi fidem, haud fecus quàm augures aurbus amores, uoluptates ad bene uiuendum potissimas omnium arbitrantur: ferarumq; amantes, locupletiores testes asserunt, quàm tot responsa rudium philosophorum. P R O. Verissima ô Socrates te narraffe cuncti fatemur. S O C. Nonne ergo me iam dimittis? P R O. Exiguum adhuc quiddam restat ô Socrates: neq; enim prior tu quidem disceres, ego uero quæ restant in memoriam tibi reducam.

ARGUMENTVM MARSILII FICINI FLORENTINI IN HIPPIAM, uel de pulchro, uel de honesto, ad Petrum Medicem patriæ patrem.

DE pulchro in Phædro, Symposio, & Hippia disputatur. In Hippia, quia Socrates agit aduersus Hippiam Sophistam, qui cum ignoraret, se scire putabat, quæ ignorantia animû reddit indocilem, quid pulchrum sit non satis docet, sed quid non sit ostendit, & opiniones falsas redarguit. Sophistam uocat eum qui se sapientem uideri magis quàm esse studet, pecuniarum honorisq; gratia. Talem uero Hippiam esse in proœmio declaratur, & in fine proœmij. Sumpta occasione ab oratione quadam Hippie quæ de pulchris officijs diserebat, interrogat Socrates quid ipsum per se pulchrum quo reliqua omnia pulchra sunt. Oportet enim particularia ad uniuersale quod in particularibus: & uniuersale quod in particularibus, ad ipsum quod supra singula est uniuersale referre. Nam singuli homines pulchri, per formam quandã singulis communem pulchri redduntur: forma uero communis pluribus à diuina specie uelut à sigillo character imprimitur: quoniam omnis multitudo ad unum quod in multitudine, & unum quod in multitudine, ad unum quod supra multitudinem est, reducitur. Quare cum multa sint pulchra, oportet singula per pulchritudinem communem omnibus, & omnibus instam esse pulchra: & pulchritudinem quæ in omnibus est, sicut in alio est, non in seipsa, sic ab alio, non à seipsa pendere. Vnquodq; è singulis pulchris, pulchrum hoc Plato uocat: formam in omnibus pulchritudinem: speciem & ideam supra omnia, ipsum pulchrum. Primum sensus attingit opinioq;. Secundum ratio cogitat. Tertium mens intuetur. Interrogatus Hippias, ter secundum sensum opinionem definit. Quibus consultatis, Socrates ter quoq; definit. Bis quidem secundum rationem, postremo secundum mentem. Sophista enim sensu opinioq; incedit, philosophus ratione potius, atque mente. In primis Hippias pulchram uirginem, ipsum pulchrum esse respondet. Quod esse falsum ex eo constat, quod non omnia quæ pulchra sunt, per uirginem pulchra sunt. Et uirgo, si cum brutis comparetur, pulchra: si cum dijs, deformis appareret. Quare non magis pulchra quàm turpis esse uidetur. Tum Hippias aliud quiddam similiter è singulis pulchris, non communc respondet. Aurum quippe ipsum pulchrum, quo omnia pulchra fiunt. Quod ea ratione respuit Socrates, quoniam aurum quibuscunq; conuenit, pulchra illa facit: alia uero deformat. Ergo non simpliciter pulchra facit, sed cum decet. Quocirca non sui magis quàm alterius ratione res ornat. nec aurum solum est quo cuncta ornantur, sed argentum quoque & ebur, cæteraq; huiusmodi. Tertio loco aliud quiddam infert, quod etiam proprium est potius quàm commune: Pulchrum, inquit, corpore bene ualere, diuitem esse & honoratum, senem mori, sepeliri à filijs, sepelisse parentes. Falsum hoc esse patet, quia non res omnes præter hominẽ hoc ipso pulchra redduntur, præterea hoc inter homines forte pulchrum: inter deos deorumq; filios turpe, ubi parentes non moriuntur. His redargutis quæ circa singula corporea per sensum & opinionẽ Hippias adducebat, Socrates iam ad altiora tendens, nõ quod sensus opinioni, sed quod opinioni ratio porrigit infert. Primo enim decorũ pulchrum dicit. Quod quidem incorporeũ est magis, pluribusq; commune. Id tamen hac diuisione resellit. Decorum aut uideri solum pulchro, aut tam uideri quàm esse præstat. Si primũ, deceptio quædam circa pulchrum, potius quàm ipsum pulchrum, decorum existit. Vera enim pulchritudo, pulchra esse facit: quemadmodũ uera magnitudo, magnas etiã si non uideantur. Si secundũ dixeris, falso dixeris. Nam si ipsum pulchrum quoties esse dat pulchra, uideri quoq; pariter largiretur, quæcũq; pulchra sunt, ut sunt ita omnibus apparerẽt. Id esse falsum, contentiones de rebus pulchris & cõtrouerisæ nobis ostendunt. Secundo aliud quiddam etiã, quod ratio opinioni offert, adducit.

Vtile

Vtile porro pulchrum uocat. Vtilitas incorporeum quiddam multisq; commune. Nec mirum est, cogitationem circa decens & utile decipi. Illud quippe ordinem partis ad partem, partiumq; ad totum, hoc autem ordinem totius cuiusdam ad totum aliud habet, ordo uero pulchritudinem representare uidetur. Quapropter decens uel utile, facile quis pro pulchro accipit. Quod decens pulchrum non sit, constitit: quod nec utile, sic ostendit. Vtile est quod potentiam ad aliquid facientũ habet. Potentia igitur & utilitas idem. Quicquid agimus potentia quadam agimus, sed mala ut plurimum facimus, potentia itaq; & utilitas malum ut plurimum inferunt, pulchrum autem nunquam mali causa. Ergo non simpliciter quæcunq; utilitas pulchrum. At saltem quæ ad bonum confert, respondebit quispiam: aduersus quem sic argumentatur: Quod ad bonum tendit conducibile. Conducibile bonum efficit: quod aliquid efficit, aliud est quàm id quod efficitur: quapropter aliud conducibile, aliud bonum. Conducibile, & pulchrum, idem. Ergo pulchrum & bonum aliud. Neq; pulchrum igitur bonum, neq; bonum pulchrum, quod prorsus absurdum. Tandem sensus opinionis, cogitationisq; conuictis erroribus mens rationi distat, pulchrum esse gratiam quandam, quæ animam, per mentem, usum, & auditũ mouet & allicit. Quod sane partim ex huius dialogi calce, partim ex Phædro & Symposio Platonis elicitur. Quæ ratione gratia hæc infit, & quo nomine nuncupanda, inquit Socrates, nec tamen ambitioso Sophista declarat, quæ Phædro reuelauit, & Agathonis, qui quamuis ignorarent, suam tamen ignorantiam agnoscẽtes, dociles erant. Gratia profecto pulchritudo est, non ratione sensus, quia menti non conueniret, & cæteris sensibus æque ut auditui uisuiq; competere. Non ratione mentis, quia oculos auresq; efferet. Non uoluptatis etiam ratione, quia hæc nõ in auditu & uisu duntaxat, sed in omnibus sensibus reperitur. Non ratione auditus solum: non enim menti uisuiq; congrueret. Non ratione uisus. Auditui namq; mentiq; deest. Non ratione auditus uisuiq; simul, quia in uisu audituq; unã conueniẽtis pulchritudo inesset. In uno quoq; uero illorum seorsum ab altero agente, pulchritudo nulla. Voluimus autem gratiam illam tribus animi uiribus communiter percipi, tribus quoq; obiectis earum inesse communiter. Quapropter addit uoluptates mentis, uisus, auditusq;, ex eo pulchras esse, quod maxime omnium uoluptatum innoxia sunt & optima. Si optimas idem quod conducibiles intellexeris, redibit superior ambiguitas. Conducibile bonum facit, ergo boni causa. Causa & effectum aliud. Ergo aliud conducibile, aliud bonum. Quo sequitur, aliud pulchrum, aliud bonum esse. Ideo neq; pulchrum bonum, neq; bonum pulchrum. Sin autem optimas, id est, innoxias, faciles, spirituales, lucentes, uitalesq;, ut ita dixerim, exposueris, ueri compos efficeris. Nam pulchritudo nihil aliud est quàm summi boni splendor, fulgens in ijs quæ oculis, auribus, mente, percipiuntur, perq; illa ad ipsum bonum, usum, auditum, mentemq; conuertens. Quo fit ut pulchritudo circulus quiddam diuine lucis existat, à bono manans, in bono residens, per bonum & ad bonum semper terne reflexus. Hoc Socrates mysterium quod à Diotima sibylla didicisse asseruit, nõ Sophista sed discipulis reuelauit. Quid ipsum bonum, ipsum unum rerum omnium principium, actus purus, actus sequentia cuncta uiuificans, quid ipsum pulchrum, uiuificus actus è primo fonte bonorum effluens. Mentem primo diuinam idearum ordine infinite decorans. Numina deinde sequentia mentesq; rationum serie complectens. Animas tercio numerosis discursibus ornans. Naturas quarto feminibus, formis quinto materiam. Sol profecto corpora uisibilia & oculos uidentes procreat. Oculis, ut uideant, lucidum insundit spiritum. Corpora ut uideantur, coloribus pingit. Neq; tamen proprius oculis radius, proprijque corporibus colores, ad uisionem perficiendam sufficienti, nisi lumen ipsum unum supra multa à quo multa & propria lumina oculis & corporibus distributa sunt, adueniat, illustret, excitat, atq; roborat. Eodem modo primus ipse actus, id est, deus, speciem actumq; rebus singulis producendo largitus est. Qui sane actus cum in subiecto patiente susceptus fuerit, debilis est, & ad operis executionem impotens. Sed diuini solis perpetua & inuisibilis lux, una semper omnibus adest, fouet, uiuificat, excitat, complet, & roborat. De quo diuine Orpheus, Cuncta fouens atq; ipse ferens super omnia sese. Vt est actus omnium roboratq; bonum dicitur. Vt uiuificat, lenit, mulcet, & excitat, pulchrum. Vt in obiectis quæ noscenda sunt, tres illas cognoscentis anime uires allicit, pulchritudo. Vt in cognoscente potentia eam applicat cognito, ueritas. Vt bonum est, procreat, regit, & complet, Vt pulchrum, illuminat, gratiamq; insundit. Præparata autem esse oportet omnia ad gratiam diuini fulgoris excipiendam. Corpora quidem proportionem, quæ ordine, modo & specie constat. Voces harmonia, quæ numeris interuallisq; cõficitur. Officia, morum rectitudinem ad finem bonum. Disciplinas ordine ad obiectum uerum. Animam puritate per auersionem ab inferis, & conuersionem ad supera. Mentem, per æternum in ipsum bonum, intuitum. Per hæc omnia gradatim diuine pulchritudinis radius penetrat. Circa corpus in æqualitate numerosa resulget, loco motuiq; subiecta. Circa uoces, in harmonia, extra certum locum, sed motu dispersa. Circa officia disciplinasq; & animam, in motu quidem, sed ratione uitali consistens. Circa mentem supra motum, in æterna idearum serie micans. Circa ipsum bonum, actus purus, uitam & gratiam omnibus inferens. Hæc præcor Petre Medicem uir omnium præclarissime, solita diligentia legas. Nam & tuæ mentis miram pulchritudinem prorsus agnosces, & quàm proxime ad ipsum pulchrum, de quo hic disputatur, accedas, animaduertes.

PLATONIS HIPPIAS MAIOR VEL DE PVL-

CHRO, TRANSLATVS E GRAECO IN LATINVM A MARSILIO
FICINO FLOREN. AD PETRV M MEDICEM
PATRIAE PATREM.

SOCRATES HIPPIAS



*Occasio did-
logi cum pro-
uocatione &
tentatione er-
ga sophistam*

*Sapientes pri-
scos ciuilibus
actionibus ab-
stinuisse*

*Priscos prese-
rēdos semper
recentioribus*

Gorgias

Prodicus

*Protagoras
ante Gorgiū
& Prodicum*

*Anaxagoras
dissipauit ma-
gnū patrimon-
ium ut philo-
sopharetur*

SAPIENS & pulcher Hippiā, quā raro Athenas accedis; HIP. Non da-
tur ō Socrates otium. Nam Elienses ciues quoties cū externis gentibus ali-
quid est tractandū, mihi prae ceteris legationes cōmittunt, idoneum me iu-
dicem ac nuncium existimantes eorum quae apud singulas ciuitates dicun-
tur, Quamobrem saepe & ad alias urbes, sapius etiam & de maximis rebus
Lacedaemonem legatus accessi. Quo fit ut haec loca, quod ipse quarebas, minus frequen-
tem. s o c. Hoc certe ō Hippiā sapientis perfectiq; uiri proprium est. Tu quidem cum pri-
uatim, multa ab adolescentibus accepta pecunia, plus etiam conferre illis quā accep-
peris, uales tum publicae patriae tuae prodesse, ut decet eum, qui non contemnendus uul-
go, sed summo in precio sit habendus. Ceterum, quānam ō Hippiā causa, quod prisci illi
qui sapientum cognomen adepti sunt, Pittacus atq; Bias, & qui Thaletis Milesij tempo-
re, qui deinceps usq; ad Anaxagoram, sapientiae studio floruerunt, uel omnes uel pluri-
mi ciuilibus rebus abstinuere? HIP. Quid aliud putas ō Socrates quā imbecillitatē in-
genij, cum non possent utraq; priuata & publica prudenter administrare? s o c. An uero
putas quemadmodū ceterae artes incrementū tempore susceperunt, adeo ut nostri tem-
poris artifices superioribus longe praecellant; ita & facultatem uestram, studium uidelicet
sophistarum, creuisse, ac ueteres sapientiae studiosos si uobiscum comparantur, uiles ad-
modum extitisse? HIP. Recte omnino loqueris. s o c. Ergo si hodie Bias reuiscat, à no-
bis irrideretur, quē admodum ipsum Dædalum sculptores aiunt, si reuiscens talia fabri-
caret, qualia quondam ex quibus sibi gloriam comparauit, ridiculum fore. HIP. Sic se res
habet ut ais ō Socrates. Verum tamen priscos homines praferre semper recentioribus
conseui, ut & uiuentium inuidiam & defunctorum indignationem uitarem. s o c. Pro-
be ō Hippiā & sentire & loqui mihi uideris. Ego quoq; testari possum te uera loqui. Nam
reuera uestra facultas adauctā est, quae cum priuatis obire etiam publica potest. Gorgias
si quidem hic Leontinus sophista huc patriae suae legatus uenit, utpote qui esset ad trachan-
da ista publica munera Leontinorum omnium praestantissimus; is & ad populum concio-
nari praeculare, iudicatus est, & priuatim disputando & cum iuuenibus conuersando, ma-
gnū quæstum fecit, cepitq; ex hac urbe. Quinetiam si audire uis, amicus noster Prodi-
cus & saepe aliās publicis muneribus functus est, & nuper ex Ceo insula publice ueniens,
cum in concilio dixisset, summo opere probatus est; & priuatim differens, iuuenesq; erudi-
ens, pecunias innumeras est lucratus. E priscis autem illis nullus unquam uoluit, argenti
mercedem sequi, aut propriam sapientiam in coetu diuersorum hominum ostentare: adeo
inepti & ignaui erant, eosq; quantū argentum sit latebat. Sed uterque illorum quos mo-
do reuli, plus argenti sapientia sua quā alius cuius artifex ex qualibet arte cumulauit.
Idemq; Protagoras ante illos effecit. HIP. Nihil ō Socrates egregium hac in re nosti.
Nam si uideres quantum ego argenti lucratus sum, obstupesceres. Mitto alia. Verum in
Siciliam quandoque profectus, ubi tunc Protagoras habitabat, summoq; in honore habe-
batur, me admodum senior, breui plus quā centum & quinquaginta minas collegi, &
ex regione quadam angusta, Inyca nomine, plus quā minas uiginti; cumq; domum re-
dissem, patri dedi; quod quidem tam ille quā reliqui ciues uehementer admirati sunt.
Enim uero me plures ferme pecunias quā duos alios simul quoscumque uis sophistas
congregasse existimo. s o c. R. O rem praecaram, potissimum Hippiā id argumentum est,
quanto & tu & alij huius seculi ueteres illos superatis. Nam quanta eorum qui ante Ana-
xagorae tempora fuerunt in scitia uideri potest: Cum ille cōtra ac uobis contigit, amplum
patrimonium cum accepisset, neglexisse dissipasseq; dicatur, adeo stulte philosophatus est:
deq; ceteris illorum temporū sapientibus alia quaedam huiusmodi tradunt. Quapropter
optimam hanc attulisse coniecturam uideris, quod sapientes nostri superioribus praestant,
multiq; in hoc consentiunt, sapientem in primis sibi ipsi sapere oportere. huius autem haec
est sum

est summa, ut argentum plurimum acquiratur. Et de his satis. hoc autem mihi dicas, cum
multas urbes adieris, ubi nam potissimum lucratus es. Num Lacedaemone, quo frequen-
tius es profectus? HIP. Non per Iouem ō Socrates. s o c. Quid ais: nunquid minimum?
HIP. Imò nihil penitus unquam. s o c. Monstrum est quod dicis ō Hippiā, ac mihi dic.
Vtrum sapientia tua illos qui tecum uersantur discuntq; meliores ad uirtutē efficere pos-
sit, nec ne? HIP. Et maxime quidem. s o c. Nunquid Inyciorum ciuū filios meliores red-
dere potuisti? filios autem Spartanorum minime? HIP. Absit. s o c. An forte Siculi me-
liores fieri student, Lacedaemones negligunt? HIP. Imò & Lacedaemones idem affectant.
s o c. Num pecuniarum defectu tua consuetudine caruerunt? HIP. Nequaquam, diuites
enim sunt. s o c. Cum igitur sapientiam affectarent, & suppetere facultates, tuq; illos
uoti compotes reddere posses, cur nō inde locupletissimus redisti? An forte ipsi Laceda-
mones melius quā tu filios suos erudiunt? Vis ita dicamus: ac tu consentis? HIP. Nullo
modo. s o c. Vtrum iuuenibus Lacedaemone persuadere non potuisti, ut tibi adherentes
magis proficerent ad uirtutem, quā si cum suis uixerint: an parentes inducere non po-
tuit, ut tibi filios potius quā diligentiā suā committerent, si modo filiorum curam ha-
berent? Neq; enim adeo inuidebant filijs, ut optimos euadere nollent. HIP. Equidem in-
uidisse nō arbitror. s o c. Nunquid Lacedaemon bonis legibus instituta est? HIP. Bonis
profecto. s o c. In huiusmodi uero gubernationibus uirtus maxime omnium honoratur.
HIP. Maxime quidem. s o c. Tu autem hanc alijs tradere, prae ceteris hominibus opti-
me nosti. HIP. Prorsus ō Socrates. s o c. Qui facultatē equestrem egregie docere potest,
nonne in Thessalia magis quā in reliqua graecia coleretur, lucrareturq; plurimum, si mi-
literq; & alibi ubicunq; haec ars in precio est? HIP. Consentaneum id quidem. s o c. Qui
ergo potis est praeclearissimis uirtutis praecipis iuuenes instituere, cur non Lacedaemone
summo opere honoretur, ibiq; innumeras affatim pecunias cumulet, ac similiter in quacun-
que ciuitate graecorū uirtus maximi aestimatur? At forte in Sicilia magis & Inyca, putas
ista credere debemus Hippiā. Si tu iusseris credendum est. HIP. Non est, ō Socrates mos
patrius Lacedaemonijs mutare leges, aut praeter solita filios erudire. s o c. Quid ais: Lace-
daemonibus haud patrium esse, recte agere, sed aberrare? HIP. Id haud ego asseruerim.
s o c. Recte uero agerent, si melius, non si deterius iuuenes erudirent? HIP. Recte, uerum
peregrinas disciplinas lex illorum non admittit. Alioquin si quis unquam alius tibi docen-
di gratia lucratus esset, scito me plurimum fuisse lucraturum. Latantur ergo cum me au-
diunt, laudantq; sed ut dicebam, lex illorum peregrina uetat. s o c. Legem ō Hippiā per-
niciem ciuitatis, an salutem uocas? HIP. Conditur mea quidem sententia utilitatis gratia
lex, nonnunquam tamen obest, si male sit posita. s o c. Nonne ut maximum quoddam ci-
uitati bonum legem condunt latores legum, legeq; sublata legitime in ciuitate uiuere non
possumus? HIP. Vera loqueris. s o c. Quoties igitur à bono aberrant hi qui leges ferre
nituntur, à legitimo legeq; discidunt. Quid ad haec? HIP. Exacta quidem ratione sic se
res habet ō Socrates. non tamen sic homines nominare consueuerunt. s o c. Vtrum ō
Hippiā scientes an ignorantes? HIP. Vulgus. s o c. Qui uerum cognoscunt, uulgus
sunt? HIP. Nequaquam. s o c. At uero qui sapient, hi quod utilius est magis legitimum,
quā quod inutile, reuera omnibus hominibus esse censent. nonne fateris? HIP. Fateor
equidem ita reuera esse. s o c. An non ita est, ut scientes existimant? HIP. Prorsus. s o c.
Praestat autem ut tu ais, Lacedaemonios disciplina tua licet peregrina quā patria imbuti.
HIP. Et uera loquor. s o c. Quinetiam quaecunq; utiliora sunt, magis legitima dicis?
HIP. Dixi equidem. s o c. Ergo secundum rationem tuam magis è lege est, ut Lacedaemo-
norum filij ab Hippiā quā à parentibus doceantur: quandoquidem tu magis quā illi
reuera prodesse. HIP. Prodessem proculdubio Socrates. s o c. Contra legem igitur a-
gunt Lacedaemonij, cū tibi filios suos erudiendos auri oblata mercede non tradant. HIP.
Assentior equidem: uideris enim pro me dicere: quamobrem repugnare tibi non decet.
s o c. Bonarum legum expertes Laonas esse inuenimus, & in rebus quidem maximis,
cum tamen melioribus legibus quā reliqui graeci uti uideantur. Te uero quando po-
tissimum laudant Hippiā, & quibus rebus audiendis praecipue delectantur? An uide-
cet cum illa narras, quae ipse egregie nosti, astra caelestesq; progressus? HIP. Nullo mo-
do haec

do hæc sustinent. s o c. Num geometriæ sermo illos oblectat? H I P. Minime omnium: nam multi admodum ex illis, ut ita dicam, ne numerare quidem sciunt. s o c. Longe igitur abest ut ratiocinationes libenter audiat. H I P. Longe per Iouem. s o c. Nunquid illa qua tu acutissime omnium hominum intelligis, literarum syllabarumque distinctiones, rhythmorum harmoniarumque naturas? H I P. Quas o bone uir harmonias ac literas? s o c. At qua tandem ista sunt, quæ audientes illi lætantur, teque laudant? Tu saltem referas, postquam ego inuenire non possum. H I P. Stirpem heroum atque hominum, & habitationes, ut urbes quondam extructæ sint, ac summatim omnem antiquitatis historiam atrente audiunt. Quocirca illorum causa edificare, meditarique huius generis omnia coactus sum. s o c. Quam bene tecum actum est o Hippia, quod Lacedæmonij moleste ferat, si quis nostros principes incipiens a Solone recenseat. Alioquin eorum nomina ediscendis fatigari te oportuisset. H I P. Quid fatigari Socrates? semel audiens quinquaginta nomina, memoriter reperam. s o c. Ain ueror sed ego te memoria pollere non aduerteram. Quapropter Lacedæmonios te merito delectari tanquam multarum rerum perito iam intelligo, teque perinde uti, ac ancillis pueri, ad confabulandi iucunditatem. H I P. Per Iouem o Socrates nuper ibidem de pulchris studijs, quibus incumbere iuuenem decet, differens admiratio ni fui. Extrat enim de ijs a me composita luculenta quædam oratio, quæ præcipua uerborum elegantia pollet, forma uero & principium orationis eiusmodi est, Capta, inquit oratio, Troia, Neoptolemus Nestorem interrogauit, quæ pulcherrima studia essent, quibus incumbens iuuenis, ut illustris euadat. Cui respondens Nestor multa & pulchra præcepta recenset. Hanc equidem orationem ibi ostendi, & hic quoque tertia hinc die in Phidofratiludo, atque insuper alia multa auditu digna ostenturus sum. Eudicus enim Apemanthi filius me rogauit. Quare da operam ut tu quoque adis, & alios tecum ducas, quicumque id genus dicta iudicare sciant. s o c. Fient ista si deus uoluerit Hippia. In præsentia autem breue quiddam de hoc ipso responde, nam opportune me admonuisti. Nuper enim o uir optime, cum in sermone quodam, alia ut pulchra laudarem, alia utuperarem ut turpia, hanc quispian in medium dubitationem induxit, me ualde contumeliose sic interrogans. Vnde tu ob ignauiam meam hæsitauisti, neque quod accommodate responderem habui, atque ex cœtu hominum abiens mihi ipse iratus sum, ruditatemque meam uehementer accusauit: ac minatus sum, cum mihi primum quempiam uestrum qui sapientiam profiteantur, ob uitium haberem, conaturum me id audire ac discere, & diligenter præmeditatum, ad eum qui rogauerat reuerti, ut rursus eadem de re depugnem. Quapropter nunc tu ut dicebam per oportune uenisti. Doce, obsecro, me quid ipsum pulchrum est: conare, inquam, diligentissime omnem respondendo rem aperire, ne iterum redargutus iridear. Nosti enim perspicue, idque exiguum quiddam est e multis quæ tu calles. H I P. Exiguum per Iouem Socrates, & nullius, ut ita dicam, præcij. s o c. Facile itaque discam, neque ullus ulterius me refellet. H I P. Nullus certe. Vile nanque & rude studium meum esset. s o c. Per Iouem bene loqueris Hippia, si uirum illum captamus. Verum tibi impedimento sum, imitatus illum, si tibi respondentem me opponam ut me magis exerceas. Ferme enim obijciendi formas quoquo modo teneo. Si ergo nihil molestum est, opponam ego me tibi, ut uehementius firmiterque perdiscam. H I P. Obijce ut lubet: nam ut modo dicebam, non ardua quaestio est, sed ad difficiliora te respondere docerem, ut interrogare aggredior. Si illi sermonem tuum de pulchris disputantem officijs ostendisses, cum primum finem dicendi fecisses, de nullo alio priusquam de pulchro quaesisset. Mos enim hic suus, & in hunc modum interrogasset. O Eliensis hospes nonne iustitia iusti sunt quicumque iusti? Responde, quaeso, Hippia tanquam percontante illo. H I P. Iustitia profecto. s o c. An non aliquid hæc ipsa iustitia est? H I P. Prorsus. s o c. Et sapientia sapientes sunt quicumque sapient, & bono similiter bona omnia quæ bona sunt? H I P. Quid prohibet? s o c. Sapientiam uero & bonum secundum se esse oportet. Nam si ipsa non essent, alia per illa nunquam talia fierent? H I P. Sic est. s o c. Nonne & pulchra omnia ipso pulchro sunt pulchra? H I P. Pulchro certe. s o c. R. Est ne igitur ipsum pulchrum? H I P. Est proculdubio. s o c. R. Hic ille statim

Hic uidere est
artem tentati
nam

Extorsio, ut
constitatur
rem esse

Concesso rem
esse, queritur
quid sit

statim quæret. Dic hospes, quid hoc ipsum pulchrum est? H I P. Num qui hæc interrogat audire aliud quærit quam quid sit pulchrum? s o c. Non mihi uidetur, sed aliud quiddam est ipsum pulchrum. H I P. Quid hoc ab illo differet? s o c. Nihil he tibi uidetur? H I P. Nihil certe, non enim differt. s o c. Constat autem te melius nosse. Considera tamen: non quæ res pulchra est, ille petit, sed quid ipsum pulchrum est. H I P. Intelligo iam o bone uir, & quod ipsum pulchrum est, respondebo adeo ut nunquam redarguat. Si uerum dicere oportet, scito Socrates uirginem pulchram ipsum pulchrum esse. s o c. Præclare o Hippia & decore admodum respondisti. Nunquid ergo si hoc respondero, ad interrogata responsum erit & recte, neque refellar? H I P. Qua te ille ratione corripiet, si quod omnibus uidetur, & de quo audientes singuli pro te testabuntur, responderis? s o c. Esto sane. Sed mecum ipse o Hippia quod dicis reputo. Ille siquidem ita percõtabitur. Age responde mihi o Socrates, hæc omnia quæ pulchra dicuntur, si quid ipsum pulchrum est, pro ipsum sunt pulchra? Ego autem respondebo. Si pulchra uirgo, ipsum pulchrum est, propter quod hæc pulchra sunt. H I P. Putas ne illum te reprehendere ulterius ausurum, quasi non pulchrum sit quod dicis? Vel si forte ausus fuerit, non ab omnibus irrisum iri? s o c. Quod quidem audebit o uir mirifice certo scio: utrum uero ausus ridiculus euasurus sit, res ipsa ostendet. Quæ tamen ille inferet, tibi dicere cupio. H I P. Dic iam. s o c. Quam lepidus es o Socrates, dicet, pulchra equa, nonne pulchrum? quam in oraculo deus ipse laudauit. Quid ad hæc o Hippia? pulchram equam nonne pulchram esse fatebitur? nam quo pacto quod pulchrum est, esse pulchrum negemus? H I P. Vera narras o Socrates, recte quippe deus cecinit, pulcherrimæ enim equæ apud nos nascuntur. s o c. Addet ille post hæc, Lyra pulchra nonne pulchrum? H I P. Ita. s o c. Quæret iterum, noui enim eus morem o uir optime, pulchra olla, an non pulchrum? H I P. Ha Socrates, quis adeo rudis est, ut in re seria tam uilia nomina misceat? s o c. Talis ille est o Hippia: non enim comptus iucundusque, sed sordidus, nihilque aliud præter ueritatem curans. Attamen respondendum illi est, & ego prædabor. Si olla a bono figulo facta sit equalis & rotunda, satisque cõcta, quales sunt olla quædam utrinque auritæ atque per pulchra quæ sex patinas capiunt, si de tali inquam olla interroget, respondendum pulchram existere. Quomodo enim quod pulchrum est, non esse pulchrum asseremus? H I P. Nullo pacto o Socrates. s o c. An non & olla, rogabit, illa pulchra pulchrum? Responde amabo. H I P. Sic esse arbitror, pulchrum quoque was hoc est cum ex arte est factum, sed totum hoc si cum equa & uirgine alijsque speciosis omnibus comparatur, tali cognomento indignum est. s o c. En Hippia iam intelligo quid interroganti illi qui petit obijciendum sit. O uir ignoras quam scitum sit illud Heracliti, Speciosissima simiarum deformis est cum alio genere animalium comparata: nec non ollarum pulcherrima turpis est, si cum uirginum genere conferatur, ut sapiens Hippias iudicauit. Nonne sic Hippia? H I P. Recte nimium respondisti. s o c. Audi deinceps enim scio sic inferret. Quid si quis genus uirginum o Socrates, cum deorum genere conferat, nonne idem patietur quod & olla collata cum uirgine? An non formosissima uirginum deformis esse uidebitur? nonne Heraclitus quem tu in testimonium adduxisti, hoc idem tradit, hominem scilicet sapientissimum ad deum simiam apparere quo ad sapientiam & formam & alia omnia? Confitebitur Hippia speciosissimam uirginem cum deorum genere comparatam esse deformem? H I P. Quis huic Socrates contradixerit, s o c. Si hæc admittamus, ridebit illico, & in hunc modum me iterum compellabit. Recordaris Socrates quid interrogatus fueris? At ego, recordor equidem me interrogatū fuisse quid ipsum pulchrum sit. Tum ille dicit: interrogatus quid pulchrum sit, responde quod non magis pulchrum quam turpe esse contingit, ut tu ipse fateris: ita uideri dicam? Dic quidnam tu amice mihi respondendum consulis. H I P. Hoc ipsum. s o c. Quin etiã quod ad deos genus hominum pulchrum minime sit, concedet. Sin autem ab initio te, dicit ille, rogassem quid pulchrum turpeque est, & tu mihi eadem quæ in præsentia respondisses, num recte respondisses? præterea num tibi ipsum pulchrum quo decorantur omnia, pulchraque apparent, quotiens illa species adest, uirgo uidetur esse, uel equa, uel lyra? H I P. Si id ille quaesierit Socrates, facillime respondebitur quid ipsum pulchrum sit, quo cætera omnia decorantur, cuiusue præsentia pulchra uidentur. Ineptissimus nempe homo est, nihilque præclaræ rei inducit. Si enim tu illi responderis, pulchrum ipsum quod quaerit, nihil aliud esse quam

Prima definitio
falza pulchri

Confutatio
definitionis

Heracl. homo
sapientissimus
simia est, dijs
collatus

aurum, hæsitabit profectio, neq; te confutare tentabit. Constat enim apud omnes, cuiusque que hoc adest, licet turpe illud antea uisum fuerit, pulchrum uideri auro perornatum. *Secunda definitio falsa.* s o c. Nescis Hippia quam molestus uir ille sit, quamue difficile dicentibus afferentium. *Confutatio* H I P. Quid tum? quod recte dicitur, concedat necesse est. hoc enim si respuerit, ludibrio omnibus erit. s o c. Atqui responsionem hanc non modo non accipiet, sed acriter me mordebit. O inflate uir dices, Phidiam rudem artificem putas? Et ego illi ut arbitror nullo modo putare me dicam. H I P. Et recte quidem. s o c. Recte proculdubio, postquam uero peritum artificem Phidiam esse concessero, hæc insuper addet. Existimas id quod pulchrum uocas Phidiam ignorasse? At ego, quid maxime dicam? Tum ille, quoniam Mineruæ oculos non aureos fecit, neq; reliquum uultum, neq; pedes, neq; manus, quando quidem si aurea fuissent, pulcherrima extitissent, sed eburnea reddidit: in quo certe propter infusam aberrauit, cum ignoraret aurum esse, cuius præsentia pulchra omnia fiunt quibuscunque adheret, quid ad hæc Hippia? H I P. Nihil arduum. Recte enim fecisse fatebimur. Nam eburneum quoque pulchrum est. s o c. Sed ille. Cur non pupillas etiam oculorum eburneas fecit sed lapideas, inueniens quoad fieri potuit lapidis cum ebore similitudinem? Num pulchrum lapidem, pulchrum esse ô Hippia respondebimus? H I P. Imò certe cum decens est. s o c. Cum uero non decens, turpe fatendum, necne? H I P. Fatendum sane cum minime decet. s o c. His adijciet ille. ô uir sapiens, ebur & aurum nonne cum decet, pulchra omnia reddunt: contra uero cum dedecent? Renuemusne an potius admitemus? H I P. Fatebimur plane quicquid aliquid decet, pulchrum efficere. s o c. Hic ille inferet. Vtrum decet pulchræ ollæ de qua supra diximus plenæ bonorum leguminum auream tudeculam addere an ficulneam? H I P. Pro Hercules, qualem hominẽ narras. Cur non eius nomen proferas? s o c. Haud agnosceres hominẽ, licet nomen audires. H I P. Veruntamen in præsentia inuocium illum esse cognosco. s o c. Curiosus nimium est ô Hippia. Caterum quid dicemus? Vtrã potius è duabus tudeculis leguminis & ollæ conguerem? an ficulneam? suauiorẽ quippe odorẽ præstat, neq; collidens frangensq; ollã diffundet legumina, nec aqua ignem extinguet, neque cõuiuas precioso priuabit obsonio. Contra uero aurea tudecula, omnia. Quamobrem uidetur mihi ficulnea magis decere quam aurea, nisi tu contradixeris. H I P. Decet sane magis, quamuis ego cum homine talia perquirenti minime disputarem. s o c. Probe nimirum ô amice. Tibi enim talibus nominibus uti non conuenit, cum tam specioso amicu calceisq; ornatus sis, & inter omnes graecos sapientia polleas: me autem nihil prohibet, quo minus cum illo uerfer, me igitur ante erudias, meiq; gratia respondere digneris. Ille nanque sic deinde perget. Si ficulnea decet magis quam aurea, nonne pulchrior? H I P. Pulchriorem respondebis ô Socrates, postquam quod decet, pulchrius quam quod dedecet, es confessus. s o c. Nunquid Hippia confitendum ficulneam pulchriorem esse quam auream? H I P. Vis tibi dicam Socrates, quomodo pulchrum definiens, prolixis eum sermonibus alienabis? s o c. Quid nã uelim? modo tamen prius mihi dixeris utram è duabus illis tudeculis decentiorem pulchrioremq; existere respondendum sit. H I P. Atqui si uis, illam quæ ex ficu est, pulchriorem esse responde. s o c. Nunc iam dicas quod paulo ante inceptabas. Hæc enim responsione qua ipsum pulchrum aurum esse aio, nihil pulchrius, ut arbitror aurum, quam lignum ficulneum apparebit. Nunc denuo quid ipsum pulchrum asseris? H I P. Dicam equidem: requirere nanq; mihi uideris tale quiddam pulchrum respondere, quod nunq; alicui turpe uideri queat. s o c. Omnino ô Hippia, recte nunc accipis, audi modo, & uide si quis contra hoc obijcere possit, dicereq; nihil me laudare posse. Dic per deos cito. H I P. Aio equidem semper, apud quemlibet & ubicunq; pulcherrimum esse, ut sanus aliquis sit, diues, & honoratus inter graecos usque ad senectutem: & sicut parentes suos defunctos egregio funere decorauit, sic à filiis suis præclare, atque magnifice sepeliatur. s o c. Huius, huius, ô Hippia quam mirifice & excellenter & ut te decet, dixisti, per lunonem ualde te amo, quia mihi uideris summa cum beneuolentia pro uiribus auxiliari. Virum tamen illum nondum comprehendimus, sed nunc effusius nos, mihi crede, ridebit. H I P. O ineptum risum, cum enim nihil aduersus ista proferre ualeat, rideat autem, seipsum ridebit, præsentibusq; omnibus ipse ludibrio erit. s o c. Forte sic se res habet: forte etiam ex hac responsione, ut ego uaticinor, non solum illudere me audebit. H I P. Sed quidnam

nam? s o c. Si baculum habuerit, neq; ego statim fugero, cadere me conabitur. H I P. Quid ais? An tuus ille dominus est: si tibi iniuriatus fuerit, non dabit pœnas? an iniusta uestra ciuitas? cadereq; se mutuo ciues permittit? s o c. Nullo modo. H I P. Nonne igitur punietur, si te iniuste percusserit? s o c. Non iniuste quidem ô Hippia, si talia responderem, sed iure mihi uidetur. H I P. Mihi quoque, quando quidem & tu hæc putas. s o c. Vis tibi dicam, quam ob causam me talia respondentem uerberibus dignum putem? An tu me prius quam iudices, uerberabis? uel rationem admittes? H I P. Graue hoc esset ô Socrates, si non admitterem, sed qua ratione id ais? s o c. Dicam eodem modo quo & paulo ante, imitatus illum ne coram te uerba quibus ille mecum utitur, proferam dura nimium & absurda. Nam sic me proculdubio alloquetur. Dic age ô Socrates, iniuste cædi illum censēs, qui Dithyrambum tantum inconcinne pronuncians, tam procul à proposito quæstione aberrarit? At ego, quoniam pacto interrogabo? Tum ille, quia oblitus est quæsitum fuisse ipsum pulchrum, quod omnia quibuscunq; inest pulchra efficit, lapidem, lignum, hominem, deum, actionem deniq; omnem, & disciplinam, hoc ipsum ô uir pulchrum quid est perquiro, tu uero non magis audisti me, quam si lapis coram affedissem, & molaris quidem, nec aures neq; cerebrum habens. Quod si ego perterritus ad hæc ita respondeam, num grauius feres Hippia? H I P. Quoniam modor? s o c. Sic inquam. Hoc tamen Hippias pulchrum esse dixit, quamuis ego illum ut tu me nunc, interrogassem, quod omnibus pulchrũ, semperq; existit. Quid ais? An moleste feres si hæc dixeris? H I P. Certo scio ô Socrates quod dixi omnib. esse pulchrũ, & ita uidebitur. s o c. An & erit? dicit ille, semper em pulchrũ quod pulchrũ. H I P. Omnino. s o c. None & erat, interrogabit. H I P. Et erat. s o c. Ad hæc ille, & nunquid Eliensis hospes inquit Achilli pulchrum esse, post genitores suos naturæ concedere, & auo illius Aeaco, alijsq; quicunq; ex dijs nati sunt, & ipsis denique dijs. H I P. In malam rem, quid hoc hominis? prophanæ enim sunt ô Socrates huiusmodi quæstiones. s o c. Quid uero? percontante alio hæc asserere non ualeo prophanum? H I P. Forſitan. s o c. Forte igitur tu is es, ille dicit, qui culsibet ac semper pulchrum esse dicit à filiis funere honorari, parentibus parentare. An non ex omnibus unus Hercules erat, alijsq; quos antea memorauimus? H I P. At uero non dijs dicebam. s o c. Nec heroibus etiam ut uideris. H I P. Non certe quicunq; decorum filij fuerunt. s o c. Illis uero qui non decorum? H I P. His ipsis. s o c. Ergo secundum sermonem tuum ex heroum numero Tantalus quidem & Dardano atque Zeto graue, prophanum & turpe est: Pelopi uero alijsq; similiter genitis, pulchrum. H I P. Ita mihi uidetur. s o c. Ad hæc ille, tibi ergo uidetur, quod in superioribus non dicebas, sepelire parentes, à filiis sepeliri, quandoque & quibusdam turpe contingere, imò impossibile esse, hoc omnibus esse pulchrum. Quamobrem similiter hoc atque superiora illa, scilicet uirgo & olla, habet atque etiam ridicule magis, alijs pulchrum est, alijs minime. Quocirca sic me ille corripiet. Nondum hodie potes ô Socrates, quid ipsum de quo quæritur, pulchrum sit, exprimere? Et merito me ita iurgabit, dum sibi talia respõdebo. Talis est ut plurimum disputatio nostra. Quandoque uero tanquam imperitiam meam & incertam miseratus, ipse mihi occurrit, interrogans utrum tale quiddam pulchrum ipsum esse mihi uideatur, uel de quouis alio disputetur. H I P. Quomodo id ais ô Socrates? s o c. Dicam. O Beate Socrates, inquit, ita respondere talia desine. inepta quippe sunt, & facile refelluntur. Sed aduerte, num tale quiddam ipsum pulchrum appareat, quod nos supra tetigimus, cum auro diceremus quibus decens est, esse pulchrum: contra, quibus minime: atque alia omnia, quibus ipsum decens eiusq; natura competit, pulchra fieri: Vide igitur num hoc ipsum pulchrum sit, ego autem ista passim concedere consueui. Nam quid obijciam non inuenio. Tibi uero decorum, ipsum pulchrum esse uidetur? H I P. Omnino ô Socrates. Caueamus ne in aliquo decipiatur. H I P. Cauendum certe. s o c. Vide itaque, decorum id uocamus, quod adueniens uideri pulchra singula facit quibus adest, uel quod esse efficit, uel ex ijs neutrum? H I P. Mihi quidem uidetur. s o c. Vtrum quod apparere pulchra facit, perinde ac si quis deformis, amicu calceisq; decoris ornatus, pulchrior appareat: Nonne si decorum ea quibus inest, pulchriora quam sunt, uideri faciat, deceptio quædam circa pulchrũ decorum esset? neq; esset hoc quod quærimus Hippia?

*Confutatio
quartæ defini
tionis*

*Quinta defini
tio pulchrũ
Confutatio*

Illud quippe quaesiuimus, quo res omnes pulchrae, pulchrae sunt: quemadmodum omnia magna, excessu magna sunt. hoc enim omnia magna sunt, atque etiam si non uideantur, excedant tamen, magna esse necesse est. Sic & pulchrum quaesiuimus, quo pulchra sunt omnia, siue appareant, siue non, quid esset. Decorum quidem non est: pulchriora enim quam sint, uideri facit, in quantum decorum est ut ipse aiebas: qualia uero sunt, uideri non sinit. Quod autem pulchra esse facit quemadmodum paulo ante dicebam, siue appareant, siue non, quid est dicendum? hoc nempe quaeritur si modo pulchrum quaeritur. HIP. Atqui decorum o Socrates, & esse & apparere pulchra cum adest, efficit. S O C. Igitur impossibile est, quae reuera pulchra sunt non uideri pulchra, dum ad est quod uideri facit. HIP. Impossibile. S O C. Constat enim hoc o Hippia: omnia reuera pulchra instituta & studia, existimari etiam pulchra ab hominibus: uel contra, ignorari, adeo ut de his homines priuatim & publice acerrime pugnent. HIP. Ignorari potius o Socrates arbitror. S O C. Non tamen ignoraretur, si ut pulchra sunt, ita pulchra etiam apparerent: apparerent autem, si decorum pulchrum esset, neque esse solum, sed uideri etiam pulchra cogeret. Quamobrem si decorum est quod pulchra facit esse, est utique quod quaerimus pulchrum, non tamen id quod uideri cogit: si autem uideri duntaxat, decorum efficit, nequaquam pulchrum ipsum est, quod petimus, esse nanque illud compellit. Apparere autem simul & esse, neque pulchra neque aliud quicquam efficere idem potest. Est gamusiam, utrum decorum esse putemus, quod uideri pulchra, uel quod esse facit. HIP. Quod uideri o Socrates arbitror. S O C. Pape, quam longe nos Hippia ipsius pulchri cognitio fugit, postquam decorum aliud quiddam praeter ipsum pulchrum esse apparuit. HIP. Per Iouem o Socrates mihi quidem absurde nimium. S O C. Caeterum o amice nondum dimittamus: neque enim omnem abiectam spem quid sit pulchrum inueniendi. HIP. Omnino sperandum o Socrates, neque enim inuentu difficile: mihi quippe conscius sum, quod si paulisper ad me mihi redire solliceat, exactius quam exacte, tibi id explicare, ita ut nihil ultra requireres. S O C. Heu ne alta id uoce dicas o Hippia, ne indignetur, longiusque nos effugiat, non uides quantum nos hactenus fatigauerit? Verum nihil dico. Tu enim cum solus eris, facile ut puto inuenies. Sed age per deos me praesente inuenias: & si uis, ut hactenus ita deinceps una mecum perquire. Si inueniemus bene erit. Sin minus, ego quidem mea forte contentus ero: tu uero postquam abieris, facile inuenies. Si tamen nunc inueniamus, haud amplius tibi molestus ero quid tecum ipse excogitaueris flagitans. In praesentia uero considera, num tibi id pulchrum esse uideatur. Attende obsecro diligenter ne delirem. Hoc utique pulchrum esto, quod utile est. Cuius quidem rei hinc maxime coniecturam facio: quia pulchri oculi sunt, non qui impotes uidentur, sed qui apti & utiles ad uidentum. HIP. Certe. S O C. Et uniuersum corpus ita pulchrum dicimus, aliud ad cursum, aliud ad luctum. Itemque animalia omnia, ut pulchrum equum, gallumque, & coturnicem, & apparatus omnes, atque uehicula tum terrestria, tum maritima, naues atque triremes, instrumenta quoque omnia tam ad musicam quam ad artes alias pertinentia, item si uis studia atque leges, singula haec eadem ferme ratione pulchra uocamus, respicientes scilicet qua conditione unum quodque natum, uel fabricatum, uel locatum utile est, & qua ratione utile, & ad quid utile, & quando utile, pulchrum esse dicentes: quod uero secundum haec inutile, turpe. An non idem tibi quoque uidetur o Hippia? HIP. Mihi uero. S O C. Probe igitur nunc dicimus praeter ceteris omnibus quod utile est ipsum pulchrum esse. HIP. Probe admodum o Socrates. S O C. Nonne quod efficere aliquid potest, ad id utile est quod hoc effici potest: quod non potest, inutile? HIP. Prorsus. S O C. Potentia ergo pulchrum, impotentia turpe. HIP. Maxime: nam & alia nobis omnia sic esse restant, & ciuilia praecipue. Quoniam in ciuitate sua atque republica potentem esse, omnium est pulcherrimum, impotentem uero turpissimum. S O C. Praclare loqueris. Sed nunquid ob hanc ipsam rationem, sapientia pulcherrimum omnium, insipientia contra turpissimum? HIP. Tu uero quid putas? S O C. Quiesce parum per o dulcis amice. Nam de eo quod dicimus suspicor, atque timeo. HIP. Quid metuis Socrates? nonne scite dicta haec sunt? S O C. R. Velim equidem, sed mecum hoc animaduerte, utrum quis unquam quod nec scit, neque potest, efficiat. HIP. Nequaquam. quod enim

Ponitur utile
ut quaeratur
genus pulchri

enim pacto, quod nequit ageret? S O C. Qui delinquant, & mala agunt efficiuntque ignari, si haec non potuissent, nunquid egissent? HIP. Minime. S O C. R. At uero potentia possunt, quicumque possunt: non enim impotentia. HIP. Non certe. S O C. R. Possunt autem omnes facere quae faciunt? HIP. Proculdubio. S O C. R. Mala uero multo plura quam bona, omnes homines statim ab ineunte aetate per omnem uitam agunt, neque sponte delinquant. HIP. Vera loqueris. S O C. R. Quid porro? hanc potentiam, atque haec utilia quae ad malorum executionem conducunt, num pulchra uocabimus, an longe aliter? HIP. Longe absunt a pulchro o Socrates. S O C. Non ergo potens nobis & utile ut uideatur ipsum pulchrum existit. HIP. Imo, si modo bona possit, ad ea que conferat. S O C. Illud igitur probatum est, quod potens & utile simpliciter pulchrum sit. Sed nunquid hoc erat o Hippia, ad quod animus noster respiciebat? Ipsum scilicet potens & utile ad bonum conficiendum, pulchrum esse. HIP. Mihi quidem uidetur. S O C. Hoc concludibile est, an non? HIP. Valde. S O C. Sic utique pulchra corpora, pulchra instituta legum, & sapientia, & alia quae paulo ante retulimus, omnia ex eo pulchra sunt quo concludibilia sunt. HIP. Constat. S O C. R. Conducibile itaque ipsum nobis pulchrum esse uidetur. HIP. Maxime omnium. S O C. R. Atqui conducibile est, quod bonum efficit. HIP. Id ipsum. S O C. Efficiens autem nihil aliud est quam causa. HIP. Nihil. S O C. R. Ergo boni causa pulchrum est. HIP. Est profecto. S O C. R. Aliud uero est causa, aliud id cuius causa est. Neque enim causa ipsius causa esse potest. Quod hinc maxime coniectare licet. Nonne causam efficientem esse constitit? HIP. Plane. S O C. R. Ab efficiente uero effectum fit, non efficiens. HIP. Verum est. S O C. Aliud efficiens, aliud effectum. HIP. Aliud certe. S O C. Non ergo causa ipsius causa est, sed eius quod ab ipsa efficitur. HIP. Sic est. S O C. Itaque si pulchrum boni causa est, a pulchro fit bonum. Et ob hanc causam ut uidetur, prudentiam alia que pulchra omnia exoptamus, quia opus quod ex his gignitur, id est bonum, exoptandum est. Vnde per ea quae inuenimus, pulchrum ad bonum ideam patris cuiusdam habere uidetur. HIP. Omnino quidem. praclare enim loqueris. S O C. Num & hoc praclare, quod neque pater filius est, neque filius uicissim pater? HIP. Et hoc. S O C. Enim uero nec causa effectum est, nec effectum causa. HIP. Vera loqueris. S O C. Per Iouem o uir optime, neque pulchrum bonum est, neque bonum pulchrum. An tibi ex his quae dicta sunt, fieri posse uidetur? HIP. Non mihi, non per Iouem. S O C. R. Placet nobis istud, & asserere uolumus, quod neque pulchrum bonum, neque bonum pulchrum. HIP. Non per Iouem, non mihi placet. S O C. R. Per Iouem mihi quoque o Hippia nihil minus ex his quae dicta sunt placet. HIP. Ita sane uidetur. S O C. Haud amplius igitur sermo ille ut supra, egregius esse uidetur, quo id pulchrum asserbatur, quod conducibile utileque & potens ad bonum aliquid efficiendum. imo si possibile est, absurdior iudicandus quam superiores illi, quibus uirginem, & singula quae supra narrauimus, pulchrum ipsum nuncupabamus. HIP. Apparet. S O C. Equidem o Hippia quod me uertam nescio, haesito enim & ambigo. tu uero num forte quid habes? HIP. In praesentia minime, sed ut alia dixi, si mecum animaduertero, inuenturum me aliquid certo scio. S O C. At uideor mihi ob discendi ardentem audita tuam moram tuam nequaquam toleraturus. Sed ecce nunc aliud quiddam mihi in mentem uenit. Attende obsecro utrum quod nos delectat: non de qualibet uoluptate loquor, sed de illa quae per usum atque auditum: utrum inquam tale quiddam pulchrum sit uocandum. Nam quo pacto repugnare possumus, cum pulchri homines uariisque apparatus, picturae & signa pulchra, intuentes nos delectent? Cantus quoque pulchri & uoces; uniuersaque musica, sermones & confabulationes similiter nos afficiant? Quapropter si audaci illi pertinacique homini responderemus, pulchrum esse quod per usum auditumque delectat, nonne audaciam eius reprimeremus? quid puras? HIP. Nunc mihi o Socrates quid ipsum pulchrum sit, scite dictum uidetur. S O C. R. T. B. S. Quid uero, studia pulchra ac leges, propterea pulchra dicemus, quod per usum auditumque iucunda sint, an alia quadam specie contineri? HIPPIAS. Haec ita forte o Socrates, & si hominem latent. S O C. R. Per canem o Hippia, non illum quem ego maxime omnium uereor quoties delirare, aut aliquid dicere profiterer, cum nihil dicerem.

Conducibile
an genus pulchri

Delectans an
genus pulchri

HIP. Quem dicis? S O C. Socratem Sophronisci filium, qui nihilo magis mihi concede-
ret ut hæc indiscussa facile iudicaret, quam ut scire putarem quæ nescio. HIP. Atqui
mihi quoque postquam ipse dixisti, aliud quiddam id quod ad leges attinet, esse uidetur.
S O C. Quiesce aliquantulum ô Hippia. Nam in eandem circa pulchrum ambiguitatem
incidisse uidentur, in quam paulo ante, dum putamus quiddam certi nos habere. HIP.
Quo pacto id ais Socrates? S O C. Dicam equidem quod mihi uidetur, si quid tamen di-
co. Hæc enim quæ ad studia legesq; pertinent, fortasse non extra sensum uidentur audien-
dici; sunt. Præterea hunc sermonem, qui asserit quod his sensibus gratû est esse pulchrum,
feramus, nec leges in medium producimus. At si quis nos interroget, siue is quem retuli,
siue quis alius in hunc modum: Quid ô Hippia atque Socrates, id duntaxat iucundum
quod sensibus duobus percipitur, pulchrum esse censetis? quæ uero cæteros sensus sua
uitate perfundunt, cibus, potus, ueneris actus, aliæq; huiusmodi, pulchra esse non dicitis?
An forte neque dulcia hæc, neque in sensibus præterquam in audiendo uidentur uo-
luptatem ponitis ullam? Quid inquam ô Hippia respondebimus? HIP. Magnas quoq;
in esse alijs sensibus uoluptates assentimur. S O C. Sed ille, qua de causa, dicit, cum non
minus hæc quam illæ uoluptates sint, pulchri eas cognomento priuatis? Quoniã, respon-
debimus, nemo est qui nos non rideat, si dicamus non dulce comestitionem esse, sed pul-
chrum; odorem item suauem non suauem esse, sed pulchrum. Veneris quoq; motus dulcis-
simum quiddam esse unusquisq; æque ac nos contemder, sed eos ipsos cum exercet quis-
piam, ita exerceat oportet, ut cõspectui hominũ ueluti turpissimam rem subducatur. Cum
hæc dixerimus Hippia, ille forsitan respondebit: intelligo equidẽ iam dudum quod uos
pudor impedit quo minus uoluptates huiusmodi pulchras nominetis, quia hominibus
non uideantur. Ego uero non quærebam, quod uulgo pulchrum uidetur, sed quod pul-
chrum ipsum est. Dicemus enim puto quid pulchrum esse posuerimus, partem scilicet e-
am iucundi, quæ per oculos auresq; delinit. Tu uero Hippia quò te uertes? an forte quid
aliud inferemus? HIP. Non alia præter hæc ô Socrates dicemus. S O C. Præclare dicitis,
inferet ille. Si ergo solum quod per uisum, auditumq; gratû aduenit, pulchrum est, quod
per aliũ sensum delectat, minime pulchrũ. Confitebimur ne? HIP. Confitebimur. S O C.
Ille uero sic iterũ. An quod per uisum iucundũ, per uisum & auditum iucundum est? Et
quod per auditum iucundum, per auditũ & uisum etiam? Ad hæc nos, nullo modo quod
per alterũ est, per utrunq; esse. hoc enim quæere nobis uideris. Nos uero diximus quod
uis è duobus his iucundis ipsum per se pulchrum esse, & si utrunq; simul. nõne sic respon-
dendum? HIP. Sic prorsus. S O C. Nunquid igitur, inquit ille, à iucundo iucundum,
eo ipso quod iucundum est, differt? haud quæro utrum maior minor ue sit aut magis mi-
nus ue uoluptate uoluptas, sed utrum ex pluribus uoluptatibus una quædam hoc ipso ab
alia differat, quod hæc quidem uoluptas sit, illa minime. Nobis quidem non uideri dice-
mus. HIP. Non uideri plane. S O C. Sic ille inferet. Nonne propter aliud quiddam qd
propterea quod uoluptates sint, has potissimum uoluptates è numero omnium elegistis,
tale quiddam in utrisque inspicientes, quod uidelicet naturam quandam habent ab alijs
differentem, ad quam profectio respicientes, pulchras esse illas asseueratis? neque enim ui-
sus uoluptas idcirco pulchra est, quia per uisum fit. Nam si illius pulchritudinis hæc esset
causa, nullo modo quæ per auditum sit, pulchra esset, cum per uisum nequaquam effici-
atur. Nos autem uera illum dicere confitebimur? HIP. Confitebimur sanè. S O C. Ne-
que rursus auditus uoluptas ex eo pulchra, quia per auditum fiat? alioquin quæ per ui-
sum percipitur pulchra nõ esset, quippe cum non eadem sit cum illa quæ per auditum ef-
ficatur. Eum uirum qui ita dicit ô Hippia uera loqui fatebimur? HIP. Vera nimirum.
S O C. Veruntamen utreque inquit pulchræ sunt ut dicitis. Dicimus ne? HIP. Dicimus
certe S O C. Habent igitur commune quiddam atq; idem, quod eas pulchras efficit quod
ue ambabus communiter inest, & unicuiq; proprie. Alioqui haud ambæ pulchræ essent
& utraq;. Age mihi tanquam illi responde. HIP. Ita mihi ut ais, uideri respondeo. S O C.
Si enim uoluptates hæc aliquid ambæ fusciperent, quod non earum utraque pateretur,
nunquam huiusmodi passione pulchræ existerent. HIP. Sic est ô Socrates. Qui enim
fieri potest, ut quod neutra illarum patitur, ambæ perpetiantur? S O C. Non tibi uide-
tur.

tur. HIP. Atqui & rerum istarum & locutionum huiusmodi penitus imperitus essem.
S O C. Iucunde quidem ô Hippia. cæterum ego fortassis periclitor, uideri mihi aliquid
intueri, quod ita se habeat, qualiter habere in possibile tibi uidetur. Video autem nihil.
HIP. Non uideris ô Socrates uidere, sed omnino planissime perspicere. S O C. Enimue-
ro permulta generis huius mihi animo obuersantur, quibus fidem non præsto, postquam
non probantur tibi, qui argenti plus studio sapientiæ quàm cæteri nostri temporis mor-
tales cumulasti. Ego autem ô amice, utpote qui nihil unquam lucratus sum, cogito ne me
fortasse ludas, ex industriaq; fallas, adeo mihi multa uidentur. HIP. Nemo melius quàm
tu intelliget Socrates, ludam necne, si hæc quæ tibi occurrunt proferre cõperis: nihil e-
nim dicere uideberis, quoniam nunquam reperies, quod cum nec ego patiar, nec tu, am-
bo perpetiamur. S O C. Quomodo inquis Hippia? forte tu aliquid dicis quod ego minus
intelligo. Verum ausculta me, quod sentio planius explicabo. Mihi quidẽ uidetur, quod
neq; cõtingit me esse, neq; sum, neq; tu similiter, hoc ambos pati nos posse. Item alia quæ
ambo patimur, neutrum nostrum existere. HIP. Monstra rursus asserre uideris ô Socra-
tes, & magis certe quàm ante. Attende modo. Si ambo iusti essemus, nonne & uterque?
Vel si iniustus uterq;, nonne et ambo? Aut si sani ambo, an nõ uterq;? Et si uterq; nostrum
laborat in aliquo, uel uulneratus est, uel percussus, siue aliud quiduis passus fuerit, nonne
idem ambo perpetimur? præterea si aurei, uel argentei, uel eburnei, ac etiam si uis, gene-
rosi, aut sapientes, aut honorati, uel senes uel iuuenes, aut aliud quiduis humanum ambo
essemus: nonne omnino necessarium esset hoc utrunq; nostrum esse? S O C. Omnino qui-
dem. HIP. Cæterum ipse ô Socrates res ipsas totas non cõsideras, neq; illi quibuscumq; di-
sputare es solitus: plauditis autem illico quia pulchrum interceptisprehendistisq;, &
unum quodq; differendo auellit: atq; idcirco ita uos magna latent corpora, continum
essentiam ex natura sortita. Et nũc adeo circa hæc te ueritas fugit, ut putes esse passionem
aliquam uel essentiam, quæ circa ambo quædã uersetur, circa uero utrunq; minime: atq;
uicissim quæ circa utrunq; quidem sit, circa ambo uero nequaquam: adeo absurdè, teme-
rarij, inepti, fatui estis. S O C. Talia quidem nostra sunt, Hippia, non qualia quis optaret
ut trito pro uerbo fertur, sed qualia esse possunt. Sed ipse semper admonendo nos iuas.
Etenim prius quàm nos in his admoneres, quàm stolide affecti essemus adhuc tibi clarius
aperiam, si quæ de his sentimus retulero. Dicamne? HIP. Scienti Socrates refers: noui
enim omnem eorum qui in disputando uersantur conditionem. Veruntamen si cupis, et
narra. S O C. Cupio equidem. Enim uero ita rudes eramus antequam tu hæc diceres, ut
deme ac te opinaremur, quod uterq; nostrum unus sit, neq; tamen ambo id simus quod
quisq; nostrum. non enim unus, sed duo sumus. Adeo fatui eramus. Nunc uero abs te di-
dicimus, quod si duo ambo sumus, duo similiter utrunq; nostrum esse necesse est: & si u-
nus uterq;, unum pariter ambo. Impossibile enim est uniuersali & continua essentia ra-
tione secundum Hippiam, aliter se habere. Sed quod ambo erant, idem & uterq; & con-
tra quod uterq;, pariter ambo. Nunc igitur à te persuasus hic sedeo: prius tamen ô Hip-
pia id mihi memora, utrum unum ego tuq; simus, uel tu duo, & ego duo. HIP. Quid ais
Socrates? S O C. Hæc ipsa quæ dico. Vereor enim aperte coram te loqui: nam mihi sic
censes, turbasq;, quãdo dicere aliquid tibi ipsi uideris. Simul autem mihi dicas nonne uter-
que nostrum unus, & unum esse contingit utrunq;? HIP. Omnino. S O C. Quod si unus
impar quoq;, an non unum impar existimas? HIP. Equidem. S O C. Num & ambo cum
simus duo, impares sumus? HIP. Nequaquã. S O C. Sed pares ambo? HIP. Pares. S O C.
Nunquid ex eo quod ambo pares, par etiam uterq; nostrũ? HIP. Minime. S O C. Non
ergo necesse est omnino ut modo dicebas, quæcunq; ambo utrosq;, & quæcunq; utri-
que ambo esse. HIP. Non in rebus huiusmodi, sed in his quæ ipse supra narraui. S O C.
Sat habeo Hippia. Nam ista sufficiunt, postquam alia sic, alia aliter se habere uidentur.
Dixi equidem si recordaris unde sermo hic est ortus, uoluptates per uisum & per audi-
tum, non hoc pulchras esse quod utraque earum habet, ambæ nequaquam, uel quod am-
bæ, sed utraque minime, imò eo quod & ambæ habent & utraque: & idcirco ambas &
utranq; pulchras esse, & tu concessisti, & ego hac de causa per illam ipsam essentiam
quæ ambas sequitur, ambas esse pulchras, si modo pulchræ sunt censui: per eam uero

quæ alteram deserit, minime. Et nunc quoque idem existimo. Verum mihi tanquam à principio dicas, si uoluptates quæ per uisum, & quæ per auditum sunt, ambæ & utraque pulchræ sunt, quod ipsas pulchras efficit, nonne ambas & utranque sequitur? HIP. Prorsus. SOC. An ex eo quod utraq; atque ambæ sunt uoluptates pulchræ sunt uel hac ratione aliæ quoque uoluptates non minus pulchræ? nihil enim minus uoluptates illas esse constitit. meministi? HIP. Memini. SOC. Sed quia per uisum & auditum fiunt, id circo pulchras esse illas est dictum. Vide num uera loquar. Sic enim ut memini diximus, pulchrum esse quod iucundum non quidem per sensus quoslibet, sed quod per uisum duntaxat atque auditum. HIP. Sic prorsus. SOC. Nonne passio hæc ambas sequitur, utranque minime? Non enim utraq; illarum quæadmodum supra diximus, per ambas sunt, sed ambæ quidem per ambas, utraq; minime. Est ita? HIP. Est. SOC. Non ergo hoc utraq; pulchræ sunt, quod non sequitur utraq; ambo enim non sequitur utrunque. Quam obrem ambo illa uocare pulchra secundum suppositionem licet, utraq; uero nequaquam. an aliter dicimus? Nonne hoc necessarium est? HIP. Videtur. SOC. Dicendum ne ambo quidem pulchra esse, utraq; uero nequaquam? HIP. Quid prohibet? SOC. Hoc mihi amice ob stare uidetur, quod quædam sic adesse alijs iudicata sunt, ut si ambobus adfunt, adfint & utriq; & contra si utriq;, & ambobus. Talia uero erant quæ tu narraisti. HIP. Erant certe. SOC. Quæ autem ego retuli, minime: e quorum numero erat quod ambo dicitur, & quod utrunque. Est ne ita? HIP. Est. SOC. Vtrum tibi uidetur o Hippia ex his quæ ipse exposuisti pulchrum esse? Vt si ego robustus & tu, ambo robusti. Item si ego iustus & tu, ambo: & contra, si ambo, & uterque. Vel nihil prohibet ita contingere, ut in ipsi paribus & imparibus accidit: ubi ambo aliquando paria sunt, imparia utraq;, & aliquando paria: nec non utraq; interdum talia sunt, ut exprimi nequeant, ambo queant, et interdum nequeant. Aliq; huius generis plurima quæ mihi occurrere dixerã. quorum in numero pulchrũ ponis? num ita tibi de hoc ut mihi apparet? nimis em absurdum esse mihi uidetur, ut ambo pulchri simus nõ uterque. Vel contra, uterque pulcher, nõ ambo, aut aliud quodlibet talium. Ita ne ipse eligis ut ego? An illo potius modo? HIP. Sic equidem. SOC. Recte agis Hippia, ut à longa inquisitione nos liberemus. Si enim ex his est pulchrum, haud amplius quod per uisum, & auditũ delectat, pulchrum erit. Ambo namque pulchra facit, utraque minime. Hoc aut impossibile, ut inter nos conuenit. HIP. Cõuenit certe. SOC. Impossibile igitur quod per uisum, & auditũ iucundum, pulchrum esse: nam si id pulchrum esset, impossibile aliquid sequeretur. HIP. Vera hæc sunt SOC. Hic contentiosus ille dicet: exponite iterum à principio, postq; istud uos sefellit, quid esse pulchrum hoc dicitis, quod ambabus uoluptatibus inest, propter quod istas præ cæteris honorantes pulchras uocatis. Necessariũ mihi uidetur o Hippia, ut respondeamus, quod innoxia sunt præ cæteris uoluptatibus, atq; optima tam ambæ q; utraq;. An tu aliquid aliud habes, et ab alijs differant? HIP. Nihil, reuera enim optima sunt. SOC. Tum ille, hoc igitur pulchrum esse dicitis conducibilem uoluptatem? Videri equidem respondebo, tu uero? HIP. Et ego. SOC. Ille uero ad hæc. Nonne conducibile est quod bonũ efficit? Efficiens autem & effectum aliud esse constitit. unde eodem relabimur. Neque enim bonum pulchrum esset, neq; pulchrũ bonum, si quidem aliud unum quodq; illorum esset. Ita esse nos illi, si sapiemus, ilico respondebimus. Nefas enim est, recte loquenti non assentiri. HIP. Quid tu aliud Socrates cuncta hæc esse ducis, q; imminutiones quasdam, concisionesq; sermonum ut ante dixi, in minima resolutas? Illud uero pulchrum & multifaciendum est, ut quis ualeat, præ clara oratione habita in iudicio, uel concilio, uel alio conuentu publico ad quem uerba fiunt, auditoribus persuasus, non minima quædam, sed maxima præmia reportare, sui ipsius, rerum suarum, amicorumq; salutem. Hæc sanè omisis minutis his quasiunculis complexi decet, ne demens esse uidearis, dum deliramenta, & nugas, ut modo pertractas. SOC. O amice Hippia, tu quidem beatus es, qui nostri quibus studere hominem decet, & ipse abunde ut asseris, studuisti. Me uero mira quædam fortuna derinet: quippe ab erro semper atq; mendico. Quotiens autem inopiam meam sapientibus uobis ostendo, uerbis rursus à uobis obiturgor. Obicitis enim cõtinuo, quæ & tu nunc obiecisti, me scilicet stolidã, exilia, & nihili facienda tractare. Demum cum persuasus à uobis, eadem quæ

& uos

Definitio alia
falsa pulchri

Confutatio

Alia definitio
falsa pulchri

& uos profero, optimum esse eleganter orare in iudicio, & alio quouis cœtu; & ad uotum peragere, rursus nonnulli è nostris. & ille uir qui me semper redarguit, grauitè increpat. Proximus ille uir mihi genere est, & una mecum habitat. Ergo cum primum domum ingressus sum, & ille me talia dicentem audit, interrogat quid non erubescam de pulchris rebus disputare, cum adeo manifeste circa pulchrũ redargutus sim, quod ipsum pulchrum quid sit ignorem. Inquit em. qua ratione intelliges quæ oratio pulchre composita sit quæ non, aut aliam quamlibet actionem pulchram esse, uel turpem, dum pulchrũ ipsum quid sit ignoras? Et quando ita affectus sis, uiuere te quam mori præstare putas? Contingit itaque mihi quod modo dicebam, ut & à uobis & ab illo male audiam. Sed forte operaprecium est hæc omnia tolerare: neq; enim id absurdum, modo quippiam lucratus sim. Tantum enim Hippia consuetudine utrorumq; profeci ut proverbium illud, quod Pulchra difficilia esse dicit, intelligere mihi iam uideat.

Prouerbiũ
Pulchra cor
gnitu diffici
lia, quod ut
certa diffini
tio redditi est

ARGUMENTVM MARSILII FICINI FLORENTINI IN PLATONIS
Lysidem, uel de Amicitia, ad Petrum Medicem patriæ patrem:



BI Socrates cum sophistis eorumq; sectatoribus disputat, opiniones falsas redarguit, ueras significat potius, quam doceat. Nam acuta in grina redarguit falsis, exiguò deinde uestigio uera uenatur. Quod in Euthydemo, Protagora, Menone, Hippia, Euthyphrone, & Lyside patet. Vbi uero cum discipulis & studiosis sui sermonem habet, ostendit ac docet, quod quidem ex multis dialogis intelligitur. In Lyside igitur cum de amicitia inter sophistarum discipulos disputetur, consultantis falsis potius, quam monstrandis ueris, Socrates studet. Quæ uero sit de amicitia, & amore Platonis sententia, ex hoc libro conijcere, sed ex libris de legibus alijsq; multis comprehendere possumus. Amicitiam esse uult honestam perpetuam uoluntatis communionem. Huius finem esse, uitam unam. Principium eius, cognationem. Medium autem amorem. Vt honestam dicit, excludit improborum hominum cõubernia, lasciuorumq; cõgressus. Vt perpetuam, leues adolescentulorum beneuolentiam, etiam si honesta sint, nondum amicitias appellandas monet. Vt uoluntatis, significat non similitudinem opinionis cuiusdam uel artis ad amicitiam perficiendam sufficere. Vt cõmunionem, beneuolentiam uicissitudinè indicat. Huius finis est, ut è duobus animis unus uoluntate fiat, ex una uoluntate uita una, ac demum ex una uita, numinis unius elusamq; idea fruiuit. Principium quo cõmunionis huius desiderium excitatur, cognatio est. Cognatio cõuenientiam in idea, fidere, genio, & quadam anima corporisq; affectione significat. Nam qui ex uno pendunt, in unũ, per unũ atq; ad unum reuertuntur. Mediũ & quasi quiddã ad amicitiam trames, amor existit. Cum autem amor pulchri desiderium sit, & amicitia ab amore & ducatur pariter & dicatur, necesse est eos qui amici futuri sunt, pulchros esse. Pulchros inquam quorum animi pulchri. Homo enim animus est; Corpus hominis instrumentum: & quisquis pulchrum amat corpus, non hominem, sed ea quæ sunt hominis amat. Quamobrem quotiens cognatio illa adest, & animorum pulchritudo concurret, perfecta nascitur amicitia. Si corporis forma huic animorum pulchritudini adiuncta est: citius amare incipiunt, & breui amicitie habitum assequuntur. Quod in Platonis Dionisq; mutua beneuolentia contigit. Sin autè forma corporis cum animi deformitate coniungitur, non honeste communionis, sed turpis congressus cupido exoritur. Vnde non amicitia, imò petulantia primum, deinde discordia proficitur. Quare si cognatio deest, amici nunquam. Si adest cognatio, deest omnis pulchritudo, interdum beneuoli potius, quam amici. Sin autem cognationis pulchritudo corporis, non animi est adiuncta, pro amicitia desiderio obsceni congressus ardor exoritur. Cum unus animo pulcher, turpis alter, admonitionis & increpationis studiũ cognatio illa parit. Quod si pulcher unius animus, alterius nec pulcher est, nec turpis, docèdi discendiq; inuicè uoluntas ex cognatione peruenit. Tandem ex increpatione illa, & hac doctrina, amicitia nascitur. Quod quidem in Phædrũ & Alcibiadem Socratis amor ostendit. At uero cognatio pulchritudinem utriusq; natura, cito indissolubilem procreat amicitiam. Idq; in Platonis Asterisq; beneuolentia constitit. Atque hæc, ut è multis colligitur, de amicitia Platonis nostri sententia est. In hoc autem dialogo primo eos qui amore abutuntur, & sub amicitie specie turpi libidini seruiunt, increpat. Deinde eos qui ex sola corporis forma, amari se dignos existimant, admonet. Tertio illos, qui minus uere de amicitia sentiebant, reifellit. Postremo callem quandam sagacibus animis ad uenandam amicitiam indicat. Singula membra suis in locis legitibus patet. Nam dum Hippothalem & Ctesippũ ironia iocisq; deridet Socrates, quod turpi amore capti essent significat. Et dum coram illis adolescentes ad mores instruit, amatores admonet quo pacto amandum & quomodo una uiuendum sit. Cumq; amatores instituisse, secundã dialogi partem ad amatos instituentos aggreditur. Vbi longa in ductionis serie docet, non umbratili huius corpusculi forma, sed uera animi pulchritudine, sapientia

pietia scilicet & prudentia amicos aucupari decere. Tertio loco cōsutat, & primo Solonis sententiam, qui amātos inquit amicos esse. Qui tamen sepe amantes oderunt. Addit etiam nec amantes duntaxat, amicos esse, quia sepe odio habentur qui amant. Vbi concludit reciprocā beniuolentiam, amicitiam esse uocandam. Deinde Empedoclem reprehendit, qui quamlibet simpliciter similitudinem ad amicitiam sufficere uoluit. Quod falsum esse artium multarum similitudo declarat, quæ inuidiam & odium sepius quā amicitiam gignit. Accedit postmodum Hesiodi Heraclitiq; opinio, quod dissimilia sint amica. Idq; falsum esse ex eo constat, quod odium & amor cum dissimilia sint, amica non sint, nec iniustus uir & iniustus. & de alijs eodem pacto. Quod si quid aliquando dissimile sui appetere uideatur, ut aridum quod est, humorem, calorem quod frigidum, dicendum est non amare contrarium, sed suis ipsius restitutionem ex contrario quærere. Quod enim calore nimio præter naturam sursum uiritur, per frigus ad temperiem naturalem reducitur. Quare non frigus sed temperiem per frigus amat. Idem est de ceteris contrarijs iudicandum. His consutatis opinionem quandam ut suam quasi uaticinans Socrates inferre. Vbi trifariam affectiones animi diuidit; bonū animum, malum, neutrum. Malum bono propter diuersitatem amicū esse nunquam. Malum à malo propter iniustitiam le di. Ergo nec hos iniucem amicos esse. Neutrum quoque amare malum, impossibile. malum enim cum ob sit, suapte natura odio semper habetur. Restat ut amicitia sit inter bonum ac malum, & neutrum atq; bonum. Et illa quidem in gaudio, in desiderio hæc consistit. Ex quibus duæ quædam amicitie species ortæ sunt. Sed insurgūt obiectiones quedā, quæ e turbari uidentur, quas Socrates palam infert, solutiones uero clam innuit. Prima, quia bonus bono similis, similia uero nō esse amica contra Empedoclem dictum fuit. Vbi intelligendum, non dictum esse similia nullo modo amica fieri, imò negatum quod simpliciter quelibet similitudo ad amicitiam procreandam sufficiat. Item cū secundo obijciatur: bonus seipso sufficit, ergo nō desiderat alterum, unde non amat, quare nec boni amicus est: Exponendum est quod hæc absurditas non ex Platonis mente sequitur, sed ex Empedocli & Heracliti dictis, in quibus amoris desiderium ad amicitiam non distinguunt quare una cum amicitia cupiditas perpetua sit necesse est. Plato uero amicitiam habitum quandam esse uult ex amore diuturno contractum. Quo fit ut amor sit exoriens amicitia. Amicitia uero inueteratus amor, in quo multo plus uoluptatis quā desiderij restat. Ex quo sequitur, ut qui cupierat, iam delectetur. Itaq; amicitie habitus non necessario desiderio presentis ardorem, sed delectationem exigit. Ergo si bonus bonum minus desiderat, non tamen minus, bonus bono gaudet, quod ad seruandam amicitie rationem plurimum ualet. Atq; hæc una est amicitie species, inter bonum uidelicet atq; bonum in gaudio potius quā in desiderio constituta. Est & altera, quæ desiderij plus, quā uoluptatis includit, inter neutrum bonumq; exoriens. Quæ quidem qua ratione fiat, & cuius gratia, & propter quid, in textu satis patet. Describit illam primo ut opinio porrigit, deinde paulatim emendat. Nam cum dixisset, neutrum propter malum inimicum amare bonum amicū boni amicitie gratia, statim dictis obijciendo corrigit. Vbi primum docet, amicitias omnes quæ ad homines diriguntur, imperfectas esse, & imagines amicitie quæ ad ipsum primum bonum rerumq; omnium respicit auctorem, quod primo amatur, & causa est ut amentur hæc omnia. Et quisquis aliquid amat, ipsum primum tanquam finem amoris habet. Nam à primo bono bonum omnibus inest: à primo pulchro, gratia singulis adest, bonitas uero trahit nos, allicit pulchritudo. Nō ergo ista nos inferiora mouet, sed primum illud in istis trahit & allicit. Illud itaq; in istis simul atq; ex istis, nō ista amamus. In quo Platonis nostri pietas in deum, summāq; religio mirifice fulget. Ostendit præterea non semper nos alterius gratia amicos esse. Neq; enim primum bonum, boni alterius gratia exoptamus. Item non propter malum, bonum cuperes. Quia etiā omni malo è rerum natura sublato restaret bonum suapte natura gratum, & appetitus in eo quod minus bonum, ad bonum maius cōsequendum traheret. Non enim malum est, quod summi boni excitat appetitum, sed ipsius minus boni egestas ad sui repletionem in summum bonum conuertit: quæ quidem nō malum, quia nunquam malum ad bonum, & contrarium ad contrarium, sed inchoatio boni potius uult cupanda. His ad emendationem illatis principium quoddā inducit amicitie perfectius inuestiganda: Inquit enim cognationem & naturæ conuenientiam amicitiam parere, de qua satis in principio diximus. Postremo iuuenes illos adolescentesq; mordet, quod ignorent quid merito amandum sit: quæ amicitia uera, quo pacto honeste, stabilitiq; consistat: & antequam hæc discant, temere, procaciter, & petulanter amicitiam inire contendunt. Sed ne illos infestos sibi redderet, clam ista significauit, & seipsum una cum illis reprehendit. Hæc de argumento satis. Ad Lyfidem ueniamus.

PLATONIS LYSIS VEL DE AMICITIA

E GRÆCA LINGVA IN LATINAM TRADVCTVS A MARSI
lio Ficino Florentino, ad Petrum Medicen patriæ patrem.

SOCRATES. HIPPOTHALES. CTESIPPVS.
MENEXENVS. LYSIS.



LAM ex Academia in Lyceum recta per suburbium iuxta mœnia, & cum ad portam ubi fons est Panopis, uenisset, Hippothalem Hieronymi filium, & Ctesippum Pæanatum, aliosq; unā cum his adolecentes multos offendi. Cumq; me Hippothales uenientem uideret, ô Socrates inquit, quoniam & under: At ego, ex Academia in Lyceum recta. Tum ille, ad esdū, recta ad nos inquit, non diuertis? decet enim. Ad hæc equidem, decet inquam: sed ubinam, & apud quos uestrum esse me uultis? Ille uero è regione mœniorum gymnasium quoddam ostendens muro circumdatum, & ianuam apertam, hic ait, manere te uolumus, hic autem ipsi & alij multi & quidem honesti nos exercemus. Qua potissimum in re est hæc uestra exercitatio? In palæstra quæ nuper est constituta, ac ut plurimum in sermonibus, quos tecum libenter communicarem. Recte agitis. Sed quis tibi præceptor? Socius & laudator tuus Miccus. Per Iouem non malus ille quidem, sed admodum sophista. Vis me in intro sequi, ut eos qui tibi sunt, uideas? Id in primis libenter audirem, ad quid ingrediar, & quis pulcher ille. Alius alij uidetur ô Socrates. Tibi uero, quis ô Hippothales? Dic obsecro quis amatus ille. At ille interrogatus obtulit. Tum ego, ô Hieronymi fili Hippothales, utrum ames quempiam nec ne, nil opus est ut aperias. Noui enim quod non solum amas, sed quod in amore progressus sis tam procul. Etenim cæteris in rebus hebes & inutilis sum: id autem unum mihi munus à Deo datum, ut primo aspectu amatores cognoscam. Ad hæc ille nihil respondit. Verum Ctesippus, q; urbanus es, inquit, Hippothales, qui amati tui nomen Socrati referre detrectas. Quod si paulisper ille hic moretur, necabitur assidue ex te audiendo. Nobis enim dudum ô Socrates aures cōpleuit surdasq; reddidit nomine Lyfidis. Vbi uero potus est non nihil, facile fit, ut uel à somno excitati Lyfidis nomen audire uideamur. Nec molestum esset, si molestum licet, assidue de illo loquentem audire, ni carminibus nos suis, epigrammatisq; uincere & exhaurire conetur, & quod molestissimum est, amores suos uoce miranda canat, quam perferre necesse habemus: nunc uero abs te rogatus erubescit. Iuuenis inquam Lysis hic esse uidetur: nam audiens eius nomen, haud agnouit. Tum ille, raro nomen eius enuncia, sed ex patris nomine cum sit uir admodū nobilis, adhuc iuuenis ipse cognominatur: id enim mihi persuasum, fieri nō posse ut pueri formam ignores: adeo nanque honesta indole præditus est, ut uel ea sola notus omnibus esse possit. Cuius inquam filius est? dicite quæso. Democratis inquit Aexonei maior natu filius. At ego, Esto ô Hippothales, ut generosum constantemq; amorem nactus sis. Age uero mihi quoq; quæ & his ostende, ut uideam utrum scias, quæ de amato amantem uel ad seipsum uel ad alios dicere oportet. Antu horum quicquam ô Socrates quæ ille dicit ponderandum censet? Tu uero amare te illum quem hic dixit, neges? Nequaquam, sed nihil componere aut scribere de moribus aō. Ad hæc Ctesippus: haud sanæ mentis hic est, sed delirat atque insanit. O Hippothales nec carmina, nec etiam cantilenam, si quam in amicos conposuisti, audire admodum curo: sed qua mente in illos sis, intelligere cupio. Ctesippus iste tibi referet, nouit enim meminitq; siquidem, ut ipse ait, quotidie audiens à me obtunditur. Maxime profecto, quā ridiculum est enim, ut quem hic præ ceteris amet, de eius ingenio, quod ne puer quidem dicat, afferre nihil possit. Quæ enim ciuitas uniuersa de Democrate & Lyfide huius auro, de quæ omnibus illorum maioribus prædicat, eadem & ipse circumfert, diuitias, equorū copiam, uictorias in Pytho, Isthmo, & Nemea, quadrigis, & equis, necnon istis antiquiora. Ac nuper conuiuium carmine quodam retulit, quo quidam ex Lyfidis maioribus Herculem quondam ob cognationē hospitio excepit. quippe cum ille quoq; ex Ioue & filia cuiusdam principis populū natus esset, quæ quidē & aniculae cantant. Ceteraq; huiusmodi permulta ô Socrates. Hæc sunt quæ hic narrando canendoq; audire

audire nos cogit. Oridicule Hippothales, antequam uiceris, encomium in te ipsum compositus cantas. Non in me o Socrates hac uel paro, uel canto. Non putas inquam. Quis istuc dicitis, inquit iller. Maxime omnium in te unum oda hac redundant. Nam si amicum talem apprehenderis, ornamento tibi erunt laudes eiusmodi, tanquam triumphatori cuiusdam, cum amicum huiusmodi nactus sis. Sin autem fefellerit, quo maiores illi laudes tribuisti, quo maiorum expertus es bonorum, tanto magis etiam ridiculus iudicaberis. Quicumque igitur in comparandis amicis sapit, non prius quenquam eorum laudat quam iporum familiaritatem fuerit assecutus, futura namque formidat; plerique enim cum laudari se & extolli sentiunt, fastu tumescunt, an non idem tibi uideretur? Mihi uero. Nonne quo superbiore res sunt, eo difficilius capiuntur? Verisimile est. Qualis tibi uenator ille uideretur esse, si quis ita feras expelleret, ut & tutiores fierent, & capi difficilius in posterum possent? Iners uidelicet. Atqui sermonibus cantibusque non demulcere, sed exacerbare potius homines, nonne hominis est imperitum? Videtur. Vide igitur o Hippothales, ne his omnibus obnoxium reumque te ob poesis studium reddas. Arbitror sane nullum te bonum poetam existimaturum, qui seipsum poemate laeserit. Nullum per Iouem, que enim hac esset absurditas? Ob hanc profectio causam tecum o Socrates mentem meam comunico; & si quid habes aliud, consule, qua ratione quis aut dicendo aut agendo conciliare sibi quos amet, possit. Non facile dictu est. Verum si hunc mecum colloquio iungeres, tibi forte ostenderem quae illi dicenda sint pro his quae loqui te & canere isti narrarunt. Nihil impedimento fuerit. Si enim una cum Ctesippo ingrediaris, & ibi sedens disputas, sua sponte, ut arbitror, aderit. Nam audiendi appime audis est. Ac tibi etiam Mercuria salta celebrantes, iuuenes in unum conueniunt. Ad te igitur aduentabit, & nisi id fecerit, Ctesippi familiaris est propter Menexenum huius nepotem, cuius ille socius est charissimus. Accersat itaque hic illum, si minus ipse per se accesserit. Sic agendum est, inquam, & simul apprehenso Ctesippo, in palastram profecturus sum, & alij nos a tergo sequuti sunt. Ingressi autem iuuenes sacrificantes inuenimus & sacra ferme perfecta, illos autem cōptos, calculis talisque ludentes. partim in ipso uestibulo foris, partim in gymnasij angulo, pari impari ludebant, calciculos e calathis quibusdam deligentes. Hos spectantes alij circumstant, e quibus Lysis erat, qui a stabat inter iuuenes coronatus, & omnibus indole praestans, nec pulcher tantum, sed & honestus & bonus existimandus. Nos autem e conspectu ubi quieti locus erat, cōsedimus inuicem distantes. Conuersus Lysis, frequenter in nos oculos consiciebat, utpote qui propius accedere cuperet, sed solus accedere uerebatur. Interim Menexenus inter ludendum e uestibulo ingressus est, meque & Ctesippum conspicatus, confessum uenit. Quem Lysis intuitus sequutus est; & iuxta eum assedit. Aduentarunt in super alij. Hippothales autem postquam multos conuenisse perspexit, latere cupiens, ea se recipit, qua uideri non posse a Lyside arbitratur, ne forte illi molestus foret, & sic astantis audiuit. Ego uero Menexenum inspiciens, O fili Demophontis inquam, uter uestrum natu maior? Ambigimus, respondit ille. Nunquid etiam uter generosior sit ambigitis, inquam ego. Prorsus inquit. An etiam uter honestior sit. Subriserunt ambo. Uter uestrum ditior sit, haudquaquam interrogabo. Amici namque estis, nonne? Et maxime quidem, responderunt. Amico rē uero communia omnia. quapropter hoc nihil differtis, si quidem id uere de amicitia dicitis. Conferentur. Sed cum percontari uellem uter iustior & sapientior esset, interrupit nos quidam qui Menexenum accersit, dicens illum a gymnasij magistro uocari. Visus enim mihi est sacrorum antistes. Abijt igitur, & ego Lysidem interrogauit. Dic age o Lysis uehementer te pater ac mater amant. Valde. An non beatissimum fore te cupiunt? Quid nunc? Vide tur tibi beatus ille qui seruit, & cui nihil eorum quae concupiscit, agere licet? Non per Iouem. Ergo si te pater & mater amat, beatumque fieri uolunt, id omni opera diligentiaque curabunt, ut beate uiuas. Quid prohibet? Permittent itaque quodcumque lubet efficere, nec tuis cupiditatibus aduersabuntur. Per Iouem o Socrates, mihi in plurimis obstant. Qui istuc ais? Dum te fore beatum exoptant, te impediunt quo minus uoti tui compos efficiaris? Responde ad haec. Si cuperes aliquid patris tui curru peruehi capies habenas, quando pugnoat, nunquid permitteret? Nihil minus. Quae ergo permitteret? Est auriga quidam a patre meo mercede conductus. Quid ais? Mercenario parentes tui cōcedent potius quam tibi liberam equorum administrationem; & argentum praeterea huius operis causa erogabunt. Sed quidnam

Præceptū in comparandis amicis

Colloquutio beneuola, ut pueri animus ad loquendum alliciat

quidnam? Mulos uero iugatos ducere, lorisque cadere, tibi concedent? Cur mihi concesserint? Nulli ne uerberare hos licet? Et ualde quidem, multoni uidelicet. Seruo, an liber? Seruo. Seruum itaque pleris faciunt quam te filium, liberiusque agendi arbitrium exhibent. Quinetiam adhaec mihi responde. Te ne tibi ipsi dominari permittunt, an non? Neque id uel lo pacto. Quis tibi dominatur? Paedagogus. Nunquid seruus? Seruus noster. Graue uero liberum seruo subijci. Sed quid agendo, paedagogus hic tibi imperat? Dum ad magistrum me ducit. Et hi quoque praepceptores tibi imperant? Omnino. Multos igitur dominos principesque tibi pater sponte praeposuit. Sed cum domum ad matrem redieris, te ne sint quicquid placeat agere, ut beatus sis, uel circa lanificium, uel circa telam, quando texit? An gladium forcipisque, radium, ac pecten, ceteraque lanificij instrumenta attritare sinet? Non uel taret solum, sed & caederet, si tangere auderem. Pro deus, iniuriam ne patri uel matri aliquid intulisti? Nullam prorsus. Quam ob causam te beatum fore, & arbitratu tuo disponere singula nolunt, & quotidie te sic educant, ut semper alicui seruias, et ut breui completar, nihil pro tua uoluntate agas? Quo fit, ut nihil tibi prodesse tam amplae diuitiae uideantur? quando quidem quicquid magis quam tu has administrat; & quod maius est, nec etiam corpus tam generosum, quippe cum alius hoc alat & colat; tu autem nullum habes imperium o Lysis, nec ullius uoti compos efficeris. Nondum per aetatem licet o Socrates. Vide ne minus id sit, quod tibi impedimento est o Democratis fili. Nam haec, ut arbitror, & pater & mater tibi concedunt, nec aetatem prouectiorem expectant, quoties legi scribue sibi aliquam optant. Tibi enim praeter domesticis ista committunt. Maxime. In his tibi licet tam scribendo quam legendo quemuis ordinem literarum seruare. Et quando lyra sumis, nihil prohibent, ut opinor, parietes tui, quo minus intendas uel remittas chordarum quamlibet, & psallas, & pulses plectro. Non certe. Quid in causa est o Lysis, quod in istis permittunt, in superioribus prohibeant? Quoniam ista quidem scio, illa contra ignoro. En optime Lysis, non aetatem expectat pater ad licentiam tibi exhibendam, sed profectum ingenij. Etenim cum primū te senserit teipso prudentiorem esse, illico & tua omnia, & te libere tibi committet. Spero equidem. Quid porro uicini, nonne eadem ratione se qua & parentes erga te gerent? Vicinum censes tibi suae domus commissurum gubernationem, si te intellexerit in re familiari petitiorem esse, an ipsum per se ministraturum? Mihi commissurum puto. Athenienses quoque dubitas quin tempore publicam tibi commendent, cum primum te in his rebus prudentiorem alijs esse perceperint? Non dubito. Quid rex magnus? utrum eius filium natu maiorem, cuius Asiae regnum futurum est, permitteret in elixarum carniū ius quicquid uelit inijcere, potius quam nos, si illi per sua serimus, popinae peritiores esse quam filium? Nos uidelicet. Et illi nihil prorsus, nos autem etiam si salis multum capientes immittere uellemus, certe permitteret. Quid nunc? Et si filius eius oculos egrotaret, nunquid permitteret eum sibi oculos attrahere, an prohiberet, cum medicum illum non existimaret? Nos autem si modo putaret peritos medicos esse, nihil impediret, etiam si uellemus patefactis palpebris, & cinere superinfusa curare? Vera loqueris. Quinetiam cetera omnia nobis committeret, potius quam uel sibi ipsi uel filio, in quibus sapientiores nos esse putaret. Necessesse est o Socrates. Sic se res habet amice Lysis. singula in quibus prudentes sumus, cuncti nobis concedent, & Graeci & Barbari, tam uiri quam mulieres, & in istis arbitratu nostro agemus, nec ullus sponte nobis obstabit, quo minus & nos liberi simus, & aliorum duces. Et cum nobis haec conferant, nostras erunt. Quae uero ignoramus, nemo nos ut lubet, agere permittet, sed omnes pro uoluntate repugnabunt, non extranei tantum, uerum parentes etiam, & quod nobis propinquus est, nos quoque ipsi non nobis, sed alijs ministrantibus; & haec cum nullo nobis emolumento sint, a nobis aliena existunt. Consentis? Consentio equidem. Alicui ne hominum amico erimus, amabitque nos aliquis in his rebus, in quibus inutiles sumus? Nunquam. Ergo nec te pater, nec ullus alium quenquam diligit, quatenus est inutilis. Non uel uidetur. Si itaque sapiens euaseris, omnes amici tibi & familiares erunt. Ut ilis enim & bonus eris. Sin minus, nec alius quisquam tibi, nec parentes, neque propinqui amici erunt. Potest ne aliquis in his superbe sapere atque gloriari, in quibus nondum quicquam sapit? Qui istuc fieri potest? Si tu praepceptore indiges, nondum sapias? Nondum certe. Non ergo superbe sapias, si nil sapias. Non per Iouem, ut mihi uideor, Quae cum audierim,

Quantum si dei dignitas tuisq; afferat prudentia

In his qua sapimus gloriae mur & superbum

in Hippothalem conuertit oculos, atq; parū abfuit quin ira dicerem: O Hippothales, hoc pacto cum adolescentibus disputandum, corripiendo illos atq; deiciendo, non blandiendo, ut ipse agis, & efferēdo. Sed cum uidiffem illum anxium, turbatumq; ex antedictis, recordatus sum quod dudum praesens Lyfidem latere uolebat. Recepti ergo meipsum, linguamq; cohibui. Interea reuerfus Menexenus, iuxta Lyfidem, unde surrexerat, affedit. Tum Lysis blande admodum & amice, clam Menexeno mihi susurravit in aures. O Socrates, quae mihi, eadem obsecro Menexeno quoq; edisseras. Ipse inquam, Lysis illi referes. Nam attente nos auscultasti. Attente sane, respondit ille. Da igitur operam ut diligenter reminiscaris, quo illi singula perspicue referas. Quod si quid forsitan subterfugerit, rursus à me requires, cum me primum cōueneris. Nauabo operam, & maxime quidem, ille respondit. Sed noui saltem aliquid illi dicas, ut & ego audia, donec redeundi domum sit hora. Atego, agendum est, praesertim cum ipse iubeas, sed cogita qua ratione mihi opi tuleris, si me refellere Menexenus hic contenderit. An non contentiosum esse illum audi stit: Prorsus, & idcirco te cum illo disputantem audire percipio. An ut ridiculus habeat? Abst, imò ut illum castiges atq; coerceas. Haud facile est, uehemēs enim & facundus est, Cissippi discipulus. Adest praeterea quinetiam Cissippus ipse an non uidēs: Nihil uearis o Socrates, age obsecro differas. Differendum uidetur. Verum ista nobis seorsum ab alijs colloquentibus. Cur, inquit Cissippus, soli haec inter uos agitatis? Quin alijs etiam uestra haec impertire. Impertendum esse respondi. Hic porro nonnihil ex ijs quae conferimus, minus percipit, putatq; Menexenum intelligere: quocirca percontari ab illo me iubet. Quid non interrogas? Interrogabo. Dic amabo o Menexene quod abs te quae ram, innata mihi est ab ineunte aetate possessionis unius cupiditas quaedam, quemadmodum & in alijs. Ut ecce quidam equos desiderat, aliquis canes, alius aurum, honores alius. haec equidem paruifacio, nec multum ista me mouent. Acquirendorum autem amicorum desiderio flagro. Quare amicū bonum habere malim q̄ preciosissimam coturnicem, aut gallum, & per iouem potius quam equum atq; canem, ac mediis fidius potius q̄ Darij aurum adipisci, uel ipsum Dariū capere, optimum amicū eligere. Videtis quam sim amicitiae auidus. Quādo igitur te & Lyfidem animaduerto, stupeo profecto, uosq; felices existimo, quod in tam tenera aetate constituti, tantum munus breui & facile consequuti fueritis, & tu hunc tibi tam facile tanta beneuolentia conciliaueris, & hic te mutuo sit amore complexus: tantum uero à me munus id abest, ut nec etiam quo pacto alter alteri amicus fiat, intelligam. Caeterum haec abs te tanquam perito quærere cupio, quare mihi respondeas oro, quando quis aliquem diligit, uter utrius amicus efficitur: amans ne amati, an amatus amantis? an nihil interest? Nihil interesse mihi uidetur. Quid ais? ambo inuicem amici fiunt, si alter tantum alterum amat: Mihi quidem uidetur. Quid porro? an non reperiri potest amans quidam, cui amicus haud uicissim in amicitia responderet? Potest. Nunquid & odio haberi amicū saepe contingit? Quod nonnunquam amatoribus erga amatos accidit. Amantes enim quam ardentissime nonnunquam, minime redamantur, imò & odio quandoq; habentur. An non uera tibi dicere uideor? Verissima. Nonne in his hic quidem amat, ille autem amatur? Certe. Vter ergo utrius est amicus? amans ne amati, siue redamatur, siue odio habeatur? An amatus amantis? an neuter neutrius tunc est amicus, cum non utriq; uicissim amant? Sic se res habere uidetur. Aliter itaq; nunc quam supra censemus. tūc enim uisum est, si alter solum diligit, ambos amicos esse: nunc contra, nisi uterq; diligit, neutrum amicū esse dicendum. Apparet. Nihil igitur illi amicum est, qui amat id à quo minime redamatur. Nō uidetur. Ergo nec amici eorum sunt, quos equi non mutuo amant, nec amici coturnicū, neq; canum, nec uinū, nec exercitacionis amici, nec sapientiae, nisi sapientia illos uicissim amet: amant nempe haec singuli, non tamen amica haec sunt. Quam obrem mentitur poeta ille qui dicit:

Felix, cui dulces pueri, cui copia equorum.

Et cui turba canum sit, tum cui sit nouus hospes.

Nequaquā mihi uidetur. Verum dicere tibi uidetur: Verum. Amatū igitur amanti amicum est, ut apparet, o Menexene, siue amauerit, siue oderit: quemadmodum teneriores pueri partim nullo modo amant, partim oderunt, quando à parentibus uerberantur. tūc sane dum uehemēter odio habeant, genitoribus sunt charissimi. Opinor equidem. Non ergo

ergo amans amicus secundum hanc rationem, sed amatus erit. Videtur. Et odio est inimicus non qui odit. Apparet. Ita multi ab inimicis amantur, & odio ab amicis habentur, & inimicis amici sunt, amicis contra inimici, si amatum potius quam amans, amicum est. Quae autem esset haec absurditas o dulcis amice? Imò impossibile id quidem, amico inimicum, inimico amicum esse. Vera loqui uideris o Socrates. Et si hoc fieri nullo modo potest, restat ut amans amati sit amicum. Apparet. Similiter quod odio habet, inimicum eius quod odio habetur. Necessē est. Eadem nobis nunc erūt quae & in superioribus con cedenda, quod plerumq; amicum sit aliquid non amici, plerumq; etiam inimici: quotiens non amantem uel fastidientem quis amat. Nonnunquam inimicus erit non inimici, uel & amici, quando non fastidientem quis odit, uel fastidit amantem. Ita uidetur. Quid ergo dicemus, si neq; amantes amati erunt, neq; amati, nec amantes amatiq;: num alios quol dam praeter istos amicos inuicem esse dicemus? Per Iouem o Socrates quid respondeam non inuenio. Vide o Menexene, ne forte minus recte in superioribus, quae si uerimus. Tum Lysis. Id, inquit, mihi uidetur o Socrates. & sic factus erubuit. Visum namq; mihi, inuitum illum effugisse quod dicebatur, ex eo quod attentius incumbat. Constabat autem cum alio qui auscultaret non ita sese habere. Ego itaq; uolens Menexenum quiescere, & illius philosophia nimium delectatus, sic Lyfidem alloquutus sum. O Lysis uera mihi loqui uideris, quia si recte considerauiffemus, haud ita nunc aberrarem. Quare ne ulterius hac uia pergamus. Etenim ardua mihi quasi uia quaedam aspera consideratio ista uidetur. Sed iter quod nunc ingressi sumus, poetarum adminiculis peragendum. Hi namq; nobis tanquam patres atq; duces sapientiae sunt. Dicunt profecto non male, dum qui amici sint, admonent, homines praeterea conciliatoris dei ductu amicos fieri uolunt. Sic enim a. Amicos ductum. Deum similem semper ducit ad similem, & notum facit. An non in hac aliquando car dei fieri. mina incidit? Incidi. Fortasse & in sapientissimorum scripta, in quibus eadem haec affir simile simili mant, simile simili necessario semper amicum esse. Atq; haec est eorum sententia, qui de na amicum. tura & uniuerso tractarunt. Vera dicis. Nunquid bene dicunt: Fortē. Et hoc forte ex parte uerum est, forte etiam ex toto: sed nos nondum intelligimus. Videtur enim nobis prauus prauo, quo propius adhæret, & frequentius cum eo uerfatur, eo magis inimicus fieri. Nam iniuriam infert: fieri uero nequit, ut qui infert, & qui accipit iniuriam, amici sint. nonne ita? Sic prorsus. Hac ratione media pars illius sententiae falsa erit. si quidem prauī similes sunt. Certe. Verum mihi uidentur bonos dicere similes esse inuicem, & amicos: improbos autem, ut saepe de illis dicitur, nunquam uel sibī ipsi, uel inuicem similes esse, sed stolidos penitus & instabiles. Qui uero secum ipse dissentit, nullo modo cum alio consentiet, nec ulli amicus esse poterit. Nonne tu idem existimas? Profecto. Id ergo, ut me fert opinio, significant o amice, qui simile simili amicum esse dicunt, quod solus bonus solum bono amicus, malus autem nec bono nec malo unquam reuera amicus efficitur. Consentis? Assentior. Habemus iam qui sint amici. Nam ratio dicit eos qui boni sunt, amicos existere. Constat. Idem ego arbitror. Sed est quod me perturbat. Et uide quae so quid suspicer. Similis simili qua ratione similis, amicus, & talis tali utilis est. Imò sic etiam consideremus. Simile quodcunque cuius simili quod emolumentum aut detrimentum inferre potest, quod non ipsummet sibī ipsi inferat? Aut quid pati ex illo, quod non ex se ipso similiter pati queat? Haec itaque cum talia sint ut nihil se inuicem inuent, quo pacto ab se inuicem expeuntur? Nullo modo. Quod non expetit, quo modo amicum? Nullo. An forsitan similis simili quantum similis, non amicus: bonus autem bono, quantum bonus, non quantum similis, amicus existit? Forte. Quid uero, nonne bonus quatenus bonus est, eatenus sibī ipsi sufficiens? Ita. Sibī ipsi sufficiens, in eo quod sufficit sibi nullo penitus indiget. Quid prohibet? Qui nullo eget, nihil expetit. Nihil sane. Si nō expetit, nec amat. Non. Qui non amat, non est amicus. Non uidetur. Quomodo igitur boni bonis amici erunt, qui nec absentes mutuo desiderant sese ut qui seorsim uterque sufficit sibi, nec praesentes alter alterius opera quicquam eget? Tales uiri quam ratione se inuicem magni facere possunt? Nulla. Amici nunquam erunt, qui se inuicem non multi faciunt. Nunquam. Considera iam o Lysis, quod delapsi simus, & nunquid omnino decepti fuerimus. Quo pacto? Audiui iam olim ab aliquo, (equidem memini adhuc) quod simili simile aduersum, & boni bonis inimici simi sint. Qui & Hefiodi testimonio utebatur

Nisi uterq; amat neuter amicus

Definitio quaedam amicorū Consultatio.

Sententia Herodoti, non similia, sed dissimilia uideri
 dicētis figulum inuidere figulo, cantorem quoque cantori, & mendicum mendico. Et in alijs similiter necessarium ille putabat, similia inter se inuidia, æmulatione, contentione abundare, amicitia uero dissimilia. Inopem porro diuiti amicum necessitate fieri, & imbecillum auxilijs gratia forti, & medico similiter ægrotantem. Ignorantem quoque peritum desiderare atque diligere. Addebat præterea maiora quædam, tantum abesse amicum ut simile simili sit, ut contra, contrarium maxime contrario sit amicissimum. Vnum quodque enim appetere non simile, sed contrarium: ut aridum appetere humidum, frigidum uero calidum, amarum dulce, acutum obtusum, uacuum repletionem, plenum uacuitatem, cæteraque similiter. Contrarium enim contrario alimentum præbere: simile autem simili minime frui. Enim uero qui talia docuit, facundus & elegans quidam uir esse uisus est. Bene enim dixit. Vobis autem quid uidetur? Probe, ut prima fronte apparet. Dicimus itaque contrario contrarium amicissimum esse? Vtique. Sit ita o Menexene. Sed quæso, nonne alienum hoc & extraneum? Confestim in nos ultro insurgent sapientes isti, qui refellendi facundia pollent, & a nobis quærent, an non sint maxime contraria, odium & amicitia. Quid istis potissimum respondebimus? Nonne respondere cogemur eos uera dicere? Cogemur. Nunquid dicent inimicum amico amicum? Vel amicum inimico amicum? Neutrum. Num et iustum iniusto, uel temperatum intemperato, aut malo bonum? Non mihi uidetur. Atquisi secundum contrarietatem amicum est alicui aliquid, amica hæc esse oportet. Oportet sane. Quare nec simili simile, neque contrario contrarium est amicum? Non uidetur. Age & hoc aduertamus, ne nos magis etiam hoc fallat, quod amicum reuera nihil ex his quæ diximus sit, sed quod neque bonum neque malum, amicum quandoque boni efficiatur. Quid ais? Ignoro & ipse per Iouem. Vacillo enim ob sermonis ambiguitatem. Et uidetur, ut uetus habet prouerbiū, pulchrum ipsum amicum esse. Apparet enim molle quiddam, lenè, ac pingue, ideoque in nos facile forte illabitur, serpit & penetrat quasi lubricum quiddam atque lenè. Dico enim ipsum bonum pulchrum esse. Nunquid & tu? Et ego. Equidem diuinans tibi id profero, boni & pulchri amicum esse, quod neque bonum est neque malum. Quorsum hæc uaticinor, audi. Videntur mihi tria quædam genera esse. Vnum bonum, alterum malum: postremum, quod neque bonum est, neque malum. tibi autem? Mihi quoque. Nec bonum bono, nec malum malo, nec bonum malo amicum esse, quæadmodum ratio superior perhibet. Restat si quid alicui est amicum, ut quod nec bonum neque malum est, amicum sit aut bono, aut tali alicui quale ipsum est. Nihil enim malo amicum est. Certe. Nec tamen simile simili, ut paulo ante monstrauimus. Profecto. Non igitur erit illi quod nec bonum est, nec malum, amicum id quod id ipsum tale est. Non uidetur. Solum itaque quod nec bonum, neque malum, soli bono amicum fieri potest. Necessario sequi uidentur. Nunquid recte a nobis o pueri id modo expositum est? Si ergo sanum corpus consideremus, medicinæ arte non indiget, nec auxilio prorsus ullo, sufficienter enim se habet. Vnde sanus nemo per ipsam sanitatem medico est amicus. Nemo. Sed ægrotans ut puto per ipsum morbum. Quid nunc? Morbus quidem malum, medicinæ uero peritia bonum quoddam & utile. Sic est. Corpus ex eo quod corpus, nec bonum est, nec malum. Verum. Cogitur autem corpus ex morbo quærere & amare medelam. Apparet. Sequitur, quod nec bonum est, neque malum, boni amicum propter mali præsentiam fieri. Videtur. Constat autem id fieri, prius quam illud ob mali præsentiam malum efficiatur. Neque enim malum effectum est loco boni quod appetit, cuiusue amicum est. Impossibile namque esse ostendimus, ut malum bono amicum sit. Impossibile proculdubio. Animaduerte quæso quod dico. Nonnulla quippe assero talia fieri, quale id quod illis adest: nonnulla minime: perinde ac si quis uellet colore quodam aliquid intingere, adesset quodam modo infectio colorato. Adesset. Nonne tunc quoque tale coloratum est, quale ipsum esse solet? Haud intelligo. Sic forte intelliges. si quis comas tuas quæ flauæ sunt, cerussa fucauerit, utrum albæ fiant: an potius uideantur? Videbuntur. Veruntamen albedo illis aderit. Aderit. Nihil magis tamen albæ adhuc erunt, & præsentem candore neque candidæ erunt, neque nigræ. Vera loqueris. Sed quando senectute canescunt, tunc o amice tales fiunt, quale id quod aduenit, cani coloris præsentia canæ. Quid nunc? Hoc illud est quod quæsiueram, nunquid omne cui tale aliquid adest confestim tale & ipsum euadat: an potius si certo modo adest, tale fiat, aliter minime. Hoc modo potius. Eadem ratione quod nec bonum

*Prouerbiū
 Pulchrum amicum esse
 Proprietates pulchri
 Tria genera, bonū, malum, neutrum
 Alia diffinitio amicorum*

num est, nec malum, quandoque præsentem malo, nondum est malum, est autem, cum iam tale euasit. Omnino. Quando nondum malum est præsentem malo, præsentia hæc bonum appetere cogit: præsentia uero quæ malum reddit, & appetitum boni, & amicitiam reijcit. neque enim ulterius neutrum est, sed malum. Amicum uero malum bono, & bonum malo esse non potest. Non certe. Ob hanc utique causam his qui iam sapientes sunt tutius haud amplius esse philosophandum, siue dii, siue homines hi sint: nec eos etiam, qui adeo corrupti ignorantia sunt, ut improbi sint esse cū. nemini quippe malo, & penitus ignorantia philosophandum. Restant igitur illi quibus malum id, ignorantia scilicet adest, nec tamen rudes penitus ignorantesque sunt, imò & suam ignorantiam agnoscunt, ob quam animaduersionem philosophantur, id est sapientiam amant, nondum boni aut mali. Mali enim nequaquam philosophantur, nec boni etiam. Nam nec contrarium contrario, neque simile supra nobis amicum apparuit. Recordamini? Recordamur sanè. Omni no o Lysis, atque Menexene, quid amicum sit, & quid non inuenimus. Id enim tam circa animam quam circa corpus supra conclusimus: quod nec bonum est, nec malum, propter ipsam mali præsentiam, boni amicum fieri. Hæc omnia concesserunt. Ego ualde lætatus sum, tanquam uenator, qui id quod uenando inuestigabam, ex sententia fuerim consequutus. Deinde nescio quomodo extranea quædam & absurda suspicio mihi suborta est, quasi minus uera essent, quæ supra concesseram. Atque ilico turbatus inquam, Papæ o Lysis atque Menexene, somnium quoddam nacti uidentur. Quorsum hæc? Vereor ne in hos de amico sermones falsos, tanquam in homines superbos atque uanos incidemus. Quæ ratio: Hac plane. Vtrum enim amicus alicuius amicus est, an non? Necessario. Vtrum nullius gratia & propter nihil, an gratia alicuius. & propter aliquid? Certe alicuius causa, & propter aliquid. Nunquid amica est res illa, cuius gratia amicus, alicuius est amicus? An forte nec amica, nec etiam inimica? Haud satis intelligo. Verisimile est, uerum sic & tu & ipse, ut arbitror, melius intelligemus. Ægrotantem medici amicum esse diximus? Diximus. Nonne propter morbum, & sanitatis gratia medicus est amicus? Ita. Morbus malum? Quid nunc? Sanitas bonum, an malum, an neutrum? Bonum. Prædiximus corpus cum nec bonum sit, nec malum, propter morbum malum medicinæ amicum esse, bonum uero medicinam. causa uero sanitatis amicitiam medicina nanciscitur, sanitas autem bonum. Prorsus. Amicum ne, an non amicum sanitas? Amicum. Morbus inimicum? Penitus. Quod ergo nec bonum est nec malum propter malum inimicumque, boni amicum est, boni amicitiaque gratia. Patet. Ergo amici causa amicum propter inimicum est amicum. Opinor. Agite pueri, postquam huc disputando deuenimus, attendamus, obsecro, diligenter ne forte decipiamur. Principio quod amicum amici amicum factum est, simile uidelicet similis, quod impossibile esse in superioribus constitit, equidem prætermitto. Sed istud insuper consideremus, ne nos præsens opinio fallat. Medicinam sanitatis gratia amicum esse diximus. Affirmauimus. Sanitas igitur amicum? Valde. Si amicum, alicuius gratia est amicum. Est. Amici scilicet, si supra concessa permanent. Et amici. Nunquid & illud iterum amici causa amicum erit? Certe. Necessarium est, ut hoc progressu ad principium quoddam perueniamus, quod non ultra in amicum aliud referatur, sed in id quod primum amicum est, cuiusque gratia cætera omnia quæ sic dicuntur, sint amica. Necessarium. Hoc est quod modo dicebam considerandum, ne reliqua omnia quæ amica gratia illius prædiximus, tanquam simulacra quædam eius nos decipiant, illud autem primum reuera sit amicum. Consideremus igitur hoc pacto. Quod quisque multifacit, ut puta pater filium, rebus alijs omnibus anteponit: talisque uir ex eo quod filium multifacit, alia quoque nonnulla ob illum multifacit, Exempli causa, si illum cicutam ebibisse senserit, unum plurimifaciet, siquidem hoc uenena se curaturum speret. Et maxime quidem. Nunquid & amphoram in qua uinum? Valde. Num pluris æstimat tunc calicem fictilem, aut tres cyathos quam filium? an contra potius se res habet? Vt omne hoc studium non ista respiciat, quæ alterius gratia parantur: sed in illud tendat, cuius causa cetera quæruntur. Neque uerum est quod sæpe dicimus, quod argentum & aurum multifacimus. Omnis quippe intentio æstimatioque eius solius est, ad quod ista parantur. Constat. Eadem quoque de amico ratio est. Quæcunque enim amici cuiusdam gratia, amica nobis esse diximus, improprio uocabulo nominauimus. Amicum autem reuera illud esse apparet, in

quibus sit philosophandum et quibus non

Neutrū quod est, propter mali sensum, amicum bono sit, gratia boni

Amicum nullius amici gratia est amicum.

quod hæc omnes quæ uocantur amicitia, tendunt. Sic uidetur. Quapropter reuera amicum, nullius amici gratia est amicum. Verum. Hoc igitur reiectum est, amicum amici cuiusdam causa esse amicum. Sed nonne bonum amicum est? Sic opinor. Num propter malum bonum amatur? & ita se res habet? Si ex tribus quæ diximus, bonum, malum, neutrum, duo accipiantur, malum uero abeat, & nihil attingat, nec corpus, nec animam, nec aliud quicquam ex his quæ diximus secundum se ipsa nec bona esse, nec mala. Numquid inutile penitus tunc nobis bonum esset? Si enim nihil nos ulterius læderet, nullo boni fauore indigeremus. Atque ita iam manifestum fiet, quod propter malum, bonum quæsiuerimus, amauerimusque, quasi bonum sit mali remedium, malum uero morbus: & cum nullus sit morbus, nulla medela indigeamus. An sic natura institutum est ipsum bonum, ut propter malum ametur à nobis, qui inter bonum malumque medijs sumus? ipsum uero suapte natura nil conferat? Ita uidetur. Amicum itaque illud, in quod definebant cætera omnia quæ alterius amici gratia amica dicta sunt, longe aliter quam illa se habet. Illa enim amici gratia amica uocata sunt, ipsum autem quod reuera amicum est, contra amicum esse inimici causa nobis apparuit, quod si inimicum abesset, haud amplius nobis esset amicum. Non, ut mihi præsens ratio persuadet. Si malum extirparetur, utrum fames nulla sitis ue restaret, aut huiusmodi quicquam? an forte fames aliqua relinqueretur, cum homines cæteraque animalia essent, neque noxia tamen, & sitis appetitusque reliqui, nec mali tamen, malo penitus extirpato? An ridicula forsitan questio est, quid tum euenturum sit, aut non? Quis enim nouit? Sed tamen hoc nouimus, quod nunc quidem accidit efuriens tunc lædi, accidit & iuari. Vtiq; Nonne sitientem quoque, & alia huius generis qualia cumque cupientem, quandoque utiliter, quandoque noxie, quandoque neutro modo appetere accidit? Valde. Si mala perdantur, quæ mala non sunt, cum illis unâ interimentur? Nequaquam. Erunt igitur appetitus nec boni nec mali, etiam si mala fuerint interempta. Verisimile. Fieri ne potest, ut qui desiderat aliquid, atque ardet, id ipsum non amet? Non, ut mihi uidetur. Hæc de causa etiam destructis malis, ut uidetur, amica nonnulla restabunt. Ita. Sin autem malum causa esset ut alterum alterius esset amicum, sublato malo nihil amicum esset? Nam sublata causa, euentus eius remanere non potest. Probe loqueris. Nonne supra inter nos conuenit, amicum amare aliquid, & propter aliquid: ac propter malum, id quod nec malum est, nec bonum, ipsum bonum amare? Conuenit. In præsentia autem

An desiderium amicitia causa sit

alia quædam causa uicissim amandi apparet. Videtur. Nunquid ut modo dicebamus, desiderium amicitia causa est? & id quod desiderat, desiderati est amicum tunc quando desiderat? Quod uero supra diximus amicum esse, nugæ quædam sunt, uelut poema longum compositum? Apparet. Enim uero quod appetit, illud quo indiget, appetit. Id ipsum. Indigum itaque, amicum est illius quo indiget. Sic opinor. Eget quodlibet eo quo est priuatum. Quid prohibet? Eius igitur quod proprium, & cognatum est, ut uidetur, amor, amicitia, appetitioque existit? Menexene atque Lysis. Concedimus. Quare & uos si amici estis inuicem, natura quodammodo propinqui estis. Et maxime quidem. Et quisquis alius desiderat alium? aut amat, ob id desiderat, & diligit atque amat, quod propinquus illi est uel secundum animam, uel animæ consuetudinem, aut mores, aut speciem. alioquin nunquam diligeret. Consentit plane Menexenus, Lysis tacuit. Sed ego, quod inquam natura proprium est, necessarium est ut amemus. Videtur. Ergo necessarium est ut legitimus, & minime simulans amator, uicissim ab amatis ametur. His Lysis atque Menexenus uix tandem annuerunt. Hippothales autem lætitia gestiens, uultu & colore uario fuit. Cæterum uolens diligentius sermonem discutere, hæc adieci. Si proprium, & simile differunt, diximus iam? Lysis atque Menexene quid est amicum? sin autem idem est simile atque proprium, haud facile est sermonem superiorem rejicere, quod non simile simili secundum similitudinem inutile. inutile autem, amicum nullo pacto. Vultis igitur postquam differendo uelut ebrji facti sumus, fateamur aliud quiddam esse proprium, aliud simile? Volumus proculdubio. Vtrum bonum cuique proprium pone mus, malum autem alienum? An malum malo proprium, & bono bonum, neutro dentur que neutrum? Singula hæc singulis propria nobis esse uidentur. Rursum? ob id pueri in eos quos à principio de amicitia redarguimus sermones nunc incidimus. Nam iniustus iniusto, malo malus non minus amicus erit quam bonus bono. Ita uidetur. Quid porro? si bonum

si bonum, & proprium idem esse dixerimus, nonne bonus bono duntaxat amicus? Omnino. At istud quoque confutatum à nobis iam dudum existimauimus. Recordamini? Optime. Quo igitur sermone deinceps utamur? ad nihil uidelicet. Operæ precii itaque est instar sapientum in iudicijs quæ dicta sunt, enumerando resumere. Si enim nec amantes, neque amati, nec similes, neque dissimiles, nec boni, nec proprii, nec alia quocumque diuenerimus, quorum propter multitudinem haud memini, si inquam nihil ex istis amicum est, nihil equidem quod afferam, amplius habeo. Cum ista dixissem, cogitavi quendam è maioribus natu mouere, sed ilico tanquam dæmones quidam pædagogum tam Lysidis quam Menexeni, unâ cum fratribus illorum, domum eos redire iusserunt. Hesperus enim uenerat. Primum itaque nos, & alij circumstantes pædagogos repulimus. Sed cum nihil nos curarent, & barbæ quædam ingerentes grauius ferrent, simulque ueros uocarent, illorum procacitate uicti, cœtum dissoluimus. Videbatur enim nobis quia festo succubissent nihil habere, quod in medium afferrent. Postea iam abeuntibus illis, ad Menexenum Lysidemque conuersus, hæc breuiter intuli. In præsentia ridiculi ineptique euasisse uidemur, tam ipse grandis natu, quam uos pueri. Si quidem isti abeuntes nos carpent, quod amicos inuicem nos esse putemus, ego enim me uobis annuero, cum nondum quid amicus sit, inuenire potuerimus.

EPITOME MARSILII FICINI FLORENTINI IN THEAETETVM PLATONIS, VEL DE SCIËNTIA, ad Petrum Medicem patriæ patrem.

DI A L O G V S de scientia Petre Medicus insurgit altius, & dignas miro ingenij tui acumine questiones mouet, quarum capita, solutionesque in hoc compendio summam animaduertes. Vbi quid scientia non sit, quid sit, & unde, & quomodo, disputatum reperies. Socrates quidem quid scientia sit, interrogat. Theætetus autem respondet scientiam esse geometriam, arithmetiam, cæterasque huius generis disciplinas, & artes singulas. Hanc Socrates responsionem tanquam interrogationi minus congruam respuit. Quia cum interrogaretur quid scientia sit, non quid, sed quot scientia sunt, enumerat, & cuius scientie definitio per sunt, exponit. Qui enim arithmetiam dicit, non scientiam ipsam, sed numerandi scientiam: & qui geometriam, enumerationem metiendi scientiam dicit. Deinde ridicula responsio est, cum per ignota reddatur. Nemo enim potest quid hæc scientia numerorum uel figurarum sit, nolle, nisi quid est scientia, nouerit. Præterea superflua responsio est. Nam cum posset paucis complecti ipsius scientia rationem, dinumerandi singulis infinitum iter in greditur. Affert posthæc Protagoræ definitionem, scientiam sensum esse dicentis. Hominem quippe Protagoras rerum omnium mensuram esse censet, existentium quidem ut sunt, non existentium autem, ut non sunt, & quælibet cuique talia esse, qualia cuique uidentur. Quales enim res quæque sunt, tales sentiri. Quales sentiuntur, tales phantasia, id est sensui interiori uideri. Quo efficit uult, ut sensus scientia sit. In hoc sane Thales Milesius, Homerus, Epicharmus, Empedocles, Heraclitus, Protagoras consenserunt. Nam cum inquit Thales aquam omnium esse principium, & Homerus patrem omnium Oceanum, matrem Tethydem esse, omnia ostendit in fluxu uersari. Hos reliqui quos memorauimus, imitati, nihil esse unquam, sed fieri semper unumquodque dixerunt. Vnde nihil in se absolute tale potius esse quam tale, sed per motum, mixtionem, relationemque unius ad aliud, huic quidem tale, illi tale, & fieri, & uideri. Quod omnia in motu sint, ex eo constare putant, quod à motu omnia fiant: quod autem à motu omnia, ex eo conijciunt, quod à quo quidque sit, per illud & conseruatur. Sed tam illa quæ ad animam, quam quæ ad corpus pertinent motu & exercitatione seruantur, ocio torporeque percutunt. A motu igitur omnia. Præterea quandiu colorum sphaera mouentur, miscentur quatuor elementa. Quatenus ista miscentur, eatenus inferiora gignuntur: quæ postquam genita sunt, exercitatione seruantur, hæc igitur omnia motus efficit. Ad duntaxat quod ex colore generatio, calor ex motu solis uel collisione corporum prouenit. Quod autem nihil secundum se ipsum unum aliquid sit, sic exemplo inducunt: albedo, & quisque color, nec oculorum aspectus est, neque corporum motus, sed ex aspectu motuque, medium quiddam resultat, id est talis circa oculos passio. Et ex diuersa aspicientis dispositione uarioque intuenti modo, colores uarij, & alijs alijs, & uidentur, & fiunt. Præterea radiorum motus uarijs corpora pulsans, oculosque feriens, diuersas & omniformes imagines offert. Quinetiam sepe diuersis hominibus animalibusque, circa idem diuersus color apparet & est: sepe quoque eodem, & circa idem, quamquam non eodem, sed alio tempore, ob naturæ ipsius mutationem. Opinantur igitur quicquid est, esse motum. Motus autem species duas, unam in agendo, in patiendo alteram. horum motuum cōmixtione, omnia ut ipsi aiunt, conijciuntur. Euctus species

specie gemini, numero infiniti sunt, sensibile uidelicet, atque sensus, qui cum sensibili sit semper atque congrederetur. Quotiens enim sentiendi uis aliqua, & aliquid illi consonum una uoluerit, eorum concursu duo quaedam proueniunt: circa id quod obiectum est, species sentiēda, color, sapor, odor, ceteraque, huiusmodi circa uim animae, sensus. Quibus distinctis, ista non fiunt, quo fit, ut ex ijs quae quinq; sensibus offerantur, nihil tale suapte natura uel tale sit, sed cum sensu congregiens aliās aliud fiat. Nihil enim agens uel patiens secundum seipsum est, sed in altero congressu utrumque. Quare nihil seipso unum aliquid est, sed ad aliud & alicui semper fit, nec est unquam, Socratis cōfū uerum sit, sicut semper. Haec autem ex eo redarguit Socrates, quod ebrijs, & hi qui Phrenesim patiuntur, & insani tatio praedi & dormientes cum somniant, nec non qui sensus alio quodam morbo corruptos habent, uera sentire se, & cogitationum re affirmant, cum omnia tamen illorum uisa falsa esse dicamus. Quod efficitur, ut non omnia quae uidentur, uera sint. In eandem dubitationem cadunt, quae cumq; uigilantes sobrijsq; sentire dicimur. Nam aequum ferme tempus somno, & uigiliae uicissim damus. Idcirco dubium est, utrum haec an illa potius somnia falsaq; sint. Qui uero apparentia Responso Pro omnia uera esse opinanti uolunt, sic utiq; responderent, quae uariae agentium patientiumque affectiones diuersa protagorae ad se docunt: & obiecta quae sentiuntur, agunt secundum patientis sensus affectionem. Haec in uigilante, & dormiente, cratem aegrotante, & beneuolente alia est. Quapropter & alia iudicia fiunt, omnia tamen uera: quia omnia cuiq; talia sunt, qualia iudicantur. Meminisse enim oportet quod supra dictum, nil sui naturae absolute unum aliquid esse, sed ad alterū, & alteri, & alterius esse, quicquid aliquid est. Imò fieri quicquid fit aliquid, esse uero nihil. Haec itaq; sibi inuicem consonant: secundum Homerum & Heraclitum, omnia fluere: secundum Protagoram, rerū omnium mensuram esse hominem: secundum Theaetetum, scientiam esse sensum. Aduerfus eos ita Socrates argumentatur. Si sensus scientia est, bruta quae magis quam homo sensibus ualent, scientia praestabunt. Item si uera sunt quaecumq; uidentur, cuiuslibet hominis cogitationes aequae rectae sunt, nec ullus alio sapientior, nec homine deus. Accedit ad haec quod inanis esset docendi, disputandi, redarguendi facultas, cum nihil discere oporteat eos, qui uere de singulis iudicant, neq; inquirenda sunt quae quisq; possidet, neq; redarguenda aliquid sit: quandoquidem cogitationes quae libet uerae sunt. Praeterea si idem est sentire ac scire, ut uidere atq; audire, cum primum literas inspicimus pueri nondum eruditi, uident eas, sciunt igitur: aut si nescire dicantur, dicantur etiam non uidere. Et cum primum barbaros sua pronuntiantes audimus, nondum illius linguae periti, sicut adire, sic et scire quae proferunt affirmabimus. Si quis intelligere neget, neget similiter & audire. Respondebit ad ultimum hoc Protagoras: quod uidera responso mus audimusne, scire: quod ignoramus, nec sentire quidem. Vt in literis figuram, sicut partium, & colorem pueri uident, & uidentes sciunt. Voces barbaras audientes, mox acutum, & graue ut audiunt ita sciunt: literarū uero uocumq; significata cum non sentiant, prorūs ignorat. Contra illum sic infertur. Ex hoc o Protagoras sequitur, ut cum si significata sciunt, alio quodam quam sensu sciunt. Scientia itaq; aliud quiddam est quam sensus. Item si uidere scire est, non uidere nescire erit. Quod autem quis uidet didicitq; & meminit, scit. Saep̄ uero id non uidet, ergo & nescit, quapropter idem simul et scit & nescit. Praeterea si uno oculo aliquid uideas, alio clauso nihil cernas, illud uides pariter & non uides. Quare litigiosus quispiam dixerit: Si uidere scire est, & non uidere nescire, idem scis simul & nescis. Adde quod cum quid eminens & confuse prospicias, uides quidem, nescis tamen, cum dubites. Non igitur scientia sensus est. Responderet forte Protagoras, primo quidem de memoria & scientia distinguendo. Nam cum primum sentiendo quis patitur, memoriter tenere incipit, deinde etiā non patiendo meminit, cum iterum idem sentit patiturq; remiscitur. In primo quidem scit actu non habitu: in secundo, habitu non actu: in tertio, & actu simul & habitu: quare interdum & scit & nescit. Neq; tamen haec contraria. Nam non eodem modo quo scit ignorat. Ergo cum non uidet, meminit tamen, scit habitu, actu nescit. Haec uero contraria non sunt. Et cum a Socrate dicitur alius alio sapientior, respondet Protagoras non ex eo sapientes quosdam, insipientes alios esse uocandos, quod alij uera, alij falsa opinentur. Nam opinari unūquensq; illa quae quisq; patitur, patitur ea a quibus mouetur, moueri ab his quae agunt, agere illa quae sunt, quae sunt, uera esse. Ex quo omnes opinari uera concludit, non tamen omnes bona atq; decora. Sapientes asserit eos, qui bene affecti quaecumq; offeruntur ut bona suscipiunt, bonaq; sibi putant, & ut putant, sunt. Insipientes illos, qui male affecti, mala iudicant, & mala sibi sunt quae iudicant. Contra id quod dicitur, omnes uera opinari, sic Socrates. Accidit in omni uita & singulis facultatibus, ut existimemus in quibusdam nosmetipsos uere iudicare, in nonnullis alios. quisq; enim facultate aliquam proficitur, & alteri in aliena arte concedit. Aut existimatio haec uera, aut falsa est. Vtrinq; sequitur, non omnes homines uere putare. Nam si uera existimatio illa, uerum erit quod quidam in multis uere iudicant, in quibus nos falso opinamur. Non omnes igitur uera opinantur. Sin falsa, ergo in hoc saltem saepe decipimur, quare non omnis opinio uera. Quinetiam saepe contingit, ut quae unus ut uera cogitat, ab omnium aliorum opinione abhorreant. illa igitur illi uera, falsa alijs uidebuntur. Erūt igitur falsa, tamen plus quam uera, quo plures sunt quibus falsa quibus uera putantur. Non ergo mensura rerū ille, sed alij. Quare non omnes mensura rerū omnium sunt. Itē Protagorae sententia, quod omnis opinio uera sit, paradoxon est, et praeter omnium ferme sententia, ex quo omne penē genus hominum

hominum falsam eius opinionem censet: quod si uera est omnis opinio, uerum & hoc uniuersale iudicium, ergo ut falsa putatur, ita & est Protagorae ipsius positio, quae dicitur omnem opinionem esse ueram. Nam seipsum ita dicendo, falsam esse concedit. Et si dixerit falso putare illos qui ab eius diuisis abhorrent, hinc quoq; idē sequitur, non omnem scilicet opinionem esse ueram. Praeterea qui ignorat, mensura eius quod ignorat esse nequit. Qui dubitat, ignorat. omnes homines dubitant, multa ergo ignorant. Non omnes itaq; omnium mensura sunt. Cumq; dicit, qualia cuiq; singula uidentur, talia sunt, aberrat. Quae namq; medicinae artis ignaris salubria corpori noxiāne uidentur, non semper talia sunt, saepe illos opinio fallit: & quae utilia uel noxia in reipublicae administratione ciues deliberando decernunt, non semper reip. talia sunt. Obsunt enim multa, quae profutura sperabant: & quae nocitura, profunt. Quod si ipsum salubre, & utile non sola opinione hominum, consuetudine constant, sed aliquam suapte natura substantiam habent, multo magis honestum ipsum atq; bonum. Bonum quippe utilium principium est, & finis. Quapropter nec in his quae ad corporis curā, nec in illis quae ad animam, & reip. gubernationē spectant, qualia cuiq; singula uidentur, talia sunt. Etenim si quaecumq; uidentur, talia essent, quoties quis futura praediceret, uere nimirum praesageret, quod quidem falsum est: raro enim futura talia ueniunt, qualia cogitatur. Et si quis de futuris iudicat, non quiuis id agit, sed artifex de his quae ad eius artem spectant. Vt futura febre medicius potius quam musicus, futuram consonantiam musicus melius quam medicus prauidet. His deniq; confutatis occasione sumens Socrates ad libertatem uel seruitute loquendi, de libertate philosophantū, & seruitute ciuiliū ac rhetorū disputat, qualis sit utrorumq; uita: quod philosophi finis est, ab humanis malis ad superna bona conscendere: de praemijs eorum qui celestia petunt, poenis eorum qui terrenis inhiant. Quae digressionē peracta ad propositam quaestionem reuertitur. Eius fundamentum erat Heracliti sententia, quod omnia moueantur. Cuius contrarium Parmenides, & Melissus, & Eleates Zeno, iusserunt. Omne enim unum & immobile posuere. Quorum Plato approbat dogma in libro de uno rerum omnium principio, quem traduximus, exponit & approbat. Contra uero Heraclitum Parmenidē, & Protagoram ad motus diuisione differere incipit. Motus duo sunt genera. Vnus secundum locū motus, dem dicentem, secundum rei naturam alter. Latio illa alteratio haec dicitur. Latius species duae, transitus & circulatio. Quia omnia esse uel de loco ad locum fit transitus, uel circa locum unum eundemq; circuitus. Motus uero in ipsa rei motu naturae, aut secundum substantiam, aut circa quantitatem uel qualitatem efficitur. Si secundum substantiam ad ipsum bile, esse quid mouetur, generatio: si ad non esse, corruptio. Secundum quantitatem ad minus, incrementum: ad minus, diminutio, ad plus, augmentum. Motus qui de qualitate in qualitate, affectio nominatur. Sortitur deinde uaria ex uarijs qualitatum diminutionibus nomina. Nam qui ad calorem, calefactio: ad frigus, frigefactio: ad colorem, coloratio, similiteryq; de ceteris. Distinctione praemissa querit Socrates, si mouentur omnia, utrum duobus illis motus generibus singula, aut uno quodam multa, duobus alia moueantur. Si uno quodam multa, sequitur non magis illa moueri quam stare. Nam si modo quodam mouentur, quo dammodo & quiescunt. Opinio uero illorum non id uult: sed omnia omnino sine ullo statu moueri, quo fit ut omnibus motibus agitentur. Ergo dum res est loco ad locum feruntur, ex affectio ne interim in affectionem ingiter transeunt, ut ex calore in frigus, albedine in nigredinem, uel contra. Queritur utrum sub una quadam harum forma aliquantulum maneat, nec ne. Si manent, sequitur ut non omnis status sit expulsus. Si non permanent, dum quid calidum aut album pronuntiat, definit calidū esse uel album. Imò prius quam pronuntiatio incepta definit, definit esse forma. Vnde nihil unquam uere pronuntiat, aut percipitur: nec magis calidum illud quam non calidum, album quam non album est praedicandum, cum in nullo consistat, & sit & non sit pariter dum profertur. Quam ob causam rerum formae nobis ignotae sunt, idem de sensu dicendum. Nam nec uisus in uisione, nec in audiendo auditus momentum permanet. Quocirca non magis uidere aut audire, quam non uidere, & non audire contingit, etiam dum uidere & audire nos profitemur. Ex quo sequitur, ut sublatis sensibus sublata sit & sensuum ueritas: quae sublata, nullo modo dicendum sensuum scientiam esse. Addit & aliam rationem, ad cuius intelligentiam aduertendum est, quod Plato nullam corpori cognitionē tribuit, quem admodum nullam uitam. Quod uiuit, id sentit: uiuit anima, & anima sentit. In corpore autem nec uita nec sensus, sed uita sensusq; opera declaratur. Ideo quos sensus quinq; alij uocant, ipse organa quinq; sensus appellari uult, nihilq; his instrumentis sentire, sed per hos quasi meatus ab una quadam anima uisentiri singula putat, quae sensum communem uocat, in quē unūquodq; est singulis corporis organis, ut ad centrū circuli est circumferentia lineae, uariae passiones influunt. Colores quidem per oculos, per aures soni, per nares odores, saporisq; per linguas, deniq; per totū corpus calor, frigus, humidū, siccū, graue, leue, molle, durū, leue, asperū, rarū, densum, acutū similiteryq; obtusum. Quod anima ista non multis, sed una ui sentiat, patet: quia sentiendo colorem, dicimus non esse uocem: & saporem sentiendo, non esse odorem pronuntiamus. Non potest aliud ab alio distinguere, qui non utrumq; cognoscit. Nullum organum eadem quae & aliud organum porrigit: & si eadem, non eodem modo. Idcirco eorum quae sentiuntur distinctio, non in organis est, sed in una quadam ui animae percipiente singula, & singula simul a singulis distinguente. Quae cum ipsa haec omnia sola possit, quod nec etiam Peripatetici negant, quid multis sensibus

bus opus est? Hic sensus quem communem uocant, omnibus animalibus statim natis inest. Præter quem est & alia uis, quam phantasiam, opinionem cogitationemq; nominat. Cuius officium est, de his quæ communis sensus opinio cogita, per organa quinq; sensit, iudicare non quale solum, sed quid sunt, quod eorum unumquodque idem est secum, ab alio eadem uis alio aliud, unum seorsum, iuncta uero simul duo uel tria, similia item et dissimilia, bona, uel mala, pulchra, turpia, est ultra sensum utilia, noxia, & ab uno in aliud ratiocinando percurrere, aliud applicare cum alio, & præterita & futura cum sum communem presentibus comparare. Itaq; hac uis essentiam, unitatem, numerum idem, alterum, similitudinem, dissimilitudinem apud Platonem, pulchrum, turpe, bonum, malum, utile, inutile iudicamus. Quod equidem iudicium cum non statim natis ad nem sit, sed longo post tempore, nec omnibus animalibus, sed quibusdam, patet quod alia quadam uis præter communem sensum hæc percipimus. Hanc phantasiam perfectam, & opinionem nuncupat. Quæ tamen ipsa non sufficit. Nam hæc omnia proprio quodam, & particulari modo, certo sub tempore locoq; & conditione iudicat. Scimus autem nos de ipsa in genere, & uniuersali modo etiam iudicare, non quid nunc homo hic, uel ibi hoc utile, uel rum quid ipsa semper humanitas, quid passim utilitas ipsa sit. Ideoq; alia uis opus est, quæ uniuersales rationes rerum generatim percipiens de una discurret in aliam, discurrendoq; argumentetur. Quod quidem in nobis fieri dum syllogismos necimus, nemo dubitat. Hanc rationem uel cogitationem dicimus uniuersalem: cum opinionem ipsam, particularem rationem cogitationemq; nuncupemus. Ad hanc deniq; mens accedit, quæ omnes rationes rerum non discursu, sed simplici stabilitq; intuitu percipit, nam supra motum ac tempus, status & æternitas esse debet. Motus quidem & tempus in ratione: in mente status est, & æternitas. Non enim aliud post aliud dicit, sed simul omnia tenet. Supra mentem ipsa animæ unitas est summi boni character, qua non rerum rationibus ideisq; sed primo rerum omnium principio, quod ipsum unum est, iungitur. Cum omnes anime uires quæ in cognitione uersantur enumeratæ sint, & scientia in cognitione consistat, in qua potissimum uis scientia sit, uidendum. Sensui quidem non conuenit, ut multis iam rationibus consistat, & hæc præcipue, quia sensus ille communes essentias rerum non iudicat, sed passiones quædam corporum solummodo percipit. Quisquis igitur essentiam, ignorat & ueritatem. Qui ueritatis est ex pers, à scientia nimium alienus. Non ergo in sensu scientia, ubi anima non per se sed per corpus percipit, atq; ideo sepe decipitur. Sed in phantasia forsitan, & opinione consistit, ubi essentias iam percipimus, et anima per seipsa sine corporis ministerio iudicat. Atq; hæc sententia secundo loco Theæteto placet, q. scientia sit opinio, non quælibet tamen, sed opinio uera, falsa autem opinio, ignorantia. Cum uero Theætetus opinionem in duo distinxisset, ueram, & falsam, quæ fuit ilico Socrates quomodo falsa opinio esse possit. Vnumq; supponit, q. quisquis opinatur, aut ea quæ nouit, aut quæ non nouit opinatur. Vnde in hunc modum ratiocinatur. Qui opinatur falsa, nunquam ex eo falsa opinatur, q. putet aliqua quæ nouit, alia quædam esse quæ etiam nouit. Nam qui utraq; noscit, aliud pro alio nunquā accipit. Neq; quæ non nouit, alia quædam quæ non nouit. Nihil enim de illis quis iudicat, quæ nunquā in cogitatione uenerunt. Neq; quod nouit, id quod nunquā nouit: aut contra quod non nouit, id quod nouit esse. Quis enim pro ignoto notum, uel pro noto ignotum accipiat? His igitur modis opinari falsa, nullus posse uidetur. Fortè uero alio quodam pacto falsa homines opinantur, cum ea quæ non sunt, opinantur. Ex quo falsa opinio erit, ea quæ non sunt opinari. Sed neq; id fieri potest. Quisquis enim uidet, unum aliquid uidet: qui unum aliquid uidet, existens quoddam uidet: qui uero non existens uidet, nec unum aliquid. Qui non unum aliquid, nihil: qui nihil uidet, nec uidet quidem. Ergo aut non uidet, aut quod est uidet. Similiter de auditu ac ceteris sensibus affirmare possumus. Quamobrem cum opinio sensum sequatur, quicumq; opinatur, unum aliquid opinatur: qui unum aliquid opinatur, existens aliquid opinatur, ergo quod est opinatur, qui uero non existens, etiam nec unum aliquid. Si non unum aliquid, nihil igitur. Si nihil opinatur, nec opinatur quidem. Itaq; aut non opinatur omnino, aut quod est opinatur. Quapropter neq; hoc modo falsa aliquis opinabitur, q. quæ non sunt opinetur. Accedit modus alius quo cõmutatio fit, ita ut aliud pro alio accipiamus: ut pro pulchro turpe, & pro utili inutile, quod quidem Socrates ita refellit. Opinari, secum ipso loqui est, dum nobiscummet interrogamus, respondemus, affirmamus atq; negamus. Nec est locutio hæc intrinseca extrinseco sermone deterior. In extrinseco uero sermone nullus unquam dicit quod turpe est, esse pulchrum; & quod homo, bouem esse: quod par, impar, aut huiusmodi aliquid. Quare multo minus cogitando asseret, horum unum aliud esse. Nam aut noscit utraq; aut alterum solum. Si utraq; nunquā utiq; cõmutaret. Si alterum, neq; sic etiam, quod enim cognoscit, nunquam pro illo quod nondum in cogitationem uenit acciperet, quo fit ut nondum inuentū esse uideatur, quomodo falsa opinio nobis inest. Utitur hic Plato, & in Philebo, Sophista, atque Menone, sex nominibus ad eandem uim anime pertinentibus, ad sex illius officia significanda. Nam cum post sensum communem anima eadem quæ & communis sensus apprehendit, opinante potentia percipit, prima ipsa perceptio, imaginatio dicitur. Ut apprehensa conseruat memoria. Ut iterum quæ seruauit, in seipsa resumit, reminiscencia. Et cum resumendo de alio in aliud qua si quadam ratiocinatione discurret, cogitatio. Postquā uero discursu peractio affirmatur aliquid uel negatur, opinio. At uero cum opinione percepta per sensum atq; memoriam anima cogitatione resurgens ita in hæc respicit uelut

uelut in illa à quibus ista manarunt, & quæ imagines sunt res ueras esse putat, picturam quandam, & phantasiam Plato nominat. Et cum carcam in ducit effigiem, cerebri naturam nequaquam intelligit. Non enim dixit in corpore, sed in animo carcam effigiem esse. Cum uero in incorporeo nihil sit corporale, per translationem quadam operumq; similitudinem potius, quam ita ut uerba sonant, hæc intelligenda sunt. Neq; in corpore figi uult rerum Formæ quæ imagines, neq; in animo ab externis obiectis effingi, sed uel ex natura sua habere animam, uel occasione ab sunt in anima, externis motibus corporisq; passionibus sumpta in seipsum sua uis formas rationesq; concipere. Qui de his dubi non esse sunt at, Plotini summi interpretis cõmentaria legat. His expositis ad opinionis falsæ modos redeundum est. Inducit quæ sūt extra plurimos Socrates, & multos respuit, & ut sophistarum fastum reprimat, sepe quæ concessa ab illis sunt, iterum atq; iterum confutat. Tandem ex Platonis mente colligendum est, quod quando sensibile quoddam primo nobis occurrit, eiusq; occursum sensus in nobis efficitur, & à sensu memoria, ac deinde rursum idem nobis obijcitur, memoria præcedentem cum sequente sensu componimus, & in his iam dicimus Socrates, æquus, ignis, cæteraq; huiusmodi. Atq; hæc opinio quædam nuncupatur, cõponentibus nobis præcedentem memoriam cum recente sensu. Et quotiens hæc quæ colligantur, inuicem consonant, opinio uera existit: si dissonant, opinio falsa. Nam si quis dum Socratis speciem in memoria seruat, Platonem ipsum offendat, putetq; se ob quadam similitudinem Socrati rursum occurrere, postmodum Platonis sensum uelut à Socrate hauriens, memoriæ Socratis ipsum accommo- det, opinio falsa resultat. Atq; hoc pacto opinio falsa fit ex collatione sensus ad cogitationem. Fit & alio modo, collatione cõmutationeq; cogitationis unius ad alterius cuiusdam cogitationem. potest enim quis numerorū quo opiniois falsæ rundam species, quæ in memoria latent, etiam absq; presente sensu, cogitando inuicem permutare, ita ut XII. pro XI. & contra XI. pro XII. capiat. Verum dubitatio quædam suboritur. Nam quicumq; species seruauit, scit ea quorum species habet, hos ergo scit numeros. Sin commutat, ignorat. Quare simul eadem & scit, & ignorat. Respondendum, non esse absurdum ut is qui uno modo scit, ignoret alio. Nam is habitu quidem scit, actu ignorat. Quocirca his nihil impediens, duæ falsæ opinionis species inuentæ sunt, & paulo ante expositæ. Ori- tur & alia dubitatio. Quia si quis dum scientias duorum quorundam habet, commutando falso opinetur, & alterum pro altero capiat, uidetur rem ipsam cuius habet scientiam, ignorare: & quod deterius est, scientia ipsa, non ignorantia ignorare, cum ipsa scientia cõmutationis causa sit, ignorantie cõmutatio. Quod si ita est, cum sci- entia ignorare nos faciat, nihil prohibet quin ignorantia scire efficiat. Respondet ad hæc Theætetus ponendā in animo inscitie sicut & scientia speciem, & qui alterū pro altera capiat, falli, atq; ita per ignorantiam potius quam per scientiam ignorari. Responsio hæc minime sufficit, quin eodem modo quo & supra, quaeretur, si cõmutat eas inuicem species, utrum cognoscat utramq; aut ignoret, aut alteram norit, alteram ignorauerit. Vnde superior con- trouersia omnis redibit. Item si ponenda species qua scientia noscitur, & qua inscitia, iterum species alie quibus species hæ noscuntur, ponendæ sunt, & alie rursum quibus illæ atq; ita in infinitum progrediemur. Quocirca non ita, sed aliter respondendum. Nam dicendum erat, ut Socrates supra tetigerat, quod non rerum notiones permuta- tionis cause sunt, sed confusio notionum, negligentia diuturna, externa similitudo hanc ex parte discussa. Non ergo scientia, imò confusione, negligentia, deceptioneq; ignorare uidetur. quanquam hæc haud absolute iudicari prius possunt, quam quid est scientia, fuerit declarati. Nam per lucem tenebras, per sonum silentium, per bonum malum, per uerum falsum dignoscimus. Antè igitur quid scientia est, definiendum uidetur, quam falsa opinio de- claranda, si perfecte illam comprehendere cupimus. Hinc Theætetus, scientiam esse ueram opinionem asserit. Quod quidem ex eo confutat Socrates, quod oratoria facultas persuadet, nō docet: qui persuadet, opinionem in- ducit, & opinionem ueram, cum uera refert, neq; tamen scientiam. Nam de his quæ in motu sunt semper, & aliàs se aliter habent, certa nunquam scientia est. Talia uero sunt humana negotia, de quibus oratores agunt, præser- tim cum sepe ad ea credenda auditores inducant, de quibus ipsi dubitant, & quibus nunquam interfuerunt. Ad- dit post hæc Theætetus Leucippi, & Cyrenæi Theodori definitionem. Scientia est opinio uera cum ratione. & idcirco quæ rationem habent, sciri possunt: quæ ratione carent, minime. Et Prodicus Chius Leucippum imitatus, elementa rerum, quia simplicia sunt, proptereaq; sine ratione, ignota esse asseruit: composita uero cum rationem habere possunt, nota. Rationem quidem definitionem, & orationem quandam declarantem rei substantiam pro- prietatemq; intelligunt. Quæ quia plura includit, subiectum & prædicatum, interdam etiam copulam, id est uer- bum, & nomina, compositum quoddam significat. Elementum uero simplex, ideoq; rationis expers, & ignotum relinquitur. Duo quæ dicta sunt, Socrates confutat. prius quidem posterius hoc, quo dicitur, Elementa, quia sim- plicia, ignota: quæ ex his effecta sunt, quia composita, nota. Deinde prius illud, quod scientia sit cum ratione opi- nio uera. Et exempli causa pro elementis literas accipit, pro composito syllabam. Verum quæ de his tradit, de re- bus omnibus intelligi uult. Prima contra illos ratio est. Quia quemadmodum composita ab elementis dependent, ita compositorum cognitio ab elementorum cognitione perficitur. Neq; enim sine causa, quæ à causa sua, cogno- sci possunt. Quapropter impossibile est, ignoratis elementis scire composita. Item sume compositum quoddam, ut

ecce So. primam nominis Socratici syllabam. Vtrum syllaba hæc utraq; elementa est? An una quedam species ex elementis congreidentibus nata? Si utraq; ergo quisquis syllabam hæc, so, nouit, utraq; elementa nouit. Interrogatusq; quid est so, s, o, respondit. Et si s, o, ignorabit, so, nunquam cognoscet. Nam qui utrumq; nescit, nescit et ambo. Impossibile igitur est ignoratis elementis cõposita nosse. Sed dicet forte aliquis, syllabam, & unamquamq; speciem, non elementa, sed unum quiddam præter illa existere. Quem Socrates sic interrogat: Vtrũ species hæc, & syllaba partes habeat nec ne. Si habet, totum quoddam est, & omne. Totum uero, & omne, nihil aliud est quàm partes omnes, quod in numeris patet. Etenim totus numerus, nihil aliud est quàm omnes quas continet unitates, atq; ita species hæc constabit ex partibus, & partes eo ipso quod erunt totius erunt. Sicut ergo nota species, ita & elementa cognita. Nam si speciem nescit, totum & omne nescit. Si totum & omne, nullam ipsi ex partibus eius deesse cognoscit. Ergo singulas scit partes habere, singulas itaq; noscit, quas si ignorarit, utrum omnes adsint, nec ne, scire non poterit. Impossibile igitur ignoratis elementis speciem noscere. At si quis dixerit speciem ipsam unam partes nullas habere, ex eo quod elementa quibus constat, partes eius non sunt: sequitur ut simplex, & impartibilis sit. Quare sicut elementum quia simplex, ignotum dictum fuit, ita & species ipsa quia simplex, ignota esse dicitur. Ideoq; nullo modo fieri potest, ut ignoratis elementis species quæ ex his fiunt, noscantur. Quod ex eo quoq; perspicue patet, quod in singulis artibus fundamentum cuiusq; artis intelligenda est, elementa rerum ipsarum de quibus ars ipsa agit, comprehendere. Alioquin labor omnis est irritus. Hoc deniq; confutato, Socrates iam principalem propositionis partem resellere incipit, ubi dicebatur, Scientiam esse opinionem ueram cum ratione. Tria enim rationis nomine significari possunt, aut oratio, aut per elementa rei discursus, aut definitio. Si primum, omnis opinio scientia erit. Siue enim uera seu falsa opinemur, quod sentimus sermone proferre ualemus: ergo ratione opinabitur, etiam qui falsa opinabitur. Si secundum, quotiens quis per elementa discursus, scire dicitur. Id uero idcirco falsum est, quia elementa discurrendo transponere potest, ordinemq; peruertere, & elementum unius rei in aliam quandam referre, & uni elementum alterius accommodare. Qui uero ista confundit, scire non est dicendus. Si tertium, id est definitionem intelligit, & scientiam uocat opinionem ueram cum definitione, sic contra illũ argumentatur. Definitio interpretatio differentie est: ideo quicunq; definit, præter rei communia differentiam propriam assignat. Sed qui Socratem uere, & Theætetum opinatur, utrum differentias opinando Socrates, & Theæteti percipit, nec ne? Si non percipit, nec uere opinatur. nunquam enim alterum ab altero uere distinguemus, nisi differentias utriusq; dignoscemus. Ergo eo ipso quo uere opinatur, differentias callet. Quare nihil opus est præter opinionem ueram, addere rationem, id est differentie notionem. Verum dicet forte quispiam, in ipsa opinione sensum quandam imaginationemq; differentie includi, potius quàm certã differentie naturalis intelligentiam: ideoq; addendum in scientie definitione, differentie intelligentiam. Contra hunc ita Socrates argumentatur. Absurda profecto definitio est, qua idem per idem describitur. Cum uero dicimus scientiam esse opinionem ueram cum ratione, id est cum differentie intelligentia, scientiam per scientiam describimus. Nam intelligentia differentie, differentie scientia est. unde scientia erit opinio uera cũ scientia differentie, quod dictũ ridiculum est. Ex his omnibus iam falsæ sophistarum definitiones redargute sunt. Prima, quæ dicebat scientiam esse singulas quæ discuntur facultates: secunda, quæ scientiam esse sensum: tertia, scientiam esse opinionem ueram, quarta, scientiam esse opinionem ueram cum sermonis prolatione: quinta, opinionem ueram cum discursu per elementa: sexta, opinionem ueram cum differentie imaginatione: septima, opinionem ueram cum scientia differentie. His deniq; redargutis uidentũ est quid Plato doceat, quippe in sexto lib. de Rep. Brontiniũ, & Archytam Pythagoricos imitatus, duo rerum genera ponit, intelligibile scilicet, & sensibile. illud stabile & incorporeum: hoc mobile corporeumq;. Viam ad illud noscendum rationem uocat, uiam ad hoc sensum: notionem communem illius, intelligentiam: huius, opinionem. Sed utrumq; genus bisariam diuidit. Vult enim esse intelligibile primũ, & secundum: in eo ideas, id est diuine mentis species notionesq;, & mentes alias, & animas cõtineri: in hoc numeros, & figuras. Numeri quippe & figura quamuis incorporalia sint, tamen quia diuisione aliquam suscipiunt, non pari dignitate qua impartibiles substantie censenda sunt. Illorum cognitione proprio nomine intellectum, horum cogitationem intellectualem uocat. Sensibile quoq; pari diuisione partitur, in primum scilicet, & secundũ. In primo locat corpora omnia corporeaq;. In secundo umbras, & imagines corporum, siue in aqua, siue in speculis appareant. Et eas ita se habere ad corpora, ut mathematica ad diuina existimat. Perceptione corporum, credulitatem proprie nominat: umbrarum, imaginationem. Deinde circa umbras corporũ, uel corpora, uel mathematica, scientiam esse negat, sed in solo intellectu diuinorum eam locat. Quod & in hoc dialogo significauit in principio, cum scientiam & sapientiam idem esse proponeret. Nam sapientiam esse diuinorum cõtentionem ubiq; testatur. Quo uero differat intellectus ipse, id est scientia ab opinione, in libro de natura his uerbis ostendit. Si intellectus uerq; opinio due res sunt, necesse est ideas per semet intellectu potius quàm sensu comprehendendi. Sin uero, ut quibusdam uidetur, uera opinio ab intellectu nil differit, omnia quæ corporea sentimus, certa habent

ta habenda sunt. Sed opinor duo esse dicenda, propterea quod utraq; magna differentia distant: quippe quorum alterum doctrina nobis insinuat, alterum persuasionis assumptio. Alterum quidem semper cum ratione uera, porro sine ulla ratione alterum. Alterum eorum nulla ratione traducibile, alterum nutans incertumq;. Quid, quod recte opinio omnis homo particeps? Intellectus autem dei proprius, & paucorum admodum electorum hominum: Eadem ferme in Menone Phileboq; testatur. Quid ergo scientia est? diuinorum rerum certa ratione cõprehensio. Hæc intellectu, primo ac semper. In ratione secundo, nec semper. Nam ratio cum inter intellectum opinio nemq; media sit, quoties ad inferiora porrigitur, opinionis repletur erroribus, & diuina cogitare desistit. Cum uero ad mentem sui ducem conuertitur, diuinorum cognitionem haurit. Quam proprio nomine in mente sapientiam, in ratione reminiscientiam Plato nuncupat. Et ideo de obstetricia facultate per quam reminiscimur, hoc in dialogo disputauit, ut non modo quid scientia sit, uerum etiam quomodo acquiratur intelligeremus. Imò & unde sit & per quem, explicuit dum diceret Socratem dei iussu obstetricio munere fungi. Est ergo scientia, diuinorum certa ratione comprehensio, in mente residens, in rationem profuens, à deo menti inserta, à dialectico accepto re in rationem deo aspirante reducta, rationem in mentem dirigens, mentem cum diuinitate coniungens.

PLATONIS THEAETETVS VEL DE
SCIENTIA, TRANSLATVS E GRÆCO IN LATINVM
à Marsilio Ficino ad Petrum Medicem patræ patrem.

EVCLIDES. TERPSIO. SOCRATES. THEODO/
RVS. THEAETETVS.



MODONE ò Terpsio, an iam pridem rure uenisti? TER. Pridem satis, ac te in foro quaesitũ, & miratus sum quod reperire nequiuierim. EV. Non eram in urbe. TER. At ubi? EV. Cum in portum descendissem, offendi Theætetum, qui Corintho è castris Athenas ferebatur. TER. Viuus ne an mortuus? EV. Semiuuus. uulneribus enim quibusdam afflictus est, & quod deterrius, morbo etiam diuturno in castris est confectus. TER. Num dyfenteria? EV. Hæc ipsa. TER. O qualem uirũ refers in discrimine positũ. EV. Præclarum admodũ atq; optimum ò Terpsio: nam paulo ante nonnullos audiui, qui eũ circa rem militarem miris laudibus extollebant. TER. Nec mirũ id uideri debet, imò longe magis mirandũ esset, si contrã se haberet. Sed cur non diuertit Megaram? EV. Properabat domum. Ego enim & consului & obsecraui, ille noluit. Quinetiam comitatus ipsum, cum ab eo discederem recordatus sum Socratis, atq; admiratus quàm diuine & sæpe aliã. & de hoc maxime uaticinatus fuerit. Nam paucis diebus antequam è uita decederet, obusã factus Theæteto adhuc adolefcentulo, cum eo differuit, eiusq; indolem & probauit, & admiratus est. Deinde mihi Athenas profecto rationes disputationis illius auditu maxime dignas singulas enarrauit, atq; insuper addidit, præstantem omnino uirũ futurum si adoleuerit. Ac uera nimium prædixisse uidetur. TER. Certe, sed quinam sermones, num referre potes? EV. Non uerbis per loquem, sed literis. Etenim reuerfus domum statim commentarijs eos perstrinxi: deinde per otium reminiscendo, latius scripsi, & quoties Athenas proficiscer, siquid excidisset, Socratem interrogabam, atq; huic rediens emendabam. Quo factum est, ut uniuersa penè disputatione illa conscripta sit. TER. Vera loqueris. Audiui enim hæc à te pridem, & ista nosse cupiẽs, te quaesiturus huc sepe accessi. Quid ergo nũc obstat, quo minus percurramus? Enim uero quiete mihi opus est. Nam ex agro ueniens, defessus sum. EV. Ego quoq; Eriueum usq; Theætetum comitatus sum, quam obrem libenter admodum requiescerem. Eamus ergo. Nobis enim sedentibus puer aliquis perleget. TER. Probe. EV. Hic ò Terpsio liber est non ita compositus, quasi Socrates mihi referat, ut reuera retulit, sed quasi cũ illis præfens disputet, quibuscum disputasse mihi narrauit. Hos autẽ geometram Theodorum & Theætetum fuisse dicebat. Ne igitur molestum esset, si inquam, & inquit, confensit, & negauit, sapius interponeretur, his uitatis Socratem ipsam una cũ illis disputantem induxi. TER. Scite Euclides. EV. Heus tu, accipe librum ac lege. s. o. Si Cyrenei ò Theodorice præ cæteris mihi curæ essent, quæ ad eos spectant abs te potissimum exquirerem, si qui illic iuuenes geometricæ, aut alteri philosophiæ studio ardentem incuberent. Nunc autem magis nostrum quàm illos amo, potiusq; intelligere cupio quina è nostris iuuenibus

Cur in dialogo personæ loquentes introducantur

in uiros quos euasuri merito uideantur. Hac ipse pro uiribus semper exploro, & ab alijs ad quos iuuenes confluere uideo, saepe percontor. Te autem non pauci sectantur, & merito. Nam & aliorum gratia, & geometriae maxime, concursu dignus esse uideris. Si quem igitur nactus es memoratu dignum, libenter audirem. THEO. Atqui o Socrates & me referre & te auscultare decet qualem e uestris ciuibus adolescentem inuenerim. Qui si formosus esset, laudare illum uererer, necui forsitan illius amore captus uideri possem.

Facies similis Socrati referatur

Nunc autem ne mihi succenseas neq; turbes. non enim est pulcher. Similis tibi est, simo naso & prominentibus oculis, quamuis minus ille quam tu in his modum excedat. libere tecum loquor. scito in primis me nullum adhuc adolescentulum repperisse, licet cum multis uersatus fuerim, tam mirabili naturae felicitate donatum. Difficile admodum est, repperire hominem ingeniosum simul, & praeter ceteris mansuetum atq; uirilem. Equidem nec fuisse unquam existimo, nec esse uideo, qui ita natura sint instituti. Ceterum acuti ut hic facientes, & memoriosi, & dociles, ut plurimum in iracundiam impetusq; praecipites sunt. prouunt enim atq; raptantur, quemadmodum sine retinaculis naues, & furiosi potius quam fortes existunt. Graues autem saepe cum ad disciplinas se conferunt, segnes, torpentes, obliuiosi sunt. Hic uero ita leniter, libere, suauiter, expedite, maxima cum mansuetudine ad disciplinas quaestionesq; graditur, ut nec lubricus quietusq; olei fluxum mollior & suauior uideatur, & ut mirum sit tantum ingenium tam mature ista peragere. SOC. Optima nuncias. sed cuius nostrorum ciuium filius est? THEO. Nomen quidem eius audiui, sed memoria excidit. Est autem medius ille eorum qui nobis occurrerant paulo ante in platea quae extra moenia est. Is & socij sui quidam uncti luserunt, ac nunc peracto ludo huc aduentare uidentur. Aduerte utrum agnoscas, nec ne. SOC. Agnosco equidem. Surniensis Euphronij filius est, uiri o amice proculdubio talis, qualem tu filium narraisti, probatissimi ante omnes, qui patrimonium amplum reliquit. sed nomen pueri non audiui.

Hominem ingeniosum & mansuetum atq; uirilem repperire difficile Proprietates bene discitis

THEO. Theatetus o Socrates nomen est, patrimonium autem eius tutores dissipasse uidentur. Verum tamen liberalitate misericordiae pollet. SOC. Generosum hominem narras, iube huc illum accedere & nobiscum federe. THEO. Fiat. O Theatete, accede huc ad Socratem. SOC. Veni obsecro Theatete, ut me ipsum animaduertam, qualem uultum praeferram. Inquit enim Theodoros, uultu me tibi similem esse, quod si utriusq; nostrum lyram similiter temperatam assereret, utrum confestim id crederemus, an musicus ne esset prius inquireremus? THEO. Inquireremus. SOC. Et si tale reperiremus, crederemus utiq; sin autem musicae expertem, minime? THEO. Ita est. SOC. Nunc ergo si curae nobis est nostrum uultuum similitudo, uidendum utrum pictor sit qui dicit nec ne. THEO. Sic uidetur. SOC. Nunquid pictor Theodoros? THEO. Non aduertit. SOC. Geometricus autem? THEO. Maxime quidem o Socrates. SOC. An & astronomus, dialecticus, musicus, & reliquarum disciplinarum peritus? THEO. Mihi quidem uidetur. SOC. Dum ergo in aliqua corporis parte consimiles esse nos praedicat, laudans quodammodo, uel uituperans, non multum illi fidei adhibendum. THEO. Non ut apparet. SOC. Si quidem uero ab animi uirtute sapientiaq; laudaret, nonne conueniret haec audienti, laudatum ipsum considerare, laudato autem sese ostendere? THEO. Omnino o Socrates. SOC. Vide o amice Theatete, tua interest ostendere, mea considerare. Scito cum Theodoros multos mihi tam peregrinos quam ciues laudaret, nullum maioribus ac te laudibus extulisse. THEO. Bene est o Socrates. sed utdne iocans dixerit. SOC. Non est mos hic Theodori, uerum ne reuensas que concessa sunt, obijciens quod hic iocis agat, ne testari cogaris. Non facile est eius sententiam refutare, sed audacter in concessis persiste. THEO. Agendum est si tibi uideretur. SOC. Dic age. Discis aliqua a Theodoro geometrica? THEO. Equidem. SOC. Quae uero ad astronomiam harmoniamq; & dialecticam spectant, discis? THEO. Annitor equidem. SOC. Ego quoq; o puer, & ab hoc, & ab alijs, quos aliquid horum intelligere arbitror. & quo ad alia in his moderate me habeo, exiguum uero quiddam dubito, quod tecum, & cum istis inuestigandum. Quare mihi respondeas oro. An non discere est, sapienterem in eo fieri quod quisque discit? THEO. Id ipsum. SOC. Sapientia uero sapientes sunt quilibet sapientes? THEO. Certe. SOC. Nunquid hoc in aliquo a scientia differt? THEO. Quidnam? SOC. Sapientia uel delictet in quibus scientes, in istem & sapientes? THEO. Quid prohibet? SOC. Idem igitur sapientia & scientia est? THEO. Idem. SOC. Hoc illud est quod dubito, neq; concludere mecum ipse

Nescienti quid laudat aut uituperat non est adhibenda fides

An idem sit sapientia & scientia

ipse

ipse ualeo quid scientia sit, habemus quid ad ista dicamus: Quid esse asseritis? quis nostrum prior ostendet? Quisquis uero aberrauerit semperq; hallucinetur, asinus quem admodum pila ludentes pueri dicunt, sedeat. Sed qui uincet, nihilq; aberrarit, dominabitur nobis, et iubebit quicquid responderi uoluerit. Quid siletis? Nunquid non o Theodore homo literatus rusticior? cupiens uos in disputationem inducere: amicisq; & familiaribus inuicem fieri. THEO. Minime hoc o Socrates rusticum sit. Sed ex his pueris aliqueum respondere tibi iubeas. Nam haec disputandi ratio insueta mihi est, & assuescere nunc aetas prohibet, hos autem magis haec decet, & longe magis proficiet. Reuera enim iuuentus in omnibus proficit, & ut coepisti, ne dimittas Theatetum, sed eum interroga. SOC. Audis hoc o Theatete, quae dicit Theodoros? cui tu ut opinor, libenter obediens. Neq; enim fas est, ut huiusmodi in rebus sapientis uiro iuuenis minus pareat. Ingenue ergo responde, quid esse scientiam opineris. THEO. Parendum est o Socrates, quando quidem uos imperatis, si qua enim in re aberrauero, corrige. SOC. Faciemus proculdubio si quo modo poterimus. THEO. Videntur mihi scientia esse, quae quis a Theodoro discere potest, geometria, & reliqua quae in superioribus enumerasti, praeterea cerdonum aliorumq; opificum artes, & omnes, & singulae nihil aliud quam scientiae sunt. SOC. Generose ac magnifice o amice, de uno rogatus, multa pro simplici uaria dedisti. THEO. Qua ratione id ais o Socrates? SOC. Forte nihil dico, quod tamen putem indicabo. Quotiens artem cerdonicam dicis, nihil aliud ais quam conficiendorum calceorum scientiam? THEO. Nihil aliud. SOC. Quid porro, cum te tonicam id est fabrillem artem? num aliud quam ligneorum operum scientiam? THEO. Nil certe. SOC. In utrisq; igitur id declaras, cuius utraq; scientia est? THEO. Profecto. SOC. Quaestio uero nostra non haec erat, quorum scientia, & quot sint, non enim numerandi gratia quaerebamus, sed noscendi quid ipsa scientia sit. An nihil dico? THEO. Imo recte. SOC. Aduerte & hoc: si quis nos de aliquo horum uilium uulgariuq; percontetur, ueluti de luto, quid est, eiq; respondeamus, lutum eorum qui ollas, lutum eorum qui puppas, lutum eorum qui lateres fingunt, nonne ridiculi uideamur? THEO. Forte. SOC. Primo quidem quod putemus eum qui interrogat, intelligere ex illo nostro responso posse, si dicamus lutum, & uel puppariorum, uel aliorum quorumcumq; artificum tantum addimus: aut putas nomen quisquam rei cuiusquam intelligit, qui non nouit, quid sit ipsa? THEO. Nullo pacto. SOC. Ergo neq; scientiam calceorum intelligit, qui scientiam minime nouit, THEO. Non certe. SOC. Cerdonicam quoq; non intelligit, quisquis ignorat scientiam, & aliam ullam artem. THEO. Sic est. SOC. Absurda itaq; responsio est, si quis interrogatus quid scientia sit, artis alicuius nomen respondeat. Alicuius enim esse scientiam, cum non hoc rogetur, ille respodet. THEO. Videtur. SOC. Praeterea cum liceat simpliciter ac breuiter respondere, per immentum circumuagatur. Quemadmodum in quaestione de luto, leue quiddam, & simplex referri potest, quod terra humori commixta, lutum est. Cuius autem sit lutum, praetermittendum. THEO. Facile nunc o Socrates ita uidetur. Videris enim petere quod nuper mihi, & Socrati huic tibi in nomine simili, disputantibus in mentem uenit. SOC. Quid istud o Theatete? THEO. Theodoros hic de potestatibus scripsit magnitudinis tripedalis, & quinque pedalis, quod longitudine non sint pedali magnitudini commensurata. Eodemq; modo dicunt, & eliciens singula usq; ad magnitudinem septem & decem pedum, in ea tandem consistit. Nobis igitur id in mentem ueniebat, quia in infinita numero potestates emerferunt, conandum est qui in unum comprehendantur, quo omnes exprimamus. SOC. Num igitur inuentum tale quiddam est? THEO. Mihi quidem uidetur, considera tu quoq;. SOC. Dic. THEO. Numerum omnem bifariam diuisimus. Vnum qui possit aequalis equaliter fieri, quem in figura tetragono comparauimus, quadrangularem & aequilaterum appellantes. SOC. Probe. THEO. Et qui inter hunc medium est, cuiusmodi sunt tria, & quinque, & omnis numerus qui nequit aequalis aequaliter fieri, sed uel maior rarius, uel minor saepius sumptus sit, maiusq; & minus ipsum latus semper continet, figurae altera parte longiori comparauimus, & numerum altera parte longiorem uocauimus. SOC. Egregie, quid tum postea? THEO. Omnes lineas quae aequilaterum, & planum numerum quadrant, longitudinem esse definiuimus: quae autem altera parte longiorem, potestates, ut puta quae longitudine illis nequaquam commensurabiles sint, planis autem quae possunt esse commensurabiles: & circa solida aliud quiddam huiusmodi. SOC. R. Optime omnium o pueri. Quare Theodoros haudquaquam falsi testimonij reus fore uideat.

Non responde re rusticorum est

Iuuentus in omnibus proficit

Prima definitio scientiae

Ignoto simplici ignorari proprium

13

Latera huius tetragoni sunt media inter tria et quinque & cum eis sunt longitudo in commensurabilia, potestates uero commensurabilia. productum enim illorum est aequale tetragono ut patet

T H E. Enim uero o Socrates, quod de scientia quaeris, non ita ut de longitudine & potentia respondere ualeo, quanquam huiusmodi quiddam perquirere mihi uideris. Quo sit ut falsus Theodorus uicissim appareat. **S O.** Quid uero: si te a currendi uelocitate laudasset, addens nullum ex pueris promptiorem cursu uidisse: deinde currendo & ab aucto, & celerimo quodam uincaris, num putares minus eum te uere laudasse. **T H E.** Nequaquam. **S O C.** Scientiam uero ut paulo ante dicebam, leue quiddam inuenit, an graue potius supremumque ducis? **T H E.** Per Iouem supremum aliquid arbitror. **S O C.** Conside uiribus tuis, testimoniumque Theodori ne parumpendas. Annitere omni studio cum de alijs tum etiam de ipsa scientia, rationem quid sit, consequi. **T H E.** Annitendi causa o Socrates haec age m'us. **S O C R.** Age iam bono animo esto, egregie namque modo exposuisti. Conare imitans responsum de potestatibus, quemadmodum eas multas una specie comprehendebas, ita & scientias multas una ratione complecti. **T H E.** Scito o Socrates me id sapenimero conatu fuisse, dum has tuas quaestiones circumferri audirem. Verum neque mihi ipse persuadere possum idoneum ad haec me esse, satisne habere, neque alium audire ut tu praecipis disputantem, sed neque ab inquisitione tamen desistere. **S O C.** Doles o amice Theaetete, ex eo quod non uacuum, sed grauidus es. **T H E.** Ignoro o Socrates, sed quid mihi acciderit dico. **S O C.** Oridicule, audisti in esse me filium obstetricis generosae admodum acrisque & toruax Phanaetiae. **T H E.** Audiui equidem. **S O.** Num quod & in eadem arte uersor audisti? **T H E.** Nequaquam. **S O.** Scito ita esse, nec me tamen coram alijs prodas. Latuit enim haecienus omnes, quod hac arte praeditus sim, & hij ut puta ignorantes, hoc quidem de me non praedicant, sed quod absurdissimam rem, homines in ambiguitate induco, hoc audiuit. **T H E.** Id prorsus. **S O C.** Vis tibi causam huius assignem? **T H E.** Quid ni uelim? **S O C.** Quales sint obstetrices, cogita, ac facile quod uolo percipies. Scis enim quod nulla ex illis quam diu concipit paritque parturientibus opitulatur, sed cum iam ad foetum ineptae sunt ipsae. **T H E.** Prorsus. **S O C.** Causam huius Dianam ferunt, quae cum sterilis sit, partuum tutelam suscipit, steriles obstetrices fieri uetuit, quoniam humana natura imbecillior est ad artes earum rerum, quas nunquam experta est, his autem quae propter aetatem concipere iam non possunt, id imperauit, similitudinem suam honorans. **T H E.** Verisimile id quidem. **S O C.** An non id quocumque probabile, ac necessarium est, quae praegnantem sint, & quae non, ac utius ab obstetricibus quam ab alijs animaduertit? **T H E.** Omnino. **S O C.** Quinetiam medelis, & incantationibus obstetrices excitare, mollire uel partus uexationes ualent, & agre parturientibus, opitulari, foetusque educere, & si intempetuum fore uideatur, obtundere atque retrudere. **T H E.** Vera narras. **S O C.** Nunquid & hoc de illis audisti, quod tanquam pronuba in coeclendis coniugijs aptissima sunt: quippe quae optime callent, quam cui iugare ad generosae prolis procreationem oporteat. **T H E.** Haud satis id noui. **S O C.** Imo scias in hoc gloriarinon minus, quam in umbilici ipsius praecisione. Quid enim alterius ne an eiusdem artis esse putas, curae colligereque terrae fructus: & rursus dignoscere, quod in solum, quam plantam, quod uis semen iacere deceat? **T H E.** Eiusdem. **S O C.** In foeminis autem o amice, alterius facultatis hoc, alterius illud existimas? **T H E.** Haud sane conueniens est. **S O C.** Haud certe, sed propter iniustam absurdamque maris & foeminae coniunctionem, cui lenocinium nomen est, conciliandi matrimonij officium fugiunt obstetrices castae, uerenturque ne pro laudabili studio lenocinij notentur, si quidem legitimis obstetricibus solis conuenit recte mares foeminasque iugare. **T H E.** Constat. **S O C.** Atque id est obstetricum officium, opera mea quodammodo leuius. Neque enim accidit mulieribus, ut aliquando simulacra, aliquando res ueras pariant. Hoc uero haud facile discernere est, quod si contingeret, maximum praclarissimumque obstetricum munus esset, uerum a falso discernendi. Tu uero quid sentis? **T H E.** Idem profecto. **S O.** Arti uero meae adest quicquid ad illarum obstetricum diligentiam attinet. Verum in hoc praestat, quod maribus, non foeminis parturientibus succurrit, & quod animarum foetus non corporum speculatur. Potissimum autem arti meae hoc inest, posse uidelicet diligenter examinare, simulacrum ne & falsum, an natuum ac uerum quiddam iuuenis cogitatio pariat. Quinetiam quod obstetricibus, idem & mihi accidit, sterilis sum & sapientia uacuus: & quod mihi obiecerunt multi, quod interrogare singulos, respondeam nulli, propterea quia nihil habeam, quod sapienter respondere possim, uere nimiam obieciant. huius profecto haec est causa: parturientibus succurrere deus me cogit, generare prohibuit. Quocirca non sum ipse quidem, ulla in re prorsus, sapiens, neque extat aliquod meae mentis

*Obstetrices
Diana steriles
obstetrices fieri uetuit*

Quare obstetrices nolint esse pronuba

Art obstetricia Socratis

Cur Socrates interrogat semper, respondet nunquam

mentis inuentum ex me natum. Qui uero mecum uersantur, principio quidem rudes apparent, sed mea deinde consuetudine hi quibus deus ipse fauet, mirum in modum proficiunt ut & sibijipsis, & alijs uidentur. hoc tamen constat, quod nihil unquam a me discunt, imo ipsi in seipsis egregia multa possidentes, inueniunt. Obstetricij sane muneris deus & ego causa, quod hinc maxime coeclare licet. Nam multi quondam hoc ignorantes, seque ipsos causam existimantes, me quidem spreuerunt, forte ab alijs persuasi: unde citius se decebat, a me discerunt. Hij abeuntes, ob prauam consuetudinem caetera aborsi sunt: atque insuper quae ego obstetricia ope ex anima illorum uisceribus iam erueram, male nutriendes, penitus perdidderunt, quippe cum falsa atque simulacra ueris nimium anteponerent. Postremum & sibi & alijs in docti sunt uisi. Quorum e numero unus Lysimachi filius exiit Aristides aliisque permulti. Cum uero ad me reuertuntur, consuetudine mea iterum indigentes, eamque mirifice afficiant, nonnullis statim demonium meum ingredi prohibet, quibusdam contra permittit, qui denuo ualde proficiunt. Nam & hoc cum parturientibus commune familiares mei patiuntur. Vexantur enim, & difficultate diu noctuque multo magis quam ille replentur. Quae quidem dolorem tam excitare quam sedare artificum meum ualeat. Atque ita quidem isti habent. Quandoque uero o Theaetete, qui foecundus non sunt, aduertes quia opera mea non indigent, eos libenter cum alijs in matrimonium copulo, & ut cum deo dicam, acute praesagio quibus potissimum coniuncti proficiant. Quorum multos Prodicus tradidit, multos etiam alijs sophistis diuinisque hominibus. Haec o optime omnia hanc ob causam altius repetij. Angi enim te coeclptu quodam grauidum suspicabar, quod & ipse putas. Committe ergo te mihi tanquam obstetricis filio, et obstetriciae facultatis logo perito, & quae perquiri annitere pro uiribus respondere: & si ex ijs quae dixeris discutienti mihi, simulacrum potius quam uerum apparatus refutauero atque abiecero, ne succedat oro, quemadmodum primo partu puerpere solet. Multamque o mirifice adolefens aduersus me sic affecti sunt, ut uel moribus inuadere uellent, si quando deliramentum aliquod illis abigerent, non putantes id a me beneuolentia fieri, cum eos lateret quod nullus deus maleuolus est hominibus. nec ego tale aliquid maleuolentia facio. Mihi plane nefas esse uidetur admittere falsum, ac uerum refellere. Rursus igitur a principio Theaetete, quid scientia sit ut potes exponere tenta: quod uero non possis, nequaquam dixeris. Si enim deus uoluerit adiuuere te, poteris. **T H.** Cum tu ita o Socrates iubeas, turpe esset si quis sua sententiam non proferret. Vide si mihi quod quippiam scit, id sentire quod scit: & ut nunc apparatus, nihil aliud scientia est quam sensus. **S O.** Quae generose respondisti o puer. sic enim loquor tui, qui quicquam diffinire uelit, oportet. Sed id communiter consideremus, utrum foetus hic solidus an uanus existat. Sensum ais scientiam esse? **T H.** Aio. **S O.** Videris utique definitionem scientiae haud abieci intulisse, sed quam Protagoras modo quidem alio, eadem tamen intentione induxit. Inquit enim, rerum omnium mensuram hominem esse, existentium quidem ut sunt, non existentium uero ut non sunt. Legisti unquam? **T H.** Legi equidem sapenimero. **S O.** Nonne sic ait: qualia singula mihi uidentur, talia mihi esse: qualia uero tibi, tibi quoque talia: homines autem utriusque sumus? **T H.** Sic certe ait. **S O.** Atqui probabile est sapientem uerum nequaquam nugari. sequamur igitur. An non saepe flante uento eodem, alius nostrum riget, alius minime: & hic quidem leuiter, ille uehementer? **T H.** Proculdubio. **S O.** Utrum dicemus tunc uentum ipsum in seipso frigidum, aut non frigidum: uel Protagorae credemus, quod rigenti sit frigidus, non rigenti minime? **T H.** Videtur. **S O.** Nunquid ita utriusque apparet? **T H E.** Ita. **S O.** Apparet autem sentire est? **T H E.** Est. **S O.** Phantasia itaque & sensus idem in calidis ceterisque huiusmodi. Qualia namque sentit quisque, talia cuiusque uidentur esse. **T H.** Videtur. **S O.** Sensus igitur existentis rei semper est & falsus nunquam, quippe cum scientia sit. **T H E.** Apparet. **S O.** Nonne per Gratiarum numina egregia sapiens Protagoras erat? & hoc nobis plebeis istis per inuolucrum quoddam dixit, discipulis autem in adytis ueritatem explicuit? **T H E.** Quo pacto id o Socrates inquis? **S O.** Dicam, nec continenda quidem quod nihil in seipso unum certum est, neque recte ipsum ex se hoc quiddam, aut quale quiddam nominare potes. Etenim si magnam appellas, rursus paruam apparet: & si graue, leue iterum. Eademque de caeteris ratio, quasi nihil sit unum, aut aliquid, aut quale. Sed ex latione motuque & alterna commixtione fiunt omnia quae esse dicimus, non recte denominantes. Nihil enim est unquam, semper autem sit. Et in hoc omnes per ordinem sapientes excepto Parmenide censerunt, Protagoras, Heraclitus, Empedocles, & poetae in utroque poemate summi, in comedia Epicharmus, Homerus in Tragoedia. Nam cum Oceanum diceret deorum generationem, & matrem Tethym, omnia ex fluxu motuque genita praedicauit.

Secunda definitio, scientia esse sensum

Omnes sapientes excepto Parmenide dicere omnia semper transmutari

An non id proferre uidetur? THE. Mihi uero. s o. Quis ergo aduersus tantum exercitum, eiusque ducem Homerum pugnare audeat, quin ridiculus habeatur? THE. Arduum est o Socrates. s o. Arduum absque dubio Theæte, præsertim cum hæc huic sermoniarumento esse possint, quod ut esse aut fieri quicquam uideatur motus facit, non esse autem & interire, quies, ignis enim calorque qui alia gignit, & regit, ipse ex latione frictioneque efficitur: hic autem motus est. an non hæc ignis origo? THE. Hæc certe. s o. Quinetiam animalium genus ex eisdem nascitur. THE. Quid nisi s o. Quid corporum habitus? an non otio, & torpore corrumpitur, exercitatione autem motusque plurimum conseruatur? THE. Ita. s o. Anima quoque habitus disciplina & meditatione, quæ motiones sunt doctrinas consequitur, seruat, atque perficitur. Otio autem, id est negligentia, & pigritia, nihil penitus discit, & si quid didicerit, obliuiscitur. THE. AE T. Et maxime quidem. s o. Bonum itaque tam in anima quam in corpore motus est, quies uero contrarium, THE. Videtur. s o. Præterea in ijs quæ serenitates tranquillitatesque uocantur, hoc assero, quod quietes putrefaciunt atque perdunt, alia uero conseruant. itaque Colophonem nunc denique cogam, ipsam scilicet catenam auream rumpens, quam quidem nihil aliud præter solem Homerum intelligit: quia quousque solis circuitus perseuerat, omnia tam deorum quam hominum sunt, atque seruantur. si autem hoc quali ligatum staret, confestim omnia dissoluerentur, euentretque quod dicitur, sursum deorsum omnia. THE. Mihi quoque o Socrates eadem quæ dicis sentire uidetur. s o. Cogita igitur sic o optime circa oculos: primum quidem colorem quem dicimus album, non esse ipsum aliud quicquam extra tuos oculos, neque in oculis, neque illi tu locum certum attribuas. iam enim esset in ordine maneretque, nec in generatione ulterius. THE. At quomodo? s o. Sequamur sermonem superiorum, nihil secundum se ipsum unum quiddam ponentes, atque ita nobis niger albusque & quouis alius color ex incurfu oculorum motusque debito genitus apparet. Et unum quodque quod coloris nomine appellamus neque imprimens oculos neque impressus erit, sed medius quidam cuiusque propius affectus. An tu assereres, qualis tibi unusquisque color apparet, talem canibus etiam, & singulis animalibus apparere? THE. Non per Iouem. s o. Quid autem alteri homini, & tibi? num similiter unusquisque apparere uidetur? An potius nec tibi ipsi idem, eo quod nunquam tibi ipse similis? THE. Hoc potius quam illud opinor. s o. Si igitur id quo mensuramus uel quod attingimus magnum, uel album, uel calidum esset, nunquam in aliud quodcumque incurrens, aliud factum esset ipsum quidem utputa nihil mutatum. si autem mensuratum quod attingimus, uel album uel calidum esset, etiam si nihil accidat aliud, patitur uel, ipsum quoque nihil patiens mutabitur. Nam in præsentia amice mira quædam, & deridenda facile dicere cogimur, ut ipse quoque Protagoras, & quisquis alius eiusdem sententia est, confiteretur. THE. Quo pacto? & qualia dicis? s o. Breue exemplum accipe, intelligesque quod uolo. Talos sex si quatuor apponas, plures esse quam quatuor dicimus ac dimidio superare, unde sequi altera proportio nominatur. Sin duodecim, pauciores dimidiumque, hæc aliter dici potest. An tu aliter? THE. Equidem nullo modo. s o. Quid ergo? si te Protagoras, aut alius quouis interrogaret, potest ne aliquid o Theæte maius aut plus aliter fieri quam adactum? quid inquam potissimum responderes? THE. Si quod mihi uidetur o Socrates ad hanc quæstionem protulero, non posse asseuerabo. Sin autem ad superiorem positionem respexero, ne mihi forte repugnare, posse dicam. s o. Bene atque diuine per lunonem o amice. Ergo si responderis, Euripidis illud eueniet, ut lingua irredarguta maneat, mens autem redarguatur. THE. Sic certe. s o. Si igitur ego ac tu facundi sapientesque essemus postquam omnes mentis angulos excussissemus, mox uelut ex abundanti suas quisque uires periclitantes, et in hac arena sophistarum more congregientes, orationibus conflictaremur. Nunc autem utpote rudes, uolumus hæc primum secundum seipsa contemplari, cuiusmodi sint quæ cogitamus, & utrum conueniat nobis inter nos, an non. THE. Maxime quidem id uelim. s o. Nec minus ego sed cum ita affecti simus, tranquille prorsus utpote ociosi iterum speculemur nihil succensentes inuicem, sed reuera nos ipsos excutientes, qualia sint hæc in nobis uisa phantasmataque. Quibus primum consideratis dicemus, ut arbitror, nihil unquam maius minus uel fieri, uel mole, uel numero, quando æquale sibi ipsi permanet, nonne ita? THE. Ita prorsus. s o. Deinde cui nec additur neque subtrahitur aliquid, hoc neque crescere unquam, neque decrescere, semper autem æquale consistere. THE. Valde quidem. s o. Tertio uero dicemus, quod

quod ante non erat, & postea est, nisi fiat, & factum sit, esse non posse. THE. Sic profectio uidetur. s o. Hæc utique tria concessa pugnant inter se nobis in animo, quando de talis illis loquimur, uel quando fatemur me senem, dum tantus maneo, nulla in parte aut minus minutus uel, eodem in anno te iuene maiorem nunc esse, postea uero minore, cum moles quidem mea ablata non sit, sed tua duntaxat adacta. Sum namque postea quod ante non eram, nihil tamen factus. absque enim fieri factum esse impossibile, nil autem molis admittens, nunquam minus effectus sum. Et alia huius generis infinita in multis accidunt si hæc admiserimus. Dic age o Theæte. Videris enim mihi harum rerum non imperitus. THE. Per deos o Socrates magnopere quid ista sint admiror, interdumque ipsa inspicere tenebris offundor. s o. C. Theodorus o amice non male de tuo ingenio coniectas se uidetur. Maxime enim philosophi hæc affectio est, quæ admiratio dicitur. Neque enim aliud præter hoc est philosophiæ principium. Et qui Irim Thaumantis, id est admiratio, nis filiam esse tradidit, non absurde originem eius explicuit. Sed num percipis quam ob causam talia sunt ex quibus Protagoram loqui asseuerauimus, an non? THE. Nondum mihi uideo. s o. Gratiam itaque mihi habebis si tibi uiri, imo uirorum præstantissimorum intelligentiæ ueritatem aditam reserauero? THE. Quid ni habeam? & ingentem equidem. s o. C. Contemplare iam, & simul diligenter caue ne quis prophanus hæc audiat. Prophani uero sunt, qui nihil aliud esse putant, quam quod pugno tenere possunt. Actio nes uero generationesque & quicquid inuisibile est, in eorum quæ sunt numero nequaquam habent. THE. Duros nimium & proteruos homines o Socrates memoras. s o. C. Sunt hi quidem o puer a musis admodum alieni. Nec desunt alij quidam elegantiores, quorum tibi mysteria narraturus sum. Principium autem deinceps erit ex quo ea quæ modo diximus manant, quod scilicet uniuersum hoc motus est, & aliud præter motum nihil. Motus uero species duæ: & multitudine quidem utraque infinita, potentiam autem altera agendi, altera patiendi habet. ex harum congressu compulsusque mutuo effectus eueniunt numero infiniti, specie gemini, sensibile uidelicet ac sensus, qui semper cum sensibili conincidit, atque congredditur. Sensuum hæc nomina sunt, uisus, auditus, olfactus, gustus, tactusque frigidorum, & calidorum. Quos sequuntur uoluptates, dolores, cupiditates, atque timores, alijque affectus innumeri quidem sine nomine, nominati quoque permulti. Genus autem sensibile sensui cuiuslibet est cognatum. Omnigenis uisionibus, colores omnigeni; auribus itidem uoces, cæterisque sensibus alia sensibilia cognata similitur adsunt. Quid igitur o Theæte sermo hic ad superiora? aduertis ne? THE. Haud equidem multum o Socrates. s o. C. Vide igitur num hoc pacto ad exitum perducatur, Illud enim sibi uult: omnia hæc uidelicet ut diximus agitari, horumque motibus uelocitatem tarditatem uel inesse. Quatenus igitur tarditas inest, in eodem & ad proxima, motum obtinet, atque ita generat. Quæ uero sic gignuntur, uelociora sunt. Feruntur enim, & in latione illorum motus est. Cum igitur oculus aut aliquid eorum quæ accessit, albedinem, sensumque cognatum gignit, quæ nunquam nata fuissent dum illorum alterutrum ad aliud quiddam aduentasset, tunc sanè interim dum fertur uisio quidem ab oculis, albedo autem ab eo quod color tum ex se ædit, oculus uisionem replet, uidetque, & factus est non uisio, sed uidens oculus. Quod uero color tum ex se ædit, albedine repletus est, factusque non est albedo, sed album siue lignum seu lapis siue quiduis aliud quod forte sit colore huiusmodi coloratum; eodemque pacto de alijs, ut de calido & duro, cæterisque omnibus iudicandum. Nihil ex his ipsum secundum se quicquam esse, quod & in superioribus disputabamus, sed in mutuo congressu omnia fieri & omnigena, propter motum. Quoniam tam agens quam patiens unum aliquid esse per se haud firmiter, ut aiunt, cogitare licet. Neque enim agens quicquam est prius, quam patienti congreddatur: neque patiens prius, quam agenti. Quod enim congreddatur alicui, & uim efficiendi habet, ubi in aliud incidit, sibi tum primum patiens emicat. Ex ijs omnibus sequitur, quod ab initio quoque diximus, nihil esse unum secundum se ipsum, sed alicui semper fieri, ipsum autem esse unumque excipiendo. licet nos in superioribus consuetudine quadam atque inscitia, illo. s. ipso esse uti sepius coacti fuerimus. Veruntamen ut sapientium sermo dicat, nullo modo prædicandum est aliquid uel alicuius, uel mei, aut hoc, aut illud, aut aliquid aliud nomē quod existentiam significet: sed secundum naturam enunciare oportet, quod agantur, quod faciant, & corrūpantur, quod mutentur: nam si quis aliquid sermone consistere asseuerauerit, si autem

Philosophiæ principium

Prophani

Opinio dicentium nihil esse inuisibile

Opinio dicentium uniuersum esse motum, & præter motum nihil

dargui

dargui poterit. Oportet autem & sigillatim sic loqui, atq; de cunctis in unum collectis: in qua collatione hominem ponunt & lapidem & unumquodq; animal ac speciem. Hęc ne ò Theærete iucunda tibi esse uidentur: eaq; tanquam tibi placeant degustabis: THEAE. Ignoro ò Socrates, et de te etiam ambigo, utrum ista tanquam tuę menti consona referas, an me potius tentes. s o c. Non recordaris amice me nihil horum scire, nihilq; talium ut meum mihi uendicare: sum enim sterilis, te autem obstetricis ritu atq; exerceo, atq; huius gratia te incanto, & quę quisq; sapientum dixit gustanda præbeo donec sententiam tuam in lucem educam. Cum demum educta fuerit, tunc primum examinabo, sitne uana sterilisq; an fecunda & solida. Audaçter igitur & constanter bene atq; uiriliter opinionem tuam in his quę te rogauero iam prome. THEE. Roga igitur. s o c. Dic num tibi placeat, nihil esse, sed fieri semper bonum ac pulchrum & quotcunq; paulo ante dinumerauimus. THEE. Dum te audio differentem, mirum in modum probabilia, & admittenda

De somnijs & morbis cõtra morbisq; cum alijs, tum infania maxime dicam, & de eo quod peruerse uidetur, uel auditur, uel aliter quomodocunq; sentitur. Nosti enim in his omnibus sermonem quem supra retulimus sine ulla controuersia confutari, cum sensus in ipsis prorsus decipiantur. Tantumq; abest ut omnia quę apparent cuiq; ea sint, ut contra nihil eorum quę apparent existat. THEE. Vera narras ò Socrates. s o c. Quò deinceps ò puer ille confugiet qui sensum scientiam affirmauit, quę ue cuiq; apparent, eidem & talia esse qualia uisa sunt: THEE. Pudet me loqui ulterius Socrates. Nihil enim habeo quod in medium afferā. Quod nanq; posueram, deterendo penitus subuertisti. Reuera negare nunquam possem quod fures somniantesq; falsa nimium opinentur, cum illorum nonnulli deos esse se putent, alij autem instar uolare se credant. s o c. Nunquid igitur non & hanc controuersiam cogitas, de somnio præsertim & res? THEE. Quamnam? s o. Eam quam sæpe te audisse existimo quætiens quæritur qua potissimum coniectura ostendi possit, utrum dormiamus omnes nũc & quę cogitamus singula somniemus, an uigilemus, & reuera inuicem disseramus. THEE. Profecto dubium est ò Socrates, qua id coniectura quis discernere ualeat. Adeo quidque ad unum quodq; uelut reciprocum consequitur. Nam quę modo disserebamus, nihil prohibet ut somniantes colloqui uideamur. Et quando in somno somnia referre nos arbitramur, mirum in modum hæc illis similia sunt. s o. Vides iam quàm facile in controuersiam ueniatur: quandoquidem utrum in somnia an ueræ res sint quę uidentur etiam ambigi potest, præterea cum æquum tempus sit quod somno datur, & quod uigilia, in utroq; contendit animus præsentis opiniones ut ueras asserere. Quamobrem pari tempore & hæc uera dicemus, pari & illa, & in utrisque obtinebimus. THEE. Omnino. s o c. Eadem quoq; de morbis furoribusq; ratio est, nisi quod tempus impar. THEE. Recte admodum. s o c. Nunquid longitudine breuitate uel temporis uerum determinatur? THEE. At istud plurimum ridiculum esset. s o c. An alio argumento ostendere potes quę existis opinionibus ueræ sunt? THEE. Non ut mihi uideor. s o. A me igitur audi quę forsitan responderent hij qui apparentia semper ei cui apparent uera esse uolunt. Sic enim te ut opinor interrogarent, ò Theærete nunquid quod alterum omnino est, eandem aliquando potentiam cum altero habebit, nec idem partim, partim alterum, sed penitus alterum intelligamus. THEE. Impossibile est igitur hoc huius idem quidquã uel potentia, uel quocunq; modo habere, quando omnino alterum est. s o c. Nõne dissimile quoq; necessario esse fateamur? THEE. Mihi quidem uidetur. s o c. Si quid ergo alicui simile uel dissimile sit aut sibijpsi aut alteri, quatenus simile sit, idem; quatenus dissimile, alterum effici confitebitur. THEE. Necessario sequitur. s o. An non supra concessimus multa, atq; innumera agentia esse, similiter & patientia? THEE. Concessimus. s o. Quin et quod aliud est ab alio, cum alio & alio mixtũ non eadem sed altera generabit. THEE. Sic prorsus. s o c. Dicamus utiq; me ac te & alia secundũ eandẽ rationẽ, Socratem scilicet bene ualentẽ, & Socratem ægrotantem, utrum simile hoc illi an dissimile esse dicemus? THEE. Nunquid ægrotantem Socratem totũ hoc inquis illi toti, Socrati scilicet bene ualentĩ? s o. Recte nimium accepisti, hoc ipsum dicebam. THEE. Dissimile planẽ & alterũ. s o. Nunquid sic ut dissimile? THEE. Necessario est. s o. Dormientẽ quoq; & uigilantẽ & quęcũq; supra narrauimus similiter asseres? THEE. Equidem. s o. Quodlibet eorũ quę natura efficere quicq; possunt, quando accipiet

Ambiguitas
circa somnia
& res ueras

accipiet sanum Socratem, ut altero me utetur, quando debilem, ut altero? THEE. Quid nĩ? s o c r. Et altera in utroq; gignemus, ego quidem patiens, illud autẽ efficiens? THEE. Nil prohibet. s o c r. Quotiens uinum sanus bibo, suaue ac dulce mihi uidetur. THEE. Certe. s o c r. Ex his porrò quę concessa sunt, agens & patiens, dulcedinem sensumq; progenuerunt, & utraq; mota: & sensus quidem à me existens, sentire linguam effecit: dulce autem à uino circa illud mota, dulce uinum sanę linguę tam esse quàm apparere fecit. THEE. Sic prorsus superiora concessa sunt. s o c r. Cum uero me ægrotantem accipit, principio quidem non eundem reuera apprehendit, dissimili nanque aduenit. THEE. Ita est. s o c r. Deinde alia quædam Socrates sic affectus & uini potio gignunt: circa linguã, saporis amari sensum: circa uinum, factam & motam amaritudinem: & hoc quidem non amaritudinem sed amarum, me uero non sensum sed potius sentientem. THEE. Omni nino. s o c. Et ego nihil unquam aliud fiam sic sentiens, alterius enim alter est sensus, & alienum aliudq; sentientem efficit: neque illud me talem efficiens, aliquando congradiens alteri, idem generans, tale quidquam existet. Ab alio enim aliud generans, alienum alterumq; fiet. THEE. Vera hæc sunt. s o c. Nec ego mihi ipsi talis, nec illud sibijpsi tale efficitur. THEE. Non certe. s o c. Necessarium autem alicuius me fieri quãdo sentiens fio. sentiens enim nihil sentire impossibile est. & illud quoq; necesse, alicui fieri quotiẽs dulce aut amarum aut aliquid huiusmodi redditur, dulce nanq; nulli dulce esse nõ potest. THEE. Sic est omnino. s o c. Relinquitur igitur ut opinor siue simus, nos inuicem esse, siue simamus, inuicem fieri: quandoquidem nostram essentiam necessitas ipsa cõnectit. Cõnectit autem aliorum nulli, nec nobis ipsis, inuicem ergo uinciri sequitur. Quapropter siue quis esse aliquid dixerit, siue fieri, ita accipiendũ est, alicui esse fieri uel uel alicuius uel ad aliquid: ipsum autem in seipso quicquam esse uel fieri, nec ipse quicquam profiteri debet, nec alteri asseueranti concedere, quemadmodum ratio superior admonet. THEE. Sic est prorsus ò Socrates. s o c. Nonne quandoquidem me efficiens mihi est nõ alij, ego quoq; ipsum sentio, non alius? THEE. Quid nĩ? s o c. Verus itaq; mihi sensus meus: mea nanq; essentia semper existit, & ego secundum Protagoram, iudex tam eorum quę sunt, ut mihi sunt, quàm eorum quę non sunt, ut non sunt. THEE. Ita uidetur. s o c. Quid iam obstat, quominius sciens existam quemadmodum & sentiens: quippe cum nec decipiar nec aberrerem cogitatione circa ea quę uel sunt uel fiunt. THEE. Nihil prorsus. s o c. Egregie igitur ipse dicebas, scientiam nihil aliud esse quàm sensum. In idem sanẽ hæc concurrunt, secundum Homerum quidem & Heraclitum, & omne id genus, uniuersa decurrere, fluminis instar: secundum uero Protagoram sapientissimum hominem rerum omnium esse mensuram, & postremo secundum Theætetum concessis superioribus, scientia esse sensum, nunquid ò Theætete opinionem hanc dicemus esse quasi tuam prolem nuper abs te quidem genitam, à me autem in lucem obstetricia quadam opera iam eductam? Quid ais? THEE. Ita necesse est ò Socrates. s o c. Hanc ut uidetur qualiscunq; sit uix tandem genuimus, post partum uero ut mos est quinta die ab eius natali solennia celebrantes circulum disputationũ discurramus, uideasq; ne nos fallat, si forte educatione digna nõ sit, sed inanis, & falsa: aut num censet tu natum tuum omnino alendum, nec ullo modo abijciendum? An forte si reprobatum uideris primogenitum tuum, non moleste feres è medio tolli? THEE. O. Theætete ò Socrates, æquo animo feret. neque enim morosus est. uerum dic per Deos, an non ita se res habet? s o c. Disputationis audis es, atque uir bonus ò Theodore qui me putas arcam quandam esse sermonum, unde mox promam monstrẽ quę hæc non ita se habere: non aduertis quid sit, quod nullus scilicet unquam sermo à me manat, sed ab eo semper qui mecum disputat. Equidem scio nihil præter exiguum quiddam, hoc est cum sapiente aliquo rationem inire, & eam pro uirili percipere. Et nunc quidem id ex hoc conabor non ex me ipso dicere. THEE. O. Rectius ipse ò Socrates loqueris. Quare sic efficias oro. s o c r. Scis ò Theodore quod ex dictis amici tui Protagorę in primis admiror? THEE. O. Quidnam? s o c r. Cætera quidem satis mihi placuerunt dum probat quod cuique uideatur id illi existere: principium uero miratus sum orationis, cur de ueritate scribere aggressus non suem dicat uel prodigiosum canem rerum omnium mensuram esse, uel aliud quicquam mirabile ex his quę sentiunt. quo magnifice satis & prorsus contemptim exorsus esset, ostendens quod nos eum tanquam numen propter sapientiam

Vide Suid. in
diã. dũ
dõuic

Quid se scire
Socrates pro
fiteatur

fapientiam miremur, cum nihilo plus fapiat quam rana Gyrina, nedum quam hominum quifquam. aliter ne dicemus Theodore? Si enim cuiq; uerum est quod quifq; per fensum opinatur, neq; alterius affectum alter melius iudicat, neq; opinione alterius discernere alius alio magis quid fit potest, uera ne fit an falsa, sed ut fape iam repetiuimus, quifq; sua solum opinatur, & ea quidem recta omnia atque uera sunt, cur o amice Protagoras ipse adeo fapiens extitit, ut aliorum praeceptor mercede etiam ampla exhibita dignus admodum fit habitus, nos autem rudiores, eiusque discipuli iudicandi? cum tamen quifque fapientiae propriae mensura fit. aut quomodo non dicamus in his Protagoram non nugarari? Studium quoque meum obstetriciae facultatis ut transeam, quantum risum exhibebimus? Imo & omne differendi officium inane. Nam conatus iste discutiendi refellendiq; uicissim phantasias & opiniones cum rectae sint omnes, nihil erunt aliud quam manifesta deliramenta, si uera Protagorae ueritas illa, quam uocat, est, atqui non iocatur illa sed uelut ex adyto libri est locuta. THEO. O Socrates amicus cum sim quemadmodum ipse modo dicebas, nunquam paterer concedente me Protagoram confutari, neq; tibi rursus praeter meam sententiam repugnare uellem. Age igitur omnia iterum cum Theeteto. Etenim apte nimium, diligenterq; obsecutus tibi fuisse haecenus inuisus est. SOC. Si Lacedaemonem profectus Theodore ad palastram alios quosdam inertes nudato corpore exerceri uideres, an non opera precium duceres speciem tuam nudis membris palam cum illis conferre? THEO. quid ueror si me permitteret quemadmodum uos in praesentia permissuros spero, uel ego quidem solum speciem, neq; in gymnasium rapiar, uir dura iam curte, illi autem libentius cum iuniori molliori q; luctetur. SOC. Atqui si tibi id o Theodore iucundum est, neq; mihi etiam est molestum, ut trito pro uerbio fertur. Aggrediamur itaq; rursum sapientem Theatetum. Dic obsecro Theatete primum qua modo percurrimus: nonne tu quoq; miraberis, si subito nihilo minus appareas fapiens quam quilibet hominum uel deorum? aut nunquid Protagoream illam mensuram, ad deos minus quam ad homines pertinere putas? THEO. Non per Iouem, adeo q; quod rogas magnopere miror; dum enim supra ponebamus, qua ratione quod cuiq; uidetur, id cuiq; uerum est, scite admodum dici uidebatur, nunc autem contraria confessum opinio subit. SOC. Iuuenis adhuc es o amice, imo etiam puer, & idcirco concione facile persuaderis. Ad haec enim Protagoras & quiuis alius eius sectator dicit. O generosi pueri, atq; uiri concioni animum adhibete confidentes, deosq; in medium inducite, de quibus ego utrum sion an non sint neq; loquendum neq; scribendum censeo; & quae multi audientes admitterent haec dicit, (quod graue esset, nisi quilibet uir quilibet bruto fapientia longe praestaret) Demonstrationem uero necessitatemq; ne ullam afferatis, sed uerissimi tantum ratione utimini. Qua si uellet Theodorus aut quiuis alius geometra in disputationibus geometricis uti, nullius prorsus aestimaretur. Considerate igitur tu simul atq; Theodorus, utrum sermones tantis de rebus ratione probabili tantum confirmatos recipere uelit. THEO. Iniuste & tu o Socrates & nos reciperemus. Sed iam alia res, quemadmodum inter te & Theodorum conueniebat consideranda. THEO. Alia certe. SOC. Sic utiq; cogitemus, sit ne idem scientia & sensus, an aliud. Ad hoc enim omnis superior sermo uergebat, & huius gratia permulta, atq; miranda tetigimus. THEO. Sic est omnino. SOC. Confitebimur quaecumq; uidendo uel audiendo sentimus, eadem et scire? ut puta barbarorum uocem antequam didicerimus dicemus non audire quando loquuntur? an audire scireq; simul? & literarum prorsus ignari cum illarum contextum aspiciamus, num uidere nos eas negabimus? an & scire si modo uiderimus, asseremus? THEO. Id ipsum o Socrates quod in his cernimus & audimus, scire in super affirmabimus: horum quidem figuram coloremq; inspicere & scire similiter, illorum autem acutam uocem & grauem audire pariter atq; scire. Quae uero gramatici & interpretes de his tradunt, neq; sentire uidendo & audiendo, neq; etiam scire. SOC. Optime o Theatete. neq; in his repugnandum tibi ut magis inde proficias, uerum aspice & aliud quod ad haec accedit, qua ratione repellit uitariq; possit. THEO. Quid istuc? SOC. Hoc sane: si quis percontetur, fieri ne possit, ut quod quis quandoq; sciuit & adhuc memoria tenet fixumq; conseruat, id ipsum tamen nesciat. In longum profecto sermonem traho, quere cupiens utrum aliquis quod didicit memoria retinens haud noscat. THEO. Qui hoc fieri posset o Socrates? Monstrum quod dicit esset. SOC. Ne ipse quoq; delirare aduerte obsecro. Videre nonne sentire

*Pro uerbio
si tibi iucundum,
mibi non
molestum.*

sentire dicit, uisionemq; sensum? THEO. Aio. SOC. Qui aliquid uidet nonne idem scit quod & uidet, ut praesens sermo proponit? THEO. Certe. SOC. Memoriam aliquid uocatur? THEO. Voco equidem. SOC. Alicuius ne, an nullius? THEO. Alicuius certe. SOC. An eorum rerum quas didicit sensitq;? THEO. Harum profecto. SOC. Quod quis uidit, non equidem meminit? THEO. Meminit. SOC. Nunquid cum claudit oculos etiam reminiscitur? aut cum aliquid huiusmodi facit, protinus obliuiscitur? THEO. Absurdum hoc dictu o Socrates esset. Cogitur tamen id fateri quifquis sermonem superiorem seruare uelit, aliter autem minime. SOC. Ego quoq; per Iouem suspicor, neq; dum satis intelligo. THEO. Dic oro quo pacto? SOC. Hoc sane, qui uidet, idem scit quod & uidet, ut confessi sumus: nam uisionem, sensum, scientiamq; idem esse conuenimus. THEO. Conuenimus. SOC. Qui uero uidit, atque ideo scit, meminit quod uidit uel clausis oculis, neque tunc aliquid uidet. THEO. Sic accidit. SOC. Non uidere autem nescire est, siquidem uidere scire erat. THEO. Verum. SOC. Contingit itaq; quod quis quandoq; sciuit, etiam dum meminit id nescire si non uidet. Quod quidem si fieret, monstrum quoddam fore praediximus. THEO. Vera loqueris. SOC. Non nihil igitur impossibile uidetur accidere, si quis scientiam ac sensum idem esse posuerit. THEO. Sic apparet. SOC. Aliud ergo utrumque fatendum. THEO. Videtur. SOC. Quamobrem quid scientia sit a principio iterum perquirendum. caeterum quidnam agimus o Theatete? THEO. Qua de re percontaris? SOC. R. Videmur utiq; mihi ignaui galli instar, antequam uicerimus ad cantandum statim prosilientes a disputatione. THEO. Qui isthuc? SOC. Contradictorie uidemur aduersus nominum concessionem confessi, & circa tale quiddam uersari uerba rimari, in ipsisq; consistere: cumq; non rabulas sed philosophos nos esse profiteamur, nihil aliud tamen quam acres illi uiri clam facimus interim. THEO. Nondum quid uelis intelligo. SOC. R. Equidem quod in his sentio explanare conabor. quesiuius nunquid qui aliquid didicit ac meminit nesciat? ostendentesq; eum qui uidit, clausis etiam oculis recordari, nec uidere tamen, nescium simul & memorē demonstrauimus, quod nimium impossibile. Atq; ita Protagorea fabula prorsus euanuit, ac tua simul, quae sensum scientiamq; idem esse canebat. THEO. Constat. SOC. Nequaquam ita ut arbitror o amice, si pater alterius fabulae superesset, sed uehementissime propugnaret. Nunc autem orphanam ipsam insequimur expoliamusq;: neq; tutores quos reliquit Protagoras, e quorum numero unus est Theodorus hic, succurrere uolunt. Verum nos iustitia gratia illi suffragari aggrediemur. THEO. Non ego quidem o Socrates, immo Callias Hippo-nici filius rerum Protagorae tutor. Nos profecto a nudis sermonibus ad geometriam repente defleximus. Gratiam tibi tamen habebimus si illi opem tuleris. SOC. Scite loqueris o Theodore. Aduerte igitur qua uia succurram. si quis minus uim uerborum animaduerterit, qua plerunque affirmare quicquam, & negare solemus, absurdiora etiam superioribus confiteri cogetur. Dicam tibi quemadmodum, an Theatete? THEO. Vtriq; comu-niter. Respondeat aut iunior. Nam redargutus minus uituperabitur. SOC. Difficillimam autem quaestionem dico, ea uero est huiusmodi: num fieri potest ut qui aliquid nouit, quod nescit ignoret? THEO. Quid respondebimus Theatete? THEO. Impossibile ego quidem puto. SOC. Non utiq; si uidere, scire esse posueris. quid enim respondeas inuitabilis quaestioni, puto quod dicitur inclusus, si quis te uir intrepidus interrogauerit, manu alterum tibi tegens oculum, utrum teo oculo uideas? THEO. Non hoc dicam, sed altero. SOC. An non idem simul & uides, & non uides? THEO. Ita quodammodo. SOC. Haud equidem, dicit ille iubeo uel quaesui quo pacto, sed utrum quod scis idem & nescias. In praesentia uero quod non uides, uidere uideris: & supra confessus es, uidere quidem scire esse, non uidere autem nescire. Collige quid ex his aduersus te concludatur. THEO. Contraria plane eorum, quae proposueram. SOC. Plura forsitan o mirifice puer tibi ista contigissent si quis a te quaesisset, utrum scire liceat & acute, & obtuse, & cominus quandoq; scire, eminus uero nequaquam, & uehementer idem atq; remisse, caeteraq; permulta. Quae quidem insidiando uir clipeatus & ad dicendum mercede conductus quarens, quando idem scientiam sensumq; ponebas, te in auditu, olfactum, ac caeteros sensus ordine inieciisset, studio secq; sedulo nimium redarguisset. atq; te comprehensens non prius te dimisisset, quam tu eius exquisitam fapientiam admiratus ab eo uinctus esses: ubi captus atq; ligatus tanta te ipse pecunia redemisses, quanta tu & ille statuissetis. Quam igitur rationem, inquires forsam,

Pro uerbio

pro tutandis opinionibus suis Protagoras assignabit? Nunquid aliud tentandum est? THE. Et maxime quidem. s o c. Et hæc utiq; omnia quæ & nos opem illi ferentes dicimus, & contrâ, ut arbitror, ibi, despiciens nos penitus, atq; ita obiectans: bonus iste Socrates cum interrogasset puerum, utrum quis possit quod meminit idem simul & ignorare, & ille perterritus negauisset, ex eo quod rem ipsam prospicere nō potuerat, ridiculum me in disputatione monstrauit. res autem ò ignauissime Socrates ita se habent. Quoties ex meis aliquid quaerendo consideras, si interrogatus respondeat eadem quæ ego etiam responderem, refellaturq; me quoq; redargutum existimato. Sin alia, ipsum solummodo qui respondit. Principio, putas ne aliquem concessurum tibi, memoriam adesse cuiuspiam quando non amplius patitur earum rerum quas passus fuerit, & ipsam talem passionem esse qualis fuerat dum pateretur? permultum abest. An formidaturum censet admittere quod possit aliquis idem nosse simul & ignorare? Quod si forsitan minus audeat, daturum speras eundem esse dissimilem factum alicui priusquam fiat dissimilis existentie magis autem hunc esse aliquem, sed non hos, & eos quidem infinitos effectos, siquidem dissimilitudo fiat, si modo aucupationes uerborum uitare inuicem oportuerit? Caterum ò beate, generosius ea quæ dico aggredere, meq; si potes refelle quod non proprii cuique nostrum sensus fiant: uel etiam si proprii sint, nihilo magis quod apparet illi soli fiat, uel si esse oporteat, nominare liceat, cui apparet. Sues autem & prodigiosos canes dum narras, non ipse solum bestiam imitaris, sed eos qui audiunt, ut idem quoq; in mea scripta sibi permittant persuades. Neque recte facis. equidem ueritatem habere se assero quemadmodum scripsi. mensuram enim unum quemque nostrum eorum quæ sunt & quæ non sunt esse: sed magnopere hoc ipso aliud ab alio discrepare, quod & huic alia sunt, apparentq;, & illi alia. Sapientiam uero & sapientem uirum nullo modo existere nego. Immo hunc ipsum sapientem uoco, qui illius conditionem cui mala uidentur, suntq;, permutans, bona apparere & esse sibi facit. Sermonem autem meum ne uerbis duntaxat persequere, uerum sic planius iterum quod dico perdisce, & in memoria dictum superius reuoca, quod ægrotanti amara uidentur quæ gustat, & sunt; bene ualentii contraria sunt, atque uidentur. Sapientiore utiq; horum neutrum ex hoc oportet asserere, neq; enim id fieri potest, neq; asserendum ægrotantem insipientem esse quia hæc putet, sanum contra sapientem quia diuersa. Permutandum uero in alterum habitum. Alter enim habitus melior. Similiter in disciplina ab altero habitu in meliorem permutandum. Sed medicus quidem medelis transmutat, sophista sermonibus. Nemo enim efficit, ut qui falso opinatur, uere deinde existimet: quippe cum ea quæ non sunt, opinari nemo ualeat, nec alia præter illa quæ patitur. hæc autem semper uera sunt. facere tamen quis potest, ut qui deprauati animi habitu cognata sibi opinatur, sana deinde mente diuersa quædam existimet, quæ plerique ob imperitiã phantasmata uera nominant. Ego autem meliora alijs alia dico, ueriora nequaquam. Sapientes præterea, ò amice Socrates, nullo pacto ranas nuncupo, immo secundum corpora, medicos; secundum plantas, agricolas. Aio equidem hos uiros plantis suis pro deprauatis sensibus quoties tale aliquid ægrotat, bonos integrosq; & ueros sensus inferre; sapientes quoq; & bonos rhetores ciuitatibus, bona pro malis uideri iusta efficere: quoniam quæcumq; ciuitati cui libet iusta honestaq; uidentur, hæc sunt & illi talia quam diu sic putat: sed sapiens pro malis his singulis, bona & iudicari & esse efficit. Eadem ratione sophista eos qui erudiuntur, sic erudire potens, sapiens est, dignusq; ampla mercede apud auditores habetur. Atq; ita alij sapientiores alijs sunt, neque ullus tamen falsa putat: & tibi hoc ipsum, uelis, nolis, cum rerum mensura sis, admittendum. hic enim sermo in his seruatur. Cui si quo modo à principio iterum repugnare potes, repugna oratione congressus. Quod si interrogando uis, interrogando perage. Neque enim hoc fugiendum, sed omnium maxime his qui sanæ mentis sunt, persequendum. Sic tamen id effice, ne interrogando sis iniurius. Absurdum est profecto eum uirum, qui uirtutem menditari se præcipue proficitur, in sermonibus semper iniurium esse. Afficere autem iniuria in his est, cum quis non seorsim quidem certoando exercetur, seorsim uero differendo: & in illo quidem scilicet certamine iocatur, fallitq; pro uiribus, in hoc autem disputatione uidelicet, serio agit & corrigit disputantem, eos illi duntaxat errores indicans, quibus ipse & ex ipso & ex præteritis disputationibus abducus est. Si ita feceris, seipsum qui tecum

qui tecum uersabuntur, non te, perturbationis defectusq; sui causas esse confitebuntur, teq; protinus sectabuntur & diligenter, seipsum contrâ odio habebunt, & à seipsis ad philosophiam confugient, ut alij quodammodo effecti, habitum pristinum deponant: sin autem contraria feceris, quemadmodum alij quoque permulti, contraria etiam tibi contingent, & familiares pro philosophis, studij huius inimicos cum adoleuerint reddes. Si igitur mihi parueris, quod & supra dictum est, haud hostiliter contentiosaque, sed placido mitiq; animo assentiens, considerabis quomodo moueri dicamus omnia, & quomodo quod cuiq; uidetur hoc & priuatum & publice sit, & ex his inquires utrum idem an aliud scientia sit, & sensus: neq; ut modo cœpisti ex uerborum nominumq; consuetudine differes, quæ multi quocumq; libet trahentes, uarios dubitationum iniiciunt scrupulos. Hæc ò Theodore in defensionem amici tui tentauit pro uiribus, parua quidem à parujs. Si enim ipse uiueret, fortius magnificentijsq; pro seipso pugnaret. THEO. Iocaris ò Socrates. nam fortiter pro illo certatis. s o c. Recte loqueris ò amice. Sed mihi dicas. Aduertisti ne quod iam pridem Protagoras nos increpet, quod cum puero disputantes metu puerili aduersus eius scripta depugnemus: cumq; ipse genus hoc urbanitatis rejiceret, mediocritatem uero in omnibus mire tolleret, serio in eius dictis uersari nos iussit. THEO. Quid ni ò Socrates animaduertim? s o c. Quid ergo iubes nos illi parere? THEO. Sūm opere. s o c. Certis hos omnes excepto te pueros esse? Quare si illi credimus, me simul ac te oportet interrogando uicissim & respondēdo serio sermonem eius examinare, ne iterum nos incuset, quod ludentes cum pueris sermonem suum exagitemus. THEO. Quid prohibet quin Theætetus melius quam multi barbati uiri scrutantem te assequatur? s o c. Non tamen te ò Theodore melius. Ne igitur censeas oportere me amico tuo defuncto omnem opem asserre, te uero nullam: uerum sequere me obsecro paulisper, quoad hoc duntaxat inueniamus, utrum te deceat in figuris geometricis esse mensuram, aut omnes æque ac tu in astronomia ceterisq; facultatibus in quibus tu merito præstare uideris, periti sint. THEO. Difficile est, ò Socrates, ut qui tibi assidet, roganti non respondeat. Delirabam profecto paulo ante cum dicerem te concessurum mihi ne ad pugnam acingerer, & Lacedæmoniorum more ne compellerer. Nunc ad Scironem potius declinare uideris. nam Lacedæmonij exui uel abire iubent. Tu autem Antæum imitari uideris. Congredientem namq; non prius dimittis, quam nudatum tecum certare coegeris. s o c. Congruam ò Theodore morbi mei similitudinē reperisti. Robustior tamen illis ego sum. Innumeri enim iam Hercules & Thesei fortes in dicendo uiri mecum congressi, defatigati sunt, ego tamen nihilo magis desisto, adeo me exercitationis huius uehemens amor inualuit. Neque tu igitur mihi inuideas, quo minus mecum exercitatus, te simul ac me iuues. THEO. Flaud ultra repugno, ducas quæ lubet. Prorsus hanc quasi fatalem necessitatem quam tu constituis, conuictio ferenda est. Neq; tamen ultra ea quæ proposuisti, me tibi exhibere possum. s o c. Sat istud erit, sed id mihi obserua, ne clam in puerilem loquēdi ritum labamur, & ob eam causam nos aliquis iterum carpat. THEO. Conabor sane pro uiribus. s o c. Hoc igitur in primis quod supra tetigimus resumamus, utrum recte nec ne sermonē illius improbauerimus, quo ille unum quemq; ad sapientiam sibi met sufficere dicit. Nobis porro concessit Protagoras, in eo quod melius uel deterius inter se plerisq; differre, & eos sapientes esse. an non? THEO. Concessit. s o c. Si enim ipse sua hæc præfens cōfessus esset, non autem nos in eius fauorem concessissemus, nihil opus sit repetendo eadem confirmare. Nunc autem cum uideri fortasse possit, non satis idoneos dogmatum illius assertores nos esse, præstat perspicue ut se res habet concedere. Nā non parū interest, sic an aliter habeat. THEO. Vera loqueris. s o c. Igitur non ex alienis, sed ex suo duntaxat sermone q; breuissime cōsensum accipiamus. THEO. Quis? s o c. Sic. Quod cuiq; uidetur, id illi cui uidetur esse dixit. THEO. Dixit certe. s o c. Nunquid igitur & nos ò Protagoras hominis immo hominum omnium opiniones dicimus, asserimusq; neminē prorsus partim quidem se q; alios sapientiore putare, partim uero alios sapientiores q; se. An non enim in maximis periculis, quoties in castris, aut morbis, aut mari fluctuāt, quasi deos habent eos qui singulis in rebus præstant, seruatoresq; suos putant, nulla alia re cæteris q; scientia præcellentes? & per omnia humana quæritibus præceptores ac duces sujs ipsorum aliorumq; animantium atq; operum, qui communiter æstimantur tam ad docendum q; ad imperandum sufficere? In his

omnibus quid aliud dicemus, quam quod homines inter se sapientiam & ignorantiam esse putent. THEO. Nihil aliud, s o c. Nōne sapientiam ueram cogitationem esse dicunt, ignorantiam uero, falsam opinionem? THEO. Quid nī? s o c. Quorsum ō Protogoras sermonem uertemus? Vtrum homines uera semper opinari dicemus? An aliquando uera, falsa nonnunquam? Vtrinque enim sequitur ut non semper uera, sed utraq; opinentur. Attende enim Theodore, uelit ne Protogoras aut tu forsitan ipse cōtendere, quod nemo quisquam sit, qui quenquam uel imperitum esse, uel falsa opinari putet. THEO. Incredibile hoc ō Socrates. s o. At qui in hanc necessitatem sermo ille delabitur, qui mensuram omnium hominem prædicat. THEO. Quo pacto? s o. Cum tu aliquid apud te statuis, deinde mihi opinionem tuam declaras, tibi quidem secundum illius sermonē uerum esto, nos autem nōne sententiæ tuæ iudices fieri possumus, an opinari semper te uera iudicamus? Quin potius innumerum homines tecum quotidie pugnant contra quam tu opinantes putantesq; te perperam iudicare atq; opinari. THEO. Per Iouem ō Socrates q̄ plurimi sunt, ut inquit Homerus, qui mihi ex hominibus negotia facessant. s o c. Quid ergo? Vis dicamus, tunc te quidem tibi ipsi uera opinari; permultis alijs autem falsam? THEO. Ex his quæ dicta sunt necessario sequi uidetur. s o. Quid ipsi Protogoræ? An non necessarium? Si enim nec ipse putasset hominem esse mensuram, neq; etiam multi isti, ut neq; putant, nulli hanc ueritatem esse oportere quam ipse scripsit. Sin autem ipse quidem cēsiuit, multitudo autem non consentit, scito in primis quo plures sunt hi quibus non uidetur q̄ quibus uidetur, eo magis non esse quam esse. THEO. Necessè est, si quidem secundū opinionones singulas & erit & non erit. s o c. Deinde hoc habet pulchre. Ille enim circa suam opinionem dissentientium sententiam, qua illum mentiri credunt, quodammodo ueram esse consentit, dum uera opinari cunctos fatetur. THEO. Absq; dubio. s o. An non suam esse falsam admittit, si iudicū illorū, qui falsa illum opinari uolūt, uerū esse fatetur? THEO. Necessarium. s o c. Alij autē sibi ipsi mentiri nequaquam concedunt. THEO. Nō certe. s o. Hic uero & hanc ueram opinionem ex his quæ scripsit fatetur. THEO. Patet. s o. Ex omnibus igitur quæ Protogoras edidit ambigetur, immo ab illo ipso maxime conceditur. nā si eum qui contradicit uera opinari concedat, tunc sane & ipse Protogoras cōfitebitur, neque canem, neq; quemuis hominum esse mensuram, aut omnium, aut unius etiam quodcumq; non didicerit. An non ita? THEO. Ita certe. s o. Cum ergo ab omnibus dubitetur, nulli Protogoræ ueritas uera erit, nec alijs, neq; etiam sibi ipsi. THEO. Longe nimis in amicum meum ō Socrates inuehimur. s o. Quid si & rectum præteruehamur? Verisimile est enim cum senior fuerit, sapienter nobis quoque fuisse. Qui si repente humeros tenuis hic emicans nos inuaderet, in multis tam me delirantem ut probabile est, quam te consentientem refelleret. deinde protinus euanesceret. Verumtamen uti nobis ipsis talibus oportet, qualescunq; sumus, & quæ uidentur eadem semper fateri. Et nunc quidem quemlibet concessurum dicamus, hoc ipsum uidelicet aliquid aliud esse, propterea quod alius alio sapientior inscitior uel existat. THEO. Mihi quidem uidetur. s o c. Nunquid in hoc maxime insistere sermonem dicemus, quod ipsi quoque concessimus, astipulantes Protogoræ? multa quidē quæ uidentur, ea cuiuslibet esse, calida, sicca, dulcia, cæteraq; huiusmodi. Quod si in quibusdam differre alium ab alio confitebitur circa salubria & noxia, asseret utique non quamlibet mulierculam, puellamq; & brutum ad seipsum curandum per salubrium cognitionem sufficere; sed in hoc ut usquam maxime differre. THEO. Idem mihi quoq; uidetur. s o c. Præterea nōne in ciuilibus etiam, honesta & turpia, iusta & iniusta, sancta & impia, quæcunq; ciuitas unaquæque existimans ponit sibi legitima, eadem reuera uniuersis esse dicit? Atq; in his nihil sapienter esse priuato priuatum, ciuitatemq; ciuitatem? At uero in eo quod utilia & inuutilia sibi reipub. statuunt, hic ut usquam confitebitur, consultorem consultore, rempublicam repub. in ueritate inuenienda differre. Neque uidebit unquam hoc admittere, ut quæcunq; ciuitas aliqua utilia sibi putans instituit, eadem semper illi conducant. Sed tibi quidem dico, in ipsis iustis iniustisq; sanctis item & prophanis præsidium causæ ponunt, nihil scilicet eorum suapte natura substantiam aliquid quam habere, sed quod cōmuniter uidetur, id tū cum uidetur, uerū esse, & quamdiu uidetur. Et quicunq; nō omnino sententiā Protogoræ referunt, sic quodammodo philosophantur. Nos uero ō Theodore disputatio è disputatione maior subinde è minore emergens occupat

cupat. THEO. Haud igitur otiosi sumus ō Socrates, s o. Haud uidemur. Et sæpe aliā s o beate uir hoc animaduerti, & nunc maxime, quod non ab re quicunq; diutius in philosophia uersantur, ubi ad forum sese contulerunt, ridiculi rhetores prorsus apparent. THEO. Qua ratione hoc ais? s o c r. Videtur hi qui in iudicijs & foro ab ineunte ætate iactantur, ad eos qui in philosophia & huiusmodi studijs assuesciti sunt collati, ut seruis inter liberos educatis esse similes. THEO. Quo pacto? s o c. Ex eo quod his quidem ut tu dicebas, semper otium adest, otioq; tranquillo confabulantur: quemadmodum & nos in præsentia tertio iam sermonem instauramus. Sic & illi, siquid ultra propositam questionem quod magis eos forte delectet incidit, quemadmodum in præsentia nobis contingit, nihil curant prolixius ne an breuius loquantur, modo ueritatis compotes fiant. Illi autem temporis angustijs in loquendo sollicitantur. Vrger enim aqua defluens; neque licet de his quæ cupiunt uerba facere: sed necessitatem aduersarij affert libelli formulam adducens extra quam nihil dicendum, quod iuramentum calumniæ cauendæ uocāt. Sermones autem semper de cōseruo contra eum dominum qui in iudicio sedet & manu sententiam tenet. Certamina quoq; nunquam frustra sed ad rem semper, sæpe etiam de necessitate uita agitur. Vnde intenti acresq; fiunt, scientes domino tam uerbis adulari quam operibus obsequi pusillanimes & non rectis animis præditi homines. Nam animi magnitudinem, rectitudinem & libertatem seruitus à pueritia sustulit, cogens obliqua peruersaq; patrare facinora, dum discrimina magna formidinesq; mollibus adhuc incuteret animis, quæ omnia cum non possint cum iustitia & ueritate perferre, confestim in mendaciæ multitudinesq; iniurias conuersi, fleuntur undiq; atq; confringuntur, adeo ut nihil amplius sanæ mentis habentes ex adolescentibus in uiros euadant, facidos sapientesq; ut ipsi putant. Atque hi quidem tales sunt ō Theodore, nostri autem chori homines uis referamus? An dimittentes potius ad sermonem propositum reuertamur? ne, ut paulo ante dicebamus, sermonis libertate digressioneq; nimium abutamur? THEO. Nullo modo ō Socrates, sed referamus. probe namq; dicebas quod in philosophorum choro non nos sermonibus, sed nobis sermones seruiant, & unusquisque illorum perfici à nobis sustinet tum, cum nobis uidetur. Nec enim uel iudex uel spectator, quemadmodum poetis illis, censor & dominus noster futurus, nobis præsidet. s o c r. Dicamus igitur postquam tibi uidetur, de his qui egregij sunt. Quid enim de his qui philosophiæ studio abutuntur? Illi igitur ab ineunte ætate primum quidem uiam in forum ignorant, neq; iudicium, aut consilium, aut concilium ciuitatis aliud ubi sit norunt, leges autem decretasq; uel promulgata, uel scripta, nec uident, nec audiunt. Factiones autem sodalitatium, quæ ad magistratus creandos spectant, & congressus, & cœnas, & lasciuia conuiuia neque somniant quidem. Iam bene ne an male urbs iam olim habuerit, aut quod cui malum, turpis uel nota à maioribus suis seu foeminis seu uiris sit, magis eos laet quam maris, ut dici solet, arenæ. Atque hæc omnia etiam nescire se nescit. neque enim uulgaris gloriæ gratia ab his abstinet, sed reuera corpus duntaxat illius in urbe habitat, atq; uersatur: mens autem hæc omnia paruimmo nullius æstimans, passim uolat, ut ait Pindarus, & quæ sub terra sunt, & quæ supra dimetiens, & arte cœlum transcendens, omnem perscrutata naturam rerum omnium quæ ad inuierum pertinent, his autem quæ prope sunt solis, nullo modo applicans se. THEO. Quo pacto id ais ō Socrates? s o c. Quemadmodum Thaletem, dum cœlum suspiceret intentus sideribus, in foveam cadentem, Thracensis quædam ancilla facete nimium captis, quod quæ in cœlo sunt peruidere contenderet: quæ uero proxima & ad pedes, non uideret. Idem similiter omnibus qui in philosophia uersantur obijci potest. Laet enim philosophum non modo quid agat eius proximus, sed fere homo ne sit, an brutum. Quid autem homo ipse sit, quæ uel actio aut passio ipsius hominis propria, studiose perquirat. Intelligis ō Theodore, an non? THEO. Intelligo equidem, & quod dicis approbo. s o. Enim uero ō amice, ut in superioribus diximus, si quando uir talis uel priuatum cum aliquo, uel publice in iudicio, siue alibi de his quæ ad pedes & in conspectu sunt differere cogitur, risum mouet non Thracensibus, solum, uerum etiam ceteris gentibus, quippe cū in foetas ambiguitatesq; multas propter harum rerum imperitiā incidat. Vbi absurda quædam ineptitudo ignauitæ notam inurit. Nam cum forte uituperandus aliquis est, nihil habet quod in opprobrium afferat, utpote uitiorum ignarus, quando quidem singula singula

De philosophorum otio et more disputandi

Nunquā libere dicere oratorem posse, sed uel iudicē semper meturandum esse

Proverbium

Thaletis casus

lorum mala nunquam animaduertit, ergo tanquam nescius irridetur. In laudandis quoque extollendisq; hominibus, cum nihil simulet distinetur, sed aperte rideat, delirus esse uidetur. Etenim cum tyrannum aut regem laudari sentit, abunde quendam subulcum aut pastorem ouium uel bubulcum extolli existimat, quod abunde mulgeat, id tamen interesse censet, quod reges & tyranni infensius & infidiosius animal curent & mulgeant. Agrestes uero & rudes non minus propter otium, quam pastores, illos esse necesse est, sic moribus in urbe circumdatos, ut pastor caula in monte. Cum uero agrorum decem milia iugera aut plura etiam praedicari audit, quasi magnum quippiam ab illo qui habet possidetur, exigua quaedam audire se putat; quippe qui uniuersum terrae orbem spectare sit solitus. Quoties praeterea quis generis nobilitatem refert, quod septem auos diuites omnes enumerare ualeat, hebetis nihilq; magnum propter ignorantiam cogitantis animi laudes huiusmodi censet, quasi ad totius mundi naturam respicere nequeat, & uidere quod inueneri unumqueq; nostrum aui atque proauis antecesserunt, quorum in numero diuites & inopes, reges & serui, Barbariq; & Graeci innumerabiles praecessere. Quin etiam quando quis stirpem quinque & uiginti maiorum dinumerat, & in Amphitryonidem Herculem originem refert, indigna memoratu res illi uidetur. Quod enim ille iam inde ab Hercule quintus & uigesimus talis est, cum talem fortuna fecerit, etiam si quinquagesimus ab Hercule sit, ridet, tanquam eos qui reputare & abigere insanam mentis uanitatem non possint. In his omnibus philosophus uir uulgo ridiculus habet, partim quia superbus contemptorq; apparet, partim quia quae palam sunt ignorat & ambigit. THEO. Rem ipsam o Socrates ut accidit enarrasti. SOC. At cum is aliquem o amice ad supera trahit, & ille paratus hinc decedere, missis litibus in quibus quaerit in quo ego te aut tu me laesis, ad ipsius iustitiae iniustitiae uel speculationem accedit, quid utraq; sint, quo ab alijs omnibus inter se discrepent, uel etiam controuersia illa dimissa qua quaeritur utrum rex beatus sit qui multum auri possidet, ad contemplationem regni ipsius beatitudinisq; humanae atque miseriae, qualia cuique sint, & quo pacto humanae naturae conueniat hoc adipisci, illud fugere: quando inquam oportet de his omnibus rationem reddere pusillanimum illum & accerrimum cauidicum, tunc sane uicissim poenas philosopho pendet. Vertiginem enim patitur ab excelsa specula caligantibus oculis, utpote qui superne prospicere sit insolitus. Moeret quoque, titubat, & barbarica profert. Quocirca risum non Thracibus neque rudibus cuiquam inouet, neque enim persentiunt, sed illis potius omnibus qui libere & procul a seruili uita educati sunt. Haec o Theodore utriusque conditio. Altera quidem hominis illius, qui libertate & otio est educatus, quem philosophum uocas. Qui cum reuera uiuere perari non debeat, tamen fatuus & ineptus apparet quotiescumque seruilia aggreditur ministeria, cum neque stramentorum sarcinas colligare, neque obsoniorum condimenta conficere, neque adularia blandimenta uerborum confingere possit. Altera est hominis illius conditio, qui haec expedite celeriterq; subministrare potest, sed decenti liberi hominis uestitu commode uti nescit. Sermonis insuper harmonia conuenienti deorum & hominum beatorum uita ueram canere profus ignorat. THEO. Si ceteris hominibus ea quae dicis o Socrates, aequae ac mihi persuaderes, pax amplior & mala pauciora inter homines nascerentur. SOC. At impossibile est o Theodore mala penitus extirpari. Nam bono oppositum aliquid esse semper necesse est. Neque illa tamen apud deos locum habere possunt. Naturam uero mortalem, regionemq; inferiorem necessario circumueunt. Quare conandum est, ut hinc illum quam celerrime fugiamus, fuga autem est ut deo similes pro uitibus efficiamur. Deo similes efficit, cum prudentia, iustitia simul & sanctitas. Ceterum o uir optime haud facile id persuaderi potest, quod non illius gratia cuius uulgi existimat, sequenda uirtus & uitium fugiendum: hoc est, ne malus uidearis, utiq; bonus appareas. haec namq; anicularum nugae mihi esse uidentur. Sed quod uerum sit ita dicamus. Dicus nunc quam & nullo modo iniustus, sed quam iustissimus, totam uidelicet iustitiae complexus potestatem, nihilq; illius similitus quam iustissimus homo. Circa hoc uera industria & fortitudo uiri, nec non inertia imbecillitasq; uersatur. Horum sane cognitio uera uirtus & sapientia: ignorantia contra, inscitia & improbitas manifesta. Aliae uero quae facultates sapientiae uidentur, in ciuilibus quidem magistratibus molestae sunt, in artibus autem ceteris illiberales. Illi igitur qui aliquid inique patrauit, & prophana uel dicit uel facit, ei mul-

Impossibile
est mala peni-
tus extirpari
Mala in infe-
rioribus

to iustissimum est, si nihil uasfricere possit, nec artibus malis utatur. Exultant enim opprobrio huius generis homines, sed minime abiectos & itane homunculos uideri, nec terrore, ut dicitur, pondus iners: sed uiros tales qui tuto in republica uersari ualeant. Ideoq; ueritas exprimens est, quod eo magis tales sunt, quales non putant, quo minus putant: iniustitiae quippe multam ignorant, quam ignorare minime decet. Neq; enim est quam forsitan opinantur, uerbera atque caedes, quae saepe hi patiuntur, qui iniustum nihil egerunt, & iniusti saepe deunt, sed ea potius quae uitari non potest. THEO. Quam dicis. SOC. Cum in rerum ordine o amice exemplaria duo sint, diuinum quidem beatissimum, quod uero dei expers miserissimum, non uidentes ita rem se habere stultitia extremaq; dementia occupati, latenter huic quidem similes ob actiones iniuicias redduntur, illi contra dissimiles. Cuius profecto delicti poenas pendunt, dum uitam illi conuenientem cui similes effecti sunt, ducunt. Enim uero si dixerimus, quod hos quidem, nisi a nequitia cessauerint, uita sanctos locus ille malorum expers non capiet, isthic autem propriae uitae similitudinem gerent semper una cum malis mali uersantes, respondebunt astuti malitiosiq; homines deliramenta quaedam sese audire. THEO. Et maxime quidem o Socrates. SOC. Noui equidem o amice. Vnum hoc saltem illis accidit, quod si quando priuatum reddere uicissim & afferre in medium rationes eorum quae uituperant necesse sit, uelintq; uiriliter disputandi moram perpeti, neque ignaue fugere: tunc demum, quod absurdum est, sua etiam ipsorum dicta improbabunt, eorumq; rhetorica penitus euanescent, ut nihilo differre a pueris uideantur. Verum his iam finem cum praeter propositum sint imponamus. Alioquin materies undique plurima confluens sermonem a principio institutum obruet. Reuertamur igitur ad priora, si tibi quoque uideatur. THEO. Mihi quidem ista o Socrates nihilo molestiora auditu contingunt. Facile namque qua aetate sum hoc assequor. Verum tamen si tibi placet, redeamus illuc unde digressi sumus. SOC. Eo profecto disputando deuenimus, ut diceremus eos qui essentiam omnem in agitatione ponebant, quod uis cuique uideatur, hoc eadem existere, in ceteris quidem rebus uehementius hoc afferenturos, in iustis autem non minimum: quod omnino quaecumque ciuitas ut iusta sibi apparentia statuit, haec eatenus illi iusta sunt, quatenus statuta permanent. At uero neminem fortem adeo futurum, qui idem in bonis utilibusq; contendere audeat, quod uidelicet quaecumque utilia sibi apparentia instituit ciuitas, haec eatenus illi conferentia sunt, quatenus talia statuta fuerint, nisi forte quis nomen dixerit: hoc autem ad id quod uolumus scotina esset potius. nonne? THEO. Proculdubio. SOC. Ergo non ita ducendum, immo quod tale ciuitas nuncuparit, ad id condendis legibus respicit, ac leges singulas quoad putat & potest, quam maxime sibi utiles, condit. Num aliud in legibus ferendis intendit? THEO. Nihil aliud. SOC. Nunquid uoti compos semper efficitur? an saepe eam fallit opinio? THEO. Saepenumero fallit arbitror. SOC. Hac praeterea ratione quisque magis haec eadem confitebitur, si quis de omni specie percontetur in qua utile consistit. Est autem quodammodo & circa futurum tempus. Nam quoties leges condimus, ut in posterum profuturas condimus, quod quidem futurum rebus uiocaremus. THEO. Maxime. SOC. Agedum ita uel Proragoram uel quemuis alium sectatorem eius interrogemus. Omnium rerum hominem o Protagoras mensuram asseritis, alborum, grauium, leuium, & uniuersiusque talium. Nam cum iudiciariam illorum uim in seipso contineat, & qualia patitur talia iudicat, uera sibi, & quae sunt, iudicat. An non ita? THEO. Ita plane. SOC. Nunquid & futurorum o Protagoras dicemus, habet uim iudiciariam? & qualia putat sibi haec fore, talia sibi existimanti contingunt. cum medicinae quispiam imperitus in febrim sese incursum putat, atque ita sese calefactum iri: medicus autem repugnat, contraria opinatus: utrius illorum ueram opinionem futuram ducimus? num utriusque? & medico quidem neque calidum neque febricitantem futurum, sed sibi ipsi utrumque? THEO. Ridiculum quidem id esset. SOC. Quinetiam de uino quod dulce uel austerum futurum sit, agricolae, non citharista opinio praevalet. THEO. Quid ni? SOC. Neque de consonante, dissonante uel futuro, gymnasticus, melius quam musicus opinatur, quod deinde ipsi gymnastico consonans esse uidebitur. THEO. Nullo modo. SOC. Quando uero parata mensa offerendae sunt epulae, ac de futura illarum suauitate

Proverbium

aliquid prædicendum, nõnne coqui opinio potior quàm alterius cuiuslibet popinariae imperitiae? De eo quod uel est uel fuit suaue cuiq; non pugnamus, sed de illo potius quod in posterum esse cuiq; & uideri debet: utrum sibi quisq; idoneus iudex, an tu potius Protagoras quod circa sermones probabile singulis in iudicio futurum est, rectius quàm quibus rudiùm præuideres? THEO. In hoc ipso in primis ò Socrates præcellere cunctis Protagoras est professus. S O C. O miser, nemo per Iouem illum oblata pecunia sectatus fuisse, nisi familiaribus persuasisset, quod probabile in posterum erit, uidebiturq; neq; uerem neq; alium quem uis melius quàm se unicum prælagire. THEO. Vera loqueris. S O. An non legum quoq; lationes utilitasq; ad futurum spectant? & quilibet absq; controuersia fateretur cõstitutionem reip. ab eo quod utile est, sapius aberrare? THEO. Valde. S O. Satis iam aduersus præceptorem tuum dictum sit, quod fateri cogitur, alium alio sapientiorum existere, eumq; talem mensuram esse. Me autem cū expers scientiæ sim, nihil mensuram fieri, cogit, quemadmodum sermo nuper illius uergebat, quod uidelicet seu uelim suae nolim talis esse. THEO. Ex illo ò Socrates maxime conuincit illius sermo uidetur, & ex hoc non nihil, quod aliorum opiniones ualidas efficit: hæc uero sermones illius palam reprobant, falsos existimantes. S O C. In multis insuper ò Theodore deprehendi hoc licet, non omnem omnium opinionem ueram existere. Sed circa præsentem cuiq; passionem, ex qua sensus, & secundum sensus opiniones nascuntur, difficilium deprehenditur sensus opiniononeq; ueras non esse. Forte uero nihil dico. Nam si assecuta sunt, conuincit nõ possunt: & qui illas certas atq; sciẽtias esse assererent, forsitan nõ aberrarēt. Et idcirco Thegetus hic haud ab re inquit sensum & scientiam idem esse. Quamobrem propius accedendum est, quemadmodum Protagoreus sermo præcepit, & hanc agitatum essentiam pulsan-do examinandum, integrum ne an collisum sonum reddat: pugna utiq; de illa non mediocris, nec inter paucos extitit. THEO. Permultum sane abest ut uilis contentio sit, quæ per Ioniam passim propagata est: siquidem Heracliti studiosi huic sermõni summopere suffragantur. S O C. Propterea ò amice Theodore à primordijs hæc inspicienda sunt ut illi opponunt. THEO. Omnino, etenim ò Socrates de Heracliticis, uel ut tu ais Homericis, ac etiam antiquioribus istis apud Ephesios eos præsertim qui peritiores uideri uolunt, non magis quàm apud cætro concitos loqui licet. Plane enim scripta illorum impetu feruntur. Mora aut expectatioq; in sermone & quæstionibus & quies inter respondendum interrogandumq; minus illis adest, quod nihil. Immo etiã minus quàm nihil: adeo parum uiris illis bonitatis in animo est: sed siquẽ illorum aliqua de re interrogos, tanq; ex pharetra obscura uerba depromentes sagittant. Et si huius rationem perquiras, altera quaedam sed nomine mutato ferunt: nunq; uero cum illorum aliquo quicq; perficies, neq; ipsi inuicem. Idq; unum obseruantissime curant, ut nihil stabile aut in sermone aut in animis suis esse permittant, putantes ut mihi uidetur id ipsum stabile esse, atq; id totis uiribus instantantur, & undiq; uehementer expellunt. S O. Forsitan ò Theodore hos uiros in pugna uel disti, in pace uero nequaquam. Neq; enim amici tibi sunt. Verum talia quædam discipulis suis, ut arbitror, in otio dicunt, quos similes sibi reddere uolunt. THEO. Quibus discipulis ò beate? Neq; enim inter istos alter alterius sit discipulus, sed sponte nascuntur, undecunq; contingit eorum quenc; furore corripi. Atq; alter alterum scire nihil existimat. Ab his itaq; rationem ut modo dicebam nullam unquam accipies, nec uolentibus nec inuitis. Nos autem oportet tanquam propositione accepta cõsiderare. S O. Scite loqueris, sententiam siquidem aliam quandam accepimus à præcis poemate uulgus hominum celantibus, quod origo aliorum omnium Oceanus scilicet atq; Tethys sit, quodq; fluxus sint omnia, nihilq; consistat. A recentioribus aut atq; ijs sapientioribus rã adeo clare demonstrantibus, ut uel cerdones eorum sapientiam audiẽdo perciperent, desinerentq; stulte putare consistere partim res, partim contra moueri, ab ijs in quã accepimus moueri omnia, quos autores & uenerantur. Propemodum aut ò Theodore oblitus eram quod alij his contraria monstrant: uniuersi uidelicet congruum nomen esse hoc existens immobile, & alia quecunq; Melissei Parmenideiq; aduersantes his omnib. asseuerant, quod omnia unũ sunt, idq; unum ipsum in seipso consistit, locum in quo moueatur nullũ penitus habens. Quid de his omnib. ò amice dicendũ? sensum nanq; progressi utrorũq; medij clam euasimus, quod si nullo pacto propugnantes abeamus imbelles, pœnas dabimus instar eorum qui

Mos Heracliticorum in disputando

qui in palaestrâ ad lineam ludunt, quando ab utriq; apprehensi in contraria distrahuntur. De his itaq; prius agendum uidetur, quos primo fluẽtes scilicet aggressi sumus. Et si quid probabile dicere uidebuntur, cum illis unã & ipsi nos trahemus alios fugientes. Sin autem qui uniuersum stabile ponunt, ueriora protulerint, refugiemus ad eos ab illis, qui etiam immobilia mouent. At si neutri uerisimile aliquid adducere nobis appareant, ridiculum nimium euademus, putantes nos uiles homunculos magnum aliquid sapere, cum nihil nisi præcis illis ac sapientibus uiris derogemus. Vide igitur ò Theodore utrum præstet nec ne tantum subire periculum. THEO. Nullo modo committendum est ò Socrates, quin utrorumque sentia quid ueri, quid falsi habeant, discutiamus. S O C. Discutiendum est iam, postquam & tu id probas. Videtur utiq; mihi disputationis huius principium à motu sumendum, quod scilicet motu moueri omnia dicant. Quod autẽ dico huiusmodi est, utrum speciem unam motus inducant, an quemadmodum mihi uidetur species duas. Neque id tamen mihi soli uideri cupio, sed tibi quoq;, ut pariter ambo quicquid oportuerit patiamur. Dic igitur. Nunquid moueri dicis, quando locum quid ex loco mutat, uel in eodem uertitur? THEO. Equidem. S O C. Ergo una hæc species esto. At cum eodem in loco quid permanens senescit, uel nigrum ex albo, uel ex molli durum efficitur, aut alia quadam alteratione mutatur, nõnne alteram hanc motus speciem merito nuncupabimus? THEO. Merito. THEO. Ex his necessarium est geminas species motus existere, alterationem scilicet, motumq; localem. THEO. Probe. S O C. Hac distinctione præmissa, ad eos qui moueri omnia uolunt iam pergamus, & hunc in modum interrogemus. Vtrum quodlibet fatemini utroq; modo moueri, alteratũ pariter atq; delatum? aut aliquid utroq; modo aliquid unico? THEO. Equidem quod asseram non habeo, arbitror tamen illos utroq; modo distictuos. S O. Alioquin ò amice agitata simul & consistentia sibi ipsis uidebuntur, nec magis moueri omnia quàm stare omnia licebit asserere. THEO. Vera loqueris. S O. Postquam moueri ipsa oportet, absentiam uero motus nulli competere, omnia utiq; semper omni motu mouentur. THEO. Necessario sequitur. S O. Hoc age ex eorum dictis considera, caloris scilicet uel albedinis, uel cuiuslibet generationem. Nõnne diximus eos putare unum quodq; horum ferri simul cum sensu inter agens & patiens? & patiens quidem sensibile esse, nõ sensum, agens aut efficiens esse aliquid, non tamẽ qualitatem esse? Forte qualitas extraneũ tibi nomen uidetur, neq; sic in genere dictum percipis, in partibus igitur audi. Agens enim neq; calor neq; albedo, sed calidum potius albumq;, cateraq; eodem pacto. Recordaris ita nos supra dixisse, nihil secundũ se ipsum unũ aliquid esse, neq; insuper agens aut patiens, sed ex utriq; uicissim cõgredientibus sensus & sensibilia emanantia partim fieri qualia quædam, partim uero sentire? THEO. Memini ac cur non ita dicant? S O. Cætera præmittamus sic ne, aliter dicant. Id uero cuius gratia disputatur diligentius exquiramus. Mouentur ut dicitis, fluuntq; omnia. Nõnne? THEO. Certe. S O. An non utriq; illis quos distinximus motibus, delata simul & alterata? THEO. Quid nũ, si modo perfecte moueri illa necesse sit? S O. Si igitur ferrentur solum, neq; tamen alterarentur, possemus dicere qualia quædam fluunt quæ feruntur, aut quomodo dicemus? THEO. Hoc pacto. S O C. Quoniam uero neq; id permanet ut album scilicet quod fluit fluat, sed permutatur, ita ut huius ipsius sit fluxus albedinis, & in alium colorem transitus, ne ullo modo permanere deprehendi possit, num possumus aliquando colorem aliquem pronunciare ita ut recte denominemus? THEO. Atqui quo pacto ò Socrates, aut in hoc, aut in alio ullo id fieri potest, si quidem dum pronunciamus cõtinuo subterfugit, utpote quod semper fluit? S O. Quid porro de quouis sensu dicendum, ut uidentũ uel audiendũ? nunquid in uisione, aut auditu aliquando permanere? THEO. Minime omnium, siquidem cuncta mouentur. S O. Neq; igitur uidere quicquam potius quàm non uidere dicendum, neq; alio ullo sensu uti magis quàm non uti, cum omnia penitus transmutentur. THEO. Non certe. S O C. Verũ tamen sensus ipse scientia est, ut ego Theætetusq; diximus. THEO. Dictum quidem. S O. Non igitur scientiam magis q; non scientiam respondebimus quid scientia sit interrogati. THEO. Sic certe uidemini. S O C. Opportune itaq; responsum emẽdandum, si demonstrare cõtenderemus quod omnia moueantur, ut recta illa responsio uideatur: hoc aut ut uidetur apparuit, quod si omnia mouentur, responsio qualibet de quocunq; quis respondeat, æque recta est, qua id sic se habere, & nõ sic habere se responderet. Quod si maui fieri

Nihil per se ipsum unũ ali quid esse

fieri dicendum, ne ipsos sermone sistamus. THEO. Recte loqueris. S O C. Præterquam in hoc ò Theodore, quod ita & non ita dicebam, oportet autem neq; hoc ita dicere. Neque enim amplius ita moueretur, neq; rursus non ita. Non enim motus hoc, sed nomen aliud imponendum ab ijs qui talia differunt: quoniam nunc ad eorum suppositionem verba non habent, nisi forte dictionem hanc, scilicet non quomodoq; habere uideantur, quæ quidem potissimum ipsis congruit infinite prolata. THEO. Valde cõueniens illic hæc dicitio est. S O C. Iam ò Theodore quod ad amicum tuum attinet expediuimus: nec dum cõcessimus illi quemlibet hominem rerum omnium esse mensuram, nisi sapiens quis existat. Scientiam insuper esse sensum minime concedemus secundum rationem illam quæ moueri omnia prædicat, nisi forte Theætetus hic aliter persuadeat. THEO. Optime dixisti ò Socrates. His enim peractis me quoq; ab his expeditū esse decet, ut inter nos conuenerat. Postq; uero disputatio aduersus Protagoram finē accepit, ne desistite quæso Theodore, antequam tu & Socrates percurratis eos insuper qui stare omnia uoluerunt, quædam modū paulo ante proposuistis. THEO. Cū sis iuuenis ò Theætete, seniores iniuriã facere doces, dum pacta transgredi exhortaris, sed accingere tu ut reliquorū Socrati, si uelit, rationem reddas. THEO. Libentissime tamē ea de quibus loquor audirem. THEO. Equites in campum prouocas cum Socratem ad disputandum acceris. Interroga igitur atq; audies. S O C. Videor equidem ò Theodore in his quæ Theætetus iubet, ipsi minime pariturus. THEO. Quid obstat quo minus obsequaris? S O. Etsi Melissa atq; alios qui unum confitens uniuersum dicunt, uereor ne forte onerosi uideamur illos exagitantis, minus tamen quam unicum Parmenidem uereor. Parmenides autem, ut Homerici uerbis utar, uerendus mihi acerbū uidetur. Collocutus sum olim cum illo sine admodum adhuc adolescens, mihiq; uisus est profundam generosamq; omnino sapientiam possidere, formido itaq; ne dicta eius uocesq; nequaquam intelligamus; quod autem uerbis subintelligit, multo magis nos lateat; & quod maximum est, cuius gratia disputatio inter nos coepit, quid scientia sit inquirens, indiscussum relinquatur, si procacitati uerborum indulgeamus: præsertim cum amplissima questio illa quam modo induximus, si præter positū & quali digrediendo tractetur, indigna nimium passura sit; & si latius exactiusq; perficiatur, scientiæ ipsius inuestigationem impeditura. Neutrum uero decet, sed magis Theætetis foetum circa scientiam obstetricia facultate in lucem educere, & diligenter examinare. THEO. Si ita uidetur, ita agendū est. S O C. Hoc præterea Theætete circa supra dicta considera. sensum esse scientiam respondisti, an non? THEO. Certe. S O C. Si quis interrogaret, quoniam alba & nigra homo uideat, quod ue acuta & grauiã audiat, oculis ut arbitror & auribus respondeat. THEO. Equidem. S O C. Vti nominibus uerbisq; communioribus, neq; exacte curiosq; disquirere, sapenūmero generosi animi est, contrarium autem illiberalis: nonnunquam tamen necessarium est, quemadmodum in præsentia examinare cogimur, qua ex parte responsio tua minus recta sit. attende quæ responsio rectior, utrum quæ dicit quo uideamus id oculos esse: an quæ dicit, per quod uideamus. Itē quo audimus aures, an per quod audimus. THEO. Potius mihi per quæ singula sentimus, quam quibus sentimus respondendum uidetur ò Socrates. S O C. Absurdum quidem id esset ò puer, si multi in nobis sensus quemadmodum ligneis equis insiderent, & omnia hæc in unam siue ideam, siue animã, seu quomodo cunq; uocari decet, minime tenderent, qua per ista tanquam per organa quæcunq; sensibus subiacent sentiamus. THEO. Mihi quidem hoc potius quam illo modo uidetur. S O C. Idcirco ista tecum diligenter perquiro, ut uideamus utrū uno quodam eodem quod inquit nobis, per oculos quidem alba & nigra percipiamus, per alia uero organa alia quædam: possisq; interrogatus, in corpus singula hæc referre. Præstat forsitan te ad singula respondere, quam me tui uicem gerendo defatigari. Dic itaq; ea per quæ sentis calida & sicca, leuia atque dulcia, nõnne corporis organa singula ponis? an alterius cuiuspiam? THEO. Nullius alterius. S O C. R. Nunquid fateberis quæ per aliam potentiam sentis, per aliam sentire non posse? ueluti quæ per auditum, eadem per uisum: & contra quæ per uisum, eadem per auditum? THEO. Quid nisi fatear? S O C. R. Si quid ergo de utriq; cogitas, non utiq; per aliud organum, neq; etiam per aliud de ambobus id sentis. THEO. Non certe. S O C. De uoce atq; colore utriq; simul, primum quidem id cogitas, quod utraq; sunt. THEO. Cogito. S O C. Item quod alterutrū ab alterutro diuersum est, & sibimet

Hoc in loco
Plato uidetur
cum Parmeni
de sentire

Alludit ad
quæ Troiani

sibimet idem. THEO. Est isthuc. S O C. Quod uic ambo, duo sunt, utrumq; uero unum. THEO. Id quoq; S O C. Potes insuper utrum similia inter se uel dissimilia sint, iudicare. THEO. Forte. S O C. Hæc utiq; omnia per quod potissimū de ipsis existimas? Non per auditum, non per uisum, commune circa illa quicquam accipi potest. Hinc præterea quod dicitis coniectare licet. Si de utriq; iudicari posset, falsa ne sint, an non, posses proculdubio declarare quo iudicares: idq; non uisum non auditum, sed aliud quiddã esse constat. THEO. Cur non linguae uis id efficiat? S O. Scite loqueris. Illa uero potentia per quod tibi ostendit quod singulis est cõmune, quod uic super singula, quo esse & non esse denominas, quæ paulo ante de his percontabamur, qualia organa his omnibus assignabis, per quæ id quod sentit in nobis singula sentiat? THEO. Essentiam aïs & ipsum non esse, similitudinemq; & dissimilitudinem, nec non idem & alterum, unū quoq; & alium circa illum numerū unum quonq; patet enim quod ueris, per quod potissimum ex corporeis instrumentis ipsa anima par & impar, & quæ sequuntur, percipiamus. S O C. Egregie admodum ò Theætete prosequeris, atq; hæc ipsa sunt quæ interrogo. THEO. Per Iouem ò Socrates quod dicam ignoro, nisi quod nullū huiusmodi proprium organū his ut illis accommodari puto, sed ipsam potius per seipsam animam, cõmunionem in omnibus iudicare. S O C. Pulcher es ò Theætete, nec ut a te ab Theodoris, deformis. Nam qui pulchre loquitur, pulcher est atq; bonus. Accedit ad hæc quod ingens mihi beneficium contulisti. Nam prolata graui disputatione me liberaisti, postquam tibi uidetur anima quædam per seipsam animaduertere, non nulla per corporis uires apprehendere. Nam hæc mea sententia erat, quam tibi quoq; cupiebã persuadere. THEO. Mihi certe persuasum est. S O C. Quorū in numero essentiam ponis? Hæc sane maxime ad omnia sequitur. THEO. Eorū quæ ipsa per se anima affectat atq; assequitur. S O C. Nunquid & simile dissimileq; & idem & alterum? THEO. Et hæc. S O C. Quid? pulchrum & turpe, bonumq; & malum. THEO. Horum quoq; mihi uidetur maxime omnium essentia inuicem considerare, reputans atque comparans in seipsa præterita præsentiaq; ad futura. S O C. Aduerte & hoc rei duræ duritiæ per tractum sentiet, & molli similitudine ratione molliciem. THEO. Ita. S O C. Essentia uero, & quod sunt, mutuanq; contrarietatem, ipsiusq; contrarietatis essentia ipsa anima per se uoluitans, & inuicem cõferens, discernere nititur. THEO. Omnino quidē. S O. An non statim natis hominibus atq; brutis naturalis quædam facultas adest, qua passionēs per corpus manantes in animam sentiunt? Ratiocinatio uero comparatioq; istorū ad essentiam utilitatēq; uix tandē post longa curricula tēporis, frequenti studio & disciplina aduenit quibuscuq; cõpetit? THEO. Ita profusus. S O. Num ueritatem eo percipere possumus, quo essentiam non percipimus? THEO. Minime. S O. Cuius autem quis ueritate caret, huius scientia ullam habet? THEO. At quo pacto id fieri posset? S O. In passionibus igitur scientia nequaquã inest, in ratiocinatione tamen quæ circa illas uersatur, inesse uidetur. essentia quippe ueritatemq; hac attingere possumus, illis uero nequaquã. THEO. Constat. S O. Num idem illud & hoc uocas, cum tanta inter se differentia discrepent? THEO. Haud sane deceret. S O C. Quod illi nomē attribuis? ei scilicet quod est uidere, audire, odorare, gustare, caleferi, frige fieriq;? Num sentire? THEO. Id ipsum. quid enim aliud? S O. Vniuersum igitur hoc sensum uocas? THEO. Necessè. S O. Huic ueritatis perceptionem conuenire negauimus, cum essentiam non percipiat. THEO. Sic est. S O. Neq; scientia igitur componi erit. THEO. Non. S O C. Ex his sequitur ò Theætete, scientiam & sensum nunquam idem fore. THEO. Nunquã penitus. S O C. In his perspicue patuit, aliud sensum, aliud scientiam esse. Verum nõ huius gratia differere coepimus, ut quid scientia non sit, immo quid sit, inueniremus. Eatenus uero disputando processimus, ut scientia in sensu nullo modo querendã iudicauerimus, sed in eo nomine potius, quod tūc fortitur animus, cū ipse secundū seipsam circa illa quæ sunt, uersatur & agit. THEO. Atqui hoc ò Socrates, ut ipse arbitror, opinari uocatur. S O C. Recte arbitraris amice. Et nunc aduerte, deletis ex animo cunctis superioribus nõquid maius percipias, postq; hucusq; euectus es. Quid? ut scientia sit, iterū expliça. THEO. Opinione quamlibet ò Socrates, scientiam dicere impossibile est, cum & falsa quædam opinio sit. Apparet autem opinio uera scientia esse, idq; à me nunc responsum puta: quod si aliter disputando deinceps uidebitur, aliquid aliud asserre conabimur. S O. Euge Theætete. sic prompto animo disputare decet, neq; ut coeperas tergiversari. Si em̄ ita fecerimus, alterū ē duobus cõtinget; aut quod affectamus inueniemus,

Anima quæ
dã per se, quæ
dam per corp
pus compre
hendit

Sens non per
cipit essentia

Quando est
opinio

Secunda scien
tia definitio

aut certe quod ignoramus minus nos scire putabimus: neque mediocrem lucrum id erit, & nunc quidem quid ais? An cum duæ sint opinionis species, uera una, & altera falsa, opinionem ueram scientiam definis? **T H.** Definitio, hoc enim mihi in præsentia uidetur. **S O C.** An de opinione deinceps ab initio pertractandum? **T H E.** Quidnam? **S O.** Turbat me nunc & sæpe aliàs, adeo ut in ambiguitate plurima quo ad me ipsum & quo ad alios uerfer, explicare non ualens quamam sit hæc in nobis affectio, quæ uel pacto adueniat. **T H E.** Quamam hæc? **S O C.** Falso scilicet aliquem opinari, de quo nunc etiam ambigo, utrum id omittamus, aut aliter quam supra consideremus. **T H E.** Quid ni ò Socrates, si quo modo decere censēs? præclare enim tu & Theodorus in superioribus de otio dicebatis, quod nihil in talibus urgeat. **S O C R.** Opportune admonuisti, forte enim haud ab erit tanquam uestigium iterato percurrere: præstat namque parum bene, quam multum non sufficienter determinare. **T H.** Præstat sane. **S O.** Quomodo igitur, & quid dicimus? falsam plerumque opinionem esse dicimus, & aliquem nostrum falsa opinari, alium uera, quasi hæc ex natura ita se habeant? **T H E.** Dicimus absq̃ dubio. **S O C.** Nōne hoc nobis tam circa omnia quam circa singula competit? nosse uidelicet, uel ignorare? nam discere & obliuisci, utpote istorum media, in præsentiarum transeo, cum nihil ad propositum nobis cōferant. **T H.** Nihil prorsus ò Socrates aliud præter nosse uel ignorare circa unum quodq̃ relinquitur. **S O C.** Nōne igitur necessarium est opinantem opinari illa de quibus nouit aliquid, uel non nouit? **T H E.** Necessarium. **S O C R.** Quinetiam noscentem ignorare idem, uel ignorantem nosse impossibile est?

Quæ nouit, ea putare quæ nouit.

Quæ non nouit, ea putare quæ non nouit.

Quæ nouit, ea putare quæ non nouit.

Quæ non nouit, ea putare quæ nouit.

T H E. Quid ni? **S O.** Num qui falsa opinatur quæ nouit, ea putat non ea esse, sed alia quædam quæ etiam nouit? & utraq̃ noscens, utraq̃ rursus ignorat? **T H.** At fieri hoc nequit ò Socrates. **S O.** An forte quæ non nouit, ea putat alia quædam esse quæ non nouit? & qui neq̃ Theætetum, neq̃ Socratem agnouit, cogitare unquā potest Socratem Theætetum, uel contrā Theætetum Socratem esse? **T H.** Nunquam. **S O.** Neq̃ tamē quæ quis nouit, ea quæ non nouit, esse putat: neq̃ rursus quæ non nouit, ea quæ nouit. monstrum enim esset. Quo pacto igitur falsa quis opinabitur? Præter hæc quidem opinari non licet, quando quidem omnia uel noscimus uel ignoramus: in his autem nullo modo falsa opinari quis posse uidetur. **T H.** Vera loqueris. **S O.** An forte non ita considerandū quod quærimus, secundum nosse & non nosse procedendo, sed secundum nosse & non esse? **T H E.** Qui isthuc ais? **S O C.** Ne simplex sit, quoniam qui quæ nusquam sunt, in quacunq̃ tandem re opinatur, is non potest non falsa opinari, quomodo cunq̃ tandem cogitet. **T H.** Decens id quoq̃ ò Socrates. **S O C.** Quomodo igitur, quid ue respondebimus Theætete, si quis nos interroget (possibile est autem unicuiq̃ quod dico) Quisnam hominum ipsum quod non est opinetur: siue de aliquo eorum quæ sunt, siue ipsum secundum seipsum? Ad hæc utiq̃ respondebimus: quando scilicet quispiam opinādo uera nō opinatur, aut quid dicemus? **T H.** Sic certe. **S O.** Num & alibi tale quid accidit? **T H.** Quid isthuc? **S O C.** Ut aliquis uidens quidem aliquid, uideat autem nihil? **T H.** Fieri nullo modo potest. **S O C.** At uerò si unum quiddam uidet, existentium quiddā uidet, an ipse putas unum in his quæ non sunt, esse? **T H E.** Minime. **S O C.** Qui ergo unum aliquid uidet, existens aliquid uidet. **T H.** Apparet. **S O.** Et qui aliquid audit, unum aliquid audit, & existens audit. **T H.** Profecto. **S O.** Item qui aliquid tangit, unum aliquid tangit, & existens insuper si quidem unum. **T H.** Et istud. **S O C.** Qui autem opinatur, nōne unum aliquid opinatur? **T H.** Necessariū est. **S O.** Et qui unum aliquid, nōne existens aliquid? **T H.** Assentior. **S O.** Qui ergo unum existens opinatur, nihil opinatur. **T H.** Non uidetur. **S O.** At qui nihil opinatur, omnino non opinatur. **T H.** Constat. **S O C.** Impossibile igitur est, quod nō est opinari, siue de aliquo eorum quæ sunt, siue ipsum secundum se ipsum. **T H.** Impossibile uidetur. **S O C.** Aliud itaq̃ est opinari falsa, quam ea quæ non sunt opinari. **T H.** Aliud apparet. **S O.** Neq̃ igitur sic, neq̃ ut paulo ante considerauimus, opinio falsa nobis inest. **T H.** Non certe. **S O C.** At in hunc modum hoc forsitan appellamus? **T H.** Quem? **S O.** Alienam quandam opinionē, falsam opinionem

Præstat parū bene, quā multū non sufficienter determinare. Nosse & ignorare, circa omnia & singula

Secundus modus putandi:

An quisquam opinetur quod non est

Tertius modus

opinionem esse dicimus, quando quis aliquid eorum quæ sunt, aliud quiddam eorū quæ & ipsa sunt, prout animi cogitatio mutari, esse dicit. sic enim existens aliquid semper, sed pro alio aliud opinabitur: cumq̃ ab eo quod cogitauit aberret, iure falsa opinari dicitur. **T H E.** Recte nimirum modo dixisse uideris, nam quoties aliquis pro pulchro turpe, uel contrā pro turpi pulchrum opinatur, toties falsa opinari non ab re iudicetur. **S O C.** Contemnis me ò Theætete, neq̃ uereris? **T H E.** Quorsum hæc? **S O C.** Haud enim puro, uideor tibi quod reuera falsum est apprehendisse, interrogatus utrum possit uelox tardus, aut leue grauis, uel aliud quiddam contrarium non secundum naturam propriam, uerum secundum naturam contrarij sibi ipsi contrarium fieri. Ne igitur id frustra aut temere audeas, dimitto, placetq̃ tibi, ut ais, falsa opinari, esse idem quod & aliena opinari. **T H E.** Mihi quidem. **S O C.** Licet ergo, ut ipse putas, alterum quiddam ut alterum, & non ut illud cogitatione ponere. **T H E.** Licet utiq̃. **S O C.** Quando id igitur facit cogitatio, an non esse esse ipsam, aut utraq̃, aut alterū cogitare? **T H E.** Necessè omnino. **S O C.** Aut simul aut seorsim? **T H E.** Et istud. **S O C.** Ipsum autem cogitare, num idem quod & ego, uocas? **T H E.** Quid tu uocas? **S O C.** Sermonem quem ipsa anima apud se uoluit circa illa quæ considerat. rem tibi, eamq̃ ut minime peritus, declaro. Hoc enim mihi uidetur, cogitationem scilicet animam nihil aliud agere, quam secum ipsam differere, interrogando, respondendo, affirmando, atq̃ negando. Postquā uero definit, idemq̃ siue tardius, siue uelocius animaduertens asserit, neq̃ uagatur, hanc ipsam opinionem ponimus. Quamobrem opinari loqui appello, opinionemq̃ sermonem, non ad alium, neq̃ uoce, sed silentio, & ad seipsum. Tu uero quid sentis? **T H E.** Idem. **S O C.** Quādo igitur aliquis alterum opinatur alterum, tunc ut uidetur ad seipsum dicit, alterum esse alterum. **T H E.** Quid nī? **S O C.** Recordare obsecro, si quando tecum ipse dixeris, pulchrum omnino turpe, uel iniustum esse iustum: imò ut in summa dicam, nunquid persuadere tibi unquam conatus sis, quod maxime omnium alterum sit alterum, an contrā: nec in somnijs unquam ausus fueris tecum dicere, quod paria prorsus imparia sint, uel aliud quiddam huiusmodi. **T H E.** Nunquam certe. **S O C.** Nunquid alium quempiam siue prudētem siue insanum, aut uerum existimas secum loquendo ex industria sibi persuadere bouem necessario equum, uel duo unum esse? **T H.** Minime per louem. **S O C.** Si secum loqui opinari est, nemo dum utraq̃ dicit, opinatur, attingitq̃ animo, proferret unquam opinareturq̃ alterum esse alterum. Mittamus si placet uerbum hoc alterum, hoc autem est quod uolo, neminē opinari turpe esse pulchrum, aut aliud quicquam eiusdem generis. **T H E.** Mitto equidem ò Socrates, mihiq̃ quod ais admodum placet. **S O C.** Quare fieri nequit, ut qui opinatur ambo, alterum esse alterum opinetur. **T H E.** Patet. **S O C.** At neque is qui alterum opinatur quidem, alterum minime, unquam alterum esse alterum opinabitur. **T H E.** Vera narras: nam cogetur etiā quod non opinatur attingere. **S O C.** Neque igitur qui ambo, neque qui alterum opinatur, aliena opinari potest. Quapropter qui falsam opinionem aliena opinari definit, nihil efficit. Unde neque hoc modo, neque secundum superiora opinionem falsam nobis inesse constat. **T H E.** Non ut uidetur. **S O C.** Veruntamen ò Theætete, si hoc nō esse apparuerit, multa & absurda confiteri cogemur. **T H E.** Quænam? **S O C.** Non prius dicam tibi, quam omnino considerare contendero: puderet enim me nostri in ijs quæ dubitamus, si confiteri quæ dico cogemur: sed si inuenerimus liberiq̃ euaferimus, tum demū de alijs loquemur quibus talia usu ueniunt, utpote ipsi ab huiusmodi errore penitus alieni. sin autem omnino deficiemus, humiles facti, ueluti fluctuantes, & nauseam patientes, orationi nos permittemus, ut uel conculcet nos, uel agat quod uelit. Itaque si quem exitum inueniam questionis huius, iam audi. **T H E.** Dic modo. **S O C.** Haud fatebor recte nos consensisse, quando concessimus, quæ quis nouit, opinari non posse ea quæ non nouit, atque mentiri. Immo fieri quodammodo potest. **T H E.** Nunquid ais quod & ego tūc suspicatus sum, quando id tale esse diximus, quod nonnunquam ego Socratem noscens, eminusq̃ alium ignotum mihi prospiciens, Socratem mihi notum esse putarim? contingit enim in hoc quod dicis. **S O C.** Nonne ab eo iā depulsi sumus, quod efficiebat, ut quæ noscimus cognoscimus minime nosceremus. **T H E.** Prorsus. **S O C.** Ne igitur sic amplius, sed isto modo ponamus, ac forte quispiam nobis assentietur, forte etiam aduersabitur. uerum ad id attendamus in quo necessarium est sermonem illum qui omnia inuentū examinare. **Vide itaq̃**

Quid cogitare

Quid opinari

an aliquid dicam, potest ne qui ante aliquid ignorauit, postea discere? T H E. Potest certe. s o c. Nonne aliud deinceps atq; aliud? T H E. Quid obstat? s o c. Pone exempli causa caream unā in animis nostris effigiem, in hoc maiorem, minorem in illo, in hoc purioris caræ, sordidioris durioris uel in alio, in quibusdam mollioris, in nonnullis etiam temperata. T H E. Pono. s o c. Donū hoc esse dicamus Musarū matris Memoriae, & in hoc quicquid eorum quæ aut uidemus, aut audimus, aut ipsi excogitamus, meminisse cupimus, in sinuantes ipsum sensibus intelligētisq; ueluti anulis signātes exprimimus, quodq; signatum fuerit meminimus nos & scimus quoad figura permanet: at cum aboletur uel inscribi nequit, obliuiscimur atq; nescimus. T H E. Sic esto. s o c. Qui ergo scit quidem illa, cōsiderat autem quicquam eorum quæ uidet uel audit, uide utrum hoc modo falsa opinetur. T H E. Quoniam? s o c. Quæ nouit esse putans, nunc quidem quæ nouit, nunc uero quæ non nouit. Hæc utiq; supra non recte confelli sumus, impossibilia cōfiterentes. T H E. Nunc autem

In notitia sine sensu.

Nosse, quod nouit.

Nosse, quod non nouit.

Non nosse, quod non nouit.

Non nosse, quod nouit.

In sensu solo.

Sentire, quod sentit.

Sentire, quod non sentit.

Non sentire, quod non sentit.

Non sentire, quod sentit.

In utriusq; iunctis.

Nosse sentireq; quod nouit & sentit.

Nosse ac sentire, quod nouit & non sentit.

Nosse ac sentire, quod sentit & non nouit.

Non nosse & non sentire, quod non nouit & non sentit.

Non nosse & non sentire, quod non nouit & sentit.

Non nosse & non sentire, quod non sentit & nouit.

Sunt & alie coniugationes, que quia ex his facile fieri possunt, omisse sunt.

quomodo dicis? s o c. In hunc modum de illis à principio distinguendo dicamus: quod isthuc quod quispiam nouit, eiusq; in animo monumentum seruat, non sentit autem, existimare nequit aliud quiddam esse eorum quod etiam nouit, imaginemq; illius seruat, non sentit autem: contraq; quod nouit, putare, esse quod non nouit, cuius uel nullam seruat imaginem: & quod non nouit, id insuper quod non nouit: & quod non nouit, id quod nouit: aut quod sentit, aliquid aliud eorum quæ sentit: siue quod sentit, aliquid quod minime sentit: aut quod non sentit, eorum aliquid quæ non sentit: siue quod non sentit quicquam ex his quæ sentit. Multoq; minus putare potest quod nouit, sentitq; & seruat illius imaginem secundum sensum, esse aliud quiddam quod etiam nouit & sentit & seruat eodem modo: aut quod nouit & sentit & retinet, recte quod nouit putare: Si uel quod nouit & sentit & similiter retinet, id esse quod sentit: seu quod neque nouit neq; sentit, id esse quod nec nouit etiam neque sentit: Quod due neque nouit neque sentit, id quod minime nouit: Quod due neque nouit neque sentit, id quod minime sentit. Hæc omnia talia sunt, ut nemo in eis falsa ulla ratione opinari ualeat. Restat ergo ut in quibusdam huiusmodi si modo alicubi tale quid accidat. T H E. In quibusnam? Videamus, obsecro, an magis ex ipsis intelligam. Nam in præsentia haud assequor, ut in quibus nouit aliquis, ea putet esse alia quædam quæ & nouit & sentit, uel quæ non nouit sentit tamen, uel quæ nouit sentitq; ea quæ & nouit & sentit. Quare nunc longe magis quam supra deficio. s o c. Age sic iterum audi. Equidem agnoscens Theodorum eiusq; simulacrum memoria tenens Theætetumq; similiter, interdum quidem ipsos uideo, interdum non uideo, & tango quandoque, aliā minime, eodemq; pacto & audio & alijs sensibus

fibis apprehendō: sæpe etiam sensu uos nullo percipio, sed intra me scio nihilominus atque memini. T H E. Prorsus. s o c. Hoc itaq; primū ex his quæ expostiturus sum animaduerte, quod potest quidem aliquis quæ nouit non sentire, potest etiam sentire. T H E. Sic est. s o c. Nonne & quæ non nouit, sæpe etiā neq; sentit, & sæpe solummodo sentit? T H. Esto. s o c. R. Vide an magis in præsentia id iam assequaris. Socrates dum Theodorum Theætetumq; agnoscit, sed neutrum uidet, neq; alio sensu illos percipit, nunquam secum ipse Theætetum esse Theodorum opinatur. Quid ad hæc? T H E. Vera sunt. s o c. Hoc sane primū erat ex his quæ dicebam. T H E. Erat. s o c. Alterum erat hoc, quod dum uerum uobis agnosco, ignoro alterum, & sentio neutrum, nunquam eum quem cognosco, illum esse quem ignoro, existimo. T H E. Probe. s o c. Tertium uero istud: dum neutrum cognosco, neutrumq; sentio, nunquam eum quem ignoro alium quendam quæ rursum ignoro, esse arbitror: atq; ita deinceps omnia supradicta repetita similiter puta: in quibus ego nunquam de te ac Theodoro falsa opinabor, neque cognoscens neque ignorans utrosq; neq; unum quidem noscens ignorans alterum. eademq; de sensibus ratio si modo percipis. T H E. Percipio equidem. s o c. Restat itaq; ut falsa in hoc opinemur, quando te Theodorumq; cognoscens, seruansq; in cætera illa effigie utriusq; figuras longo ex tempore, tanquam anulorū uestrorum signacula, neq; acute cernens utrosq; tento proprium utriusq; signum propriæ uisioni attribuēdo eius accommodare uestigio ut agnitio fiat: sed aberro, & instar eorum qui commutati calceis errant, commuto, & utriusq; uisionem ad alienum simulacrum transfero, & similia quædam patior ipsæ quæ in speculis transuerso resultant, cum aspectus dextera in sinistra commutat. Atq; ita decipior, nasciturq; aliena opinio, & id est quod falsa opinari uocatur. T H E. Omnino o Socrates opinionis passio talis est, qualem mirifice figurasti. s o c. Præterea cum utrosque cognoscens, unum insuper sentio, alterum minime, cognitionem uero alterius non secundū sensum habeo: quod supra ita dixi, nec tu me intellexisti. T H E. Non certe. s o c. Hoc tamen dicebam, quod qui agnoscit alterum atque sentit, & cognitionem secundum sensum ipsius habet, nunquam putabit ipsum esse alium quendam, quæ agnoscit quoque & sentit, cuius uel cognitionem secundum sensum habet. Erat ne hoc? T H E. Immo. s o c. Prætermisum quodammodo fuit quod modo dicitur, cum in superioribus assereremus falsam opinionē contingere, quoties quispiam utraque noscens & uidens, aut alio quodam sensu percipiens, & utrorumq; signacula tenens, non secundum ipsius proprium sensum utrumq; habet, uerum instar imperiti sagittarij à signo procul aberrat, quod quidem mendacium nuncupatum est. T H E. Nec iniuria. s o c. Et quando uni quidem signaculorum adest sensus, alteri minime, quod uero absentis sensus est, præsentis adscribit, omnino hæc cogitatio fallitur: & ut summam dicam, circa illa quæ quis nunquam aut nouit aut sentit, fallit mentiri uel, & falsam opinionem habere non potest, si quid modo ueri nos nunc quidem loquimur. Cæterum in quibus noscimus, & sentimus, in ipsis ipsis opinio uera uel falsa uersatur: quæ cum è conspectu directoq; nixu propria simulacra colligit, figuratq; uera est. Cum uero transuerso atq; obliquo falsa. T H E. Nonne præclare hæc o Socrates dicta sunt? s o c. Cū hæc audieris, idem uehementius asseres. Vera porro opinari pulchrum est, mentiri turpe. T H. Quid nisi? s o c. Hæc utique hinc maxime fieri tradunt. Cum alicuius in animo carea effigies illa profunda & multa, lenisq; & probe subacta est, quæ per sensus influunt in hoc insculpta, quod Homerus animæ cor uocauit, caræ hanc similitudinem subintelligens, utpote pura signacula & funditus insidentia diuturna sunt. Ac primo quidem homines sic instituti, dociles sunt & acuti, deinde etiam memores, postremo sensuum simulacra non commutant, unde uera nimirum opinantur. nam cum sint ea perlucida & ampla in regione, uelociter distribuunt, diuiduntq; in propriam effigiem singula, quæ quidem existantia ueraq; uocantur, uiriq; tales sapientes esse dicuntur. an non idem tibi uidetur? T H. Mirum in modum. s o c. Quando igitur densum alicuius est cor, quod sapientissimus poeta laudauit, uel cum lutulentum nec ex defecata cera, uel molle nimis, uel durum, non recte omnino se habet. Nam mollis nimium caræ celeres quidem ad percipiendum efficit, sed eosdem obliuiosos. Dura uero contra, diu memores, sed ineptos tatosq; ad percipiendum: & qui densam & asperam lapideamq; uel terream uel feculentam habent, obsecura simulacra continent, obscura quoque quæ duram; profunditas quippe non adest.

Quibus non est opinio falsa, & in quibus esse uidetur

Animæ cor
Quimemores
& acuti

Qui in memore
res
Qui ueloces,
& qui tardi
ad percipiendum

Obscura præterea qui molliorem, nam ex confusione facile evanescunt: quod si præter hæc, inuicem quoque congesta sint, ob sedis ipsius angustiam, si quidem exigua sit animi *Qui proni ad opinionem* la, obscuriora quoque illis simulacra fient. Homines ergo huiusmodi omnes, quales de opinionem scripsimus, ad opinionem falsam proni redduntur. Nam cum quid vident, aut audiunt, falsam aut cogitant, quia singula singulis mox reddere nequeunt, tardi sunt, prævaricanturque: *Qui ignari* nam peruerse vident plurima, audiuntque, & aliud sæpe pro alio cogitando decepti concipiunt: atque hi falsi mentientes, ignari uocantur. THE. Rectissime omnium ò Socrates loqueris. s o c. Fatendum igitur falsas hominibus opiniones inesse. THE. Valde. s o c. Et ueras insuper. THE. Et ueras. s o c. Iam utique satis constare putandum duas opiniones esse. THE. Magnopere. s o c. Importunus reuera molestusque admodum ò Theatete uir garrulus esse uidetur. THE. Quorsum hæc dicis? s o c. Ruditatem meam, ac ut uere dicam, garrulitatem meam moleste ferens, nam quod aliud quicquam nomen imponat, ei qui ob ingenij tarditatem sermones sursum deorsum uertit, cum persuaderi nequeat, & tanquam hebes expedire disputationem omnino nullam ualeat, & dubitationes euadere. THE. Tu uero quid moleste fers? s o c. Non tantum ægre patior, uerum & dubitauit quidnam respondeam si quis ita quaesierit, ò Socrates reperisti iam opinionem falsam non inter se sensibus, non cogitationibus, sed in sensus & cogitationis congressibus. At ego fatebor ut puto gloriabundus, quasi egregium quiddam inuenerimus. THE. Mihi quidem uidetur ò Socrates, haudquaquam turpe esse quod nunc ostensum est. s o c. Nunquid igitur inquiet ille hominem quem cogitamus duntaxat, uidemus uero nequam quam, equum esse nunquam opinabimur, quem in præsentia nec uidemus, nec tangimus, uerum solummodo cogitamus, nihilque aliud circa illum sentimus: Hæc equidem, ut arbitror, asserere me fatebor. THE. Et merito. s o c. Tum ille. Undecim quæ quis solum cogitat, secundum hanc rationem, nunquam putabit esse duodecim, quæ etiam solummodo cogitat. Quid ad hæc? THE. Respondebo: quod uidens aliquis aut tangens forsitan undecim, duodecim esse putaret; quæ tamen in cogitatione habet, nunquam forsitan iudicaret. s o c. Quid porro, inquit, censet aliquem apud sese cogitaturum quinque & septem, non homines inquam quinque & septem, nec aliud quicquam eiusmodi, sed ipsa quinque & septem quæ diximus ibi in effigie monumenta esse, & falsa in illis opinari posse neminem? THE. Censeo. s o c. Hæc inquam si qui ita considerent secum ipsi perquirentes quot sunt, nonne illorum aliqui undecim, aliqui duodecim iudicabunt. Num omnes duodecim esse illa dicent, atque putabunt? THE. Non per Iouem, uerum plerique undecim: & si quis maiori de numero quærat, magis fallitur. Arbitror enim te magis de omni numero dicere. s o c. Recte sentis. Animaduerte igitur, num & hoc accidat, hoc est, ut ipsa duodecim quæ in effigie sunt, undecim esse quis putet. THE. Videtur. s o c. Nonne hoc ad superiora reuoluitur? qui enim id patitur quod nouit, aliud quiddam quod similiter nouit, esse censet, quod tanquam impossibile supra respicimus. Et ex hoc ipso confiteri quemlibet cogimus falsam opinionem non esse, ne unus atque idem eadem scire simul atque nescire cogatur. THE. Vera loqueris. s o c. Ex his iam constat, opinionem falsam aliter esse definiendam, quam cogitationis ad sensum permutationem. nam si ita esset, nunquam in ipsis cogitationibus falleremur. Nunc autem uel nulla est opinio falsa: uel si qua est, quæ quis nouit, ut ignoret simul, fieri potest. Vtrum potius eligis? THE. Ambiguam ò Socrates electionem proposuisti. s o c. Ambo quidem admittere, ratio uetare uidetur. Veruntamen audendum omnia. Quid si pudorem deponere audeamus? THE. Quo pacto. s o c. Audi quid ipsum scire sit pronunciare. THE. Cur hoc impudens? s o c. Haud satis aduertisse uideris, quod omnis nobis à principio sermo, inuestigatio scientiæ fuit, tanquam quid ipsa sit ignoraremus. THE. Teneo. s o c. Nonne impudentis animi est, ut scientiam ignorantes, quid scire sit ostendant? Verum ò Theatete tam pridem à puritate disputandi longe uagamur. milies enim diximus hæc, cognoscimus, non cognoscimus, scimus, nescimus, quasi aliquid inuicem intelligamus, cuius interim ignoremus scientiam. Ergo & nunc quoque si placet, uocabulis istis utamur, ignorare scilicet, & intelligere, ut illis uti conuenit, si quidem scientiæ expertes simus. THE. At quo pacto his sublati ò Socrates disputare ualeres? s o c. Nullo, dum qualis sum, maneo: possem tamē quoquo modo, si contentiosus essem. Et nunc si quis talis adesset, abstinere ab his uocabulis profiteretur, & nos ab his quæ ipse narro, uehementer deterreret. Postquam uero simplices & ignauissimi, uis ne proferre audeam, scire ipsum quæ sit? Mihi enim operæ precium esse uidetur. THE. Aude per Iouem. Nam his tibi uenti ueniam dabimus. s o c. Audisti in quid hoc tempore scire dicant esse? THE. Forte, non tamen in præsentia memini. s o c. Scientiam habere, id est uti uocant. THE. Sic est. s o c. Nos autem paulum permutantes, scientiam possidere dicimus. Quares forte, quoniam hoc ab illo differat, nihil forsitan, quod autem uideatur mihi, id postquam audiueris, mecum examinato. THE. Mox do possim. s o c. Haud sane possidere idem quod habere uidetur: ceu si quis empta ueste illam seruans, & uti arbitrato suo potens, non ferat, habere quidem illam minime confiteremur, possidere uero. THE. Et recte quidem. s o c. Vide præterea utrum fieri possit, ut qui scientiam similiter possideat, non habeat: perinde ac si quis syluestres aues siue columbas, siue quasuis alias uenatus, auariorum domi constructio nutriat, quodammodo habere semper illas dicitur, quia possidet. THE. Sane. s o c. Quodammodo uero non habere, sed potestatem quidem esse, cumque in columbario eas incluserit, posse quoties uelit capere, & habere quamlibet ad uotum atque dimittere. THE. Ita est. s o c. Rursus quemadmodum supra in animis nescio quod figmentum careum machinati sumus, ita & nunc in qualibet anima auariorum quoddam omnis generis aurum fabricemus: quarum alia seorsim ab alijs discretis gregibus peruagentur, alia numero pauca, nonnulla sola passim quocumque contigerit uolent. THE. Fiat, quid tum postea? s o c. Hanc caueam in pueris uacuam esse dicamus, loco uero aurum scientias intelligamus: & quisquis scientiam nactus hoc coeruit ambitu, hunc inuenisse didicisseque rem ipsam cuius scientia est, & hoc ipsum esse scire. THE. Esto. s o c. Deinde rursus quamcumque uelit scientiam aucupari, captamque habere, iterumque dimittere: hæc inquam omnia quibus exprimenda nominibus sint, considera. nunquid eisdem quibus antea cum acquisita duntaxat possidebantur, an alijs? Hinc forte clarius me intelliges. Arithmeticam artem uocas? THE. Uoco. s o c. Hanc suppone scientiarum omnis parit & imparit aucupium esse. THE. Suppono. s o c. Hæc arte arithmeticus ipse scientias numerorum quasi mancipia quædam subiectas habet, & alijs tradit. THE. Prorsus. s o c. Eumque qui tradit, docere dicimus: qui uero accipit, discere: & eum qui habet ex eo quod in ipsa cauea possidet, scire. THE. Maxime. s o c. Quæ sequuntur, diligenter animaduerte. Qui perfectus arithmeticus est, nonne omnes scit numeros: omnium quippe numerorum in eius animo scientiæ insunt. THE. Nil obstat. s o c. Nonne hic interdum uel secum ipse interna, uel externa quædam quæ numero constant dinumerat? THE. Quid nisi? s o c. Numerare autem nihil aliud posse ponemus, quam considerare quantum quisque sit numerus. THE. Nil aliud certe. s o c. Quod ergo scit, tanquam nescius considerare uidetur, is quem scire omnem numerum confessi sumus, atque ambiguitates huiusmodi? THE. Equidem. s o c. Cum columbarum possessioni & aucupio comparauerimus, duplex aucupium esse dicemus: unum ante acquisitionem possidendi gratia: alterum postquam acquisiuit posseditque, gratia capiendi manuque tenendi illa ipsa quæ quis dicit possedit. Atque ita quorum iam pridem scientijs discendo præditus est, quæ uel antea nouit ea iterum discere potest, resumens cuiusque scientiam, & in lucem eruens quæ latebant. THE. Vera narras. s o c. Propterea paulo ante querebam, quomodo nominibus est utendum cum de ijs loquimur, ut puta quando arithmeticus numeraturus est, uel lecturus grammaticus. Tunc enim sciens, iterum secum ipse quæ scit, discere tenet. THE. At absurdum est hoc ò Socrates. s o c. An forte dicendum quæ nescit, ea uel numerare, uel legere, cum ipsam literarum omnium uel numerorum intelligentiam tradiderimus? THE. Hoc quoque absurdum. s o c. Vis ergo dicamus nihil curare nos quomodocumque nominibus scientiam discere, quisque utatur: Postquam uero determinauimus, aliud quiddam esse scientiam possidere, aliud habere, quod quis possidet, ne possideat, fieri non posse dicimus. Quapropter nunquam accidet, ut aliquis quod scit, idem & nesciat. Falsam tamē opinionem circa id ipsum accipi posse. Nam accidere potest ut scientiam unius pro alterius scientia capiamus, quando aliquis nostrum unam quandam ex internis scientijs aucupans, pro illa aliam præuolantem deceptis apprehendit. Vel ut cum undecim duodecim esse putat, ipsorum undecim scientiam loco scientiæ ipsorum duodecim, cum utraque intus maneat, capiens quasi pro columba palumbem. THE. Verisimile id quidem. s o c. Cum uero quam affectat apprehendit, tunc exper-

Aliud est scientiam habere, aliud uti possidere

tem esse mendacij, ueracq; nimirum opinari dicendum. Et hoc modo ueram & falsam opinionem existere, nihilq; ex ijs quae nos supra turbabant impedimentum nobis fore. Forte mihi assentieris, an quid agas? T H E. Assentiar. S O C. Iam discrimen illud euasimus, quod nescire alicui quae sciunt, cogebantur. Nam quae possidemus, ne possideamus non accidit: neq; si fallamur, neq; si uere iudicemus. Veruntamen aliud quiddam grauius mihi uidetur. T H E. Quidnam hoc? S O C. Si scientiarum commutatio, falsa fiat opinio. T H E. Qui isthuc Nonne ualde absurdum est, ut qui rei cuiusdam scientiam habet, eam ipsam ignoret, non ignorantia quidem, sed ipsius eiusdem scientiar? Deinde rem hanc aliam quaedam, & contra illam hanc esse existimet? quam praeter rationem hoc est, quod praesente scientia animus cognoscat nihil, ignoret omnia? Enimuero secundum hanc rationem nihil prohibet quin ignorantia praesens, nosse quicquam efficiat, caecitasq; uidere, si scientia ignorare queram effecerit. T H E. Haud recte forsitan o Socrates aues induximus, cum solas in animo scientias poneremus: oportebatq; inscitias quoq; una cum scientijs in animo conuolantes inducere, & aucupantem hominem nonnunquam scientiam, saepe inscitiam circa idem accipientem: cumq; in scientiam incurrit, uera opinantem: cum ignorantiam, falsa. S O C. Difficile est te non laudare Theatete, quod tamē dixisti iterum animaduerte. Esto enim ut ais, Qui in ignorantiam incidet, falsa, ut ais, opinabitur: nonne? T H E. Certe. S O C. Non tamen falsa se opinari putabit. T H E. Non certe. S O C. Sed uera potius, & tanquam sciens afficietur ad illa in quibus errat. T H E. Cur non? S O C. Et idcirco scientiam natum se uerando, non inscitiam arbitrabitur. T H E. Patet. S O C. Iam longo quodam circuitu in primam rursum dubitationem relapsi sumus. quippe contentiosus redargutor ille subridens dicet. Vtrum o boni uiri utranq; noscens aliquis scientiam & inscitiam, qua nouit, aliam quandam quam etiam nouit esse censet? aut neutram noscens, qua non nouit, aliam quam nec nouit? aut unam cognosces quidem, alteram minime, quam nouit eam esse qua non nouit? uel contra quam non nouit, eam esse quam nouit? Vel rursus mihi dicetis scientiarum & inscitiarum scientias esse, quas qui possidet, in alijs quibusdam ridiculis caueis siue caereis figmentis includens, quatenus possidet scit, etiam si in promptu non habeat. Atq; ita cogemini in infinitum circa idē reuolui, nihil proficientes. Quid ad haec o Theatete? T H E. Per Iouem o Socrates quid respondendum sit nescio. S O C. Nonne ratio nos o Theatete admonet, non recte falsam opinionem prius quam scientiam inuestigasse, & in discussam scientiam reliquisse: impossibile autem est ista cognoscere, antequam sufficienter scientia definita sit? T H E. Necessarium o Socrates quod ais in praesentia asserere. S O. Quid ergo, a principio rursus de scientia differemus? Nondū enim dicēdo defessi sumus. T H E. Non certe, si quidem ipse non renuis. S O C. Dic age quo pacto eam definitens, nobis ipsi minime aduerfabimur? T H E. Quemadmodum supra contendimus, nihil enim aliud habeo. S O C. Quomodo supra? T H E. Veram opinionem scientiam esse uolebā, nam uere opinari procul est ab errore: & quae a uera opinione proficiscuntur, decora omnia bonae sunt. S O C. Qui in transeundo flumine praetereunt sequentibus, cum interrogant quam alta sit aqua, ipsa ostendit inquit. Quod si & nos ingressi perquiramus, forte impedimentum ipsum quod quaeritur demonstrabit, manentibus nobis nihil patebit. T H E. Probe loqueris. eamus iam quaesituri. S O C. An non breuis inuestigationis hoc est? Ars etenim uersa argumentatione nobis est scientia id minime esse. T H E. Qua ratione quae ue haec facultas? S O C. Eorum qui praeter ceteris sapientes sunt, quos oratores, & caudicicos uocant. hi si quidem arte sua persuadent, non docent, inducunt enim auditores ut quae ipsi cupiunt opinentur. An tu aliquos adeo in docendo uehementes existimas, ut cum latrocinijs alijsq; in iuris nulli testes interfuerint, tamē commissorum scelerum ueritate ad aqua pauca doceant? T H E. Nullo modo docere illos, sed persuadere puto. S O C. Persuadere autē nonne idem asseris quod & opinionem inducere? T H E. Idem prorsus. S O C. Nonne quando iudices iuste persuadentur in his quae solus ille qui iudicet cognoscit, alius autē nequaquam, tunc ipsa ex auditu iudicantes, ueramq; opinionem natū absq; scientia, recte iudicant ea in quibus persuasi sunt, si modo bene iudicant? T H E. Omnino. S O C. Si tamen idem esset o amice opinio uera iudiciumq; & scientia, nunquā iudex ille summus absq; scientia recte opinaretur. Nunc autē utrunq; diuersum quiddam esse uidetur. T H E. Quod ab aliquo de scientia quondam audiui, oblitus eram, sed iam reminiscor. Inquit autem opinionem ueram cum

ratione

ratione scientiam esse, sine ratione experte scientia: & quae ratione carent, sciri non posse: quae uero rationem habent, sciri. S O C. Quam praclare loqueris. Sed haec ipsa quae sciri possunt, & quae non, dic quomodo distinguebat, ut uideamus utrum tu & ego similiter acciperimus. T H. Inuenturusne sim ignoro, forte uero exponente alio quodā assequer. S O. Audi igitur pro somnio somnium. ego quoq; accepisse a quibusdā mihi uideor prima ipsa uelut elementa ex quib; homines & alia coponuntur, rationē non admittere. Nam unum quodq; illorum secundum seipsum nominare licet, appellare uero aliquid aliud minimum, neq; quod est, neq; quod non est. Iam enim essentia ipsi uel non essentiam adhiberi contineret. Oportet autē nihil apponere, si quis illud ipsum solum dicat. Etenim neq; ipsum, neque illud, neq; unum quodq; neq; solum, neq; istud, neq; cetera talia adhiberi uoluit. Haec enim circumcurrentia omnib; adhiberi, & alia quaedā esse aiunt praeter illud cui sunt adiecta. Oportere autē si quo modo possit ipsum dici, rationemq; propriam admittere seorsum ab alijs omnibus ipsum dici. Nunc autē nullum ex primis oratione posse proferri, nihil enim aliud ipsi q; nomen adesse, solumq; nomen habere. Quae uero ex illis coposita sunt, quemadmodum ipsa copulantur, sic & illorum nomina copulata orationē fieri. Nominum quippe copulationem orationis esse substantiam. Quocirca elementa sine oratione rationē, & incognita esse sensibus tamen percipienda: syllabas autem & cognosci & dici posse, & uera opinione comprehendere. Quando ergo absq; ratione opinionem de aliquo ueram aliquis adipsi fecit, uera quidem de illo etus sentire animum ferunt, nosse uero nequaquam. Nam eum qui accipere & reddere rationem nequit, inscium esse. Cum uero rationem consequitur, haec omnia cognoscere posse, perfectamq; scientiam adipsi. Sic & tu in somnium an aliter audisti? T H. Sic omnino. S O C. Num tibi id placet? & hoc pacto opinionem ueram unā cum ratione scientiam asseris? T H. Et maxime quidem. S O C. Siccine Theatete nos hodie id comprehendimus, quod olim sapientes quamplurimi inuestigantes, anteq; inuenirent consenuerunt? T H. Mihi quidem o Socrates, quod modo dictum est, bene dictum esse uidetur. S O C. Et merito, nam quae scientia absq; oratione relictā opinio ne unquam esse poterit? Vnū tamen ex dictis mihi displicet. T H. Quod istud? S O C. Quod sane magnificentius dici uidebatur elementa ignota esse, syllabarū autē genus notum. T H. Nonne recte? S O C. Aduertendum profecto. Nam uelut uades sermonis exempla ipsa habemus, quibus ille usus, haec omnia dixit. T H. Quanam? S O C. Literarum elementa & syllabas, an putas alio intuentē, haec dicere illum, qui dicit quae ipsi narrauit? T H. Non ad alia certe, sed ad ista duntaxat. S O C. Ea igitur recensentes examinemus, immo uero sic nosmetipsos, nonne literas ita didicimus? Responde ad hoc primum, an non syllabae rationem definitionemue habent, elementa uero minime? T H. Forte. S O C. Mihi quoque omnino uidetur. Si quis ergo ita de prima Socratis syllaba percontetur, o Theatete dic quid est? Quid potissimum respondebis? T H. Quod s, & o. S O. Habes ergo haec syllabae rationem. T H. Equidē. S O. Age dic praeterea ipsius s rationē. T H. At quo pacto quis elementa referre possit? Etenim ipsum s o Socrates mutarū literarum sonus quidam est solum lingua ueluti sibilante: ipsius autē b, neq; uox neq; sonus, neq; plurimorum elementorum. Quocirca recte admodū absq; ratione esse dicuntur, e quib; septem illa notissima uocem habent, rationem uero nequaquam. S O. Hoc itaq; o amice circa scientiam recte asseruimus. T H. Videtur. S O. Quid uero cum diximus ignotum elementū, syllabam esse notam? nunquid recte? T H. Probabile est. S O. Syllabā uero utrum elementa utraq; esse dicimus? uel etiam si plura insint q; duo, omnia esse? An potius ideam unam ex ipsis compositis genitum? T H. Cuncta dicere mihi uidetur. S O. Aspice igitur circa duos, s, & o, si utraq; prima mei nominis syllaba sunt, quisquis ipsam nouit, utraq; noscit. T H. Quid nisi? S O. Ergo, s, & o, cognoscit. T H. Plane. S O. Quid porro, si utrunq; ignoret ambo cognoscet? T H. Et absurdum, & praeter rationē hoc esset. S O. Veruntamen si necessarii est utraque nosse, quandoquidem ambo quae nouerit, sequitur ut necesse sit eum elementa praenoscere, qui syllabā quandoq; sit cogniturus, atq; ita nobis pulcher ille sermo effugiēs elabatur. T H. Et repente nimium. neq; enim bene illum custodimus. Oportebat forte syllabam non elementa ponere, sed unam quandā ex illis specie constitutam, quae ideam unā sui ipsius habeat, & ab elementis differat. S O. Sic prorsus, ac forte hoc modo potius q; illo se habeat. Quāobrem cōsiderādū est diligēter, neq; ita ignaue sermonē tā magnū tāq; preclarū prodū

Orationis substantia

De literarum elementis & syllabis

deceat. **TH.** Non profectio. **S O C.** Esto igitur syllaba, ut modo dicebamus, idea una ex singulis congruentibus elementis, tam in literis quam in cæteris omnibus facta. **TH.** Proximus. **S O C.** Nunquid partes illius esse non oportet? **TH.** Curnam? **S O C.** Quoniam cuiuscunque partes sunt, totum necesse est partes omnes existere. an totum unam quandam speciem ex partibus factam uocas, ab omnibus partibus differentem? **TH.** Equidem. **S O C.** Omne uero & totum idemne, an differens utrunque uocas? **TH.** Quancq; nihil habeo certi, tamen quia prompte respondere iubes, periculum faciens aio differre. **S O C.** Promptitudo, o Theætete recta. Vtrum uero & responsio recta, considerandum. **TH.** Profectio. **S O C.** Nonne secundum hunc sermonem totum & omne differunt? **TH.** Certe. **S O C.** Quid porro? omnia, & omne num aliquo differunt? Veluti cum dicimus, unū, duo, tria, quatuor, quinque, sex, uel bis tria, uel ter duo, aut quatuor ac duo, aut tria duosq; & unum, Vtrum in his omnibus idem, an aliud dicimus? **TH.** Idem penitus. **S O C.** Aliudne q; sex? **TH.** Nihil aliud. **S O C.** Nonne in uno quoque loquedi modo omnia sex inuenimus? **TH.** Ita. **S O C.** Rursum autem non unum aliquid dicimus, dum dicimus omnia? **TH.** Necesse est. **S O C.** Num aliud q; sex? **TH.** Nihil aliud. **S O C.** Ergo in his que numero constant, idem esse omne & omnia dicimus. **TH.** Sic apparet. **S O C.** Sicutiq; de ipsis dicamus; iugeri numerus, & iugerum idem, nonne? **TH.** Idem. **S O C.** Et stadij numerus stadijque similiter? **TH.** Et hoc. **S O C.** Exercitus quoque ipsius numerus & exercitus ipse, cæteraque huiusmodi eodem pacto? Numerus enim omnis existens omne unū quodque illorum est. **TH.** Sane. **S O C.** Singulorum autem numerus, num aliud est q; partes? **TH.** Nequaquam. **S O C.** Quæcunque igitur partes habent, ex partibus constant. **TH.** Apparet. **S O C.** Omnes autem partes totum esse concessum est, si quidem omnis numerus omne est. **TH.** Ita est. **S O C.** Totū itaque non constat ex partibus; omne enim esset, quando quidem omnes esset partes. **TH.** Non uidetur. **S O C.** Pars id quod est, an est alterius q; totius? **TH.** Ipsius utique omnis. **S O C.** Strenue Theætete pugnas, ipsum omne nonne ex eo est omne quod nihil deest? **TH.** Necesse. **S O C.** Totum quoque nonne eadem ratione totum quia nihil abest? Cui uero nihil deest, neque tamen totum est, neque omne, ipsum est ex seipso. **TH.** Videtur mihi nunc totum & omne nihil differre. **S O C.** Nonne diximus cuius partes sunt, totum, & omne partes omnes esse? **TH.** Plane. **S O C.** Rursum quod paulo antea tentauimus, nonne si syllaba elementa non est, necesse est eam non tanquam partes suas elementa habere, aut si eadem est cum illis, æque ac illa cognosci posse? **TH.** Ita certe. **S O C.** Ne hoc accideret aliud ipsam q; illa posuimus. **TH.** Aliud. **S O C.** Quid uero si elementa syllabæ partes non sunt, num alia quædam referre potes, que partes quidem syllabæ, neque tamen illius elementa sint? **TH.** Numquam ego partes uocarem quæ elementa non sunt. Rîdiculum quippe omnis elementis alia querere. **S O C.** Omnino igitur secundum hanc rationem o Theætete una quædam in partibilis idea syllaba esse uidetur. **TH.** Videtur sane. **S O C.** Num recordaris amice, nos in superioribus admisisse, quod primorum ex quibus alia componuntur ratio non esset ex ea quod ipsum secundum seipsum unū quodque simpliciter existeret, neque ipsum esse de illo congrue dici posse, neque hoc, neque ita quasi hæc extranea alienaque sint, & hanc ipsam causam ob stare diximus quo minus describi cognosciq; possit? **TH.** Memini. **S O C.** Estne alia causa præter hanc, quæ uniforme, & impartibile aliquid ipsum faciat? Nā ego nullam aliam uideo. **TH.** Non uidetur. **S O C.** Nonne in idem cum illo syllaba quoque concurrat, quando quidem species est, nec habet partes, sed idea una est? **TH.** Maxime. **S O C.** Si igitur multa elementa syllaba est, & totum quiddam, eiusque partes, ista similiter syllabæ & elementa cognosci describiq; possunt; quippe cum partes omnes idem quod et totum esse constiterit. **TH.** Præcipue. **S O C.** Sin autem unum quiddam, & simplex, æque syllaba atque elementum definitionis cognitionisque est expertus. Eadem enim causa talia hæc efficiet. **TH.** Aliter asserere nequeo. **S O C.** Eius ergo sermonem ne admittamus, qui dixerit syllabam quidem & dici & cognosci posse, elementa uero nequaquam. **TH.** Non certe si huic rationi credimus. **S O C.** Quid si quis contraria dixerit, an non potius illa concederes, ex his quorum tibi ipsi in primis literarum rudimentis conscius extitisti? **TH.** Quanam ista? **S O C.** Quod nihil aliud discere studuisti, quam elementa oculis auribusq; discernere, & singula secundum seipsum notare, ne illorum positio uel cum dicerentur, uel cum scriberentur, te turbaret. **TH.** Vera narra. **S O C.** Citharistæ uero artē didicisse, quid aliud est quam unum quocunque

tonum

tonum cuiuscunque ehorde dignoscere. Hæc enim elementa musica quilibet appellaret. **TH.** Nihil aliud. **S O C.** Cum ergo elementorū, & syllabarū periti fuerimus, uelimusq; ex his ad alia coniecturam facere, asseremus profectio genus elementorum clariore principatio remque intelligentiam continere quam syllabam, ad singulas disciplinas absolute percipiendas. Et si quis notam syllabam, elementum natura ignorum dixerit, ultro illum uel inuitum ludere putabimus. **TH.** Et maxime quidem. **S O C.** Cæterum alia quoque eiusdem rei demonstrationes meo uidere sint; propositi uero ne propter hæc obliuiscamur, quid scilicet de hoc iudicandum sit quod dicitur, rationem si cum opinione uera coequet perfectam scientiam esse. **TH.** Inquirendum omnino. **S O C.** Dic age, quid λόγος nobis hic significet. E tribus enim unum quiddam significare mihi uidetur. **TH.** E quibus. **S O C.** Primum esse arbitror cogitationem suam uoce per uerba nominatimque exprimere, opinionem propriam in uoce perinde ac in speculo & aqua monstrantem. Nonne tale quiddam oratio tibi esse uidetur? **TH.** Mihi uero. **S O C.** Eum qui hoc agit, loqui dicimus. Nonne hoc quisque facere potest, ostendere scilicet oculus aut tardius, quid sibi de singulis uideatur, nisi forte mutus uel surdus natura sit. Atque ita quicunque recte aliquid opinantur, μετὰ λόγῳ opinari uidentur. Ac nunquam recta opinio sine scientia erit. **TH.** Vera hæc sunt. **S O C.** Ne igitur facile condemnemus eum, qui scientiam quod nunc diximus affirmauit, quasi nihil dicat. Forte enim non id uolebat, sed interrogatus quid unum quodque respondere per elementa interroganti posset. **TH.** Quale id inquis o Socrates? **S O C.** Quemadmodum Hesiodus de curru dicit: Centum ligna currus, quæ quidem ego dicere haud possem, neque tu etiam ut opinor, sed satis nobis erit, si interroganti quid est currus, respondere poterimus rotæ, axis, tabulæ, semicirculi, iugum. **TH.** Omnino quidem. **S O C.** Ille autem forte nos existimaret tanquam interrogatos de tuo nomine, respondentesque per syllabam ridendos esse, recte quidem opinantes dicentesque quod dicimus, putantes autem grammaticos esse, & grammaticæ habere ac dicere Theæteti nominis rationem; hoc autem non esse secundum scientiam loqui, antequam per elementa cum opinione uera unum quodque quis determinet, quemadmodum supra dictum est. **TH.** Dictum proculdubio. **S O C.** Sic utique & de curru nos rectam opinionem habere. Eum uero qui centum illa percurrere potest, ipsius currus essentiam accipiens, rationem quoque unā cum uera opinione comprehendisse; loco opinantis, artificiosum & scientiæ compotem circa currus essentiam euasisse, per elementa totum determinantem. **TH.** Nonne bene tibi uidetur o Socrates? **S O C.** Si tibi o amice uidetur ac approbas hunc per elementa circa unum quodque discursum rationem esse, aut eum qui per syllabas aut inanis quiddam sit, esse rationis expertem, uolo mihi dicas, quo diligentius consideremus. **TH.** Approbo, & maxime quidem. **S O C.** Num ita ut existimes quemlibet cuiusuis scientem esse, quando unum idemque nunc unius eiusdemque, nunc alterius esse, ei uideatur? Vel quando unius & eiusdem nunc hoc nunc illud esse opinatur? **TH.** Non per Iouem. **S O C.** Num memoria excidit, in discendis literis quod tibi & alijs acciderunt hæc sæpe? **TH.** Solito sone dicit eiusdem syllabæ nunc hanc nunc illam literam opinari: Eandem uel literam aliam in syllabam propriam, aliam in alienam referre? **S O C.** Hæc inquam. **TH.** Nec oblitus sum, nec eos quis affectu sum, scire arbitror. **S O C.** Quid uero? Si quis eo in tempore Theæteti scribens th, & e, scribendum putet, scribatque, & rursum Theodorum scribere uolens th, & e, scribendum putet & scribat, nunquid scire illum dicemus primam uestri nominis syllabam? **TH.** Paulo ante inter nos conuenit eum quæ sic institutus est, nondum scire. **S O C.** Quid prohibet hoc idem aliquid circa secundam, tertiamque, & quartam syllabam pati? **TH.** Nihil omnino. **S O C.** Nunquid tunc discursum per elementum habens Theæteti recta cum opinione scribet, quando ordine suo scribet? **TH.** Absque dubio. **S O C.** Nonne adhuc incertus, sed recte opinatus, ut diximus? **TH.** Certe. **S O C.** Et rationem habes cum opinione recta: nam discursum per elementum habens, scripsit, quam rationem esse consensimus. **TH.** Verum. **S O C. R.** Est igitur o amice quædam cum ratione opinio recta, quam scientiam appellare nondum deceat. **TH.** Apparet. **S O C.** Somnium quoddam, ut uidetur, nacti sumus, **TH.** Est quædam opinio recta cum ratione, quæ

Genus elementorum clariorum intelligentiam quam syllaba continere

Græcis λόγος rationem, de finitionem, significat, unde fuit Græca hie uoce utens dum

Est quædam opinio recta cum ratione, quæ non est scientia

Tres species
rationis

opinionem rectam cum ratione asseuerabat. s. o. c. Opportune admonuisti. Adhuc enim species una restat: prima quidem erat idolum cogitationis in uoce, secunda uero in totum per elementa processus. T. H. Tertiam autem quid dicis? s. o. c. Quod & plurimi faterentur, posse uidelicet quandam ueluti notam asferre, qua ab alijs omnibus id de quo agitur, differat. T. H. Quam mihi, cuiusue definitionem talem assignare potes? s. o. c. Ut ecce de sole, si uelis, approbabis arbitror, quod luce præcellit omnibus quæ circa terram in cælo uoluntur. T. H. Omnino. s. o. c. Accipe cuius gratia hoc est dictum, est autem quod modo referebamus. Si differentiam cuiusque accipias qua ab alijs est distinctum, definitionem ut quidam tradunt, acceperis: quam diu uero commune aliquod attigeris, illorum definitionem quorum communitas est, habebis. T. H. Intellego, ac recte huiusmodi quiddam rationem uocari existimo. s. o. c. Qui autem cum recta opinione differentiam qua quodque à uococunque se iungitur accipit, id ipsum deinde facit, quod prius opinabatur. T. H. Consentaneum est. s. o. c. Nunc demum ô Theatete cum primū ad hanc quasi quandam adumbrationem propius accesserim, nihil omnino me in his intelligere animaduerto. Quousque uero eminus prospiciebam, dici mihi aliquid uidebatur. T. H. Quamobrem? s. o. c. Dicam si potero. Rectam equidem de te opinionem habens, si tuam præterea definitionem accipio, te cognosco: alioqui dumtaxat opinor. T. H. Ita est. s. o. c.

Quædam de
definitione

Differentiam
am præterea
ter cognosce
re et opinari

Definitio autem differentie tuæ interpretatio erat. T. H. Erat certe. s. o. c. Quando igitur opinabar solum, nihil eorū quibus es distinctus ab alijs cogitatione percipiebam. T. H. Nihil ut uideatur. s. o. c. Communia ergo quædam attendebam, e quibus nihil tu magis quam alius quiuis habes. T. H. Necessario sequitur. s. o. c. Dicage per Iouem, quo pacto tunc potius te quam alium quemlibet opinabar? Pone utique ita me cogitantem, Theætetum esse illum, qui & homo est, & nares, & os, & oculos habet, similiterque reliqua membra. Num cogitatio ista efficit, ut Theætetum potius quam Theodorum animaduertam, uel uilissimorum hominum extremum quempiam? T. H. Quinam? s. o. c. Si uero non solum habentem nares, & oculos cogitem, sed & simum nasum, & prominentem oculos, nihil magis iterum te quam me ipsum, & alios quicumque tales sunt, opinabor. T. H. Aequè sane. s. o. c. At uero non prius Theætetum ut arbitror, opinabor, quam figuram hanc simam, ab alijs quascunque uidi simis figuris, per aliquod monumentum illius proprium impressam mihi distinguam, aliisque similiter, e quibus tu consistis, quæ quidem me cras etiam si in te incidere, admonebit, & recte de te opinari faciet. T. H. Vera loqueris. s. o. c. Ergo circa differentiam propriam, recta de unoquoque uersatur opinio. T. H. Apparet. s. o. c. Quid deinde igitur erit, si unā cum recta opinione definitionem quoque assumamus? Rīdīculum enim præceptum est, si qua ab alijs differat quicumque, opinari iubet. T. H. Quomodo? s. o. c. Quibus de quatenus ab alijs differant, recte opinamur, de iisdem quatenus ab alijs differant recte opinionem assumere iubet. Atque ita oratio tua erit ut scutica aut pistilli, aut cuiusuis circumuolutioni similis, ad hoc autem præceptum nihil profus dicit. Cæci namque præceptum rectius uocetur. Quoniam iubere ut quæ habemus accipiamus, ad ea quæ opinamur, discenda, cæci hominis mandatum esse uideatur. T. H. Dicage quid modo quærebas? s. o. c. Si dum rationem ô puer accipere præcipit, nosse præcipit, non autem differentiam opinari, dulcis sane res esset ratio, & omnium quæ ad scientiam pertinent pulcherrima: nosse enim accipere scientiam est. T. H. Est profecto. s. o. c. Interrogatus itaque quid scientia sit, responderet eam esse opinionem rectam cum scientia differentie. Rationis enim assumptio secundum illum hoc esset. T. H. E. Videtur. s. o. c. Omnino fatuum est, scientiam nobis quærentibus, opinionem rectam cum scientia dicere, siue differentie, siue cuiuscunque alterius scientia sit. Neque sensus igitur ô Theatete, neque opinio uera, neque cum opinione uera assumpta ratio scientia est. T. H. Non, ut uideatur. s. o. c. Nunquid factus in nobis alius circa scientiam ô amice restat? an omnia iam peperimus? T. H. Per Iouem plura quam in me haberem, educente te protuli. s. o. c. Nonne cuncta nobis hæc ars obstetricia, uana, educationeque indigna nata fuisse ostendit? T. H. E. Omni no quidem. s. o. c. Si igitur aliorum deinceps plenum fecundumque te fieri contendes, prægnansque euades, melioribus plenus eris propter presentem discussionem, quod si forte uacuus sterilibusq; manes, minus certe molestus familiaribus eris & moderatior & mitior, nequaquam quæ necis scire te putans. Tantum quidem ars mea, nec aliud præterea quicquam

quicquam potest: nec ea noui quæ alij multi, quicumque magni atque mirandi uiri, & illi, & fuerunt. Hanc uero obstetriciam facultatem ego ac mater mea à deo sortiti sumus, illa quidem circa feminas, ego autem circa adolescentes ingenuos atque honestos. Sed nunc iam eundem mihi est in regis porticum: nam Melitus in iudicium me uocauit. Cras summo mane ô Theodore huc redibimus.

ARGUMENTVM MARSILII FIGINI FLORENTINI
in Platonis Ionem, uel de furore poetico, ad Laurentium
Medicem

P

Lato noster, optime Laurenti, furorem in Phædro, mētis alienationem definit. Alienationis autem duo genera tradit. Vnam ab humanis morbis. Alteram à deo prouenientem. Infaniam illam, hanc diuinum furorem nuncupat. Infania, infra hominis speciem homo deicitur, & ex homine brutum quodammodo redditur. Diuino furore supra hominis naturam erigitur, & in Deum transit. Est autem furor diuinus, illustratio rationalis animæ, per quam Deus animam à superis de lapsam ad infera, ab inferis ad supera retrahit. Lapsus animæ ab ipso uno rerum omnium principio ad corpora, per quatuor gradus efficitur, per mentem, rationem, opinionem, atque naturam. Nam cum in omni rerum ordine sex gradus existant, quorum summum tenet ipsum unum, & infimum corpus, media uero sint quatuor quæ prædiximus, necesse est quicquid à primo ad ultimum labitur, quatuor per media cadere. Ipsum unum rerum omnium terminus, & mensura infinitatis, & multitudinis expers. Mens multitudo quidem, sed stabilis & æterna. Ratio, multitudo mobilis, sed finita. Opinio, multitudo mobilis in finita, sed substantia punctisque unita. Natura similiter: nisi quod per corporis puncta diffunditur. Corpus autem in finita multitudo subiecta motui, & substantia, punctis momentisque diuisa. Hæc omnia respicit anima nostra, per hæc descendit, per hæc & ascendit. Ut enim ab ipso uno quod omnium principium est, producitur, unitatem quandam sortita est, quæ omnem essentiam eius, uires, actionesque unit: à qua, & ad quam, ita cætera quæ in anima sunt, se habent, sicut à centro, & ad centrum circuli lineæ. Vni uero non modo animæ partes inuicem, & ad totam animam, sed animam totam ad ipsum unum, rerum omnium causam. Ut autem à mente diuina dependet, rerum omnium ideas per mentem actu stabili contempletur. Ut seipsam respicit, rationes rerum uniuersales cogitat, & à principijs ad conclusiones ratione discurret. Ut materiam attingit, particulares rerum mobilitum formas opinione concipit, easque percurrit. Ut materiam attingit, natura uelut instrumento utitur, quod unit materiam, mouet, & format: unde generationes, augmenta, eorumque contraria proficiuntur. Cernis igitur quod ab uno quod super æternitatem, in æternam multitudinem labitur, ab æternitate in tempore, à tempore in locum atque materiam. Quare sicut per quatuor descendit gradus, per quatuor ascendat necesse est. Furor autem diuinus est qui ad superna conuertitur, ut in eius definitione constitit. Quatuor ergo species diuini furoris existunt. primus quidem poeticus furor: alter mysterialis: tertius uaticinium: quartus amatorius affectus. Est autem poësis à Musis, mysteriū à Dionysio, uaticiniū ab Apolline, amor à Venere. Redire quippe ad unum animus nequit, nisi ut ipse unum efficiatur. Multa uero effectus, est lapsus in corpus, in operationes uarias distributus, respiciensque ad singula. Ex quo partes eius superiores penè obdormiunt, inferiores alijs dormiunt: illæ torpore, hæc perturbatione efficiuntur: totus uero animus discordia & incōcinnitate repletur. Poëti ergo furore in primis opus est, qui per Musicos tonos quæ torpent suscitet, per harmoniacā suauitatem quæ turbantur, mulcet: per diuersorum denique consonantiā dissonantem pellat discordiā, uariasque partes animi temperet: neque satis hoc est. Multitudo enim adhuc in animo restat. Accedit ergo mysterium quod expiationibus sacrisque, & omni deorum cultu, omnium partium intentionem, in mentē, qua deus colitur, dirigit. Vnde cum singule animi partes ad unam mentem redactæ sint, iam totum quoddam unum ex pluribus factus est animus. Tertio uero adhuc opus est furore, qui mentē ad unitatem ipsam animæ caput reducat. Hoc Apollo per uaticinium efficit. Nam cum anima supra mentē in unitatem surgit, futura præfagit. Demum cum anima unū facta est, unū inquam quod in ipsa essentia animæ inest, restat ut illico in unum quod est super essentiam, conuertatur. Hoc celestis ipsa Venus per amorem, hoc est, diuina pulchritudinis desiderium, bonique ardore explet. Primus itaque furor in concinna, & dissonantia temperat, secundus temperata, unum totū ex partibus efficit, tertius unum totū supra partes, quartus in unum quod super essentiam & totum est, ducit. Primus bonum equū, id est rationem opinionemque à malo equo, id est à phantasia cōfusa & natura, distinguit. Secundus malum equum bono, bonū aurigæ, id est mētē subiecit. Tertius aurigā in caput suum, id est in unitatē mentis apicem dirigit. Postremus caput aurigæ, in caput rerum omnium uertit. ubi aurigæ beatus est, & ad præsepce, id est diuinam pulchritudinē sistens equos, obijcit illis ambrosiam, & super ipsam neclat potandā, id est uisionem pulchritudinis, & ex uisione letitiam. Hæc quatuor furorum opera sunt, de quibus generatim in Phædro Plato disputat, proprie uero de furore postremo, id est, amore

amores, in Symposio: de primo, hoc est furore poetico, in presenti dialogo qui in inscribitur, quem in Phaedro ita definit: poeticus furor est occupatio quaedam à Musis, quæ sortita lenem & insuperabilem animam, exuscitat eam atque exagitat per cantilenas aliamque poesim, ad genus hominum instruendum. Occupatio significat partem animæ & conversionem in Musarum numina. Lenem dicit quasi agilem à Musisque formabilem: nisi enim preparata sit, non occupatur. Insuperabilem, quia postquam rapta est, superat omnia, & à nulla rerum inferiorum inquinari, vel superari potest. Exuscitat est somno corpora ad uigiliam mentis, ex ignorantia tenebris ad lucem, ex morte ad uitam, ex obliuione lethæ ad diuinorum reminiscentiã renouat, exagitat, stimulat, & inflammatur ad ea quæ contemplatur & presagit carminibus exprimenda. Post definitionem addit, eum qui sine furore Musarum poeticas ad fores accedit, inane esse ipsum atque eius poesim, quasi tanti sit poesim, ut absque summo Dei fauore comparari nequeat. Eadem in Ione hoc tradit, & unde sit hic furor, & per quod descendat gradus edocet. Inquit autem in libro quarto de legibus Plato, Deum, fortunam, & artem, humana omnia gubernare. Quo fit ut poesim uel Dei donum sit, uel fortunæ fors, uel artis opus. Quid istorum potissimum uerum sit, Socrates cum Ione rhapsodo perquirat. Rhapsodus autem hoc in libro significat recitatorum interpretemque, & cantorem carminum. Interpretabatur Io Homeri carmina, & coram populo ad lyram canebat, atque ita erat affectus, ut alium poetam nullum præter Homerum exponeret, etiam si eadem quæ Homerus facit, litate referret. Homeri autem omnia celeriter explicabat. Unde sic argumentatus est. Aut casu profert Io quæ scribit Homerus, aut arte, aut afflatu diuino. Non casu, quia non omnia, sed pauca quedam, & absque continuatione ordinemque interpretaretur. Non arte, quia quisquis artem integram habet, quicquid eidem arti subiectum est, iudicat. Eidem uero studio poetico subiecta sunt Hesiodi aliorumque poemata, cui Homeri, præsertim quæ de eisdem tractant, quæ tamen Io non percipit, cum Homerum perfecte exponat. Ergo non arte iudicat. Restat ut inspiratione diuina. Ex quo patet quod interpret poetæ Io, & alij multi qui similiter affecti sunt, diuino inspirati alienam poesim interpretantur. Quod si ad percipiendam poesim iam traditam humanum ingenium non sufficit, multo minus ad inuentionem sufficit. Quare nec Homerus, nec alius quis reuera poeta absque celesti afflatu poesim consecuti sunt. Quod & alijs modis Socrates hic ostendit. Primo sic. Omnes artes & scientias poetæ tradunt, sed omnes didicisse humano studio impossibile est, cum unicam ex parte percipere sit difficillimum. Non igitur arte humana, sed diuina quadam infusione proferunt. Cuius rei argumentum est, quod plerique uates postquam furoris remissus est impetus, quæ scripserunt, non statim intelligunt, cum tamē recte de singulis artibus in furore tractauerint, quod singuli illarum opifices legendo adiudicant. Præterea sepe uidemus rudem hominem, & ineptum subito in poetam bonum euadere, & aliquid magnificum diuinumque cantare. Magna uero in momento assequi, non humani ingenij est, sed diuinitus inspirati. Quia in re perspicue deus ostendit, nutu suo intelligentiã hanc infundit. Vtque ita esse demonstrat, sepe ineptos quosdam potius quæ urbanos, insanos potius quam prudentes rapit, ne si acutis prudentibusque uiris ad hæc uteretur, humana subtilitate & industria fieri hæc existimarentur. Cum ergo non sit à fortuna, nec ab arte poesim, à Deo, & à Musis tribuitur. Cum Deum dicit, Apollinem significat: cum Musas, sphaerarum mundi animas. Iupiter quidem mens dei est, ab hac Apollo, mens animæ mundi, & anima totius mundi, octoque sphaerarum celestium animæ. quæ nouem animæ, nouem Musæ uocantur, quia dum celos harmonice mouent, musicam pariunt melodiam: quæ in nouem distributa sonos, octo scilicet sphaerarum tonos, & unum omnium concentum, nouem Sirenes Deo canentes producit. Quamobrem ab Ioue Apollo, et Musæ ab Apolline, id est, mente animæ mundi, chorus Musarum ducitur, quia mens illa sicut ab Ioue illustratur, sic & animas mundi sphaerarumque illustrat. Gradus autem quibus furor ille descendit, hi sunt. Iupiter rapit Apollinem. Apollo illuminat Musas. Musæ suscitant & exagitant lenes & insuperabiles uatum animas. Vates inspirati interpretes suos inspirant. Interpretes autem auditores mouent. Ab alijs uero Musis animæ rapiuntur, quia & alijs sphaeris sideribusque aliæ attributæ sunt animæ, ut in Timæo traditur. Calliope Musa uox est ex omnibus resurgens sphaerarum uocibus. Urania, cæli stellas, per dignitatem sic dicta. Polymnia Saturni, propter memoriam rerum antiquarum quam Saturnus exhibet, & sicam frigidamque complexione. Terpsichore, Iupiter, salutaris enim choro hominum. Clio Martis, propter gloriam cupiditatem. Melpomene solis, quia totius mundi temperatio est. Erato Veneris, propter amorem. Euterpe Mercurij, propter honestam in grauius rebus delectationem. Thalia lunæ, propter uiriditatem eius humore rebus exhibitam. Apollo item solis est anima, lyra eius solis corpus: nerui quatuor, motus eius quatuor, annuus, mensis, diurnus, obliquus: quatuor uoces, neates, hypates, doriones, gemini: quatuor sunt signorum triplicitates, ex quibus quatuor qualitates temporum producuntur. Orpheum quidem afflauit Calliope, Musæum Urania, Homerum Clio, Polymnia Pindarum, Erato Sapphon, Melpomene Thamyram, Terpsichore Hesiodum, Thalia Mæonem, Nafonem Euterpe. Linum rapuit idem qui & te iam nunc exagitat phœbus optime Laurenti, Phœbus inquam qui aucto tuo Cosmo uaticinium dedit, parenti autem Petro arcum atque medelas, tibi denique lyram & carmina.

Quid rhapsodus

IO PLATONIS LIBER VEL DE FVRORE

POETICO, A MARSILIO FICINO TRANSLATVS E GRÆCÀ
lingua in Latinam, ad Laurentium Medicem uicem

SOCRATES IO



IONEM saluere iubeo. Unde nunc ad nos aduenisti? Nunquid ex Epheso patria uenis? IO. Nullo pacto ô Socrates, sed ex Epidaurio ab Asclepijs. s. o. c. Nunquid & Rhapsodorum, id est eorum qui poetarum carmina recitant, certamen Epidaurij deo instituerunt? IO. Non in his solum, sed in alio quoque genere musica. s. o. c. Quid igitur, non tu nobis istuc decertasti, quomodo, certastine? IO. Prima ô Socrates certaminum premia retulimus. s. o. c. Probe inquis. Age ut in Palladis celebratione uictoriam consequamur. IO. Fient hæc quidem si deus uoluerit. s. o. c. Etenim ô Io, artem uestram semper plurimifeci. quod & arti uestræ cõueniat ut ornatis corpus, & quæ pulcherrimi semper appareatis, tum quod oporteat in plurimis atque bonis poetis, in Homero præcipue poetarum omnium optimo diuinissimoque assidue uersari, neque carmina illius solum, uerum etiam sensa perdiscere. Nunquam enim aliquis in Rhapsodum euaderet, nisi ea quæ à poeta dicta sunt intellexerit. Nam poetæ mentem interpretari Rhapsodum apud auditores oportet: quod quidem fieri nequit, si quis poetæ sententiam ignorat. Hæc uero omnia an non uidentur? IO. Vera dicis ô Socrates: atque ego quidem in hoc plurimum elaboraui. præclarissima sane præ cæteris de Homero me explicaturum profiteor, ut neque Metrodorus Lamproscenus, neque Stefimbrotus Thasius, neque Glaucon, neque aliquis unquam ueterum tot tamque præclara Homeri sensa quot ego, exponere queat. s. o. c. Recte ô Io. Constat enim quod nulla inuidia prohibebit quin hæc mihi aperiatur. IO. Et auditu sane dignum est quod uehementer Homerum exornarim. Unde æquum esse censeo ut ab illis qui Homeri studiosi sunt, corona aurea coroner. s. o. c. Quis profecto te audiendi quandoque nanciscar, nunc autem ad hoc unum mihi responde, utrum circa Homerum solum, an etiam circa Hesiodum, & Archilochum id possis. IO. Circa Homerum solum. satis enim mihi esse uidetur. s. o. c. Sunt ne aliqua de quibus Homerus & Hesiodus eadem referant? IO. Ac multa quidem esse arbitror. s. o. c. Vtrum melius ea quæ dicit Homerus, an quæ Hesiodus explicares? IO. Aequè de utrisque ô Socrates in illis referunt in quibus eadem referunt. s. o. c. Quid autem in his de quibus non eadem dicunt, ut puta de uaticinio Homerus atque Hesiodus uerba faciunt. IO. Et maxime quidem. s. o. c. Et in quo poetæ isti consentiunt, aut discrepant, quando de uaticinio loquuntur, utrum ipse melius quam peritus uates aliquis explicares? IO. Vates melius. s. o. c. Si autem uates esses, non illa tantum in quibus conueniunt, uerum etiam in quibus dissentiunt, exponere posses? IO. Patet. s. o. c. Quid porro: num circa Homerum uehemens facundusque es? circa uero Hesiodum aliosque poetas minime? An Homerus de alijs rebus agit, quæ & alij poetæ tractant? Nonne multa quæ ad bellum, & quæ ad cõsuetudines bonorum in uicem, malorumque priuatorum atque opificum attinent, enarrauit? Et de ijs quemadmodum secum inuicem, & cum hominibus uersantur, deque afflictionibus celestibus: item & de his quæ apud inferos sunt, tum deorum & heroum generationes cecinit? Nonne circa hæc omnis Homeri poesim uersatur? IO. Vera ô Socrates loqueris. s. o. Nonne eadē ceteri poetæ decantant? IO. Eadem certe, sed non ita ceteri ut Homerus. s. o. An forte lepidius? IO. Multo deterius. s. o. Melius ergo Homerus? IO. Melius certe. s. o. O Io lepidum caput, cum multi de numero uerba faciunt, & eorum aliquis recte dicit, nonne potest quispiam ea in re bene dicentē nosse? IO. Potest. s. o. Nunquid ille ipse qui male dicentem noscit, an alius? IO. Ipse idem. s. o. An non hic est qui arithmetica arte est præditus? IO. Profecto. s. o. Cum multi de cibis, quales salubres sint loquuntur, & aliquis recte ea de re loquitur, utrum alius quidam bene dicentē quod recte, alius male dicentem quod male dicat, animaduertet: an unus, & idem? IO. Idem proculdubio. s. o. c. Quis hic? quod illi nomen? IO. Medicus. s. o. c. Nonne summatum dicimus, cum plures eadem de re loquuntur, quod unus atque idem tam illum qui male, quæ illum qui bene loquitur ignoscet: & nisi eum qui in eadem re aberrat cognouerit, nunquam eum qui recte sentit ignoscet? IO. Profecto. s. o. c. An non ipse idem in utrisque peritus est? IO. Prorsus. s. o. c. Homerum

Quæ sint explicata in omni Homeri poesi

atq; alios poetas, e quorum numero est Hesiodus, & Archilochus, eadem referre afferis: non tamen eodem modo, sed melius Homerum? 10. Et uera loquor. s o c. Si illum qui bene dicit cognoscis, eos qui male dicunt, quod errent intelligis. 10. Conuenit. s o c. Si ergo dicantus o uir optime, Ionem circa Homerum aliosq; poetas similiter peritū esse atque uehementem, nequaquam errabimus: quandoquidem ipse iudicē eundem idoneum esse circa illos qui eadem in re uersantur, cōfiteatur, poetas uero penē omnes eadem effingere. 10. Quamobrem igitur o Socrates cum de alio poeta quispiam differit, neq; mentem ad lubeo, neq; quicquam existimatione dignum dicere possum, sed o scito protinus atq; torpeo: postquam uero Homeri quis mentionem fecerit, cōfestim excitor atq; mentem adhibeo, succeditq; quicquid instituo. s o c. Nequaquam arduum est o amice huius causam contestare. Constat enim quod neq; arte neq; scientia de Homero scite loqueris. Nam si arte, de alijs omnibus poetis similiter loqui ualeres. poesis enim totum est. nonne? 10. Est certe. s o c. Nonne postq; aliquis aliam quamuis artem integram cōparauit, eque de omnibus quae sub arte sunt, iudicat? Eadem quippe de omnibus artibus considerandi ratio est. Vis tibi referam qua ratione id dicam? 10. Opto per Iouem o Socrates. Nam quotiens uos sapientes illos audiuī, miro quodam gaudio statim afficio. s o c. Velim o Io, uera diceres. Verum sapientes uos rhapsodi & mimi estis, & illi quorum uos poemata decantatis, ego autem nihil praeter ueritatem loquor, quemadmodum decet pinguis mineruā hominem. Nam id de quo paulo ante percontabar, intueri quam leue sit, & facile cognitu: a deo ut quiuis quod narrabam, percipere possit, eandem per cetera esse considerationem, si quis artem sibi integram compararit. Exempli causa, nunquid pingēdi ars totum quiddam est? 10. Est. s o c. Nonne pictores multi, partim boni, partim mali, & sunt & fuerunt? 10. Certe. s o c. Vidisti ne aliquem qui & ea, quae recte, & quae non recte Polygnotus Aglaophontis filius pinxit, sufficienter ostendere potuit: quae uero pictores alij, non potuit? Et si quis aliorum pictorum opus ostenderit, obdormiat, neque facultas illi ad dicendum aliquid conijciendumq; suppetat: cum uero de Polygnoto, uel de uno quouis pictore sit iudicandum, expergiscatur, & mentem adhibeat, & facultatē dicendi habeat? 10. Non per Iouem. Quid in fabris statuarijs? uidisti quenquam qui ea quae Daidalos Metionius, aut Epūs Panopei filius, aut Theodorus Samius, uel alius quispiam statuuarum faber, bene est machinatus exponere ualeat, in aliorū uero sculptorum operibus torpeat atq; obmutescat? 10. Per Iouem nunq; uirum talem reperi. s o c. Atqui nec in tibiarum flatu ut arbitror, nec in pulsi citharā, nec in illo ad citharam cantu, neq; in rhapsodia uirum intuitus es, qui Olympi opera, uel Thamyra, uel Orpheū, aut Ithacensis Phemij rhapsodi exprimere possit, in operibus uero Ionis Ephesij deficiat, neque percipere conferreque possit, quae bene, & quae contra modulatur. 10. Quid in hoc tibi contradicam non habeo, sed tamen mihi ipsi conscius sum, me praeter ceteris hominibus pulcherrima de Homero referre, neq; deesse mihi dicendi copiam: alios uero omnes hac in re me laudare, in ceteris uero nequaquam. Tu uero quidnam hoc sit uide? s o c. Video o Io, & quod mihi id esse uidetur, tibi aperire incipiā. Ut bene de Homero loquaris ars tibi non praestat, ut modo dicebam, sed diuina uis est quae te mouet, sicut in lapide quā Magnetem Euripides nominauit, nonnulli Heraclium uocant. Qui lapis non solum ferreos annulos trahit, sed uim etiam annulis ipsis infundit, qua hoc idem efficere possint, ac perinde ut lapis, alios annulos trahere. Vnde longa plerunq; cōcatenatio ferri, & annulorum inuicem pendet, & omnibus his ex illo lapide uis attrahitur. Ita ipsa Musa poetas diuino instinctu concitat, poetae concitati alios furore corripiunt. Quare ex his omnibus series ipsa contexti

videtur hoc agere, ut ostēnia ista praecleara poemata canunt: & ut Corybantes non sana mente saltant, ita neq; canat nec ipsi silentiarum modulatores egregij sana mente hos cantus effingunt: sed ubi in harmoniam, Homerum ex & rhythmum insurgunt, & rapti bacchantur, quemadmodum bacchantes foeminae, in arte scripsisse, te non sana, mel & lac ex fluminibus hauriunt, sana autem mente haurire nequeunt, idq; sed diuina quae tum efficit illorum animus qui cantus effingunt, quod ipsi narrant. Auit enim nobis poe da ingenij uita, quod e fontibus quibus mel scaturit, haurientes, & a Musarum uiridarijs collibusq; decerpentes carmina ad nos afferat, quemadmodū mel ex floribus apes, & instar apum uolare se dicunt. Qua in re uera loquuntur. Res enim leuis, uolatilis, atq; sacra poeta est,

neq;

neq; canere prius potest q; deo plenus, & extra se positus, & a mente alienatus sit. Nam quandiu mente quis ualet, neq; fingere carmina, neq; dare traicula quisq; potest. Non ar te igitur aliqua haec praecleara canunt, quae tu de Homero refers, sed forte diuina id quisque recte efficere potest, ad quod Musa quempiam incitauit. Hic Dithyrambos, ille laudes allicuius, hic Hyporchemata choreasq; alius carmina, alius item iambos canit. Ad cetera uero illorum quisq; rudis, & ineptus est. Non enim arte sed diuina uis haec dicitur. Nam si de uno quoquam horum per artem recte loqui scirent, de ceteris quoq; omnibus idem possent. Ob hanc uero causam deus illis mentē furrapiens, ipsis tanq; ministris utitur, oraculorūq; nuncijs, & diuinis uatibus, ut nos qui audimus, percipiamus non eos esse qui tam digna referunt, cum suae mentis eūpotes minime sint, sed haec deum loqui, & per hos nobis haec inclamare. Huic aut rei euidentissimo argumēto esse potest Tynnichus Chalcidensis, qui antea poema nullum memoria dignū composuerat: hymnum autē in Apollinem quem omnes cantant, omnium ferme cantilena rā pulcherrimū, Musarum inspiratione inuenisse se dicit. In hoc maxime deus ostēdisse uidetur nobis dubitandū non esse, quin praecleara haec poemata, diuina deorūq; potius q; humana hominumq; sint opera. Poetae aut nihil aliud sint, q; deorum interpretes, dum sunt furore correpti, a quocunq; rāndē numine quis corripitur. Quod quidē deus ostendere uolens, de industria per ineptissimū poetam, pulcherrimā cecinit melodiam. An non uera tibi referre uideor? 10. Mihi certe. Atq; animum meum his sermonibus, Socrates demulces, & afficis. Ac diuina quadā sorte a dijs poetae insignes haec nobis interpretari uidentur. s o. Nonne uos Rhapsodi poetarū scripta interpretamini? 10. Vera narras. s o. An non interpretū interpretes estis? 10. Sumus. s o. Animaduerte quid uelim, et hoc mihi respōde o Io: neq; id de quo te interrogabo, mihi occultaueris. Cū apte carmina refers, & stupore perculos reddis spectantes, siue dum Vlysem super pauimentū suo limine saltantē cantas, & prociis palam se ostendētē, atq; sagittas antepedes effundentē, siue Achillem impetum in Heclora facientē, seu dum misera bile quiddam, & querulum circa Andromachen, uel Hecubā, uel Priamū profers, utrum tunc mentis es cōpos? An a mente alienatus? & rebus gestis quas refers afflatus animus interesse illis se cogitat, siue in Ithaca, siue apud Troiam sint gesta, seu quocunq; alio te carmina rapiant? 10. Perspicuā mihi coniecturam o Socrates attulisti, neq; id occultaturus tibi recensebo. Quoties enim miserabile quicq; dico, lachrymis implentur oculi. Cum aliquid terribile, aut uehementē, arrecte propter terrorem comae eriguntur, cor salit. s o c. Nunquid mentis cōpotem eum uirum tunc esse asserimus, qui in sacrificijs, & celebratio nibus pulchra ueste aureisq; coronis ornatus ploret, cum nihil horū amiserit? aut nimis trepidet is, qui inter uiginti milia hominum sibi amicorum sit constitutus, nemine uel exuente, uel iniuria afficiente. 10. Non per Iouem o Socrates, si uera fateri uelimus. s o. Nonne spectantū multitudinē isdem his rebus afficitis? 10. Sanē plurimum: atq; aspicio semper superne ab ipso suggesto, & flentes, & toruum tuentes, atq; his quae narrantur, stupefactos. Et oportet me ualde mentē is adhibere. Nam si lachrymas excutiam, ipse aut gentum suscipiens, ridebo. sin autem risum illis moueam, ipse arguente amittens flebo. s o c. Vides ne spectatorē esse annulorum extremum, illorum inquā quos sub magnete lapide uim inuicē suscipere referebam? Medius aut es tu recitator, & mimus: primus autem est ipse poeta: deus uero per omnes istos hominum animum quocunq; uult, trahit, dum inuicem uim suspendit, & traicit: ex quo uelut ex illo lapide series longa dependet, quae a latere gradatim nec situr hi qui in choro saltant, et praecptores atq; discipuli, huius ue catenae a Musa annuli suspenduntur, poetarum autem hic ex alia, ille rursus ex alia musa suspenditur. Vocamus autem id nos mente capi, quod quidem illi proximū est. Nam ab his utiq; primis annulis qui poetae sunt: alij rursus ab alijs corripiuntur, diuiniq; sunt, nonnulli ab Orpheo, a Musaeo alij: nec pauci ab Homero occupantur, atq; tenentur, quorum o Io unus es, qui ab Homero furore correptus es. Et si quis scripta alterius poetae ceperit, obdormiscis, atq; tibi dicendi deest facultas. si quis uero huius poetae decatauerit melodiam, cōfestim excitaris, animus salit, & dicēdi facultas sufficit. non em̄ arte neq; scientia, sed de diuina quadam sorte, & mentis occupatione, ea quae de Homero dicis, recensens. Et quemadmodum Corybantes illam duntaxat melodiam acute sentiūt, quae illius dei est a quo rapiuntur, ad eumq; concentum decentibus uerbis & figuris abundant, alios uero

Poetae deorum interpretes

contenunt: ita & tu o Io, si quis Homeri mentionē fecerit, es in dicendo facundus, in alijs uero tibi copia deest. Eius itaq; quod quærebas quāobrem circa Homerum copiosus es, circa alios deficiis, hæc est causa, quoniā non arte, sed diuina sorte uehemens es Homeri laudator. 10. Recte dicis o Socrates: admirarer tamē si tam acute differeres ut mihi prorsus persuaderes me cum lymphatus atq; furens sum Homerum laudibus celebrare, neq; enim furens ut arbitrator tibi uiderer, si me de Homero uerba facientē audires. s o c. At qui audire uolo, neq; tamen prius, q̄ mihi responderis ex ijs quib. de Homerus dicit, quæ potissimum bene dicat, non em de omnibus. 10. Optime nosti o Socrates, quod de omnibus s o. Nō tamen ea bene tractas, quæ tu quidē ignoras, Homerus autē scribit. 10. Quenam ista sunt, quæ Homerus quidē narrat, ego autē nescior? s o c. Nonne sæpenumero multa de artibus explicat? Veluti de aurigaria disciplina, si meminero illius carmina tibi recitabo. 10. Atego referam, memini enim. s o c. Dic mihi quæ mandat Nestor Antilocho filio, cum illum monet ut in equestri cursu gratia Patrocli instituto caute fleat equos. 10.

Declina ad læuam paulum, dextrumq; iugalem
Urge plagis minitans, manibus quoq; lora remitte.
Cumq; metam attigeris, fleat uir læuus in arcum,
Donec ad extremum circi peruenit axis
Vt imus, ac medium uita, nec tangito saxum.

s o. Sufficiūt hæc o Io. Recte ne an cōtra in his carminibus Homerus loquatur, utrū melius medicus, an auriga perciperet? 10. Auriga proculdubio. s o. Vtrū arte hoc iudicium fiat, an alio quopiam? 10. Non alio certe q̄ arte. s o. Nōne cuiq; arti facultas a deo tribuitur, certi cuiusdā operis iudicandū? neq; em ea quæ gubernatoria arte cognoscimus, medicina quoq; percipiemus. 10. Nō certe. s o. Neq; etiā quæ medicina peripicimus, architectura animaduertemus. 10. Nō sanē. s o. An non similiter in omnibus artibus quæ una quadam arte cōprehendimus, alia minime cōprehendemus? Sed hoc prius mihi responde. Aliam & aliā artem esse asseris? 10. Affero. s o. Nunquid eadē tu quæ ego cōsecratur artes discernis? Nā ipse quidem cū hæc aliarum, illa aliarū rerū scientia est, hanc aliā, illam aliam artē uoco. Tu uero? 10. Et ego. s o. Si em eiisdem de rebus scientia esset, cur hanc aliam, & illam aliā uocaremus? quandoquidē eadem ab utriq; cognoscere. Quæ admodum à me percipitur quinq; esse hos digitos, & tu sicuti ego hoc idē animaduertis. Vnde sitte rogare utrum eadē arte arithmetica an aliā hæc eadē cognoscamus, respōderes utiq; quod eadē. 10. Certe. s o. Dic quod paulo ante interrogatus fuerā, utrū secundū omnes artes uideatur tibi dicendū, quod eadē arte, eadē cognosci necessariū sit, alia uero arte nō eadē, sed alia quædā, quandoquidē ars alia ipsa est. 10. Ita mihi uidetur o Socrates. s o. Si quis artē aliquam assequutus nō fuerit dicta uel facta huius artis bene discernere nequaquæ poterit. 10. Vera narras. s o. Ea carmina quæ tu retulisti, siue bene siue male ab Homero canantur, utrū tu melius, an auriga perciperet? 10. Auriga. s o. Recitator em es non auriga. 10. Nempe. s o. Recitatoria uero facultas ab aurigaria alia est. 10. Videlicet. s o c. Quod si alia ars est, aliarū quoq; rerū scientia est. 10. Aliarū profecto. s o. Quid uero cū Homerus illud affert, quod Hecamede Nestoris pellex faucio Machaoni medefæ potio nem porrigit, cui uinū Pramniū infundit, insuper atterit caseū caprinū, eneo quodā instrumento, farinā quoq; caseo miscet, & ad hæc cepe obsonij loco apponit? Recte ne an contra hæc ab Homero dicatur, utrū medicinæ artis an recitatoriæ iudicij est? 10. Medicinæ. s o. Quid cū Homerus dicit,

In mare se misit retis Thaumantias instar,
Quod trahit ad fundum plumbi subtexata grauado
Muniti cornu sortem dans piscibus atram.

hæc quid sibi uelint, & utrū recte an contra dicantur, nonne ars piscatorum melius q̄ recitatorum animaduertet? 10. Constat quod ars piscatorū id iudicat. s o. Si præterea me ita rogares, post q̄ o Socrates in Homeri carminibus inuenisti quæ cuiq; istarū quæ dicte sunt artium iudicanda sunt, age iam mihi reperias quenam à uate uaticinioq; iudicari conueniat, recte ne an cōtra ab Homero sint dicta: aduerte q̄ facile ac uere tibi respondeam. Sæpenumero in Odyssæa scribit, præsertim ea quæ Melampodorū uates Theoclymenus aduersus procos fatur.

O miser! quid nunc heu uobis imminet atri,
Dum mollem noctu capitis per membra soporem.

Cuncta

Cuncta fremunt luctū, resonat plangoribus æther.
Scissaq; triste madent lachrimis manantibus ora.
Vestibulum plenum est simulachris, omnis & aula.
Sub tenebris erebus riget, extinctoq; per orbem
Lumine uelatur tristi caligine cœlum.

Sæpe numero etiā in Iliade, ut in murorū expugnatione, quæ ad uatē pertinent tangit. Ibi enim sic inquit.

Cerrabant Danaï Troiæ perumpere muros,
Alti uolans Iouis pendebat desuper ales
Vnguibus incuruis rubrum complexa draconem,
Pellebatq; acies in læuam, tum ferus ille
Respirans, & adhuc transfixo pectore lucians,
Ore petens aquilam perstrinxit uulnere guttur.
Illa dolens anguem dimisit in agmina lapsum,
Sauciaq; in uentos pennis sublata refugit.

Hæc equidē dicam, & alia huiusmodi à uate cōsideranda iudicandaq; esse. 10. Et uera quidem o Socrates. s o. Et tu o Io uera narras. Age quæ admodum ego tibi ex Odyssæa, & Iliade excerpti quæ ad uatē, quæ ad medicū, quæ ad piscatorē pertinere uidentur, sic & tu qui maiorem in Homeri scriptis peritiam habes, eligas, & adducas in medium, quæ sunt recitatoris propria, quæ præter alios homines ipsi cōsiderare iudicareq; cōuenit. 10. Omnia o Socrates assero. s o. Non omnia tu supra dicebas o Io. Num ita obliuiosus es? Atqui non decet recitatorē hominē obliuiosū esse. 10. Quidnam? s o. Non memoria tenes artē recitandi aliam ab aurigaria te dixisse? 10. Teneo. s o. Nonne cum alia sit, alia cognituram es confessus? 10. Profecto. s o. Nō igitur omnia percipiet secundum sermōnem tuū ars recitandi, neq; ipse etiā recitator. 10. Imò omnia præter talia quedā. s o. Cum præter talia quedā dicis, præter ea quæ aliarū artium sunt sermō significas. Sed quanam cognoscet, post q̄ non omnia noscit? 10. Quæ decens est ut uir loquatur, quæ mulier, seruus, liber, subiectus, princeps, hæc omnia noscet. s o. Quod decens est ut princeps in mari, nauicula tempestate oppressa afferat, recitator ne magis q̄ gubernator cognoscet? 10. Non, sed gubernator melius hoc percipiet. s o. Sed ea quæ decens est ut princeps in morbo loquatur, recitator melius q̄ medicus intelliget? 10. Neq; hæc. s o. Sed ea quæ seruo eueniunt, dicis. 10. Certe. s o. Scilicet quæ decens est ut dicat seruus bubulcus, dum de furentibus & efferatis bobus cōfabulatur, recitator ipse, nō bubulcus agnoscat? 10. Nequaquæ. s o. Nunquid ea quæ decens est ut mulier de lanificio textori referat? 10. Non. s o. Ea quæ decens est ut uir dux exercitus dicat dum milites hortatur, cognoscet? 10. Talia profecto sunt quæ recitator agnoscat. s o. Nunquid ars recitatoria eadem est quæ & imperatoris exercitus? 10. Intelligerem equidem si opus esset, quæ imperatorē loqui decet. s o. Forte & imperator es Ion? Nam si equestri, & citharœdica simul disciplina polleas, illos qui bene, & qui male equitant, cognosceres. Et si te interrogarem o Io utrum arte equestri, an arte citharœdica illos qui bene equitant, cognoscis, quid mihi responderes? 10. Arte equestri. s o. Quod si eos qui eos qui bene pullant citharā, cognosceres, confitereris illos nō equestri sed citharœdica disciplina cognoscere? 10. Proculdubio. s o. Cum uero quæ ad Imperatorē spectant intelligas, utrum, imperatoria, an recitatoria ista calles? 10. Nihil mihi referre uidetur. s o. Quomodo nihil referre dicis? Imperatoria, & recitatoria artem unā mne an duas ponis? 10. Vna mihi uidetur. s o. Quicunq; igitur bonus est recitator, etiā bonus imperator erit? 10. Et maxime quidē o Socrates. s o. Num & qui exercitus imperator est optimus, idem recitator est bonus? 10. Nequaquæ. s o. Illud tamē admitte, quod quisquis recitator bonus est, bonus est imperator. 10. Valde. s o. Nonne Græcorum optimus est recitator? 10. Planē o Socrates. s o. Nunquid Græcorum optimus es Imperator? 10. Certe o Socrates. Hæc enim in Homeri scriptis didici. s o. Cur igitur per deos cum sis optimus Græcorū omnium dux exercitus, optimusq; recitator, passim carmina modularis, militaris autē nusq; nunquid tibi uidetur recitator aurea corona decoratus plurimum usui esse Græcis, imperator autem nullo pacto? 10. Nostra o Socrates ciuitas uestre subest, à uobisq; gubernatur, & idcirco imperatorē non indiget. Vefra autem & Lacedæmoniorum respub. me nunq; in exercitus ducem eligeret. Idoneos enim duces

uos esse putatis. s o. Optime Io, Apollodorum Cyzicenum non cognoscis? O. Quem Apollodorum? s o. Illum scilicet, quem sepe Athenienses quamuis hospes esset, impetorem delegerunt, & Phanosthenem Andrium, & Heraclidem Clazomenium. Quos haec ciuitas licet peregrinos, quia uiri praestantes habentur, praetura, & alijs magistratibus ornat. Ionem uero Ephesium imperatorem non decerneret, neque honore afficiet, si uirtute praestare uisus fuerit. Quid uero, nonne uos Ephesij prisca origine Athenienses estis, Ephesusque nulla ciuitate est inferior? Sed tu o Io, si quidem uera praedicas, & scientia arteque potes Homerum laudare, iniuria me afficis: quippe qui professus multa et pulchra Homeri scire, teque ostensurum mihi pollicitus, me nunc decipis, ac permultum abest ut ostendas. siquidem nec quae sint ista quorum peritus es, nec qua sis facultate instructus, aperire uis, me diu iam obsecrante: ceterum tanquam Proteus uariis uarie mutaris sursum deorsum in omnia te uertens, a deo uero postremo me subterfugies imperator euaseris, ne mihi ostendas quo pacto tibi circa Homeri sapientiam facundiam copetatur. Si enim arte tibi hoc inest, quemadmodum nunc dixi, pollicitusque exponere, decipis, certe iniurius es. Sin autem careres arte, & sorte quadam diuina ab Homero raptus, cum nihil intelligas, multa & pulchra circa poetam haec dicis, ut ego de te iudicabam, non facis iniuriam. Elige utrum uisus, iniustus homo, an diuinus potius appellari. I o. Longe differt o Socrates, et multo pulchrius est iudicari diuinum. s o. Hoc itaque quod pulchrius est, tibi a nobis tribuitur o Io, te scilicet diuinum potius quam artificiosum Homeri laudatorem esse.

PRAEFATIO IN PLATONIS SOPHISTAM
SECUNDVM PROCLVM A MARSILIO FICINO TRANSLATA.



SOPHISTAM Plato uocat non hominem quendam solum, sed etiam amorem, Platonem, Iouem, & artem sophisticam praeclarissimam dicit. Ex quibus intelligimus quod nobilissimum subiectum quam appareat hic dialogus respicit. Est enim intentio secundum magnum Iamblichum de sublimari opifice tractare. Nam est idolorum fictor, purificator animarum, a contrarijs rationibus semper separans, transmutator, & iuuenum diuitem mercenarius uenator. Dum animas suscipit plenas rationibus a superioribus uenientes, mercedem ab illis accipit, ipsam animalium fabricam, quae sit secundum mortaliu rationem. Hic ei quod non est incumbit, quia quae sunt in materia gignit. Et quod reuera falsum est, diligit, id est materiam. Simul autem in id quod uerum reuera est, respicit. Est & multiceps, quoniam sibi essentias uitasque multas uendicauit, per quas uarietatem generationis ipse disponit. Idem quoque magus est generatione, dum animas naturalibus rationibus mulcet, & allicit, adeo ut aegre a generatione amouantur. Quinetiam

Proprietates
sublimaris
opificis

Amor magus
& natura maga

Amor magus, & natura maga a nonnullis dicitur, propter reciprocos attractus atque illecebras quae secundum naturam procedunt. Nunc igitur omnifariam Sophistam declarare uult. Etenim philosophus Sophista est, quippe cum coelestem opificem, & generationis opificem imitatur. Et distinctiua facultas progressum rerum ab uno imitatur, & generationis opifex coelestem opificem. quare Sophista est. Atqui & ipse homo Sophista, quia magna imitatur Sophista dicitur. Et idcirco Sophistam multiplicem appellauit. Eleates hospes representat patrem opificum, supercoelestem & absolutum. Auditores autem opificis intelligentias. Ille quidem Iouis, hic naturae angelicae tanquam interpretator ac geometricus. Et quoniam opificum ab imperfecto incipiens in perfectum desinit, hospes ille primum cum Theodoro, deinde per conuersionem cum proprio Socrate uersatur. Haec tenet Procli. Deinceps Marsilij.

Argumentum
Marsilij
Apud Pythagoram
& Platonem
Sophos
est solus deus
Quis philosophus

POST Theaetum de scientia, legendus est Sophista de ipso ente, quod scientiae est obiectum. Dum uero hic de ente disseritur circa quod uersatur philosophus, tractatur interim de non ente, ad quod Sophista declinat. Apud Pythagoram & Platonem Sophus, id est sapiens solus est Deus. Philosophus autem uerus imitator dei. Sophista ambitiosus & fallax philosophi emulor. Sex Plato Sophistae definitio nes adducit. Quoniam uero definitio haberi absque diuisione non potest, per quam ab ipsa re definienda quae ipsius non sunt separantur, genusque ipsius per differentias diuidatur, ex quibus tandem simul & genere componantur species atque definiantur, idcirco Plato Sophistam definiturum, exactissimas primum partitiones excogitauit, admonens neminem omnino latentem rei cuiusque naturam discernere posse, nisi eam penitus ab aliena qualitate seueruerit. Proinde entis atque non entis descriptiones pro uiribus offert, atque ens, quemadmodum & in Parmenide, subijcit uni. Entis quing; numerat genera, essentiam, idem, & alterum, statumque & motum. Docet ueram quidem essentiam rebus incorporeis conuenire, imaginariam uero corporeis. Eos praeterea qui incorporea negant, admodum detestatur: eos insuper qui uel omnia moueri solum, uel solum manere putant. Item de scientia atque de opinione & oratione uera uel falsa, de uerbo & nomine disputat, quatenus ad entis ipsius dispositionem pertinere uidetur. Deum postquam de Sophista simul ac philosopho disputauit, diuina quadam librum concludit sententia, uidelicet

res naturales, opera esse dei. Si quidem omnia naturae opera a diuina quadam sapientia mundo infusa probauerat proficisci. Res autem umbratiles, & fallaces, ait demonicas esse praestigias. Ibidem & Sophistam nobis occultum opera dei esse inquit tanquam non entis, id est falsi tenebris inuolutum: & philosophum pariter occultum esse, quamuis alia ratione, quia uidelicet entis ipsius, id est diuinae ueritatis splendore undique circumfusum uulgarium intuitum animorum profus excuperet.

PLATONIS SOPHISTA VEL DE EO

QUOD EST, VEL DE ENTE, TRANSLATVS A MARSILIO FICINO Florentino ad Laurentium Medicem uisum magnanimum. THEODORVS. SOCRATES. HOSPES ELEATES, QUI FORTE MELISSVS EST. THEAETETVS.



ENIMVS o Socrates & ipsi pulchre quemadmodum heri inter nos conuenit, & hospitem hunc nobiscum ducimus. Eleatem Parmenidem atque Zenonem, alterum uirum apprime sapientiae studiosum, s o c. Forte o Theodore dum uirum hospitem tecum ducere credis, deum quendam ducis. Inquit enim Homerus cum deos alios, tum maxime hospitales deum, inter homines qui iusti pudoris participes sunt, uersari, & hominum contumelias iniuriasque inspicere. Te forsitan & hic e superis unus huc secutus est, ut nos qui a disputandi rationibus aberramus examinaret, atque corripiat; atque ipse redargutionis est deus. THE. Haud mos hic o Socrates huius hospitis. Sed modestior est quam hi qui contentionibus studet. Mihi quae nullus hominum deus, sed diuinus aliquis esse uidetur. Omnes equidem philosophos, diuinos appello. s o c. Et recte quidem amice. Genus autem philosophorum haud multo facilius, ut ita dixerim, quam deorum discernitur. Omnes enim quicumque non ficti, sed uere philosophantur, propter aliorum inscitiam omniformes apparet, dum urbes circueunt, & uelut ab excelsa quadam specula inferiorum uitam prospiciunt. Atque hi a quibusdam nullius aestimantur, a nonnullis summo opere honorantur. Et interdum quidem ciuiles apparet, aliaSophista, nonnunquam aliquorum opinione insani prorsus habentur. Quapropter percontari hunc hospitem cupio, si modo gratum illi futurum sit, quid de his rebus familiares eius Eleates sentiant, quid uere esse dicat, & quomodo nomen sit. THE. Quam ista s o c. Sophista inquam, ciuile, philosophum.

Occasio dialo
gi

Inter homines
sari deum

THE. Quid uero potissimum, & quale circa haec dubitanti tibi sciscitari libet: s o c. Hoc, utrum unum haec omnia, an duo esse uelint. An quemadmodum nomina tria, tria quoque genera distinguentes, singula nomina generibus singulis adscripserint. THE. At nihil ut arbitror prohibebit, quo minus haec uobis exponat. Tu uero quid ais hospes? H o. Quod & tu, nihil sane prohibet, neque dicu difficile est, quod tria esse putauerint. Singulatum uero distinguere, & quid unum quodque sit definire, neque paruū opus est, neque facile. THE. In eandem forte quaestionem o Socrates incidisti, in qua & nos antequam huc accederemus. hic autem quae tibi nunc, eadem tunc nobis respondit, audisse se quidem, & recordari. s o c. In eo igitur quod primum rogauimus, gratificari nobis debes o Hospes. Verum nobis id in primis declara. Utrum per te ipse perpetua oratione quod inferre uelles, exponere consueueris, an potius interrogando quemadmodum solebat Parmenides: quae ego adolescens audiui quondam ita disputatam admodum senem, rationesque pulcherrimas afferentem. Parmenides H o. Si facile quis, & apte respondeat, facilius est cum alio interrogando differere: sin contra, per seipsum quicumque facilius disputat. s o. Licet igitur quicumque uis ex his eligere. Omnes enim libentissime obsequuntur. Ego uero tibi consulo, ut iuuenem quempiam eligas, uel hunc Theaetetum, uel alium quicumque tibi aptior uideatur. H o. Pudet me o Socrates, cum nunc primum uobiscum loquar, non uicissim uerbum uerbo reddere, sed prolixum sermonem inceptare, siue solus ipse per me, siue cum alio respondente demonstrationis gratia disputaro. Quod enim modo quaesitum est, nemo leuiter explicari posse confidat. Longa namque disputatio indiget. Contra uero si tibi, & istis, praesertim cum tam modeste rogaueris, non obtemperem, agreste quiddam, & ab hospitum mansuetudine alienum mihi fore uidetur. Quippe cum disputationis comitem Theaetetum hunc ex his quae & ego dicebam, & tu modo iussisti, sim habiturum. THE. Ita certe o Hospes quemadmodum inquit Socrates, concis gratificaberis. H o. Nihil aduersus haec ulterius Theaetete dicendum. Tecum deinceps agendum mihi: quod si forte sermonis prolixitas tibi fastidiosa contingeret, & labore

grauaberis, nō me obsecro, sed hosce tuos familiares, qui in causa sunt, accusato. THE. Nihil molestū fore arbitror: nam si forte me defatigari cōtigerit, hūc Socratē adhibebimus, Socrati quidē nomine similem, mihi exercitationis sociū, & æqualem, cui mecum laborio-
 fam multa peragere nō est insuetum. H O. Probe loqueris, & de his quidē procedete sermō-
 ne tecū ipse deliberabis. Cōmuniter uero mecum tibi nunc cōsiderādum, incipiedumq; ut
 mihi uideatur ab ipso Sophista, & quid sit in primis definiendum. In præsentia porro tu si-
 mul ac ego huius cōmune solum nomē habemus: rem uero ipsam quæ nomine designa-
 tur, aliter forte uterq; nostrū cogitat. Præstat autē in singulis rem ipsam cū rationibus q̄
 nomen solū absq; ratione perspicere. Quod profecto nunc inquirimus Sophistæ genus,
 haud facile definiri potest. Vetus est omniumq; cōmunis sententia, si quis ea quæ magna
 sunt, recte transigere uelit, in paruis quibusdā prius illa facillioribusq; q̄ in maximis cōsi-
 derare debere. Equidem Sophistæ genus arbitratus difficile posse comprehendī, nobis ō
 Theatete cōsulo, ut ante in alio quodā faciliore progressum illius præmeditemur. Nisi tu
 forte cōmodiorem uia ostendas. THE. Nullā habeo cōmodiorem. H O. Vis ne exiguum
 quiddā & uile in mediū adducamus, maioris ipsius exemplū. THE. Volo. H O. An nō pro-
 ponendū notū quiddā atq; exile, quod nihilominus ad maiorū intelligentiā cōferat: qua
 lis homo piscator est. Leue enim quiddā est, & exile. THE. Certe. H O. Vis tamen & ratio-
 nem ad id de quo agimus, aptā habere uideatur. THE. Optime ita res se haberet. H O. Age
 hinc exordiamur. Dic utrū ipsum tanquā artificiosum, an artis expertē, alterius uero po-
 tētiæ cuiusdā participē ponere debeamus. THE. Nullo modo artis expertē. H O. Artiū fer-
 mē omnīū species duæ sunt. THE. Quæ? H O. Agricultura, & cuiuslibet mortalis corpo-
 ris cura, & facultas omnium quæ circa compositum quodlibet fictū uel uersatur, quæ
 communiter supelleciliā dicuntur, & quæ hæc imitatur, uniuersa inquam facultas hu-
 iusmodi uno quodā cōmuni nomine nūcupari debet. THE. Quonā pactor & quo nomīne?
 H O. Quoties quod antea nō erat, in esse quis deinde perducit, quod agit, facere: quod agi-
 tur, fieri dicimus. THE. Recte. H O. Cuncta quæ paulo ante retulimus, ad hoc uim habent.
 THE. Habent certe. H O. Summatim itaq; illa effectricē facultatē denominemus. THE. Esto.
 H O. Disciplina uero, & cognitionis species uniuersa, & quæ sit certaminisq; ac uenādī
 peritā, ars acquirēdī summatim uocanda uideatur: quippe cū nihil ex his quicq; fabricet:
 quæ uero sunt, & fuerunt, cōparet, partim sermonib; actionibusq; capiens, partim capien-
 tibus nō concedens. THE. Decet. H O. Cum omnes artes, aut in acquirēdo, aut in efficiēdo
 uersentur, quo in genere peritā piscādī ponemus? THE. In eo uidelicet quod acquirit. H O.
 Nonne eius quod acquirit duæ sunt species? Vna inter uolētes cōmutatio, dono, emptio
 ne, mercede. Altera mancipatio uel opere uel sermone facta. THE. Ex his quæ dicta sunt,
 sic esse cōstat. H O. Mancipatio uero duplex. THE. Qua ratione? H O. Vna quidē patēs quæ
 certando capit. Altera latens, quæ uenādo. THE. Ita est. H O. Venatoriā quoq; bifariā diui-
 dere decet. THE. Quomodo bifariā? H O. Aut enim rem expertē animā, aut animatā uena-
 tur. THE. Quid nī? Siquidē ambo hæc sunt. H O. Sunt profecto. Et oportet quod ad inani-
 mū pertinet nomine carēs dimittere, etiā quāsdā natatoriæ facultatis partes, & alia huius-
 modi exigua prætermittēte. Animatorū uero captūrā, animalū uenationē uocare. THE.
 Sic esto. H O. Venationis huiusmodi merito duæ sunt species. Vna quidē gressibiliū ani-
 malū uenatio, uarijs speciebus nominibusq; distincta. Altera uero agiliū, quæ fluentium
 uenatio nominatur. THE. Omnino. H O. Agiliū uero quædā pennis per aerē, quædā per
 aquā uagantur. THE. Certe. H O. Volantiū uenatio, acupium nominatur. THE. Proculdu-
 bio. H O. Aquatiliū uero, fere summatim piscatio. THE. Omnino. H O. Piscatiōem autem
 nonne in duo maxima membra diuidimus? THE. Quenam ista? H O. Aut enim retinaculis
 aut percussione piscamur. THE. Quonam pacto utrunq; distinguis? H O. Quicquid coer-
 cendī gratia cohibet aliquid comprehendendo, retinaculum nominatur. THE. Prorsus.
 H O. Nassam, retia, laqueos, uerriculum, cæteraq; huiusmodi, nunquid aliter quam retinā-
 cula uocabis? THE. Haud aliter. H O. Hic igitur, & alius similis uenādī modus qui cohiben-
 do perficitur, piscationis species quædā est. THE. Est. H O. Extat species altera quæ hamis,
 & fuscinis capat. Hanc percipientem piscationem communiter appellare decet, nisi tu
 forte quid pulchrius asseras. THE. Nonne est mihi curæ nomen, hoc porro sufficit. H O.
 Alij quidē nocte hoc efficiunt ad ignis lumen, quapropter ignifera piscatio nūcupatur.

THE.

THE. Prorsus. H O. Alij die in extremo uirgæ cuiusdam ferentes uncum tridentibus usi.
 Vnde contorta & unca omnis hæc piscatio nominatur. THE. Constat. H O. Qui piscādo
 percuto retortō quodam instrumēto, & fuscina à superiori parte ad inferiorem demit-
 tit, tridentea & fuscinali piscatione uti dicitur. THE. Ferūt. H O. Restat species altera. THE.
 Quenam? H O. Percussio quædā hamo facta contra ac superior, neq; in qualibet piscium
 parte, sed in capite, & ore duntaxat, ab inferiori parte ad superiorem uirgis, & calamis re-
 trahens. huius quid potissimum ō Theatete nomen esse dicemus? THE. Videtur quod
 supra proposuimus exquirendum, nunc iam perfecisse. H O. Nunc igitur piscationis non
 modo nomen ego ac tu communi sententia instituius, uerum etiam rationē ipsius ope-
 ris sufficenter accepimus. Vniuersæ porro artis dimidium in diuisione fuit quæ in acqui-
 rendo uersatur: ac huius dimidium quæ capit, & huius rursus dimidium quæ mācipat:
 huius uenatoriā; uenatoriā animalium præda: huius agilis animalis captura, agilis uniuersa
 saliter piscatoriā; piscatoriā, percutiens atque tundens piscatio: percipientis, quæ unco
 piscatio fit: huius denique percussio quæ sursum uersus ab inferiori parte conficitur retra-
 hendo, & inde nomen sortita retrahens & hamatoriā piscatio dicitur. THE. Abunde hoc
 ostensum est. H O. Atqui secundum hoc exemplum, quid est sophista inuenire statuimus.
 THE. Prorsus. H O. Illudq; in primis quaesitum est, utrū ipsum qui hamo piscatur rudem
 penitus, an artis alicuius participem ponere debeamus. THE. Ita est. H O. Et nūc quidem
 sophistā, rudem ne an callidum appellabimus? THE. Nullo modo rudem. Intellego equi-
 dem nō oportere illū qui ita uocatur, inertē esse, sed arte quadā instructum. H O. Quā igitur
 arte? nunquid hætenus cognationē istorū mutuā ignorabimus? THE. Quorum? H O.
 Hamatoris atq; sophistæ. THE. Quemadmodū? H O. Venatores quidā esse mihi ambo
 uidentur. THE. Quā prædam hic alter insequitur? de altero namq; diximus. H O. Prædam
 uniuersam bifariā partiti sumus: in natantē atq; gressibilem. THE. Profecto. H O. Et uena-
 tionē quæ natantia aquatiliāq; persequitur, profecti sumus: eā uero quæ gressibilia, præ-
 termittimus, & quod multiplex esse, adiunximus. THE. Proculdubio. H O. Hæc genus ha-
 mator & sophista ab arte uenatoriā æque proficiuntur. THE. Videntur sanē. H O. Ab a-
 nimalū uenatione, quidā in mare descendit, fluminaq; & lacus, & in his animalia ipsa ue-
 natur. THE. Quid nī? H O. Quidā autē in terras & fluuios uelut in prata quædam, iuueni-
 tute & diuitijs abundantiā, in his animalia captaturus. THE. Quo pacto? H O. Venationis
 quæ terra fit, duæ maxime partes sunt. THE. Qualis utraq;? H O. Vna domesticorū, agre-
 stiū altera. THE. An est ulla domesticorū uenatio? H O. Pone quæ dicā ut lubet, aut enim
 est homo domesticū animal, aut nullum animal est domesticū: uel aliud quoddā mansue-
 rūt, homo aut animal ferūt: siue mansuetus homo quidē, sed hominis uenatio nulla. Ex his
 quod magis tibi consonat, in presentia determina. THE. Arbitror equidē hospes, & nos
 mansuerūt esse animal, & hominū esse uenationē. H O. Duplicē igitur & domesticorū ue-
 nationē statuimus. THE. Qua ratione? H O. Prædatoriā, & quæ redigit in seruitutē, ty-
 rannidē insuper, & militarē captiuitatē, cuncta hæc uiolentiā cōmuniter uenationē asseri-
 mus. THE. Optime. H O. Quæ uero iudicando fit, uel concionando, uel conciliando, sum-
 matim persuasionis artificii nūcupamus. THE. Recte. H O. Huius duo sunt genera. THE.
 Quenam? H O. Publicū, & priuatum. THE. Extat species utraq;? H O. Priuata rursus per-
 suasionis uenatio, aut mercede fit, aut muneribus. THE. Haud intelligo. H O. Amatorum
 uenationē nunquā considerasse uideris. THE. Qua in re? H O. Quod illi quos ceperūt, mu-
 nera insuper exhibent. THE. Vera narras. H O. Hæc itaq; artis amatoris species esto. THE.
 Esto. H O. Sed ea quæ mercede fit, aut uersatur ad gratiā, uoluptatisq; illecebras parat, ut
 inde alimēta pro mercede duntaxat accipiat, quā adulationē uocamus, artē uoluptatum
 machinatricē. THE. Certe. H O. Aut uirtutis ostendendæ gratia conuersari se proficitur,
 & pro mercede pecunias exigit, idq; genus alio nomine nūcupandū uideatur. THE. Quid
 nī? H O. Quonam? exprimerē tentā. THE. Constat planē. Sophistā namq; iam reperisse ui-
 demur, & hoc nomen huic maxime congruere arbitror. H O. Vt ex hac disputatione colli-
 gatur, constat ō Theatete sophisticā facultatē appellandam esse artē quæ in conciliando
 comparandōq; uersatur, animaliumq; gressibiliū & terrenorū domesticorūq; uenatio
 est, hominū uidelicet priuata captura ob nummorū mercedem, & inueniendū diuitū atque
 nobilitium opinione uirtutis discipulinæq; irretitio. THE. Prorsus ita dicendum. H O.
 Præterea

Prima defini-
tio sophistæ

Cognitionem
rei cū rationi-
bus quam no-
minis solum
præcellere.
Vetus Sētētia
circa magna
cognoscenda.
Translatio fa-
cienda ad faci-
liora ut cog-
noscat
quod quari-
tur.
Artium or-
minū diuisio

Videtur pro-
xarē uia, i-
uicā legendū
in exemplari
Græco

Præterea hoc modo consideremus, non enim uilis cuiusdam artis quod nunc quæritur, sed pulchra admodum particeps est. Etenim ex ijs quæ supra diximus, per imaginem quamdam coniectare licet, non huius generis, quod diximus, sed alterius esse. T H E. Cuius igitur h o. Artis profecto quæ in acquirendo uersatur, duæ species relatae sunt, uenatio & commercium. T H E. Certe. h o. Commercijs uero duæ sunt species, una in largitione altera in emptione uenditioneque consistit, T H E. Sic est profecto. h o. Eam rursus quæ ad emendum uendendumque pertinet, bifariam diuidimus. T H E. Quo pacto? h o. Qui opera sua uenalia facit, priorum uenditor nominatur: qui aliena uendit, commutator. T H E. Omnino. h o. Commutatio uero aut inter eiusdem urbis ciues conficitur, quam cauponariam uocamus: aut inter ciues & peregrinos emendo & uendendo res ex urbe alia in aliam permutantur, quam mercaturam dicimus. T H E. Quid nunc? h o. Mercatura præterea duplex, altera ad uictum corporis spectat, altera ad animi disciplinam, commutatque nummis eruditionem. T H E. Quemadmodum dicitis? h o. Quod ad animum attinet, forsitan ignoramus. Nam quod ad corpus, agnoscimus. T H E. Nempe. h o. Eum profecto qui mulicam alibi quidem discendo emit, alibi docendo uendit, litteraturamque similiter, & præstigia, cæterasque animi disciplinas tam serias quam iocosas, mercatorem nihilo minus quam corporis alimenta uendentem dicimus. T H E. Vera narras. h o. Nonne illum similiter appellabis, qui disciplinas nummis empturus commutaturusque urbes uarias circuit? T H E. Similiter certe. h o. Huiusmodi mercaturæ pars quædam demonstratiua uocatur, pars altera ridicula, nihilo minus cum sit disciplinarum uenditio, cõsimili quodam uenditionis cognomẽto uocanda. T H E. Profus. h o. Alio uero nomine nuncupadus qui facultates alias uendit, alio qui præcepta uirtutum. T H E. Nihil prohibet. h o. Eū sane qui alias facultates uenundat, artium uenditorẽ nominare decet: sed eū hominẽ qui mores mercede tradit, quo nomine nuncupabis? Nunquid aliter quis recte cognominare hunc potest quod nunc quærimus, sophistam? T H E. Haud aliter profecto. h o. Iam igitur cõcludamus huc in modum colligentes, quod secunda inquisitione sophista nobis apparuit acquisitor huiusmodi, scilicet commutator, emptor & uenditor, mercator uide licet qui animi disciplinas uenundat ad sermones institutaque uirtutum præcipua pertinentes. T H E. Valde. h o. Tertio rursus te similiter Sophistam uocaturum hunc arbitror, qui eadẽ in urbe permanens partim emit, partim ipse excogitat disciplinas, cõparandi uictus gratia uediturus. T H E. Nihil obstat. h o. Sophista igitur appellabis eum qui in acquirendo uersatur, commutat scilicet & emit, uenditque cauponando, siue sua inuenta, siue aliena circa uirtutis studia uedat. T H E. Necessè est, rationi siquidẽ assentiri decet. h o. Videamus iterum, utrum quod in præsentia quærimus genus, cuiusdam talis simile sit. T H E. Cuiusnam? h o. Eius artis quæ ad acquirendum pertinet pars quædam certam facultas erat. T H E. Erat certe. h o. Haud igitur ab re erit bifariam illam diuidere. T H E. Quas in partes diuides? h o. Vna quidem pugnat, repugnat altera. T H E. Verum. h o. Pugna utique corporis ad corpus, uolentia congrue nuncupatur. T H E. Congruè. h o. Quæ autem uerbis aduersus uerba committitur, contentio. T H E. Certe. h o. Ambiguitatis duæ sunt species. T H E. Quæ? h o. Quando oratione perpetua publice de iustis iniustis ueritate certatur, iudicialis cõtrouersia nominatur. T H E. Ita est. h o. Cui uero priuatim minutis quibusdam argumentationibus interrogando respondendoque contenditur, contradictionem appellare solemus. T H E. Sic utique. h o. Contradictio porro quæ in commercio utcumque cõtingit & absque arte fit, ut species quædam seorsum ponenda est: sic enim ratio ab alijs illam discernit, proprium uero cognomentum, nec ab antiquis accepit, neque nunc à nobis accipiet, neque enim decet. T H E. Proculdubio. h o. In uariis nanque & minima scinditur: quæ autẽ arte procedit, & de iustis iniustis ueritate, & de alijs generatim ambigit, litigium appellari solet. T H E. Plane. h o. Litigium duplex, alterum patrimonium dissipat, alterum pecunias cumulat. T H E. Omnino. h o. Quod itaque utriusque tribuendum sit cognomentum inuenire conemur. T H E. Oportet. h o. Quicumque contentiois huiusmodi studio delectatus res suas negligit, uerba autẽ audientibus iucunda componit, & quaestiu culas semper aucupatur, non aliter ut mea fert opinio, quam nugator & garrulus est uocandus. T H E. Sic utique. h o. At uero qui ex priuatis litigijs pecunijs cumulandis incumbit, quomodo uocandus sit tu nunc uice tua fretus enarra. T H E. Quisquis absque errore respondere uoluerit, sophistam hunc mirabilem quem quærimus, appellabit, quarto se nobis iam offerentem.

h o. Ratio

h o. Ratio itaque nunc ostendit sophistam nihil esse aliud quam genus illud quaestuarium, artificialiose litigando, aduersando, pugnando, luendo acquirere solitum. T H E. Sic est omnino. h o. Cernis uerum esse quod dicitur, uarium hoc animal esse, utque pro uerbis feratur, non altera manu duntaxat apprehendendum. T H E. An igitur utraque uti oportet? h o. Opus est. & pro uerbis sic agendum. eiusmodi uero ipsius uestigium tam percurramus. Dic age, habemus ne ulla quæ uocamus seruilis nominat? T H E. Multa. Sed quænam est multis interrogas? h o. Talia quædam ut cum dicimus excolare, distribuere, excoquere, fecerere. T H E. Quid nunc? h o. Carminari præterea, deducere, peccere, aliaque per multa huiusmodi in artibus reperimus, an non? T H E. Quid ab his potissimum ostenturus exempla hæc inducis, & per omnia sciscitaris? h o. Ad discernendum quodammodo pertinent quæcumque retulimus. T H E. Profecto. h o. Mea quidem sententia cum circa hæc una ars in cunctis uersetur, uno quoque nomine nuncupabimus. T H E. Quoniam? h o. Discretiuam dicamus. T H E. Esto. h o. Vide rursus, num species huius generis inuenire possimus. T H E. Subitam ut mihi uideatur considerationem imponis. h o. Enim uero in his quæ dictæ sunt discretionibus, partim deterius à meliori secernebamur, partim à simili simile. Sic enim ferme dictum tunc esse uidetur, huius quidem proprium nomen non habeo; illius autem quæ melius quod est relinquit, quod uero deterius abijcit, habeo. T H E. Quid istud referas? h o. Omnis huiusmodi discretio, ut ipse consicito, communiter purgatio nominatur. T H E. Constat. h o. Nonne geminam purgationis speciem esse quisque dignosceret? T H E. Ita forte si quis aliquandiu cogitet, ego enim in præsentia ignoro. h o. Veruntamen species multas corporalium purgationum nomine uno complecti decet. T H E. Quas inquit, quod uerum nomine? h o. Purgatio animati corporis intrinsecus operans per gymnasticam, & medicinam, & quæ extrinsecus balneis quod dictum uisile est, mundat, item quæ inanimata corpora fullonum ministerio abstergendo colorat, & omnia quæ ornandi corporis curam gerunt, sigillatim uaria uisiliaque nomina sortiuntur. T H E. Profecto. h o. Omnino quidem de Theæte. Ratiocinandi uero progressus nihil magis alterum altero minus curat, si purgatio spongijis fomentationibusque adhibita minus mundat, pharmacum uero magis purificat atque iuuat. Nam ut artium omnium intelligentiam consequatur, quodcumque cognatum est uel non cognatum inuestigando æque singulas artes honorat, aliaque alijs secundum similitudinem nihilo magis ridicula censet. Quinetiam nihil honestius putat, si militari disciplina, quam si alia quauis uilissima opera uenatorium opus exerceatur. Et nunc quidem ut quærebatur, quoniam nomine cunctas facultates quæcumque corpus, aut animatum, aut inanimatum purgare student, penitus comprehendemus. Nihil utique quod ad præsentem pertinet disputationem referet, quodcumque nomen inuentum decentius uideatur, dummodo à purgationibus animæ sit distinctum, quæcumque purgant corpus, includens. Mentis porro purgationem ab alijs omnibus secerne nunc intendit, si quorsum uergit, inspicimus. T H E. Animaduerti equidem, & admitto duas species purgationis esse, animæque purgationem à purgatione corporis esse diuersam. h o. Egregie loqueris, & in hoc insuper mihi obsequere: quod due diciturus sum, rursus bifariam diuidere tenta. T H E. Vt cumque duxeris, tecum partiri conabor. h o. Prauitatem in anima aliud quam uirtutem dicimus. T H E. Aliud certe. h o. Enim uero purgationem nihil aliud esse diximus, quam quod prauum est, eiicere, reliquum uero seruare. T H E. Diximus proculdubio. h o. Si quam igitur circa animam prauitatis ablationem reperiemus, merito purgationem appellare debemus. T H E. Maxime. h o. Prauitatis in anima species duæ ponuntur. T H E. Quænam? h o. Vna morbi corporalis instar, turpitudinis altera. T H E. Haud intelligo. h o. Morbum forsitan, & seditionem non idem uocas. T H E. Etiam quid ad hæc respondeam nescio. h o. Num aliud seditionem putas, quam naturalis cognationis corruptelam, discordia quadam prouenientem? T H E. Nihil aliud. h o. Turpitudinem uero num aliud quam deformitatem ex dissonantia eorum quæ natura cognata sunt resultantem? T H E. Istud ipsum. h o. Quid porro, nonne uidemus in eis quorum deprauatus est animus, opiniones à cupidinibus, iram à uoluptatibus, rationem à doloribus dissentire? T H E. Et maxime quidẽ. h o. Veruntamen cuncta hæc natura cognata sunt. T H E. Patet. h o. Seditionem igitur ac morbum animæ prauitatem uocare decet. T H E. Recte. h o. Si qua uiderimus, quæ certo quodam fine proposito, dum ad illud peruenire nititur, singularis

in

Disciplinarum
mercaturæ

Secunda definitio
sophistæ

Tertia definitio
sophistæ

Quarta definitio
sophistæ
Prouerbum.
Nō altera tantum manu capiendum.
Alterum ad cor
quinariam, al
terum ad lani
ficium: utriusque
discretionem
quandam signifi
cat

in motibus prauaricerent, atque aberrerent, utrum consonantia quadam mutua conuenientiaque communi, an contrarijs causis errare dicemus? **T H E.** Constat quod dissonantia atque intemperie. **H O.** Atqui scimus nullum animū sponte aliquidi ignorare. **T H E.** Plaque. **H O.** Ignorantia quidem est dementia quaedam animæ, quæ dum ad ueritatem nititur, intelligentia ipsa prauaricatur. **T H E.** Omnino. **H O.** Animam igitur ignorantem, inconcinnam atque deformem uocare decet. **T H E.** Videtur. **H O.** Sunt ergo duo hæc malorum in anima genera. Vnum communiter improbitas nominatur, qui animæ proculdubio morbus est. **T H E.** Ita est. **H O.** Alterum ignorantiam quidem nuncupant, prauitatem uero animæ hanc esse confiteri uolunt. **T H E.** Omnino concedendum est, de quo modo dicente te ambigebam, duo in anima genera prauitatis existerent: & timiditatem quidem in temperantiamque, & iniustitiam, ceteraque huiusmodi cuncta morbum existimare debemus: plurimam uero & uariam ignorantiam, turpitudinem. **H O.** Nonne circa corpus, his duobus malis, duæ quoque artes sunt repertæ? **T H E.** Quanam? **H O.** Aduersus deformitatem gymnastica, aduersus morbum medicinæ peritia. **T H E.** Apparet. **H O.** Nonne & aduersus petulantiam, iniustitiam, timiditatem, ex omni genere artium conueniens maxime castigatio & animaduersio est iudicialis censura? **T H E.** Hoc utique quantum hominum opinio fert consentaneum. **H O.** Sed aduersus ignorantiam uniuersam, quod aliud præter doctrinam remedium inuenitur? **T H E.** Nullum. **H O.** Doctrinam uero utrum uanam duntaxat ac simplicem, an plura genera illius esse dicendum? Immo duo genera eius summa esse animaduerte. **T H E.** Animaduerto equidem. **H O.** Hac uia quam primum id inuenturi mihi uideamur. **T H E.** Quæ? **H O.** Si ignorantiam geminam esse consideremus, ea siquidem duplex duplicem docendi rationem exigit, ut harū singulas singulis illarum reddantur. **T H E.** Nunquid iam tibi constat quod nunc queritur? **H O.** Magnā quandam & onerosam ignorantiam partem uideo, cunctis alijs eius partibus præpoderantem. **T H E.** Quam? **H O.** Hanc, cum quis illa quæ nescit scire se putat, ab hac nimirum omnes quæcumque nos fallunt opiniones, proficiuntur. **T H E.** Ita est. **H O.** Atque huic soli ignorantiam parti, incitiam nomen conuenire existimo. **T H E.** Prorsus. **H O.** Doctrinam itaque partem qua ab hac ignorantia liberamur, quomodo appellandam censes? **T H E.** Reor equidem partem aliam doctrinas artium nominari, hanc uero disciplinam. **H O.** Sic ferme inter omnes Græcos uocatur. Nobis autem hoc præterea considerandum, utrum indiuiduum sit totum hoc, an diuisionem aliquam habeat cognomine dignam. **T H E.** Considerandum profecto. **H O.** Videtur itaque mihi & hoc diuisionem suscipere. **T H E.** Qua ratione? **H O.** Eius utique facultatis quæ sermone docet, pars quaedam asperior, quaedam lenior esse uidetur. **T H E.** Qualem utranque dicimus? **H O.** Vnam quidem ueterem ac patriam, qua aduersus filios maxime utebantur, & nunc etiam plerique utuntur quotienscunque delinquant, partim grauius obiurgantes, partim mitius admonentes. Vniuersum hoc admonitionem possumus nuncupare. **T H E.** Ita est. **H O.** Id profecto nonnulli secum rursus ratiocinando sibi ipsis concesserunt, omnem incitiam inuoluntariam esse putandam, nullumque discere illa, quæ scire credit, affectaturum, multoque labore admonitoria disciplina uix quicquam proficere posse. **T H E.** Recte putant. **H O.** Quinetiam alia quadam uia ad opinionem huiusmodi eruendam pergunt. **T H E.** Quanam? **H O.** Exquirunt sciscitanturque in his rebus, quæ quis optime intelligere, & exprimere arbitrat, cum nihil ueri dicat. Deinde errantium opiniones facile discutunt, easque rationibus colligentes in unum inuicem conducunt, atque illas ostendunt sibi ipsis de hisdem, & ad eadem, & secundum eadem esse contrarias. Illi uero hoc insipientes secum ipsi indignantur, & erga alios mitius euadunt: atque hoc pacto magnas durasque opiniones deponunt. Quæ quidem liberatio auditu liberationum omnium iucundissima est, & reuera firmissima. Enim uero o dilecte puer qui hos purgare aggrediuntur, haud secus quam medici corpora curandos existimant. Medici namque tradunt salubribus epulis non prius nutriti corpus quam impedimenta pellantur. Similiter isti non prius egregias doctrinas conferre animæ cœsent, quam redargutus is qui errat, erubescat, repulsiisque doctrinæ impedimentis, falsis uidelicet opinionibus, purus euadat, nec alia præter illa quæ nescit, nosse se putet. **T H E.** Optima modestissimaque omnium facultas hæc est. His de causis o Theætete dicendum, summam præcipuamque purgationem esse redargutionem; eum uero qui non redargutus est, etiam si rex magnus sit quando

quando quidem in maximis est impurus, rudem turpemque esse secundum illa quibus purissimus, pulcherrimusque esse debet, quisquis est felix reuera futurus. **T H E.** Sic est omnino. **H O.** Quosnam homines arte hac uti dicemus? Vereor enim Sophistas dicere. **T H E.** Quamobrem? **H O.** Ne illos plus quam deceat honoremus. **T H E.** Veruntamen que modo dicta sunt, tali cuidam similia esse uidentur. **H O.** Atqui etiam cani lupus maxime ferus mansuetissimo. Eum uero qui a deceptione tutus uiuere debet, a similitudine summo perire cauere oportet. Lubricum porro & occultum hoc genus. Sed esto, neque enim de exitu terminis disceptatur, quando diligenter hoc uitare student. **T H E.** Consentaneum. **H O.** Esto igitur discretiue artis species purgatoria, purgatoriam autem pars quæ mundat animam, seligat: huius docendi facultas: doctrinæ, disciplina educatioque: disciplinæ educationisque redargutio illa quæ uersatur circa temerariam sapientiæ opinionem, ut præsens oratio monstrat, nihil aliud quam nobilis genere Sophistarum facultas esse dicatur. **T H E.** Dicatur plane. Ambigo tamen quid potissimum è multis quæ sese nobis offerunt, Sophistam esse reuera affirmare conueniat. **H O.** Et merito ipse dubitas, quando quidem ipsum quoque Sophistam ambigere uerisimile est omnino quam uia rationes nostras effugiat. Scite namque Proverbio dicitur, omnes effugere difficile esse. Nunc igitur instandum maxime. **T H E.** Præclare loqueris. **H O.** Primum quidem hunc ueluti cursum sistentes paululum respiremus, & inter nos ratiocinemur simul interquiescentes. Age resumamus quam uarias præ se formas Sophista iam tulerit. Prima inuestigatione apparuit iuuenum ac diuitem mercenarius esse uenator. **T H E.** Ita. **H O.** Secunda mercator quidam circa animi doctrinas. **T H E.** Omnino. **H O.** Tertia circa hæc eadem caupo. **T H E.** Et hoc. Quarta circa doctrinas suorum uenditor inuentorum. **H O.** Optime in memoriam reuocasti. Quintam uero ego ipse reducam. Certator quidam circa sermones, & artificiosus nimirum litigator. **T H E.** Sic utique constitit. **H O.** Forma sexta ambigua quidem, ponenda tamen, & in præsentia quodammodo concedenda: purgator quidam animæ uisus est opinioniones extirpans omnes quæ doctrinis impedimento sunt. **T H E.** Sic est prorsus. **H O.** Nunquid aduertis quotiens aliquis multorum peritus uidetur, unius uero cuiusdam artis nomine nuncupatur, hanc uisionem non esse sanam? Imò constat eum qui circa artem aliquam sic afficitur, non posse illud ipsum inspicere, ad quod doctrinæ omnes huiusmodi tendunt. Quocirca multis pro uno nominibus eum qui uarijs scientijs uidetur imbutus, appellat. **T H E.** Ita quodammodo natura institutum id esse apparet. **H O.** Ne igitur & nobis idem propter socordiam in hac indagazione contingat, repetamus in primis unum aliquid eorum quæ de Sophista sunt dicta. Vnum quippe ex illis præcipue Sophistæ nomen significasse mihi uidetur. **T H E.** Quid illud? **H O.** Contradictorem illum esse diximus. **T H E.** Diximus certe. **H O.** Nonne & alios ut idem efficiant edocere? **T H E.** Hoc quoque. **H O.** Videamus nunc circa quid maxime contradictores efficere alios Sophistæ se prædicant. Consideratio uero nostra hinc sumat exordium. Num in rebus diuinis quæcumque uulgas latent contradicendi facultatem præstant? **T H E.** Certe hoc de illis dicitur. **H O.** Quid autem de his quæ oculis conspiciuntur, cælo ac terra, & hisce rebus quæ his continentur? **T H E.** Quid maxime? **H O.** Etenim in priuatis colloquijs quotiens de generatione essentiaque generatim aliquid dicitur, uidemus illos ad contradicendum uehementes esse, & alios sui similes reddere posse. **T H E.** Omnino quidem. **H O.** Quid uero circa leges ac remp. nonne in his quoque contentiosos homines se efficere profitentur? **T H E.** Nemo ut ita dixerim, cum illis differeret, nisi hoc pollicerentur. **H O.** Quæ uero aduersus singularum artium professores contentionis studio afferri debeant, passim scripta circūseruntur. **T H E.** Quæ Protagoras de palæstra cæterisque artibus scripsit, dicere mihi uideris. **H O.** Et de multis quidem alijs o beate. Verū ars ipsa contradicendi, nonne summam facultas est que omnia in cōtrouersia deducere potest? **T H E.** Nihil ferme prætermittere uidei. **H O.** Tu uero p. deos o puer fieri hoc posse putas? Forte enim uos iuuenes acutius hoc inspicitis. Senes uero nos obtusius. **T H E.** Quid istud & quale? Neque enim quod nunc quæris, intelligo. **H O.** Quarebam utrum hominum quispiam scire omnia possit. **T H E.** Beate potest. Nulli omnia scire posse. **H O.** Quoniam pacto ignorans quispiam aduersus intelligentem contradicendo, ualidum quicquam inferre poterit. **T H E.** Nullo. **H O.** Quid ergo in illa Sophistarum facultate mirabile uideretur? **T H E.** Circa quid maxime? **H O.**

Similitudo
cauenda

Proverbium
Omnes effugere difficile
Sex forme et definitiones
Sophistæ

In quibus contradicere docet
cæsi Sophistæ

Ars cōtradicendi omnia
in controuersiam deducere potest
Nulli omnia scire posse

H O. Quoniam tandem pacto iuuenibus possint persuadere, se unos omnium in rebus singulis esse sapientissimos, constat enim quod nisi recte cōtradicerent, aut nisi illis recte contradicere uiderentur, ac tales cum uidentur nisi aduersando existimarentur esse sapientiores, uacuis occupationibus essent, & nemo quod tu dicebas oblata pecunia ab istis eruditi cuperet. T H E. Nemo penitus. H O. S. Nunc uero cupiunt. T H E. Ac uehementer. H O. S. P. S. Videntur arbitrari illa in quibus aduersantur, optime scire. T H E. Quid nunc? H O. S. Repugnant autem in omnibus. Nōne? T H E. Absque dubio. H O. S. In omnibus itaq; sapientes discipulis esse uidentur. T H E. Cur non? H O. Neque tamen sunt. Impossibile quippe id esse constitit. T H E. Impossibile sanē. H O. Opinatricem igitur circa omnia potius quam ueram scientiam habere Sophista nobis apparuit. T H E. Prorsus. Ac quae modo dixisti, recte admodum dicta uidentur. H O. Ponamus ergo exemplum aliquod istorum perspicuum. T H E. Quales? H O. Hoc. sed attende diligenter atque apte responde. T H E. Quale in qua? H O. Perinde est ac si quis assereret, nec dicere, nec contradicere se, sed scire facere, ac efficere posse, ut arte una cuncta sciantur. T H E. Quomodo cuncta dicere? H O. Principium sermonis huius statim ignoras. Quid enim haec dictio, cuncta, significet non intelligis. T H E. Non certe. H O. Dico in numero omnium esse me ac te, & alia quoq; animalia arboresq;. T H E. Quomodo inquis? H O. Siquis me ac te ceteraq; uiuentia omnia se facturum promittat. T H E. Quem faciendi modum dicis? Non enim dicis agricultorem quenquam: nam animalium factorem aiebas. H O. Aio, & terrae praeterea, & maris, caelique, ac deorum aliorumq; omnium: & cum singula breui finxerit, unum quoq; exiguo precio uendet. T H E. Iocum quendam narras. H O. Quid uero? nōne & ille iocari dicendus est, qui omnia se nosse praedicat, aliumq; docere omnia exigua quaedam mercede breuiq; tempore proficitur? T H E. Prorsus. H O. Iocandi uero speciem habes ullam magis artificiosam iocundamq; quam imitationem? T H E. Nullam. amplam sanē speciem dixisti in uno omnia comprehendentem atque multiplicem. H O. An non intelligimus eum qui arte una cuncta facturum se pollicetur, pingendi arte fingentem eiusdem nominis rerum simulacra, dementes etiam pueros posse decipere, dum picta, eminus spectanda proponit, quasi quodcunque uelit, efficere possit? T H E. Quid prohibet? H O. Nōne & aliam circa sermones talem artem esse putamus, qua seductores quasi praestigij quibusdam utentes, adolescentulos procul a ueritate rerum adhuc existentes decipere ualeant, imagines quasdam uerisimiles loco uerarum rerum auribus inculcando, adeo ut uera eloqui omniumq; hominum esse in omnibus sapientissimi uideantur? T H E. Nihil prohibet aliam quandā eiusmodi esse artem. H O. Neceffe est multos o Theaete, eorum qui haec audiuerunt, cum adoleuerint, ac res ipsas cominus consideraerint, & ueris iam animis res manifeste atrectare coactos, pristinas opiniones abijcere, atque ita commutare ut exigua uideantur quae magna, difficilia quae facilia, & singula paucis sermonibus concepta phantasmata, actionum progressibus in contraria uerū cogantur. T H E. Ita mihi uidetur, prout meae huius aetatis iudicium est. Arbitror enim me adhuc ex eorum numero esse qui a uero procul absunt. H O. S. At uero nos praesentes tibi opem ferre conabimur. Et nunc quidem conemur quam proxime absque doctrinis intelligentiam adhibere. De sophista in primis mihi dicas. Vtrum inter nos constet prestigiatorem quendam hunc esse, uerarumq; rerū imitatore: an adhuc suspicamur ne forte ueram illarum rerū scientiam habeat, de quibus contradicere alijs posse uidetur. T H E. Quis uerius suspicet hospes: iam ex his quae dicta sunt patet eū ex illorū numero esse qui una quaedam disciplina pollent. H O. Prestigiator itaq; & imitator quidam est dicendus. T H E. Proculdubio. H O. Deinceps cauendum est ne praedam hanc dimittamus, ferme namq; sophistam ueluti uerriculo quodam irretitum ratiocinando cōprehendimus. Quapropter hoc saltē inuime subterfugiet. T H E. Quid istud? H O. Quod uidelicet unus quidam est ex his qui imposturis & praestigij fallunt. T H E. Idem quoq; mihi uidetur. H O. Visum est igitur quamprimum artem imaginariam simulacrorum uidelicet effectricem diuidere oportere: cumq; illam ingressi fuerimus, siquidem adhuc nos sophista expectet, capere illum sicut regio est sermone mandatum, & illi tradēdo praedam ostendere. Sinautē subintrantis imitandi particulas delitescat, insequendū esse, & partem qua sese occultit, diuidendam aperiendamq; quousque omnino comprehendatur. Nam nec iste, nec aliud ullum genus eum

Imitatoria
omnia facit

In sermonibus
esse artem si-
mitem picto-
ribus

Septima defi-
nitio sophistae

eum fugiet qui per omnia sigillatim methodo disquirere potest. T H E. Recte mones, atq; ita agendum. H O. Secundum superiorem diuidendi rationem duas nunc imitationis species cernere mihi uideor. Ideam uero quam quaerimus ultra in specie ponam ambigo. Tu uero? T H E. Haec prius species duas distingue, atque declara. H O. Vnam quidem assimulandi artem uideo, cuius opus est, secundum exemplaris commensurationes quo ad longitudinem, latitudinem, profunditatem, conuenientesq; colores a uulgam imaginem fabricare. T H E. Quid uero, non omnes qui aliquid imitantur, id pro uiribus agunt? H O. Nequaquam. hij praesertim qui magnum aliquod opus aut fingunt aut pingunt. Si enim ueram pulchrorum commensurationem simulacris praerent, minora quam decet superiora membra, maiora uero quae infra sunt apparerent. propterea quod illa eminus haec cominus a nobis conspiciantur. T H E. Omnino. H O. Ergo artifices ueritate dimissa, non eas quae reuera sunt, sed quae uidentur pulchrae commensurationes, simulacris ipsis ac commodat. T H E. Prorsus. H O. S. P. S. Nōne igitur species altera assimulatrix cum ui-
deatur, uocari non debet? T H E. Certe. H O. S. P. S. Partem igitur alteram, assimulatrix
um de ratione
columnarum
cem ut supra diximus, appellabimus. T H E. Sic prorsus. H O. Quid porro quod apparet
quidem pulchro simile, cum non sit pulchrum, & si quis penitus inspicere queat, nec simili,
cui simile uidetur, quo illud nomine nuncupabimus? an non quia apparet quidem, neque
tamen est simile, phantasma dicendum? T H E. Profecto. H O. An non plurima & in
picturis pars haec & in uniuerso imitationis genere est? T H E. Nempe. H O. Artem uero
lib. XII. c. X.
illam qua phantasma fingitur non imago, phantasticam merito nominandam putamus.
T H E. Consentaneum est. H O. Has equidem duas imaginariae facultatis species supra ponebam.
Vnam quae similitudines efficit. Alteram quae phantasmata. T H E. Recte. H O. S. Atque id quod ambigebam, ultra in specie sit sophista ponendus, neque dum satis uideo.
Reuera mirandus uir iste, cognituq; difficilis: quando quidem & nunc quam scite tergite
uersatus, in obscurae speciei latebras secessit. T H E. Videtur. H O. Nunquid igitur hoc in-
telligens, mihi nunc assentiris? an impetus quidam propter hunc sermonem ita te consue-
tum induxit ut repente confitereris? T H E. Quorsum haec? H O. In arduum profectio
considerationem incidimus. Semper enim tam in praeterito quam praesenti tempore ma-
xime dubium est quod dicitur: Apparere quidem hoc atque uideri, esse uero nequaquam:
& aliquem loqui quaedam, non tamen uera. Mirandum quippe Theaete si is sibi non
contradixerit, qui asserit quod reuera & dicere & opinari falsa contingit. T H E. Cur
H O. Quia talis locutio, id quod non est, esse admittit. Falsum namq; haud aliter quod
est fieret. Magni autem Parmenides o puer, dum pueri adhuc essemus statim ab initio
affidueq; id deestatus est. Sic enim carminibus passim iocatur. Nunquam, inquit, & nul-
lo modo sunt illa quae non sunt. Sed tu hoc tramite quaerens mentem cohibe. Ab illo ita-
que testimonium perhibetur, sermoq; huiusmodi si mediocriter discutiat, rem patefaci-
et. Age hoc in primis si tibi placet, inspiciamus. T H E. Mea quidem nihil interest, ipse uir-
deris, & qua praestare putas. ea & tu pergas, & me ducas. H O. Ita prorsus agendum, & mi-
hi responde, num pronunciare quod nullo modo est audeamus. T H E. Quid nunc? H O. S. Si
quidem nullius contentionis aut ioci gratia querendum de his uel respondendum sit, imò
audientis quempiam oporteat serio nobis nomen hoc, non ens, declarare quò referendū
sit, cogniturū eum putamus quò se uertat, quid uel & quomodo interroganti demonstrat?
T H E. Rem arduam sciscitaris, uniq; mihi ut ita dicam prorsus ignotam. H O. Hoc saltem
constat, quod id nomen non ens nulli eorum quae sunt, attribuendum. T H E. Quomodo
enim id fieret? H O. Cum uero ad ens, ut ita dixerim, referri non possit, neq; etiam ad ali-
quid circa ens aliquid ubique pronuntiatur, atq; impossibile est ipsum aliquid solum &
quasi nudatū ab omnibus his quae sunt seorsum enunciare. T H E. Impossibile certe. H O.
Num ita considerans confiteris, necessarium esse eum qui aliquid dicit, unū aliquid dice-
rer? T H E. Ita. H O. Vnius porro signum, ipsum, ipsum aliquid esse dices, duorum & plurium ali-
quid? T H E. Dicam plane. H O. Eum uero qui non aliquid dicit, necesse est neque unum
quid, id est nihil dicere? T H E. Necessarium est omnino. H O. Neque id concedendum
hominem talem dicere quidem aliquid, sed non unum quid, id est nihil dicere. T H E. At
qui neque loqui dicendus est ille qui conatur non ens proferre. Sermo igitur finem dubi
q 2 tandi

Vide Vitruui
um de ratione
columnarum

Vide Quint.
lib. XII. c. X.

Miranda du-
bitatio de non
ente
Sententia Parm
enidis de eo
quod non est

Aliquid est si
gnum unius

Dubitatio ma- xima & pri- ma de nō ente tandi haberet. H O S P E S. Nondum magnum hoc dicas. Extat enim adhuc ò beate cir- ca hæc dubitationum maxima atque prima, quæ circa ipsius principium accidit. T H E. Quo pacto id dicas declara amabo, neque te pigeat. H O S P E S. Etsane quod est, aliquid alterum eorum quæ sunt, contingere potest. T H E. Nihil prohibet. H O S P E S. Eius uero quod non est, aliquid ne ex his quæ sunt adesse unquam posse dicemus? T H E. Nequaquam. H O S P E S. Vniuersum numerorum genus in ordine eorum quæ sunt ponimus? T H E. Certe, si modo aliud quicquam in eo ponendum. H O S P E S. Quare nec numero- rum multitudinem, neque unum non enti adhibeamus. T H E. Haud recte adhiberemus ut ratio nobis ostendit. H O S P E S. Quo pacto igitur uel ore proferret quisquam uel cogi- tatione comprehenderet ea quæ nō sunt, uel non ens seorsum à numero? T H E. Dic quæ? H O S. Quotiens non entia dicimus, nōne numeri multitudinem tentamus apponere? T H E. Vtiq; h. O. Quotiens autem non ens, unum? T H E. Manifestum id quidem. H O S. Enim uero neq; iustum, neq; rectum esse diximus ut quis non enti ens adiungere audeat. T H E. Vera loqueris. H O. Animaduertis ne quod neq; proferri, neq; recte dici, neq; cogi- tari non ens secundum se ipsum potest, sed incogitabile ineffabileq; & irrationale existit? T H E. Penitus. H O. Nunquid paulo ante mentitus sum, cum dixi maximam circa illud du- bitationem me illaturum? T H E. Aliam igitur ista maiorem adducere possumus? H O S P. Quid uero ò mirifice adolescens? an non ex his quæ dicta sunt uides, quod nō ens tantis eum qui ipsum redarguit, obfundit tenebris, ut cum primū redargutionem aggreditur, si- bimet aduersari cogatur? T H E. Dic clarius. H O. Haud opus est clarius aliquid mea qui- dem sententia considerare. Equidē cum supposuissem non ens nec unius nec multorum esse particeps, tamen & paulo ante & nunc etiam unum ipsum protuli, dum hoc ipsum non ens pronunciarer, percipis nē? T H E. Percipio. H O S. Quinetiam supra inexplicabi- le ipsum & ineffabile & irrationale esse dixi, tenes? T H E. Plane. H O S P. An non dum ipsum esse ei applicare conarer, contraria superioribus proferebam? T H E. Videris. H O. Nōne cum hoc illi attribui, quasi de uno locutus sum. T H E. Absq; dubio. H O S. Imò & irrationale dum dicerem, inexplicabileq; & ineffabile singulariter pronunciarer, perin- de ac si unum esset de hoc faciebam. T H E A E T V S. Quid nī? H O S P E S. Dixi- mus sanē si modo quis recte loqui uoluerit, neque ut unum, neque ut multa determinare ipsum debere, neq; omnino ipsum uocare. Nam quadam in specie, appellatione huiusmo- di poneretur. T H E. Prorsus. H O S. De me igitur quid deinde dicat aliquis? Etenim & su- pra & nunc me in hac pugna aduersus non ens succubuisse comperiet; itaq; ex me de non ente loquente non est cur firmum rectumq; aliquid expectes. Sed de te iam si placet uidea- mus. T H E. Quid ais? H O. Age conare bene & generose, es enim iuuenis, & omni men- tis conatu rectum aliquid de non ente proferre, illi nec essentiam, nec unum, neque nume- ri multitudinem adhibens. T H E. Quam temerarius essem, si eandem qua tu succubisti pugnam aggrederer. H O. Ergo si uis, te ac me prætermittamus, & donec in aliquem qui possit, incidamus, interim dicamus sophistam præcateris uerfute admodum obsecris, se- se in latebris occultasse. T H E. Et maxime quidem. H O S P E S. Veruntamen si phanta- stica quadam arte pollere sophistam asseruerimus; facile existo usu dicendi aduersus nos occasione nactus, in contrarium sermones uertet. Nam dum ipsum simulacrorum au- ctorem uocabimus, quid maxime simulacrum dicamus, interrogabit. Cogitandum pro- tinus Theatete quid ita percontanti sophistæ respondeamus. T H E A E. Dicemus uide- licet simulacra esse illa quæ in aquis & speculis offeruntur, picta quoque & typis expres- sa & huius generis alia. H O S P E S. Videris Theatete sophistam conspexisse nunquam. T H E A E T E T V S. Cur? H O. Videbitur tibi hallucinari, aut oculis carere prorsus. T H E. Quaratione? H O S P E S. Ridebit te qui per figuras speculæq; responderis, perinde ac si tu uidens cum uidente loquaris; simulabitq; nec aquas nec specula nec eorum quicquam quæ uidentur, sed nec uisum ipsum se nosse, atque de hoc tantum sciscitabitur. T H E A E. De quonam? H O S P E S. De eo inquam quod his omnibus quæ dixisti commune est, & quod quasi unum in multis sit uno nomine simulacrum appellati. Strenue itaque certa- neq; ignaue cedas uiro, sed generose responde. T H E A E T E T V S. Quid aliud ò hospes simulacrum esse dicamus, quam quod ad ueri similitudinem accedit quodammodo cum sit ipsum aliud? H O. Cum aliud tale dicis, utrum uerum, an aliud quiddam intelligi uis? T H E

Non ens inco- gitabile & in- effabile

T H E A E. Verum nullo modo, sed simile. H O S P E S. Nunquid uerum uere ens uocas? T H E A E. Id ipsum. H O S P E S. Non uerum autem ueri contrarium? T H E A E T. Quid prohibet. H O S. Si ergo id quod simile uocas, uerum esse negas, ens quoque existere ne- gas, est tamen. T H E A E T. Quo pacto? H O S P E S. Esse quidem, sed non uere esse fateris. T H E A E T. Certe non uerum ens, sed imaginem ueram. H O S P E S. Ergo non uere est ens id quod uere esse imaginem dicimus, & non uere ens est uere. T H E A E. Videtur non ens cum ente miris modis implicitum. H O S P E S. Cur non mirum uideatur? cernis quam argute multiceps iste sophista nunc rursus tergierfando nos inuitos non ens quodam modo esse fateri coegerit? T H E A E T. Quis non uiderit. H O S P E S. Qua igitur ratione eius artem definiemus ita ut nobis constemus? T H E A E T. Quid maxime ueritas ita lo- queris? H O S P E S. Quia enim sophistam circa phantasmata deceptorem quendam asse- rimus, eamq; artem decipiendi astutiam nominamus, utrum ne animam nostram falsa opinari captiuiculis eius irretitam an aliud quiddam dicemus? T H E A E. Non alud cer- te. H O S P E S. Falsa opinio est, eorum quæ sunt opinari contraria? T H E A E T. Contra- ria. H O S P E S. Ais igitur falsam opinionem, quæ non sunt opinari? T H E A E. Aio. H O S P. Vtrum non esse quæ non sunt putat? an quodammodo esse quæ nullo modo sunt? T H E. Si quis unquam quoquo modo opinando mentitur, necesse est ut quæ non sunt, esse quo- dammodo iudicet. H O. Nōne etiam quæ omnino sunt, nullo modo esse putabit? T H E. Id quoque. H O S. Et hoc falsum similiter? T H E A E. Et hoc. H O S. Quinetiam sermo men- dax eadem ratione censebitur, qui uidelicet quæ non sunt esse, & contra quæ sunt non esse pronunciat? T H E A E T E T. Haud aliter mendax effici potest. H O. Ferme non aliter. Nō tamen hæc sophista fatebitur. Quo enim pacto mentis compos hæc admiserit, siquidem consentaneum est superiora illa, nec dici, nec proferri, neq; describi neq; cogitari posse cer- tum esse? Intelligimus quid dicas Theatete? T H E. Quid nī intelligamus? obijciat em̄ nō- bis, sermonem nostrū sibi met repugnare, cū nunc nō ens in opinione, & locutione ponā- mus. Vnde sæpe cogi nos dicit non enti ens admouere, quod tamen fieri non posse supra conuenimus. H O S. Recte in memoriam reuocasti. Sed consultandum iam quid de sophi- sta agere nos oporteat. Nam si eum in arte præstigatorum mendaciumq; ponentes, desi- nire conemur, obiectiones permultæ dubiæq; nascuntur. T H E. Patet. H O S P E S. Exiguam hæc genus illorum particulam cum innumerat ut ita dixerim sint profecuti sumus. T H E. Si hæc ita se habent, impossibile est Sophistam comprehendere. H O S. Quid ergo? num- ab inuestigatione propter mollitiem desistemus? T H E A E. Nullo modo desistendum ar- bitror, si qua ex parte hunc uirum capere ualeamus. H O S. Veniam itaque dabis, & ut mo- do dicebas boni consules si uel leuiter in quaestione tam ardua profecerimus. T H E. Da- bo & libenter quidem. H O S. Hoc abs te potissimum peto. T H E. Quidnam? H O S P E S. Ne me quasi patricidam quendam fieri censeas. T H E. Quorsum hæc? H O S P E S. Nam- necesse erit patris Parmenidis sermonē propulsantibus examinare, cogereq; non ens esse quodammodo, & ens rursus quoquo modo non esse. T H E A E. Videtur hoc sane in his sermonebus contendendum. H O. Qui enim non uideatur, nisi enim ista redarguantur cō- cedantur uē, nemo poterit de falsis sermonibus loqui, uel opinione, uel simulacris, aut ima- ginibus, aut imitationibus phantasmatis uis, aut de his artibus quæ circa hæc uersantur, quin risum audientibus moueat, dum sibi met contraria proferre cogetur. T H E. Vera lo- queris. H O. Propter hæc aduersus patrum sermonem instare audendum, uel dimitten- dum omnino si qua pigritia seu uerecundia detinemur. T H E A E. At nihil prohibebit quo- minus id faciamus. H O S. Tertium præterea quiddam; & ipsum exiguum quidem, abs te postulo. T H E A E. Dic fodes. H O. Dixi paulo ante me circa talium redargutionem cum semper tum in præsentia nimis defatigari. T H E. Dixisti sane. H O S P E S. Vereor ne pro- pter illa quæ à me dicta sunt, furiosus tibi uidear, statim me sursum deorsum uē permutas. Nam tui gratia confutationem illius sermonis aggrediemur, si forte confutemur. T H E. Hac ergo de causa forti animo ad pugnam accingere. Neq; enim me iudice deliquisse di- ceris, si eum susceperis, confutandum. H O S. Vndenam commodius disputationem hanc discrimine plenam exordiemur? Hoc utique calle ò puer eundem necessario puto. T H E. Quonam? H O S P. Ut quæ faciliora uidentur, primum discutiamus, ne rerum difficultate

Contra Parmenidem disputatur

Opinione por-
tentium nume-
rum entium

deterriti, ab inceptis protinus desistamus, sed ut facile communi consensu differendo pergamus, quasi leuiter ac bene de his iudicare possimus. THEAE. Planius quod sentis exprime. HOSPE. Facili disputatione uidetur hæc Parmenides profecutus, & quicquid alius unquam quot & qualia sint entia determinare est ausus. THEAE. Quo pacto? HOSPE. Fabulam nobis tanquam pueris unusquisque narraffe uidetur. Vnus quidem, quod tria sunt quæ existunt, quod uero illorum quædam inuicem quandoque pugnant, interdum uero conciliata in unum coeunt, pariuntque, & progenitis porrigitur alimenta. Alter uero duo posuit, humidum & siccum, uel calidum & frigidum, eaque coniugauit inuicem atque expedit. Eleatica uero apud nos doctrina à Xenophane, imò & ab antiquioribus originem ducens, omnia quæ esse dicuntur, ut unum ponit, fabuloseque differit. Iades autem, & Sicula musæ quædam his posteriores, ambo hæc inuicem implicare tutius censerunt, ita ut ens & multa & unum sit, discordia uero & concordia teneatur. Dissidens enim semper congruitur, ut musæ uehementer canunt. Remissiores uero musæ semper hæc ita soluunt suspenduntque. Et uniuersum hoc uicissimum tum unum & amicum sibi propter Venerem esse, tum multa & sibi ipsi dissidens per discordiam. Durum est autem aduersus tam inclytos antiquosque uiros me uera siue falsa dixerint, ferre sententiam. Tantum hoc sine inuidia asserere possumus. THEAE. Quid? HOSPE. Quod nos multos nimium contempserunt. Nam suum quisque opus exequitur, nulla nostri cura adhibita, utrum assequamur necne. THEAE. Quo pacto inquis? HOSPE. Quotiens illorum aliquis ait, quod est, uel fuit, uel sit, multa aut unum, aut duo, & calidum frigidum mixtum, discretionem quædam concretionemque inducens, quid per deos Theætete ex his significari conijcis? Ego quidem dum eram iunior, siquando id ipsum non ens de quo nunc ambigimus proferretur, exacte me intelligere confidebam. Nunc uides quod de hoc dubitantes redacti sumus. THE. Video equidem. HO. Forte uero & circa ens idem nihilominus noster animus patitur. Hoc enim intelligere nos quotiens proferret, affirmabamus, illud uero minime, cum similiter ut puto utrumque intelligamus. THE. Forte. HOS. Idem quoque de cæteris quæ supra narrauimus dictum sit. THE. Nempse. HO. De multis quidem postea si uidebitur considerabimus: de maximo uero præcipuoque & primo nunc iam cogitandum. THE. Quod ais? an de ente primū quærendum censes, quid maxime significare uelint qui illud enunciant? HO. Plane intellexisti Theætete. Aio equidem ita nos disputare debere, ac si adessent illi, atque ita interrogare. O uos quicunque calidum & frigidum aut aliqua duo talia cuncta esse asseueratis, quid hoc in ambobus existere uultis, quotiens ambo atque utrumque esse dicitis? hoc ipsum esse, quid à nobis intelligi debet cum uos proferitis? Vtrum tertium quiddam præter illa duo? Quod si ita est, tria genera iam secundum uos, non duo tantum ponenda uidentur. Sin autem alterum è duobus ipsum ens uocatis, haud similiter utraq; esse dicitis. Vtrumque enim unum esset, non duo. THE. Vera loqueris. HO. Nunquid ambo ens uocare uultis? THEAE. Forsitan. HOS. At, o amici dicemus, hoc quoque modo duo hæc unum affirmaretis. THE. Recte inferis. HOS. Postquam igitur nos in hoc defecimus, uos saltem nobis rem aliquando declarate, quid hoc nomine ens significare uultis cum id pronunciat: constat enim uos iam diu rem nouisse. nos autem hæc scire putauimus, nunc hestitamus. quam obrem hoc nos in primis docete, ne dum quæ traditis discere opinamur, nos opinio fallat. Si hæc exigamus tam ab ijs quam ab alijs qui plusquam unum ipsum omne ponunt, nunquid errabimus? THE. Minime omnium. HO. Quid ad eos qui omne unum esse tradunt, nonne quærendum pro uiribus quid ens ipsum dicant. THEAE. Cur non. HOS. Ad hæc ergo respondeant. unum dicitis esse solum? dicitis respondere, an non. THEAE. Ita. HO. Ens aliquid uocatis? THEAE. Certe. HO. Nunquid idem quod unum, nominibus ad idem duobus utentes? an aliud? THEAE. Quid ad hæc hospes ij respondebunt? HOS. Patet o Theætete illum qui hoc supposuit, non facile ad istas aliasque obiectiones huiusmodi respondurum. THEAE. Quæ ratione? HO. Duo quidem nomina cõsiteri cum unum duntaxat ponatur, absurdum est. THE. Quid nunc? HO. Quinetiam istuc omnino recipere absurdum est, si quis nomē esse dicat, cuius nulla sit ratio. THE. Quo pacto. HOSP. Qui ponit nomen à re diuersum, duo quædam inducit. THE. Patet. HO. Præterea si idem cum re nomen esse concedis, cogetur uel

uel nullius esse nomen: uel si est alicuius, nominis nomen esse fateri, alterius uero nequam. THE. Sic est. HOS. Et unum unius ens solum: & hoc nominis, ipsum unum ens. THE. Necessè est. HO. Quid porro totum ab ente uno diuersum, an idem dicent? THE. Cur non dixerint? dicunt enim. HO. Si ergo totum est, quemadmodum inquit Parmenides, æqualis undique sphaeræ molis per simile a medio ad circumferentiam penitus æque distans, eo nanque neque maius quicquam neque potentius est, necessarium est ob talem circumferentiam ipsum ens medium extremae habere, & idcirco partibus quoque constare. THEAE. Sic oportet. HOSP. Atque nihil prohibet ipsum diuisum in partibus omnibus passionem unius admittere, atque hoc modo & omne ens & totum unum existere. THE. Nihil penitus. HO. Quod autem hæc patitur, an non impossibile est id ipsum unum esse? THEAE. Quare. HOSP. Quia quod secundum ueram rationem impartibile est, id omnino reuera unum est ponendum. THE. Oportet sane. HO. Quod uero tale est ut ex pluribus partibus construatur, cum uniuersa ratione minime consonabit. THE. Intelligo. HO. Vtrum totum ipsum unius recipiens passionem, ita & unum & totum erit? uel omnino non dicimus ipsum unum totum existere? THE. Optionem ambiguam proposuisti. HOS. Vera narra. cumque ens unum esse admittat, cur non ens & unum idem apparet, & plura omnia quam unum erunt? THE. Certe. HOS. Quod si ens sit non totum, ex eo quod illius susceperit passionem, sit autem ipsum totum, indigum ens suis ipsius efficitur. THE. Maxime. HO. Enim uero secundum hunc sermonem cum seipso priuatur, non ens erit ens ipsum. THE. Sequitur. HO. Atque ita rursus omnia plura quam unum existant, cum tam ens quam totum propriam naturam seorsum ab altero sit sortitum. THE. Profecto. HO. Et si omnino non sit totum, eadem hæc entia proueniunt præter id quod contingit non esse, contingit etiam neque factum fuisse ens unquam. THE. Quid? HO. Quicquid factum est, semper factum est totum. Quam obrem neque essentiam, neque generationem tanquam existentem appellare debet, qui unum uel totum in ordine eorum quæ sunt, non ponit. THE. Omnino sic esse uidetur. HO. Præterea quod totum non est, quantum esse nullo modo potest. Nam quatenus quantum est, eatenus est & totum. THE. Profusus. HO. Innumeræ quoque præter has dubitationes aduersus eum insurgunt, quisquis ens aut unum solum, aut duo quædam ponit. THE. Testantur hoc, quæ modo monstrauimus. Nam aduersus hæc dicta alia semper ex alia grauioribus dubitationibus exoritur. HO. Sermones quidem illorum qui de ente & non ente exacte differunt, non dum retulimus. Veruntamen satis hæc sint. Eos autem qui secus dicunt, rursus in medium adducamus, ut ex his omnibus plane intelligamus, nihilò facilius ens, quam non ens quid sit definiti posse. THE. Certe & hi ad eundem uidentur. HO. Videtur utique inter eos quasi gigantum pugna quædam esse, propter eam controuersiam qua inuicem de essentia certant. THE. Quo pacto? HO. Quidam illorum de coelo & inuisibili regione omnia ipsis certe manibus in terram trahunt, saxa & quercus apprehendentes. Nam cum talia hæc omnia tangant, solum id esse affirmant quod quoquo modo percipitur, atque tangitur, idemque corpus & essentiam tradunt. Quicquid uero absque corpore dicitur esse, continent, nihil aliud audire uolentes. THE. Noui equidem quos uiros dixeris. Tales enim multos repperi. HO. Horum autem aduersarij caute admodum atque pie superne ex inuisibili sede pro inuisibili essentia pugnant, atque intelligibiles quædam & incorporeas species cogunt essentiam ueram existere. Illorum uero corpora eam uel quæ nominat ueritatem, in minima rationibus partiuntur, generatio nemque pro essentia fluentem denominant. Vnde ingēs & inextricabilis pugna inter utroque de his semper extitit. THE. Vera narra. HO. Ab utrisque itaque ratione quæ ponitur, sigillatim iam exigamus. THE. Quomodo exigemus? HO. Ab ijs qui in speciebus essentiam locant, facilius mitiores enim sunt, ab illis autem qui ad corpora uel singula trahunt, durius, forte uero & impossibile. Verum sic de illis agendum uidetur. THE. Quo pacto? HO. Præstatet illos re ipsa meliores, si fieri posset, efficere. Sin autem id fieri nequit, danda opera est ut sermone saltem efficiamus, supponentes eos modestius atque rectius quam nunc, responduros. Quod enim à posterioribus concessit, firmiter atque potius est, quam quod à deterioribus est concessum. Nos autem non id curamus, sed querimus ueritatem. THE. Probe. HO. Iube eos meliores factos tibi protinus respondere, & quod astitit interpretare. THE. Fiet. HO. Vtrum quod mortale animal nominant, esse aliquid asserunt? THE. Quid nunc asserant? HO. Nonne hoc animatum corpus

Semper quod
factum est totum
factum est.

Positio eorum
qui id solum esse
dicunt quod
tangitur.
Positio eorum
qui dicunt id
solum esse quod
intelligitur.

corpus appellant? THE. Valde. HOSP. Dum hoc ferunt, animam esse aliquid uolunt? THE. Ita. HOS. Animam unam iustam, iniustam alteram, unam sapientem, insipientem alteram arbitrantur? THE. Vtique. HOS. An non iustitia aliorumq; talium habitus praesentiaq; talem animam fieri, contrariorum uero contrariam? THE. Haec quoque fatentur. HOS. Quod alicui adesse & abesse potest, esse aliquid dabant? THE. Dant certe. HOS. Cum ergo sit aliquid iustitia, & sapientia, & uirtus qualibet, nec non uirtutis cuiusque contrarium, & anima praeterea cui haec accidunt, utrum uideri tangiq; posse istorum singula, an non opinantur? THE. Ferme nullum ex his uideri. HO. Nunquid horum aliquid habere corpus existimant? THE. Haud simpliciter ad haec respondent, sed animam quidem corpus aliquid habere, sapientiam uero & caetera de quibus percontabaris, aut nihil esse, aut corpus asserere, nondum audent. HOS. Proculdubio Theatete meliores uirtuam euaserunt; nam quicumque illorum Spartae, atq; indigenae sunt, horum neutrum asserere uerentur, imò quod pugno premi nequit, omnino nihil esse contenderent. THE. Ferme quod sentiunt enarrasti. HOS. Ab illis iterum perquiramus. Nam siquid uel exiguum quidem incorporeum esse concedunt, sufficit. Quod incorporeis simul atq; corporeis rebus est insitum, cuius ratione esse utraque dicitur, hoc ab illis exprimi quaerimus. THE. Deesset forte illis responsio, siquid eis tale contingeret. HOS. Vide utrum proponētibus nobis, ens tale quiddam existere, admissuri sint. THE. Quidnam? declara. Forte enim intelligemus. HOSP. Dico quidem quicquid potentiam quamcumque nactum est, uel ad aliud agendum, uel patiendum ab alio, quamuis minimum quid a utilissimo quodam, & si solum semel, quodlibet tale uera esse. Et hac ens de finitione describo, nihil aliud quam potentiam esse. THE. At uero postquam in praesentia ipsi hoc melius nihil habent, hoc & accipiunt. HO. Probe, forsitan deinceps nobis aliquid quando & illis aliter dicendum uidebitur. Atq; id nunc erga illos admissum ratumq; maneat. THE. Manet. HO. Ad specierum amicos iam descendamus. tu autem nobis illorum sensum interpretare. THE. Fiet. HO. Aliud essentiam, aliud generationem dicitis, alterum ab altero secernentes? THE. Absq; controuersia. HO. Et corpore quidem nos per sensum cum generatione communicare, anima uero per rationem cum uera essentia: quam semper secundum eadem, & eodem modo sese habere generationem uero alia aliter apparere asseueratis? THE. Asseueramus. HO. Communionem hanc o uiri omnium optimi, quid in ambobus esse dicitis? num id quod nos paulo ante inducebamus? THE. Quid istud? HOS. Pasionem uel actionem ex potentia quadam, ab ijs quae inuicem congreduuntur prouenientem. Forsitan illorum ad haec responsionem o Theatete haud satis percipis, ac me diuturna cum illis consuetudo ad percipiendum iuuat. THE. Quid ergo respondent? HO. Nō dant nobis quod supra aduersus homines terra genitos de essentia dictum. THE. Quid illud? HOS. Sufficientem entium definitionem hanc posui. uidelicet quando alicui agendi uel patiendi uis aliqua uel minima adest. THEAE. Hanc ipsam. HOS. Ad haec aiunt, quod generatio potentiae agendi uel patiendi est particeps, essentiae uero nulla huiusmodi potentia conuenit. THE. An non id quod dicunt, aliquid est? HO. Ad hoc a nobis obijciendum, quod clarius ab illis audire cupimus, utrum assentiatur animam cognoscere, essentiam uero cognosci. THE. Affirmant profecto. HO. Cognoscere uel cognosci actionem uocatis uel passionem, uel utrumque, uel neutrum istorum in altero participare uultis? Patet quod in altero neutrum. Alioqui contraria illorum quae supra concesserant, nunc admitterent. THE. Intelligo. HOS. Si quidem cognoscere, agere aliquid esset, cognosci uero pati, quo cognoscitur pateretur. Et idcirco essentiam hac ratione pati ex ipsa cognitione contingeret dum cognoscitur; et quatenus cognoscitur, eatenus pati: & quatenus patitur, eatenus & moueri. Quod circa rem stabilem fieri non posse dicimus. THE. Recte. HOSP. Quid uero dic per Iouem, reuera motum, uitam, animam, sapientiam, nunquid ab eo quod omnino ac uere est, abesse prorsus existimandum? neque uiuere ipsum, neque sapere, neque uenerandam sanctamq; mentem habere, sed immobile consistere? THEAE. Absurdum nimis id hospes si concedatur. HO. Nunquid mentem quidem habere, uitam uero minime. THE. Qui istuc? HOS. An haec utraq; inesse illi dicemus, non tamen ab eo in anima contineri? THE. At quonam modo alio contineretur? HO. Vtrum mentem, uitam, animam habere dicendum, immobile tamen cum omnino sit animatum consistere

Prima definitio entis

Animam cognoscere, essentiam cognosci

Omniam ueri. Ab eo quod uere est, non potest abesse uita & anima & motus.

consisteret? THE. Haec omnia mihi ratione carere uidentur. HO. Motum igitur & motionem tanquam existentia adesse fatendum. THE. Quid obstat? HOS. Ex hoc o Theatete sequitur, mentem nulli rerum immobilium, usquam, nulloq; modo, adesse. THE. Sequitur plane. HOSP. Verumtamen si ferri agitariq; cuncta consentiemus, hoc sermo/ ne ipsum idem ex genere rerum existentium auferemus. THE. Qua ratione? HO. Videtur tibi absque statu esse unquam posse quod dicitur, secundum eadem, eodem modo, & circa idem? THE. Nequaquam. HOSP. Cernis usquam sine his mentem, uel fuisse, uel esse? THE. Minime. HO. Aduersus eum omni rationum conatu pugnandum, qui scientia; prudentia menteq; sublati, quicquam aliud asseueret. THE. Et uehementer quidem. HO. Necessesse est eum qui philosophatur, atq; ista in primis honorat, propterea neq; sermonem illorum admittere quicumq; unam speciem rerum uel plures inducentes, totum stare solum ferunt, neque illos audire, qui ens moueri duntaxat affirmant: uerum secundum uerorum opinionem comprehensis omnibus quotquotq; uel stant, uel mouentur, ambo simul ens & omne uocare. THE. Vera loqueris. HOSP. An non ut decet ens sermone iam comprehendisse uidemur? THE. Prorsus. HO. Papae o Theatete, quanta nunc in ambiguitate uersamur; nihil enim aliud nunc praeter difficultatem considerandi nosse mihi uidemur. THE. Quorsum haec? HO. Vides ne o beate quod dum illud penitus ignoramus, dicere tamen de illo nos aliquid arbitramur? THE. Et ego arbitror, sed ubi sefellimus nos, haud plane intelligo. HOSP. Animaduerte obsecro diligentius, num in praesentia nos his concessis merito quis perinde interrogare posset, ut et ipsi supra interrogauimus eos qui omne calidum & frigidum esse uolebant. THE. Quem admodum? memora mihi sit placet. HOSP. Conabor equidem eodem modo abs te nunc quaerere, quo ab illis, ut aliquid proficiamus. THE. Optime. HOSP. Motum & statum nonne inuicem contraria maxime nuncupas? THEAE. Cur non? HO. Enim uero esse illa similiter ais, & ambo pariter, & utrumq;? THEAE. Aio equidem. HO. Quando esse utrumq; & ambo concedis, tunc moueri praedicas? THEAE. Nullo pacto. HO. An stare forte significas, cum esse utrumque dicis & ambo? THEAE. Neque hoc. HOS. Ergo tertium quiddam ipsum ens cogitas: & tanquam sub illo motus & status continentur, comprehendis utraq; atque eorum in essentia communionem respiciens sic esse ambo denominas. THE. Videmur reuera tertium quiddam ipsum ens uaticinari, quando motum & statum esse dicimus. HOS. Hac de causa ipsum ens ambo ista motus & status non est, sed praeter haec aliud. THE. Apparet. HOS. Ens itaque suapte natura neq; stat penitus, neq; mouetur. THE. Sic ferme dicendum. HO. Quonam cogitatio conuertenda aut animus de ente ratum aliquid & manifestum habeat. THE. Ignoro. HOSP. Haud facile usquam arbitror. Siquid enim non mouetur, cur non stat saltem? uel quod non stat, cur non moueatur? Ens uero nobis extra haec utraq; esse apparuit, fieri ne id potest? THE. Minime omnium. HO. Hoc utiq; recordari in praesentia debemus. THE. Quale id? HO. Quod de non entis nomine interrogati cuius conueniret declarare nequiuimus. Recordaris ne? THE. Quid ni recorder? HOS. Nunquid circa ens modo facundiores sumus? THEAE. TETS. Mihi quidem hospes si modo dici potest, magis deficere nunc uidemur. HOS. Hoc ergo hic ponatur ambiguum, postquam uero tam ens quam non ens ex aequo nobis obscurum est uisum, spes restat deinceps, si alterum clarius uel obscurius uidebitur, & alterum similiter uisum iri; & si alterum ignotum penitus, alterum quoq; similiter fore. Sermonem igitur quantum possumus decentissime circa utrumq; pariter persequamur. THE. Scite. HO. Dicamus plane quo pacto multis nominibus idem hoc appellamus. THE. Exemplum ad hoc inducas. HOS. Homine unum uocantes, cognomenque multis denominamus, diu colores illi, figuras, magnitudines attribuimus, uirtutesq; & uitia, in quibus omnibus alijsq; permixtis non hominem tantum esse ipsum dicimus, sed & bonum & alia multa, atq; in alijs similiter agimus. Quodlibet enim unum ponentes, multa deinde multisq; nominibus appellamus. THE. Vera narras. HO. Vnde iuuenibus ait arbitror & tardo ingenio senibus aduersandi occasionem dedimus. Nam cotinuo quibus obijcere potest, quod impossibile sit multa unum, & unum multa esse. Quapropter exstant dum hominem bonum dici non sinunt, sed bonum quidem: bonum hominem uero, hominem uocari uolunt. Incidisti saepe numero ut arbitror Theatete in homines, qui argutijs eiuscemodi student

Secunda definitio entis

Tertia definitio entis

student, plerumque etiam seniores, qui propter inopiam sapientiae, haec admirantur, & tamquam magnificum quiddam inuenerint, se temere iactant. THE. Et maxime quidem, HO. Ut igitur cunctos quicumque de essentia unquam aliquid locuti sunt, sermo comprehendat, quae deinceps interrogando subijciemus, tam aduersus hos, quam aduersus alios quos supra retulimus, dicta intelligantur. THE. Quanam ista? HO. Vtrum neque essentiam cum motu statumue iungemus, neque aliud quicquam cum alio quoquam, sed quasi inuicem res communicare nequeant nostris sermonibus eas penitus sceremus? An in idem omnia cogemus, tanquam misceri singula possint? An partim licebit quidem, partim minime? Quid ex his potissimum Theatete electuros illos putamus? THE. Nescio quid pro illis respondeam. Cur non sigillatim respondendo, quid ex uno quoque sequitur exquisiuiti? HO. Recte admones. Ponamus ergo si uis, dicere illos nihil cuiquam ullo pacto posse quicquam communicare. Nonne motus igitur & status nullo modo essentia participabunt? THE. Nullo modo certe. HO. Num erit illorum aliquid quod cum neutrum sit, essentiae particeps? THE. Non erit. HO. Statim hac consensione omnia, ut uidetur, peruersa sunt, tum illorum dogmata qui moueri omnia, tum illorum qui stare ut unum uolunt; ac etiam illorum qui secundum species ea quae sunt, eodem modo & secundum eadem esse semper existimant. omnes enim esse adiungunt, partim uere moueri, partim uere stare dicentes. THE. Sic est omnino. HO. Quinetiam quicumque interdum componunt omnia, interdum diuidunt, siue in unum & ex uno in infinita, siue in terminata elementa diuidant, & ex his componunt, similiter quidem si interdum id fieri ponant, similiter si semper: in his inquam omnibus nihil ueri dicunt, quandoquidem rerum est nulla commixtio. THE. Recte. HO. Praeterea & ipsi quam absurdissime sermo nem transigeremus, si nihil permitteremus alterius passionis communiione, alterum appellari. THE. Quomodo? HO. Ipso esse circa singula quodammodo uti coguntur, & ipso seorsum, & altero, & secundum seipsum, & innumeris alijs; quibus cum abstinere nequeant quin sermonibus suis interferant, nullis aliorum redargutionibus indigent, sed ut fertur domi hostem et aduersarium habent intrinsicus reclamantem, instar Euryclis ab surdi, eumque secum circumferunt. THE. Verum est quod dicis ac simile. HO. Quid uero, si omnia uim mutuae communionis habere dicamus? hoc profecto & ipse refellere possum. THE. Qua ratione? HO. Quoniam & motus ipse omnino quiesceret, & status agitare, si inuicem commiscerentur. Hoc autem summa quadam necessitate impossibile est, motum stare, statumue moueri. THE. Cur non? HO. Tertium itaque solum restat. THE. Sanè. HO. Etenim unum aliquod istorum necessarium est, uel omnia, uel nulla, uel alia commisceri, alia minime. THE. Necessarium prorsus. HO. Duo quidem reperiri non possunt. THE. Non certe. HO. Sequitur ut quicumque recte respondere uult, reliquum e tribus ponere debeat. THE. Maxime. HO. Quandoquidem alia coire uolunt, alia minime, ferme idem rebus alijs quod de literis euenit. Nam quaedam ex literis inuicem copulantur, quaedam minime. THE. Patet. HO. S. Vocalium quippe literarum series per alias omnes tanquam uinculum quoddam protenditur, sine quo nullae inuicem literae uinciri possunt. THE. Et maxime quidem. HO. An intelligit unusquisque quae literae quibus congruant, uel arte opus est ut recte id fiat? THE. Arte. HO. Quae? THE. Grammatica. HO. Nonne idem circa grauium & acutorum sonos? Qui enim uoces inuicem consonas, dissonasue arte dignoscit, musicus; qui uero ignorat, musicae expers. THE. Ita est. HO. Et in alijs artibus, artiumque defectibus eiusdemodi alia reperiemus. THE. Manifestum id quidem. HO. Cum uero & generarum eodem pacto mutuam communionem habere dixerimus, nonne scientia quadam sermones peragere debet, quicquid recte quaelia genera qualibus congruant, aut dissonent sit ostensurus, quinetiam per omnia cogniturus si ista conueniant adeo ut commisceri possint, & in diuisionibus rursus, si per omnia altera diuisionis est causa? THE. AETETVS. Scientia prorsus opus est, ac ferme omnium maxima. HO. SPES. Quam igitur hanc appellabimus Theatete? Nunquid insciji liberalium hominum scientiam incidimus? Cumque quaeremus sophilam, prius inuenisse uidemur philosophum. THE. AETETVS. Qui istuc? HO. Per genera diuidere, & neque eandem speciem alteram putare, neque alteram rursus eandem esse, nonne dialecticae officium esse dicemus? THE. Dicemus profecto. HO. Quicumque hoc agere potest; unam ideam

Eurycles,
pronoyb.

ideam per multa, unoquoque seorsum posito, passim porrectam acute perferentis, & multas quae diuersae inter se sunt extrinsecus sub una comprehensas, & unam rursus per tota illa quae multa sunt, in uno copulatam, & multas seorsum undique distinctas. Hoc autem est scire, per genus discernere quae singula communicare uicissim possunt, & qua non possunt. THE. Omnino. HO. At uero dialecticum opus haud alteri dabis, ut arbitror, quam pure legitimeque philosophanti. THE. Quo pacto alteri dari posset? HO. Philosophum quidem tali quodam in loco & nunc & in posterum, si quaeremus, inueniemus, quanquam & hic non facile conspici potest. Sed alia ratione sophilista, alia philosophus intuitum refugit oculorum. THE. Quae? HO. Sophilistam pono, quia in non entis tenebras aufugit, & diuturna consuetudine tenebris illis offunditur, idcirco summa difficultate discernitur. THE. Sic est. HO. Philosophus autem entis ipsius ideae ratiocinatione semper inhaerens, ob regionis illius splendorem haud facile cernitur. Nam uulgariu animarum oculi diuinitatis radios sustineri non possunt. THE. Contentanem est ista sic non minus quam illa sese habere. HO. De hoc alias clarius, si pro uoluntate licebit, tractabimus. Sophilista uero non prius est admittendus quam sufficienter a nobis sit cognitus. THE. Egregie. HO. Postquam ergo inter nos conuenit ex generibus quaedam uicissim congregari, quaedam penitus discedere, & alia quidem cum paucis, alia cum multis, nonnulla quoque per omnia omnibus coharere, sequamur deinceps rationem sermonis huius in hunc modum considerantes. Non de omnibus speciebus inquam, ne multitudine confundamur, uerum quasdam ex maximis eligentes, primum quidem quales quaeque sint, deinde quae iam mutuae communionis habeant, ut ens atque non ens si non possumus perspicua penitus notione comprehendere, saltē congrua de his disputandi ratione non careamus; quoad inuestigatiois huius conditio patitur. Quod si non est uelut imaginatio esse reuera non ens dicemus, infantes forsitan euademus. THE. Decet sanè. HO. Maxima uero omnium genera quae modo referebamur, ens ipsum & status, & motus. THE. Valde. HO. Duo haec inuicem misceri non posse, est dictum. THE. Certe. HO. Ens uero utriusque misceri: ambo enim quodammodo sunt. THE. Nil obstat. HO. Sequitur ut tria sint haec. THE. Sequitur. HO. Annon horum quodlibet à duobus reliquis alterum est, sibi idem? THE. Est. HO. Quid ita nunc idem & alterum diximus? Nūquid ut duo quaedam genera alia quam tria superiora, illis autem necessario semper adnexa? atque ita de quinque generibus cogitandum? An idem hoc & alterum illorum quiddam enunciauimus, quod tamen nos latuit? THE. Forsitan. HO. At uero motus statusque neque alterum est, neque idem. THE. Quae ob causam? HO. Quod communiter motum statumue uocamus, hoc neutrum illorum esse potest. THE. Cur? HO. Quia & motus staret, & status itidem moueretur. Circa enim ambo alterum utrumuis illorum effectum, cogeret alterum in naturae suae transire contrarium, utpote contrarij particeps. THE. Prorsus. HO. Ambo tamen eodem alterou participant. THE. Nempe. HO. Ne ergo dicamus aut motum esse idem uel alterum; aut statum similiter. THE. Non certe. HO. Sed nunquid ens & idem unum esse inuicem cogitandum? THE. Forte. HO. At si ens & idem nihilo inter se differunt, quotiens motum & statum ambo esse dicemus, ambo similiter ista idem denominabimus, hoc autē impossibile. Non potest igitur idem & ens, unum esse. THE. Sic ferme dicendum. HO. Quae tam ergo speciem praeter tres superiores, ipsum idem ponamus. THE. Ponamus. HO. Nunquid ipsum alterum quinto loco ponendum? uel hoc & ens nomina duo unum quiddam significare putandum? THE. Forte. HO. Arbitror tamen concessurum te, quod eorum quae sunt, quaedam ipsa secundum seipsa sunt, quaedam ad alia referuntur. THE. AETETVS. Quid ni? HO. Alterum autem semper ad alterum. nonne? THE. Semper. HO. Non tamen ita, nisi alterum & ens inter se longe differrent. Sed si alterum speciebus utrisque participaret ut ens, esset utique aliquid eorum quae altera sunt, alterum utique non ad alterum: nunc autem quicquid reuera alterum est, ex necessitate sequitur ut secundum id quod est, alterum sit. THE. AETETVS. Sic est ut dicis. HO. SPES. Quintam ergo alterius ipsius naturam in speciebus quibus adiunximus ponere decet. THE. AET. Profecto. HO. SPES. Dicendum quoque per omnia haec illam discurrere, esse enim ex alijs unumquodque alterum non per sui ipsius naturam, sed quia alterius ideae sit particeps. THE. Reuera. HO. Sic autem de quinque sigillatim repetendo dicamus. THE. Qui? HO. Principio

Quomodo la
teant philoso
phus & sor
phista
Oculi uulgar
rum animar
um radios di
uinitatis susti
nere non poss
sunt

Quod ens &
idem non sint
unum

pio quod motus omnino alterum quiddam est quam status. Ita ne, an aliter afferendum? THE. Ita prorsus. HO. Non ergo status est. THE. Nullo pacto. HO. Est autem, ex eo quod entis est particeps. THE. Est. HO. Rursus motus alterum esse quam ipsum idem. THE. Ferme. HO. Non ergo ipsum idem est. THE. Non certe. HO. Attamen idem quodammodo est propter participationem. Omnia enim ipso eodem participant. THE. Summopere. HO. Concedendum igitur sine controuersia motum & idem esse pariter & non idem, neque enim simili ratione utrunque pronunciamus; sed idem, quia ipsum eiusdem particeps, sibi met idem est. Non idem uero, quia ipsum quoque alterum recipit, quo ab ipso eodem se iungitur, neque illud est, sed aliud quiddam. Quam obrem recte non idem dicitur. THE. Recte nimirum. HO. Quinetiam si quo modo statum ipse se motus admitteret, motum stabilem nominare nequaquam esset absurdum. THE. Recte, si quidem concesserimus e generibus quaedam inuicem communicare uelle, quaedam minime. HO. At uero ad huius prius demonstrationem, quam praesentium refellendo peruenimus, quod uidelicet sic natura se res habeat. THE. Cur non? HO. Dicamus iterum motum alterum esse quam ipsum alterum, quemadmodum aliud quam idem & status erat. THE. Necessesse est. HO. Est ergo & alterum haec ratione quodammodo et non alterum. THE. Verum. HO. Quid uero deinceps? Num alterum ipsum quam tria dicemus, non tamen a quarto diuersum, cum quinque illa esse confessi fuerimus, e quibus unum considerandum proposuimus? THE. At quomodo? Neque enim minorem illorum numerum quam supra constiterit, inducere possumus. HO. Ergo nihil ueriti asseueremus motum aliud esse quam ens. THE. Asseueremus protinus. HO. Quare motus reuera non ens existit, & ens, quando quidem entis est particeps. THE. Manifestum id quidem. HO. Sequitur itaque non ens in motu & in alijs generibus omnibus esse. Nam in singulis alterius ipsius natura, dum alterum unum quodque quam ipsum ens efficit, non ens efficit singula: atque ideo cuncta similiter non entia hac de causa praedicabimus, & quia ente participant, esse iterum dicemus, entiaque uocabimus. THE. O. Apparet. HO. Ergo circa speciem quamlibet ens quidem multiplex est, non ens autem multitudine infinitum. THE. O. Videtur. HO. An non ipsum quoque ens aliud quam unum quodque aliorum est dicendum? THE. Necessesse est. HO. Ens itaque quot numero alia sunt, totidem non est ipsum: nam cum illa ipsum non sit, unum quidem ipsum est: alia uero quae infinita sunt numero, non est. THE. Ita per se dicendum. HO. Haud sane turbare nos haec debent, si quidem natura generum mutua communicationem habet. Siquis autem minus haec accipit, sciendum positum superioribus, concedi haec insuper oportere. THE. Aequo dicitis. HO. Videamus & hoc. THE. Quidnam? HO. Quotiens non ens dicimus, ut uidemur, nequaquam entis contrarium dicimus, sed alterum quiddam solum. THE. Quo modo? HO. Ceu cum non magnum dicimus, non magis paruum quam equale eo uocabulo significamus. THE. Sic est. HO. Non ergo contrarium, quando negatio dicitur, significari fatebimur: tantum uero duntaxat asseuerabimus, quod non, & neque, aliquid ex aliorum numero significant quando nomina antecedunt, imo quotiens antecedunt res ipsas, circa quas nomina negationes sequentia pronuntiantur. THE. Sic est omnino. HO. Hoc praeterea si tibi uideatur, meditemur. THE. Quid istud? HO. Ipsius alterius natura eodem modo quo & scientia, concisa uideatur. THE. Dicage quo pacto? HO. Vna quidem est & illa, pars autem illius in aliquo residens, sigillatimque determinata, cognomentum proprium est sortita: quocirca multae artes scientiaque esse dicuntur. THE. Prorsus. HO. Nonne et partes naturae ipsius alterius, quae una est, idem quod & partes scientiae patiuntur? THE. Forsitan. Verum qua ratione, declarabo. HO. Est pulchro pars aliqua ipsius alterius opposita? THE. Est. HO. Hanc ne omnino cognomento carere dicemus? an potius cognominari? THE. O. Cognominari. HO. Quod enim non pulchrum ubique pronunciamus, hoc non ab alio quoquam alterum est, quam a pulchri natura. Age itaque ad hoc responde. THE. Ad quid respondeam? HO. Cum aliquid in parte quadam entium determinatum sit, rursusque alicui entium opponatur, coniungaturque ita non pulchrum dicitur, sequitur non pulchrum esse aliquid, quando quidem est illud cui opponitur. THE. Recte admodum. HO. Nunquid ex hoc sermone pulchrum magis in numero entium, non pulchrum minus ponendum? THE. Nihil magis. HO. Similiter ergo tam non magnum quam magnum esse dicendum. THE. Similiter. HO. Quinetiam non

Non ens in quibus sit

Quando negatio contrarium non significat

Non. Meditatio ipsius alterius

non iustum ex aequo ac iustum esse asseuerandum. THE. Absque dubio. HO. Eademque erit de ceteris ratio, postquam alterius ipsius natura e genere entium esse apparuit. Ea uero existentis, necesse est & partes eius nihilominus existere. THE. AE. Quid prohibet? HO. S. Oppositio ipsa quae est inter partem naturae ipsius alterius, partem uero entis, nihilominus si dictum fas est, quam ens ipsum essentia est: neque contrarium illius, sed alterum quiddam duntaxat significat. THE. Perspicue. HO. S. P. Quam igitur ipsam appellabimus? THE. Constat utique quod non ens id quod a nobis sophista gratia quaesitum hoc ipsum est. HO. An ut dicebas nihilominus quam ceterorum quicquam essentiam habet? oportetque aut dacter iam dicere quod non ens firmiter naturam suam habet, quemadmodum magnum erat magnum, pulchrumque erat pulchrum, ac etiam non magnum & non pulchrum? Eodemque pacto non ens secundum idem erat & est non ens species una multis alijs entibus adnumerata. Nunquid ulterius circa hoc Theatete ambigimus? THE. AE. Nequaquam. HO. S. Aduertis ne quam longe a Parmenidis mente diuertimus? THE. Cur nam? HO. Illius limites transgressi sumus, dum ulterius quam statuerit considerauimus & ostendimus. THE. Quo pacto? HO. Quoniam inquit ille, Nunquam, & nullo modo sunt non entia. Sed tu quaerens ab hoc progressu cohibe mentem. Haec ille. Nos autem non solum non entia esse ostendimus, sed quae sit non entis species demonstrauimus. Cum enim ostendimus alterius ipsius naturam esse, perque omnia entia diuisam atque dispersam inuicem, tunc partem eius oppositam ei quod cuiusque ens est, esse ipsum re uera non ens asseueramus. THE. Vera prorsus o Hospes dixisse mihi uidemur. HO. S. Nemo itaque dicat, quod postquam non ens entis contrarium ostendimus, esse ipsum dicere audeamus. Nos enim iam diu uale ei diximus qui roget, quod contrarium est alicuius reuera sit nec ne, & ratione quaedam subsistat nec ne aut ratione careat. Quod autem nunc diximus esse non ens, uel reprobare re debet qui minus credit, uel si reprobare non ualet, eousque credere, quousque contradicere nequit: quod uidelicet genera inuicem sint commixta, ensque & alterum per se inuicem perque alia omnia penetrando, sese mutuo capiant, dum alterum ente participat. Est enim ob participationem huiusmodi, non tamen est illud ipsum quo participat, sed aliud quiddam. Cum uero aliud sit quam ipsum ens, necessario sequitur ut non ens esse dicatur. Ens quoque ex eo quod est ipsius alterius particeps, alterum quiddam ab alijs generibus est dicendum. Cumque alterum sit quam reliqua cuncta, nec unum aliquid ex illis, neque cuncta existit, sed ipsum quod est duntaxat. Quapropter ens absque dubio in plurimis plurima non est. Et alia quoque similiter tam uniuersa quam singula multifariam quidem sunt, & multifariam non sunt. THE. Vera narras. HO. Siquis contrarijs huius conuersionibus fidem non praestat, cogitare debet ut meliora quam haec inducat, aut si quis quasi arduum quiddam inuenierit, gaudet nunc huc, nunc illuc sermones trahens, is sciat haud sane multo studio digna se ex cogitauisse, quemadmodum sermones hi testantur. Hoc enim neque egregium aliquid neque inuentu difficile est, sed illud arduum atque praclarum. THE. Quidnam? HO. Quod & supra dictum est, ut his tanquam leuibus omissis, ea quae eadem plane sunt redarguere unaqueque in re possit: siue quod alterum est, idem, siue quod idem, alterum, atque id eadem utrumque ratione, esse conuincens. Nam quod idem est, alterum, aut quod alterum, idem etiam quomodo esse, & quod magnum est, paruum, & quod simile, dissimile etiam sit, ostendit: & contraria hoc pacto connectere, haud uera redargutio est, sed uix leuiter rem attingens, rudisque & nuper nata. THE. Omnino quidem. HO. Nam omne ab omni fecerere o adolescens optime & inconcinnum est, & hominis musicae philosophiaque prorsus expertis. THE. Quam obrem? HO. S. Omnis penitus oratio deletur si unum quodque ab omnibus segregatur. Nam propter mutuam specierum copulam oratio consistit. THE. Sic est. HO. S. Aduerte obsecro quam opportune nunc aduersus istos pugnantem coegimus eos, ut alterum alteri commiseri permitterent. THE. Ad quid maxime? HO. S. Ad hoc ut oratio unum aliquid e generibus sit, hoc enim si priuaremur, philosophia ut plurimum carebit. Oportet praeterea in praesentia communi consensu quid oratio sit, definire, quod si penitus e medio tolleretur, nulla de re loqui possemus. Tolleretur autem si concessum esset nullam esse rerum commixtionem. THE. Recte id quidem. Verum qua de causa nunc oratio definienda sit, non intelligo. HO. At forte hoc modo percipies. THE. Quo? HO. Non ens consistit unum quoddam reliquorum generum existens, per omnia quae sunt, diffusum.

Probatur quod non ens sit

Quod non ens firmiter habet naturam suam

Carmina Parmenidis

Qui positioni non credit, reprobare debet, qui reprobare non ualet, credere debet

THE. Constitit. H. O. Considerandum ergo deinceps utrum opinioni atq; orationi immi-
 fceatur. THE. Cur? H. O. S. P. Quoniam si nullo modo his immiscetur, uera esse omnia ne-
 cesse est. sin autem miscetur, falsa opinio, oratioq; falsa exoriuntur. Dicere enim & opinia-
 ri non entia, hoc ipsum falsum est, orationi & cogitationi contingens. THE. Sic est. H. O.
 Cum uero sit falsitas, deceptio sequitur. THE. Stratim. H. O. S. Orta deceptione, necesse est
 simulacris & imaginibus phantasiaq; cuncta repleri. THE. Nihil repugnat. H. O. Sophis-
 tam uero dicebamus hunc in locum confugisse, dum falsum nullo modo esse diceret, quia
 non ens nemo cogitet uel pronunciet, cum non ens nulla ex parte sit essentia particeps.
 THE. Sic est dictum. H. O. Nunc autem hoc entis particeps nobis apparuit; quapropter
 haud ultra hac quidem parte pugnabit. Forte uero dicit, quasdam esse species cum non
 ente participare, quasdam minime: orationem & opinionem ex illorum numero esse quae
 non participant; & id circo facultatem illam phantasticam simulacrorum magistram, in
 qua illum locauimus, nusquam esse contendet, postquam opinio oratioq; cum non ente
 nullo modo participat: falsumq; nihil esse dicit, cum nulla communio talis reperitur.
 Quamobrem quid oratio sit opinioq; & phantasia, primo inuestigandum, ut his declara-
 tis, eorum cum non ente communionem conspiciamus: qua inspecta, falsum esse aliquid
 ostendamus: cumq; hoc ostenderit, in eo Sophistam si quidem reus est, uinciamus. aut
 etiam illum absoluentes, alio quodam in genere deinde quaramus. THE. Verum omni-
 no uidetur hospes, quod ab initio de Sophista praediximus, quod uidelicet prehensu dif-
 ficile genus hoc prorsus sit. Multis enim obijcibus circumseptus uidetur, neq; ad eum per-
 uenire quis potest nisi prius obstaculum quod obiecit ille, submouerit. Et nunc quidem
 uix tandem obiectionem illam euasimus, qua non ens nullo modo esse intulerat. Continuo
 siquidem aliud est obiectum. Vnde oportet & orationem & opinionem falsas esse posse
 ostendere, ac forsitan post hoc aliud, aliudq; post illud, nullusq; terminus inuenietur. H. O.
 Forti animo persequi Theetete debet, quisquis progressi uel aliquando in eo quod coe-
 pit potest. Quomodo enim qui in istis haesitet, in alijs audeat unquam. Nam qui in illis aut
 nihil efficit, aut retro repellitur, nunquam ut pro uerbis fertur, expugnabit urbem. Nunc
 uero postquam quod dicebas transactum nobis est, & ingens propugnaculum captum,
 reliqua posthac minora, leuioraq; supersunt. THE. Praclare loqueris. H. O. S. Orationem
 itaq; primo opinionem uel capiamus, ut clarius ostendamus, utrum non ens haec attingat, an
 uero omnino sint ambo, falsumq; neutrum. THE. Optime. H. O. S. Age quemadmodum
 circa species & literas diximus, similiter circa nomina rursus excogitemus. Vide enim
 quod nunc queritur ita sese habere. THE. Quid potissimum de nominibus uis intelligi? H. O.
 Vtrum omnia inuicem congruant, aut nullum, aut quaedam consonent, alia dissonent. THE.
 Patet quod quaedam congruunt, quaedam minime. H. O. Forte tale quiddam ais, quod quae cose-
 quenter dicta aliquid exprimunt, inuicem congruunt: quae uero continuata nihil significant,
 non conueniunt. THE. Quomodo? quid uel dicebas? H. O. Quod intelligere te & fateri pu-
 tau. Duo namq; sunt genera declarationum earum, quae circa essentiam uoce fiunt. THE. Quo
 pacto? H. O. Vnum quidem nominum genus, uerborum alterum. THE. Dic utrunq; H. O. De-
 claratione qua actiones significantur, uerbum dicimus. THE. Sanè. H. O. S. Signum aut uocis
 agentibus ipsis impositum, nomen. THE. Prorsus. H. O. Ex solis nominibus ordine prola-
 tis oratio nunquam efficitur, neq; rursus ex uerbis absq; nominibus pronuntiat. THE.
 Haec non didici. H. O. Cōstat utiq; quod aliud intēdens animū paulo ante assentiebare. nam
 hoc ipsum est quod dicere uolebā, quod ista si solū ita cōtinuata pronuntiant, orationē non
 faciunt. THE. Quomodo? H. O. Ut uadit, currit, dormit, & alia uerba quaecunq; actiones
 significant: quae si quis subiungat omnia, nihilo magis orationem facit. THE. Sic est. H. O. S.
 Rursusq; cū dicitur, leo, ceruus, equus, caeteraq; nomina quae ipsos agentes significant, non
 dum hac continuatione oratio ulla cōficitur. Nam quae proferuntur, haud ante actionem,
 uel actionis impedimentum, aut essentiam, siue existentiam rei, seu non existentiam ostendunt: q̄
 uerba nominibus miscant. Tunc uero primū conueniunt, statimq; sit oratio, & prima ho-
 rum cōplexio, prima oratio est, etiā si sit breuissima. THE. Qui istuc inquis? H. O. Quādo
 quis dicit, homo dicit, orationē hanc esse ais primā atq; breuissimā? THE. Equidē. H. O. S.
 Tunc sane declarat aliquid de his quae sunt uel fiunt, aut fuerūt iam, aut erunt. Neq; nomi-
 natantū, sed & definit aliquid, uerba nominibus copulans. Ideoq; non modo nominare,
 uerum

And ente fal-
sitas a falsita-
te deceptio

Vis phantasi-
ca simulacro-
rum magistra

Pro uerbis
Nunquam ex-
pugnabit ur-
bem

Quae uoces
sint congruen-
tes, quae non

Verbum
Nomen

Prima oratio
ac breuissima
homo dicit

uerum etiam loqui ipsam dicimus, talisq; cōtextui nominum, orationis nomē indidimus.
 THE. Recte. H. O. Enim uero quemadmodum res aliqua cōsonant inuicem, ut supra dixi-
 mus, aliqua dissonant, ita & signa uocum quaedam nequaquam conueniunt, quaedam cō-
 gruētia orationē cōficiūt. THE. Prorsus. H. O. Accipe & hoc breue. THE. Quale istud?
 H. O. Orationem necesse est quotiens fit, alicuius esse orationem; nullius enim esse oratio-
 nem impossibile est. THE. Ita uidetur. H. O. Nonne & qualem quandā esse ipsam oportet?
 THE. Oportet sane. H. O. An imaduertamus obsecro diligenter. THE. Decet. H. O. S. Affe-
 ram orationem tibi, rem cum actione per nomē uerbumq; coniungens: cuius aut oratio
 sit, tū dicas. THE. Efficiam ut potero. H. O. Thegetus sedet, num oratio ista prolixat? THE.
 Non, sed mediocris. H. O. Tu uis nunc dicere de quo & cuius oratio est. THE. De me ui-
 delicet, atq; mea. H. O. Haec etiam? THE. Quenam? H. O. Thegetus, hic quicū ego nunc di-
 spūto, uolat. THE. Nemo de hac quoq; aliter diceret, nisi quod de me meaq; est. H. O. Dixi-
 mus qualem quandam esse orationem quamlibet oportere. THE. Diximus. H. O. Vnā ue-
 ram, alteram falsam. Vera oratio ea quae sunt ut sunt, de te praedicat. THE. Certe. H. O. Fal-
 sa aut, alia q̄ quae sunt. THE. Profecto. H. O. Quae non sunt ergo, quasi sint asserit. THE.
 Sic ferme. H. O. Et quae reuera sunt, alia de te dicit. Multa siquidem entia circa unū quodq;
 esse praediximus, multa quoq; nō entia. THE. Omnino. H. O. Primum quidem necesse est
 orationem illam quam secundo loco de te protuli, secundum orationis definitionē, unam
 quādam ex breuissimis esse. THE. Sic enim inter nos conuenit. H. O. S. Deinde exprime,
 hūm alicuius sit. THE. Alicuius. H. O. Si tua nō est, alterius multominus. THE. Patet. H. O.
 Si nullius est, neq; oratio prorsus est: Nam ostensum est, fieri non posse, ut quae oratio est,
 nullius oratio sit. THE. Scite. H. O. Ergo quotiens de te altera ita praedicantur ac si eadē es-
 sent, & quae non sunt perinde ac si sint, huiusmodi quaedā ex uerbis ac nominibus cōposi-
 tio proculdubio sit oratio falsa. THE. Vera admodū loqueris. H. O. Quid aut de cogitatio-
 ne, opinione, & phantasia dicemus? nonne iam constat quod haec omnia genera, tum ue-
 ra, tum falsa in animis nostris efficiuntur? THE. Qua ratione? H. O. Sic intelliges facile, si pri-
 us quid unum quodq; istorum sit, quoue inter se singula differant, acceperis. THE. Exhi-
 be modo. H. O. Nōne cogitatio & oratio idē nisi quod cogitatio dicitur illa ipsa sine strepi-
 tu uocis interior collocutio, qua sese animus noster alloquitur. THE. Penitus. H. O. Sed
 per os effluxus prolationis ab illa oratio nuncupatur. THE. Verū. H. O. Quinetiam in ora-
 tione hoc animaduertimus. THE. Quid? H. O. Affirmationem in qua & negationē. THE.
 Nempe. H. O. Quando igitur hoc in anima per cogitationem silentio fit, potest ne alio q̄
 opinionis nomine nuncupari? THE. Nequa q̄. H. O. S. Quid uero, cum non per ipsam sed
 per sensum rursus talis passio accidit, potest ne aliter q̄ phantasia cognominari? THE. Nō
 aliter. H. O. Postquam oratio partim uera, partim falsa esse apparuit, cogitatio uero interior
 ipsius animae collocutio, opinio uero cogitationis conclusio, in qua opinionis sensusq; cō-
 mixtio reperitur, necessariū esse uidetur ut cogitationes opinionēsq; partim uerae, partim
 falsae sint: quippe cum sint orationi cognatae. THE. Nihil repugnat. H. O. Aduertis ne nos
 facilius q̄ putabamus, orationem & cogitationē falsas interdū esse inuenisse? Metueba-
 mus sanè ne opus irritū & inexplicabile ista quærentes aggredieremur. THE. Aduerto.
 H. O. Ergo ne reliqua metuamus, uerū postq̄ patefacta sunt ista, superiores illas secundum
 species diuisiones in memoriā reuocemus. THE. Quales? H. O. Imaginariam artē in duas
 diuisimus, assimilatricem scilicet & phantasticam. THE. Sic egimus. H. O. Vtra uero in ar-
 te sophistam collocari ambegebamus. THE. Profecto. H. O. Post hanc ambiguitatem
 repente profundior emerit caligo, cum sermo ille cunctis dubius inferret, quod neq; ima-
 go, neq; simulacrum, neq; phantasma omnino usquā est, quia nullo modo, usquā, unq̄ fal-
 sum extet. THE. Vera narras. H. O. nunc aut postq̄ apparuit quidem oratio, apparuit &
 opinio falsa, possibile est simulacra quaedam rerum uerarum æmula esse, & ab hac dispo-
 sitione artem decipiendū manere. THE. Possibile certe. H. O. S. Quinetiam quod in his So-
 phista uersatur, est concessum. THE. Est. H. O. S. Adnitamur iterum bifariam genus pro-
 positum partientes semper ad dexteram progredi diuisi partem, & quae cum Sophista
 quoquo modo communicant, circumspicere, ut communibus omnibus anputatis pro-
 priam eius sedem atq; effigiem, & nos intueamur, & his qui ad huiusmodi disciplinā pro-
 gressum natura accedunt, quam proxime ostendamus. THE. Probe. H. O. S. Nonne ab

Loquitur, qui
nomen cū uer-
bo iungit
Orationē ali-
cuius esse
oportere

Quid cogita-
tio, nam eadē
oratio
Opinio
Phantasia

initio artem efficiendi unam, acquirendi alteram partientes induximus? THEAE. Certe. H O S. Diuisa postmodum acquirendi arte sub ea Sophistam locauimus in uenatione, ceramine, mercatura, & huiuscemodi speciebus. THE. Sic prorsus est actum. H O. Nunc uero postquam efficiendi quoque ars Sophistam complexa est, constat in primis artem hanc esse bifariam diuidendam. Imitatio quippe, effectio quaedam est, simulacrorum scilicet non uerarum rerum, quemadmodum supra diximus. Nonne? THE. Proculdubio. H O. Effectricis igitur facultatis duae primum sint partes. THE. Quae? H O S. Diuina & humana. THE. Nondum intelligo. H O. Si modo quae supra dicta sunt, recordamur, effectricem facultatem diximus uim quandam quae causa est ut sint postea quae ante non fuerant. THE. Recordamur. H O S P. Animalia cuncta mortalia, plantasque, quaecumque terra ex seminibus radicibusue nascuntur, & quaecumque inanimata in terra consistunt, siue liquefieri possint, siue non possint, nunquid alio quodam opifice fabricata quam deo, facta esse, cum prius non fuissent dicimus? an multorum doctrinam sermonesque sectabimur? THE. Quorum? H O. Dicentium, ista natura ipsa gigni a causa quadam fortuita, sine mente haec agente; uel cum ratione potius scientiaque diuina, quae ab ipso deo sit orta. THE. Ego forte propter aetatem, tum hoc tum aliud opinor. In praesentia uero ad te respiciens, putansque existimare te per deum haec omnia gigni, idem ipse quoque existimo. H O. Recte admodum Theatete. Ac si te putarem in posterum aliter opinaturum, nunc ratione simul cum necessaria quadam persuasione, ut nobis credere efficeremus. Quoniam uero eius ingenij esse te noui, ut etiam sine nostra demonstratione ultro ad illa sis profecturus, ad quae nunc trahi te dicis, dimittam. Nam superuacua disputatio talis esset. Ponam uero illa quae natura gigni dicuntur, arte diuina fieri; quae autem ex his, ab hominibus componuntur, humanaeque; hac ratione duo effectricis facultatis genera, humanum uidelicet, & diuinum. THE. Praclare. H O. Cum uero duae sint artes, utraque bifariam diuidit. THE. Quae? H O. Quemadmodum ars effectrix uniuersa per latitudinem est diuisa, ita nunc per longitudinem diuidatur, atque ita quatuor illius partes efficiuntur, duae quo ad nos humanae, duae iterum quo ad deos diuinae. THE. Profectio. H O. Ex his quidem rursus aliter nunc diuisis, utriusque partitionis pars una est effectrix, reliquae autem imaginariae nominantur, unde rursus efficiendi facultas in duo diuiditur. THE. Dicis iterum quemadmodum utraque. H O. Homines utique & animalia caetera, ea uel ex quibus ista gignuntur, ignis & aqua, horumque germana, dei opera esse cognoscimus. THE. Nempe. H O S. Post haec horum simulacra sequuntur daemonum quadam machinatione producta. THE. Quali? H O. Phantasmata enim quae dormientibus occurrunt, quaeque in die per se absque arte uidentur, umbra quidem cum tenebrae igni miscentur: duplex autem quando lumen proprium & extraneum circa perspicua leuiasque in unum concurrens, sensumque contrarium solitae uisionis praebens, speciem efficit. THE. Duo ergo sunt ista diuinae effectricis opera, res uidelicet singulae, singulaeque res sequentia simulacra. H O. Ars autem humana nonne per architecturam domum fabricat, per picturam uero domus imaginem, ueluti quoddam humanum insomniui uigilantibus factum. THE. Nulli dubium. H O S. In alijs quoque similiter per duo partiendo, gemina opera effectricis nostrae actionis inueniemus. Ipsam quippe rem principalis facultate, imaginem uero aemulatrice illa facientes. THE. Plane iam intelligo, ac duas bifariam pono effectricis, species facultatis. Primo siquidem in diuinam partior & humanam, deinde & in rerum ipsarum & in imaginem effectricem. H O. Reminiscamur obsecro duo dixisse nos imaginariae facultatis genera esse oportere, assimilatorum scilicet & phantastorum, si modo aliquid reuera falsum, & falsum unum aliquid eorum quae sunt sit futurum. THE. Dictum certe. H O. Nonne constitit? ideoque nunc ipsi duas sine controuersia species adnumerabimus? THE. Sane. H O. Phantasticum itaque rursus in duo secundum. THE. Quomodo? H O. Vnum per instrumenta factum, alterum illius qui sese instrumentum phantasma efficientis exhibet. THE. Qui istuc ais? H O. Quotiens aliquis figuram tuam usurpans, corpus suum tuo reddit persimile, seu uocem uoci, imitatio ista phantastice nuncupatur. THE. Utique. H O. Imitatorium hoc appellantes ita distribuamus, & reliquum omne quasi iam quibus cupiditate mittamus, concedamusque alteri ut in unum colligat, & conueniens ipsi tribuat cognomentum. THE. Distribuatur ut uis, & hoc dimittatur. H O. Hoc praeterea duplum est. Theatete existimandum, quam uero ob causam animaduerte. THE. Dic. H O S. Eorum

Eorum qui imitantur, aliqui cognoscentes quod imitantur, hoc agunt, aliqui autem ignorant. An maiorem aliquam discrepantiam diuisionemque ignorantię cognitionisque ponemus. THE. Nullam. H O. Nonne ea quam modo dicebamus cognoscentium imitatio erat? figuram quippe tuam imitatur ille qui te cognoscit. THE. Ille ipse. H O. Quid autem de iustitiae uirtutisque; uniuersa figura dicendum? an non multi dum ignorant, nosse autem hanc opinantur, quod illis uidetur id ipsum imitantes, tam uerbis que operibus annuntiantur ut inesse ipsis appareat? THE. Atque admodum multi. H O. Nunquid ita illos spes fallit, ut sicut iusti non sunt, ita nec etiam uideantur? an contra? THE. Contra. H O. Imitatorem hunc diuersum ab illo superiori dicemus, ignorantem a cognoscente? THE. Dicemus plane. H O. Unde igitur nomen utriusque proprium deducetur? an uidelicet difficile est, quia causa quaedam uetus diuisionis generum in species, superioribus nostris ignota fuerit, adeo ut nemo partiri contenderit, ideoque nomen inopes esse necesse est? Et si dictu audacius uideri potest, declarationis tamen discretionisque gratia, imitationem illam opinionis comitem, opinabilem imitationem: illam uero quae scientiam, historicam quandam scientemque imitationem uocemus. THE. Esto. H O. Harum quidem appellationum altera duntaxat utredum. Nam sophistam, & si in genere imitantium, non tamen in genere scientium posuimus. THE. Sic est. H O. Hunc itaque opiniosum imitatore tanquam ferrum examinemus, sitne solidus simplexque, an contra geminum, duplexque in se quiddam habens. THE. Examinemus. H O. Certe admodum multiplex. Nam sophista alius fatuus & ineptus est, quae opinatur scire se putans. Alterius uero fama, propter uariam in sermonibus reuolutionem, certe suspicionem plurimam metumque habet, ne forte ignoret illa quae coram alijs scire se simulat. THE. Omnino ex utrisque generibus est, ut narraui. H O. Nonne igitur unum quidem simplicem, alterum ironicum imitatore ponemus. THE. Consentaneum est. H O. Huius iterum genus unum an duo dicimus? THE. Tu uideris. H O. Cogito equidem, ac duo cogitanti mihi se offerunt. Vnus quidem publice proluxa oratione apud populum ironia utens; alter priuatim minutis quibusdam captiunculis cogens eum qui cum ipso disputat, sibi met in sermonibus contradicere. THE. Recte admodum loqueris. H O. Quomodo superiorem illum denominabimus? ciuilem ne, an popularem? THE. Popularem. H O. Alterum uero Sophon, id est sapientem, an Sophisticum? THE. Sapientem quidem uocare illum non licet, quando quidem ignorantem ipsum posuimus: Quoniam uero sapientem imitatur, cognomentum quoddam illius simile sortietur. Ac demum intelligo, hunc ipsum prorsus & reuera Sophistam appellari decere. H O. An non ut supra, ita nunc nomen eius colligabimus a fine iterum ad principium omnia complexi? THE. Omnino. H O. Is demum Sophistam uere definit, qui generationem eius & stirpem esse istam asseuerabit. Sophista inquam est, qui in sermonibus disputantem cogit contradicere sibi ipsi, qui & ironici pars est, ab imitatore opinioso ueniens, phantastici item generis, ab imaginaria facultate profluens, non diuinae sed humanae effectricis determinata progenies, ex eorumque numero qui uerbis quasi quibusdam praestigijs mirum in modum decipiunt auditores. THE. Ita prorsus dicendum.

Vnde dictus
Sophista

Vltima sophi
ste definitio

MARSILII FICINI APOLOGVS IN

LIBRVM PLATONIS DE REGNO, AD FEDERICVM

Vrbini datus semper in istum.



VPITER optimus maximus, cum optaret tale in terris quandoque regnum prospicere quale in caelo semper apud se conspicit, iam diu per ipsam diuini regis ideam, regium quandam diuinamque animam demisit in terras. Conuocatisque coelicolis imperauit, ut omnes futuro huic regi suffragaretur, quem superi quidem & a fide regia fidere regum, & ab orbis imperio Orbinatem Ducem iam nominarent, hominem uero mutatis literis Federicum Vrbinatem Ducem essent appellaturi. Assensere omnia Ioui praeter Iunonem numina. Sola enim Iuno crassioris aeris ambitiosa regina coeleste terris regnum haecenus inuidet. Verum Pallas Mercuriusque fauentibus alijs, & teste Veritate, coronam sceptrumque regium iam pridem uiro eidem, cui & Iupiter, libentissime contulerunt. Cum uero Academia passim Palladem, Mercuriumque colat atque sectetur, ipsa quoque regnum orbisque totius monarchiam, qualem diuinus Plato describit, Federico Vrbinati duci, tum ex Iouis sententia, tum ex testimonio Veritatis optime merito felicissime tribuit.

ARGVMENTVM MARSILII FICINI IN

PLATONIS LIBRVM DE REGNO, VEL CIVILEM



VM deus atq; natura hominem agendo producant, cum certe producant, ut agat, agat in qua gratia diuini. Quemadmodum uero alius finis est cuius gratia natura efficit pollicē, alius cuius gratia manum suae pedē, aliusq; rursum ad quem totum efficit hominem: sic alius finis est ad quem hominem dirigit singularem, alius quoq; ad quem familiam, itemq; alius ad quem ciuitatem atq; regnum. Ac deniq; finis ille existimandus est optimus, cuius gratia deus totum genus humanum procreauit. Nemo uero existimet, cum proprii cuiusq; coetus certus sit finis, nullum esse totius: cumq; humanae uitae partibus insit ordo, in uniuerso tamen uitae genere esse confusionem: deniq; cum partes ob finis unius intentionem inter se habeant unionem, totum ipsum esse dispersum. Quam ob rem necesse est certum esse humani generis finem, cumq; in actio ne quadam circa perfectiora consistere, per quam & superiora pro uiribus imitur, & diligenter inferiora gubernet: scientia quidem naturalia perscrutetur, prudentia uero disponat humana, pietate autem diuina colat atq; ueneretur. Eiusmodi ergo finis uitam exigit geminam, & in actione & in contemplatione similiter constitutam, eo tamen pacto, ut actio cōtemplationis tanquā diuini gratia sit instituta. Ceterū absoluta utriusq; uitae perfectio, tot tantisq; & tam uarijs adminiculis indiget, ut neq; a paucis quibusdam, neq; etiam a multis hominibus, sed ab uniuerso simul hominum genere duntaxat possit expleri. Fieri uero non potest ut tam diuersae gentes per media tam diuersa ad unum omnium cōmunemq; finem perducantur, nisi ab uno per unam quandam legem cunctos in unum pariter conducente. Quemadmodum neq; fabri ministriq; genere simul atq; ingenio longe inter se discrepantes, materias admodum uarias ad formā unam & difficij conferentes, in unum unam cōmōde congregant & construent oportune, nisi ab una quadam architecti unius lege regantur. Quapropter non iniuria Plato cum regem quae reueret mundi monarcham, principio architectum produxit in medium, scientiamq; in tria tantum distinxit genera. Quorum primum in cognoscēdo, secundum in agendo, tertium in faciēdo uersatur. In primo arithmetram geometramq; in secundo architectum, in tertio fabrum ministrumq; collocauit, probans architecti facultatem inter speculationem solam solamq; ministeriū mediā esse ponendam, magis tamen speculationis quam ministerij esse participem, neq; iudicare solum geometrarum more, uerum etiam faciētib; imperare, opificiisq; semper adesse. Qualem ferē uult regem esse debere, qui uidelicet & contemplantium more uera diuina dicet, & iura non aliena quidem, sed sua mandat agenda. Proinde Plato exactissima uisus diuisione, quae definitio, nisi scientiaq; admodum necessaria est, Regem Homericō more nominat generis humani pastorem atq; curatōrē, quem totius humani generis unius quasi ouillis unum esse pastorem debere designat, ubi deum inquit, quondam humani generis fuisse pastorem, sub quo & regnum illud Saturni aureum extitisse. Gubernatorem quoq; regem humanae uitae quasi nauis iudicat appellandum. Significat autem in unum esse imperiū omnium conferendum, ut humana gubernatio diuinae quam simillima sit, si quidem & deus unus mundi totius est rector. Quod quidem his quoq; breuiter rationibus confirmatur. Principio si tres mundi partes Asiam, Africam, Europam, regibus distributas tribus subegeris, facile admodum continget ut uel unus duobus uel duo uni quondamq; inferant bellum, aut saltem de finibus, aut alia quapiam de re disceptare cogantur. Itaq; uel inter eos ad unum trium erit litis iudicium deferendū, uel ad quartum quendam praeter tres iudicem constitutum. Quacumq; tandem id ratione fiat, necesse erit iudicem, si modo sententiae sit illius acquiescendum, imperium in eos inter quos iudicatur, habere. alioquin nullius momenti erit iudicium, frustra q; iudicabitur, quod uideri possit regibus, uel magis, uel saltem aequo potentibus dissoluendum. Vnum igitur oportet esse regē omnium iudicem, omnibus proculdubio uenerandū. Praeterea uirtutum exemplar subiectis oportet esse regem. Maxime uero talis erit, si unus fuerit ante omnes, in quem oculos cuncti conuertant. Qui si orbem totum possiderit, nec regnum ulterius affectabit, nec alijs inuidebit. Quae duo scilicet cupiditas & inuidia, solent rapinas & bella potissimum procreare. Et cum sua cuiq; charissima sint, maxime diligit omnes tanquam suos, pariterq; omnes diligit nationes, pariterq; curabit. Optabit pacem summopere, cupiet tranquillitatem, bonorumq; omnium copiam qualis utiq; monarchiae umbra quaedam apparuit imperante Octauiano. Subditi uero & iustissime uiuent, cum iniustus nullus usquam pateat fugae aditus sub monarcha: & quamuis in minima peccandi licentia, tamen in summa libertate uiuent, non tyrannis, paucisq; potentibus, uel insipientis populi subiecti furoribus, sed a sapiente & iusto pioq; rege sic ad commune bonum perducti, tanquā nauē a prudentia iusti gubernatoris ad portum. Quae quidem in re & qui reguntur obtemperando regi sibi ipsi consulent, & rex ipse non tam sibi met q̄ cunctis qui suae cure a deo commissi sunt, uiuet. Recta enim gubernatio quemadmodū in libris de Rep. disputatur, gubernatōrē quidem eorū qui gubernantur gratia, nō gubernatos gratia gubernatoris instituit. Comparat praeterea regem medico, monens ut medicorū more & opportune & si opus fuerit importune, & uolentibus, & quondamq; nolentibus imponat leges, remediaq; afferat salutaria

ria. Eiusmodi uero gubernatorem atq; curatorem sapius civilem uocat uirum q̄ regem, significans adeo humanū ac si fieri possit mihi esse debere, ut inter ciues uideatur esse cōciuis, prudentia, iustitia, cura potius q̄ alio quouis excessu superior. Quod si quis longissimo quodam intervallo prudentia & iustitia manifeste cunctos exuperet, hunc etiam si priuatus uixerit, esse regem omnium a deo creatum absq; controuersia iudicat. Sin aut inter aliquos quantum ad haec spe fiat, parum admodum intersit, illis quodammodo redactis ad unum autoritatem regiam tribuendam: multis uero nequaquam. Quippe cum multi nequeant tanta autoritate digni alicubi reperiri. Tradē uero autoritatem regiam ut ex alijs eiuslibris coniectare licet, uult a senioribus atq; probatissimis, quorum senatus deinde sit collega regis quasi quaedam respublica optimatum. Rex autem unā cum senatu leges condati: quas non liceat, uel cuiquā priuato transgredi, uel uulgo mutare: liceat tamen regi senatuiq; simul pro temporū oportunitate quatenus expedit, diligenti cum aequitate & rebus ipsis accommodare atq; temporibus, & si oportuerit permutare. Regem ipsum in epistolis sacrum haberi censet, sacerdotemq; Aegyptiorum more constitui, sacerorum mysteriorumq; antistitem: & utpote sacrum, ne quando contaminetur, non permittit iudicij ubi de eadē, exilio, carcere agitur, interesse. Proinde in hoc ipso libro eiusmodi regij dignitatem gubernationis omnium optimam esse probat ut diximus: pessimam uero tyrannidem, quae neq; lege, neq; mente legitima imperat, sed impetum potius atq; libidine. Secundo loco laudat optimates, pariterq; uituperat potentiam paucorū. Tertio loco multorū laudat gubernationem, scilicet popularem, si lege gubernent: similiterq; uituperat, si non lege. Post haec autem quid regium sit officium disputat, uidelicet ut quotcumq; hominum generi necessaria sint provideat, praesertimq; ad bene beatq; uiuendum. Iudicetq; prudenter quot artes & quales ad hoc ipsum conferant, siue in pace, siue in bello, seu in dicendo, seu agendo, uel publice, uel priuatim, habeatq; unā cum senatu summam in omnes imperium. Praecipue uero animos omnium decentissima quadam fortitudinis temperantiaq; mixtione componat, muscos imitatus, qui acuta grauius rite miscentes, concentus suauissimos modulantur. Demonstrat enim, & id quidem diuine, non esse tutum animos uel fortitudinem uersus quasi in acutum supra modum intendere, uel temperantiam, uersus quasi in graue nimis remittere. Uinc enim efferatos, hinc effeminatos tandem euadere. Et illi quidem ciues & patriam uelut hostes inuadunt: hi uero neq; se, neq; patriam tuentur ab hostibus. Quamobrem optimum censet ex concinna uirtutis utriusq; copula, in gentiorum consonantiā ubiq; conflare. Sed haec tenus de libri ordine satis sit dictum. Quae uero de sphaerarum motu, prouidentiaq; & fato disputat, in Theologia nostra satis exposuimus. In his certe nos allegorice docet, non habere nos uerum legitimūq; regem, nisi uel in ipso caelo, uel in terris eum quem uelut pastorem caeli rex nobis ipse praefecerit, pastorem in quam non nomine solum, sed uite similitudine ipsum caeli regem pro uiribus referentem. Commemorat & duo regna, Iouis scilicet & Saturni, regnumq; Saturni regis tanquam felicius anteposit. Si quidem sub Ioue actio uitaeq; humana, sub Saturno autem cōtemplatio diuinorum significatur. Saturnus enim graeco nomine Cronos, ut Plato in Cratylō docet, puritatem integritatemq; mentis inuolabilem comprehendit. Quod autem ait Saturno regnante beatos homines uiuere, ostendit diuina quadā uiri mente regnante, quae & actiones gratia cōtemplationis instituat, humanum genus fore beatum. Ego autem finem mox argumento faciam, si breuem prius allegoriam mysterij huius adduxero. Ait enim praesentem mundi circuitum ab oriente ad occidentem esse Ionium atq; fatalem: uerum fore quondamq; alterum huic oppositum sub Saturno ab occidente uicissim ad orientem. In quo sponte nascuntur homines atq; a senio procedent in iuuentutem, alimentaq; illis ultro aeterno sub uere ad uotum suppeditabuntur. Iouem ut arbitror animam mundi uocat, cuius lege fatali manifestus hic manifesti mundi ordo disponitur. Praeterea uitam animorum in corporibus elementalibus, Iouiam esse uult sensibus actioniq; deditam. Saturnam uero supremum inter angelos intellectum, cuius radijs illustrentur ultra angelos anima accendanturq;, & ad intellectualem uitam continue pro uiribus erigantur: quae quoties ad uitam eiusmodi conuertuntur, eatenus sub regno Saturni dicuntur uiuere, quatenus intelligentia uiuent. Proinde in ea uita ideo sponte dicuntur regenerari, quia electione propria in melius reformantur. Rursus in dies retiuenscēre, id est in dies, si modo ibi dies dinumerantur, magis magisq; florescere. Hoc illud apostoli Pauli. Homo interior renouatur in dies. Denique illis alimentum sponte affatim sub perpetuo uere suppeditari, quia non per sensus operamq; disciplinam, sed per lumen intimū, summāq; cum uite tranquillitate atq; uoluptate miris ueritatis ipsius spectaculis perfuuntur.

PERSONAE SEQVENTIS DIALOGI.

SOCRATES. THEODORVS. HOSPES. SOCRATES MINOR.



NGENTEM profectio tibi o Theodore gratia debeo, quod Thegetu & ho spitem hunc Eleatem notos mihi feceris. THEO. Tripla forte mihi debebis o Socrates, postquam ciuilem tibi hominem et philosophu confecerint. so. Esto. Sed ita ne illud o chare Theodore ex te audiuisse dicemus homine et ra tiocinio, & in geometricis potentissimo? THEO. Quid istuc o Socrates? so.

Quod uidelicet horum uiroru unum quenq; eiusdem esse pretij posuerimus, qui tamen ho nore logius inter se distant q; ut explicari illa artis uestrae analogia possit. THEO. Bene o Socrates atq; iuste per deū nostrū Ammonē loqueris, ac propte admodū errorē in cōpu tādo meū mihi nunc obiecisti, ac ego te pro his rursus accedo. Te uero nunc Hospes ne pi geat nobis gratificari, & seu ciuilem hominem prius siue philosophum, electum describe re. H O. Sic agendū ut iubes Theodore, postq; semel aggressi sumus, neq; prius q; ad calcē peruenierimus, desistendum. Verū de Theateto hoc quid facere decet? THEO. Qua de rer? H O. Nunquid requiescere illum iam sinemus? eiusq; loco Socratem istum exercitatio num & studiorum socium accipiemus? Quid consulis? THEO. Ut Socratem assumas. Nam cum iuuenes utriq; sint, omnem laborem facilius per intermissionem ferent. so. At qui utriq; Hospes cognati quodammodo mihi esse uidentur. Theatetu quidem uos figu ra uultus mihi consimilem iudicatis. Socrati quoq; huic cum idem & mihi nomen sit, co gnationem quandam nobis mutuam praebet. Decet autem ut qui cognati sumus, rem eā alacriter oratione testemur. Cum Theateto quidem heri disputando cōueni, & hodie ho spiti huic respondentem audiui. Cum Socrate uero neutru adhuc acaum est. Oportet au tem & hunc examinare. Mihi sane aliā s, tibi nūc respondeat. H O. Sic agemus o Socrates, Audis Socrates? so. MIN. Audio. H O. Assentiris illi? so. Assentior. H O. Quantum igitur ad te attinet nihil prohibet quo minus edisseramus. Multoq; minus impedimēto disputatio ni huc esse me decet. Quinimo post ipsum Sophista necessariū esse uidetur ut ciuile uirū inuestigemus. Responde itaq; utrum hunc in eorum qui scientes dicuntur, numerū referre deceat so. Decet. H O. Ergo scientias partiri debemus, quemadmodū in Sophista quarendo fecimus. so. Forte. H O. Nō tamen eadē partiendi ratio. so. Nō. H O. Sed alia. so. Alia. H O. Diuerticulum itaq; ciuilis scientiae ubinam reperiemus? Inuenire quippe oportet, & ab alijs omnibus segregata, ideam ei unā imprimere, & ceteras item deflexiones, alia qua dam specie una insignire; & scientias omnes duabus speciebus contentas esse nobis per suadere debemus. so. Tua iam interest Hospes ita agere: mea uero nequaquam. H O. Imō etiam tua, quando declaratum id fuerit. so. Scite loqueris. H O. Arithmetica porro & aliae nonnullae huius per similes ab actione liberae sunt, cognitionem uero tantū exhibent. so. Ita certe dicendum. H O. Quae uero ad architecturam, & manuum ministerium pertinent, scientiam innatam actionibus sortiuntur; corporaq; ab illis effecta, quae ante nō erant, per ficiunt. so. Patet. H O. Ita cunctas scientias diuide. Agentem unam, alteram cognoscētem solummodo nomina. so. Sint ergo scientiae species duae, cum una sit scientia tota. H O. V trum ciuilem, Regem, Dominum, Patrem familiā s, eundem esse uolumus? An totidem ar tes in his, quot & nomina ponimus? Imō hac sequere me. so. Quae? H O. Hac inquam. Si quis priuatus publico medico sufficienter consulere potest, nōne necesse est eiusdem ar tis hunc nomine nuncupari, quo & ille cui consulit? so. Certe. H O. Quid porro? Si quis priuatus regem ciuitatis admonere & instruere potest, nōne scientiam illam habere di cetur, qua polere qui regit debebat? so. Diceretur. H O. Atqui uiri regis scientia, regia disci plina est. so. Est. H O. Quisquis ea praeditus est, seu publico fungatur munere, siue priuatus uiuat, omnino secundum hanc peritiā regius merito nuncupabitur. so. Merito. H O. Et nū uero paterfamiliās & dominus idem. so. Idem sane. H O. Nunquid refert ampla ne an angusta sit urbs ad imperium? so. Nihil. H O. Igitur una quod paulo ante inquirebamus, horum omnium scientia est: hanc seu regiam quis, siue ciuilem, seu familiarem omninē di sciplinā, nihil interesse putemus. so. Nihil. H O. Hoc utiq; nemini dubiū, quin omninē rex parū quid manibus ac reliquis mēbris ad regni salutē possit, intelligentia uerō & animi ro bore plurimū. so. Cōstat. H O. Vis ergo regē dicamus speculatricis scientiae propinquorem q; actiuae aut manuum ministerio? so. Volo equidem. H O. Ciuilem ergo scientiam & ciuilem hominem, regiam atq; regium, ut unum idemq; singula componemus. so. Plane. H O. Atqui ordine ad sequentia pergemus, maxime si speculatricem scientiam distinguemus.

so. Profusus. H O. Attende obsecro, num refugium aliquod in hac prospiciamus. so. Di cas, quale? H O. Tale inquam, Extat aliqua computandi facultas. so. Extat. H O. Ea ut arbitror ex illarum numero est quae in speculando uersantur. so. Ex illarum numero cer te. H O. Cognosceret profectio computandi facultas differentiam numerorum. Num aliud huic opus attribuiamus, quam discernere iudicareq; cognita? so. Quid? H O. Etenim archi rectus nullus manuū ministerio utitur, sed utentibus praesidet. so. Ita est. H O. Dum iu dicitum adhibet, non ministerium. so. Id quoq; uerum. H O. Iure igitur speculandi scien tiae particeps est dicendus. so. Et maxime quidem. H O. Hoc ut arbitror ad iudicem perti net, non ad finem quod se attinet uenire, & mox discedere, quemadmodum computator ille, sed incumbere, operarijsq; singulis operam accommodatā mandare, quousq; quod est imperatum absoluerint. so. Probe. H O. Nōne speculatrice omnes hae sunt, & quot cunq; scientiam computandi sequuntur? iudicio autem & imperio genera hae inter se duo differunt? so. Apparent. H O. Quocirca si uniuersam contemplationem in duo distribui amus, partemq; unam iudicio, imperio alteram assignemus, recte forsitan distribuisse pu tabimus. so. Recte nimum ut mea fert opinio. H O. Qui communiter tractant aliquid, sa tis factum sibi inuicem arbitrantur, si quando consenserint. so. Quid nūc? H O. Quousq; i gitur in hoc concordēs sumus, aliorum opiniones praetermittendae. so. Penitus. H O. Die age qua in arte harum, regium hominē ponere decet. Nunquid in iudicaria, tanquā spe ctatorem quandam? An in imperatoria potius, quasi dominū? so. In hac ipsa potius. H O. Vidēdum praeterea siquam imperatoria distinctionem admittit. Mihi q; ita uidetur. Quo differt caupo ab illo qui proprium opus uedit, eo rex a pracone. so. Quo pacto? H O. Cui ponēs aliorū opera prius uendita suscipientes ipsi rursus uendunt. so. Verum. H O. Haud secus pracone sententiam alterius mandata sibi, alijs ipse mandat. so. Sic est. H O. An mis cebimus facultatem regiam imperatoria, praceptoriae, uaticinio atq; preconio alijsq; per multis eiusdem generis artibus, quae omnes imperitant? An uis potius secundum superio rem comparisonem nomē quoq; per comparationē aliquā machinemur, quando quidē genus eorum qui sua ipsi praecipunt, fermē nomine caret; atq; ita hae partiamur, ut regiiū genus in eorū numero qui sua mandat, ponamus, omnis alijs omnibus, quibus alius qui uis nomē ut lubet imponat? Principis quippe gratia nō subditi sermo nobis est institutus. so. Nempe. H O. Postquam igitur satis hoc ab illis est distinctū, & ab alieno ad propriū re daatum, rursus est diuidendum, siquam modo partitionem quae nos admittat in ipso cō perimus. so. Valde. H O. Atqui inueniri posse uidetur. Me igitur sequere diuidendo. so. Quid sequar? H O. Quicumque praesident imperando, idcirco ut aliquid fiat imper ant. so. Procul dubio. H O. Etenim genita omnia bisariam partiri, haud multum diffi cile. so. Qua ratione? H O. Partim animata sunt, partim inanimata. so. Cōstat. H O. Si in membra hae secare speculatrice facultatis partem imperatoriam uolumus, secemus. so. In qua? H O. Pars eius in generatione inanimatorum ponatur, pars in generatione anima torum. Atq; ita totum in duo secabitur. so. Reuera. H O. Partem unam mittamus, alterā re sumentes, eamq; uniuersam in duo iterum diuidamus. so. Vtram illarum resumendā cē ses? H O. Eam quae circa animalia imperat. Neque enim regia maiestas non animatis in star architecturae praesidet, sed generosius animantibus, eiusq; potestas circa ista uersatur. so. Optime. H O. Circa generationem nutritionemq; animalium cura duplex inuenitur. Animalis cuiusdā unius hae. Gregis totius illa. so. Recte. H O. Ciuills autem nō priuatiū unicuiq; curā gerit, quemadmodum qui bouem agit, uel minister qui sternit equum, sed illius uicem gerit, qui equos aut boues pascit. so. Verum esse uidetur, quod nunc est di ctum. H O. Vtram ex animalium nutritione illam quae gregatim ea nutrit, gregis nutriti onem, an communem nutritionem uocamus? so. Vtrinq; usurpari loquēdo contingit. H O. Egregie Socrates respondest: ac si uerbis curiositatem uitabis, euades in senectū re admodum sapientior. Itaq; in praesentia ut iubes agendum. Sed nunquid uides quo pa cto quis gregis nutritionem geminam ostendens efficiat ut quod in utraq; ad id quod nūc propositum est inuestigabitur, in altera deinde perquiratur? so. Annate equidem, & iam mihi uidetur, unam communem hominum, alteram brutorum esse custodiam. H O. Prom pte omnino ac fortiter disereuisti. Cauendum pro uiribus tamen ne posthac nobis id acci dat. so. Quid cauendum mones? H O. Ne unam exiguam particulam aduersus amplas plurimasq;

Facultates im peratoriae. hanc uis cō mune uocabu lum.

Quaerenda est curiositas uer borum.

Genus est du plum duarum specierum, spe cies dimidiū

Mathematicae ab actione li bere cognitio nem solā ha bentes Scientiae species duae Idem ciuilis rex, dominus, paterfamilias

Homo regius

plurimasque fecernamus, neque illam absque specie capiamus, sed pars illa simul speciem habeat. Pulcherrimum namque est, quod quaeritur, ab alijs statim discernere, si modo recte id fiat, quemadmodum ipse paulo ante de diuidendo iudicans, diuidere properasti, sermonem uidens altero membro ad homines declinantem. Ceterum haud satis amice tutum est ad extremum nimisque tenuiter omnia prosequi. Praestat autem per media progredi partiendo, sic enim facilius meliusque ideas inuenimus. Hoc autem ad illa quae perquiruntur, totum refert. s. o. Quae ratione id ais Hospes? h. o. Conandum ob ingenij tui benevolentiam ut clarius explicetur. In praesentia quidem hoc quod propositum est declarare ita ut nihil desit, impossibile est, sed repetendum altius paulo perspicuitatis gratia fuerit. s. o. Quid igitur in hac nostra partitione culpas? h. o. Tale quiddam: si quis humanum genus in duo secare contendens, perinde partiatur, ac multi nostrum partiuntur. hi sane Graecorum genus tanquam unum a ceteris omnibus separant. Cunctos enim alios homines innumera biles, & nulla inter se uitae sermonisque communi deumctos, barbarico nomine signant, & ob hanc unam appellationem genus quoque unum uniuersum hoc arbitrantur. Simile esset praeterea, si quis numerum in duo diuidere uolens, decem milia seorsum ab alijs caperet ut speciem unam: reliquos insuper uno quodam imposito illis nomine, ut unum genus poneret. Rectius autem & per species magis ac per duo membra diuisio fieret, si quis numerum quidem per par & impar, hominum uero genus per matrem foeminamque diuideret: Lydos autem & Phrygas aut alios quosdam tunc a cunctis alijs segregaret, cum et spes & facultas sibi deesse generis inueniendi simul ac partis, utriusque eorum quae sint dissecta. s. o. Scite loqueris Hospes. At illud qua ratione planius intelligi possit ostende, non idem sed aliud esse partem atque genus. h. o. Ouirorum optime Socrates, haud leue quid postulas. Longius modo quam decet ab instituto digressi sumus. Tu uero ulterius etiam peruagari iubes. Nunc porro ut decet est, illuc unde discessit, reflectatur oratio. Ad haec alias otium nacti quasi per quaedam uestigia diuertemus. Veruntamen diligenter hoc cauebis o Socrates, ne putes certum quiddam de hoc ex me audiuisse. s. o. Quo de? h. o. Inter se partem speciemque differre. s. o. Cur nam? h. o. Quicquid est alicuius species, eiusdem pars quoque sit necesse est, cuius species esse dicitur. Partem uero esse speciem uel speciei partem, non est necessarium, hoc modo me potius quam illo dicere semper o Socrates asserere. s. o. Fieret ut iubes. h. o. Post haec autem mihi dicas. s. o. Quid? h. o. Hoc inquam unde huc digressi sumus. Reor equidem eam ob causam hucusque nos aberrasse, quod tu interrogatus quae in membra gregis nutritio diuideretur, admodum prompte respondi, duo quaedam esse animantium genera, alterum quidem hominum, alterum uero brutorum simul omnium unum. s. o. Verum est. h. o. Tunc sane mihi uisus es parte quadam ablata, residuum omne genus unum animalium ob id putauisse ponendum, quod uno quodam communi nomine appellare poteris omnia, dum bruta uocabas. s. o. Sic est actum. h. o. Hoc o fortissime Socrates perinde uidetur esse, ac si quod aliud animal, ut grus, aut aliud tale, prudentiae particeps, eodem quo tu pacto grues rationales uocet, sibi ex eo placens, atque hoc quidem genus unum ponat, caetera uero cuncta simul cum hominibus complectens, genus alterum bruta uocet. Conemur itaque nos ab omnibus huiusmodi erroribus declinare. s. o. Qua uia? h. o. Non animalium genus uniuersum diuidentes, quo minus in his delinquamus. s. o. Neque enim oportet h. o. Atqui ita supra deliquimus. s. o. Quis? h. o. Partem illam contemplatricis scientiae quae ad imperandum spectat, eius generis esse constituit, quod animalia curat, animalia uidelicet gregabilia. Nonne? s. o. Ita certe. h. o. Quare tunc quoque omne animalium genus in ferum & mansuetum est distinctum. Quae enim sic natura instituta sunt ut mansuescere possint, domestica appellata sunt, caetera uero syluestria. s. o. Egregie. h. o. Scientia uero illa quae quae rimus, in domesticis est, & erat, & circa genus animalium sociabile quaerenda uidetur. s. o. Sane. h. o. Ergo ne ad cuncta simul respiciendo, uti tunc, diuidamus, neque in partiendo nihil unum properemus, ut repente cuiuslibet scientiam comprehendamus. Nam nimis festinatio fecit, ut illud quod prouerbio fertur, nunc nobis contingeret. s. o. Quidnam? h. o. Ut cum nimis in diuisione properauerimus, tardius absoluamus. s. o. Et merito quidem Hospes id egit. h. o. De his quidem ita. Rursus autem ab initio communem nutritionem animalium diuidamus, forte namque quod tu uehementer affectas, sermo ipse gradatim ad finem suum deducendus clarus demonstrabit. Responde ad hoc. s. o. Ad quid respondeam? h. o. Hoc forsitan e multis au disti

Quae differen
tia inter par
tem & specie

Prouerbum

disti, neque enim arbitror interfuisse te his qui circa Nilum pisces ipsos manufactant, aut circa regios lacus. Sed quod circa fontes sit, fortassis ipse uidisti. s. o. Et haec ipse uidi, & illa ex multis audiui. h. o. Quinetiam quod quidam greges anserum & gruuum pascant, & si nunquam in agris Thesalicis es uersatus, audisti tamen, & credis. s. o. Procul dubio. h. o. Haec abs te ideo sciscitatus sum, quia animalium illa quae gregatim sit custodia, partim aquaticorum, partim terrenorum esse uidetur. s. o. Est profectio. h. o. Consentis gregis custodiam sic esse bifariam distinguendam, ut partim humida, partim sicca animalia nutriat? s. o. Consentio equidem. h. o. Vtram uero istarum regia respiciat diligenter, nullus quaeret, nam nemini dubium. s. o. Nemini. h. o. Vnusquisque enim praecipue aridorum nutritionem distinguet. s. o. Quae in membra? h. o. In uolantium gradientium uel custodia. s. o. Sic ueritas habet. h. o. Quod ciuilis facultas circa illa quae gradientiunt, duntaxat uersetur, uel solidissimum quisque, ut ita dixerim, animaduerteret. s. o. Absque controuersia. h. o. Gressibilis praeterea generis alimentam, paris instar numerum in duo quaedam parti debemus. s. o. Patet. h. o. Illuc porro quod sermo noster tendit, gemini calles ducere nos posse uidentur. Alter quidem breui quodam tramite, dum angustam particulam ab ampla secernit. Alter uero longiori ambitu, dum praecipuum illud seruauit antea dictum, ut per media diuisio fiat, licet utrum uolumus, ingredi. s. o. An per utrumque proficisci non licet? h. o. Non simul o mirifice adolescens, sed seorsim licet. s. o. Vtrumque ergo seorsim cupiam. h. o. Facile id quidem, cum exiguus sit quod restat. Sane in principio medio uel itinere durum hoc nobis praecipuum fuisset. Nunc autem postquam ita uidetur, longiore prius uiam ingrediamur. Nam cum non ita pridem aggressi rem simus, iter longum leuius peragemus. Distinctionem itaque hanc uide. s. o. Dic modo. h. o. Quae gradientium, manufactorumque & gregatium genus in partes duas secundum naturam diuisum est. s. o. Quas? h. o. Cornibus munitum, & cornibus carens. s. o. Apparet. h. o. Curam gradientium diuidens, utriusque partis conditionem sermone describe. Nam si nominare ipsas uolueris, rem nimis circumspicabis. s. o. Quemadmodum ergo dicendum censens? h. o. Ita. Cum gradientium cura bifariam distincta sit, hoc in corniferis gregis parte est, illud in mutilata. s. o. Sic ista sint dicta, nam satis ostensa sunt. h. o. Constat itaque regem gregis cuiusdem cornibus carentis pastorem esse. s. o. Constat sane. h. o. Hanc itaque discernentes, quod ab ipso agitur exhibere conemur. s. o. Omnino. h. o. Vtrum placet ipsam solidipedum differentia fistulium que diuideret: an potius generatione propria hac, illa communi? Intelligis enim. s. o. Quid? h. o. Quod equorum & aliorum genus inter se promiscue generat. s. o. Nempe. h. o. Reliqua uero domestica, & socialis generis animalia, sine aliena commixtione, propria tantum ex specie procreant. s. o. Perspicuum cuique. h. o. Ciuilis itaque disciplina nunquid promiscue generationis animalia, an simplicis curat? s. o. Immixta ac simplicis proculdubio. h. o. Hanc utique animantium naturam quemadmodum in superioribus hucusque seruauius, gemina per membra secare debemus. s. o. Decet. h. o. Enim uero totum hoc animalis genus domesticis gregalibusque, quod cicur uocant, generibus duobus exceptis iam discreuimus. Genus porro canum inter gregabilia pecora numerare non decet. s. o. Non certe, sed quo pacto haec duo diuidemus? h. o. Hoc inquam quod te ac Theaetum distribuere decet, quando quidem in geometria uersati estis: Diametrum scilicet & diametri rursus diametro. s. o. Qui istuc ais? h. o. Nunquid aliter generis humani conditio ad progressum naturae instituta est, quam diameter potentia bipes? s. o. Haud aliter. h. o. Reliqui sane conditio generis rursus secundum potentiam nostrae potentiae est diameter, quippe cum his duobus sit pedibus constituta. s. o. Nihil obstat quo minus sit huiusmodi. Ac pene iam quod ostendere uis, intelligo. h. o. Cernimus quid insuper risu dignum o Socrates nobis in superiori diuisione contigerit? s. o. Quidnam? h. o. Genus hominum commixtum unaque cum genere generosissimo omnium atque facillimo currens. s. o. Cerno, & quidem clare, quam sit absurdum. h. o. An non conueniens est, quae tardissima sunt, nouissima peruenire? s. o. Contentaneum. h. o. Istud autem nequaquam aduertimus, quod magis ridiculus rex apparet una cum grege hominum discurrens, cursumque cum illo peragens, optime omnium ad uitae facilitatem exercitator. s. o. Omnino quidem. h. o. Nunc illud liquido patet o Socrates, quod in sophistae inquisitione est dictum. s. o. Quid istud? h. o. Quod in huiusmodi disputandi ratione methodica non magis uenustum

Circa Nilum
pisces manue
fieri

Generatio
promiscua &
simplex

uentum quam inuentum curat, nec pluri breuiorem quam longiorem uiam facit, solum autem quod est uerissimum transigit. s. o. Videtur. h. o. Post hoc ne me praeuenias, de uia ad regis diffinitionem constituendam breuiori percontans, ultro ingredior. s. o. Ommino. h. o. Dico igitur oportuisse supra, gressibile animal in bipes, & quadrupes distribueretur: quod homo tunc solo cum uolatil superesset, rursus genus ipsum bipes in nudum implumeque & pennigerum diuidere: hac distinctione peracta, arteque hominum nutrice, & conferuatrice monstrata, ciuilem iam & regium uirum ipsi instar aurigae praeficere, eiusque ciuitatis habenas gubernaculaque tribuere, quasi scientia haec illius sit propria. s. o. Optime tu quidem, & tanquam debitum mihi hanc orationem persoluisti, digressione ipsa fore noris loco adiecta, ac penitus adimpleta. h. o. Age itaque a principio ad finem sermonem de ciuilibus artis nomine colligamus. s. o. Prorsus. h. o. Scientia illius quae in contemplando uersatur, pars una imperandi peritia est, huius subiecta est facultas illa quae per se suaque sponte imperat: huic membrum haud sane exiguum animalium nutritio: huic item, gregis alimonia, hinc animalium, denique gradientium alimonia: hinc rursus species illa quae animalia cornibus carentia pascit. Eius partem ut minimum triplicem complexu necesse est, si quis uno nomine comprehendere uelit, immixti generis pascendi scientiam uocans. Cuius portio ex bipedum grege homines duntaxat pascens, illa ipsa quam quaerimus imperatoria facultas est, quam regiam, & ciuilem pariter nominamus. s. o. Prorsus. h. o. Probe igitur putas o Socrates a nobis quemadmodum iam dixisti actum esse. s. o. Qua de re? h. o. Quod proposuimus, sufficienter ne absolutum sit: An in quaestione hoc maxime praetermissum quod descripsimus quodammodo, nondum tamen penitus definiuimus. s. o. Quamobrem istud ais? h. o. Conabor quod sentio planius explicare. s. o. Dic iam. h. o. Cum multas pastorum facultates esse constiterit, una quaedam illarum uniusque custodia gregis, ciuilibus ipsa disciplina uisa est. s. o. Profecto. h. o. Hanc neque equorum, neque aliorum etiam brutorum, sed hominum tantum in commune esse nutritionem ostendimus. s. o. Id quoque. h. o. Pastorum itaque omnium, & regum differentiam propriam uideamus. s. o. Quam? h. o. Siquis forte alterius artis nomen habens, gregis humani in comuone nutritionem sibi uendicet, quid dicendum? s. o. Qua ratione inquis? h. o. Si mercatores inquam, agricultores, & coqui, gymnastici insuper ac medici, aduersus pastores quos politicos appellauimus, surgerent, afferentque se esse pastores illos hominum: quippe qui uicium non plebi solum, uerum etiam regibus magistratibusque suppeditent. s. o. An non uera dicerent? h. o. Forte. & hoc utique consideremus. scimus enim quod cum bubulco de his nemo certat: ipse enim sine controuersia armenti pastor est qui boues curat, ipse medicus, ipse probubus, partus obfetratrix & nutrix. Praeterea nemo melius iocis, & musica armentum, quam natura horum capax est, oblectat, trahit, et mulcet, siue organis, siue ore solo gregis sui musicam tractans. Eademque est de caeteris pastoribus ratio. Nonne? s. o. Maxime. h. o. Quo pacto igitur sermo ille de rege rectus integerque uidetur, quando pastorem illum, & nutritorem humani gregis ponimus, solum ipsum ab alijs secernentes, cum alij multi de hoc ipso contendant? s. o. Nullo modo. h. o. An non merito paulo ante dubitauimus, quando suspicati sumus ne figuram quandam regis duntaxat induceremus, nondum tamen ciuilem ipsum perfecte definiremus, nisi prius illos qui cum eo sese implicant, & pastores esse non minus quam ille profiterentur, comprehendamus: & ab illis regem secernentes, purum illum seorsim ostendamus. s. o. Recte nimirum. h. o. Hoc igitur nobis o Socrates agendum est, nisi uelimus in fine sermonis infamiam reportare. s. o. Atqui istud nequaquam expedit. h. o. Rursus ab alio principio alia quaedam uia incedendum. s. o. Quae? h. o. Iocum quandam interserere his oportet, magnaque parte proluxa fabula uti, & quod restat, ut supra fecimus, exequi, partem semper partis subdiuidendo, atque ita ad summum quod est quaesitum, deducere. s. o. Oportet sane. h. o. Sed iam fabellam, quod pueri solent accipere arrectis auribus, neque enim a puerilibus annis procul abes. s. o. Dic amabo. h. o. Erat olim, & adhuc erit multa uetustarum rerum memoria, & inter caetera memorabile prodigium, quod circa Atrai Thyestidae litere refertur. Audisti namque ac meministi quod tunc accidisse tradunt. s. o. Nunquid aure aegna ostentum dicitis? h. o. Nequaquam, sed de ortu solis, occasusque, & aliarum stellarum mutatione. Unde enim nunc exoriuntur, tunc occidebant, & contra exortebantur. Tunc uero Deus testimonium praebens Atrai, in hanc

hanc caelum figuram mutauit. s. o. Fertur & hoc. h. o. Quinetiam multis de Saturni regno audiuimus. s. o. Ex multis certe. h. o. Quid uero nonne & prisca illos terra procreari, haud uero ex se inuicem? s. o. Hoc quoque in antiquis rebus commemoratur. h. o. Cuncta haec ab eodem malo proficiscuntur, & alia praeter haec permulta his longe mirabiliora: utrum magnitudine temporis, partim deserunt, partim absque ordine sparsum feruntur: ita uero illud quod horum omnium causa est, nemo utique dixit. Nunc autem dicendum est, nam ad regem ostendendum conferet. s. o. Praclare loqueris. Reteras ergo, neque aliquid praetermittas. h. o. Audi iam. Vniuersum hoc aliis deus ipse regit, agit, atque rotat: aliis uero dimittit, cum mundi circuitus comperentia sibi curricula temporis expluerunt. Mundus uero ultro ac libero tum motu contra reflectitur. Nam & uiuit, & sapientiam ab eo qui ab initio construxit illum, est fortitus. Circuitus autem necessario ipsi hanc ob causam innatus est. s. o. Quam ob causam inquis? h. o. Idem esse semper, & secundum eandem, & eodem se modo habere, solis omnium diuinissimis conuenit: corporis autem natura huius ordinis non est compos. Caeterum id omne quod caelum mundumque uocamus, multa quidem, & felicia munera a genitore suscipit, corporis tamen particeps, expers omnino mutationis cuiuslibet esse non potest: attamen quo ad potest, in eodem, & secundum eandem suam sit permutatio. Seipsum autem conuertere semper, ferme nihil potest, praeter id quod cursum agitat omnibus praestat. Mouere autem id aliis aliter, rursusque contrario modo, nefas est. Ex his omnibus dicendum est, mundum neque seipsum conuertere semper, neque totum semper gemino contrarioque circuitu ab ipso deo reflecti, neque rursus duos deos contrarijs sententijs ipsum uertere. Solum uero quod nuper diximus, restat, aliis ab alia quadam diuina uel duci, uitamque rursus extrinsecus uenientem, & immortalitatem ab opifice suo praeparatam suscipere: aliis autem quando dimissus recurrit, per seipsum currere: quo tempore potestate facta retrogradum multa reuolutionum milia peragere, quia & maximus est, & undique penitus aequilibris, & minimo quodam cardine reuolutus. s. o. C. Verisimilia ualde ista uidentur. h. o. Ex his quae dicta sunt, malum iam illud conijciantes consideremus, quod omnium esse diximus mirabilem causam. Est autem huiusmodi quoddam. s. o. C. Quales? h. o. Quod totius mundi machina tum ita ut nunc, tum contra reuoluitur. s. o. C. Quo pacto? h. o. Mutationem hanc existimare oportet omnium caelestium alternationum maximam extremamque esse. s. o. C. Videtur. h. o. Quamobrem consentaneum est tunc maximas circa nos intra mundum habitantes mutationes fieri. s. o. C. Verisimile id quoque. h. o. Neque uero nos latet quam aegre & difficile tollerent animantium natura magnas, multas, & omnigenas mutationes. s. o. C. Constat. h. o. Ergo animalia multa tunc intereunt, hominesque super sunt perpauci, huiusmodi multis uisusque & mirabilibus passionibus tunc afficiuntur. Id autem contingit omnium maximum, sequiturque continuo reuolutionem illam qua caelum contra quam nunc, reflectitur. s. o. C. Quidnam? h. o. Principio in quacunque aetate quoduis animal est constitutum, in eadem progredi cessat, neque sit senius mortalium quicquam, sed in figuram transit contrariam, iuniorumque & molliorem habitum induit, seniorumque cani capilli nigrescunt: & quibus uenae barbatae prius erant, iam barba deposita in priorem speciem restituntur. Pubescentium quoque corpora pilis positae mollescunt, sensumque singulis diebus & noctibus decrefcentia in puelli naturam redeunt, atque in his tam animam quam corpora habitum subeunt puerorum, demum tabescentia deficiunt, & intereunt. Caduera praeterea illorum qui caelestis mutatione uertiginis subito corruerunt, idem patiuntur, & simili ratione clam ac breui putrescunt. s. o. C. Quae tunc erat hospes animalium generatio? quouero modo ex se inuicem generabantur? h. o. Constat o Socrates quod illis temporibus nihil genus hoc ex sese propagabat. Quod autem dicitur quandoque genus ortum ex terra fuisse, hoc ea tempestate fuit ex terra rursus conuersum. Tradiderunt haec nobis primi illi progenitores nostri, qui statim post primam reuolutionem orti sunt. hi sane horum testes sermonum praeconesque fuerunt, quibus minime uulgo nunc habetur fides, cum tamen admodum conueniat habere. Quod uero hinc sequitur, anima duertendum arbitror. Huic enim quod dicitur, senes in naturam regredi puerorum, hoc consonum est, quod ex mortuis, sed terra conditis, illi iterum tum restituti reuiuiscetesque quidam sequuntur

Fabula de terrigenis hominibus

Cuius circuitus caelo, conditio diuinorum, corporis particeps non est mutationis expertus

tur rotationem illam cœli siue fecult, generatione in contrarium reuoluta, ac tertigenas hac ratione necessario æditos, sic nomine & sermone uocari, quotcunque deus ipsorum in aliam fortem non transfudit exornauitq; .s o c. Hoc profecto est superioribus sequitur. Verum uita quam sub Saturni regno esse dicis, utrum sub illis cœli conuersionibus, an sub his extitit? Mutationem quippe solis reliquarumq; stellarum in utrisque uolutionibus contingere certum est. H o. Optime sermonem assequutus es. Quod autem quæres, sponte omnia hominibus nasci, præsentis conuersioni minime competis, sed superiori potius competeat. Tunc sane totius circuitus princeps curatorq; primum deus extitit, ut nunc per uarias mundi plagas singulæ ipsius partes à dijs principibus distributæ sunt. Animalium quoque genera gregatim distincta demones quidam tanquam diuini pastores sortiti sunt, quorum quisque ad munus suum obeundum sufficiens cum esset, singulis singulis sic ut ille uoluit præficiēbantur, quibus præerat ipse. Quamobrem nihil erat a grege, omnisq; rapacitas & uorago procul aberat, aberat bellum penitus atque seditiones: cætera insuper quæ conditionem illorum temporum sequebantur, innumerabilia sunt. Quod uero de uictus facilitate, & libertate uite fertur, ob id est dictum, quod deus eos pascēbat, ipse illorum pastor & custos: quemadmodum homines nunc, quorum natura diuini, brutorum pastores sunt. Deo itaque custodiēte ciuitatum constitutiones nullæ erant, neque marium fœminatiumq; ad filios procreandos coniugia. Omnes enim ex terra reuiuiscēbant, rerum præteritarum immemores. Aberant autē eiusmodi omnia. Fructus uero illis & poma & fruges, abunde arbores & fertile solum sponte sua absq; agricultura opera suggerēbant. Nudi quinetiam & expediti & errabundi, ut plurimum pascēbantur. Nam temperies illis innoxia, mollia quoq; passim parata cubilia, quàm plurimis ex terra herbis repullulantibus. Vitam ô Socrates hominum sub Saturno uiuentium auctis: hanc uero quam Iouis esse tradunt, præsens ipse sentis: utra uero sit felicior, iudicare: ne uis ac potes: s o c. Minime omnium. H o. Vis ne igitur ego quodammodo tibi disjunctem: s o c. Et maxime quidem. H o. Si Saturni quondam alumni in tanto ocio & libertate, uitæ potentiaq; non solum inter se, sed etiam cum bestijs uiuentes, sciscitantesq; ab omni natura: quæcunq; propriam sentiendi uim aliquam differentem ab alijs habet, ad prudentiam acquirēdam, facile iudicari potest illis longo quodam intervallo nos ad beate uiuendum exuperasse. Sin autem epulis affatum, & poculis saturari inter se, & cū bestijs tales fabulas, conferebant quales de illis nunc referuntur, hoc quoq; ita, ut mea fert opinio, facile admodum iudicaretur. Sed hæc omittamus donec aliquis horū idoneus appareat nuncius, qui nobis referat utrum homines illi scientijs & confabulationibus operâ dederint: cuius autem gratia fabulam hanc ingressi sumus, id iam dicendum ut sequentia cum antecedentibus coniungamus. Cum omnium illorum tempus esset expletum mutationemq; circuitus fore iam oporteret, terreno genere omni consumpto: quippe cum quælibet anima generationes omnes impleisset, quotq; mandata erant cuique totidem unaquæq; in terrâ semina protiecisset: tunc uniuersi gubernator deus quasi gubernaculorum dimissis habentibus, in suis ipsius redijt speculum. Mundi uero deinceps fati reuoluit iterum, & cupiditas inuoluta. Omnes quinetiam dii summi demones collegæ singulis prepositi regionibus quod contigerat aduertentes, mundi partes destituerunt. Mundus deinde contraria principij finisq; sese agitatione reflectens, terram motu ingenti interiora concutiens, animalia rursus cuiusq; generis ut plurimum perdidit. At uero certis temporū exactis curriculis, concussio perturbatioq; cessauit, & mundus à turbulento fragore delictens sollicita suis ipsius progressione cucurrit, & in ordine debito constitutus autoritatem administrationemq; suis ipsius & eorum quæ in se sunt, suscepit, autoris patrisq; sui gubernationem pro uiribus memor imitatus. Principio igitur perfectus executus est, sed ab ea demum imitatione longius degenerauit. Cuius quidem defectus causa est natura corporea præcæ naturæ fomes. Nam quondam ualde deforme erat, & ordinis expertus, antequam præsentis ornatu decoraretur. Ab eo sane qui ipsum construxit, bona omnia possidet: à priori autem deformitate, incommoda, & iniusta omnia quæ intra cœlum nascuntur, & mundus ipse sustinet & uiuentibus inferit. Dum igitur animalia sua unâ cum gubernatore nutrit, mala quidem parua, bona uero ingentia parit: cum autem coniungitur, in proximo discelsus

tempore

tempore perpulchre omnia ducit: uerum procedente tempore obliuione iam occupatur: quapropter prioris deformitatis uitium uehementius dominatur. Demum longo exacto tempore deflorescit, ac bona exigua procreans, malorum uero naturam his plurimam miscens, periculum subit, ne & ipse, & quæ in se sunt omnia dissoluatur. Quamobrem deus ille quondam huius ordinis autor, cernens mundum tanto in discrimine positum, miseretur: ac ne tumultu adeo turbulento fluctuet dissoluaturq;, & in locum dissimilitudinis infinitum mergatur, iterum adstrat, & præsidet, resumtisq; protinus gubernaculis, ægrotantia omnia dissolutaq; antiqua sui agitatiōe cōuertit, ornat, & corrigit, mortisq; seruat illum & senectutis ignarum. Hic ergo cūctorum dictus est finis. Sufficit autē hoc ad regis ipsius ostensionem, si modo supra dicta teneantur. Conuerso enim iterum mundo ad præsentis genituræ progressum, ætas rursus ultra progredi desinit, & noua his contraria quæ erant tunc, reddidit. Animalia porro morti ob ipsam tenuitatem proxima aucta sunt: quæ uero nuper ex terra cana surrexerant, iterum in terram morientia reciderunt. Cætera item omnia transmutata sunt, mundi totius sequentia passionem. Generationis quippe & conceptionis & alimenti imitatio uniuersum ipsum necessario sequebatur. Neque enim dabatur amplius in terra per causas mutuo opitulantes, animal fieri. Nam quemadmodum institutum fuit ut mundus motionis suæ dominus esset, ita simili quodam ductu factum, ut partes mundi per seipsas quoad fieri potest, generent, & nascantur & nutriant. Iam uero ad id peruenimus, ad quod omnis nostra respexit oratio. De reliquis enim animantibus multa & magna referri possent, ex quibus quæq;, & quas ob causas transmutata fuerunt. Que uero circa homines contigerunt, breuiora sunt, & magis ad rem attinent. Cum homines pastoris præsidisq; ipsorum demones essent prouidentia destituti, & animalia multa quæ suapte natura immania fuerant, efferrata iterum essent, inermes ipsi imbecillesq;, & custodia derelicti ab illis passim dilaniabantur. Accedebat inertia, & imperitia superiorum temporum. laborum enim curarumq; nescij uixerant. Telus haud ultra uitium sponte suppedibat, parandi uero industria nondum inuenta, quia nulla necessitas illos ante coegerat. His de causis in summum discrimen atq; penuriam illorum redactæ res sunt. Quapropter munera illa quæ olim à dijs tributa hominibus memorantur, necessaria quadam disciplina eruditioneq; tributa fuerunt. A Prometheo qui dem ignis: artes autem à Vulcano illiusq; consorte: semina quoq; & terræ cultus ab alijs: omnia summam uitæ hominum administracula tunc deorum operâ sunt comparata: cum homines deorum prouidentia deseruisset, oporteretq; ipsos iam propagationis & alimentis suæ curam habere, mundi totius instar, quem imitantes omne per tempus sequentesq; aliter aliterq; nascimur atq; degimus. Sed fabula iam finem habeat. Ea uero conducet nobis ad dignoscendum quantum supra in regis ciuilibusq; definitione errauerimus. s o c. Quam in re, & quâ tum errasse nos dicis: H o. Partim minus, partim generosius, magisq; & plus quàm tunc erratum. s o c. Quo pacto: H o. Quod enim dum quæreretur rex ciuilibusq; uir ex præsentis circuitu generationeque, pastorem ex contraria conuersione adduximus, & pro mortali gregis humani pastore deum commemorauimus, longius transgressi sumus: quod uero ciuitatis uniuersæ principem illum ostendimus, quo autem modo principis esse non declarauimus, uerum quidem diximus, non tamen ad integrum perspiciueq; descripsimus. Quo circa minus in hoc quàm in illo deliquisse uidemur. s o c. Vera loqueris. H o. Existimare ergo debemus tunc demum nos ciuilem uirum satis exposuisse, cum gubernandæ ciuitatis modum ad sufficientiam discereuerimus. s o c. Præclare. H o. Ob hanc utique causam eam fabulam inceptauimus, ut non solum ostenderentur quicunque aduersus regem gregis humani illam in commune nutritionem sibi uendicant, uerum ut illum clarius intueremur quem solum sic appellare decet, cū sicut pastor bouum ouiumque, humani generis pascendi curam gerat. s o c. Recte. H o. Reor equidem ô Socrates pastoris illius diuini figuram maiorem esse quàm ut regi competat. Ciuiles autem hos uiros subiectis similes esse magis, siue naturam, siue educationem, siue disciplinas intueamur. s o c. Omnino quidem. H o. Neque uero perscrutandum est utrum magis minusue fuerint, uel utrum ita sint, an aliter nati. s o c. Quid ni enim: H o. Sic porro iterum resumamus. Artem suopre imperio præcipientem, & circa animalia non priuatim sed publice prouidentem, supra statim gregis nutritionem uocauimus. Recordaris: s o c.

Post Saturnū

Necessitas fer
cit industriā
paradi uisum

A Prometheo
ignis datus, à
Vulcano arte
les

Recordor. H. O. In hoc uero est erratum. Nam ciuilem uirum neq; comprehendimus ad-
huc, neq; denominauimus, sed eius nos adhuc nomen fugit. s. o. c. Quo pacto? H. O. Gre-
ges singulos pascere alijs omnibus pastoribus conuenit: Ciuili autē uiro competens no-
men non dedimus, cum deceret commune cunctis aliquid adhiberi. s. o. c. Vera narras, si
modo licebat. H. O. Immo uero licebat curationem communiter attribuere, absq; nutritio-
nis, aut alterius negotij distinctione: & aliam quādam appellationē inferre communem,
siue gregis ductionem, siue curationem, siue diligentiam appellantes, atq; ita ciuilem unā
cum alijs complecti, postquam sic oportere ratio dictauerat. s. o. c. Optime. Verum quo-
nam pacto postea distinguendum erat? H. O. Quemadmodum gregis nutritionem diuisi-
mus secundum gressibilibus, & uolatilibus speciem, immixtorumq; & mutilatorum, ita
gregis & ductionem secundum eadem illa partiri licebat, atq; ita & Saturni regnum ac
praesens fuisset sermone comprehensum. s. o. c. Videtur. Sed quid tum? H. O. Si ita im-
positum facultati illi nomen fuisset, ut gregis ductionem uocauissemus eam quam gregis nu-
tritionem uocauimus, constat quod nemo aduersum nos contendisset, quasi curatio om-
nino non esset: quemadmodum & hoc non absurde contendatur, quod ars in nobis nul-
la sit nutritiua appellatione digna: & si qua sit, multis alijs prius magisq; quam regie id no-
men competere. s. o. c. Recte. H. O. Nulla uero ars alia de hoc contendit, quasi sit totius hu-
manae communionis curatio maior mitiorq; q̄ regia. s. o. c. Recte loqueris. H. O. Post hec
nūquid aduertimus Socrates q̄ grauiter circa finem deliquimus? s. o. c. Vbi delictū di-
cis? H. O. In hoc inquam, quod & si artem quampiam bipedis gregis nutritionem esse putau-
mus, nō tamen ilico regiam illam atq; ciuilem tanquam absolutam appellare debuimus.
s. o. c. Cur non? H. O. Primo quidem oportebat quod dicebamus nomen ad curam magis
q̄ ad nutritionem accommodare: postea curā diuidere. Nam diuisiones in super nō par-
uas suscipit. s. o. c. Quas? H. O. In diuinum pastorem & humanam curatorem. s. o. c. Sci-
te. H. O. Curationem item humanam in duo. s. o. c. Quas? H. O. In eam quae inuitis, & eam
quae uolentibus imperat. s. o. c. Quid ergo? H. O. In hoc sane peccantes ineptius q̄ decebat
regem tyrannumq; in idem cōduximus, cum & ipsi inter se dissimilimi sint, & gubernan-
di modus longe diuersus. s. o. c. Vera refers. H. O. Nunc igitur iterum emendantes, ut su-
pra dicebam, humanam curationem bifariam partiamur, in uiolentam & uoluntariam.
s. o. c. Absq; dubio. H. O. Violentam quidem tyrannicam, uoluntariam autē uolentiumq;
bipedum gregis ductionem ciuilem artem denominemus: atq; eum qui facultate hac est
praeditus, uirum reuera ciuilem regemq; dicamus. s. o. c. Videntur iam Hospes ciuiliū de-
monstrationis nobis ita demum penitus absolutae. H. O. Bene nobiscum esset ὁ Socrates
actum. Oportet autem non tibi solum id, sed mihi quoq; tecū unā uideri. Et nunc quidem
rex mihi nondum perfectam uidetur habere formam: sed quemadmodum statuarij in-
terdum non satis tempestiue festinantes, cum plura & maiora quam oporteat emblema-
ta adhibent, serius perficiunt opus: sic & nos ut quamprimum atq; in super magnifice prio-
ris explicationis circa regem errata ostenderemus, putātes magna illius exempla ponen-
da, ingentem fabulae molem exaggerauimus, maioriq; quam oportebat illius parte uti co-
acti sumus. quapropter prolixiorē disputationem induximus, & fabulae finem haud
penitus imposuimus. Ac sermo nobis reuera tanquam animal exteriorē quidem circun-
ferentiam absolutam habere uidetur, sed pigmentorum colorumq; mixtione perpicua
nondum decora. Decet autē uerbis orationeq; magis quam pictura aut officio manua-
rio unumquodq; animal describere, exhibereq; his qui asequi ratione possint: ceteris cae-
lo & penicillo exhibeantur. s. o. c. De hoc quidem satis. Quam uero ob causam nondum
sufficenter dictum esse ais, ostende. H. O. Arduum est ὁ beate absq; exemplis res magnas
lucide ostendere. Videtur enim unusquisq; nostrum tanquam per somnium nosse omnia,
reuera autem rursus omnia ignorare. s. o. c. Quo pacto? H. O. Absurdum admodum ὁ So-
crates affectum animae circa scientiam nunc mouimus. Nempe in magnis arduisq; incoe-
pimus, quod in minimis, & facilibus erat per ordinem inchoandum. s. o. Quorsum haec?
H. O. Exemplo rursus exemplum ὁ felix indiget. s. o. Qua ratione? Dicas, nihil mei causa
ueritus. H. O. Dicendū, postquam ipse es audire paratus. Nouimus quid agant pueri, cū pri-
mum literas discunt? s. o. c. Quidnam? H. O. Quod unamquamq; literarū in breuissimis fa-
cillimisq; syllabis sufficenter persentiscūt, ueraq; de illis eloqui possunt. s. o. Quid nō? H. O.

Eadem

Eadē haec in alijs ambigentes opinione sermoneq; falluntur. s. o. c. Prorsus. H. O. An non
itaq; facillime atq; optime ad ignota perducī possunt? s. o. c. Quo pacto? H. O. Reducere
illos primum ad ea oportet, in quibus haec eadem recte opinati fuerant, etsiq; offerre quae
nondum noscunt, & ea inuicem comparando, ostendere eandem similitudinem atq; na-
turam in utriusq; complexionibus esse, donec cū ignotis omnibus quae uera opinione con-
cepta sunt comparata monstrantur: demonstrata uero, & illorum exempla facta demum
efficiant ut ex omnibus cuiuslibet syllabae elementis, id quod diuersum est, ab alijs diuer-
sum nuncupent: quod uero idem est, idem semper secundum eadem cum seipso. s. o. c. Sic
omnino. H. O. Nonne satis hoc comprehendimus? quod uidelicet tūc exempli generatio
est, cum quod idem est in alterutro seiuncto, recta opinione conceptum & utriq; accōmo-
datum, unam amborum communiter opinionē parit? s. o. c. Videtur. H. O. Quid mirum;
si idem natura patiens anima nostra circa rerum omnium elementa, nunc ueritate ipsa cir-
ca unumquodq; in quibusdam cōstituitur, nunc autē circa omnia rursus in alijs fluctuat:
cumq; in quibusdam copulationibus recte quodammodo opinatur, translata in magnas
ac difficiles rerum syllabas, haec eadem rursus ignorat. s. o. c. Nihil utiq; mirum uideri de-
bet. H. O. Nam qua ratione quis ὁ amice posset ab opinione falsa incipiens, ad aliquam ue-
ritatis uel minimam partem perueniendo sapientiam adipiscitur? s. o. c. Nulla ferme. H. O. Si
haec ita natura se habent, nequaquam ego ac tu aberraremus si primo totius exempli na-
turam introspicere conemur in paruū quodam alio sermone exemplo: deinde maximum
illud aggressi regis exemplum, illud ipsum alicunde a minoribus traudentes, per exem-
plum rursus conaremur rerum ciuiliū curationē ite dignoscere, & ipse pro hominō
ueritatem consequi. s. o. c. Recte admodum. H. O. Rursus superior oratio repetenda, qua
inerebatur, postquam permulti cum regio generē de ciuitatis gubernatione cōtendunt,
sibiq; illam usurpant, oportere eos omnes ab illo seiungere, ipsumq; solum relinquere. at-
que ad hoc exemplo quodā opus esse diximus. s. o. c. Valde. H. O. Quodnam potissimum
exemplum exiguum quidem, & eandem ciuilem cōtinens facultatem, adducens aliquis
sufficenter quod inuestigatur inueniet? Vis ne per Iouem ὁ Socrates nisi quid aliud in
promptu habemus, texendi artem eligamus: non uniuersam quidem, sufficere enim, ut ar-
bitror, lanificiū. Forte namq; pars haec electa quod cupimus indicabit. s. o. c. Quid nō? H. O.
Cur non ut superius unumquodq; in partium partes diuidebatur. ita modo circa texendi
artem fecimus, & quam breuissime licet omnia transigentes, quod ad propositum con-
ducit elegimus? s. o. c. Quomodo inquis? H. O. Ipsam enī rationē responsi loco dabo. s. o.
Praclare loqueris. H. O. Eorum quae facimus, quaeq; possidemus, alia gratia aliquid agen-
di, alia, ne quid incommodi patiamur, uelut propugnacula parantur. Propugnaculorum
autem alia remedia sunt, tam diuina quam humana: alia uero obstacula. Obstaculorum
alia militaris armatura, alia circumuallatio. Circumuallationum uero alia uelamina, alia
aduersus aestum frigusq; munitiones. Munitionum alia tegmenta & retinacula, alia ope-
rimenta. Operimentorum quaedam suffulciunt, quaedam amiciunt. Eorum quae amiciunt
alia simplicia, alia uero duplicia atq; composita. Compositorū alia perforata, alia sine per-
foratione connexa. Horum uero quaedam neruea sunt ex his quae terra nascuntur, quae-
dam pilea. Pilea uero partim aqua & terra conglutinata, partim sibi inuicē sunt con-
nexa. His profecto propugnaculis fulcimentisq; quae ex eisde colligatis cōfecta sunt, no-
men uestes imposuimus. Artem uero quae maxime circa uestes uersatur, ab ipsa uestitum
effectione uestificam appellamus, quemadmodum disciplinā ciuitatis procuratricem ab
ipsa ciuitate ciuilem denominauimus: dicamusq; textoriā facultatem, quatenus maxima
ex parte uestes cōtextit, nulla alia re nisi nomine differre ab ista quam uestificam nomina-
uimus, quemadmodū supra regiā diximus a ciuili. s. o. c. Recte admodum. H. O. Post haec ita
cogitemus, quod utiq; uestitiū textricem atq; forsitan sufficenter dicta aliquis existimet:
anima duertere uero nō possit, quod cū ab his quae propius cooperantur, nōdum distin-
cta esset, a multis alijs sibi cognatis discreta fuit. s. o. Quibus cognatis? dicas obscuro. H. O.
Videris mentem supradictis haud satis adhibuisse. Quare iterū ut uidetur a fine ad prin-
cipium redeundum. Si enim propinquitatem intelligis, haec utiq; ab ipsa discreuimus,
dum stragulum compositionem ab amictu & suffulcimentō separaremus. s. o. c. Intelli-
go. H. O. Quinetiam arificium omne quod lino, & chordis uirgultisq; utitur, ac summa-

Generatio
exempliMagna diuer-
sitas eorum
quae facimusPeccatū con-
tingens ei qui
desinit per di-
uisionemVis exempli
ad docendum
quanta.
Definitionis
ars per exem-
pli, quae colle-
ctio quaedam
est, & uia lau-
data ab Ari-
stotele

tum his quæ terra nascuntur, quæ paulo ante neruea uocauimus, iam seiuinximus. Immo & pileorum compositionem, eamue quæ perforando & suendo operatur, quæ ut plurimum ad coriariam pertinet facultatem. s o c. Omnino quidem. h o. Seiuinximus præter ea operimentorum simplicium opificium quod pellibus utitur. Item tegmentorum retinaculorumque machinamenta quocumque in ædificando fiunt; & in alijs artibus quibuscumque ad aquarum retentionem repulsionemque, quæcumque circa platiciones & uiolentas actiones opera, quibus aliquid cohibetur, sepesque & maceriam opponunt, & cumulos quosdam obijciunt, quæque operiunt aliquid. Item ualuarum cancellorumque affixiones, quæ ad clauorum artificium attinent. Quinetiam armaturam segregauimus, quæ portio est amplæ facultatis illius, quæ propugnacula & obstacula obijcit. Præterea coquinariam quæ remedia præbere se uita hominum proficitur, ab initio separauimus. Reliquimus autem artem quandam, quæ uisa est illa esse quam querimus, effectricem scilicet fulcinentorum aduersus frigora laneorum, textoriamque cognominatam. s o c. Videtur. h o. Cæterum nondum o puer perfecte his dictis rem expediuimus. Nam is qui primus uestium artificium tractat, contra quam textor agere uidetur. s o c. Quamobrem? h o. Textor namque quodammodo complicat & connectit. s o c. Certe. h o. Ille uero quæ simul inserta & implicita sunt dissoluit. s o c. Quid istud? h o. Opus eius qui carminat & discernit. Nunquid enim carminatoriam & discretoriam operam eandem cum textoria uocemus? carminatoriamque & discretorem eundem cum textore dicemus? s o. Nullo modo. h o. Siquis autem diligentiam quæ stamina & subtegmina præparat, textoriam uocet, procul & ab opinione hominum, & à ueritate ista appellatione discedet. s o c. Plane. h o. Fullonum præterea sutorumque operam utrum nihil conducere ad uestimentorum confirmationem dicimus? An has omnes textorias appellamus? s o c. Neutrum dicendum uidetur. h o. Veruntamen omnes hæ de uestium curatione cum textoris arte contendunt: ac plurimum quidem illi huius operis dabant, multum quoque sibi eiusdem operis uendicabunt. s o c. Sic est omnino. h o. s. Præter has existimare insuper oportet artes instrumentorum quibus textor utitur effectrices, partem sibi in efficienda tela usurpaturas. s o c. Probe. h o. Vtrum textoriae facultatis ratio, quam ut partem elegimus, sufficienter distincta erit, si ipsam aliarum omnium facultatum quæ circa laneam uestem uersantur, maximam pulcherrimamque dixerimus? Aut ita uerum quidem dicetur, perfecte autem & manifeste nequaquam, priusquam ab ista reliquis secreuerimus? s o c. Ita certe. h o. An non ita deinceps agendum est, ut consequenti ordine nobis sermo procedat? s o. Nihil prohibet. h o. In primis artes geminas circa omnia quæ fiunt consideremus. s o c. Quas? h o. Vnam quidem generationis, ut ita loquar, concausam, alteram uero causam ipsam. s o c. Quomodo? h o. Quæcumque rem ipsam non fabricant, sed fabricantibus organa subministrant, quibus absentibus institutum opus nequaquam perficeretur, eas concausas, ut ita dixerim, nominamus: eas autem ipsas quæ principaliter faciunt, causas appellamus. s o c. Consentaneum id quidem. h o. Post hæc artes quæ colum, fufumque, radium, pecunemque efficiunt, & alia circa uestium operam instrumenta præparant, omnes concausas nuncupemus: illas autem quæ uestimenta curant & efficiunt, causas. s o c. Recte. h o. Ex causis uero partem eam quæ lauat atque quæ medetur, & alias huius generis quæ curam adhibent, cum multa ornandi diligentia sit, generatim colligere decet, & fullonum artem cognominare. s o c. Probe. h o. Eam autem partem quæ carminat, discernit, & filat, & omnes circa uestium effectricem, ars una comprehendit, quæ communiter lanificium nominatur. s o c. Quid nunc? h o. Lanificij porro partitiones duæ, & utraque duarum artium simul partes sunt. s o c. Quo pacto? h o. Facultas illa quæ carminat, & quæ pecunem quodam utitur, ac omnino quæcumque sunt coniuncta disungit, pars lanificij dicitur, cuius maxime partes duæ sunt, discretoria una, altera concretoria. s o c. Sic est omnino. h o. In ea quæ discernit, carminatoria, & alia quæ modo diximus facultates insunt. Nam quæ lanas & stamina diuidit, uel pecunem quodam uel manibus, aliter atque aliter nomina cuncta quæ modo diximus, est sortita. s o c. Ita prorsus. h o. Rursum concretoriae partem simul & lanificij in ipsa contentam sumamus: quæcumque autem ibidem discretoriae inerant, transeamus, lanificium omne bifariam partientes, & concretoriae partem & discretoriae, s o c. Partiamur. h o. Partem itaque concretoriae simul, & lanificium o Socrates diuidere decet, si modo

Artis causa, ars concausa.

si modo propositam nobis texendi artem sufficienter comprehendere uolumus. s o. Oportet sane. h o. Oportet absque dubio. Ideoque dicamus partem eius unam in uoluendo flectendoque, alteram in complicando uersari. s o. Nunquid hæc teneor? Videris enim mihi staminis operam in torquendo ponere. h o. Non huius tantum, sed & subtegmis. An sine retortione generationem huius esse reperiemus? s o c. Nequaquam. h o. Describe horum utrumque; nate namque descriptio talis opportuna uidebitur. s o c. Qualis? h o. Ecce opus carminatoris cum in longum latumque protrahitur, deductionem uocamus. s o. Certe. h o. Cum hoc factis penlis fuso retortum est, solidumque effectum filum, stamen appellant: artem autem ipsam quæ hoc dirigit & protrahit, staminariam. s o c. Recte. h o. Quæcumque uero contortionem mollem accipiunt, & staminis implicatione ad reflectionis attractionem moderatam mollitiem nanciscuntur, ea utique filo deducta subtegmata, artem autem ipsam subtegmariam. s o c. Probe. h o. Atqui pars illa textoriae quam proposuimus, iam cuius patet. Nam pars concretoriae facultatis in lanificio, quando recta protractione subtegmis atque staminis implicatione contextumque efficit, totum quidem ipsum implicitum & contextum uestem laneam, artem uero huiusmodi textoriae nuncupamus. s o. Recte admodum. h o. At cur non statim respondimus textoriae artem esse quæ subtegmata & stamen implicat, sed per longas ambages frustra uagati sumus? s o. Nihil mihi quidem o hospes eorum quæ dicta sunt frustra dictum uidetur. h o. Nihil mirum, sed forsitan uidebitur o beate si frequenter in hunc morbum imposterum incidas. Nunc quid mirum? Audi sermonem qui de huiusmodi omnibus semper est in medium afferendus. s o. Dic modo. h o. Excessum in primis defectusque naturam inspiciamus, ut secundum rationem moderata laudemus, ut ueremusque in singulis quæcumque modum sermonis non seruant, dum in talibus quibusdam disputationibus aut prolixius quam decet aut breuius loquimur. s o. Oportet sane. h o. De his utique iure habenda ratio est. s o. De quibus? h o. De prolixitate inquam & breuitate, deque omni excessu atque defectu. nam dimittendi facultas ad hæc omnia pertinet. s o. Profectio. h o. Eam itaque bifariam distinguamus. Conducit enim ad id quod intendimus. s o. Dicas quo modo distinguendum. h o. Sic. Pars una secundum mutuum magnitudinis paritatisque communionem, altera secundum necessariam generationis essentiam. s o. Qui isthuc ais? h o. An non secundum naturam tibi uidetur, quod maius est, nullo alio quam minori maius esse dicendum? quod uero minus, solo maiori minus? s o. Mihi uero. h o. Quid uero? Quod excedit mediocritatem, & quod excedit seu dicitur siue agendo, nonne esse dicemus id quo boni homines a malis differunt? s o. Apparet. h o. Ergo essentias geminas iudiciaque magni et parui ponere decet: nec ut paulo ante dicebamus, inuicem solum ista referri debent, immo ut nunc dictum est potius inuicem partim, partim ad mediocritatem comparanda uidentur. Huius autem rationem nunquid intelligere uolumus? s o. Quid ni uelimus? h o. Siquis enim maioris naturam ad minus duntaxat referat, ad mediocre non referetur: quid ais? s o. Id ipsum. h o. An non artes ipsas earumque opera omnia hac ratione secernimus? eamue quam querimus ciuilem, & textoriam facultatem in medio tollemus? hæc siquidem omnes quod mediocre maius est aut minus, non quasi non sit, sed ut difficile quiddam in actionibus uitant, atque ita mediocritatem seruantes bona omnia pulchraque efficiunt. s o. Absque dubio. h o. Nonne si ciuilem peritiam sustulerimus, manca nobis, & dubia erit regiae scientiae uestigiorum? s o. Valde. h o. Vtrum quemadmodum in disputatione de sophista, non ens esse eucimus postquam in eo non destituebat oratio: ita nunc plus ipsum, & minus euincere debemus commensurabilia esse non inuicem solum, sed ad mediocre quoque generationem? Neque enim ciuilem disciplinam quisquam, neque alterius humanæ facultatis nisi hoc admittit potest esse peritus. s o. Hoc igitur summo opere nunc est agendum? h o. Maius hoc opus o Socrates est quam illud, est si prolixum illud quoque fuerit, recordamur. uerum tale quiddam merito de ipsis supponendum. s o. Qualis? h o. Quod eo quod nunc dicitur dicitur opus sit, siquidem docere uelimus absolutum & syncerum naturam quid sit: quod autem ad presentia pertinere, egregie sufficienteque monstrauerimus, conferre mihi uidetur sermo hic magno opere, quod uidelicet existimandum est omnes similiter artes secundum maius simul & minus commensurari non inuicem tantum, sed etiam ad mediocre. ipsius generationem. cum enim hoc est, illa sunt: & cum sunt illa, hæc sunt, alterutroque horum sublato, utrumque tollitur. s o. Hoc quidem recte. uerum quid deinceps?

Maius dupliciter dicitur, respectu minoris et respectu mediocritatis. Quo boni a malis differant.

ceps: H O. Distinguere decet artem dimetiendi bifariam, quemadmodum supra diximus; unamq; illius partem ponere artes omnes quaecumq; numerum, longitudinem, latitudinem, profunditatem, & uelocitatem ad contrarium metiuntur; alteram uero artes illas, quae ad mediocre moderatumq; respiciunt, decensq; & opportunum, atque debitum, & summam ad omnia quae uitatis extremis in medium confugerunt. s o c. Ampla quidem utraque portio est; & altera longe ab altera discrepat. H O. Quod saepenumero ferunt o Socrates ornatu uiri illi, qui magnum aliquid ac sapiens loqui se putant dum praedicant dimetiendi facultatem circa omnia quae fiunt uersari, nunc dictum est. Quicquid enim artificiosum est, mensurae quodammodo particeps esse apparuit. quoniam uero quidam considerare nequaquam per singula genera diuisione eundo solent, haec tam longe inter se differentia, statim conferunt in unum, similia iudicantes. Sed & contrarium huius faciunt, quae diuersa sunt per partes minime distinguunt: cum oporteat ubi quis primo multorum percipit communionem, non prius desistere quam differentias omnes in ea quae speciebus clauduntur, inspexerit; atq; iterum quoties dissimilitudines plurimas in multitudine sentit, & aegre sentit, non prius ab hac aspectus molestia desistere posse, quam cuncta quae cognata sunt intra cognitionem unam proprietatemque concludens unius generis essentia uestiat. De his igitur, de quae excessibus atque defectibus haec dicta sufficiant; id autem duntaxat seruandum; duo hic uidelicet mensurae genera adinuenta fuisse, & quae ea sint mente tenendum. s o c. Tenebimus. H O. Post hunc sermonem alium assumamus de his quae modo quae rebantur, de quae omni huiusmodi sermonum tractatione. s o c. Quid istud? H O. Si quis forte nos percontetur de puerorum circa literas exercitatione, quando interrogantur quibus ex literis nomen aliquod constet, utrum putemus tunc eos interrogari uel duntaxat nominis illius declarandi gratia, an potius ut in omni grammatica eruditiores euadant, quid respondebimus? s o c. Vt in omni grammatica. H O. Quid porro? ciuili uiri indagatio ipsius ne gratia magis proposita nobis est quam ut in omni disputatione acutiores efficiamur? s o c. Patet id quoq; quod omnium gratia. H O. Nemo utiq; mentis compos textoriae facultatis ratione ipsius duntaxat gratia uenari contenderet. Verum plurimos latet, ut arbitror, rerum quarundam cognitum facilius sensibiles nonnullas imagines esse, quas declarare nequaquam arduum est, quoties ipsorum aliquis uult alicui rationem de aliquo perquirenti, non cum ipsis rebus, sed absq; ratione expedite demonstrare. Rerum autem maximarum preciosissimarumq; nulla est imago quae manifeste ad hominum sensum captumq; efficta sit: qua ostensa qui animi sciscitantis explere uelit, sensui cuidam accommodans penitus expleat. Quapropter cogitandum est ut rei cuiuslibet rationem reddere & recipere ualeamus. In corporea namque cum maxima & pulcherrima sint, ratione sola, alio uero nullo perspicue declarantur. Horum porro gratia modo nobis dicta sunt omnia. Cuiuslibet autem rei consideratio in minoribus facilius quam in maioribus extat. s o c. Praclare loqueris. H O. Quorum denique causa dicta de his omnia sunt recordemur. s o c. Quorum? H O. Eius praecipue molestiae causa, qua circa textoriae facultatis prolixam orationem affecti sumus, necnon circa totius mundi reuolutionem: atq; sophistae sermonem de non entis essentia putauimus sane prolixiorum fuisse quam deceret disputationem. Atque in his omnibus nosmetipsos deterruimus, metuentes ne forte in superuacuis diutius uersaremur. Ergo ne deinceps iterum tale nobis aliquid accidat, horum gratia haec omnia a nobis dicta puta. s o. Fiet, dic age quae restant. H O. Dico igitur oportere, & me, & te eorum quae diximus, semper memores esse, quotiescunq; uel breuitas uel prolixitas sermonis uituperatur, ita ut non ipsas inter se prolixitates conferamus, sed ad facultatis dimetiendi partem, quam supra diximus ad decori normam esse referendam, s o c. Scite. H O. S. Sed nec ad hanc omnia referenda uidentur. neque enim prolixitate quae nulli congruit ad uoluptatem egebimus, nisi obiter. Nec quod quaeritur ut facillime celerrime que inueniamus, primo sed loco secundo contendere decet: maxime uero omnium, primum que illum honorare progressum, quo secundum species distinguere ualeamus, disputationemque longam haud moleste ferre, sed affectare potius, si quo modo ad inuentionem nobis confert, similiter & breuem. Decet item eum qui longiores sermones uituperat, circuitusque disputationum huiusmodi non admittit; haud ita leuiter temereque

Quod artificiosum est, id mensurae particeps

Quosq; diuidendum

Hic non est uerum illud, nihil esse in intellectu, quod prius non sit in sensu

Quis progressus melior

damare prolixitatem, sed ostendere prius disputatione breuiore, & promptiores ad diffinendum, & ad inueniendum sagaciores nos si sequamur reddi alias autem & alio tendentes increpationes, laudes ue, nec curare penitus, nec audire. Ac de his satis si tibi quoque uideretur; ad ciuilem facultatem iterum redeamus, textoris exemplum quod supra posuimus conferentes. s o c. Egregie locutus es atq; ita ut iubes efficiamus. H O. S. Nonne iam rex a multis pastorum officijs, immo ab omnibus armentorum custodiibus est distinctus? Restat urbanae facultates concausarum pariter & causarum, quas primum a se inuicem separare debemus. s o c. Recte. H O. Has partiri bifariam difficile est. Cuius difficultatis causa sequenti sermone patebit. s o c. Sic prorsus agendum. H O. Per membra itaq; ipsas in strauicimae discerpamus, postquam in gemina secare non ualeamus. Oportet enim in proximum semper numerum distribuere. s o c. Quo pacto? Experiamur iam. H O. Quemadmodum in superioribus omnes quae instrumenta texturae parabant, ueluti concausas posuimus. s o c. Nempè. H O. Idem quoq; in praesentia, & multo magis agendum, quaecumq; enim magnum aliquod, aut paruum in urbe fabricant instrumentum, tanquam concausa ponenda sunt, nam sine his ciuitas constare non potest, neq; ciuiliis disciplina consistere. Nullum nam horum regiae artis opus esse ponemus. s o. Nullum prorsus. H O. Atqui difficile quiddam aggredimur, genus hoc ab alijs distinguentes. Qui enim dicit unius cuiusdam eorum quae sunt, instrumentum esse, ut uerisimile quiddam loqui uidetur: ita alterum tamen eorum quae possidentur in ciuitate, hoc est dicendum. s o c. Quid nam? H O. Quod hanc uim non habet, neq; enim causa sic conglutinatur generationi ut instrumentum, sed ad eius quod genitum est salutem. s o. Quale istud? H O. Quod siccis, & humidis, igne calefactis, & frigidis uarium genus effectum, quod una appellatione uas nominamus, quamuis species plurima sit. hoc autem scientiae illius quam perquirimus non est opus. s o c. Non certe. H O. Tertia possessionum species multiformis apparet terrestris atque aquaticae, multiuaga, & non errans, preciosa, & uilis, uno significata nomine: quia uniuersum hoc semper alicui sedes efficitur, selsionis gratia. s o c. Quid hoc? H O. Vehiculum nuncupamus, haud sane multum peritiae ciuiliis opus, immo architecturae figurariae, & aetariae facultatis magis. s o c. Intellego equidem. H O. Nunquid quarum praeter ista dicendum, in quo plurima ex his quae supra retulimus, continentur? Vestimenta, arma multa, muri, terreniq; & lapidei ambitus, aliaq; per multa. Cumq; haec omnia muniendi obijciendiq; gratia fiant, recte munimenta obstaculorum communiter appellari possunt, multoq; magis architectorum textorumq; q; ciuiliis sunt opera. s o. Sic est omnino. H O. Num quinto loco ornandi, pingendi, canendi artes locabimus? & quaecumq; his utuntur, & ab his sunt imitationes quaedam oblectationis gratia duntaxat excogitatae, quae merito uno quodam nomine comprehenduntur. s o. Quor? H O. Vniuersum hoc iocosum quiddam denominatur. s o. Absq; dubio. H O. Vnum hoc nomen omnibus his conueniet: neq; enim illorum quicquam studij, sed ioci gratia semper efficitur. s o c. Hoc quoq; ferme intellego. H O. Facultatem uero illam quae his omnibus praeparat corpora ex quibus, & in quibus conficiuntur artium quas modo narrauimus opera, nonne sextam ponemus speciem uariam, & ex multis artibus dependentem? s o. Quam dicis? H O. Eam quae aurum & argenti ceteraq; metalla terra eruta uisceribus praeparat. Item quae syluas incidit, quae tondet, quae ex his construit aliquid, quae plicat atq; cotexit, seu quae cortices arborum, siue quae animalium pelles circuncidit, & polit, & quaecumq; artes circa huiusmodi quaedam uersantur: rursum ille a quibus suber, liber, codex, uinculaq; parantur, ut fiant compositae species ex generibus non compositis: uniuersum hoc appellamus primogenitam hominibus possessionem, & simplicem, quod regiae artis nequaquam est opus. s o c. Optime. H O. Septimum tenet locum nutrimenti possessio, & quaecumq; commixta corpori, partibus suis partes corporis alere possint atq; curare: quod totum alimentum dici debet, nisi quod forte pulchrius reperiatur. agriculturae autem, uenatio ni, gymnasticae, medicinae, coquinariae uniuersum hoc rectius quam ciuili tribuitur. s o. Rectius sane. H O. Ferme omnia quae possidentur praeter domesticorum animalium species, in his septem arbitror sunt numerata. Sic autem cogita. Par erat primogenitam illam quam uocamus speciem primum inducere, instrumentum deinde, uas, uehiculum, munimentum, oblectamentum, nutrimentum: praetermittimus autem, siquid non magnam latuit, quod alicui

Oportet semper in proximum numerum distribuere

Quod longa disputatio non leuiter est damanda

alicui istorum accommodari possit, qualis est nummorum forma, sigillorumq; & omnis characteris. Genus enim hæc in illis non admodum cognatum habent, sed partim in ornatu, partim in instrumenta, uolentius forsan attamen penitus tracta quodammodo congruunt. possessionem uero animalium domesticorum seruis exceptis gregis nutritio primo distincta, comprehendisse uidetur. s o c. Et maxime quidem. h o. Restat seruorum ministrorumq; omnium genus, ubi præsentio eos palam reclamatos esse, qui de hac parte sic cum rege contendunt, quemadmodum cum textore qui carminant filanq; qui que alia de quibus diximus, faciunt. Ceteri uero omnes tanquam concausa dicit, una cum nunc memoratis operibus à regia ciuiliq; actione seiuncti sunt atq; discreti. s o c. Apparuit. h o. Consideremus reliquos quam proxime accedentes, ut certius cognoscamus. s o c. Oportet omnino. h o. Maximos porro ministros quantum hinc intueri licet. contrariam eius quam suspicari sumus exercitationem passionemq; habere reperiemus. s o. Quos. h o. Empta mancipia & simili quodam modo in seruitutem coactos homines. Quos sine controuersia seruos cognominare possumus longissime à regia dignitate distantes. s o. Quid nîc. h o. Quid dicemus de liberis, qui cumq; sponte quæ supra diximus ministeria obeunt, agriculturæ, & aliarum artium opera transportant, mutuisq; commutant commercijs, siue de foro in forum in urbe eadem, seu de urbe terra mariq; transferentes in urbem, partim cum rebus alijs nummos, partim simile quiddam simili commutantes, quos nummularios, mercatores, nauticos, uectores, caupones denominauimus. Nunquid isti ciuilem sibi peritiã uendicabunt. s o c. Forte mercatorum artem. h o. Non tamen illi quos utpote mercenarios cernimus passim omnibus ad seruidum expositos, regiam usurpare dignitatem reperientur. s o c. Est ut dicis. h o. Quid uero de his qui talia quædam nobis ubiq; suppeditant. s o c. Quos dicis, & quarum rerum suppeditatores. h o. Genus præconum inquam, & eorum qui sapienter circa publicas literas subministrant, nonnullosq; alios solertes rerum ad principum ministerium pertinentium elaboratores. Quid de his dicendum Socrates. s o. Quod & ipse dicebas, ministros esse non principes ciuitatum. h o. Non uanum est igitur, ut arbitror, quod in superioribus dixi, inuenturos nos hac ratione plerosq; de ciuili curatione uehementer concertantes, quamuis absurdum alicui uideri possit, eos in ministrorum numero quærere. s o c. Valde quidem. h o. Accedamus præterea propius ad eos qui nondum examinati sunt: hi uero sunt qui circa uaticinium habent scientiæ alicuius ministræ particulam. Interpretes enim diuinorum ad homines hic censentur. s o c. Certe. h o. Quinetiam sacerdotum genus, ut lege habetur, intelligit docerque quo pacto donaria dijs, & sacra sint offerenda. Item qua ratione uouendum sit, quid ue boni sit à dijs petendum. Hæc autem ambo ministrariæ artis partes sunt. s o. Videtur. h o. Iam igitur uestigium quoddam eius quod inquirimus attingere uidemur. nam illa sacerdotum & uatum ratio, magnanimitate, intell

Quod reges telligentiaq; & claritate abundat, propter eorum que tractant magnificentiam. Quapropter apud Aegyptios non licet regem absq; sacerdotio imperare. Quinimo si ex alio genere quispiam ui regnum usurpet, cogitur post regni assumptionem sacris initiari, ut rex deniq; sit, & sacerdos. Præterea in plurimis Græcorum ciuitatibus apud uos præsertim, reperies præcipua sacra à magistratibus summis institui. nam & apud uos ferur, creato regi patria & solennia sacra maxima, & purissima aliorum omnium esse tributa. s o. Et maxime quidem. h o. Hos itaq; forte creatos reges, sacerdotesq; & eorum ministros, nec non aliam quandam frequentem turbam considerare debemus, que paulo ante semotis superioribus in lucem uenit. s o c. Quos inquis. h o. Miros quosdam inquam. s o. Quamobrem. s o c. Iam enim cogitanti mihi multiforme horum genus apparet. Multi namq; uirorum leonum similes fiunt, centaurorumq; aliorumq; huiusmodi, plurimæ etiam satyrorum, imbecilliumq; & multiformium bestiarum, citoq; transmutant, alternantq; inuicem formas & uim. Enim uero nunc primum eiusmodi uiros ô Socrates animaduertisse mihi uideor. s o c. Dic obsecro: uideris enim mirum quiddam nunc uidere. h o. Profecto. Nam ut mirum semper aliquid nobis contingat ignoratio efficit. Ac mihi modo idem contigit. Repente namq; ut ambigerem accidit, cum chororum negotiorum ciuilium intuerer. s o c. Quem. h o. Maximum sophistarum omnium præstigiatorum, huiusq; artium præ cæteris peritissimum, quæ discernere detet à uiris reuera regijs atq; ciuilibus quam

uis

uis arduum id sit, si modo quod quarimus perspicue cognoscere uolumus. s o c. Nullo modo hoc intermittendū. h o. Non certe ut arbitror. Ac mihi dicas, an nō monarchia, id est principatus unius, una quædã est gubernationū ciuiliū. s o. Est. h o. Post hæc patet eorum potentia ponere possumus. s o. Sane. h o. Tertiam uero multitudinis gubernationem quam popularem uocant. s o. Profus. h o. Nonne tres hæc quodã modo quinq; fiunt, cum duo nomina ex se insuper pariant. s o. Quanam. h o. Qui considerant & inuitis, & uolentibus item & legibus & arbitrio, imperari posse, tum & pauperes esse posse qui presunt, uel diuitijs ad imperium euehi, duas in species tam unius q̄ paucorum diuidit principatum. Et unius quidē principatū in regnū, & tyrannidē partiuntur. s o. Vtiq; h o. Gubernationem uero quæ peris ueros est, in paucorum potentiam, & potentia optimatum. s o. Omnino. h o. Popularis uero gubernationis nomen nullus utiq; mutare aliquando cõsueuit, siue sponte, seu ui populus diuitibus, quibusdã præsideat, siue lege, seu arbitrio regat. s o. Vera naras. h o. Nunquid existimamus aliquã harum gubernationū ciuiliū rectam esse finib. his distinctionibusq; determinatam: uidelicet uno, paucis, multis, paupertate, diuitijs, uolentia, uoluntate, legibus & arbitrio. s o. Quid prohibet. h o. Considera diligentius, & hæc me sequere. s o. Quæ. h o. Stabimusne in eo quod in principio dixi, an non. s o. In quoniam. h o. Regiam dignitatē unam quandã scientiarum esse diximus. s o. Diximus certe. h o. Neq; in quouis scientie genere illam locauimus. E multis quippe facultatem illam quæ iudicat simul præcipitq; selegimus. s o. Sane. h o. Eam deinde quæ præcipit, partim rebus inanimatorum, partim animatis & eodem ordine diuidentes, huc sumus progressi ut scientia nomen seruarem: quæ uero potissimum scientia sit, nondum declarare potuimus. s o. Recte loqueris. h o. Nunquid igitur uidemus descriptionē eorum neq; secundum uolentiam & uoluntatē, neq; secundum paucos ac multos, neq; per inopiam & opulentiam fieri oportere, sed per scientiam quãdam, si superiora sequamur. s o. Necesse est ut id fiat. h o. Necessario igitur hoc nunc ita considerare debemus, cui nam horum maxime imperatoris facultatis scientia insit, quæ ferme comparatu maxima omnium atq; difficilissima est. Inspicere namq; illam oportet, ut uideamus quinam à sapiente rege segregandi sint, qui sibi ciuilem peritiã uendicant, idq; plurimis persuadent cum ab ipsa procul admodum absint. s o c. Sic profus agendum, ut ratio superior mouit. h o. Nunquid igitur multitudo tibi in ciuitate huius scientiæ compos uiderur. s o. Quoniam pacto. h o. An in mille hominum ciuitate fieri potest, ut centum, uel quinquaginta uiri sufficienter eam adipiscantur. s o c. Facillima omnium artium hæc esset. scimus enim in mille hominum numero totidem uiros qui talorum ludo cæteros Græcos exuperent, nequaquam reperiri, nedum reges. Atqui uirum illum quicumque regis peritiã instructus est regem uocare, siue dominetur, siue priuatus degat, iuxta rationem illam superiorem oportet. h o. Pulchre monuisti, arbitror autem iuxta hunc sermonem rectam gubernationem, si quando recta sit, circa unum, uel duos, uel paucos esse quærent. *Circa quos sit* s o c. Quid nîc. h o. Existimare uero eos ciuiles ac regios homines oportet, qui *recta gubernatio* arte quadam imperant, uolentibus an nolentibus, secundum scripta an absque scriptis institutisq; & legibus, pauperes an diuites ipsi, imperitent nil refert. Nam & medicos nihilominus sic appellamus, siue inuitis, siue uolentibus secando, aut urendo, uel aliter affligendo, scriptis aut ex usu curēt, pauperes ipsi aut diuites medeantur, modo arte quadam curandorum corporum; uel purgando; uel extenuando, uel replendo augendoq; utantur. Aque enim medicos nominamus, dummodo qui curant ad bonum corporis respicientes, ex deteriori habitudine in meliorem restituant atq; seruent. hoc modo duntaxat ut arbitror rectam esse dicemus medicine, uel cuiusuis alterius principatus definitionem, alio uero nequaquam. s o c. Ita profus existimandum. h o. Necesse est igitur eam maxime, ac solam rectam existimare rempublicam, in qua qui magistratibus funguntur, reuera gubernare sciunt, siue legibus, seu absque legibus dominantur, siue uolentibus, siue inuitis, uel etiam si pauperes sint, uel diuites. Nihil enim ex his quicquam ad rectam gubernandi rationem refert. s o c. Preclare. h o. Neq; insuper refert, siue capitibus pœnis et exilijs quibusdam communis boni gratia ciuitatem purgent, seu colonias tanquam apum examina emittant, populumq; committuant; siue aliunde homines futuros ciues aduocent; ciuitatemq; amplificent. Quatenus enim scientia & iustitia freti ex

deteriori

deteriori meliorem pro uiribus ciuitatem efficiunt, atq; seruant, eatenus rectam appellari rem publicam uolumus, & in eo ipso duntaxat definitionem rectæ gubernationis consistere. Cæteras uero omnes neq; legitime, neq; uere dici putandum. Sed eas quæ hanc imitantur, libenter laudamus, uelut recte ad meliora tendentes: alias contra uituperamus tanquam imitatione malorum ad deteriora procliuēs. s o c. Cætera quidem hospes probe dicta uidentur: isthuc uero quod inquis, gubernationem sine legibus rectam esse posse haud facile admitti potest. h o. Paululum me interrogando dicit Socrates præuenisti. Erant enim percontaturus, utrum hæc admittas omnia, an quicquam aliter statuas. nunc autem constat nos uelle de ijs qui recte sine legibus præsumunt, differere. s o c. Proculdubio. h o. Patet autem quodammodo legum lationem ad dignitatem regiam pertinere. Sed esse optimum non leges quidem ualere, sed hominem prudentem regiumq;. Nunquid huius ratione intelligis? s o c. Declara. h o. Quoniam lex nequit quod optimum omnibus est & iustissimum sincere comprehendendo, semper ita ut operæ præcium est præcipere. quando hominum actionumq; dissimilitudo instabilisq; rerum humanarum conditio facit ut ars nulla simplex quicquam, & in uniuersum de omnibus, perq; omne tempus ualens constituere possit. Concedimus ista? s o c. Plane. h o. Legem uero cernimus ad hoc ipsum niti, quasi hominem quendam pertinacem & imperitum, qui nihil est quod ipse constituisset fieri permittat, sed nec rogari etiam, siquid noui præter illius ordinem potius meliusq; alicui uideatur. s o c. Vera loqueris. Ita enim ut dicebas lex homines cogit. h o. At fieri non potest, ut certus quidam & unius modi simplexq; ordo ualeat in his quæ uaria semper sunt, unius modi uero nunquam. s o c. Apparet. h o. Inuenienda igitur causa est quam propter leges ferre necesse est, lex ipsa licet optimum, atque rectissimum non sit. s o c. Cui dubium? h o. Nonne & apud nos & apud alios quosuis mortales sunt quædam simul omnium exercitationes communes, siue cursu, siue alio quocumq; genere decertare uelis? s o c. Permulta. h o. Referamus si placet præcepta illorum qui arte quadam gymnasijs præsumunt. s o c. Quenam? h o. Arbitrantur illi quidem fieri non posse, ut quod singillatim & unicuique seorsum conuenit, præcipiatur. Itaque quod communius est, quodq; plurimis & plurimum conducere putant, instituendum censent. s o c. Præclare. h o. Quamobrem dum æquis laboribus hodie cunctos astringunt, paribusq; exercitationibus agitant, fit ut uel nimis incitent, uel eneruent, & inepta ad cursum palæstramq; & alia certamina corpora reddant. s o c. Sic accidit. h o. Legum quoq; conditorem putemus suis gregibus præsidem, deq; iustis operibus mutuisue commercijs iura dantem, non posse dum cunctis in unum consulit, ad singulorum commoditate iusue prospicere. s o c. Consentaneum est. h o. Cæterum, ut arbitror, quod & plurimis & plurimum conducit, communiter instituet, ac huiusmodi leges & scriptis & non scriptis, sed patrijs moribus inducet. s o c. Recte. h o. Recte admodum. Est enim quo pacto quis possit per omnem uitam ad singulos circumspicere, sedulusq; assidere cuique, & cuiusq; commoditati consulere? Nam si quis disciplina regia præditus, hoc efficere possit, nunquam impedimenta ista quæ leges appellantur, sibi præscriberet. s o c. Ita prorsus ex his quæ dicta sunt uidentur. h o. Immo magis dicit Socrates ex his quæ dicuntur. s o c. Quibus? h o. Hisce inquam. si medicus quidam aut gymnasticus imminente longa peregrinatione, procul ab ijs quos curat abfuturum diu se putet, diffidatque illorum memoria, num agendorum monumenta quædam illis conscribere cogitabit, nec ne? s o c. Cogitabit utique. h o. Quid si præter opinionem oculis quam putauerat reuertatur, uerebitur ne alia illis præcipere præter ea quæ quondam scripserat, si qua potiora ægrotantibus adhiberi possint ob temporum mutationes, uentis aut alio quopiam præter spem, & consuetudinem incidentibus? perseverabitne inquam in priori proposito, neque primas institutiones transgredi quenquam patietur, nec ipse mandare alia, nec ab ægrotante alia præter solita obseruari, quasi ea & medicinæ artis propria sint, & saluberrima: quæ uero aliter fiant, præter artem sint, & noxia? An potius quicquid eiusmodi circa scientiam artemq; ueram accidit, per omnia risum plurimum auctoribus istis concitabit? s o c. Et maxime quidem. h o. Et uero qui iusta & iniusta, honesta & turpia, bona & mala, siue scriptis legibus siue non scriptis moribus, hominum gregibus quicunq; in ciuitate ad legum scriptarum normam uiuunt, tulit induxitq;, non licet alia quædam præter ea

Legum lationem ad regem pertinere

Quare conditio legum est necessaria

ter ea quæ scripta sunt agere, neq; si ipse idem qui ante conscripsit redeat, neq; si quis alius eius similis ueniat: an potius dubitatio talis non minus quam illa superior reuera ridicula uideretur? s o c. Nihil prohibet. h o. Nosti ergo quod hac de re uulgo dicatur? s o c. In præsentia non memini. h o. Atqui pulchra dicunt, aiunt enim siquis leges quasdam prioribus meliores inuenierit, & eas ciuibus persuaferit, cum oportet leges ferre: si non persuaferit, non oportere. Nunquid recte? s o c. Forsitan. h o. Si autem quispiam non persuasione, sed ut quod rectius est induxerit, quod erit potissimum ei uiolentiæ nomen: responde. imò nondum ad ista, sed ad superiora prius. s o c. Quæ inquis? h o. Si quis arte medica uere præditus non persuaheat, sed cogat eum quem curat puerum, uel uirum uel mulierem præter scripta, quod melius agere, quodnam erit ei uiolentiæ nomen? Nonne aliud quod odus potius quam artis transgressio, hoc est illatio morbi: & quiduis aliud potius coactio homini, quam transgressionem artis ac morbum contigisse dicendum? s o c. Vera loqueris. h o. Quid autem contra ciuilem artem erat delictum? Nonne quod turpe dicitur, quod malum, & quod iniustum? s o c. Istuc ipsum. h o. Age cum aliqui cogunt præter patrias leges moresq; facere quæ iustiora, meliora, honestioraq; sunt, nonne ridiculosissimus omnium erit quisquis uim eam uituperabit, dicetq; illos a curatoribus qui coegerunt, turpia, mala, iniusta fuisse perpeffos? s o c. Vera penitus loqueris. h o. Nunquid si diues est qui cogit, iustæ coactiones sunt: si pauper autem, iniustæ? An potius siue persuaferit siue non persuaferit, siue pauper sit, siue diues, & secundum scripta, uel præter scripta, modo utilia inducat, dicendum est hanc ueram esse rectæ gubernationis ciuilis definitionem? Qua ratione uir sapiens bonusq; gubernabit semper ita ad subditorum salutem respiciens, ut ad nauarum nauisq; salutem respicit gubernator. Nam ut ille non scriptis, sed arte quasi lege quadam nauas seruat, ita & uir ille uere ciuilis, & apud eos qui ita dominari possunt, recta est rerum ciuiliu administratio, uim artis legibus potiore adhibens. Ac summam si quicquid prudentes principes agant, nunquam delinquit, quando unum hoc potissimum seruant, ut mente, & arte quod iustissimum est ciuibus inducentes, tueri eos ualeant, melioresq; ex deterioribus quoad fieri potest, efficere. s o c. His quæ modo dicta sunt repugnare non licet. h o. Neq; illis insuper. s o c. Quibus dicebas? h o. Quod nulla unquam multitudo potest ea disciplina præcellere, qua secundum mentem ciuitas regatur. Sed recta illa ciuitatis administratio uel apud unum, uel apud paucissimos certe est quærenda. Cæteræ uero tanquam imitationes quædam ponendæ uidentur, ut paulo supra dictum est, hunc nunc quidem in meliorem partem nunc in deteriorem imitantes. s o c. Quomodo istud dicebas? neq; enim quod de imitando paulo ante dixisti, satis tum intellexi. h o. Haud male fecerit, si quis hoc illato sermone, desister prius quam errorem, qui circa hoc nunc est commissus, ostenderit. s o c. Quem errorem inquis? h o. Tale quid iam quærere necesse, quod quanquam neq; consuetum, neq; facile cognitum est, ipsum tamen comprehendere annitatur. Cum sola hæc quam memorauimus, recta ciuilis gubernatio sit, nonne cæteras huius institutionis uentes seruari necesse est, dum agunt quod modo laudabamus, quamuis rectissimū id non sit? s o c. Quid illud? h o. Quod nemo quicquam præter leges committere audeat, & quisquis audeat, morte multetur, extremisq; omnibus supplicijs affligatur. id autem est secundo loco rectissimum atq; honestissimū: primo namque in loco ponendum quod nunc est dictum. Quo autem modo eueniat quod modo fecundum esse diximus, declaremus. Vis ne? s o c. Et maxime quidem. h o. Veniamus iterum ad imagines, quibus regios principes semper comparare necesse est. s o c. Quas imagines inquis? h o. Generosum in qua nauis gubernator, multisq; ut ille dicebat alijs æquiparandum medicum, consideremus iam, imaginem eius rei aliquam fingentes. s o c. Qualem? h o. Talem quandam ut si omnes grauias nos quædam ab illis pati nobis persuaedamus: ut puta qui quos nostrum seruare utriq; uelint, seruent: quos contra perdere, perdant: dum secant, urunt, & ex hoc instituto suo quasi quoddam tributum mercedem referunt cumq; multa cogant expendere ægrotantem, ipsi pro ægrotante exponunt nihil, reliquis autem rebus & ipsi & ipsorum familiares utuntur: demum acceptis pecunijs, uel a cognatis, uel ab inimicis ægrotatis, morti eum cogunt. Gubernatores quoq; alia quædam huius generis permulta patrare dicuntur, ut puta qui homines saepe ex composito in recessibus solos delituant, cū quippiam in pelago labefactarint in mare illos eijciant, inq; multis alijs

Regum officium

Quod multitudo non potest regere. Perfecta administratio apud unum uel paucos

An leges immutabiles ferende

Hac lege *in presens* *in posteru* *ar* *tes omnes* *er* *uert* *queant*

lædant. Persuadeamus itaq; nobis, nos his causis lacessitos consulere, quo pacto autorita-
 tem artibus illis auferamus, ne libere ulterius, aut seruis aut liberis hominibus dominen-
 tur: & ob hoc cœtu factio nos concurrere, & uel omnē populū, uel diuites tantum, con-
 uocare, ubi etiam rudium hominū, & aliorum artificū de nauigio morbisq; consiliū
 audiatur: quo nam pacto in edelis instrumentisq; suis medicos apud agrotos uti oporteat:
 item nauibus, & earum instrumentis nauigando, periculaq; procellarum, & fluctuū eui-
 tando, & piratarum insidias euadendo, ac etiam si mari longis nauibus aduersus similes
 sit pugnandum, qua ratione uti his deceat. Fingamus inquam quæ hisce de rebus uel me-
 dicorum gubernatorūq; uel rudium hominū turbæ consultantī uidentur, in publicis
 quibusdam tabulis columnisq; inscribi, & mores quosdam ritusq; non scriptos sed pa-
 trios hisce de rebus constitui, sic ut reliquum tempus omne ad horum normam nauigan-
 dum sit atq; medendum. s o c. Vehementer absurda finxisti. h o. Præterea quōtam po-
 puli principes constitui, siue ex diuitibus, siue ex omni populo sorte delectos, qui iuxta
 scriptas illas institutiones, & naues gubernent, & agrotantibus medeantur. s o c. Hæc
 superioribus quoq; duriora uidentur. h o. Videamus præterea quod hinc sequitur. Cum
 annui magistratus cuiusq; tempus exactum fuerit, necesse erit iudicio, aut ex delectis diui-
 tibus, aut ex uniuerso populo sorte constituto, istic sistere uiros illos magistratibus fun-
 ctos, eosq; corrigere: ita ut liceat uolenti cui libet litem eis intendere, quod aliter quàm le-
 ges iubeant, & patria cōsuetudo doceat, aut naues gubernauerint, aut agros curauerint:
 & qui aliter fecisse deprehenduntur, lata sententia, uel supplicio, uel alio quodam in com-
 modo à iudicibus afficiantur. s o c. Nonne quicumq; magistratum inter huiusmodi homi-
 nes sponte suscipit, merito quod uis supplicium damnū ue patietur? h o. Ferre insuper
 oportebit: si quis præter scriptas constitutiones nauigandi rationem aliquam nouam in-
 ferat, aut sanitatis tuendæ ueram illam & legibus traditam rationem, ad uentos, & calo-
 res, & frigora transferens perscruetur, & circa hæc ex ingenio suo philosophetur, do-
 ceatq; primo quidem hunc neq; gubernatorem esse, neq; medicum nominandum, sed cu-
 riosum quendam delirūq; sophistam, deinde à quolibet iniudicium trahi posse, ut puta
 qui iuniores alios corrumpt, sua deatq; ut gubernatoria & medicina contra legum insti-
 tuta pro suo cuiusq; arbitratu tractaretur, eodem pacto naues morbiq; curētur: ac si præ-
 ter leges iuuenibus, aut senibus persuadere quicquam reperiat, extremis supplicij affi-
 ci. neq; enim oportere quicquam legibus sapientius esse, neq; enim quicquam aut medici-
 næ sanitatisq; naturam, aut gubernandi nauigandiq; optimam rationem ignorare, scri-
 pta moresq; patrios perdiscere uolentem. Si hæc ita contingant circa scientias quas narra-
 uimus, aliasq; permultas, ut secundum præscripta potius quàm secundum artem agatur,
 quid dicemus de Socrate? Vt puta, si idem circa rem militare, omnemq; uenationem,
 circa picturam quoq; & uniuersam imitationem, circa architecturā, & omnē instrumen-
 torū suppellectiliumq; effectiōē, circa agriculturā & omnē plantādi curam, equorumq;
 & armentorū omnīū custodiā, circa uaticiniūq; & uariū ministrorū obsequium, circa
 talorū ludum, arithmetica nudam, uel eam quæ circa planum, aut profundum, aut uelo-
 citatē, tarditatēq; est, constituitur. s o c. Certū est si ita res se habeant, aures omnes fun-
 ditus subuertit, neq; deinceps unquā renasci ob hanc ipsam legem quæ rerum nouarū in-
 dagationē uerat. Vnde uita quæ nunc difficilis est, tunc prorūsus etiam intoleranda fieret.
 h o. Quid ad hoc? Si secundum præscriptas leges fieri singula cogere, legibusq; ipsis
 præficeremus uirum quendam, uel consensu populi designatum, uel forte creatum, qui
 sprete legibus aut lucri causa, aut propriæ libidinis gratia, alia quædam præter hæc quæ
 sunt instituta, imperitus rerum, agere tentet, nonne hoc priori malo deterius? s o c. Maxi-
 me. h o. Etenim quisquis cum imperitus sit, præter leges illas quæ ex longo rerum usu ab
 his qui gratiose populo consultantes ut eas acciperet persuaserunt latae sunt, committere
 audet, scelus committit superior peccato longe deterius: ac multo magis quàm scriptæ le-
 ges, officia uitæ cōfundit atq; peruertit. s o c. Magnopere. h o. Quapropter legibus con-
 stitutis altera iam (quæ admodum dicitur) nauigatio est, ut nemo quicquam unquam præ-
 ter illas facere permittatur, siue singuli, siue populus hoc conetur. s o c. Scite. h o. Nonne
 imitamenta quædā ueritatis, singulis hæc erunt, quæ ab intelligentibus pro uirili cōstituta
 fuerunt? s o c. Nihil obstat. h o. At qui si recordamur, ciuilem reuera hominē atq; peritum
 supra

Si quisquā in-
ers prepon-
retur legibus
quid mali ser-
uereur

Leges esse uer-
itatis imita-
tionis

supra diximus multa sæpe ex arte facturum præter instituta quæ antea scripserat, quoties
 potiora quædam ijs quæ absentibus reliquit, inuenisse putauerit. s o c. Diximus procul-
 dubio. h o. Nonne si uel singuli uel populus ipse, cui leges præscriptæ sunt, præter quàm
 quod illis legibus traditum aliud quiddam tanquam melius aggreditur, idem pro uiri-
 bus quod uerus ille ciuili uir agit? s o c. Summopere. h o. Siqui igitur imperiti id agerēt,
 imitari quidem uerum ipsum annterentur, peruerse tamen imitarentur. Si qui autem pe-
 ritti idem contendant, haud amplius imitatio iam hoc, sed illud ipsum uerissimum erit.
 s o c. Omnino. h o. Enim uero id iam ante inter nos conuenit, artem nullam multis com-
 petere. s o c. Conuenit certe. h o. Ergo si ars quædam regia facultas est, turba diuitem, &
 populis omnis scientiam hanc ciuilem nunquā nascitur. s o c. Nunquam. h o. Opor-
 tet itaq; re publicas eiuscemodi siquando ueram illam gubernationem unius uiri arte im-
 perantis pro uiribus imitaturæ sunt, nunquam quicquam præter scriptas leges moresq;
 patrios facere. s o c. Egregie locutus es. h o. Eandem illam cum diuites imitantur, eam
 re publicam optimatum gubernationē uocamus: quādo uero leges pro nihilo habent,
 paucorum potentiam. s o c. Apparet. h o. Quinetiam quoties unus secundum leges do-
 minatur, scientem illum imitatur, regem uocamus, non distinguentes nomine illum qui
 scientia solus imperat, ab eo qui opinione secundum leges solus etiam dominatur. s o c.
 Ita uidetur. h o. Nonne igitur si unus uera illa sciētia præditus imperat, idem nomen hoc
 est regium habet, nec alio cognomento appellatur: Nam ex quinque nominibus guberna-
 tionum ciuiliū quas narrauimus, unum solum hoc erat. s o c. Videtur. h o. Quid por-
 ro? quoties neq; ex lege, neq; ex more quispiam dominatur, simulatq; scire se & præter le-
 ges rectius hoc ita fieri oportere, inest autem libido & ignorantia quædam quæ ad imita-
 tionem eiusmodi inducit, an non uir talis tyrannus est appellandus? s o c. Et maxime qui
 dem. h o. Hac ratione rex extitit ut diximus, & tyrannus, paucorum potentia, optima-
 tum gubernatio, nec non popularis administratio, cum agre ferrēt homines unius impe-
 rium differerētq; uirum talem reperiri aliquando posse tanto imperio dignum, qui &
 possit & uelit uirtute & scientia imperās sancte & iuste suū cuiq; ius tribuere, timerentq;
 præterea ne forte uir unus licentiam nactus quemlibet pro libidine læderet, & opprime-
 ret atq; necaret. quōtam si talis quidam qualem figurauimus nobis occurreret, amare-
 tur profecto eius administratio, quæ sola omnium rectissima est, conductiq; ad bene bea-
 teq; uiuendum. s o c. Sane. h o. Nunc autem postquam non nascitur rex talis in ciuitati-
 bus, qualis inter apum examina statim à principio tam corporis quàm animi habitū cæte-
 ros antecellens, necesse est cœtū consultantium factio instituta conscribere, uestigiaq; ue-
 rissimæ Reipublice illius percurrere. s o c. Sic apparet. h o. Et miratur de Socrate quod
 in gubernationibus huiuscemodi mala quæ fieri uidemus eueniāt uenturaq; sint, eo iacto
 fundamēto, quod nō scientia, sed scriptis quibusdā institutionibus moribusq; nititur tan-
 tum in rebus agendis, quo si alia quædam gubernatio uel ciuitas utatur, certum est omnia
 funditus eueriuram. Aut illud fortasse mirū magis uideri debet, quàm robusta res natura
 ciuitas sit: nam cum ciuitates nonnullæ sic iam diu infectæ, permanent nihilominus, neq;
 corruunt; multæ tamen nauium instar submersæ perierunt, pereunt, atq; peribunt, ob quæ
 bernatorum nauarūq; improbitatē, qui in rebus maximis extrema quadam ignoran-
 tia detinentur, quoniam cum rerum ciuiliū profus ignari sint, in ijs tamē plurimū sibi
 sapere uidentur. s o c. Vera loqueris. h o. Cum igitur omnes non rectæ resp. sint ad cor
 uiuendum difficiles, uidentum quæ leuissima, quæ ue omnium onerosissima sit: quæ res
 & si minus ad id de quo nunc agimus, pertinere uidetur: tamē in uniuersum fortasse om-
 nes omnia huius gratia facimus. s o c. Ita prorūsus agendum. h o. E tribus unam atq; ean-
 dem facillimam simul, & difficillimam ferunt. s o c. Qui istuc ais? h o. Nō aliter quàm su-
 pra, tres scilicet esse ciuiles gubernationes, unius, paucorum, atq; multorū primū sermo-
 ne confuso. s o c. Erant & supra. h o. Singulis autē in duas diuisis, sex efficiamus, rectaq;
 ipsam uelut septimam ab alijs fecernamus. s o c. Quo pacto? h o. Vnius principatū in re
 gnū, & tyrannidem distribuimus. Dominationem uero quæ nō multis competit, in spe-
 ctem unam quæ laudanda est, optimatum scilicet gubernationem; alteram quæ uti uerperan-
 da, paucorum potentiam. At multorū administrationem tunc simplicē posuimus, popu-
 larem gubernationem denominantes; nunc uero & hanc duplicē esse dicamus. s o c. Qua se comparatio
 igitur

Qui rex sit
gubernanda

Ciuitas suap-
te natura rob-
ustia

Septē guber-
nationes, et
carum omniū
pulchra inter

igitur ratione diuidemus? H. O. Non alia quam reliqua, etiam si nomē huius sit geminum. Verum tam huic quam alijs commune hoc est, ut leges uel seruent uel transgrediantur. S. O. C. Est utiq; H. O. Tunc sanē rectam gubernationem quærētibus partitio hæc nihil con-
 ducebat, ut supra monstrabamus. Postquam uero illam segregauimus, cæteras uero nec-
 cessarias duximus, in his iam legū uel custodia uel transgressio singulas bifariam partiun-
 tur. S. O. C. Ex eo qui nunc est dictus sermone ita uidetur. H. O. Vnius igitur dominatio bo-
 nis coniuncta constitutionibus, quas leges uocauimus, sex illarum omnium optima est: le-
 gum expertis dura est, & subiectis omnium onerosissima. S. O. Apparet. H. O. Gubernatio-
 nem uero in qua non multi imperitāt mediam censere debemus, quemadmodum quod
 paucum est inter unum multāue medium obtinet: ceterum multorum administrationem
 per omnia debilem, utpote quæ ad alias comparata nihil magnificū, siue bonum, siue ma-
 lum efficere possit, propterea quod magistratus ad exigua redacti sunt, in multosq; diuisi.
 Quapropter legitimarum omnium Rerum pub. hæc deterrima est, iniquarum optima.
 Ac si omnes intemperatæ sint, in populari præstet uiuere: si temperatæ omnes, minime o-
 mnium in ista uiuendum. In prima uero uitam agere potissimum est atq; optimum, exce-
 pta septima. Illam namq; ab omnibus alijs gubernationibus, non aliter quam ab homini-
 bus deum fecerere decet. S. O. C. Videntur hæc ita fieri, atq; contingere, & ut inquis agen-
 dum. H. O. Nonne igitur omnes harum rerum pub. eo solo qui sapientis illius est excepto,
 administratores segregare decet, utpote qui non reuera ciuiles, sed seditiosi uiri sint larua-
 rumq; ingentium prælides, imò laruæ ipsæ, simia maxime, maximiq; præstigiatores, so-
 phistarumq; sophistæ? S. O. C. Cognomentum hoc ijs qui ciuiles dicuntur competere iure
 uidetur. H. O. Iam tandem ab arte ciuili Centaurorum illam Satyrorumq; choreā uix tan-
 dem separauimus, quam supra cernere nos dicebamus, & à ciuili separandam arbitra-
 mur. S. O. C. Videtur. H. O. Durius præterea quiddam his restat, quod eo difficius à rege
 discernitur, quo illi est natura coniunctus, ideoq; idem nobis quod aurum effodientibus
 cōtigitte uidetur. S. O. C. Que, admodum; H. O. Terram, & lapides aliq; per multa ab illo
 primum artifices separant: superiunt autem post hæc cognatiore quæ dā auro præciosiora
 raq; commixta, igni solo ab auro secernenda, æs, argentum, quādoq; etiam adamas: quæ
 uix tandem facta ad ignem examine explorantur, aurumq; purum putum uidere nos si-
 nunt. S. O. C. Ita de ijs fertur. H. O. Eadem ratione & nos uidemur à ciuili nunc scientia uehe-
 menter aliena & longinqua admodum separasse, proxima uero & honoranda reliquisse.
 Quorum nunc uero est, præfectura exercitus, iudicialis prætura, oratoria dignitas cum re-
 gia autoritate cōmunicans, dum quod iustum est persuadet, & cū illa publicas res guber-
 nat: quæ si quis modo quod facile segreget, nudum iam ac solum illum quæ uerimus ci-
 uilem nobis ostendet. S. O. C. Haud dubitū est hoc omni studio conandum. H. O. Experiētiae
 quidem causa ipsius patefiet, per musicam uero patefaciamus. Ac dic mihi. S. O. C. Quid
 uis dicam? H. O. An est disciplina nobis aliqua musicæ artium ue que manuum ministerio
 peraguntur? S. O. C. Est. H. O. Quid igitur, num & hic scientiam esse aliquam dicemus, quæ
 doceat quæ artium discenda sit, quæ minus? S. O. C. Esse plane dicemus. H. O. Nonne hanc
 ab alijs esse diuersam? S. O. C. Et hoc. H. O. Deinde, nullam ne earum, aut alteram alteri domi-
 nari, aut huic illas, aut illis hanc omnibus uelut antistitē præesse dicemus? S. O. C. Eam que
 de singulis artibus quanam discendæ sunt, & que minus diiudicat. H. O. Et decenti igitur,
 & discenti imperare illam asseris? S. O. C. Prorsus. H. O. Et eam quæ iudicat persuadendum
 ne sit, an non, illi quæ persuadere potest? S. O. C. Quid nū? H. O. Persuasionem illam quæ ad
 turbam sit per confabulationem quādam exhortationemq; potius quam doctrinam, cui
 potissimum scientiæ tribuimus? S. O. C. Constat oratoriæ tribuendam esse. H. O. Cuius ar-
 tis officium dicimus, iudicare utrum ui an persuasione uti, & in quibus, & cōtra quos uti
 deceat? S. O. C. Eius quæ persuadendi dicendiq; peritiæ dominatur. H. O. Est autem ut arbi-
 tror, ea nulla præterquam ciuilis hominis facultas. S. O. C. Præclare. H. O. Sic igitur protinus
 oratoria à ciuili facultate distincta uidetur, ut species quædam alia, ciuili isti subiecta. S. O. C.
 Certe. H. O. Quid insuper de hac facultate cogitandum? S. O. C. Quæ? H. O. Quæ pugnamus
 aduersus eos quibus bellum indiximus. Num artificiosam hanc, an artis experit esse di-
 cemur? S. O. C. Quis uero arte carere dicat ea omnia quæ militaris disciplinæ sunt? H. O. Fa-
 cultatē uero illam quæ consultando prudēter deliberare potest quibus cū bellū gerēdum

Oratoria far-
 cultatis maier-
 stas

Quomodo or-
 ratoria à ciui-
 li distinguatur

fit, uel pax inuēnda, nunquid ab ea diuersam, an eadem cum illa putabimus? S. O. C. Diuer-
 sam, siquidem superioribus stamus. H. O. Nonne si superiorum rationem sequimur, hanc
 quæ de bello consultat, illi quæ bellū gerit, dominari dicemus? S. O. C. Id ipsum. H. O. Quam
 uero facultatem uere præter regiam illam ciuiliū rerum disciplinam potentissimā to-
 tius rei militaris arti præesse dicemus? S. O. C. Nullam prorsus aliam. H. O. Scientiam igitur
 eorum qui exercitus ducunt, quia obedit, & seruit alteri, haudquaquam ipsam ciuilem fa-
 cultatem ponemus esse. S. O. C. Haud sane decet. H. O. Age iam prætorum qui iuste singula
 iudicant munus cogitemus. S. O. C. Cogitemus. H. O. Nunquid longius patet, quam ut cir-
 ca contractus omnigenos quid iustum, quid non, consideret, & ad normam legum quas
 rex ipse cōdidit respiciens de singulis iudicet, propria uirtute semper adhibita, per quam
 neq; muneribus, nec minis, nec misericordia, nec odio, nec amore legibus transgressis mu-
 tuas accusationes dissoluat? S. O. C. Non aliud certe quam nunc abs te dictum, iudicis est
 officium. H. O. Constat itaq; uim iudicium non esse regiam illam maiestatem, sed legum cu-
 stodem registæ ministram. S. O. C. Apparet. H. O. Quisquis artes quas memorauimus cum
 stas considerauerit, cogitare debet earum nullam esse ciuilem quam quærimus disciplinam:
 nam: quippe cum regia maiestatis officium sit non ut ipsa quidē agat, sed ut agere ualen-
 tibus imperet, cognoscatq; imperium & uim eorū quæ in ciuitate sunt maxima, tum quid
 decorum, quid opportunum sit, quid contra: cæteras uero facultates iussa capessere, &
 mandata transigere. S. O. C. Optime. H. O. Quam obrem artes illæ quas modo narrauimus,
 cum neq; suis ipsarū, neq; inuicem dominæ sint, sed singulæ proprijs quibusdam incum-
 bant operibus, merito munijs proprijs propria sortitæ sunt nomina quoq;. S. O. C. Appa-
 ret. H. O. Eam uero quæ cunctis his præidet, legumq; & omnium quæ in ciuitate sunt cu-
 ram habet, omniaq; contextit, merito communi appellatione comprehendentes, ciuilem
 scientiam nuncupamus. S. O. C. Omnino. H. O. Nunquid in præsentia secundum textoriæ
 facultatis exemplum percurrere hanc decet, postquam omnia quæ in ciuitate sunt gene-
 ra, patefecimus? S. O. C. Maxime. H. O. Declarandum deinceps, ut uidetur, quæ sit concin-
 natio regia, & qua ratione complicet textatq; qualemq; texturam nobis efficiat. S. O. C. Sic
 est. H. O. Res quidem demonstratu difficilis: sed quoniam necessaria uisa est, pro uiribus
 uirtutis differat, facile potest aduersus etiam contentiosos homines multorum opinione
 probari. S. O. C. Haud intelligo. H. O. Sic forte intelliges. Fortitudinem arbitrari te puto par-
 tem aliquam uirtutis esse. S. O. C. Penitus. H. O. Temperantiam autem à fortitudine esse di-
 uersam, esse tamen eiusdem partem cuius est fortitudo. S. O. C. Ita. H. O. Mirum quiddam
 de his statuere audendum est. S. O. C. Quidnam? H. O. Quod duo hæc quodammodo mul-
 tis in rebus sibi inuicem plurimum aduersantur. S. O. C. Qua ratione id ais? H. O. Inauditum
 hoc, siquidem partes uirtutis omnes mutua inuicem amicitia uinciri dicuntur. S. O. C. Vti-
 que. H. O. Consideremus itaq; diligenter, utrum hoc ita simplex sit, an differētiam horum
 maximam in cognatis quodammodo habeat. S. O. C. Nempe, sed dicas ubi considerandum.
 H. O. In omnibus quæcunq; pulchra uocamus, & ad duas inter se contrarias species ea re-
 ferimus. S. O. C. Dic apertius. H. O. Velocitatē uel corporū uel animorum uel uocum, siue ho-
 rum ipsorum, seu etiam simulacrorum quæcunq; uel musica uel pictura exprimit imitan-
 do; horum tu quicquam unquam uel ipse laudasti, uel laudantem alium audiuisti? S. O. C.
 Quid igitur? H. O. Recordaris quomodo illa in unoquoq; istorum laudantur? S. O. C. Mini-
 me. H. O. Vtinam igitur possem hæc ita ut mihi uidetur explicare uerbis. S. O. C. Quid pro-
 hibet? H. O. Facile hoc ut uideo, tibi uidetur: quare ipsum in generibus subcontrarijs con-
 sideremus. Hæc fiunt, quoties miramur rerum multarum uelocitatem, uehementiam, acu-
 men siue cogitatione siue corpore siue etiam uoce, una quadam fortitudinis appellatione
 solemus uti laudando. S. O. C. Quo pacto? H. O. Acutum dicimus & forte, uelox & forte, ue-
 hemens & forte: hasq; natura cōmuni fortitudinis nomine laudare solemus. S. O. C. Pro-
 fecto. H. O. Nonne etiam cum quid sensim leuiterq; sit, eam rem in multis actionibus saepe
 laudamus? S. O. C. Valde. H. O. Nonne contra hic, quam illic laudibus utētes dicimus? S. O. C.
 Quomodo? H. O. Quæta hæc, saepe dicimus, & temperata, & hæc circa cogitationem ama-
 mus, circa actiones tarda, & mollia, circa uoces lenia atq; grauiā, & omnem rhythmiti-
 cum numerosumq; motum, omnemq; musam opportuna tarditate utentem: hisq; omni-

Scientiam rei
 militaris subie-
 ctā esse ciuili

Quod iudicis
 ria est regis
 pedisse quæ

Que ciuili
 scientia

Qualis sit te-
 xtura regis

bus moderationis nomen, non fortitudinis adhibemus. s o c. Vera loqueris. H o. At quotiens opportunitatem ista non seruant, contra mutatis nominibus utuperamus. s o. Qui? H o. Cum acutiora sunt uelocioraq; & asperiora siue duriora quam opportunitas exigit, dicimus contumeliosa, petulantia, furiosa: cum uero grauiora, tardioraq; & molliora sunt, timida ineptraq; dicimus, & ignaua: ac propemodum & haec & temperantia fortitudinisq; naturam, contrarias esse, uelut hostiles formas, & inter se seditionem agitant inuenimus, nec unquam in actionibus quas circa haec uersantur commisceri, neq; eos insuper quorum in animis haec insunt, inter se consentire, sed discrepare potius, si modo diligenter inuestigemus. s o c. Vbi nam inquis? H o. In ijs inquam omnibus quae retulimus, quin & in alijs ut consentaneum est permultis: nam cum utriq; pro naturae suae affinitate, partim res ut proprias suasq; laudent, partim ut alienas & extraneas reprobent, in multis eos sibi uehementer aduersari contingit. s o c. Videntur. H o. Altercatio haec specierum saltem in quibusdam ludus quidam est, in maximis autem rebus morbus fit: omniuiti ciuitati grauilissimus. s o c. Qualibus in rebus inquis? H o. In omni ut consentaneum est constitutione uiuendi. Nam qui ceteris modestia praestant, uita tranquillitatem student, sua semper priuatim agentes, pacis auidi concordiaq; tam erga externos, quam erga conciuues. Atq; huius amoris excessu fit, ut dum suis priuatim incumbunt operibus clam & ipsi imbelles eneruatiq; reddantur, & iuniores suo exemplo emolliant, & effeminent. Vnde inuadentibus quibuslibet expositi sunt, ac breui ipsi, natiq; & patria omnis paulatim amissa libertate succumbunt. s o c. Durum ualde morbum grauemq; narraisti. H o. s. Qui uero ad fortitudinem magis quam oporteat declinantes bellicosam uitam uehementer affectant, hi saepe patriam suam ad bellum incitant, & hortantur, unde gentes plurimas, & potentes urbi suae infensas reddunt. Quapropter uel funditus ciuitates suas euerunt, uel imprudenter in hostium redigunt seruitutem. s o c. Sic quoq; accidit. H o. Ergo quis neget in his haec utraq; sibi inuicem plurimum aduersari? s o c. Nemo utique. H o. An non quod ab initio querebamus, nunc inuenimus: quod uidelicet partes uirtutis quaedam non paruae natura, & ipsae secum pugnant, & qui habent discrepare inter se plurimum faciunt? s o c. Apparet. H o. Hoc itidem uideamus. s o c. Quidnam? H o. Num scientia aliqua sit ex his quarum actio in componendo uersatur, quae opus aliquod suum uel uilissimum etiam, sponte ex malis simul, & bonis costruat? An potius omnis scientia praeva semper pro uiribus uitae, apta uero & utilia captat: ex his autem partim similibus, partim dissimilibus omnibus in unum collatis unam quandam uim ideamq; costruat? s o c. Istud potius. H o. s. Nunquam igitur uera secundum naturam ciuilium rerum perita ex malis bonis ue hominibus ciuitatem ullam sponte constituet. sed disciplina & periclitatione aliqua unumqueng; primum explorabit, factiq; examine, idem illud postea minus his, qui & docere alios, & ipsi obsequi possunt committet: quibus ipsa sic sedulo praesidebit mandabitq;, ut textoria ars carminatoribus ceterisq; lanificis preparatoribus praesidet, talia praecipiens singulis, qualia ad texturam suam conducere arbitrat. s o c. Ita prorsus. H o. Eadem ratione regia maiestas mihi uidetur omnibus iuxta legum instituta ceteras imbuentibus educantibusq; praesidens, id duntaxat ut exercent doceantq; permittere, quod ad ipsius rationem attinens mores decoros inducat: eos autem qui fortitudinis, temperantiae ue aut ceterarum uirtutum uim assequi non possunt, sed prauiitate naturae ad impietatem, petulantiam, iniustitiamq; trahuntur, e coetu ciuium eicit, exilioq; morte, & extremo opprobrio damnat. s o c. Ita quodammodo traditur. H o. Ignaros autem pusillanimesq; homunculos seruili ministerio subiugat. s o c. Scite admodum. H o. Ceteros autem quorum ingenia ad generosum habitum per disciplinam euehi possunt, arteq; inter se contemperari patiuntur, seruat atq; tuetur. Ex his uero quae ad fortitudinem magis uergunt, staminis uice propter solidos mores esse censet: quae autem ad modestiam, molli teneaq; materiae similes, imaginem habere subtegminis crocei coloris. Ea denique quae in contrariis diuersumq; natura tendunt, hoc modo uincere inuicem, & contexere nituntur. s o c. Quos? H o. Primo quidem iuxta cognationis rationem partem animae sempiternam diuino uinculo necit: post diuinam autem, illam quae animalis naturae est, humanis. s o c. Quo modo istud? H o. Quotiens in animis uera stabilisq; de pulchro, iusto, bono, hominumue contrarijs rebus opinio sit, diuinam illam in genere daemónico, id est scito felicitatq;

Quae mala
uiuntur ex in
temperantia

Omnis scientia
abijcit mala,
utilia captat

Officia quae
da regie ma
iestatis

licitatq; fieri asseuero. s o. Decet sane. H o. s. Scimus ne oportere ciuilem uitam ac bonum latorem legum, solum regia iura posse hoc illis inferere, qui recte disciplina: ut decet participes sunt, quos ut modo commemorauimus? s o. Consentaneum id quoque. H o. Qui uero id facere o Socrates nequit, nominibus quae iam querebamus appellari non debet. s o. Non certe. H o. An non fortis animus si ueritatis huiusmodi sit participes mansuescit atq; ita maxime iuste inter alios uiuere, & agere cupit? sin autem omnino sit expers, ad ferinam naturam delabitur? s o. Proculdubio. H o. Atqui & modestus natura animus opinionibus illis imbutus, reuera temperans moderatusq; adeo ut reipublicae utilis sit efficitur. Vacuus autem turpem stoliditatis ignauiaeq; reportat infamiam. s o. Valde. H o. s. Nonne decendum est complicationem uinculorum huiusmodi, & malis ipsis inter se, & bonis erga malos, stabile nunquam esse? neque scientiam ullam hoc ad eiusmodi homines uincendos de industria uti? s o. Prorsus. H o. Illis autem quos generosis moribus natura donauit, & ad naturae normam educauit consuetudo, solis id uinculum per leges inditur: estq; in his ars illa ciuilis uelut remedium, & hac ratione illa ipsa quam supra diximus partium uirtutis naturam contrariarum pugnantiumq; conciliatio diuina quaedam sit. s o c. Vera haec sunt. H o. s. Vbi diuinum hoc uinculum constat, facile est & inuenire, & inuenta perficere uincula humana. s o c. Qua ratione? & quae potissimum? H o. c. Affinitatum liberorumq; necessitudines illas, quae in elocationibus nuptijsq; fiunt: plurimi enim circa haec non recte ad procreandum liberos copulantur. s o c. Quam obrem? H o. Diuitias enim potentiamq; in his rebus quam cupide persequantur, quid attinet diligentius oratione percensere? s o c. Nihil. H o. De illis autem quibus genus curae est, loqui praestat, si quid forte praeter modum agant. s o c. Aequum est. H o. s. Agere autem nulla quidem ratione recta, praesentem uoluptatem secuti, & ex eo quod similibus tantum delectantur, dissimilibus uero minime, difficultatis plurimum excitant. s o c. R. Quo pacto? H o. Modesti siquidem homines similes sui mores quaerunt, & quoad possunt ex huiusmodi & ipsi ducunt, & elocant suas talibus. Eodem pacto forte illud genus, similes sibi adsciscit, cum oporteret contra omnino ab utroque genere fieri. s o c. Quo modo? & quam ob causam? H o. Quoniam fortis naturae haec est conditio, ut si per multas successiones expers temperantiae permaneat, principio fiat robustior, tandem uero in furorem uersa deficiat. s o c. Conuenit. H o. Rursum anima pudore abundans, audacia uero fortitudinis undiq; carens, si per multas similiter generationes transeat, segnior fit quam decet, ac demum extremo quodam torpore mergitur. s o c. Id quoq; ita contingere constat. H o. His ut diximus ligamentis uincere utraque hominum genera facile possunt, si ut diximus opinionem de bonis, & pulchris utraque habeant eandem. Hoc autem unum & integrum regiae texturae opus est, ut nunquam moderatos mores seorsim a fortibus esse permittat, sed utraq; ingenia inuicem per opinionis eiusdem consensum, per honores uituperationesq;, per alterna coniugia contexens, telam ex his lenem optimeq; coherentem efficiat, hisq; communiter semper ciuiles magistratus muneratq; committat. s o c. Quo pacto? H o. Vbi unius sufficit gubernatio, hominem praeditum moribus utriusq; praeficiet. Vbi pluribus opus erit, utriusque generis partes aliquas commiscebit. Temperatorum enim principum mores cauti admodum & iusti, & salutare: acri promptitudine & uehementia quadam ad agendum idonea indigent. s o. Ita de his quoq; uidetur. H o. Fortitudo autem in cautione, & iustitia illis cedit, in rebus agendis plurimum antecellit. Neque uero possunt in ciuitate omnia bene agere priuatim & publice nisi ambo haec adsint. s o c. Non certe. H o. Finem igitur ciuilis actionis recta plicatione contextum tunc extare dicamus, quando fortium, & temperantium ingenia concordia amicitiaq; concilians, communem illorum efficiunt uitam, qui sane contextus praclarissimus omnium. Est & optimus, aliosq; insuper omnes in ciuitate tam seruos q; liberos protegens, & complectens, hac textura serieq; comprehendit. Atq; ita dominatur, & praesidet ciuitati, ut nihil praetermittat eorum quae quoad fieri potest, beatam efficiunt ciuitatem. s o c. Profecto nobis hospes regum ipsum ciuilemq; uirum egregie definisti.



NXT AT apud Græcos uerissimum de Platone dictum, Phœbum uidelicet duos præcipue filios genuisse, Aesculapium, & Platonem. Aesculapiū quidem qui corporibus, Platonem uero qui animis mederetur. Socratem quoque Socratici omnes purgandorum gratia animorū à deo missum fuisse testantur. Morbus autē animi in falsis opinionibus malisq; moribus uidetur consistere. Tantum uero malum in genibus animis haud tam facile ab alijs, quā à Sophistis solet inferri. Profecto philosophi sunt qui ueritatem studiose querūt ueritatis duntaxat ipsius amore. Sophistæ uero, qui opinionem affectant, similiter opinionis amore. Hi enim quasi disciplinarum mercatores, & caupones, undiq; opiniones absq; delectu uarias congregant, tum ad excogitandum, tum ad dicendum utcumq; libuerit pertinentes, quas deinde quasi uenales diuitibus uendant adolescentibus diuitiarum & inanis gloria gratia. Itaq; nihil unquam habet pensi, utrum uera, uel bona an contra, aut ipsi discant, aut alios doceant: sed & confundunt, & passim errores effundunt quotidie plurimos, nulla prorsus rectæ elationis habita ratione, modo & diuitias cumulent, & uulgarem gloriam consequuntur.

Quamobrem necesse est adolescentes atque uiros, qui Sophistas ob sapientie opinionem, & eloquentie fucum plurimi faciūt, quotidiē ab illis falsarum opinionum pessimorumq; morum uenena combibere. Siquidem mali mores, & falsas sequuntur opiniones, & facile ab auaris ambitiosisq; præceptoribus, qui nihilominus plurimi existimantur, in discipulos transfunduntur. Plato igitur animorū miseris tam prone, tam grauius periclitantū, frequentissime sub Socratis sui persona maleficos, ueneficosq; Sophistas pro uiribus detestatur, quo uidelicet homines descendendi cupidi caute fallaces deuenit Sirenum cantus, & noxia pocula Circes. Neq; tamen inuectiuis eos manifestis effulminat, ne uel ipse perturbatione ulla odioq; in illos uideatur adductus, uel ipsi ipsorumq; sectatores, uenosa in eum impudentissime lingua tela retorqueant. Ergo partim ironia, partim risu, sepe ioco, & ludo, sepius honesta quadam redargutione immeritam Sophistarum auctoritatem conatui adimere. Id quidem in Sophista acutissime perficit. Idem in Gorgia elegantissime. Facete admodum, & urbane in Hippia. Scite & argute in Euthydemio. Artificiose etiam in Protagora, sepeq; similiter. Vbiq; uero Sophistas omnia profitentes inducit iactabundos, & gloriosos, temerarios insuper, & auaros. In principio quidem disputationis satis aptos, paulatim uero ineptiores, postremo omnium ineptissimos, qui nulla de re præcipue grauiori, uel quid sit, uel quantus, uel qualis, intelligent: cumq; profiteantur omnia, nihil eos omnino scire conuincit. Hactenus in omnes Platonis dialogos in quibus Sophistarū cōmemoratio fit, præfatos esse sufficiat. Pergamus iā ad Protagorā. Socrates à Diotima fatidica artem amatoriā didicit, per quam sciebat per corporum pulchritudinē quasi per uestigia quedam sagaciter uenari, tum animi, tum mentis angelica, deiq; pulchritudinem, eandemq; artem ubiq; decebat. De hac eius arte Plato, & sepe alibi, & in Symposio ac Phædro præcipue pertractauit. Eandem in principio huius libri significauit. Idcirco subiunxit eum non minus amare uirum q̄ adolescentem. Ac paulo post seniores quoq; amare ardentius, modo sapientiores appareant. Post hæc Socrates dum Hippocratem adolescentem disciplinarum auidissimum artificiosissime monet ne temere cuiuslibet se disciplinæ cōmittat, non solum illum, sed & nos commonefacit, ut curam animi longe magis quā corporis habeamus, caueamusq; diligenter ne disciplinam ipsam noxijs imbuamus. Eas enim magis obesse animo, quā corpori nostro uenenum. Mox quasi pictor Sophistarū fastum, uanitatemq; ante oculos ponit. Demonstrat quoque quantū iuuentus credula eorum tum pompā admiretur, tum lenocinijs capiatur. Deinde ad ea descendit que maximi ad uitam momenti sunt, & quibus Sophistæ plurimum gloriantur, querens de uirtute quidem omni, præcipue uero de præcipua, id est ciuili, per quam & propria cuiusque, & familiaris, & publica res ad summum bonum recta ratione disponitur: quam ueluti præ ceteris necessariam Plato in omnibus pene querit dialogis: intereaq; ostendit hanc nullo modo à Sophistis esse petendam, sed quodammodo à philosophis: qui cum uerum intelligat colantq; bonum, nimirum recto ad ipsum tramite deo duce perducere possunt. Sed redeamus nunc ad Sophistam, quem nō posse uirtutem eiusmodi, uel exemplo tradere, uel disputatione docere, ex hoc plane perspicitur, quod & ipse uirtutis est expertus, & rectum disputandi ordinē non obseruauit. Cū enim interrogetur Protagoras hic à Socrate, utrū uirtus doceri possit necne, utpote qui ueræ dispendi artis sit ignarus, recipit statim se ostensurum uirtutē posse doceri, anteq̄ quid ipsa sit quotiē in partes diuidatur aperiat. Socrates autē tenēdi Sophistæ gratia arguetur eam doceri nō posse, his pene uerbis. Quando publice de aliquo eius artis officio cōsultatur quæ à certis præceptoribus doceri potest, nullus admittitur ad cōsiliū præter illos qui artem eiusmodi ab ipsis præceptoribus didicerunt, ipsiq; exercuerunt. Quando uero de publicis rebus quæ ad uirtutē ciuilem spectant deliberatur, omnes ferme similiter admittuntur, neq; ab ullo queritur utrū, & à quo, & quando peritiā ciuilem acceperit, quasi omnes intelligat eam certis in scholis disci nō posse. Præterea si ab altero alteri traderetur, præcipue uiri in ea clarissimi rem hanc tam preciosam sepe suis hereditario quodam iure relinquere. Ad hæc Protagoras longis probat ambagibus doceri posse uirtutem. In quibus notanda quedam præfatione refert mysteria. Decet enim quāuis Sophista sit, nonnulla etiam legisse bona: & cum prolixè loquatur apud Platonem, utilia quædam adducere. Tradit theologo ueteres sub terra quondam animalia

animalia latuisse, id est in prima mundi materia rerū semina præfuisse. Præterea Iouē, id est deum mundi opificem per sequētes deos, hoc est per stellas, animalia ex elementis cōposuisse. Deos autē ministerio demonum animalia instrumentis adminiculissq; ad uitam necessarijs armassisse, ea uidelicet ratione, ut Prometheus, qui demonū sublimium ordinem significat, amaret homines: Epimetheus autē qui inferiorum demonū refert exercitiū, bruta sulci ret, neq; id quidem iniuria: siquidē altiores demones, nature incorporeæ atq; rationali; humiliores autem corporeæ irrationaliq; potius fuerint. Quantū uero Epimetheus inferiorq; natura in his quæ ad corpus pertinet fauit brutis, tantū Prometheus prouidentiaq; superior in ijs quæ ad animum spectant hominibus consuluisse uidetur. Cum enim artis tribuit rationem, artificiosum omnium quæ natura bestijs dederat, exhibuit fabrum. Accepit autem artem ipsam una cum igne ab officina Mineræ, atq; Vulcani. Minerva quidem in arte ingenium, Vulcanus autē efficaciam continet, ignis deniq; instrumentū. Gemina uero hæc numina Minerva, Vulcanusq; primo quidem in ipsis artium ideis excogitantur. Deinde in Mercurij Martisq; uirtutibus. Postremo in demonibus gubernatoribus artium. Ab his igitur omnibus Prometheus rationalis animæ gubernator in hominē traiecit artis in dustriam. Quoniam uero diuinum id exitit donum, statim ob ipsam cum superis cognitionē homo ueneratus est deum atque uel loqueretur, uel artes aliquas exerceret: quippe cum diuinū munus ob mirificā eius potentiam prius erigat in diuina quādam porrigit per humana. Prometheus uero ob id minus dolore affectū, significat demonicum ipsum curatorē nostrum, in quo & affectus esse possunt, misericordia quadā erga nos affici, considerantem nos ob ipsum rationis munus ab eo uel datum, uel potius excitatum, tanto miserabiliorem uitam in terris quām bestijs agere, quanto magis sollicitam atque inexplicabilem. Quod quidem Pythagoras animaduertens, Epimetheum quantum ad hoc ipsum spectat, Prometheus anteposuit. Id autem illi quodammodo simile uidetur esse, Penitēt me fecisse hominem. Proinde memento hominē hic quemadmodum & apud Moysen ex terra, & postremo creatum. Itē more quasi Mosaico mundū initium habuisse. Sed de his alijs. Per eundē Prometheus in Philebo dicitur datam esse nobis à dijs differendā artem una cum igne. Ars enim differendā, ubi uniuersalia in particularia diuidit, processum rerum à superioribus, repræsentat: ubi particularia uicissim in uniuersalia rite resoluit, cōuersionem rerum ad superiora designat: ubi definit & ubi demōstrat, existentiam rerum ostendit, ubi quidē in seipsis, hic autē ab alijs dependentium. Ideo differendā facultas diuinū est donum, cum diuinū uniuersū ordinē referat. Cum igne uero data dicitur, quia ignis similiter diuidit, resoluit, definit atq; demonstrat. Item quia rationalis facultas ignis instar illuminat intellectum, accendit uoluntatē, & utrumq; eleuat ad sublimia. Quod autē traditur Prometheus ciuilem uirtutē saluti hominum penitus necessariā largiri non potuisse, propterea quod uirtus eiusmodi penes Iouem sit, quō Prometheus nō licet ascendere, ea ratione intelligendū est, quia ciuilis uirtutis officium est nō solum rebus humanis, sed etiam artibus imperare, singulasq; cum singulis ordinare, cunctas deniq; in cōmunē omnium formam dirigere. Idem uero officium Iouis ipseus est in uniuerso, quod in hominum genere apparet scientiæ ciuilis officium. Quamobrem non iniuria ad Iouē ipsum spectat hanc nobis ex alto largiri. Vniuersalis enim uirtus ad uniuersalem Iouis pertinet prouidentia. Prouidentia uero demonū particularis est, & angusta, ideoq; in Iouis artem nequit ascendere: cum angustior humilioresq; prouidentia, amplissimā eminentissimamq; equare non ualeat. Iupiter igitur per Mercurium, id est angelum diuine uoluntatis interpretē, ciuilis scientiæ leges, id est uoluntatis suæ decreta ad humanæ societatis generisq; salutem spectantia mentibus nostris inscribit: inscribit inquam, & ab initio, quod Timæus aperte docet, & quotidiē per angelos diuinam nobis uoluntatē interpretantes. Vnde in simus in nobis præsidet iudex inextinguibile rationis lumen, rectum uerū falsiq; & boni maliq; examen, in cuius tabulis conscientie stimulus, per hanc deus infusam omnibus legem omnes ita ferme ad cōmunē dirigit bonum, ut omnes flammæ leuitate erigit ad superna. Ab hac utiq; ingenta lege lex deinde scripta ducit originem. Quod quidem in ipso libri legū exordio Plato aperuit dicens, nō ab homine, sed ab ipso deo leges initū habuisse. Sed ut ad præsentē dialogum redeamus, subiungit Iouem per Mercuriū condidisse legem, qua iubeantur omnes ciuilitatis esse participes: quippe cum hæc sola sit unicum ciuilitatis: ipsamq; ciuitatem iustitia & pudore cōstantem at ad omnes coactis demississe, eo uidelicet pacto, ut quicumq; posthac uirtutis huius omnino expertus deprehensus fuerit, tanquam ciuitatis pestis ultimo afficiatur supplicio. Quem uero primo appellauit pudorem, deinde temperantiā nominauit. Est enim pudor ingentis temperantiæ fundamentū. Temperantia quidem in ciuib. proprios cuiusq; moderatur affectus, gestusq; componit. Iustitia uero actus cuiusq; conducentes ad alios dirigit. Memento uero ciuilitatē in persona priuata his ferē duobus esse contentā, sed in publica ex Platonis mente his adhibendam esse prouidentiam. Atq; id quidem penē satis in pace fuerit: in bello autē fortitudinem adhibeto, atq; ita ciuilitatis erit ab soluta descriptio. Post hæc autem cōfirmat Protagoras à cōmuni hominum sententiā uirtutis huius participes omnes esse debere, propterea q̄ si quis iniustitiam suam palam fateatur, uulgo infans habebitur: quasi omnes existiment tam necessariam cōmunem ciuitatis iustitiam, ut etiam si quis non habeat, saltem habere eam debet simulare. Cum uero ostenderit hactenus ciuilem uirtutem esse omnibus maxime omnium necessariam, eiusq; affectum quendam siue fomitem semenq; ab initio diuinitus nobis infusum, demonstrare deinceps aggreditur uirtutem ciuilem

tem, in dō & alias (omnes enim illā complectitur) neq; natura neq; casu absolutum firmumq; habitum sortiri posse, sed doctrinā duntaxat & consuetudine eius habitum comparari. Ad id uero primo rationem afferit ostendens, tem homines non solere aliquē ob ea quae uel natura, uel casu sunt probare unq; uel improbare: actiones aut uirtutes aut uitij, laudare semper aut uituperare. Deinde pueritiā adolescentiāq; educationē sub domesticis, grammaticeis, musicis, gymnasticis, legibus, ordine quodam longo disponit, ostendens totam uitae institutionē ad id obnixē contendere, ut declinetur uitia, uirtutes possideantur: quasi neq; uitia neq; uirtutes, uel fortuna, uel fato, sed arbitrio, & exercitatione pronentiant. Interea priscorum perstringit de uitijis puniendis consuetudinem, uel fati, uel delicti, uidelicet neminem quia deliquerit, sed ne uel ipse ulterius, uel alius eius exemplo delinquat, puniendum esse, respondetq; ad illa quae obiecerat Socrates. Nos autem ex omnibus quae haecenus disputata sunt auram illam priscorum sententiam tenebimus altā mente repostam. Primo quidem deum ipsum uitae salutis, nostrae omnibus undiq; modis prouidere atq; consulere. Deinde ciuilem uirtutē donum esse diuinum, ne quis forte cōfidat se abq; diuina gratia temp. recte feliciterq; gubernaturū. Id enim in Legibus, & alibi Plato confirmans ait: quem admodum bestiae multae ab una nisi sub humano pastore recte duci non possunt, ita neq; homines multi feliciter ab uno quodam rege, nisi si & uirtus regatur à deo. Ideoq; regendi facultatē non aliunde quam à deo haberi in Theaetete & Meno probat. Protagoras uero Sophista quid uelit ipse uiderit. Deniq; quam necessaria sit inuoluta iustitia missa caelitus meminimus, si aures asidue nostras priscorum uoces illae circumsonent: Mortales quondam miseri ante quā ciuilitas caelitus mitteretur, neq; segregati uiuere poterāt, quin passim laniantur à feris, neq; iterum cōgregati, quin à se inuicem lacerarentur. Itaq; salutem nobis quā cunctae simul artes prestare non potuerunt, sola tandem iustitia praestitit. Post haec Socrates ne Sophista propter nonnulla quae ab alijs accepta narrauerat bona, admirationi sit audientibus, ironica quadam, & urbana, & artificiosa redarguendi ratione reddit illā presentibus. deridendum. Interrogat enim postquā de uirtute tam magnifice fuerat locutus, utrū una sit tantum uirtus an plures. Praeterea si plures, utrū sint partes unius, nec ne. Rursus si partes, nunquid similes sibi inuicem atq; toti, an utrinq; dissimiles. Ad haec Protagoras neq; recte scit respondere, neq; definire aut partiri uirtutes, neq; distinguere qua ratione similes sint, & qua dissimiles, neq; quod in disputato euersissimū est, uitare quin ad id facile deducatur, ut sepe sibi se repugnet. Tandē uero cum ob ignorantiam respondendi inciperet Protagoras tergiversari, deoq; Socrates abiturū se simularet, ab auditorib; Sophista ad differendum est reuocatus. In quā quidem altercatione Protagoras primū Sophistae superstitiosa circa uocabula curiositas demonstratur, deinde Hippiae quoq; Sophistae ostentatio in cōcionando timidior. Postremo Protagoras reuocatus ad disputandū, importune nimium, & inepte in carmina poesiūq; digreditur, interrogans Socrate de quadā Simonidis poetae sententia, quam & ipse minime intelligere à Socrate mox conuincitur, mentē Simonidis exponente; quasi dixerit, uirum bonum fieri quidem esse difficile, perseuerare autē impossibile. Hic audies priscorum sapientia uerbis quam paucissimis uisus se contenta; atq; posse breuibus multa cōplecti, uiri absolute docti opus esse. Item neminem mala turpiaq; sponte committere, sed ignorantia. Deniq; ubi dialectico more disserit, poetica respuenda. His actis iterum Sophista tergiversatur, atq; uix à presentibus reuocatur. Tunc Socrates ad priorem de uirtute disputationem regreditur, utrum multae sint uirtutes unius partis, & qua inuicem ratione se habeant. Protagoras autem iterum labitur, affirmans alias inter se uirtutes esse simillimas, quod in superioribus non adsererat: item fortitudinem ab alijs longissime separans, consentiensq; homines absq; prudentia ceterisq; uirtutibus fortes esse posse. Qua in re sibi met repugnare deinde compellitur, consiteriq; non solum fortitudinem, sed neq; etiam uirtutes illas absq; prudentia posse consistere. Tum uero de bono, & malo multa tractantur. Siquidem prudentia est scientia eligendi boni, maliq; uitandi. Ambigitur autem utrum bonum malumq; idem sit penitus quod & uoluptas atq; dolor. Neque affirmatur id quidem omnino, neq; manifeste omnino negatur. De hoc enim in Gorgia, Phileboq; & alibi. Omnino uero probatur prudentiam ipsam in qua & finis uitae cognitio, & uiarum ad hunc conferentium consistit electio, moralium uirtutum esse principem atq; ducentē; idq; usque adeo asseritur ut uirtutes quasi scientiae, id est prudentiae quaedam uideantur esse, uitia uero inscitiae, scilicet imprudentiae quaedam. Ad dicitur deinde peccata omnia ab ignorantia proficisci, neq; ullum ali quando electurum mala nisi deceptum imagine boni neq; fugituum bona, nisi imagine quadam mali perterritum. Siquis uero dixerit hominem bona discernentem atque mala, ab illis tamen diuersi, adhuc contra conuertit, propterea quod à uoluptate uel affectu sensuum alio superetur; Socrates id negabit, asserens id ipsum quod ab affectu superari dicitur, nihil esse aliud quam inscitiam; Scientiam uero omnium quae in nobis, & circa nos sunt, potentissimam esse, neq; ab illa re unquam superari posse. Deniq; concludit scientiam plurimum, id totum ad uirtutem beatitudinemq; conferre; ignorantia uero pariter ad contraria. Iterumq; Protagoram corripit, q; sibi met contradixerit, & ordine usus praepostero fuerit. Siquidem antequam quid sit uirtus definiat, partiri eam aggreditur, & utrum doceri ualeat disputat. Simulat quinetiam Socrates se quoq; in repugnantiam esse deductum, ex eo duntaxat q; Sophistam secutus fuerit aberrantem, admo- netq; ut Promethei prouidentiam potius quam Epimethei properantiam in omni uita pro uiribus imitemur.

PROTAGORAS VEL SOPHISTAE PLATONIS

LIBER TRANSLATVS E GRAECA LINGVA IN LATINAM à Marfilio Ficino Florentino ad Laurentium Medicem uirum Personae

FAMILIARIS. SOCRATES. HIPPOCRATES. PROTAGORAS. ALCIBIADES. CALLIAS. CRITIAS. PRODICVS. HIPPIAS.



NDENAM ō Socrates prodixit? An uidelicet à uenatione illa redis ad quam honesta Alcibiades indoles prouocare te solet? Nam nuper cōtemplanti mihi uisus est pulcher uir, iam uir in quā, qui possit scilicet inter nos ipsos censeri, utputa, cui per genas plurima lanugo iam serpit. s o. Esto, quid tū? An non probas Homerū, qui gratissima est, inquit, prima lanuginis aetas? Eam uero nunc Alcibiades agit. F A. Imò uero. At in praesentia uideri nunquid ab illo prodixit? & quomodo erga te nunc affectus est adolescens? s o. Bene quidē, uenio praesertim mihi uisus est: nā mihi saepe hodie in dicendo succurrit, & ab illo nunc uenio. Ac mirabile tibi quiddam referam, praesentē illum minime intuebar, & aliō intendens ad eum uix aduertebam. F A. Quiddam tantū fuit, ut te ab illo diuerneret; neq; enim formosior ullus ē nostris ciuibus adesse poterat. s o. Imò aderat quidam admodum pulchrior. F A. Quid ais? ciuis nē an peregrinus? s o. Peregrinus. F A. Cuius? s o. Abderites. F A. Nunquid adeo insigni forma praeditus tibi uisus est peregrinus ille, ut Cliniae filio eum praestare putaueris? s o. Quid prohibet ō beate quo minus quod sapientissimus est, sit & pulchrior? F A. An forte à sapientis cuiusdam colloquio uenis? s o. Sapientissimi profecto omnium nostrae aetatis hominum, si modo sapientissimus tibi aliorū omnium Protagoras esse uideatur. F A. En quid ais? nunquid huc accessit Protagoras? s o. Nudius tertius. F A. An modo cum illo fuisit? s o. Modo, & multa locutus sum, audiui etiam multa. F A. Nō tu illa nobis refers? nisi quid prohibet. Sedere hic licet. Tibi quidem puer iste cedit. s o. Referam equidem, & gratiam insuper si audieris, habebō. F A. Et nos tibi, si dicas. s o. Audite igitur. Superiori nocte ante lucem exortū Hippocrates Apollodori filius frater Phasonis ostium meum balneo uehementer pulsauit: & cum ostium aliquis aperuisset, repente ingressus est clamitans, Dormis ō Socrates, an uigilas? Ego autem cognita eius uoce, Hippocrates hic est inquit. O Hippocrates nunquid nouit? Nihil, inquit, nisi gratū nunciaturus aduenio. Optime, inquam. Sed quid istud? quē te huc causa appulit? Protagoras uenit, & prope me diuertit. Tum ego, ille iam pridē uenit. tu uero modo audistis? Vesperī profecto, inquit ille; scabellūq; in tenebris manu cōtrectans ad pedes meos subsedit, adiecitq; hesternō uespere sero admodum ex Oenoē reuerfus, puer em̄ me Satyrus fugerat: cumq; persequi me illū significare tibi uellem, alio quodam interueniente oblitus sum. At cū uenissē, cœnatiq; effemus, et somno nos dare uellemus, tunc primum nunciat frater uenisse Protagoram. Illico ad te properare tentauit, sed intempesta nox detinuit. Somno autē experrectus laboreq; leuatus, mox ad te huc aduentauit. Ego uero uiri magnanimitatem stuporemq; animaduertens. Quid hoc ad te, inquit? Num aliqua te iniuria Protagoras afficit? Tum ille subridē, sane inquit, propterea quod solus sit sapiens, me uero nō efficiat sapientem. s o. Imò certe & te sapientem reddet, si mercede illi oblata persuaseris. H I P. O Iuppiter atque ceteri dij, neq; meis neque amicorum rebus parcerem, modo id me consecuturum confiderem: atq; idcirco te nunc adeo, ut apud eum pro me intercedas. Ego enim & iunior sum, & Protagoram nunquam nec uidi nec audiui. puer enim tunc eram cum huc primum accessit. Virū quidem hunc omnes ō Socrates laudāt, & in dicendo sapientissimum ferunt. Sed cur non properamus ad eum, ut domi illum cōueniamus? Diuertit sane, ut audiui, apud Calliam Hipponici filium. Eamus iam. s o c. Nondum ō bone uir, inquam, illuc eundum. Nam ualde adhuc profunda nox. Sed eamus ad aulam, ubi deambulabimus quoad aurora luceat, postea Protagorā ipsum adibimus: neq; enim summo mane domo exit Protagoras. Quapropter confide, domi nanq; illum comperiemus. His dicitis

Debat absq; personis perpetua narratione consistere

Occasio dicitur logi

dicis, surreximus, & in aulam profecti sumus: ac uolens ipse fiducia eius periculum face-
re, intuius sum diligenter, atque ita interrogauit. Dic age ô Hippocrates, ad Protagoram
nunc accedis mercedem pro te illi daturus: ad qualem hominem uadis: & ipse qualis ex
eo uir euasurus. Quæ admodum si ad Hippocratem tibi cognominem. Cum illum Aes-
culapij stirpe natum proficisci uelles; pro te mercedem erogaturus, & aliquis quaereret,
Dic mihi ô Hippocrates mercedem Hippocrati dabis. Qualinam homini, & cuius ratio-
ne quid responderes. HIP. Ut medico. SOC. Qualis & ipse futurus, id est cuius gratia.
HIP. Ut medicus euasurus. SOC. Sin autem aut Polycleto Argium, aut Phidiam A-
theniensem adires mercede pro te oblata, & aliquis percontaretur qualibus hominibus,
& qua ratione Polycleto, & Phidia argentum offers: quid ad hæc. HIP. Tanquam scul-
ptoribus. SOC. Tu uero qualis homo futurus. HIP. Sculptor uidelicet. SOC. Attende
obsecro: ad Protagorã nunc ego ac tu proficiscimur, & argentum tui gratia dare tibi para-
ti sumus, si modo pecuniæ nostræ sufficient, & si impetrare licet: sin minus, amicorum in-
super pecunias erogabimus. Si quis ergo nos ad hæc adeo properantes interroget. Dicite
mihi quæso ô Socrates & Hippocrates, qualinam homini, & qua ratione Protagoræ pe-
cunias tribuere cogitatis, quid illi responderemus: Quodnã potissimũ Protagoræ cogno-
mentum audiuimus: Phidiam quidem sculptorem nominant, Homerum uero poetam.
Protagoram autem. HIP. Sophistam ô Socrates uirum hunc appellant. SOC. Ergo tan-
quam ad sophistam mercede cõducendum pergimus. HIP. Maxime. SO. Si quispiam
te interroget qua mente, & qualis euasurus ipse Protagorã adeas, quid ad illum. Hic Hip-
pocrates erubuit, iam enim aurora paulisper illuxerat, quo uultus eius patere habitus po-
terat, respondit deinde. Ut supradicta concludunt, profectio tanquam sophista & ipse fu-
turus. SO. An non pudet inter Græcos Sophistæ cognomentis. HIP. Vehementer ô So-
crates, si quod sentio proferendum est. SO. Sed em uide ô Hippocrates ne forte aliõ tendat
tuum hoc Protagoricæ artis studium quæ ut sophista efficiaris. Quemadmodũ grammaticũ
ludum citharædicũ; atq; gymnasticũ nõ artis ipsius exercendæ gratia frequentasti, sed qua-
dam potius auditate discendi, ut priuatum ac liberum hominem decet. HIP. Talis om-
nino studij mei apud Protagoram ratio futura uidetur. SOC. Scis ne quid nunc factu-
rus sis: an te fugit. HIP. Qua de re. SOC. Animi tui curam uiro, ut ais, sophistæ es com-
missurus. Quid autem sophista sit si scias summopere admirabor. Quod si ignoras, nescis
quale sit istud, bonum ne an malum, cui operam impendere studes. HIP. Scire equidem
arbitror. SOC. Dic ergo, quid sophistam esse censet. HIP. Arbitror esse hunc ut nomen
significat, qui rationes ad sapientiam pertinentes intelligit. SOC. Idem quoq; de pictoria
bus ac fabricis licet dicere, eos esse uidelicet qui rationes ad sapientiam pertinentes intelli-
gunt. Verũ si quis de pictoribus peteret, ad quarum rerum sapientiam, responderemus ut-
riq; ad efficiendarum imaginum sapientiam, similiterq; de cæteris. Et si eodem modo de
sophista interrogaremur, qualem eius sapientiã esse responderemus: quod eius officium.
HIP. Sapientiam profectio qua homines ad dicendum faciendi redduntur. SOC. Vere
sic forsitan diceremus, non tamen sufficienter. Responso enim illa interrogationem ali-
am exigit, quibusnam de rebus dicendi peritos Sophista homines reddat. Citharista nem-
pe iisdem dicendis aptos facit, in quibus & eruditos, in pulsanda uidelicet cithara. nõne.
HIP. Certe. SOC. At uero sophista quam dicendi facultatem præstat: quibus de rebus
patet quod de his quæ intelligit. HIP. Verisimile id quidem. SOC. Quid ergo istud est,
quod & ipse Sophista intelligit, & alios docet. HIP. Ignoro Heracle. SOC. An nõ uides
quanto discrimini animum tuum subdas: nunquid si corpus tuum eidem discrimini sup-
positurus esses, quo uel in melius uerti, uel in deterius posset, non prius alicui tantum de
te periculum facturo committeres, quam diligenter considerasses, committendum ne sit
an non: amicos quinetiam, & propinquos diu de hoc ipso cõsuluisse. Cum uero animũ
tuum pluris facias quam corpus, & ex eius uel morbo, uel integritate tua omnia contin-
gat uel male, uel bene habere, committendus sit an nõ huic hospiti animum, neminem nec
propinquorum, nec amicorum cõsuluisse. Sed cum hesterno uespero aduentum illius au-
dieris, ad eũ summo mane properas, nullo de hoc consilio habito, credere te ipsum illi de
beas nec ne. Imò & tuas omnes, & amicorum pecunias erogare paratus es, quasi iam co-
gnoueris omnino esse Protagoræ adharendum, quem neq; uidiisti unquam, ut ais, neq; es
allocu-

allocutus. Sophistam uocas illum, & quid sophista sit nescis, cui te ipsum es dediturus.
HI. Vera loqui uideris ô Socrates. SOC. Nonne sophista est ô Hippocrates mercator
quidam, & caupo uicualium quorundam quibus animus alitur. HI. Talis mihi sane ui-
detur, uerum quibus alitur animus. SOC. Disciplinis, sed cauendum est, ô amice, ne
dum laudat sophista quæ uendit, nos decipiat, ut faciant qui corporis epulas uendunt,
mercatores quidam & caupones. Laudant illi quidem sua omnia, neque intelligunt
utrum salubria sint an noxia corpori quæ uendunt, idq; ignorant & illi qui emunt, nisi
forte illorum aliquis medicus sit, aut gymnasticus. Haud secus illi qui disciplinas uarias
per urbes uenales circumferunt, & cauponantes eas emporibus uendunt, laudant om-
nes. Ac fortassis eorum nonnulli ignorant saepe quid utile animo sit, quid uel inutile ex
his quæ uendunt: similiter quoque qui ab illis emunt: nisi illorum aliquis sit animi medi-
cus. Si ergo intelligis ipse quid ex his profit, quid uel oblit, tuto emere disciplinas & à Pro-
tagora & ab alio quouis potes. Alioquin caue, ô beate adolescens, ne in summum factu-
ræ discrimen quæ tibi charissima sunt, deducas. Nam longe grauius periculum est in di-
sciplinis quam in cibis emendis. Etenim qui esculenta emit & poculenta, potest ante-
quam his uescatur, in alijs quibusdam uasculis illa domum deferre, ibiq; deposita diligen-
ter examinare, & aduocato aliquo istarum rerum perito, quid edendum bibendum ue sit,
quid non, quantumq; & quando, deliberare. quam obrem haud graue est in emendo pe-
riculum. Disciplinas autem non licet alio in uase transferre, sed necesse est ut qui emit
eas animo capiat, & relicto precio abeat, intra se ferens, uel inquinatus iam, uel ad melio-
ra prouectus. Hæc itaque cũ senioribus discutiamus: iuniores namque nos sumus quam
exigat tanta rei iudicium. In presentia tamen pergamus quod cœpimus, utrumq; hunc
audiamus: quo audito cum alijs communicabimus. Neque enim Protagoras ibi solus
adeft, sed etiam Eliensis Hippias, & Prodicus, ut arbitror, Chius, aliq; permulti uiri, &
admodum sapientes. Placuerunt hæc nobis, atque perreximus. Et ingressi uestibulum
sermonem quendam in quem inter eundem forte incideramus, tractauimus. Qui ne im-
perfectus relinqueretur, in uestibulo colloquentes eo progressi sumus, dum disputando
nobis conueniret. Audiuit nos Eunuchus quidam sanctor, sed propter sophistarum ist-
hic frequentiam uenientibus irascabatur. pulsauimus, aperuit cum nos uidisset, Huius so-
phistæ etiam hi sunt, inquit, haud ocium illi, simulq; utrisque manibus ostium
clausit. Pulsauimus iterum, sed ille clausis foribus, non auditis, inquit, ocium illi non esse.
Obone uir, inquam, neque ad Calliam uenimus, neq; sophistæ sumus: sed confide, Pro-
tagora indigemus, uidere illum cupimus. Hoc nunciato uix tandem fores patefecit. In-
gressi, Protagoram offendimus in uestibulo porticus deambulantem. Sequebantur eum
multi: hinc quidem Callias Hipponici filius, & germanus eius ex matre Paralus Pericle
natus, & Charmides Glauconis: inde uero alter Periclis filius Xanthippus, & Philippi
des Philomeli, & Antimirus Mendeus, qui inter omnes Protagoræ auditores insigni-
or habebatur, discabatq; ea mète facultatem illam, ut & ipse sophista futurus eadem quan-
doque profiteretur. A tergo præterea sequebantur alij auscultantes Protagoram, quo-
rum plurimi peregrini esse uidebantur, quos ex singulis urbibus per quas circumuaga-
tur ille congregat, mulcens eos uoce tanquam Orpheus quidam, & alliciens. Illi uero uo-
cem passim deliniti sequuntur. Aderant & nostrates quidam in eo choro. Hunc ego cho-
rum cum contemplerer, ordo me illius mirifice oblectabat. Diligenti siquidem cautione
singuli obseruabant, ne passu Protagoram anteirent. Sed cum retro pedem uerteret, pe-
dissequi auditores apte nimium, & in circũ utrinque diuisi, ita cedebant, ut posteri sem-
per essent. Hunc post uidi, ut uerbis Homeri loquar, Hippiam Eliensem in aduerso portu-
cus uestibulo in throno sedentem. Circa quem per subsellia nonnulli sedebant, Eryxima-
chus Acumeni filius, Phædrusq; Myrrhinusius, Andron Androtione gentis, aliq; non
nulli partim ciues, partim etiam peregrini: qui de rebus naturæ sublimibus, astrorumq;
progressibus interrogare Hippiam uidebantur, ille autem in throno sedens dubitationes
singulis enodabat. Vidi præterea Tantalum. Aderat porro & Prodicus Chius, qui in ta-
bernaculum quoddam secesserat, quo pro penu iam antea Hipponicus uti consueuerat:
sed ut omnis confluentem hospitum turba exciperetur, angulum illum quoq; extractis

*Longe graui-
us periculum
in disciplinis
quam cibis
emendis*

obsonijs Callias hospitibus habitandum dederat. Prodicus igitur uillosis stramentis, & quidem multis, ut uidebatur, inuolutus, isthic adhuc recumbebat. Sedibus autem proximis aliqui confidebant. Pausanias Ceramensis, & penes eum adolefcentulus quidam optimo ingenio, & generosa indole præditus, nomine ut audiui Agathon, neque mirum uideri debet, si Pausaniæ sit charissimus. erat ibidem & Adimantus uterque, tum Cepidus, tum Leucolophi filius, alijsq; permulti. Quæ uero inter se disceptarent haud satis percipere foris potui, quanquam uehementer audire Prodicum affectabam. Sapientissimus enim diuinusq; uir mihi esse uidetur, sed sonitus quidam ex uocis ipsius grauitate sub fornice continue reuolutus, uerba singula confundebat. Euestigio post ingressum nostrum intrauit Alcibiades, ut ais ipse, pulcher, & ego credo, & Critias Callæchri filius. Nos autem cum ingressi de quibusdam unâ disseruissemus, eaq; essemus spectacula contemplantis, accessibus ad Proragoram. Deinde ô Protagora inquam certa de causa ad te ego & Hippocrates huc uenimus. P R O. Nunquid seorsum ab alijs mecum loqui uultis? an coram omnibus? S O C R. Nobis quidem perinde est, sed cum audieris quam ob causam uenimus, ipse uideris. P R O. Quid ergo istud est, cuius gratia huc accessistis? S O C. Hippocrates hic nostras est Apollodori filius nobilitateque felici genere ortus. Ipse uero cum aequalibus suis de uirtute contendit, amulatione concitus, cupitq; in republica uir illustris euadere, atque huius rei compotem fore se sperat familiaritate tua. Vide utrum de hoc solos tecum, an coram alijs consultare nos deceat. P R O. Videris ô Socrates recte salutem meam consulere. prudenti namque cautione indiget peregrinus qui amplas urbes perlustrans claris ubique iuuenibus persuadet ut relicta aliorum omnium tam suorum, quam alienigenarum, tam senum quam iuuenum consuetudine, sibi soli adhaerant, tanquam ipsius familiaritate præstantiores alijs omnibus euasuri. inuidi aduersum eum insurgant necesse est, multiq; maleuoli huic insidientur. Ego uero artem sophisticam antiquam esse arbitror, pericos autem uiros in ea peritos inuidiam hanc offensionemq; ueritos aliarum artium specie dissimulasse, partim quidem poematis specie, ut Homerus fecit, & Hesiodus, & Simonides, partim uero sub sacrorum oraculorumq; appellatione, ut Orpheus, & Musæus, eorumq; etiam sectatores. Audiui præterea nonnullos eam artem appellasse gymnasticam, quod Iccus Tarentinus fecisse uidetur, & qui adhuc superest sophista nullo inferior Selybrianus Herodicus, qui prisca origine genus à Megarensibus ducit. Pythocles quinetiam Chius sophista doctissimus, alijsq; permulti sub musicæ artis uelamine sophisticam facultatem occuluerunt. Hi omnes sicut dictum est, & ob uitandam inuidiam uehementer nomen dissimularunt, & sub artium aliarum prætextu sophisticam artem occuluerunt. Ego autem ab his omnibus in hoc dissentio, neque concludere uersutias istas existimo. Neque enim uoti compotes eos fieri arbitror. Nam uiri in ciuitate præstantes dissimulationes eiusmodi omnes intelligunt. Vulgus autem quodammodo non aduertit, sed ea laudat quæ ipsi prædicant. Subterfugendi uero studium istud cum non assequitur quod molitur, & inerte indicat fugientem, & aduertentes homines reddit infensiores. Existimant enim præter cætera hunc uersutum seductoremq; esse. Ego igitur contrariam quandam usam sum ingressus. Consiteor me esse sophisticam, aliosq; docere, & hac ingenua confessione tutius quam dissimulatione illa uitari inuidiam censeo. Alijs præterea rationibus mihi prospexi, ut nihil mali adiuuante deo ob sophisticæ professionem sim passus, licet multos annos facultatem hanc exercuerim. Sum equidem grandis natu, & cuiusque uestrum ætate pater esse possem. Quam obrem gratissimum mihi erit, si de ijs mecum audientibus omnibus qui intus sunt uerba facere uelitis. Hic ego eum suspicatus ostentare auctoritatem suam apud Prodicum, & Hippiam uelle, quod eius sapientiæ auiditate inflammatus ad eum audiendum profectus essemus, cur non inquam Prodicum atque Hippiam, & eos qui hos comitantur, huc aduocamus, ut & ipsi nos audiant? P R O. Aduocemus. Vultis igitur Callias inquit sedes hic paremus, ut disseratis sedentes? Consensimus omnes, & audiendi auiditate admodum festinantes, scamna unusquisque apprehendimus, & iuxta Hippiam confestim apparauimus. Ibi enim plurima erant subsellia. Ibi Callias, & Alcibiades ueniunt, Prodicumq; & qui cum eo isthic erant secum adducentes. Postquam igitur confedere omnes, Repete ô Socrates

Defensio artis
sophisticæ

Apparentes
rationes

Socrates, inquit Protagoras, his præsentibus quæ me paulo ante pro adolescente hoc obsecrabas. Eodem igitur, inquam, exordio quo supra utamur. Hippocrates hic adhære re tibi uehementer exoptat: uerum quidnam sit ex hac consuetudine tua reportaturus, libenter audiret. Hæc nostra erat oratio. P R O. Petis quid mecum lucraturus sis adolefscens: nunquam accedes ad me, quin ab eas doctior, singulisq; diebus amplius ampliusq; proficies. S O C R. Haud mirum hoc ô Protagora: sic enim conuenit; quandoquidem & tu tam grandis natu, tamq; sapiens, si quæ necis ab aliquo disceres, præstantior abires. At uero non id duntaxat exquirimus. Sed perinde ac si Hippocrates hic mutata sententia uersari cum adolescente hoc, nuper huc profecto Zeuxippo cuperet Heraclæti filio, eumq; eodem quo nunc te pacto aggressus, eadem ex illo quod ex te audiret, uidelicet pulchre apud se quotidie profecturum esse: Zeuxippum roget, qua potissimum in re profecturus sit, respondeat utique, in arte pingendi: & Orthagoram Thebanum si conueniat, audiatq; ex illo doctiorem se eius consuetudine euasurum, qua in re doctiorem roget, in tibiarum sono Orthagoras respondeat: eodem modo & tu adolescenti huic mihiq; pro illo petenti responde. Ais enim Hippocratem siquidem Protagora adhærebit, in dies doctiorem fore: qua tandem in re declarâ. Tum Protagoras. Scite interrogas tu quidem ô Socrates: & ego his qui probe interrogant, gaudeo respondere. Hippocrates quidem si mecum uersetur, in eum errorem non incidet, in quem proculdubio incidisset cum sophistis alijs conuersatus. Alij siquidem iuuenibus obfunt. Inuitos namque ad eas artes retrahunt quas & fugerant, arithmetice, astronomiam, geometriam, musicam docentes. Et Hippiam simul aspiciens, addidit: Quisquis autem ad me uenerit, solum id discet cuius gratia uenit: disciplina uero huiusmodi est prudens in re familiari & republica consultatio, qua quis & domum recte gubernat, & ciuitatis negotia optime & dicendo transigit, & agendo. S O C R. An intelligo quod uis Protagora: ciuilem namque artem dicere mihi uideris, polliceriq; quomodo in uiros bonos ciues euadant. P R O. Hoc ipsum est ô Socrates, quod passim prædico. S O C R. O quam præclarum nactus es artificium, si modo es nactus. Nihil sane aliud erga te quam quod sentio proferendum. Id equidem ô Protagora doceri non posse putaram. Tibi tamen autumanti non præstare fidem non possum. Quam uero ob causam neque doceri, neque ab hominibus inuicem tradicentem, æquum est, arbitror, ut dicam. Equidem quod & cæteri Græci testantur, Athenienses uiros sapientes appello. Video igitur quando concione congregata aliqui de ædificando deliberare uult ciuitas, ædificatorum consilium expetit: & cum de nauium fabrica, fabros nauium accessiri. Idem quoq; faciunt in cæteris omnibus quæcunque doceri & disci posse existimant. Quod si quis alius de artis illius opere consultare pergat, quem eius artis expertem esse putant, clarissimus alijs in rebus sit licet ditissimusq; & nobilissimus, nihilo tamen magis admittunt, sed exibilant, exploduntq; quoad uel ipse tu multu deterritus à dicendo desistat, uel iubentibus magistratibus stipatores ipsum aut extrudant proinus, aut transigant. Id itaque in omnibus ad perceptionem artium pertinentibus obseruare consueuerunt. At cum de publica ciuitatis administratione consultandum est, consulit architectus æque ac faber ærarius, æque etiam cerdo, mercator, nauta, diues, pauper, ignobilis, nobilis, neque horum quisquam quenquam explodit, ut in superioribus contingeat, quasi quod nusquam discatur, nullusq; præceptore percipiat, consultare audeat. Constat porro quod doceri posse non putant. Neq; publice solum hoc, sed & priuatim conspicitur. Etenim qui ciuili sapientia pollent, uirtutē hanc in alium transfundere nequeunt. Siquidem Pericles horum adolescentum pater, in his rebus quæ sub magistro discuntur, diligenter eos erudiuit: in his autem in quibus ipse sapit, neq; ipse erudit, neq; alteri cuiquam committit eruditendos, sed passim quasi pascentes sine custode pererrant, si forte casu quodam in hanc uirtutem incidant. Idem quoq; Pericles cum esset Clinia tutor, fratris Alcibiadis huius minoris natu, illiq; metueret ab Alcibiade, ne forte consuetudine eius inquinaretur, segregauit eos, & Cliniam apud Ariphronem educauit. sed nondum sex inde mensibus exactis cum illi reddidit, cum ingenio illius diffideret. Multos præterea commemorare possem, qui cum in republica excellentes uiri essent, nullum tamen aut propinquorum, aut alienorum unquam docuerunt. Equidem ô Protagora

Que promittit
sophista
docere

Tentado ostenditur
q. uirtus
doceri non
possit

*Hæc fabula
nisiur demon
strare uirtu-
tem doceri*

ra dum hæc animaduerto, uirtutem doceri posse diffido. Contra uero dum te audio hæc afferentem, sententiam mutare cogor, & quæ dicis haudquaquam arbitror contemnenda, existimans te usu multarum rerum, doctrinæq; & inuentione sapientem esse. Ergo si potes clarius ostendere nobis, quod uirtus doctrina aliqua comparetur, ostende obsecro, nec inuideas. P R O T. Haud inuideo ô Socrates. Sed utrum uobis tanquam senior iunioribus fabulam referam? an prosequar disputando? Tunc sane audientium plurimi, utcunq; mallet, dicere concesserunt. P R O T. Gratiorem uobis fore fabulam arbitror. Olim quandoque dii soli erant, nulla uero mortalium genera, sed cum tempus generationis fatale uenisset, ipsa dii in terræ uisceribus ex igni terræq; sinxerunt, interuenientibus ijs quæ igni, terræq; miscuntur. Cum uero educere illa in lucem uellent, Prometheus Epimetheusq; mandarunt, ut suas cuique uires distribuerent. Prometheus itaque rogauit Epimetheus, ut distributionis illius munus sibi concederet, distribuenti spectatorem se præberet. Consensit Prometheus, distribuit ille, quibusdam igitur robur absque celeritate dedit, quibusdam imbecillioribus uelocitatem donauit, armauit nonnulla, inermibus autem aliud quoddam ad salutem machinamentum excogitauit. Quæ enim exitu quo corpore clauerat, partim per aerem pennis attollit, partim per terram subrepere iussit. Quæ uero in molem amplam auxerat, ea ipsa mole ad salutem suam muniuit. Similiterq; in cæteris exæquans partitus est singula, adeo ut nullum genus penitus obscuraretur. Postquam ita instruxit, ut ne mutua populatione perirent, excogitare iam cepit suffugia qua ratione quam facillime sub diuo agerantiam possent. Itaque illa uel pilis confertissimis setisq; uel durissimis pellibus uestiuit, quibus facile tum hyemis, tum æstus intemperiem tolerarent, & naturalia illis stramenta isdem ex rebus cubiliaq; parauit, pedibusq; soleas addidit, ungulas, setas, callum, pelles itidem quam durissimas. Deinde alimenta alijs alia suppeditauit, quibusdam ex terra herbas, nonnullis ex arboribus pomæ, haccasq; radices alijs. Nec desuerunt quibus daret hæc mutuo laniatu uictum. Cæterum uoracibus animalibus genus quodammodo sterile: cæteris autem quæ illorum ferocitati obnoxia sunt fecundum dedit, ut hoc modo genus conseruaretur. Cum uero non esset admodum sapiens Epimetheus, dotes omnes incius effudit in bruta, neque aduertit, nihil ex tanta sibi elargitione superfore, quo genus nostrum deinde donaret. Restabat ergo hominum genus immune & uacuum: itaque quò se uerteret dubitabat. Dubitanti Prometheus adstitit partitionis illius spectator, uidentiq; cætera animalia suis quæque sulata muneribus bonisq; referta, hominem autem nudum, inermem, calceorum, stramentorumq; indigum. Iam uero imminabat fatalis ipse dies, qui in lucem terra exire cogebat. Cumq; altam salutis humanæ uiam consultans Prometheus non inueniret, surripuit Vulcani Mineræq; artificiosam pariter cum igne sapientiam. Neque enim fieri poterat, ut eam sine igne nancisceretur quis, uel etiam uteretur. Eam itaque sic hominum generi Prometheus intulit, atque ita sapientiam quæ uictum suppeditat consecuti sumus. Deerat hominibus adhuc sapientia ciuili. Erat illa quidem apud Iouem, cuius arcem ascendere Prometheus nondum licebat, horribiles Iouis arcem circumstantes custodes Prometheus de terrebant. Cæterum communem Vulcani Mineræq; officinam, in qua artes excolebantur, clam ingressus furatus est igneam Vulcani artem, altamq; Mineræ, atq; homini tradidit, qua uiuendi facultas obuinit. Prometheus autem, ut fertur, propter Epimetheum furti pœnas dedit. Quoniam uero solus ex omnibus animalibus homo diuinæ sortis particeps effectus est, principio solus ob hanc cognationem deos esse putauit, arasq; illis statuasq; dicauit. Deinde uocem in uerba articulatim arte distinxit, ædes construxit, uestes calceosq; confecit, stramenta elaborauit, ex terra alimenta collegit. Ita homines ab initio constituti sparsim uagabantur habitabantq;, nam urbes nondum construxerant. Ergo à feris cum imbecilliores essent, passim laniabantur. Artium enim facultas ad uictum comparandum sufficiens erat, ad pugnam uero contra bestias truculentas minime. Ciuilis namq; peritia, cuius pars quædam est res militaris, expertes erant. Ut igitur se aduersus eam pestem munirent, structis urbibus congregati sunt. Congregati autem inuicem iniuriabantur, quippe qui ciuili arte carerent, quare dispersi iterum à feris lacerabantur. Verum Iupiter humanæ salutis consulens, Mercurium misit pudorem & iustitiam hominum

num cœtibus illaturum, ut duo hæc ciuitates ornarent deuincirentq;, & mutua beneuolentia ciues conciliarent. Interrogauit ergo Mercurius, qua conditione pudorem & iustitiam hominibus traderet. Num, inquit, ita ut artes distribui debent: illæ siquidem ita distributæ sunt, ut unus in arte medicinæ peritus pro rudibus multis sufficiat. cæteræq; similiter. nunquid ita pudorem & iustitiam hominibus dabo? an omnibus inseram? Omnibus, respondit Iupiter, omnes siquidem horum participes esse debent, neque enim ciuitates ullæ constarent, si pauci quidam ut artium aliarum, sic horum participes essent. Legem præterea meo nomine condas, qua quisquis omnino uel iustitiæ uel pudoris est expertis, tanquam ciuitatis pestis quædam ultimo supplicio afficiatur. Hac de causa ô Socrates, tam alij omnes quam Athenienses quotiescunq; de architectura uel alio quodam opificio habendus sermo est, paucos ad consilium adhibent, cæteros autem arrium imperitis excludunt, ut & tu ais, & ego approbo. Quoties autem de ciuili administratione consilium initur, quæ uirtus temperantia & iustitiæ constat, iure unum quenque admittunt, quippe cum oporteat omnes huius uirtutis esse participes, aut ciuitates nullas constare. Hæc ô Socrates eius de quo dubitabatur est causa. Sed ne te decipi suspicaris, hanc insuper accipe coniecturam, quod scilicet omnes mortales, mortalem omnem uirtutis huius ciuili participem esse putent, temperantiæ scilicet & iustitiæ. Nam in cæteris facultatibus, ut tu ais, si quis se iacet, puta quod tibicen optimus sit, cum tamen in eo ipso sit rudis, audientes hunc aut rident, aut ei indignantur. Propinqui uero ut insanum admonent, & increpant. Contra uero in ciuili uirtute contingit, nam licet sciant aliqui quempiam iniustum esse, tamê si ille hoc coram nescientibus fateatur, insanire eum existimant, neque patefaciendum censent iniquitatem, immo semper siue ea præditus sit siue non, iustitiam ostentandam: eum uero qui non simulat iustitiam, delirare, tanquam oporteat unum quenque aut ciuili uirtutis participem esse, aut ex hominum cœtu uitæq; exterminari. Ex his sufficienter ostensum puto quod merito quemlibet de re ciuili consultorem admittunt, quia uirtutis huius cōpotem quemlibet esse censent. Quod autem uirtutem neque in nasci neque forte contingere putent, sed doctrina & studio comparari, deinceps tibi conabor ostendere. Nemo ob ea mala quæ uel natura uel casu fieri putat cuiquam succenset. Sed nec obiurgat, nec docet, nec punit eos qui hisce malis premuntur, ne tales sint: sed omnes potius miseramur, ceu deformes, paruos, ualeatudina rios homines. Nam quis adeo demens, ut hæc corripiat? Intelligunt sane, ut arbitror, omnes hæc mala eorumq; contraria natura hominibus fortunaq; prouenire, Contra uero cum mala quædam cuiquam uel studio uel consuetudine & doctrina parta existimant, tunc indignantur, increpant, atque puniunt. Quorum de numero iniquitas est, & impietas, ac summam quicquid ciuili uirtuti repugnat. Quæ idcirco quisque passim damnat, corripitq;, quod ex industria, disciplinaq;, tam prauitas quam ciuili illa uirtus proficitur. Si enim punitionis intentionem considerare uolueris Socrates, ex eo quoque intelliges quod homines uirtutem studio comparari putant. Nemo enim præteriti gratia punit, & ea mente iniustos affligit pœnis, quia iniuriati sunt, nisi quis tanquam brutum absque ratione percutiat. Verum qui ratione punire aggreditur, non præteriti sceleris causa punit: neque enim assequi potest, ut quod est factum sit infectum: sed futurum respicit, ne iterum aut ipse, aut alius quislibet exemplo eius adductus delinquat. Quisquis autem hoc proposito censuraq; eiusmodi animaduertit in errata, doctrina uirtutem existimat posse comparari. Nam absterrendi causa pleçit. Hac mente opinioneq; ad pleçendum accedunt tam publice quam priuatim, quicunq; in peccatis animaduertunt. Condemnant autem puniuntq; cum cæteri omnes, eos quos iudicant peccatores, tum maxime ciues tui Athenienses. Quamobrem Athenienses quoque ex hac ratione in eorum numero esse constat, qui doceri uirtutem putant. Ex his aperte, ut arbitror, monstratum est ô Socrates non iniuria ciues tuos in ciuili administratione consilium ararij fabri corarij q; non respuere, atque eos doctrina & studio per exercitationem acquiri posse uirtutem, existimare. Restat dubitatio illa quam de uiris uirtute claris mouebas, quam ob causam filios illi suos in omnibus quæ præceptore consequi licet, erudiunt: quod uero ad paternam uirtutem spectat, nihilo cæteris meliores reddunt. Ad hoc rationem ô Socrates,

non fabulam afferam. Sic enim cogita, utrum est unum aliquid, aut non, cuius necesse sit civis omnes esse participes, si modo constare civitas debeat. Ita enim hæc tua ambiguitas soluitur, aliter vero minime. Si unum hoc extat, neque est architectorum, neque æratorum artificum, neque figulorum opificium, sed iustitia, temperantia, sanctitas, & ut paucis comprehendam, viri propria virtus: si hoc est inquam cuius participes esse oportet omnes, & cum hoc discere & agere quodcumque placeat aliud, absque hoc nequaquam, expertem vero huius doceri, corripique, & puerum, & uirum, & mulierem, quoad correptione melior efficiatur: si quis autem hanc spreverit disciplinam, eum tanquam insanabilem civitatis pellit uel interficit: si ita est inquam, ut diximus, uirique præstantes in republica ciues, in cæteris quidem erudiunt filios, in hoc uero nequaquam, ad ueritatem quam mirabiliter in eo excellentes euadant. quod enim doceri posse tam priuatim quam publice opinantur, ostendimus. Cum uero & doctrina & cura acquiri hoc possit, alia filios docent, in quibus non est aduersus nescientes mortis poena propoſita: in quibus autem mors & exilium, aut pecuniarum ablatio, aut domorum subuersio præmit ignaros rudesque filios, in his non omni diligentia patres erudiunt, & ubi minæ huiusmodi urgent, doctrina curaque leuior adhibetur: Existimare decet, & Socrates, à teneris annis usque ad uitæ finem erudiri eos atque moneri. Nam cum primum puer quæ dicuntur intelligit, nutritrix, mater, pædagogus, pater ad hoc omni cura studioque contendunt, ut in singulis, tum uerbis, tum operibus optimus puer euadat. Sigillatim enim monstrant quid iustum, quid iniustum, quid honestum, quid turpe, quid sanctum, quid diuè prophanum sit, quæ agenda, quæ non. Quibus si obtemperat puer, bene secum agi putant: sin renititur, tum ueluti contortum obliquumque lignum minis plagisque dirigunt. Post hæc ludimagistris pueros curandos tradunt, morumque bonorum diligentiam multo magis quam literarum citharæque doctrinam à magistris exposcunt, præceptores autem susceptos curant & excolunt. Et literas ubi tantum didicerunt, ad scriptaque conuertuntur, poetarum in primis excellentium opera illis legenda ediscendaque proponunt, quibus monumenta quam plurima inseruntur, prætorumque uirorum uirtute præstantium gesta laudantur, ut puer æmulatione accensus præclara maiorum facinora imitetur. Citharistæ quoque tum alijs quibusdam huiusmodi, tum præsertim temperantiæ student, cauentque nequid perperam adolescentem agant. Atque ubi pulsare iam citharam didicerunt, rursus poetarum aliorum modulatione præstantium cantilenas docent, quas ad citharam canant, rhythmosque & harmonias puerorum animis conciliare conantur, ut mitiores modestioresque & concinniores effecti, & ad agendum utiles sint, & ad dicendum. Omnis enim hominis uita numerosa quadam indiget consonantia. Post hæc ad gymnasiolorum magistris parentes filios mittunt, ut firmum aptumque adepti corporis habitum, optime menti suggerant ministerium, ne fragilitate corporum impediti, à militaribus ciuilibusque actionibus tanquam laboriosis absterreantur. Hæc nempe obseruant maxime si qui maxime possunt: possunt autem maxime opulentissimi uiri, eorumque filij, qui primi disciplinarum scholas ingressi, nouissimi exeunt. Scholis autem egressi, à magistratibus leges iuraque discere, eorumque exemplo uiuere coguntur: nequid ipsi proprio ingenio freti temere agant: sed quemadmodum literarum magistri pueris adhuc scribendi ignaris, calamo exemplar quoddam præscribunt, ad cuius characteres scribendi artificium imitando perdiscunt: ita ciuitas leges præscribens prætorum hominum in legibus ferendis prudentissimorum inuenta, ad earum normam imperare cogit quemlibet & parere. Eos autem qui præuaricantur, punit: punitioque huiusmodi & apud alios multos, propterea quod tanquam poena iudicialis dirigit transgressorem, iudicium correctioque uocatur, cum igitur talis tantaque sit uirtutis tam priuatim quam publice cura, an dubitas adhuc & Socrates, mirarisque si uirtus doceri queat? Neque uero mirari hoc quisquam debet, immo multo magis si doceri non possit. Quærebas præterea quam ob causam bonorum patrum filij mali reperiuntur. Hoc iterum docere te pergo, neque hoc mirum uideri debet si uera sunt quæ dixi, uidelicet uirtutis curam non ad uirtum aliquem duntaxat, sed ad omnes spectare oportere, si modo consistere ciuitas debeat. Si autem ita est, ut loquor, immo certe cum ita sit, elige atque considera quamuis aliarum facultatum & doctrinarum: ut puta si non

si non posset consistere ciuitas, nisi tibicines omnes essemus, qualiscunque esse quilibet posset, nonne hoc quilibet priuatim publice unum quencque doceret, huiusque ignarum sine inuidiæ liuore corripere: quemadmodum nunc quæ iusta & legitima sunt, quilibet sine inuidiæ prædicat, neque hæc ut alia cclat. prodest enim omnibus communis iustitia uirique. Atque idcirco omnes omnibus quæ iusta & legitima sunt, libentissimè monstrant. Si ergo in tibiarum flatibus eadem animi flagrantia charitateque inuicem nos erudiremus, num optimorum tibicinum filij magis quam deteriorum in his fontis periti euaderent: nequaquam, ut arbitror, sed quicunque natura ad tibias inflandas ingeniosus esset, magis proficeret, tardus autem minus: ac sæpenumero periti tibicinis rudis euaderet filius: sæpe etiam inepti filius, aptus. Verum tamen omnes sufficientes essent tibicines, si cum his conferrentur qui rudes sunt, nihilque rerum earum intelligunt. Similiter cum existima Socrates, qui iniustissimus tibi uideretur inter homines sub lege uiuentes, iustum fore iurisque auctorem siquando cum illis hominibus conferatur, quibus nec disciplina sit, nec iudicia, neque leges, neque necessitas ulla in uita, quæ uirtutem colere iubeat, efferatque sint, ut illi quos antea præterito in Lenæo poeta Pherecrates erudiuit: ac si forte in eos homines incideres, qui ex eorum coetu sint humani generis hostes, bene tecum agi putares, si Eurybatum offenderes & Phryndonam, deploraresque fortunam tuam, desiderans nostrorum hominum prauitatem. Nunc autem delicatior uideris & Socrates, cum enim omnes pro uirtutibus uirtutis præceptores sint, nullus tamen tibi talis apparet. Quinetiam si quæres quis præceptor nos Græce loqui docuerit, nullus utique appareret. Itæ si peteres quis docuerit mechanicorum artificum filios ministerium illud, quod patres eorum confortesque alij eiusdem artis exercent, quod uel filij imitantur, haud facile, & Socrates, præceptor illorum reperiretur: innumerabilem uero aliorum, per facile. Ita de uirtute dicendum, ac cæteris talibus. Verum satis nos habere putandum, si quis paulo commodius quam cæteri iuuenes ad uirtutem prouehat. Ex quibus unum me esse profiteor, subtilisque cæteris omnibus rationem qua boni honestique fiant, cognoscere, atque ita rem ipsam perficere, ut dignum est ea mercede quam exigo, immo etiam mercede maiori, quod ipsi quoque discipuli iudicant. Exactionis autem meæ hæc est conditio: postquam aliquis à me didicit, si uult ille quidem retribuit quantum exigo argentum. Sin minus, ingressus templum iureiurando præstito æstimat quanta mercede digna sibi mea documenta uideantur, tantamque exponit. Quod igitur uirtus doceri discique possit, & Socrates, hæc fabula tibi sit & ratione probatum. Quod & Athenienses ipsi testantur. Ostendimus item nihil mirum uideri debere, si bonorum patrum mali sint filij malorum uel boni, quandoquidem & Polycleti filij, Paralæ & Xanthippi huius æquales, si cum patre comparentur interuallo quodam longissimo superantur. simili ter etiam aliorum artificum filij. Neque dum adolefcentes hi reprobandi sunt, spem quippe aliquam præbent, iuuenes sunt enim. Cum hæc ostendisset Protagoras, loquendi finem fecit. At ego diu post utpote superiori oratione delinquitus, in os Protagoræ inhiabam sequentium uerborum desiderio inflammatus. Verum postquam destitisse prorsus animaduerti, me ipse recepi, & ad Hippocratem conuersus: & fili Apollodori inquam, quam ingentes tibi debeo gratias, quod me huc hodie adduxisti. Nam plurimi facio hæc à Protagora audivisse. Antea enim haud humanam curam esse rebar, qua uiri boni efficiuntur: nunc autem eam esse persuasus sum. Sed paulum quiddam restat iterum declarandum, quod uide licet Protagoras facile demonstrabit, postquam multa hæc edocuit. Etenim si quis de istis rebus cum aliquo forensium oratorum agat, forte tales sermones audiet, quales Periclis esse solent, cæterorumque eloquentium hominum. si autem de aliquo redinterrogando instet urgeatque, librorum instat, neque quid respondeat, neque quid interrogent ipsi habent. Si quis uero de aliquo, paucis obiter ab ipsis dicto roget, uelut æs percussum alte resonant, longeque uociferantur, nisi eorum dicta protinus excipias. Atque ita rhetores breue quiddam interrogati, prolixam producunt orationem. Verum Protagoras hic copiose & ornate loqui potest, quod superior testatur oratio, potest etiam cum rogarur summatim ac breuiter respondere: & interrogans ipse, consistere & excipere responsionem, quod quidem de paucis dicere licet. In præsentia igitur, & Protagora, parum quiddam desidero, quod si declaraueris, putabo mihi in omnibus satisfactum. Virtutis autem do-

Repetit quæ
dã dicta Pro-
tagore ut cõ-
uincat ipsum.

Strinæ studio comparabilem, & ego sicui unquam, tibi maxime credo. Quod uero te dicente sum admiratus, aperias obsecro. Dicebas enim Iouem iustitiam & pudorem hominibus infudisse. Deinde procedente sermone, sãpe iustitiam nominasti, temperantiam, sanctitatem, perinde ac si ista omnia sub una quadam uirtute contineantur, unumq; aliquid ipsa uirtus existat. Hæc mihi liquido explanari uelim, utrũ scilicet unũ quiddã sit uirtus, cuius partes sint iustitia, temperantia, sanctitas: an hæc inquam omnia quæ nunc retuli nomina unius eiusdemq; rei sint, hoc est inquam quod insuper requiro. PRO. At facilis est ò Socrates ad ista responsio, quod uirtutis ipsius quæ summam unum est, partes sunt quæ interrogas omnia. SO. Vtrum quemadmodum uultus unius partes sunt os, nares, oculi, aures? An sicuti auri partes nihilo differunt à toto, præterquam magnitudine quadam & paruitate? PRO. Ita se habere mihi uidentur ò Socrates, uirtutis partes ad totam, ut uultus partes omnes ad totum. SO. Vtrum alij homines aliam uirtutis partem accipiunt? an necesse est, eum qui unam habet, omnes habere? PR. Nullo modo; quoniam multi fortes quidem sunt, sed iniusti: & alij iusti quidem sunt, sapientes minime. SO. Nunquid sapientia & fortitudo partes uirtutis sunt? PRO. Omnino quidem, & præstantissima pars omnium est sapientia. SO. Estne hoc quidem aliud, illud uero aliud? PRO. Est. SO. Nunquid & potentiam utrumque propriam habet? quemadmodum è uultus partibus oculus non est auribus similis, neque illorum potentia eadem, neque alia quælibet pars alterius aut potentia aut alio quocumque similis est. Ita ne uirtutis partes se habent, ut neque alia aliarum sit similis, neque eadem, neque potentia eadem? An forte ita esse constat? siquidem naturæ uirtutum exemplar quod induximus, congruit. PRO. Sic certe est ò Socrates. SO. Non est igitur pars uirtutis alia talis qualis scientia, neque qualis iustitia, uel fortitudo, uel temperantia, uel sanctitas. PRO. Non certe. SO. Age in commune consideremus quale nam quiddam istorum quoduis existit, primum quidem sic. Iustitia res quadam est, an nulla? Mihi quidem res quadam esse uidetur. Tibi uero? PR. Et mihi. SO. Quid uero: si quis à me & te sciscitetur, ò Protagora atq; Socrates, dicite quæso, num res ista quam modo iustitiam nominabatis, eo ipso quo est iustitia, est & iusta, an iniusta? Ego quidem iustam esse dicam. tu uero mecum sentis? an non? PRO. Tecum plane. SO. Ego igitur interroganti responderem talem esse iustitiam, quale & iustum, tu uero? PR. Ego quoque. SO. Si quæreret iterum, nunquid & sanctitatem aliquam esse dicamus, consentiremus utiq; ut opinor. PRO. Consentiremus. SO. An non & hanc rem aliquam esse dicitis, si roget ille, nonne & hoc assentiremur? PRO. Et hoc. SO. Num rei istius naturam talem putatis ut sancta sit, an ut prophana? Interrogationem hanc agre ferrem, ad eumq; conuersus objicerem, Bona uerba quæso. Nunquam porro ò sanctum aliquid est, nisi & sancta ipsa sanctitas esset, quid & tu? an non similiter responderes? PRO. Similiter. SO. His si adijceret, an quæ supra dixistis recte accepit? Videbamini enim paulo ante asserere, ita se inuicem partes uirtutis habere, ut non sit alia pars qualis est alia. Inferrem equidem ad hæc, quod alia recte acceperit: quod uero me in eo consensisse putarit, non recte. Nam Protagoras iste hæc respondit: ego autem quæsiui. Ergo si dicat, ò Protagora uere loquitur Socrates, ipse es qui ais, uirtutis partem aliam non esse talem qualis est alia: tuus hic sermo est. Quid illi tu respondebis? PRO. Necesse est, ò Socrates assentiri. SO. His concessis quid illi potissimum respondebimus, si ultra sic obiecerit? Non ergo talis est sanctitas, ut res iusta sit: neque iustitia talis, ut sancta: sed illa talis, ut non iusta, hæc ut non sancta. iniusta itaque illa, hæc prophana. Quid ad hæc inquam? Equidem mea sententia iustitiam esse sanctam, & sanctitatem iustam esse dicam. Arbitror enim te permissurum, ut pro te illud ipsum respondeam, quod uidelicet aut idem sit iustitia quod sanctitas, aut inuicem quam simillima: ut maxime omnium talis iustitia qualis sanctitas, & qualis sanctitas talis iustitia sit. Vide num me ita respondere prohibeas, an consentias. PROTAG. Haud ita simpliciter istud mihi uidetur, ò Socrates, ut concedi possit sanctitatem iustam, sanctam uel iustitiam esse. Verum differentia quædam inesse apparet. sed quid tandem id refert? Si uis esto nobis sanctitas iusta, sancta que iustitia. SO. Mihi uero non. Nec opus habeo ut istud, si uis, & si tibi placet

placet: redarguatur. Sed ut me & te dicatur uolo. Dico autem & me & te, existimans tunc demum recte sermonem discutere, si tantum hoc si, ex eo tollitur. PRO. Enim uero simile quiddam habet iustitia sanctitati. Nam quodlibet cuiuslibet quiddam simile habet, præter illa quæ omnino inter se contraria sunt, ut album, nigrum, molle, durum. Atqui & illa quæ supra diximus aliam aliamq; inter se uim habere, nec tale esse alterum quale alterum est; ceu uultus ipsius partes, quiddam simile inter se habent, estq; quodammodo tale alterum quale alterum. Atque hac ratione licet hæc refellas si placet, quod cuncta inuicem similia sint: non tamen quæcunque simile quiddam habent, similia uocanda sunt; neque etiam quæcunque dissimile quiddam, inuicem dissimilia, si exiguum quiddam simile uel dissimile habent. SO. Admiror equidem ò Protagora, si ita iustum sanctorumq; inuicem sunt, ut parum quiddam simile inter se habeant. PRO. Haud ita omnino. neque tamen ita prorsus ut ipse arbitrari uideris. SO. Postquam hæc tibi molestata sunt, dimittamus: aliud uero quiddam ex his quæ dicebas, consideremus. Infantiam aliquid uocas? eiusq; contrariam sapientiam esse dicis? PRO. Equidem. SO. Num cum recte frugaliterq; homines uiuunt, ita agentes, temperanter agere putas, an cum contra agunt? PRO. Temperanter agere uidetur mihi cum frugaliter recteq; agunt. SO. Nonne temperantia temperanter agunt? PRO. Necesse est. SO. Nonne quicumque non recte agunt, insane agunt: & qui ita agunt, non temperanter agunt? PRO. Ita uidetur. SO. Ergo insane agere, contrarium eius est, quod temperate agere dicitur. PRO. Est utique. SO. Nonne igitur quæ insane fiunt, infantia fiunt? quæ temperate, temperantia? PRO. Profecto. SO. Nonne quicquid robore fit, fit robuste? & debilitate quicquid fit, debilitate? PRO. Apparet. SO. Et quicquid uelocitate, uelociter: quicquid autem tarditate, tarde? PRO. Et hoc. SO. Et quod eodem modo fit omnino, ab eodem efficitur: quod uero contrario modo, efficitur à contrario? PRO. Assentior. SO. Dic obsecro, est ne pulchrũ aliquid? PRO. Est profecto. SO. Huius contrarium aliquid quicquam est, quam turpe? PRO. Nihil aliud. SO. Est & aliquid bonum? PRO. Et bonum. SO. Ei nunquid aliud contrarium nisi malum? PRO. Non aliud. SO. Estne aliquid in uoce acutum? PRO. Sane. SO. Num aliud illi contrarium quam graue? PRO. Hoc ipsum. SO. A non unicuique contrariorum non multa, sed unum est contrarium? PRO. Vnum duntaxat. SO. Resumamus iam quæ hæcenus à nobis concessa fuerunt. Concessimus plane, uni unum solum esse contrarium. PRO. Nempe. SO. Item quod contrario modo fit, à contrarijs efficitur. PRO. Hoc quoque. SO. Admisimus præterea contrario modo fieri quod insane fit, & quod temperate. PRO. Etiam. SO. Rursus quod temperate agitur à temperantia provenire, quod insane ab infantia. PRO. Conuenit. SO. An non, si contrario fit modo, fit à contrario? PRO. Utiq;. SO. Fit autem hoc quidem à temperantia, illud autem ab infantia. PRO. Certe. SO. Contrario modo? PRO. Contrario. SO. Nonne igitur à contrarijs. PRO. Et à contrarijs. SO. Infantia itaque temperantia contraria est? PRO. Apparet. SO. Recordamur supra nos concessisse sapientiam infantiam esse contrariam? PRO. Certe. SO. Quin & uni unum solum esse contrarium? PRO. Et hoc. SO. Vtram igitur orationum harum reiiciemus Protagora? eam ne qua dicitur unum uni solum esse contrarium? An quæ uolebat sapientiam temperantiam differre? cum utraque pars uirtutis esset? ac etiam præter id quod diuersæ hæc utraque sunt, dissimiles quoque esse tam ipsas quam earum uim, sic quemadmodum illas in uultu partes? Vtrum istorum referuabimus? utraque sane haud satis apte dicitur: neque enim concinunt inter sese. Nam qua ratione consonarent, si quidem necessarium sit uni unum duntaxat contrarium esse, pluribus uero nequaquam: infantia autem cum unum sit, sapientia & temperantia contraria uideantur? Ita ne aliter, ò Protagora? PRO. Esto tandem, quid tum? SO. An non hac ratione unum erit sapientia temperantiaq; & supra constitit idem quodammodo esse iustitiam & sanctitatem? Age Protagora ne pigeat, sed pergamus ad reliqua. Videtur tibi ut iniustus, iniuste agendo temperanter sapere? PRO. Ego quidem confiteri hoc, ò Socrates, non audeam; plurimi autem hominum asserunt. SO. Vtrum ergo ad illos, an ad te uerba dirigam? PRO.

Interrogatio-
nes per con-
traria ut pro-
bet unum uni
esse contrariũ

PRO. Si placet ad hunc primo vulgi sermonem edisseras. SOC. Nihil mea refert, modo ipse respondeas hanc tibi uideantur, an minus. Nam ipsum sermonem in primis ego discutio. Istud autem quod & me interrogante & te respondente fit, sic accidit forte. Hic Protagoras efferebatur primum sermonis difficultatem cauendo, postea uero respondere concessit. Age, inquam, ab initio mihi responde. Videntur aliqui tibi iniuste agendo, sapere temperanter? PRO. Esto. SOC. Temperanter uero sapere, bene sapere uocassent? PRO. Esto. SOC. Bene autem sapere, bene consulere in eo, in quo ceteri iniuriuam exercent? PRO. Esto. SOC. Vtrum si bene faciunt quod iniuriantur, an si male? PRO. T. Si bene. SOC. Dicis ne bona quaedam esse? PRO. T. Dico. SOC. Num ea bona sunt, quae utilia sunt hominibus? PRO. T. Immo per Iouem bona quaedam uoco etiam si hominibus utilia non sint. SOC. Cum autem uideretur mihi Protagoras subiraesci, & ad responsum inuitus descendere, mitius eum submissiusque rogauit. Nunquid ais Protagora quae nulli hominum utilia sunt? an quae nullo modo utilia? Et talia quaedam bona appellas? PRO. Nequaquam. Sed ego multa noui hominibus inutilia, cibos, & potiones, & pharmaca, aliaque permulta: alia uero utilia. Quaedam autem quae hominibus perinde sunt, equis afferunt magnum momentu. Et nonnulla bobus, nonnulla canibus: quaedam uero nullis horum, sed arboribus potius. Et eorum quae arboribus, quaedam ita se habent ut saepe radicibus profint, germinibus obsint. Quemadmodum sterquilinum radicibus utile, ramusculis caulibusque est noxium admodum. Oleum quoque arboribus omnibus herbisque maxime prodest: pilis autem animalium omnium, humanis exceptis, nocet plurimum. Nam & pilis hominum & toti corpori confert. Atque ita uaria quaedam & multiformis res bonum existit. Vnde & oleum externis nostri corporis partibus optimum, interioribus pessimum. Quapropter medici aegrotantibus olei usum uentant, nec uti permittunt nisi quam parcissime ad obsoniorum quorundam male olentium offensiuam rejiciendam. Cum haec dixisset Protagoras, praesentes frequentius applausu acclamantes illius dicta comprobauerunt. At ego, o Protagora, inquam, sum equidem nimis obliuiosus, ac si quis orationem in longum protrahat, de quo uerba fiunt, protinus obliuiscor. Sane si surdaster sum, & mecum sermonem inires, existimas res altius mihi quam ceteris inclamandum. sic in praesentia cum obliuiosum hominem alloquaris, concisionibus mecum responsionibus agas, si modo uis ut te cosequar. PRO. T. Quam exigis breuitatem? num breuioribus quam oporteat uerbis agi tecum iubes? SOC. R. Minime omnium. PRO. T. An forte quot opus est uerbis? SOC. R. Tot utique. PRO. T. Nunquid ego orationi modum imponam? an tu potius debitum terminum statuas quem non liceat transgredi, eumque loquendo sim obseruaturus? SOC. R. Audiui equidem posse te copiose quoties lubitum est loqui, ut nunquam tibi desit oratio, nec non res easdem paucioribus quam quisquam mortalium uerbis perfringere: & eam ipsam uim ceteros, ut audio, docere potes. Si ergo mecum disputaturus es, breui illa & concisa ratione dicendi utere quae so. PRO. T. O Socrates multis cum hominibus olim dicendo certauit. Quod si quod tu mones egissem, si inquam ad normam mihi ab auditore praescriptam uerba fecissem, nihilo quoquam melior essem, nec Protagora nomen tota Graecia resonaret. Ego autem cum cognouissem superiorem respondendi modum illi minime placuisse, eumque sponte quidem deinceps ita minime responsurum, haudquaquam expedire mihi censui, ut illis disputationibus interesset, atque idcirco o Protagora, inquam, haud moror disputationem nisi ex sententia tua nobis procedit. Etenim si ita differere uis, ut ego assequi possim, adstabo equidem: nam tu quidem, ut de te fertur, & ipse profiteris, aequae eadem potes & summam perfringere, & amplissime edisserere: es enim sapiens: ego autem ad prolixam orationem ineptus sum: atque utinam eius compos essem. uerum tua intererat nobis aliquantulum indulgere, quando quidem aequae es ad utrumque paratus, ut disputatione peragatur: postquam uero non uis, & me usque adeo negotia urgent, ut nequeam tecum hic diu commorari, quam uis ista libenter audissem, ab eo iam quod res ipsa me uocat. His dictis surrexi protinus abiturus. Sed Callias dextera quidem me prehensens, sinistra pallium dixit. Haud te dimitemus Socrates: nam si exieris nunc, uix erit deinceps ut ita colloquamur.

Mane

Mane obsecro, nullius me oratio perinde ut tua illa cum Protagora oblectabit. Quare & mihi & omnibus his obsequere. At ego iam surrexeram exiturus. & ad Calliam inquam: O Hipponici filii tuam semper philosophiam admiratus sum, nunc laudo insuper atque amo. Quocirca gratificari tibi uehementer optarim si possibilia poscas. Quod uero nunc petis, perinde est ac si orares ut Crisonem Imeraum cursorem iuuenemque aequis passibus sequeretur, uel aliquem eorum qui longissimum interuallum excurrere solent, aut diurnum cursum peragere. obijcerem enim multo magis me ipsum optare quam te qui hocse cursores cursu aequare queam, sed nequeo. Quod si me & hunc quasi alterum Crisonem spectare pariter concurrentes uis, ipsum ora ut aequis me passibus comitetur. Nam ego quidem celeriter currere nequeo, hic autem tarde potest. Ergo si optas audire me & Protagoram disputantes, eum obsecra, ut quemadmodum a principio fecit, ita nunc paucis uerbis & ad propositam quaestionem respondeat. Alioquin quis erit disputandi modus? Putabam sane aliud esse inuicem differendo colloqui, aliud concionari. Sed uide o Socrates, inquit Callias, aequa petere Protagoras uidetur, dum censet licere sibi suo arbitrato differere, tibi item tuo. Hic Alcibiades, haud recte loqueris, inquit, o Callias. Socrates enim hic concionandi impotem se esse fatetur, & in hoc Protagora cedit. Si autem & in disputando, accipiendisque & reddendis rationibus cedat alicui, summopere mirabor. Si ergo Protagoras confitetur Socrate se esse disputando inferiorem, fatiam Socrates habet. sin autem hoc quoque sibi uendicat, cum interrogante Socrate congregiatur, & uicissim respondendo haud longas per ambages circumuagetur, neque concionando occasione intercipiat disputandi, neque rationem reddere Socrati respuat, dum profusus loquitur, quoad plurimi audientium id de quo agitur obliuiscantur, equidem pro Socrate fide iubeo, eum quae dicentur obliuioni minime mandaturum, licet iocetur nobiscum, obliuiosum esse se dicens. Mihi sane uidetur Socrates aequiora admodum postulare. Decet enim unum quemque sententiam suam exprimere. Post Alcibiadem, ut arbitror, inquit Critias. O Prodicus atque Hippia, Callias quidem Protagora uehementer suffragari uidetur. Alcibiades autem contentiosus nimis est & pertinax, quo consueque uertit. Nos autem alteri magis quam alteri fauere non decet, uel Socrati, uel Protagora, sed communiter utrumque rogare, ne postquam coeperint, media in disputatione desistant. Cum haec ille dixisset, Prodicus inquit, loqueris o Critias: decet enim eos qui disputationibus his intersunt, communes quidem esse utrorumque auditores, aequos autem minime. Neque uero idem hoc est & illud, communiter quippe audire utrumque decet, non autem aequae utrique tribuere. Sapientiori quidem plus, imperitiori uero minus. Equidem o Protagora atque Socrates arbitror uos inuicem non nihil debere concedere, et de his quae dicentur, ambigere quidem simul, contendere uero nequaquam. Ambigunt porro propter beneuolentiam cum amicis amici, contendunt autem aduersarij et hostes. Atque ita quam optime disputatione nostra procederet. Vos siquidem ita disputantes maxime a nobis audientibus probaremini, non laudaremini inquam. Probant utique auditores mentis iudicio absque deceptione: laudant uerbis, plerumque falso praeter sententiam aliquid extollentes. nos item auditores ita maxime gaudio non uoluptate afficeremur. Gaudio afficitur ille, qui discendo & contemplando ipsa intelligentia delectatur: uoluptate perfunditur, qui dum comedit, uel alio quodam oblectamento potitur, ipso sensu corporis delectatur. Cum haec dixisset Prodicus, praesentium plurimi confenserunt. Deinde Hippias ille sapiens sic exorsus est. Arbitror o uiri praesentes, uos omnes cognatos propinquosque & concius inuicem esse natura, non lege. Simile nanque simili natura cognatum. Lex autem tyrannus hominum, multa praeter naturam cogit. Turpe itaque esset, si nos qui rerum naturam callemus, sapientissimique Graecorum omnium sumus, postquam de hoc ipso disputaturi hanc in urbem conuenimus totius Graeciae sapientiae arcem, hisque in adibus urbis totius amplissimis sumptuosissimisque congregati sumus, nihil tanta hac amplitudine dignum ostenderemus, sed uilius homunculorum more altercantes inuicem dissentiremus. Vos equidem, o Socrates & Protagora, horror & obtestor, ut subesse nobis uelut sub arbitris uelitis, qui uos ad medium sint perducaturi. Neque tu exactam dialogi formam, o Socrates, & illam tuam breuem nimis breuiloquentiam requires, siquidem est Pro-

Criso Imera
us cursorDifferentia in
ter communes
& aequos au
ditoresInter probare
& laudareInter gaudere
& uoluptate
capereVagatur
sophista

est Protagoræ molestum: sed laxa paulisper obsecro freno, quo sermones magnificentior res splendidioreſq; ſint. Et te inſuper Protagora quaſo, ne tentis omnibus rudentibus uel iſq; plenè in altum fermonum mare protinus delabare, unde nuſquam tellus conſpiciatur, ſed annitamina ut mediocritatem pro uiribus uerque ſerueris. Igitur faciatis quod uolo, obtemperetisq; caduceatorem præfectumq; certamini & iudicem eligetis quendam, qui uerbis utriſque ſtatuat modum. Placuerunt hæc præſentibus, omneſq; laudarunt. Me uero hoc idem hortatus eſt Callias, rogaruntq; eligere arbitrum. At ego, non decet inquam iudicem huic diſputationi præficere. Nam ſi nobis imperitior erit iudex, iniuſtum erit ut deterior aliquis potioribus præſit. Si ſimilis, rurfus haud recte ageatur. Si ſimilis enim nobis ſimilia faciet. Quapropter ſuperuacuuſ erit. Præſtantiorem uero nobis quenquam eligere impoſſibile reuera eſt, ut arbitror, quippe cum Protagora hoc ſapientior aliis eligi nequeat. quod ſiquem elegeritis nihilo doctiorem, afferetis tamen, dedecori Protagoræ hoc erit, quod ei tanquam inſcio & ignobili iudicem delegiſtis. Mea uero nihil intereſt. Cæterum ut quemadmodum uultis, diſputare pergamus, ita mihi ut detur agendum. Si non uult reſpondere Protagoras, interroget ſaltem, ego autem reſpondebo, eique conabor oſtendere quo pacto reſpondere quis alteri meo quidem iudicio debeat. Ac ubi ego ad quamlibet eius interrogationem ei reſpondebo, ille mihi uiciſſim officium idem proſmittat. Et ſi forte parum alacris eſſe ad diſputandum uideatur, ego ſimul & uos hominem oremus, quemadmodum uos me nunc oratis, ne cœtum diſſoluat. Neque uero opus eſt ut unum iudicem proponatis. Vos enim unâ omnes iudicabitis. Conſenſerunt omnes ſic eſſe agendum. Protagoras autem inuitus ad hæc deſcendere uidebatur. Tandem concedere coactus eſt interrogaturum ſe, & poſtquam ſatis interroga uerit breuiter reſponſurum, itaque in hunc modum interrogare cepit. Arbitror ô Socrates præcipuam doctrinæ partem in hoc conſiſtere, ut carmina quæ quamplurima habeat in promptu. Eſt autem hoc ut poetarum dicta intelligere poſſit, quæ recte ſcilicet habeant, quæ minus ſciatq; diſcernere, & cum interrogetur, rationem dare. Et nunc quidem interroget aliquis de eo ipſo quod utriq; tam inueſtigamus, uirtute ſcilicet. Sed hoc intererit, quod ad carmina diſputatio eſt translata. Dicit enim Simonides ad Scopam Creontis Theſſalici filium, difficile eſſe uirum uere bonum fieri, manibus pedibusq; & mente non adamuſſim quadratis. Teneſ ne memoria carmina, aut uis ut uniuerſa exponam? s o. Nihil opus eſt. Teneo namque & diligens mihi horum carminum cura fuit. p r. Bene loqueris, utrum bene recteq; dixiſſe tibi uideretur Simonides, an non? s o. Immo optime. p r. Videtur ne recte loqui poeta ſi ipſe ſibi met contradixerit? s o. Minime. p r. Attende itaque diligentius. s o. Satis ô bone uir attendimus. p r. In eiſdem carminibus poſtea dicit, Pittaci ſapientis licet uiri ſententiã abſonam ſibi uideri, qua inquit, difficile eſt bonum manere. Cernis eundem Simonidem hæc & ſuperiora dixiſſe? s o. Equidem. p r. Nunquid eadem hæc & illa ſunt? Eadem, inquam, ut mihi uideretur. Et ſi mul metuens ne quid ultra adijceret, interrogaui, an non ipſi quoq; uideretur. Rogas, inquit, utrum conſtare ſibi met illum putem, qui hæc utraq; dixit: & primo quidem propoſuit bonum uirum fieri uere difficile eſſe, paulo autem poſt tanquam ſuiſpiciuſ obliuſ, Pittacum eadem cum illo dicentem, difficile ſcilicet eſſe uirum bonum manere, carpit, eius dicta reſpuens, qui eadem dixerat: Enim uero cum opinionis eiſdem ac ſuæ auctorem Pittacum accuſat, ſeiſpſum damnat. Quapropter aut prius aut poſterius non recte dicit. His dictis acclamarunt auditores plurimi, & Protagoram collaudarunt. Ego autem primùm tanquam à pugili robuſto percuſſus oculis uertigine caligantibus uacillauim. Nam & eius uox, & aliorum clamor me proſuſ obruerant. Deinde uero ut apud te uerum ingenue fatear, quo ſpaciũ ad poetã mentem inueſtigandã captarem, ad Prodicum conuerſus inquam, Conciuiſ tuus ô Prodice Simonides extitit. Ergo tua intereſt illi opem ferre. Videor equidem ſic aduocare te, quemadmodum apud Homerum Scamander ab Achille obſeſſus Simonem aduocauit. O dulciſ frater uiri huius unâ ambo uim comprimamus. Haud ſecus ego te nunc accerſo, ne Protagoras Simonidem noſtrum expugnet. Equidem ut Simonidi ſuccurratur, illa concinnitate tua opus eſt, qua uelle diſtinguis & cupere, & quæ multa atque præclara paulo ante dicebas. Et nunc quidem uide

num

num tibi idem quod mihi uideatur, neque enim repugnare ſibi in dicendo Simonidem puto. Sed tuam ô Prodice ſententiã prior expone: idem ne tibi fieri & eſſe uideretur, an aliud? Aliud inquit Prodicus. Nonne in primis inquam Simonides hoc dicit, quod uirum uere bonum fieri difficile ſit? Vera narras inquit Prodicus. Pittacum autem improbat, non ut Protagoras cenſet, idem ſed diuerſum dicentem. Non enim dixit Pittacus difficile eſſe uirum fieri bonum, ut Simonides, ſed bonum perfeuerare. Eſt autem non idem ô Protagora ſicut exiſtimat Prodicus iſte, eſſe & fieri, ſi autem nõ idem eſt eſſe quod & fieri, haudquaquam ſibi ipſi Simonides contraria ponit. Ac dicere fortaiſis Prodicus huic & multis alijs illud Heliõd licet, effici bonum difficile quidem eſſe, qui ante uirtutem ſudorem à dijs poſitum inquit. Verum ubi ad ſummum uerticem peruentum ſit, facilem eſſe, quæ comparatu difficile fuit. Prodicus igitur cum hæc audiffet, me laudauit. Protagoras autem, iſta ô Socrates emendatio, inquit plus habet uirtutis quàm quod emendas. Male igitur, inquam ego, ô Protagora mecum acium eſt ut uideretur, ſumq; ridicu luſ medicus: quippe qui dum curare contendo, morbum exaugeo. p r o t. Atqui ſic tamen res habet. s o. Qua ratione? p r o t. Nimis enim inſcius poeta ille fuiſſet, ſi adeo uirtutẽ parui feciſſet, ut facilem eſſe eius poſſeſſionem exiſtimafſet, cum ſit omnium difficillima, id quod omnibus uideretur. s o. Oportune per Iouem noſtris iſte Prodicus ſermonibus interuenit. Videtur enim ô Protagora, diuina illa Prodicis ſapientia uetula eſſe quædam, iam dudum originem uel trahens à Simonide uel ab antiquioribus: tu autem cum multarum rerum aliarum peritus ſis, huius tamen imperitus appares. Ego uero ex am expertus ſum, cum fuerim Prodicis huius diſcipulus. Atqui in præſentia haud fatiſ animaduertere mihi uideris, ipſum quod difficile dicitur, forſitan Simonidem non ita uſurpaſſe, quemadmodum abs te nunc uſurpatur: uerum tanquam malum & graue quiddam intelligendum eſſe, crebro me Prodicus admonet. Nam quoties uel alium uel te ipſum laudans ita dico: Protagoras ſapientis uir eſt & diues, id eſt, uehemens grauiſq; corripit me continuo, rogatq; num non me pudeat, qui quod bonum eſt, graue uocem: cum quod graue eſt, ſit malum. Nemo enim ita, diuitias graues, grauem pacem, ſanitatẽ grauem dicit: ſed grauem morbum, graue bellum, grauem paupertatem, quaſi graue, id eſt, oneroſum malum ſit. Fortaiſis igitur & Chij & Simonides ipſe, cum difficile dicunt, uel malum inſinuant, uel aliud quiddam quod abs te minus intelligatur. Ergo à Prodicis ſciſcitemur. Decet enim de Simonidis ſcriptis hunc maxime percontari. Quidnam ô Prodice Simonides ipſo difficilis nomine intelligi uoluit? p r o d. Malum proſectio. s o c. Ob hoc ut arbitror Prodice Pittacum reprehendit, dicentem, difficile eſſe bonum manere: ac ſi dixiſſet, malum eſſe manere bonum. p r o d. Et quid aliud putas ô Socrates ſibi uoluiſſe Simonidem, quàm reprehendere Pittacum, quod nomina recte diſcernere neſci ret, utpote qui Leſbius erat, & inter Barbaros educatus? s o. Audis ô Protagora quæ Prodicus hic dicit? Quid ad hæc? p r o t. Permultum abeſt ut ita ſit Prodice. Certe equidem ſcio Simonidem difficilis nomine id quod & alij ſolent uoluiſſe, non malũ, ſed quod non facile, quodq; multis cum laboribus comparatur ſignificare. s o. Ego item hoc uoluiſſe Simonidem arbitror ô Protagora, idemq; Prodicum intelligere, ſed ludere, tentareq; te utrum ſermoni tuo ualeas ſuffragari, quod enim Simonides difficile non malum intelligi uelit, argumento ſunt quæ ſequuntur: ſubiungit enim quod ſolus deus hoc munere frui dignus ſit. Neq; uero ſi uellet malum eſſe bonum, paulo poſt adiungeret, ſolum deũ huius compotem eſſe, deoq; ſoli munus id attribueret. Diſſolutum plane hominem nec ullo modo Chium Prodicus diceret fuiſſe Simonidem. Cæterum quid tandem ſenſiſſe in his carminibus Simonidem ducam, dicam, ſiquidem de me periculum facere uis, quemadmodum circa poetica habeam. Sin autem lubeat, te audiam. Protagoras cum hæc audiffet, ut lubet, inquit, ô Socrates. uerum Prodicus & Hippiaſ, aliq; omnes agere iuſſerunt. Conabor inquam quid de his carminibus ſentiam, uobis exponere. Antiquiſſimum apud Græcos, & plurimum ſapientiã ſtudium in Creta & Lacedæmone extat, & ſophiſtã plures ibi quàm alibi uſquam reperiuntur: diſſimulant autem & imperitos ſe eſſe fingunt, ne cæteros Græcos ſuperare ſapientiã deprehendantur: proſuſ quemadmodũ Protagoras de ſophiſtis ſupra dicebat: ſed ut uideantur re militari potius & fortitudine cæteros ante ire: ueritã ſe ſi quod ſunt pateſcat, cæteri omnes idem ſtudium proſequantur. Ergo celant,

x

deciipiuntq;

In opere cui
titulus ὀφθα
λμοποιίας

decipiuntque eos qui ceteris in urbibus mores Lacedaemonum imitantur. Sunt enim qui quod aures praeceperunt, & quod loris inuoluuntur, quod exercitationibus gaudent, quod breuibus uestibus utuntur, similes Spartanis esse, uideri uolunt; perinde ac si huiusce modi rebus Lacedaemonij ceteros Graecos superent. Lacedaemonij uero quoties cum sophistis suis liberius colloqui uolunt, externos aegre ferunt, & clanculum congregati, exclusis peregrinis omnibus cum sophistis philosophantur. Prohibent quinetiam & ipsi & Cretenses ne adolentes gentis suae urbes alias adeant, ne quae apud eos docentur, alibi forte dediscant. Reperiuntur in his ciuitatibus non uiri tantum doctrina egregij, uerum etiam mulieres. Quod autem uera loquar, & Lacedaemonij optime ad philosophiam, sermonesque sint educati, hinc maxime animaduertere licet. Siquis enim cum uilissimo etiam Lacedaemoniorum colloquatur, rudem plerumque in uerbis apparere primo comperiet. Mox ubi cunque rei ipsius opportunitas exigit, instar uehementis iaculatoris uerbum breue contortumque, sed magni cuiusdam momenti acicularum, ut qui cum eo loquitur, nihil a puero differre existimetur. Quod autem Lacedaemoniorum uirtus, in sapientiae magis quam exercitationis studio consistat, intelligunt nonnulli nostrae aetatis homines, & olim multi idem animaduertent, cum uiderent uerba eiusmodi enunciare posse, uiri esse absolute docti. Horum numero fuit Thales Milesius, & Mitylenaeus Pittacus, Bias Prieneus, noster Solo, Cleobolus Lindius, Myso Cheneus, septimus horum dictus est Lacedaemonius Chilo. hi omnes aemuli studiosique Lacedaemoniae sapientiae fuerunt. Eam talem fuisse comperimus; uerba breuia memoratu unicuique digna. Hi facto concilio ex communi consensu, has Delphici Apollinis templo primitias sapientiae dedicauerunt, quae templo inscriptae, ab omnibus celebrantur: Cognosce te ipsum; Nihil nimis. Haec ob eam causam refero ut pateat eam praece philosophiae fuisse figuram, Lacedaemonicam scilicet quandam, ut ita dixerim, breuiloquentiam. Atqui & Pittaci proprium hoc dictum circumferebatur a sapientibus celebratum: Bonum manere, difficile esse. Simonides itaque cum sapientiae gloriam cuperet, cognouit si pro uerbum hoc tanquam insignem quandam athletam refelleret conuinceretque, fore ut ipse illustris ab omnibus haberetur. Quamobrem carmina illa composuit, eius cuius gloriae indidatus est, uerba, ut arbitror, turbaturus. Sed discutiamus haec una omnes, & uideamus utrum uera loquar. Primum quidem carmina illa priora insanum hominem indicarent, si dicere uolens, uirum effici bonum, esse difficile; mox hanc particulam quidem inieciisset, ea enim nulla ratione uidetur iniecia: nisi dicamus aduersus Pittaci uerba cerrantem Simonidem loqui; & cum ille dixisset, difficile esse bonum manere, Simonidem ad haec obijcere: Non ita est o Pittace, immo bonum quidem uirum effici difficile est, uere non reuera bonum. Non enim idcirco dicit reuera, quia sint aliqui uere boni, alij autem boni quidem, sed non uere. Abs bonum namque uideretur, neque Simonide dignum: sed in dictione, uere, superiectionem esse in carmine dicemus, quam Pittaci uerbis subiecit: quasi ponamus Pittacum ipsum sic dicere, O uiri, difficile est bonum manere; Simonides autem subijciat, O Pittace uera minime loqueris. Non enim esse, sed fieri uirum bonum manibus pedibusque & mente adamusim quadratum, est difficile uere, ita uidetur non absque ratione haec particula quidem iniecia: & ipsum, uere, haud ab re postremo locatum. Atqui & que sequuntur omnia huic attestantur, quod sit hunc in modum dictum. Multa insuper sunt in his carminibus, quae quam pulchre scripta sint, sigillatim ostendere possemus. Scite namque & accurate composita sunt, sed prolixior foret oratio. Quare summam poetae huius formam consiliumque exponendum. Intendit autem prorsus in omnibus his uerbis Pittaci dictum refellere. At enim paulo post ferme in hunc modum, quod effici uirum bonum difficile uere est: tamen tempus quoddam ubi possibile est. Factum uero bonum eo in habitu perseverare, esseque bonum, ut tu quidem Pittace contendis, impossibile est, neque humanum, sed solus hoc deus munere fungitur. hominem uero ita bonum manere, ne rursus labatur, impossibile est, quem fors inopina abripiat. Quemnam potissimum inopinatus casus in nauis gubernatione submergit? non rudem hominem: nam semper ille succumbit: & quemadmodum iacentem nullus deiecit, sed stantem quandoque deiecit aliquis, iacereque cogit, iacentem uero nequaquam: ita solertem & sagacem hominem nonnunquam inopinatus casus circumuenit. Enim uero qui nihil pendere unquam ha-

bet

bet, minime. Et gubernatori quandoque ingens tempestatis impetus improuise superuenit, & agricolae interperies anni, & medico quoque similia, adeo ut tunc improuident fuisse uideantur. Potest enim bonus aliquis malus fieri: quod alius quoque poeta testatur, dicens, Vir bonus, nunc prauus, nunc bonus est. Ut autem malus efficiatur malus, fieri non potest. Esse enim semper necesse est. Quamobrem quoties casus inopinatus prouidum hominem sapientemque & bonum inuadit, malus efficitur. Tu uero dicis, o Pittace, difficile esse bonum manere. Res autem ita se habet, ut fieri bonum possibile sit, difficile tamen: perdurare autem bonum, penitus impossibile. Quilibet enim bene agens, bonus: male contra, malus. Quae nam circa literas bona res est? quae uel actio uirum in illis bonum efficit? Constat quod earum perceptio. Quae item actio bona bonum efficit medicum? Morborum curandorum peritia uidelicet. Qui bene curat, bonus medicus: contra, qui male, malus. qui ergo malus medicus nonnunquam efficitur? ille certe, cui primo hoc inest, ut medicus sit, deinde ut bonus medicus. Hic enim malus quandoque medicus effici potest. Nos autem medicinae artis ignari, nunquam male agendo aut medici aut fabri efficeremur, aut aliud tale. Quisquis autem non fit medicus male officio suo functus, neque etiam malus est medicus. Ita & bonus uir fieri potest aliquando malus, uel propter tempus, uel laborem, uel morbum, uel alium casum. Haec quippe sola praua actio est, scientia priuari. Malus autem uir nunquam malus fieret, est enim semper. Ac si malus fieri debet, oportet bonum fuisse prius. Ad hoc itaque carmina illa tendunt, ut affirmant, impossibile esse uirum bonum semper perseverare: fieri autem bonum, eundemque rursus & malum, possibile: plerumque uero optimos esse illos quos diligunt dii. Haec itaque omnia aduersus Pittacum sunt dicta, quod & sequentia clarius declarant. Hac de causa, inquit, nunquam ego quod fieri nequit frustra quaerens, sine reprehensione perpetuo uiscendum bonum, quicumque fructibus terrae uescuntur, quenquam sperem. Deinde uobis quae comperta mihi sunt, praedico: & cetera quae sequuntur. A deo uehementer, totoque carmine Pittaci dictum infestat. Vnum quenque uero laudo amicum, sponte qui turpe nil patrat. Necessitati uero neque dii quidem ipsi pugnāt. Id autem est ad hoc idem dictum. Neque enim usque adeo rerum infestus erat Simonides, ut illum laudare se diceret, qui turpe nihil sponte committit, quasi sint aliqui qui sponte male agant. Arbitror equidem sapientem nullum putare, quenquam hominum esse, qui ultro aberret, malaque & turpia sponte committat. Sciunt etenim sapientes omnes, quod qui mala turpia committunt, praeter uoluntate peccant. Atqui & Simonides nequaquam laudare se dicit illum, qui non sponte scelera patrat, immo de seipso sponte illud intelligi uolebat, putabat enim praclarum bonumque uirum saepe seipsum impulsurum, ut amicus laudatorque alicuius fieret, amaretque & laudaret. ut quibus morosi & iniqui saepe parentes contingant, aut patria, aut tale aliquid: improbi homines si sunt, ultro sponteque in parentum patriaeque errata inuehi solent, & ea passim omnibus diuulgare, ne quis eos quod parentes & patriam negligant, carere possit: quare uituperant parentes patriamque, & praeter necessitatem odij & inimicitij ultro exagitant. Probi uero qui sunt uiri, patria flagitia occultant potius, & ad laudandum eos sese cogunt: & si qua in re iniuria affecti iure parentibus & patriae indignari possent, consolantur seipsos, & se suis conciliant, seque ad amorem laudemque maiorum uel inuitos adigunt. Saepae etiam Simonidem ipsum arbitror, non ex animi sui sententia, sed inuitum ad tyrannum quandam aut alium talem laudandum & tollendum accessisse. Haec igitur ad Pittacum dicit. Ego quidem, o Pittace, non ob id carpo quod natura detrahere gaudeam, cui satis facit et ille quisquis malus non est nimis uel ignauus. Sciens quidem iuuabit ciuitatem iustam uir sanus. Neque tamen ipse detraham: neque enim detractione gaudeo. Stultorum namque est infinita gens, ut si quis eos uituperare pergat, necessario defatigetur. Honesti porro sunt omnia, quibus turpia non sunt mista. Haud hoc dicit perinde ac si diceret, omnia alba quibus nigra nulla miscetur: ridiculum nempe id sit: sed quae dicat, mediocria se toleraturum, neque ea uituperaturum. Non quare ro, inquit, hominem irreprehensibilem penitus mortalium quenquam. Deinde uobis quod mihi compertum est nuncio, quod uidelicet huius causa neminem laudaturus sum. Verum mihi sufficit quisquis medium tenet, neque turpe quid agit. Sic ego omnes diligo, sic laudo. Hic utique Mitylenaeorum lingua est usus tanquam aduersus Pittacum sic dices,

Disputatio de
rebus poeticis
qualis sit

Qui ueri dis-
putatores

Omnis sic laudo sic diligo libens. hic oportet uocem libens, à sequentibus distinguere, eum qui dicit, quisquis turpe nil patrat. Nam sunt quos ego non libens laudo & diligo. Quod si tu mi Pittace uel mediocriter consentanea, ueraque dixisses, nunquam te reprehendissem. Nunc uero cum & maxime & in maximis falsa proferas, quæ uera multis apparent, te reprehendere cogor. Hæc mihi ô Prodicæ atque Protagora in istis Simonidis carminibus ipsius sententia fuisse uidetur. Tum Hippias: Bene, inquit, ô Socrates, carmina hæc exposuisse uideris. Est & mihi ratio illis accommodata, quam uobis, si uultis, ostendam. Immo uero, inquit Alcibiades, sed postea prius autem peragere decet, quæ inter Socratem & Protagoram conuenerunt. Et si Protagoras interrogare ulterius uult, respondere Socrates debet. Sin autem respondere uult Protagoras, interrogare Socrates. Atqui concedo, inquam, Protagoræ quodcumque horum ipsi gratius futurum est. quod si placet, uerius prætermittamus, ea uero quæ abs te primo quærebam Protagora libenter tecum absoluaui. Videtur enim mihi disputatio de rebus poeticis persimilis esse conuiujs imperitorum, plebeiorumque hominum. Qui cum propter incertam nequeant inuicem propria uoce suisque sermonibus ipsi colloqui, mercede exhibitâ tibicinas introducunt, & aliena uoce hoc est tibiarum flatu, conuiuium transigunt. Vbi autem boni præclarique & eruditi uiri conueniunt, neque tibicinas ibi, neque saltatrices, neque cantatrices ullas uideas, sed uoce propria remotis ijs nugis iocisque conuiuium celebrare, & alternis interrogationibus responsionibusque modeste differere, etiâ si uinum abunde bibant. Eodem modo ad disputationes huiusmodi si uiri conueniunt tales, quales esse nos plurimi prædicant, haudquaquam aliena uoce poetarumque uerbis opus est, quos percontari de his quæ scribunt non datur: & qui eorum testimonio in medium afferunt, alij hoc, alij aliud poetam dicunt sentire, neque tamen conuincere rem possunt, de qua differunt, aut expedire. Tales ergo confabulationes uiri sapientes mittunt, ipsique inter se colloquuntur, uicissimque ingenij periculum faciunt. Disputatores autem huiusmodi, ut arbitror, ego & tu nunc imitari debemus, & poetis posthabitis, nostris rationibus rem ipsam discutere, facereque tam ingenij nostri quam ueritatis periculum. Quod si deinde interrogare libet, respondere tibi paratus sum: sin aliter uis, te mihi præbe, & adiuua ad ea quæ intermisimus conficienda. Cum hæc aliaque huiusmodi intulisset, Protagoras quid potissimum ageret, haud satis declarabat. Hic Alcibiades ad Calliam conuersus. O Callia, inquit, uidetur ne tibi nunc recte Protagoras facere, cum declarare nolit utrum respondere uelit, nec ne? Mihi quidem non uidetur. Sed iam uel disputet, uel disputare nolle se dicat, ut hæc de eo sciamus. Socrates autem cum alio quouis differat, uel alius quicumque uult cum alio quopiam. Hic Protagoras, ut uisus est mihi, uerecundia motus propter Alcibiadis orationem, Calliaque, & aliorum presentium preces, uix tandem ad differendum descendit, iussitque Socratem ipsum interrogare, se responde re pollicitus. O Protagora, inquam, ne me tecum ob aliud differere putes, quam quia quæ passim dubito, discussa uelim. Arbitror enim haud ab re illud ab Homero dictum fuisse. Si duo simul coeant, alter altero magis intellexerit. Expeditiores namque sumus cunctis ad quodlibet opus, uerbum, & sensum inuestigandum. Solus autem si quis quippiam cogitet, mox passim circueiens quaerit quicum communicet, & à quo confirmetur tantisper dum inueniat. Quamobrem ipse nunc tecum libentius quam cum alio quouis disputo, existimans te optime omnium diiudicaturum, & de alijs omnibus quæ ad probi uiri iudicium spectant, & de his maxime quæ ipse quærebam, uidelicet de uirtute, Nam quem melius quam te id faciendum sperem? Nempe plerique alij probi quidem ipsi sunt, sed alios tales efficere nequeunt. Tu autem non modo uirtute præditum esse te ducis, uerum etiam cæteros homines eadem te ornaturum polliceris. Atque adeo tuo ingenio confidis, ut quam cæteri omnes dissimulent artem, tu eam solus profiterare, teque palam per omnem Græciam quasi publico quodam præconio sophistam nominans, declares doctrinæ morumque magistrum, & primus mercedem artificij istius exposcas. Quis igitur obstat, quin ipse præ cæteris ad harum rerum disputationem sis adhibendus, interrogandusque, & quin sint tecum omnia communicanda? Nihil penitus obstat. Atqui & ipse nunc illa de quibus primo interrogauit, cupio rursus partim abs te mihi in mentem reduci, partim communi iudicio discuti. Erat autem talis, ut arbitror, quaestio: utrum sapientia, temperantia,

perantia, fortitudo, iustitia, sanctitas, quinque nomina eiusdem rei sint, an unicuique horum nominum propria quædam essentia subsit, & res quædam uim propriam habens, adeo ut non sit alterum quale est alterum. Dixisti tunc nequaquam unius rei esse hæc nomina, sed singula nomina rebus singulis adhiberi. Quinetiam partes omnes has esse uirtutis, haud sane perinde ut auri partes inter se totiusque consimiles, sed ut uultus partes inuicem totiusque dissimiles propria discretas ui. & hæc si nunc denuo ita ut supra confirmas, dic. Sin aliter modo sentis, omnia læcide distingue. Equidem nihil imputabo, si aliter nunc dicas. Neque enim miror, si illa tunc Socratis tentandi gratia dixisti. PROT. Hæc omnia partes uirtutis esse dico. ex quibus quatuor satis inuicem consimiles sunt. Fortitudo autem longe ab alijs differt. Quod autem uere loquar, hunc in modum cognosces. Reperies nonnullos homines iniustissimos, prophanissimos, intemperantissimos, imperitissimos, qui tamen cæteris fortitudine præstant. SOC. Attende amabo, considerandum est quod ducis. Vtrum fortes, audentes uocas, an alios quosdam? PROT. Immo etiam ad ea præcipites, à quibus plurimi deterrentur. SOC. Age itaque. uirtutem honestum quiddam & pulchrum asseris, eamque ut pulchrum aliquid doces? PROT. Pulcherrimum equidem, nisi forte insanio. SOC. Vtrum huius quiddam turpe est, quiddam pulchrum? an pulchrum totum? PROT. Totum quam maxime esse potest pulchrum. SOC. Scis ne qui audacter in puteos se mergant? PROT. Immo uero. Vrinatores enim. SOC. Vtrum ob id quod sciunt, an ob aliud? PROT. Quod sciunt. SOC. Quinam hominum ex equis fortissime pugnare audent? equitesne, an equestris industriae rudes? PROT. Equites. SOC. Quinam peltis audacter pugnant? Peltatæne, an alij? PROT. Isti quidem, & in cæteris omnibus si istud quaeris, audaciores sunt qui sciunt quam qui nesciunt: ijdemque homines postquam didicerunt audent quicquid uehementius, quam cum ignorabant. SOC. Vidistine unquam aliquos horum ignaros omnium, sed eos esse ad hæc omnia tamen audentes? PROT. Vididistequidem & audaces maxime. SOC. Nunquid audaces isti fortes sunt? PROT. Turpe quiddam esset fortitudo. quandoquidem audaces isti furiosi sunt. SOC. An non ducis fortes audaces ipsos esse? PROT. Dixidistequidem, & dico. SOC. Nonne isti qui sic audent, fortes quidem minime, sed furentes apparent? Et supra rursus sapientissimi illi audentissimi nobis apparuerunt, & quia audentissimi, ideo & fortissimim, atque ita secundum hanc rationem sapientia ipsa fortitudo esset? PROT. Haud satis recordaris, ô Socrates, quæ dixi supra, tibi que respondi. Equidem interrogatus abs te, utrum fortes uiri audentes sint nec ne, consensi. Vtrum uero & audentes fortes essent, non quaesiuisti. Quod si tunc interrogasses, respondissem utique non omnes: quod uero fortes audentes non sint, à me concessum nunquam monstrasses, neque enim recte concessissem. Proinde scientes homines, ostendis ignorantibus & seipsis & cæteris audaciores esse, & idcirco idem esse sapientiam & fortitudinem arbitraris. Qua ratione progressus, robur quoque sapientiam esse arbitrari queas. Nam si à me similiter in hunc modum quaesisses, utrum robusti homines potentes sint, asseruissem utique. Deinde utrum palæstræ periti ad certandum potentiores sint quam imperiti, & ipsi postquam didicerunt se ipsi dum ignorabant, iterum admisisset. Hæc me confitente licuisset tibi eodem pacto concipere, per concessionem meam sapientiam robur esse. Ego autem nusquam in præsentia potentes homines robustos esse confiteor. Robustos tamen potentes esse autumo. Et idem esse robur & potentiam arbitror. Nam & à scientia, & ab infantia, & ab ira potest potentia provenire. robur autem à natura duntaxat, & debita corporum nutritione uenit. Similiter & in illis nequaquam idem esse censendum, fortitudinem, & audaciam. Quapropter contingit, fortes quidem audentes esse, at uero non omnes audentes fortes sunt. Audacia enim ab arte hominibus, ab ira, ab infantia datur, quemadmodum de potentia diximus: fortitudo autem à natura, debitaque educatione provenit animorum. SOC. Ducis ne ô Protagora, alios homines bene, male alios uiuere? PROT. Dico equidem. SOC. Nunquid bene uiuere homo tibi uidetur, si cum molestia, doloreque uiuat? PROT. Minime. SOC. Sin autem usque ad uitæ finem iucunde quis uiixerit, bene uixisse dicendus? PROT. Certe, SOC. Ergo iucunde uiuere bonum, moleste malum. PROT. Si modo

audacia inde ac
quiratur

honestis delectetur. s o c r. Nunquid ipse Protagora quemadmodum alij multi, iucunda quaedam mala uocas, tristia uero bona? P R O T. Voco. s o c r. Vtrum quatenus iucunda sunt, eatenus non sunt bona, & non si quid ab illis prouenit aliud, rursusq; tristia eodem modo? P R O T. Sic. s o c r. Non ex eo quod tristia mala? P R O T. Ignoro Socrates utrum ita simpliciter ut interrogas respondere me deceat, iucunda omnia bona esse, tristia mala. Sed tutius mihi fore uideatur non solum ad praesentem quaestionem, uerum etiam ad omnem uitae meae rationem, ut respondeam esse iucunda quaedam non bona, & tristia quaedam non mala: esse rursus & neutra, quae neque bona sint neque mala. s o c r. Num iucunda uocas ea, quae uel uoluptatis participia sunt, uel efficiunt uoluptatem? P R O T. Prorsus. s o c r. Quero igitur hoc, utrum ex eo quod iucunda sunt, non bona sint. Vtrum uidelicet ipsa uoluptas sit non bonum. P R O T. Quemadmodum ipse ubiq; dicitis, o Socrates, hoc inquam consideremus; & si ad rem conducere ea consideratio uideatur, idemq; iucundum & bonum appareat, concedamus; sin minus, tum ad disceptandum pergamus. s o c r a. Vtrum igitur ipse disputationis dux esse uis? an me praesente iubes? P R O T. Aequum est te esse ducem. Tu namq; coepisti. s o c r. Hoc modo praesertim quod quarimus patefiet, quemadmodum si quis ad hominis uel sanitatem, uel alium corporis habitum, opusue consideranda, uultus eius & manus extremas contemplatus dicat, age iam peccus mihi dorsumq; nuda, ut clarius inspiciam. Sic ego nunc quidem, idem illud ad hanc disputationem requiro. Nam cum tuam erga bonum uoluptatemq; sententiam e uerbis tuis cognorim, tale aliquid mihi expedit dicere. Age Protagora, & in hoc tuam mentem aperias, quid de scientia sentis: nunquid idem tibi quod alijs, an aliud placet? Nam de scientia plurimi sane sic iudicant, ut neque robustum quiddam sit, nec ducat, nec etiam domine tur. Neq; enim de ipsa uelut de duce principem suspicantur. Sed cum praesepere non desit homini scientia, non ipsam tamen, sed aliud quiddam, ut uel iram uel uoluptatem uel dolorem uel amorem uel formidinem dominari putant. Atque de scientia sic cogitant, quasi de mancipio quodam ab omnibus alijs undique tracto. Nunquid & tu idem sentis: an potius praeclearum quiddam scientiam, & in homine principem arbitraris, ita ut si quis bona mala ue discernat, nunquam ab alia re induci queat ut aliud quam quod scientia iusserit, suscipiat agendum: sed prudentiam unam satis esse idoneam quae homini sit praefector? P R O T. Videtur mihi quod dicitis, o Socrates. Nam si cuiquam hominum turpe est negare sapientiam scientiamq; omnium rerum humanarum esse potestissimum, mihi certe turpissimum. s o c r a. Praclare nimium uereq; loqueris. sed enim nostri multos mihi & tibi non credere: Aiunt porro plerisque boni confisios, cum bona agere liceat, agere bona nolle, sed alia. Et quoscumq; rogauimus quae nam huius rei causa sit, respondent uel uoluptate uel dolore uel aliquo alio eorum quae supra retulimus superatos, haec agere. P R O T. Alia quoque multa sunt, o Socrates, in quibus homines errant. s o c r. Age itaq; conare mecum hominibus persuadere, docereq; quodnam hoc malum sit, quo se aiunt uoluptatibus superari, & hanc ob causam quae cognoscunt bona, non facere. Fortassis enim si dixerimus erratis o homines falliminiq;, rogabunt: Siquidem non o Protagora et Socrates, hoc uoluptatis malum est cui succumbitur, quodnam est aliud? quod dicitis uos? exponite. P R O T. Quid uero nos ad multorum opinionem attendere decet, qui utcumq; contingit loquuntur? s o c r. Conducitur nobis hoc arbitror ad inueniendum quomodo ad ceteras uirtutis partes fortitudo se habeat. quare si superiori pacto standum censeres, ut uidelicet ego praeciam, qua maxime inueniri posse quod quarimus arbitror, sequere. Sin minus hoc, & dimitti mauis, mitto. P R O T. Probe loqueris, perge igitur ut coepisti. s o c r. Ego si rursus a nobis sciscitarentur, quid istud uos esse dicitis, quod nos uincit a uoluptatibus dicebamus: sic respondeam. Audite igitur, ego & Protagoras uobis istud declarare conabimur. Nunquid enim aliud hic fieri dicetis, quam quod saepe contingit ut homines ciborum poculorumq; & uenerorum uoluptate pellecti uictiq; adfiscant ea sibi etiam si mala esse cognoscant? Assentirentur illi. At nos ita. Mala uero illa cur dicitis? Vtrum quia uoluptatem hanc praesentem praebent, & suauitate delinunt? An quia in posterum morbos, inopiam, & alia multa generis huius adducunt? An etiam quamquam nihil tale in posterum inferunt, tantum quia delectant, mala sunt quod homo gaudere discat

discere discat? Putamus ne eos o Protagora aliter responsuros, nempe quam quod non propter praesentem uoluptatem mala sunt, sed propter morbos & alia quae sequuntur? PRO. Sic uulgus arbitror responsurum. s o c. Nonne dum morbos adducunt, dolores inferunt: dum egestatem, dolorem? Assentirentur ut arbitror. P R O T. Immo certe. s o. Haec ergo, o uiri, non ob aliud, ut ego & Protagoras arbitramur, mala uobis apparent, quam quod in dolores desinunt, ceterisq; uoluptatibus priuant. Confiterentur. P R O. Proculdubio. s o c. Si contra rursus interrogaremus, o uiri, tristia esse bona fatemini, nonne eiusmodi quaedam dicitis: ceu exercitationes corporum, labores militiae, medicorum curationes, quae uel secando fiunt, uel urendo, uel pharmactis, uel inedia, bona dicitis, sed molestae? Consentirent. P R O T. Et hoc. s o. Vtrum haec ex eo bona uocatis quod praesentibus doloribus cruciatibusq; conficiunt? An ob id potius quod in posterum ex his sanitas & bona corporis habitudo, patriae salus, potentiae diuitiaeque sequuntur? Ob id ipsum dicerent? Ob id ipsum dicerent? P R O T. Ego quoque id iudico. s o c. An ob aliud haec bona sunt, quam quod in uoluptates desinunt, & molestias pellunt? Alium ne finem assignare potestis, ad quem respicientes haec bona uocatis, quam uoluptates atq; dolores? Non possumus, ut arbitror, responderent. P R O T. Sic equidem puto. s o c. An non uoluptatem ut bonum sequimini, dolorem ut malum fugitis? Concederent. P R O T. Profectio. s o c. Ergo id malum existimatis, dolorem scilicet, bonum uoluptatem, quandoquidem & ipsam oblectationem tunc sane malam dicitis esse, quando maioribus uoluptatibus priuat, quam afficiat; uel quando uehementiores dolores infert illis quas praebet uoluptatibus. Quoniam si ob aliud ipsam delectationem malam appellaretis, ut puta finem alium respicientes, possetis nobis quoque monstrare. Sed nequaquam poteritis. P R O T. Neq; mihi posse uidentur. s o. Similiter quoque dolorem ipsum tunc duntaxat bonum dicitis, cum maiores fugat dolores q; infert, aut uoluptates molestias uehementiores inducit. quandoquidem si ad alium finem respicientes, dolorem bonum iudicaretis, eum possetis ubiq; ostendere, sed non poteritis. P R O T. Vera narras o Socrates. s o. Si me quoque uicissim rogetis o uiri, quae obrem ubiq; multa de hoc loquar, ignoscite mihi protinus responderem. Primo namq; haud facile demonstrari hoc potest quid sit quod dicitis, a uoluptate superari. Deinde quia demonstrationes in hoc omnes sunt. Et nunc etiam si quid urget quod exponere uelit, licet, si quo modo habetis aliud quod bonum dicitis q; uoluptatem, & quod malum q; dolorem. An sufficit uobis uitam iucunde absq; tristitia ducere? Quod si sufficit, neq; dicere potestis aliud bonum uel malum, quod non adhaec tendat, audite quod sequitur. Aio equidem his ita se habentibus, ridiculum esse uestrum illum sermonem, quo dicitis quod homo mala, mala esse sciens, nihilominus agat mala cum possit non agere, uoluptatibus scilicet tractus, uictusq;. Item cum dicitis hominem boni consilium agere bene nolle praesenti uoluptati deuinctum. Ridicula inquam haec esse patebit, nisi multis uti nominibus uolemus, iucundo, tristi, bono ac malo. Postquam enim duo haec in uniuersum esse constat, duobus tantum nominibus uocemus, primum quidem boni ac mali, postea iucundi ac tristici. His positis ita dicamus. Est homo qui mala esse mala nouit, illaq; facit nihilominus. Si quis autem quaerat quam obrem, quia uictus est, respondemus. A quo? inquiet ille. nobis autem non licebit ulterius a uoluptate uictum dicere. Aliud enim nomen uoluptatis loco suscepit, bonum. Ideo respondebimus, bono uictum. Ibi si ille qui nos interrogat contumeliosus forte uir sit, ridebit certe, dicitq; absurdum esse dictum. Si facit enim quis mala, esse mala sciens, cum non oporteat facere, uictus bonis, bona haec digna ne sunt ut mala uincant, an indigna? Indigna dicemus. neque enim errasset ille quem dicimus uoluptatibus superatum. Ad haec ille. Quam obrem bona ea indigna sunt ut mala uincant, uel mala, ut bona? nunquid ob aliud, quam quia haec maiora sunt, illa minora? uel plura haec, illa pauciora? Non habebimus certe causam aliam. Addet ille. Constat igitur, quod superari est, loco minorum bonorum maiora mala suscipere. Haec ita se habeant. Mutemus nomina, accipiamusq; in eadem re iucundum ac triste. Hoc pacto. Hominem agere prius diximus mala, dicamus nunc tristia, cum sciat esse tristia uoluptatibus superatum, talibus scilicet, ut uictoria sint indignae. Quae uero alia in eum est ad dolorem indignitatis uoluptati, quam excessus inter se atque defectus? hoc est, cum inter se maiores minoresue fiunt, plures item & pauciores, uehementioresque

igitur fortes uiri neque turpiter metuunt si quando metuunt, neque turpiter audent. P R O T. Ita est. S O C. Si non turpiter, honeste & pulchre. P R O. Certe. S O C. Si non honeste, etiam bene. P R O T. Vtique. S O C. Nonne & timidi & feroces & furiosi contra, turpiter audent, & metuunt turpiter? P R O T. Et istud. S O C. Aliam uero ob causam turpiter & male audent, nisi ob ignorantiam & inscitiam? P R O T. Ob hanc ipsam. S O C. Quid hoc, quo ipsi timidi sunt, timiditatem ne, an fortitudinem uocas? P R O T. Timiditatem. S O C. Timidi autem nonne propter metuendorum inscitiam apparuerunt? P R O T. Sane. S O C. Propter hanc ergo inscitiam timidi sunt? P R O T. Nempe. S O C. Illud autem quo timidi sunt, timiditatem esse asseruisti. P R O T. Asserui. S O C. Nonne igitur metuendorum & non metuendorum inscitia, timiditas erit? P R O T. Erit. S O C. Enim uero contraria est fortitudo timiditati. P R O T. Absque dubio. S O C. An non sapientia metuendorum & non metuendorum eorundem inscitiae contraria est? P R O T. Prorsus. S O C. R. Horum uero inscitia timiditas. P R O T. Et maxime quidem. S O C. Sapientia igitur metuendorum & non metuendorum, fortitudo est, eorundem inscitiae contraria existens. Haud ulterius annuit Protagoras, sed siluit. Tum ego: Quid races Protagoras? cur non aut annuis aut renuis? Ipse rem confice, inquit. Concludam protinus, inquam, si unum hoc duntaxat interroga uero: utrum tibi nunc etiam ut & supra insipientissimi quidam esse uideantur, qui tamen fortissimi sint. Contendere peruacaciter, inquit, uideris o Socrates, ut ipse respondeam. ergo morem tibi geram. Impossibile dico uideri, ex his quae supra sunt concessa. Non ob aliam causam, inquam, de his omnibus te percontor, quam quod nosse cupiam, qualia sint quae ad uirtutem pertinent, quid uel ipsa sit uirtus. Scio equidem hoc declarato statim notum fore & illud quo de ego & tu totam uerba consumpsimus: dum ego quidem uirtutem doceri posse negarem, tu uero posse asseuerares. At qui arbitror nostrae disputationis exitum, si hominis instar uti uoce posset, derisurum nos, & hoc pacto reprehensurum: quam inepti estis o Socrates atque Protagora. Tu quidem ab initio dicebas o Socrates doceri non posse uirtutem, nunc repugnare tibi ipsi contendis: dum ostendere uis omnia haec, iustitiam scilicet, temperantiam, fortitudinem, esse scientiam. Qua ratione maxime uirtutem doceri posse constat. Si enim aliud quiddam esset scientia quam uirtus, quod Protagoras primum asserbat, plane doceri non posset. Nunc autem si scientia esse uideatur, quod tu o Socrates inferre conaris, mirum sit, si per doctrinam uirtus comparari non posset. Protagoras autem primo quidem doceri uirtutem uoluit: nunc contra adnititur uideri, ut quoduis aliud potius quam scientia uirtus appareat: quo pacto minime omnium docetur. Equidem o Protagora uidens haec omnia sursum deorsumque grauiter perturbari, ut in lucem ueniant, uehementer incumbo. Vellem autem his inter nos decursis, quid uirtus sit, ostenderemus, itemque doceri possit nec ne monstrarem: nec sapius nos Epimetheus ille sic in disputatione fallat, quemadmodum distribuendo neglexit, ut tu narrabas. Pro-metheus enim ea in fabula mihi magis quam Epimetheus placet, cuius exemplo utens & uniuersae uitae meae prospiciens, haec omnia tracto. Ac si tu uelis, id quod ab initio dixi, libentissime de his rebus tecum deliberarem. Tum Protagoras, studium hoc tuum, inquit, o Socrates, sermonisque cursum laudo. Et enim cum caetera, nisi me fallit opinio, a me absint uitia, inuidia certe omnium maxime abest. Et de te quidem apud multos saepe iam dixi, quod omnium quos conuenerim maxime te mirer, equalium certe prorsus. Adde quin etiam, nisi mirum mihi fore, si sapientiae studio clarus euadas. Ac de his aliis quandoque uoles differemus. Nunc iam hora est, ut me ad alia conferam. Ita, inquam, agendum est, si tibi uideatur, quandoquidem & ipse iam pridem alio abire coegebar, ut dixi: uerum tamen ut Calliae honesto adolescenti morem gererem, perstiti. His dictis atque auditis abiimus.

FICINI FLORENTINI IN
Euthydemum.

RLATO insignis charitate uir in Euthydemo quemadmodum & saepe alibi, studet animos ad seruiatos a uanis Sophistarum nugis auertere, ostendens eos uel ubi de rebus grauissimis agitur, ludere spemque audientium ubique deludere. Hos autem & alibi aliter, & hic ita describit, curiosos & uanos in uerborum altercatione certatores, promptos ad quoduis dictum, seu uerum, siue falsum sit, resellendum. Primo quidem ostendit, quam auarum sit ingenium Sophistarum, cum Euthydemus Dionysodorusque fratres Sophistae, artem militarem, qua gloriantur, parati sint mercede docere, quam nullus unquam uendidit. Deinde quam ambitiosum. Quippe cum iudicalem peritiam unam cum militari, & utramque unam cum Sophistica, quae longissime inter se discrepant, simul profiteantur. Tertio quam uanum, nempe iam senes a rebus ad uerba, a ueritatis studio ad mendacia sese conserunt. Quarto quam contemnendum. Breui enim & ad summam biennio quilibet cauillatoriam hanc assequitur facultatem. Quinto quam periculosum. Nam cui mirum uideri debet simplices adulescentes fucatis Sophistarum argutijs facile irretiri, falsisque inde opinionibus perniciosisque moribus imbui, quando quidem & Socrates ipse senex sapientissimusque fingitur eadem esse illaqueatus, admirandusque ad Sophistarum gymnasia properare? Adde quod & Socraticus ille demon qui a nullo decipi posse uidetur, a Sophisticis horum nebulonum praestigijs fingitur esse deceptus. Interea Socrates etiam in senectute scholas puerorum, & ludos musicae, uerborumque rudimenta frequentans, nos admonet, primo quidem ne quid ad disciplinarum perfectionem uel minimum contemnamus. Deinde ne, ut saepe accidit, subrustico quodam uerecundiae rubore a disciplinae studijs arceamur. Tertio ut Solonis more tandem discendum nobis esse censemus, quamdiu uiuendum. Proinde quod Sophistae Socraticam aduersus eos ironiam nunquam animaduertit, immo uero nihil tam magnificum in eorum laudes adducitur, quin facillime credant palamque recipient, duo nos hic declarat praecipue: alterum quidem, nihil uanius his nebulonibus reperiri posse: alterum uero, eos qui ad alios fallendos impensus student, nimirum sua ipsorum fallacia facillime falli. Praeterea quod praestigiatores eiusmodi uirtutem quam pollicentur, neque praestant unquam, neque ad ipsam alicubi exhortantur, sed ad confectas uerborum cauillationes ubique refugiunt, easque quasi res serias studijs alijs quasi ludis proculdubio anteponunt, tria potissimum nobis significat. Primum: eos qui uirtute ipsi ornati non sunt, eam nunquam uel ratione, uel exemplo posse docere. Secundum: homines uerborum nimium curiosos, res bonas nunquam uel cose, qui uel asserre. Tertium: eos qui facillime plurima pollicentur, minime omnium promissa seruare. Accedit ad haec quod Socrates Sophistas ad docendam uirtutem allicit discipulorum diuitum plurimorumque turba tanquam ambitiosos nimium & auaros. Sed ibi sub persona Critonis admonemur, ne temere cuiuslibet curandum animum committamus. Quod uero Socrates Sophistas dum uirtutem promittunt, interim quasi deos obsecrat, aperte declarat ab ipso deo uirtutem esse petendam, hominesque uirtute praeditos quasi diuites habendos esse. Item quod illos ob uirtutis studium regibus beatores existimat: plane significat uirum uirtute praeditum, primo quidem suipsius, deinde & regum esse regem. Docet praeterea Socrates in Clinia curando quanta cum charitate quam tam curandae iuuentuti adhibere diligentiam debeamus. Mox uero sub insolentissimorum Sophistarum pollicitationibus parturiunt montes, nascetur ridiculus mus. Sed & notanda est ibi hyperbolica quaedam ad uanos homines deridendos Socratici ironia. Deinde incomparabilis uanitas nebulonum pro rebus uerba, & illa quidem ineptissima ubique praestantium, cumque exhortationem ad sapientiam promiserint, ad pueriles ineptias relabentium. Tum Socrates uniuersum Sophistarum gymnasium ait, ludum esse uerborum, eosque rerum naturam omnino latere, atque artificiosas illorum telas, sola uerborum expositione significationisque distinctione posse dissolui. Obsecrat deinde facetissima quadam ironia Sophistas, ut post ludos ad seriam ueniant, proponitque formulam quandam, ad cuius exemplar exhortationem ad philosophiam ab illis exoptet. In eiusmodi formula ferlicitem primo quidem communi notione describit, bene uiuere. Deinde hoc ipsum bene uiuere uel in ipsa rerum ad uotum consecutione, uel in recto rerum ipsarum usu probat consistere. Atque utrinque per inductiones concludit: sapientiam, cum sola & consequatur res ad uotum, & utatur recte, solam beatos efficere. Itaque talis in inductionibus ordo conspiciatur, ut si per singulas uitae partes sapientia tum ad uotum consequitur, tum recte utitur, consequentem in uniuersa uita finem uitae communem summumque bonum sapientia eadem asserat in consecutione prospera rectoque usu consistens. Inter argumentandum uero praecleara fulget sententia sectae Stoicae fundamentum, externa uidelicet & corporea esse indifferentia potius & communia, quam aut bona, aut mala dicenda. Proprie uero bonam esse sapientiam, malam uero insipientiam. Si quidem per illam bona omnia, per hanc omnia mala nobis euadunt. Ideoque sapientiam solam beatos

beatos facere posse. Quod uero in scientia potestas ad felicitatem tota consistat, tria ipsa felicitatis nomina à praeis Graecorum auditoribus instituta declarant, scilicet Eudemonia, Eutychia, Eupragia. Primum significat cognitionem boni, secundum consecutionem, tertium uero usum: quae omnia scientia nobis perficit. Quam boni scientiam Plato & hic & alibi dicit quodammodo omnem esse uirtutem. Sapientiam quidem esse absolutam diuinam; boni scientiam. Prudentiam uero, scientiam bonorum malorumque proprie ad hominem pertinentium. Iustitiam quoque scientiam bonorum malorumque pro meritis distribuendorum. Fortitudinem autem scientiam circa bona & mala audendi atque metuendi. Temperantiam denique scientiam circa bona malaque; similiter asciscendi atque fugiendi. Meminisse praeter ceteris hic oportet, Platonem & hic & sepe alibi innuere sapientiam non tam humano studio comparari, quam purgatis mentibus diuinitus infundi solere. Quippe cum animus huic coniunctus corpori, ad res penitus à corpore separatas reddatur ineptus, & quasi noctua sub nimio diuinorum splendore caliget. Quapropter Socratica ad sapientiam adhortatio non tam ad speculationem pertinet quam ad mores. Quibus tandem purgatus animus sapientiam à deo & scientiam prudentiamque; consequitur. Per haec Socrates dum à sophistis exhortationem ad philosophiam quae est sapientia studium, exposcere simulat, ipse in terim aptissima quadam dissimulatione ad philosophandum mirabiliter adhortatur. Veruntamen nondum sophista exhortationem uel pro seipsis uel pro alijs saltem accipiunt, sed per solitas iterum ineptias reuoluuntur. Vbi apparet quam pertinax uel in uitis uel in nugis semper sit ingenium uel inique natum uel perperam educatum. Inter haec aduerte diligentissime diuinam Platonis sententiam, quae iubemur uirtutis sapientiaeque; consequentem gratia peripeti non solum incommoda, iacturas, labores, & seruitutem: uerum etiam si speremus ex ipsa dissolutione nostri meliores denique; eausuros; permittere nos illi qui hoc ipsum promiserit, excoitandos liquefaciendosque; ac penitus dissoluendos. Vbi apparet quantum animi bonum rebus praestet corporeis, & quantum probandi sint ueteres illi fortissimi martyres Christianorum. Huic illud simile: Qui animam amat suam in hoc mundo, perdet eam: qui uero hic eam perdidit, eandem in aeterna uita recipiet. Proinde Socrates sophistarum carpiunculas consultans, demonstrat contra sophistas facillime posse sophismata retorqueri, praesertim quia cogit eos & sibimet repugnare, & absurdissima confiteri. His actis rursus similem superiori formulam simulando, declarat nihil boni auditores à sophistis accipere, sophistasque; ipsos ueluti perditissimos ad bonam frugem reuocari non posse. Quoniam uero tria haec nomina inter disputandum, sapientiam, scientiam, prudentiam, sepe reperitur, animaduertendum est, ubi obseruantius loquitur sapientiam definire diuinorum cognitionem, scientiam naturalium, prudentiam humanorum. Vbi uero minus obseruauerit, scientia nomine ad tria haec significanda uisulere. Sed ubi liberius, singulis pariter pro omnibus uti. Praeterea duo adducit artium genera, earum scilicet quae efficiant opera, & earum quae factis utantur. Et quoniam ars quae utitur alterius artis opere, tum finem illi fabricandi praescribit, tum exemplar adhibet operis absolueni, non iniuria utentem artem facienti dignitate preponimus. Attende hic Platonem tam paruificere facientem artem, tam magnificere utentem, ut apertissime uelut, si quis uel materias omnes in aurum pro arbitrio possit conuertere, immo & immortalitatem ipsam inter homines comparare, nihil sibi uel tantam auri molem uel immortalitatem nisi uti sciuerit profuturam. Attende iterum communem hic oratorie artis abusum sophisticam similem prorsus uituperari, tanquam fascinationis maleficae speciem, ubique ad inficiendos perturbationibus animos uenefice contendentem. Simili quadam ratione communem poesis abusum alibi detestatur. Sed quia hic in artibus numerandis nominat dialecticam, ne quorundam more dixerim dialecticam. nam dialectica mihi latinus sonat, meminisse oportet logicam apud Platonem significare artem regulas nominum, orationum, argumentationumque; disponentem: dialecticam uero sagacem philosophantis indaginem, regulis his utentem ad rationes rerum inuestigandas, diuinarum praesertim, à quibus rerum quoque sequentium summae rationes accipiuntur, ideoque; dialecticam plerumque; apud Platonem theologiam nobis significare. Nominat ibidem artem regiam atque; ciuilem, scilicet prudentiam humani generis scilicet gubernandi. Quae quidem siue in persona priuata siue publica sit, uel una uel multis, aequae ab ipso tam ciuilibus quam regia nuncupatur. Huic profecto tanquam reginae omnes subijcit facultates, quae in agendo faciendisque; uersantur, quibus ipsa dat leges, ac tanquam instrumentis utitur & ancillis. Subijcit similiter theologiae scientias omnes quae uersantur in speculando, ad quam haec ita se habeant, quemadmodum priuata artes ad regiam. Quam ob rem Socrates dum in ipsa formula superiori formule rursus continuata facultatem auerit ad felicitatem potissimum conducentem, merito dimissis alijs ad regiam theologiamque; confugit, praesertim cum felicitas in optimo rerum usu consistat: haec uero rectissimum, tum speculandi, tum agendi & faciendi usum afferre omnibus per omnia studeant. Idem tradidit in Philebo, idem in ultimo Legum, idem in libris De republica, ubi ad generis humani felicitatem futurum gubernatorem in theologia primum, deinde in ciuili instruit disciplinam, afferens diuinam ipsam boni ideam, uix tandem à solo legitimo theologo percipi, ac nisi percepta fuerit, non posse quicquam uel priuatim uel publice recte agi feliciterque; disponi. Quamuis autem ita sit, Socrates tamen hic inter adolescentes atque;

atque; sophistas mysteria haec reuelanda non censet. Mos enim Socraticus adolescentes exhortatur solum, sophistas solum confutat, uiros denique; legitimos docet. Hic ergo sub ironia atque; dissimulatione eiusmodi tangit mysteria, seque; simulat haestare, & quasi inter sophistas uertiginosos pati uertiginem. Forte uero ambigere propterea simulat utrum theologia ciuilibusque; praestet felicitatem, quia neque; theologiae, neque; ciuilibus discipline absolutam perfectionem humana quadam uia, sed diuina potius inspiratione haberi posse sepe confirmat. Quapropter non iniuria humanis diffusis uiribus, felicitatem in diuinam refert munificentiam, in quam & theologiae sapientiam & ciuilibus prudentiam proculdubio retulit. Eo denique pacto haec omnia nobis accipienda sunt, ut humana quidem officia mentes ad felicitatem praeparant, praecipue sub theologica ciuilibusque; disciplina rectissime gubernata: Dei uero ipsius clementissimae bonitas, summum hominis bonum per haec quasi media ad ipsum conuersis denique; largiatur. Statueram hic satis honestum argumento immo uero commentario finem imponere, uerum detinet me adhuc necessaria questio, ad quid conducatur frequens Socratis ironia, quae quidem semper Socratis bona dissimulat, sepe uero bona simulat superbiorum: & quantum semper Socrati derogat, tantum sepe superbis arrogat: atque; id quidem iocis facetijsque; frequentibus efficit, & sepius ultra fidem, ut in se quidem deprimendo audiens res reddat modestiores: in superbis uero supra fidei modum extollendis, superbiam reddat omnibus deridendam. Profecto qui praeter modum laudantur à Socrate, si non omnino perditissimi, rubore confusi seipso emendant: sin uero iam perditissimi, non ipsi iam, sed praesentes correptionis eius exemplo tam ridiculam superbiae uanitatem cautesime uitant. Est autem Socratica ironia, res admodum artificiosa, urbana, faceta, uenusta. Tutius ueritati adhaeretur, odiumque; declinat, dum & professionem apte dissimulat, & prius sibi derogat manifeste, quam uel clam derogare alteri reprehendatur: & quod maximum est in uitis corrigendis, fugit maledici notam. Per hanc utique prope huius dialogi finem sophisticam caullationis uituperationem in tria colligit capita. Primum quod probatissimi quique; nugae eiusmodi aspernantur. Secundum quod sophismata seipsa confundunt. Tertium quod uel pueri haec tanquam leuissima biduo assequuntur. Mox à sophista descendit ad rhetoricum. Vterque enim ciuilem uirtutem falso proficitur, ut scribitur in Gorgia: & sophista quidem philosophi speculationem, rhetor autem moralem philosophi disciplinam simulat procul à uero. Osendit autem rhetores atque; oratores dum se & philosophos & ciuiles simul profitentur, esse ad utrumque prorsus inuitiles. Concludit postremo dialogum gemina optimaque; sententia. Altera quidem, curandum magis esse ut bene sint filij, quam ut sint: atque; ut illos relinquant bonos, potius quam illis relinquantur bona. Altera uero, omnino esse philosophandum: quando quidem philosophia ipsa res est diuina: neque; uel ob falsos eius professores, uel ob mendaces calumniatores dimittendam esse possessionem adeo praeciosam.

EVTHYDEMVS VEL LITIGIOSVS

TRANSLATVS E GRAECA LINGVA IN LATINAM A
MARSILIO FICINO FLORENTINO, AD P
TRVM MEDICEM

PERSONAE DIALOGI

CRITO, SOCRATES, EVTHYDEMVS, DIONYSODORVS, CLINIAS, CTESIPPVS.



VISNAM ille erat, o Socrates, quicum heri in Lycaeo disputabas? Equidem turba frequens circumstabat. Quare licet propius accederem audiendi cupidus, nihil tamen aperte percipere poteram. Cum uero in pedes erectus inspicere, mihi uisus est holperis quidam esse, quicum differebas. Quis ille? s o c. De quo interrogas Crito? Non enim unus tantum, sed duo aderant. c r i. Tertius ad dexteram tuam sedebat is, cuius nomen audire poteram. Medius autem adolefcentulus ille Axiochi filius, qui mihi uisus est satis admodum profectus. Critobuli quidem nostri ferme aequalis est. Verum ille aridiori quodam corporis habitu, hic grandioris speciem praese ferre uidetur, honesta sane indole atque egregia. s o c. Euthydemus is est quem quaeris o Crito. Qui uero ad sinistram sedebat, Dionysodorus eius frater, qui ipse quoque disputabas. c r i. Neutrum cognosco o

y Socra

Socrates. *SOC.* Noui sunt ut uidentur sophistæ. *CRI.* Quenam horum patria est? quæ sapientiar? *SOC.* Chii sunt, ut arbitror, patria: ad Thuriõs aut migrarunt. Illinc autem fugientes multos iam annos istis in locis uersantur. De sapientia uero illorũ quod tu rogas, ò Crito, plane sapientissimi sunt. & hæcenus ignorabam equidem perfectos athletas esse. Sunt enim ad omne certandi genus instructi, non quemadmodum Acarnani fratres athletæ. Illi namque corpore tantum ualent; hi uero corpore primum maxime ualent, & eo genere pugnae, quo omnia superantur. Armorum enim periti sunt maxime, & armorum peritos reddere, si quis mercedem det, etiam cæteros possunt. Deinde iudiciale pugnam, & ipsi tractare expedireq; & unumquemq; instruere possunt, tum scribendis, tum perorandis causis. Et hæcenus quidem harum duntaxat periti erant, nunc autem perfecte athleticæ facultati finem imposuerunt. Quod enim deerat certandi genus, nunc perfecte affectui sunt, ut nemo illis ualeat reluctari, adeo dicendo ualent, promptiq; sunt ad quoduis dictum seu uerum seu falsum, refellendum. Quapropter ò Crito, his me uiris tradere cogito, pollicentur enim quemuis alium breui se eorumdem competentem reddi tuos. *CRI.* An non te grandior ætas absterret ò Socrates? *SOC.* Minime Crito. Est enim quod me soletur, ac diffidere non sinat. Nam & hi iam senes, ut ita dixerim, huic se facultati quam ego nunc affecto, contentiose uidelicet dediderunt. Anno enim superiori, aut certe ab hinc tertio nondum callebant. Vnum uero hoc tantum uereor, ne his dederim cori sim, quemadmodum Conno Metrobii filio citharistæ, qui me etiam nunc fidibus docet. Pueri igitur cõdiscipuli me quotidie rident, & Connum ipsum senum magistrum nuncupant. Ne ergo hoc idem aliquis hospitibus his obijciat, & illi ea re deterriti, me reijciant, alios quosdam præterea ò Crito natu grandes ut mecum illuc discendi gratia proficiscantur sum exhortatus: & hic item quosdam persuadere conabor. Quin igitur & tu uenis, filios tecum ducens? Porro ubi sperabunt etiam filiorum tuorum concursum, his quasi illecebris adducti libentius nos erudiendos accipient. *CRI.* Nihil prohibet Socrates, si tibi uideatur. Verum prius quæ illorum sapientia sit, narra, ut quid percepturi simus cognoscam. *SOC.* Frustra expectas, dum non posse dicam, quasi non auscultari satis: immo & auscultauit diligenter & memini, tibiq; à principio cuncta referre conabor. Equidem diuina quadam sorte in gymnasio solus ubi me uidisti, sedebam, iamq; inde discedere cogitabam. Cum surgenti solitum illud dæmonis signum subito obstitit. Restiti itaque, ac paulo post ingressi sunt, Euthydemus, Dionysodorusq; & cum his alij multi, qui illorum mihi discipuli uidebantur. Ingressi autem in ipso adaperto cursu deambulabant. Vix iterum tertioq; spacium exegerant, cum aduentauit Clinias ille, quem profecisse dicis, & uere loqueris. Eum sequebantur amici & alij præterea multi, tum adulescens quidam Ctesippus Pæaneus, ingenio bonus quidem & pulcher, sed ipsa iuuenta lasciuior. Intuitus me ab ingressu Clinias sedentem solum, obuiam uenit, & ad dexteram confedit, ut & ipse atebas. Eum Dionysodorus Euthydemusq; conspicati, primum quidem consistentes inuicem diserebant, hinc atque illinc in nos oculis conuerlis. Ego enim illos diligentissime obseruabam. Deinde propius accedentes confederunt: Euthydemus quidem iuxta ipsum adolescentem: Dionysodorus autem iuxta me ad sinistram, alij ut cuique erat locus. His igitur congratulatus sum, utpote quos diu non uidiissem. Post hæc ad Cliniam cõuersus: Isti, inquam, ò Clinia uiri, Euthydemus Dionysodorusq; non paruis sunt in rebus, sed maximis sapientes. Sciunt quæ ad rem militarem pertinent, omnia quæcunq; nosse strenuum imperatorem decet, aciei ordinumq; & exercitus instructiones. Tum etiam quo se pacto quispiam in iudicio ab iniuria uendicet, docere possunt. Illi uero ita me locutum contempserunt, seq; inuicem insipientes uterq; riserunt. Ac Euthydemus quidem, haud amplius hæc seruo, inquit, ò Socrates, tractamus, sed obiter. Ego uero miratus, præclara, inquam, studia uestra esse oportet, si remissiones sunt tantæ. Dicite obsecro, quod hoc uestrum tam egregium opus est? *EUTHY.* Virtutem, ò Socrates, nobis persuademus facillime atque optime omnium doceri à nobis posse. *SOC.* Prò Iupiter, quam preciosam rem pollicemini. Qua forte potissimum lucrum istud ad uos peruenit? Equidem ita de uobis, ut dixi, hæcenus cogitabam, nempè uiris in re militari præstantibus, idque de uobis prædicabam: Memini enim cum huc primum uenistis

nistis, hoc solummodo fuisse professos: quod si nunc reuera scientiam hanc adepti estis, estoit propitij; profecto uos perinde ac deos aduoco, obsecrans ut hanc mihi uocem inuenoscat. Verum uidete, ò Euthydemie, Dionysodoreq; utrum uera loquamini. Neque enim mitum uideri debet; si quis resistit quam pollicemini magnitudinem æstimans, difficile credat. *EUTHY.* Scito sic esse; ò Socrates, prorsus. *SOC.* Beatiores igitur ob rei huius possessionem uos æstimo, quam ob regnum suum regem illum magnum. Verum dicite quaeso, utrum exhibere hanc sapientiam uestram cogitetis, an aliter apud uos sit decretum. *EUTHY.* Ad hoc ipsum, ò Socrates, uenimus, demonstraturi scilicet, atque docturi, si quis addiscere uelit. *SOC.* Atqui quod uelint omnes quicumque carent, ipse uobis ceu sponsor fidem obstringo. Ego quidem primo, deinde etiam Clinias hic, præterea Ctesippus ipse, alijque quos hic uidetis: Cliniae amicos offendens, qui nos tum circumstant. Ctesippus autem forte à Clinia procul sedebat; cumque Euthydemus inter disputandum sese inclinasset, Clinia medio inter nos sedente, & Ctesippum aspectu Cliniae excluderet, surrexit Ctesippus, primusque è regione nostri stetit, ut & uideret amicum, & disputantes audiret: mox cæteri hunc secuti tam Cliniae amici, quam Euthydemie & Dionysodori comites, protinus nobis adstiterunt. Hos ego omnes digito signans, Euthydemo pollicitus sum ipsius discipulos fore. Ctesippus igitur uehementer est assensus, nec non & alij, hortati ut sapientia uim ostendere uellent. Tum ego, ò Euthydemie Dionysodoreque, his, inquam, modis omnibus erit gratificandum; & uel mei gratia demonstrandum. Ac plurima quidem sunt, quæ ostendere opus profectum sit; id autem mihi dicite, utrum hominem duntaxat iam persuasum quod discere à uobis oporteat, bonum efficere utrum potestis? an eum nondum etiam persuasum, & qui nullo pacto doceri uirtutem posse, aut uos eius rei magistros esse putet? Nunquid autem eiusdem opus est, homini sic affecto persuadere, quod & doceri uirtus possit, & quod ipsi qui hoc optime possint sitis: num, inquam, sic est? Eiusdem, inquit Dionysodorus, artis opus est, ò Socrates. Vos itaque præ cæteris, inquam, omnibus ad philosophia uirtutisque curam hortari homines quam optime potestis? Sic arbitramur, inquit, ò Socrates. Cætera post ostendatis, inquam: isthuc uero nunc quaeso enim huic adolescentulo persuadete, quod philosophia uirtutisq; studio totis sit uiribus incumbendum, mihi que & his omnibus morem gerite. Porro adolescentulus hic adeo mihi & his omnibus curæ est, ut eum quam optimum uirum euadere summopere omnes cupiamus. Est autem Axiochi ex Alcibiade maiore nati filius: minoris autem Alcibiadis qui nunc est, patris. *Adior & mi*
lis. Nomen est Clinias. Cui, quia in tenera ætate est, sic, ut decet, timemus nequis forte *not Alcibia*
nos præueniens alio eius animum defleat atque inquinet. Quare uos peropportune *des*
uenistis. Et nisi quid prohibet, de puero periculum facite, & cum eo nobis presentibus *des*
differite, hæc ferme tum dixissem, Euthydemus fortiter nimium confidenterque, nihil, *des*
inquit, ò Socrates prohibet, modo uelit adolescens nobis respondere. Haud inueta, inquam, illi res est, frequenter enim hi conuenientes inter se disputant, interrogantq; multa, quocirca consentaneum est respondere posse. Quæ uero sequuntur, ò Crito, utinam *des*
recensere pro dignitate possem. Neque uero exigua res putanda est, in æstimabilem illam sapientiam enarrare posse. Quare mihi nunc, poetarum more, Musas Memoriamque inuocandas esse prius uideo. Euthydemus autem hunc, ut arbitror, in modum est exorsus. Vtri sunt, ò Clinia; homines qui aliquid discunt? sapientes ne, an ignorantes? Puer autem propter quaestionis illius pondus erubuit, & hælitans oculos in me conuertit. Ego uero perturbationem illius animaduertens, bono animo esto, inquam, Clinia, & qua tibi uidentur, fortiter responde. Arbitror enim commodum hinc maxime assequere. Hæc loquenti Dionysodorus in aurem insusurrans, ac ridens: Prædico tibi Socrates, inquit, quicquid puer responderit, confutatum iri. Interim responderat Clinias; unde mihi puerum admonere non licebat. Responderat autem, sapientes esse qui discunt. Ad quem Euthydemus: Vocas præceptores aliquos, an non? Assensus est. An non præceptores, discitentium præceptores sunt? quemadmodum citharista atque grammaticus & tui & cæterorum puerorum præceptores fuerit, uos autem discipuli. Consensit. Cum disceratis, nondum sciebatis hæc eadem quæ disceratis? Nondum. Nuhquid eratis sa-

pientes quando hæc ignorabatis? Nequaquam. Si non sapientes, ignorantibus igitur. Ommino. Vos ergo dum disceratis quæ ignorabatis, ignorantibus disceratis. Annuat adolefcens. Ex hoc sequitur, ut ignorantibus discant, o Clinia, non sapientes, ut ipse putabas. Cum hæc ille dixisset, quemadmodum chorus innuente magistro, summo plausu conclamauerunt riseruntque illi Euthydemus & Dionysodori sectatores. Ac prius quam respiraret puer, bene præclare que sermonem excipiens Dionysodorus: Quid porro, o Clinia, inquit? Cum aliqua grammaticus recitauit, quinam pueri perdiscunt? Sapientesne, an ignorantibus? Sapientes, inquit Clinias. Ergo sapientes discunt, non ignorantibus. Quare non recte Euthydemus paulo ante respondisti. Hic alius exclamauerunt riseruntque illorum astipulatores, Euthydemus Dionysodori que sapientiam admirati. Nos autem quasi stupidi concuimus. Cum ergo stupidos nos redditos esse uideret Euthydemus, quo in maiorem insuper sui admirationem traheremur, nondum dimisit puerum, sed ulterius interrogauit, atque illorum more qui in choro uehementer sunt exercitati, duplicem mox ut eadem in re quaestionem: Vtrum igitur, inquit, discunt quæ sciunt, discunt an quæ nesciunt? Tunc Dionysodorus iterum mihi in aures susurrans. Tale, inquit, o Socrates est & hoc, quale quod supra fuit illatum. Pro Iupiter, inquam, præclarum etiam superius nobis uisum est. Ita semper, ait, inuitabiles quaestiones proponimus. Ideoque uidemini, inquam, apud discipulos uestrorum auctoritatem habere non mediocrem. Interim Clinias Euthydemus respondit, eos qui discunt, quæ ignorant perdiscere. Statim ille ut supra interrogauit. Scisne ipse literas? Scio. Nonne omnes? Et omnes. Quando aliquis recitat, nonne literas recitat? Concessit. Ergo illa quæ scis recitat, quando quidem ipse omnes scis literas. Admisit & hoc. Nonne discis quæ quis recenset? Assensus est. An uero ignorans literas, discis? Minime. Immo sciens discis. Nonne igitur quæ scis, discis? Siquidem omnes scis literas. Annuat. Non recte itaque respondisti. Vix autem dixerat hæc Euthydemus, cum Dionysodorus orationem uelut pilam excipiens, sic adolescentem petebat. Decipit te Euthydemus, o Clinia. Dic mihi. An non discere, scientiam illius accipere est, quod quis discit? Admisit Clinias. Scire autem nunquid aliud est, quam scientiam ipsam iam habere? Concessit. Nescire igitur, est nondum habere scientiam? Dedit & hoc. Vtri rem aliquam capiunt? qui habent, an qui non habent? Qui non habent. An non confessus es, nescientes homines ex illorum numero esse, qui non habent? Annuat. Discunt igitur ex illorum numero sunt, qui capiunt non ex eorum qui habent. Probauit. Ergo qui nesciunt o Clinia, discunt, non qui sciunt. Post hæc uero, tertio iam uelut luctam petens, Euthydemus adolescentulum adoriebatur. Ego uero succumbentem miseratus, ut paulum recrearem, ne forte expauesceret nimis, hunc in modum consolari coepi. Ne mireris o Clinia, si inueter sermones, isti tibi sunt: nescis enim fortasse hospites isti quid sibi uelint. Idem profecto faciunt quod in mysterijs Corybantes solent, cum quem initiaturi sunt, in solio collocant, applaudunt, choreas iuxta ducunt. Intelligere te arbitror, siquidem initiatus es. Ludunt similititer isti nunc, & circa te choreas ducunt ac saltant, quasi quem expiant nunc, mox factis sint initiaturi. Itaque in presentiarum primas quasdam sacrorum sophisticorum ceremonias celebrari puta. Principio enim quemadmodum Prodicus iubet, propria tenere nominum significata decet: quod & hospites tibi isti ostendunt. Neque enim discere sciebas quomodo homines uocant, cum de his loquuntur. Discere enim uocant & cum quis, quam rem antea non tenebat, assequitur iam: & cum scientiam eius naus, eadem scientia illam ipsam rem uel cum sit uel cum dicitur considerat: quod rectius intelligere, quam discere, uoces, quamquam non raro discere uocetur. id uero te lauit quemadmodum isti ostenderunt, idem uidelicet nomen contrarijs rebus ab hominibus attribui, scienti quidem, & nescienti. Simile autem huius est & illud quod in secunda quaestione proposuerunt, interrogantes utra discant homines, an quæ sciunt, an quæ nesciunt. Hæc omnia ludi quidam in disciplinis sunt, ac ludere tecum istos aio. Ludum autem hæc de causa uoco, quia & si quis huius generis multa aut omnia etiam norit, rerum tamen naturas nihilo magis intelliget, ludere tamen ex illa nominum diuersitate homines poterit, quasi apposita tibi prosternens, eorum more qui sedere uolentibus fursum sub-

scilia

scilia subtrahunt, & effusius rident, cum uident qui cecidit tacere supinum. Hæc igitur & tu pro ludis accipe. Deinceps autem serua tibi hi tractabunt, ac ego quæ promiserunt ab illis exposcam: nempe quo pacto ad sapientiam impelli quispiam possit. Nunc autem mihi uidentur putasse prius tecum esse iocandum. Satis ergo haec uisus, o Euthydemus Dionysodore que uobis lusum sit. Ostendite iam quod sequitur. Restat enim ad uirtutis sapientiaque studium hunc adolescentulum quoniam pacto inducatis. Et dicam principio quid mihi uideatur, & quid ego potissimum cupiam audire. Quod si imperite & ridicule fecero, ne obsecro rideatis. Facit uos audiendi cupiditas, ut inepcias meas non dubitem apud uos proferre. Continebitis igitur risum uos & discipuli. Tu autem mihi Axiochi filii responde, utrum omnes bene agere, hoc est, bene uiuere cupiamus. An forte quaestio hæc, ut metuebam, ex eorum numero est, quæ ridicula sunt? Dementis est enim, arbitror, talia sciscitari. Quis enim est omnium, qui bene uiuere non cupiat? Nemo, inquit. Age, inquam, postquam bene uiuere uolumus, quo pacto assequi liceat? Nunquid si bona multa nobis sint? an ineptus est quisquis hoc neget? Sic enim constat esse. Constat inquit. Bona uero ex omni rerum genere quænam sunt? inquam. An forte neque id arduum est inuentu, nec eleganti homini dubitandum? Quis est enim qui neget bonum esse, diuitem esse. Nonne? Maxime, inquit. An non & sanum esse, inquam, & pulchrum, ceterisque corporis dotibus præditum? Certe, inquit. Quinetiam nobilitas, inquam, potentia & in sua cuique ciuitate honores sunt boni? Et ista, inquit. Quæ præterea bona, inquam, restant? Si dixerimus temperantiam, iustitiam, fortitudinem, esse bona, nunquid recte dicemus? Dubitet enim forte quispiam. Tu uero quid ais? Bona profecto, inquit, dicenda. Sapientiam uero, inquam, quo in genere locabimus? Bonorumne? an aliter? In bonorum, inquit, genere. Vides inquam, ne quid bonorum ratione aliqua dignum prætermittamus. Mihi, inquit, nullum sane prætermisisse uidemur. Hic ego cogitans paululum, uidemur, inquam, o Clinia, bonorum omnium maximum postposuisse. Quid hoc? inquit ille. Felicitatem, inquam, quam omnes etiam imperitissimi homines lumimum bonum uocant. Vera loqueris, inquit. Et ego rursus mutata sententia, risum ferme, inquam, o Clinia, hospitibus mouissemus. Quamobrem inquit. Quoniam cum felicitatem antea posuerimus, inquam, iterum iam eadem de re loquebamur. Qui istud? inquit. Ridiculum porro quod ante positum est, ponere rursus, bisque eadem recensere. Qua ratione id ais? Sapientia, inquam, ipsa felicitas est, quod quidem uel puer quiuis intelligat. Quod ille cum ob puerilem ruditatem admiratus esset, et ego admirationem animaduertentem, hunc in modum interrogauit. Nonne o Clinia, nostri quod periti tibi cines optime omnium quod tibi arum usum atinet, consequuntur? Assensus est. Et ruditi, inquam, grammaticæ quod literas, tum scribendas, tum legendas atinet? Profusus inquit. Sapientes quoque gubernatores optatum nauigationis portum præ ceteris assequuntur? Ita est. Necnon belli dux sapiens, quod ad militiam spectat, tutius expedit, & cum illo tutius quam cum ignorante militabis? Absque dubio, inquit. Et sapiens me dicus ad optatam corporis ualitudinem, inquam, melius quam insipiens te perducet, tuque te ipsum libentius illi committes? Certe, inquit. An ideo quod putes felicitus tibi cum sapiente, quam cum stulto successurum? Concessit. Sapientia igitur omnibus hominibus in rebus, inquam, felices nos efficit. Neque enim aberrat unquam nec fallitur sapientia, sed recte opus peragit assequiturque, alioquin ne sapientia quidem sit. Conuenimus tandem nescio quo modo ut diceremus, sapientia præsentem felicitatem nihil esse opus. His uero concessis rursus percontatus sum, quid de his quæ supra concessa fuerant, sentiremus. Confessi enim sumus, inquam, si multa nobis bona sint, bene beateque nos uiuere. Admisit. Num beate, inquam, propter presentia bona uiuimus, si nihil profuit, an si profuit? Si profuit, inquit. An uero conferunt quicquam, si habemus illa duntaxat, non utimur autem? Veluti si epulas multas poculorum habeamus, non uefcamur autem, nunquid iuuant? Nihil, inquit. Præterea si artificibus exposita sint preparataque singula ad opus perficiendum, non urantur autem, num propter ipsam impellentis & instrumenti copiam bene agant? Ceu si fabro parata sint instrumenta

Definitio quæ
dicitur felicitatis
ἐὐτυχίας

Sapientia felicitates nos efficit

omnia, materies item, nihil fabricetur autem, nunquid, inquam, possessione iuuabitur? Nullo pacto, inquit. Quid uero? si quis diuitias & bona quae diximus omnia natura, nequaquam utatur, nunquid erit, inquam, ipsa bonorum possessione beatus? Minime, o Socrates, inquit. Oportet itaque illum, qui beatus futurus est, inquam, non solum bona huiusmodi possidere, sed uti. Nihil enim sola possessio iuuat. Recte, inquit. Num possessio usque bonorum, o Clinia, inquam, ad beate uiuendum sufficit? Mihi quidem uidetur, inquit. Vtrum ita dicis, si modo quis recte utatur, an etiam si non recte? Si recte, inquit. Probe, inquam. Plus est enim puto, inquam, cum quis re quapiam abutitur, quam cum omnino non attingit. Illud siquidem malum est, hoc nec bonum, nec malum. Nonne ita dicendum? Probauit. Nunquid in effectione, inquam, & usu lignorum aliud praeter fabrilium scientiam, ut recte uti singulis queas efficit? Non aliud, inquit. Quinctiam circa uasa conficienda, rectum usum scientia praestat? Annuit. Nonne & circa usum bonorum quae supra retulimus, diuitiarum, sanitatis, & formae, ipsa scientia dux erat, his recte uti docens, opusque dirigens? Prorsus, inquit. Non igitur successum solum, sed & opus bonum, ut uidetur, in omni possessione actioneque hominibus scientia praebet. Assensus est.

An ulla est, obsecro, possessionum omnium utilis prudentiam sapientiamque citra? Aut uter horum maiorem utilitatem reportat, qui mente captus est, cum rebus abundet, cum multa faciat? An qui pauca facit, pauca possidet, sed mentis compos? Hoc ita cogita. Nonne qui pauciora agit, rarius errat? Minus errans, minus agit male? Minus male agens minus est miser? Omnino, inquit. Quo autem pacto, inquam, pauciora facit aliquis? Nunquid si pauper est, an si diues? Si pauper, inquit. Vtrum si debilis, an si robustus? Si debilis, inquit. Vtrum si honoratus, an si abiectus? Si abiectus, inquit. Vtrum si fortis & temperans, an si timidus? Si timidus. Nonne & piger minus efficit, quam promptus ad agendum? Admisit.

Et tardus, quam uelox? hebes uisu audituque, quam utroque acutus? Omnia haec inter nos conuenerunt. Ibi uero hunc in modum conclusi. Nulla ex his, o Clinia, quae bona nuncupabamus, scilicet bona esse uidentur. Imo sic dicendum constat, si illis inscitia praesit, eo deteriora esse, quam illorum contraria, quo uberius improbo duci adminicula scelerum suppeditare possunt. Sinautem prudentia & sapientia his praesideat, tum denique meliora. Ipsa uero suapte quidem natura nulla, nec bona quidem, nec mala existimatione sunt digna. Videtur, inquit, ita esse ut dicis. Quid aliud ex his sequitur, inquam, quam nihil ceterorum uel bonum esse, uel malum? E duobus autem istis, sapientiam quidem bonum, insipientiam uero malum esse? Probauit. Nam quod est reliquum consideremus. Postquam beati esse affectamus omnes, beati autem efficiuntur, ut apparuit, ex eo quod rebus utimur, & recte utimur, rectitudinem uero usus & consecutionis prosperitatem scientia praebet, ceteris omnibus praetermissis omni studio niti quisque debet, ut quam sapientissimus fiat. nonne? Certe, inquit. Existimare praeterea quisque debet a parentibus, a tutoribus & amicis, ceterisque, illis maxime qui amant, seu hospites sint, seu ciues hoc expetendum potius quam ingentes opes: exorandosque omnes, ut sapientiam impartiant. Neque turpe est, neque indignum, Clinia, sapientiae gratia cuiuslibet seruire, & honestis obsequijs unumquemque demereri. Idemne tu sentis?

Idem omnino, inquit. Probe enim loqui uideris. Si modo, inquam, doceri sapientia potest, nec forte hominibus uenit. Hoc enim insuper est uelut indagandum: neque dum id inter nos constat. Tum ille: Doceri mihi quidem, o Socrates, posse uidetur. Hac ego responsione delectatus, belle, inquam, optime uirorum, ac maximo me beneficio affecti, longa disputatione liberans, doceri sapientia possit necne. Nunc uero postquam tibi doctrina comparari posse uidetur, solaque haec ex omnibus beatum & felicem hominem reddit, quid aliud quam philosophandum dicas? Nunquid hoc ages? Maxime, inquit, o Socrates, quantum id fieri potest. Hac cum libenter audissem, exemplar, inquam, o Dionysodore & Euthydemem, exhortationis quam uolo, tale, rudibus prolixisque forasse uerbis uix tandem a me collectum

etiam habetis. Vter autem uestrum uult, idem hoc artificiose contexens nobis ostendat: aut si hoc non lubet, saltem quod orationi meae deest, uos in adolescentis gratiam persequamini. nempe omnem ne scientiam, an unam quandam potius parare necesse sit ei, qui uir esse bonus beatus que uelit; tum quae haec scientia sit, nam ut principio dixi, uehementer hunc adolescentulum sapientem bonumque euadere desideramus. Haec ubi dixi, o Crito, iam ad sequentia intentus eram, obseruans quale diceret exordium facerent, quae uel potissimum ratione Cliniam ad sapientiae & uirtutis studium exhortarentur. Hic qui natu grandior est, Dionysodorus, prior coepit: ac nos quidem omnes oculis in eum conuersi eramus, mirificam quandam orationem protinus auditori: quod etiam contigit. Mirum nanque sermone, o Crito, incoepit, dignum qui abs te audiat, quam belle scilicet prouocet ad uirtutem. Dic mihi, ait, o Socrates, uos que alij, quicumque adolescentem istum fieri sapientem uultis, utrum iocamini, an id serio agitis. Hic intelligens, quod putassent lusum esse sibi, iussis cum adolescente disputare, atque idcirco lulisse & ipsos haecenus, neque seria tractauisse: maxime, inquam, desideramus, Tunc ita Dionysodorus. Vide, o Socrates, ne quae nunc asseris aliquando neget. Scio, inquam, haud me negaturum. Quid igitur dicitis? inquit: sapientem fieri uultis? Volumus, inquam. Quid nunc? Vtrum, inquit, sapientem nunc est Clinias, an non? Nondum ait, inquam. Est enim minime iactabundus. Vos autem, inquit, sapientem fieri uultis, ignorantem uero esse nequaquam? Admisimus. Ergo quod non est, inquit, hoc fieri cupitis: quod uero nunc est, haud amplius esse. Quod quum audissem, turbatus sum: & ille me turbatum animaduertens, Quoniam, inquit, uultis quod nunc est, non amplius esse: uultis ut uideatur hunc, inquit, interire. Belli uero amicum amatores que sunt, qui amatos omni cura student perdere: Haec audiens Ctesippus, amati gratia inique tulit: indignatus que, Hospes, inquit, Thuriæ, ni dictu rusticum sit, palam obijciam, quod ista docens, mendacium mihi illis que nefarium indignum que impingas: Cupere nos scilicet illum interire. Hic Euthydemus ad Ctesippum conuersus: Videtur, inquit, tibi fieri posse ut aliquis mentitur? Per Iouem, inquit: nisi forte insanio. Qui uero mentitur, inquit, rem ipsam qua de sermo est dicit, an non dicit? Dicit, inquit. Si rem ipsam dicit, haud aliud quicquam dicit praeter id quod dicit. Quo nam pacto, Ctesippus inquit, possit? Nunquid una quaedam res est, inquit, quam dicit ab alijs diuersa? Prorsus, inquit Ctesippus. Nonne qui illam dicit, id quod est profert? Ita. Enim uero quicumque quod est, quae uel sunt dicit, uera dicit. Quamobrem Dionysodorus, si quae sunt dicit, uera praedicat, neque quicquam aduersus te mentitur. Ita, inquit Ctesippus. Verum qui haec loquitur, o Euthydemem, non ea quae sunt dicit. Ad quem Euthydemus. Non existentia non sunt? Non, ait. Nusquam uero quae non sunt, existentia sunt? Nusquam. Fieri ne potest, ut aliquis circa ea quae non sunt quicquam agat, ut illa faciat aliquis existentia nusquam? Nequaquam mihi uideretur, Ctesippus ait. Quum rhetores ad populum concionantur, nihil ne agunt? Agunt aliquid. Si agunt, ergo & faciunt. Sequitur. Ergo ipsum dicere, agere est & facere. Consentit. Nullus igitur non existentia dicit. faceret namque aliquid: tu uero, inquit, confessus es impossibile esse, ut aliquis non existentia faciat. Quapropter secundum orationem tuam falsa nullus loquitur. Immo uero si loquitur Dionysodorus, uera & existentia loquitur. Sic Euthydemem est, Ctesippus inquit. Nam existentia quidem dicit, non tamen ita ut se habent dicit. Qui uero isthuc ais Ctesippe? Dionysodorus inquit. Sunt ne qui res ipsas ut habent se, dicant? Sunt certe, respondit ille, uiri boni praecleari atque ueridici. Quid porro? inquit ille, bona nonne bene se habent? mala contra, male? Probauit. Bonos autem & praeclearos uiros, inquit, fateris res ipsas sic, ut habent eloqui? Confiteor, inquit. Ergo boni uiri, o Ctesippe, male mala dicunt. siquidem ut sunt, enunciant. Maxime profecto, inquit, & de malis hominibus male. Quorum denumero ne sis, cauendum

est tibi, si mihi credis, ne boni viri male de te loquantur. Hic Euthydemus. Num quid, inquit, & magnos magne, & calidos calide? Summopere, inquit Ctesippus. Et de frigidis frigide loquuntur, aiunt que differere frigide. Ibi Dionysodorus, conuitiare Ctesippe, inquit, conuitiare. Non per Iouem Dionysodore, inquit: nam te diligo, immo & amice moneo, & persuadere contendo, ne adeo in nos inuehare, ut me dicas cupere eos perditos, quos habeo charissimos. Ego uero ut accensos intellexi, cum Ctesippo iocatus: decet, inquam, Ctesippe, ut mihi uideatur, ab his hospitibus quæ dant accipere, si modo impertire quicquam uelint, & non de nominibus altercari. Nam si ita perdere sciunt homines, ut e malis & imprudentibus probos prudentes que faciant, seu ipsi perditionis eius inuentiones sunt, seu ab alio didicerunt, ut pro malo homine restituere possint bonum, patet autem eos scire: dixerunt enim artem nuper sibi comparatam, qua bonos ex malis homines faciant. Si hoc, inquam, sciunt, permittamus utique ut sic adolescentulum perdant, modo sapientem efficiant, immo etiam nos ipsos illis ita curandos tradamus. Quod si uos iuuenes reformidatis omnes, in me certe uelut Care quodam, artem suam periclitentur. leuius senti discrimen est. Me igitur Dionysodoro huic, quasi Medæ Colchidii, dedo, ut dissoluat, & si uelit elixet, uel aliud quodcunque exemplum in me ædat, modo uirum efficiat bonum. Ctesippus quoque, ego item, ô Socrates, inquit, hospitum uoluntati meisum committo: & si me magis etiam quam nunc excoriare uelint, excoriant, modo pellis mihi mea non in utrem, ut Marfyæ, sed in uirtutem uertatur. Ac Dionysodorus quidem hic ipsi me succensere putat, ego uero minime succenseo, sed oppugno, quæ in me dixit non recte. Tu uero Dionysodore, quod reclamo ne conuitiium putes. Aliud est enim contradicere, aliud conuitiari. Hic Dionysodorus. Quæso, inquit, num ita de contradicendo loqueris, ut contradicere, omnino aliquid esse putes? Maxime quidem, inquit Ctesippus. An uero tu non putas? Atqui nunquam, inquit Dionysodorus, ostendes, ubi alterum alteri audieris contradicentem. Vera loqueris, inquit. Sed nunc audiamus ecquid Ctesippum tibi Dionysodoro contradicentem ostendam. Hoc igitur, inquit, nobis promittis? Prorsus, inquit. Sunt ne inquit, unaquæque de re sermones rationesque? Sunt, inquit. Num ut est unaquæque res, an ut non est? Ut est, inquit. Si recordaris, inquit, Ctesippe, paulo ante monstrauius ne minem quod non est dicere. Quod enim non est, nullum posse dicere constat. Quid tum? inquit Ctesippus. An prohibet, quo minus ego & tu contradicamus? Tum ille, utrum, inquit, contradiceremus, si eiusdem utriusque rei rationem cogitemus? An non idem potius loqueremur? Consensit. An si neuter, inquit, quod res est dicat, contradicimus; an potius rem omnino non tenemus? Id quoque admisit. Num, inquit, cum ego quod res est dico, tu uero aliud dicis, tunc demum contradicimus? an potius cum ego quod res est, tu quod omnino res non est dicis? Eritque ut non dicens contradicat dicenti? Ad hæc Ctesippus obmutuit. Ego autem miratus quæ dicebantur: Quæ, inquam, ratione istud Dionysodore ais? Equidem cum sermonem huiusmodi sæpenumero e multis audierim, semper admirari soleo. hunc siquidem Protagoræ sectatorum, & his antiquiores, frequenter usurpare consueuerunt. Mihi uero semper mirabilis uisus est, talisque qui & alios & seipsum peruertat. Reor autem ueritatem ipsius me nunc abs te potissimum auditurum, num enim istud uult, ut falsa dicere impossibile sit, oporteatque illum qui loquitur aut uera loqui, aut omnino non loqui? Asteruit. Vtrum falsa, inquam, loqui quidem impossibile est, opinari uero falsa possibile? Ne opinari quidem, inquit. Ergo nulla est, inquam, falsa opinio. Nulla prorsus. Neque incertitia, inquam, neque homines incertii; quid enim non incertitia sit, siquidem falli rebus possibile est? Omnino, inquit. Istud autem non est, inquam. Non certe, respondit ille. Cõfabulandi ne gratia, ô Dionysodore, hæc inducis, inquam, ut mirum aliquid inferas? An reuera, nullus tibi hominum incertus esse uidetur? Tu uero, inquit, refelle. An refelli quicquam potest, inquam, si ut tu dicis, mentiri nemo potest? Non potest, inquit Euthydemus: nec illud Dionysodorus iussit ut refelleres. quo enim pacto quis quod non est iubeat? Ego uero Euthydemus, inquam, scita hæc atque præclara haud

haud admodum sane discio, sed obiter attingo. Erit igitur onerosum fortasse quod rogabo, sed ignosce obsecro. Vide amabo, si neque mentiri quisquam potest, neque opinari falsa, neque incertus esse, nemo etiam dum agit aberrare quicquam potest. Neque enim ab eo quod agat, aberraret. Nunquid ita dicitis? Ita plane, inquit. Hæc est, inquam, grauis illa quaestio. Si enim non erramus unquam, neque agendo, neque loquendo, neque etiam cogitando, quid nam uos huc docturi uenistis? an non supra prædicabatis, uos præ cæteris omnibus, optime posse uirtutem tradere unicuique uolentibus? Vique adeo, ô Socrates, Cronus ille es, inquit Dionysodorus, ut quæ à principio diximus, remissis nunc: & si quid superiori anno dixerim, nunc quoque sis recordaturus; his autem quæ in præsentia dicta sunt, quid sis responsurus habes nihil. Quia difficilia sunt, inquam, haud iniuria. Sunt enim à sapientibus profecta. Equidem & ei quod postremo dixisti, respondere difficillimum est. Cum enim dicis non habere me quod respondeam Dionysodore: quid potissimum inferre uis? an uidelicet quod non habeam quod eam orationem conuincam? Dic enim quid aliud uerbum istud sibi uult, quod non habeam quod orationibus istis per me respondeatur. Num tu aliud dicis, inquit, quam difficile esse respondere? Nempe responde. An prius quam tu respondeas, inquam, Dionysodore? Quid, non respondes? ait. An par est, inquam. Par, inquit. Quæ ratione, inquam, an forte quia ad nos disserteris aduenis, nosti que quando respondendum sit, quando non sit, ideoque nunc respondes nihil, quod respondere non decet? Ad hæc ille: Nugaris, inquit, ô Socrates, atque respondere negligis. Sed, ô bone uir, obsequere, & responde ei quem ipse sapientem esse fateris. Parendum est inquam, sic enim decet, imperitanti. Interroga igitur. Vtrum, inquit, animam habent, quæcunque intelligunt aliquid? an & anima carent? Habent, inquam. Nosti ne, inquit, uerbum ullum aliquod animam habens? Nullum ego profecto, inquam. Cur itaque nuper interrogabas uerbum quid sibi uellet? Non ob aliud, inquam, nisi ob ignauiam meam, quæ errare coegit. Fortasse uero non errauis, sed recte loquutus sum, cum uerbis cogitationem tribuo. Tu uero utrum errasse me dicis, nec ne? Si enim non errauis, neque tu nunc redargues, sis licet sapiens, nec habes quod opponas. Sin autem errauis, ne sic quidem recte tu loquere, quando dicis errare posse neminem. Atque hæc quidem non aduersus illa quæ anno superiori dicebas nunc adduco. Sed uidetur mihi, ô Dionysodore Euthydemæque, sermo hic eodem reuolui: & nunc etiam, ut & quondam solebat fieri, cum desiccat cadere. Quod quidem ut ne ipsi accidat, ab illa arte uestra licet circa acriorem sermonum diligentiam admirabili nondum uidetur esse prouisum. Hic Ctesippus, mira dicitis, inquit, ô uiri Thurijs siue Chij, seu quodcunque aliud agnomen uendicare lubet: quibus delirare perinde est. Ego autem ueritus ne ad contumelias deueniretur, Ctesippum rursus sic mitigaui: Eadem tibi, inquam, ô Ctesippe, nunc dico quæ Clinia quoque dicebam, Nescis enim quam mirabilis sit horum hospitum sapientia. Nolunt autem nobis illam ostendere prorsus, sed Protei Aegyptij illius sophistæ more præstigijs quibusdam fallunt. Mene laum igitur imitemur, neque mitramus ante quam aperiant quid animi gerant. Pulcherrimum enim quiddam exhibebunt puto, si uere proferant. Quapropter exhortemur, atque uotis supplices exoremus, ut exhibeant. Sed exponendum rursus uideatur, qualem studiorum formam ab illis requiram. Conabor hinc ubi supra destitimus, continuare sermonem, si quo pacto eos prouocem, ut mei miseri, qui tam grauius occupor, rem deinde serio tractent. Tu uero Clinia mihi dic, ubi nam orationem abrupimus. nam, ut ego arbitror, hic hæsimus, ubi philosophandum esse consistebamus, nonne? Profecto, inquit. Philosophia uero scientiæ acquisitio est, inquam. Certe, inquit. Quam itaque potissimum adipisci scientiam decet, inquam, nonne, ut summam dicam, illam quæ nobis prodest? Illam ipsam, inquit. An ea scientia maxime nobis prodesset, si sciremus quibus in terris aurum multum effoditur? Vtique, inquit. At qui dudum id confutauius, quia nihilo magis prodesset scientia ista, etiam si absque labore tellus effodiatur, aurum eruatur, uel etiam si in aurum omnia uertantur, dum uiri auro nescimus, non recordaris? Recordor, inquit, ac maxime quidem. Neque ulla ul-

lius rei scientia, siue nummularia, siue medicina, siue quaecumque alia utilis est, inquam, si facere tantum docet, uti autem non docet. Nonne? Ita prorsus, inquit. A deo, inquam, ut si qua scientia immortales nos efficeret, uti uero immortalitate non doceat; inutilis sit prorsus si qua superioribus fides est. Ita nobis haec omnia uidebantur; Haec igitur, inquam, scientia ingenue puer opus est, in qua operis & effectio & usus conueniant. Apparet, inquit. Per multum igitur inter lyrarum fabros interest, & scientiam pulsanda lyrae afflictos. Alia enim ars quae facit, alia quae utitur his rebus. Nam ars quae fabricat lyram, & quae lyram pulsant, longe inter se differunt, an non? Sic est, inquit. Neque rursus, inquam, tibiarum effectrice opus est. Ea siquidem ab illa quae utitur, differt. Sane, inquit. Num forte, inquam, componenda orationis quaerenda facultas, ut beatus euadas? Non arbitrator, inquit. Quanam te ratio mouet? inquam. Noui equidem, inquit, quosdam orationum autores, qui orationibus haece quas considerunt, uti perinde faciunt, ac lyris lyrarum, qui in aliorum usum lyras conduxerunt, quas & qui illis utuntur facere nesciunt. Constat similiter & circa orationes aliam esse artem quae condit, aliam quae conditis utitur. Euidetissimo argumento ostendisse uideris, inquam, artem illorum qui componunt orationes ad beatitudinem nequaquam sufficere. quanquam sperabam hoc in genere scientiam quam iam diu quaerimus, inueniuros. Etenim isti orationum autores Clinia quoties appellauit supra mortales ceteros sapientes uidentur, ipsaque eorum ars diuina penitus atque excelsa. Neque mirum. Est enim incantatoriae illius pars quaedam illa haud multo inferior. Incantandi porro facultas, ut sperarum, aranearum, scorpionum, caeterarumque ferarum atque morborum mitigatio est. Oratoria uero iudicum, concionatorum, aliarumque turbarum oblectamentum quoddam & delinatio. An uero tu aliter sentis? Non aliter, inquit: sed ita prorsus ut ais. Quod ergo nos uertemus, inquam, & quam ad artem? Ambigo, inquit. At ego inuenisse arbitrator, inquam. Quam? Imperatoria ea potissimum uidetur, quae beatum ad ipsam facit. Mihi uero non uidetur, inquit. Quamobrem, inquam. Quia uenatoria quaedam hominum ars, inquit, esse uidetur. Quid tum? inquam. Quia nemo, inquit, uenator uenationis opus ulterius porrigit, quam ad uestigandum capiendumque, postquam comprehenderunt, uti nequeunt. sed & qui canibus uenantur & qui piscantur, praedam coquas exhibent. Geometrae, item astronomi, logistae, uenatores quidam sunt, neque enim figurarum descriptionesque faciunt ipsi, sed cum sint adinueniunt. Cum itaque uti illis ipsi nesciant, uenentur autem solum, quicunque illorum mente capti non sunt, sua inuenta dialecticis praebent, ut illi his utantur. Est pulcherrime & sapientissime Clinia, inquam; sic est? Ita prorsus, inquit. Atque eadem ratione duces exercitibus, postquam uel urbem, uel exercitum occuparunt, uiris civilibus praedam & spolia tradunt. Nam ipsi his quae comprehenderunt, uti nesciunt, quemadmodum aucupes, qui postquam ceperunt coturnices, nutritoribus tribuunt. Si itaque ea arte indiges, quae uel faciendo, uel uenando quaeritis, uti sciat, beatusque efficit possidentes, aliam quaerere quam militarem oportet. CRIT. Quid ais, o Socrates? Nunquid adolescentulus ille talia dixit? S O C R. Non putas Critor? CRIT. Non per Iouem, nam reor illum si talia dixit, neque Euthydemum, neque alterius cuiuslibet hominis disciplina ulterius indigere. S O C R. Forte uero Ctesippus haec dixit, ego uero non memini. CRIT. Quis Ctesippus? S O C R. Saltem hoc memini, neque Euthydemum attulisse haec, neque Dionysodorum. Sed, o beate Crito, suspicor praestantiorum quamquam uirum praesentem haec dixisse. Nam haec me audiuisse non dubito. CRIT. Per Iouem, o Socrates, excellentior aliquis ista protulisse uidetur. Verum post haec quam tandem artem scrutari estis? Inuenistis ne quam quaerebatis, an non? S O C R. Quaeis an inuenierimus? Rite diculum quiddam accidit. Etenim puerorum more, qui galeritas siue alaudas insequuntur, uehementi quodam affectu singulas scientias persequebamur, ac semper quamcunque capere nos e uestigio putabamus, fallebat nos, repenteque subterfugiebat. Quid enim multas enumerem? Regiam artem aggressi sumus, contemplati esset, nec ne, quae beatos faciat. Sed uelut in Labyrinthum delapsi, dum prope finem esse iam sperabamus, retrogressi ad principium rursus reuertebamur, eodem modo affecti, quo

quo principio disputationis eramus. CRIT. Quo pacto hoc accidit? S O C R. Dicam. Visa nobis regia facultas est eadem esse cum civili. CRIT. Quinam? S O C R. Cum res militaris ac facultates omnes reliquae, operum suorum imperium civili arti submittere uiderentur, utpote quae sola uti sciat, nihil nobis impedimento fore putauimus quo minus haec esset quam quaerebamus, causa recte rempublicam administrandi, & secundum illud Aeschylus, puppi sola ciuitatis praesidens, & gubernacula totius tenens, omnibus dominans, omnia utilia reddens. CRIT. An non recte usum uobis est Socrates? S O C R. Ipse iudicabis Crito si audias quae deinceps contigerunt. Rursus enim hunc in modum quaerebamus. Age, ars illa regia omnibus praesidens, opus aliquod efficit, an non? Omnino aliquod consensimus omnes. Nonne enim & tu haec Crito concederes? CRIT. Absque dubio. S O C R. Quod ergo illius opus esse diceres. Ut si te rogem, Medicina dum dominatur omnibus quorum domina est, quodnam opus exhibet? an non sanitatem protinus responderes? CRIT. Vtique. S O C R. Agricultura item uesfra, dum omnibus quorum est domina dominatur, quod opus facit? Alimentum e terra porrigit, inquit? CRIT. Equidem. S O C R. Regia igitur facultas, cum omnibus quorum est domina dominetur, quod opus explet? Forte non est in promptu. CRIT. Non Heracleo Socrates? S O C R. Neque nobis o Crito, sed hoc saltem nostri, si haec ea est quam exoptamus, utilem esse oportere. CRIT. Sum opere. S O C R. Nonne igitur boni aliquid afferre nobis eam necesse est? CRIT. Est omnino. S O C R. Bonum autem nihil esse aliud quam scientiam quandam, ego & Clinias consensimus. CRIT. Ita certe dicebas. S O C R. Opera uero civilis quidem gubernationis, cum multa alia haec esse uel maxime unusquisque fateatur, diuites facere ciues, liberos, & concordies. Haec autem omnia neque bona, neque mala apparuerunt. Oportet autem eam ut constitit, sapientes efficere, scientiamque tribuere, si modo ea futura sit quae autem, & beatos efficiat. CRIT. Vera narras. Sic enim tunc inter uos constitit, ut ipse recensuisti. S O C R. Nunquid regia disciplina sapientes homines bonosque facit? CRIT. Quid prohibet Socrates? S O C R. Num & omnes, & in omnibus bonos, omnemque scientiam ipsa praebet? corariam, fabrilem, & reliquas uniuersas? CRIT. Haud equidem arbitrator o Socrates. S O C R. At quam scientiam? & qua in re inuabimur? Operum quidem illorum quae neque bona sunt, neque mala, opificem ipsam esse haud oportet. Scientiam uero aliam praebere nullam quam ipsam seipsam decet. Dicamus igitur quanam haec sit, & quo inuenitur. Vis ne eam dicamus o Crito, qua bonos facere ceteros possimus? CRIT. Volo equidem. S O C R. Boni quod conducent? quod uel utiles erunt? an dicemus quod alios facient bonos? & illi ipsi alios item? quo autem boni sint nusquam apparent, postquam illa quae civilis artis opera dicuntur, reiecerimus? planeque, quod prouerbio dicitur, Iouis Corinthus accidit, atque ut supra dixeram, aequo intervallo immo etiam longiori quam antea ab eius artis inuentione distamus, quae praestare nobis beatitudinem ualeat. CRIT. Per Iouem o Socrates in ambiguitatem plurimam incidisse uidemini. S O C R. Ego quidem o Crito cum in hanc dubitationem merfus essem, quam alta potui uoce protinus exclamaui, hospites illos tanquam Castorem & Pollucem Iouis filios suppliciter obsecrans, ut nos, me scilicet & adolescentulum ipsum, e turbulenta fluctuatione sermonum eriperent, iocisque ommissis seria disputandi ratione nobis ostenderent quae potissimum scientia sit, quam adepti quod uita superest feliciter transigamus. CRIT. Nunquid monstrare uobis Euthydemus uoluit? S O C R. Quid nunc Magnifice nimum o amice hunc in modum affari coepit. Vtrum te, o Socrates hanc quam iam pridem quaeritis scientiam doceam, inquit? an habere ipsam te ostendam? O beate uir, inquam, nunquid hoc potes? Valde, inquit. Ostende igitur, inquam, me habere. facilius enim mihi istud, quam denuo hac in aetate discere. Dic age, inquit, scis ne quicquam? Scio equidem multa, inquam, sed parua. Sufficit, inquit. putas ne aliquid eorum quae sunt, id ipsum quod est, non esse? Nullo pacto, inquam. An non scire te aliquid afferis? inquit. Profecto. An non es sciens, si modo scis? Sum equidem, sed illius ipsius quod scio. Nihil refert, inquit. Non necesse est scire te omnia, si qua eorum quae sunt scis. Non per Iouem, inquam, quandoquidem & alia multa minime scio. Si quid nescis, inquit, es nescius? Illius ipsius, inquam, o amice quod nescio. Nihilominus nescius es, inquit, qui paulo

Prouerbiu

paulo antefcitur te esse prædicabas. Atq; ita fit, ut ille ipse sis qui & es, & rursus non sis, simul & secundum eadem. Esto, inquam, Euthydem. Nam ut proverbio fertur, bello omnia dicitis, quæ igitur ratione, scientiam illam quam quærimus habeo? quia uidelicet impossibile est, esse idem atq; non esse. Vnde si unum quiddam scio, cuncta scio. nec enim esse possum scius simul, & nescius, quod si omnia scio, illam quoq; scientiam habeo. An non ita loqueris? & hoc est illud sapiens? Ipse te redarguis, inquit, Socrates. Quid uero Euthydem tibi, inquam, nonne idem contigit? nam mihi quidem non multum molestum est, quod tecum unâ, & cum Dionysodoro hoc lepido capite patiar. Dic mihi, nonne & uos quædam scitis, quædam nescitis? Minime quidem, ô Socrates, Dionysodorus inquit. Quid dicitis, inquam, an nihil scitis? Immo scimus, inquit. Omnia itaque scitis si aliquid scitis. Omnia certe, & tu quoque scis omnia, si unum aliquid scis. Pro Iuppiter, inquam, mirabile dictu, & ingens hoc bonum. Num & cæteri omnes sciunt omnia uel nihil? Non enim dicendum uidetur, scire eos aliqua, nescire alia, atque ita scientes esse simul & nescientes. Quid ergo dicemus? Omnes, inquit, plane scire omnia, si quid unum sciunt. Dii boni, inquam, nunc demum Dionysodore serio loqui mihi uideamini, & uix tandem ut serio ageretur, nunc impetraui. Ipsi reuera scitis omnia? & fabrillem uidelicet artem & coriariam? Omnia prorsus, inquit. Nunquid & neruis suere scitis? Certe, inquit, & calceos quidem. An, inquam, & stellarum numerum, & arena? Et ista, inquit. Putas nos ista concedere, inquam? Hic Ctesippus respondens: Coniecturam, inquit, ô Dionysodore, nobis aliquam talem adducite, qua uos uera loqui conijciamus. Qualem? inquit. Scis, inquit, quot dentes Euthydemus habet? atque Euthydemus quot tu habeas cognoscit? Non tibi fat est, inquit, quod omnia scimus, audisse? Minime, inquit, sed unum hoc tantum nobis ostendite quod uera loquamini. Nam si dixeritis quot dentes habet uterque, nobisq; postea numerantibus uera dixisse deprehendemini, cætera quoque uobis credimus. Illi uero cum mordere Ctesippum existimarent, respondere aliud noluerunt, nisi quod scirent omnia, de singulis à Ctesippo interrogati. Ctesippus siquidem aperte de unaquaque re, uel de minimis quibusque etiam turpissimis sciscitatus est, num scirent, quod fidem illis non haberet. Illi autem forti animo pariter contra responderunt se omnia intelligere, instar aprorum qui contra icium nituntur. Quamobrem ipse quoque, ô Crito, coactus sum denique Euthydemum interrogare, an etiam saltare Dionysodorus sciret. Ille uero consensus. Non tamen inquam super enses humi inclinato capite transilire, & super rotam uolui, tam grandis natu. Eo ne sapientiae promouit? Nihil est, inquit, quod nesciat. Tum ego: Num omnia nunc duntaxat cognoscitis? an & semper? Et semper. Num à tenera ætate statimq; nati omnia cognouistis? Omnia, responderunt simul uterque. Nobis utique res incredibilis uisa est. Tunc Euthydemus, non credis, ô Socrates? Excepto hoc inquam, quod uerisimile est uos sapientes esse. At si mihi uoles respondere, inquit, ostendam te quoque hæc mirabilia confitemur. Gratissimum sit, si huius me conuincas: si enim cum essem sapiens nesciui hæc tunc, tunc ostendes, & scire me omnia & sciuisse semper, quod maius in uita lucrum nancisci possem? Responde iam, inquit. Tanquam responsurum, inquam, interroga. Nunquid alicuius scius, inquit, es ô Socrates, an nullius? Alicuius, inquam. An eadem scis quo scius es, an alio quoptiam? Quo scius sum. Arbitror enim te animam dicere. Hanc ne intelligis? Nonne te pudet, inquit, ô Socrates, dum interrogaris uicissim interrogare? At quid faciam, inquam? Faciam equidem ut unquam iusseris, cum quod quæris ignorem. Iubes autem ut respondeam quidem, non interrogem. Cogitas ne quoquo modo, inquit, id quod quæro? Equidem, inquam. Ad istud ergo responde quod cogitas. Quid, inquam, si tu alia mente interrogas, alia ego respondeam, cum aliud quam tu conceperim, satis ne tibi factum putabis, si nihil ad rem ipsam respondero? Mihi quidem fat erit, inquit, tibi non, ut arbitror. Tum ego, per Iouem non prius respondebo, quam audiam. Non respondes, inquit, ad ea semper quæ mente concipis? quia nugaris Socrates, & rudior es admodum quam oportet. Agnouit tunc illum mihi iam subitatum, quod uerba quibus me irretire studebat, distinguerem. Venit mihi præterea in mentem Conni, qui ipse quoque sæpe mihi indignatur quotiens ei non cedo; deinde me spernit

spernit uelut rudem. Postq; igitur cogitauit horum doctrinam me tradere, arbitratus sum obsequi oportere, ne quis eorum me, ut ineptum & indocile respuat. Quocirca & illi inquit, si tibi ita Euthydem uidetur agendum, ita agatur. Tu namq; me multo melius disputandi ratione intelligis, cum artem hanc teneas, ego uero sim rudis. Ideoq; interroga iterum ab initio. Responde rursus inquit. Vtrum scis aliquo quæ scis, an nullor? Anima inquit. Hic ait ille, plus q; rogatus sit, respondet. Non interrogo quo scias, sed utrum scias aliquo, nec ne. Ego ad hæc, plus quam decebat propter imperitiam meam respondi. Sed ignosce mihi obsecro. Respondebo iam nunc simpliciter, quod scio aliquo semper quæcunq; scio. Vtrum, ait, hoc eodē semper, an tum hoc, tum alior? Semper inquit, quando scio hoc scio. Hic ille. Nondum præuaricari desinis? Ne forte, inquit, id quod semper dicitur, nos falleret, ita respondi. Nō nos inquit dicas, sed te. Sed responde, utrum semper hoc scias. Semper inquam, postquam ipsum quando, oportet subtrahere. Nonne semper hoc scis? semper aut scis utrum aliqua hoc scias quo scis, aliqua alior? uel hoc ipso omninar? Hoc inquam cuncta quæcunq; scio. Hic rursus transgredieris Socrates. Excipiat inquam quod dictū est, quæcunq; scio. Vt excipias inquit nihil postulo, immo responde, posses ne omnia scire, nisi si scires omninar? Monstrum esset hoc inquam. Adhæc nūc iam ait quicquid lubet. Cuncta namq; scire fateris. Sic uideo inquam, postq; nullius momenti est quod dicitur quæcunq; scio, omnia autem scio. Nonne & semper confessus es scire hoc quo scis: siue quando scis seu quomodo quæcunq; placet. Semper enim scire es confessus, ac omnia simul. Constat ergo quod puer sciebas, & quando genitus es, & quando natus, imò & anteq; nascereris, & ante cæli terreq; ortū scisti omnia, si modo semper scis. Ac per Iouē semper scies, et omnia si uolueris. At uoles inquam honorande nimium Euthydem siquidem omnino uera dicis. Sed posse te nō multum confido, nisi idem tecū uelit frater iste tuus Dionysodorus. sic enim forte ualebis. Dicite porrò. Cætera quomodo uobis nō concedam nescio, tam mirabili atq; noua sapientia præditi estis, quo minus ego omnia sciam, quando quidem uos asseritis. Talia quædam qua ratione scire me dicā Euthydem: quod uidelicet boni uiri iniusti sint. Dic enim mihi scion istud, an nescior? Scis utiq; inquit. Quid inquam. Quod iniusti boni iniusti non sunt. Iam pridem sciebam hoc inquam. Verum non istud quæro, sed quod iniusti sunt uiri boni, quando didici? Nusquam Dionysodorus ait. Non ergo inquam hoc scio. Tunc Euthydemus ad Dionysodorum conuersus ait. Sermonem destruis, aparebitq; iste si nesciat, scis simul & nesciens. Dionysodorus quidem erubuit, sed ego. Tu uero quid ais Euthydem? non uidetur tibi frater tuus uera loqui, cum nouerit omninar? Frater ego sum Euthydem Dionysodorus ait. Mitte ista hæc inquam ô bone uir dum me Euthydemus doceat quod sciam uiros bonos iniustos esse, neq; hanc mihi doctrinam inuideas. Fugis ô Socrates ait Dionysodorus, neq; uis respondere. Non iniuria inquam fugio: nam cum alter utro uestrum sim imbecillior, cur nō duos fugiam? Hercule quidem multo sum imbecillior, qui pugnare simul non ualuit aduersus hydram sophisticam, cui propter sapientiam pro uno sermonis capite amputato multa repullulabant, ac etiam ad uersus Cancrum sophisticam quendam ex mari aduentantem, & nuper, ut arbitror, aduersus Iolaus auxilium implorauit, qui summopere illi succurrir: meus autem Iolaus Patrocles si uenerit, longe aliter faciet. Responde ergo inquit Dionysodorus, postq; ipse hæc prædicat, utrū Iolaus Herculis magis nepos q; tuus fuerit. Operæ precium fore arbitror ut tibi respondeam Dionysodore. Neq; enim desineres sciscitari, et propter inuidiam quandam interrurbare ne Euthydemus sapiens illud me doceat. Responde igitur inquit. Responde inquam Iolaus Herculis nepotem fuisse: meum autem, ut uidetur, nequa q; Neq; enim pater ipsi Patrocles fuit frater meus, sed aliquis nomine proximus Iphicles Herculis frater. Patrocles autem, inquit, tuus? Nimirum inquam, sed ex matre eadem nō patre. Frater ergo tibi est inquit, & non frater. Non eodem ex patre inquam uir optime. Illius enim pater Chæredemus, Sophroniscus autem meus. Pater autē inquit erat Sophroniscus atq; Chæredemus? Omnino, ille meus, hic suus. Nonne Chæredemus alius quam pater erat? Alius scilicet q; pater meus. Nunquid pater erat, cum alius quam pater esset? An tu idem es quod lapis? Verebar inquam ne idem te afferente uiderer. Mihi uero non uideor. Nōne igitur alius es quam lapis? Alius certe. Quod si alius es quam lapis, non es

lapis. Et si alius quam aurum, non es aurum. Sic est inquam. An non eadem ratione Cheredemus cum alius sit quam pater, pater non erit? Videtur inquam non esse pater. Ad hæc Euthydemus adiecit: haud pater est Cheredemus: rursusq; & Sophroniscus cū alius sit quam pater, non est pater. Quapropter sine patre es o Socrates. Sermonem uero suscipiens Ctesippus intulit, pater autem uester, cum eadem sibi contigerint, alius est quam pater meus. Longe abest Euthydemus ait. Num idem? Idem sane. Non consentirem. Sed utrum meus Euthydemæ pater est duntaxat an & cæterorum hominum? Et cæterorum insuper. Nunquid putas eundem hominem patrem existentem non esse patrem? Puta, ram equidem Ctesippus inquit. An & aurum inquit aurum existens non esse aurum? & hominem existentem, hominem non esse? Tum Ctesippus, non ut fertur, Euthydemæ lino lino connectis. Rem grauem dicis, si pater tuus, pater est omnium. Est tamen. Verum hominum duntaxat, an eorum etiam cæterorumq; animalium omnium? Omnium prorsus. An & mater tua, mater omnium? Et mater. Ergo tua mater echinorū marinarum mater est. Et tu, inquit. Et tu rursus frater es gobiōrum, catulorum & porcellorum. Et tu, inquit. Quin etiam tibi pater est canis. Et tibi insuper. Hic Dionysodorus. Si mihi respondere Ctesippe uolueris, faciam ut ista concedas. Dic age, est tibi canis? Et molestus admodum canis Ctesippus ait. Habet catulos? Tales habet multos. An non illorum pater est canis? Prorsus. Signa nanque uidi ex quibus illorum patrem esse conicio. Nonne tuus est canis? Est. Nonne igitur pater existens, tuus est? Quare tuus pater sit canis, tuq; catulorum frater. Sed nequid Ctesippus puer obijceret, repente adiecit Dionysodorus. Paulum quid ultra responde. Canem hunc uerberas? Arridens Ctesippus ait, uerbero, te autem nequeo. An non igitur tuum patrem uerberas? Longe respondit iustius esset ut patrem uestrum uerberarem, qui disciplinam quandam adeptus, adeo sapientes filios genuit. Sed nunquid o Euthydemæ multa bona ex uestra sapientia uester & catulorum pater est consecutus. Neq; ille bonis multis indiget o Ctesippe neq; tu. Neq; tu etiam Euthydemæ, neq; alius quisquam hominum, inquit. Dic etenim Ctesippe mihi, utrum bonum esse censeas, uel ægrotanti pharmacum bibere quando indiget, an non, uel homini pugnatorio bonum esse ut armatus prodeat, an inermis? Arbitror equidem inquit, nempe expecto aliquid abs te egregium. Ipse uidebis optime, inquit. Verum responde, postquam confessus es bonum esse quando res postulat, pharmacum bibere, nunquid hoc bonum quam plurimum oportet bibere? optimumq; erit si quis terat, & in fundat poculo hellebori tantum quantum curru aliquo uehitur? Prorsus ita, Ctesippus ait, si tantus sit qui bibiturus est, quanta est statua Delphica. Nonne similiter & in bello, inquit, si bonum est armis fulciri, plurima arma habenda sunt, iaculorumq; & clypeorum circumferenda est sarcina? quandoquidem id bonum est. Et maxime quidem Ctesippus ait. Tu uero non putas Euthydemæ, sed unum duntaxat iaculum esse ferendum? Equidem inquit. Ita Geryonem, inquit, Briareumq; armares? ego autem putauit robustiorem te esse, sociumq; uel similiter istum, utpote uiros armigeros. Euthydemus quidem tacuit. Dionysodorus autem aduersus ea quæ primum Ctesippus responderat, intulit. Bonum tibi esse uidetur aurum habere? Valde quidem, respondit Ctesippus. An non & habere pecunias semper atque ubique? Maxime inquit. Nonne bonum esse aurum confiteris? Confessi iam sumus. Semper ipsum habere, & ubique oportet, & in seipso quammaxime? Beatissimus is esset, qui tria auri talenta in uentre haberet, talentum unum sub capitis ossibus, staterem autem id est nummum quendam, & pondus auri utrisque in oculis? Ferunt, inquit Ctesippus, o Euthydemæ, apud Scythas eos felicissimos optimosq; uiros esse, qui in sui capitis ossibus aurum multum continent, quemadmodum tu paulo ante canem dicebas patrem. Quodque magis est mirum, suis ex capitibus deauratis bibunt & hæc introspiciunt, uerticem frontemq; suam manibus attolentes. Ad hæc Euthydemus. Vtrum Ctesippe uident & Scythæ, & ceteri homines quæ possunt uidere, uel quæ non possunt? Quæ possunt plane. Nonne & tu? Et ego similiter. Viden nostras uerbes? Video. Possunt igitur hæc uidere. Mirifice, Ctesippus ait. Quid porro? inquit. Nihil. Ipse uero non putas has uidere? usque adeo iucundus es uir? Videris mihi Euthydemæ quodammodo extra somnum obdormisse, posseq; te puto dicentem nihil dicere. Et tu hæc facere uideris. Nunquid impossibile est, Dionysodorus ait, tacete, n. dicere? Impossibile, Ctesippus

Ctesippus inquit. Dicentem uero tacere? Possibile multo minus. Quædo igitur lapidem dicis, nonne tacentem dicis? Et quando lignum et ferrum similiter? Haud silere tibi ferrea cõcedam, Ctesippus ait. nam si quis pulset, sonare illa quidem, & reboare dicuntur. Quare quàm nihil dicas propter sapientiã hic non satis animaduertisti. Sed quod restat ostendite, possibile uidelicet esse, dicentem tacere. Certe mihi uisus est tunc uehementer Ctesippus propter amicũ contendere. Quando siles, inquit Euthydemus, nonne omnia siles? Equidem. Nonne & rem quamlibet dicentem siles? siquidem illa quæ dicuntur in numero omnium cõputantur. Quid uero? interrogauit Ctesippus, non silent omnia? Non, ait Euthydemus. An loquuntur omnia uir optime? Immo certe, quæ loquuntur. Nõ istud quærebam, inquit, sed utrum omnia sileant uel loquantur. Tunc subripiens sermonẽ Dionysodorus ait. Neutra & utraq;. Certe enim scio te quid huic responsioni obijctas ignora turũ. Statim Ctesippus, ut solet, effusus in risum clamauit. O Euthydemæ, tuus frater iam non amplius utriq; orationem transferet, sed prodidit & uictus est. Clinias quoq; admodum delectatus arrisit. Quare Ctesippus gestiens longius quam in decuplum latitã creuit. Uisus autem mihi est Ctesippus hæc ipsa illis seductione quadam per astutiam extorsisse. Neque enim sapientia talis apud alios est nostri temporis homines. Post hæc ego. Quid, inquam, rides o Clinia in rebus tam serijs tamq; pulchris? Sed ad me conuersus Dionysodorus, Tu uero aliquando rem pulchram uidisti Socrates? Multas equidẽ Dionysodore. Nunquid alias quam ipsum pulchrum? an eadẽ? Ego uero passim hæsitã ui inquã, nec iniuria me id perpeffum fuisse sum arbitratus, quippe qui tacere diutius non poterim. Simul autem respondi alias esse quam ipsum pulchrum, pulchritudinem tam men singulis quandam adesse. Si tibi adsit bos, inquit, nunquid ipse bos eris? & quia ego tibi nunc adsum, Dionysodorus es? Bona, inquam, uerba quæso. Sed ille, Quo pacto alterum adest alteri, cū alterum sit, & alterum? Nunquid tu, inquam, de hoc dubitas? Nempe iam illorum imitari sapientiã contendebam, utpote cupiditate illius accensus. Cur non dillorum, inquit, & ego, & cæteri omnes de eo, quod nequaquã existit? Quid ais Dionysodore? nonne pulchrum, pulchrum est, turpẽue, turper? Si mihi uideatur inquit. Nonne uidetur? Prorsus inquit. Nonne & idem, idem est inquam, & alterũ similiter alterum? non tamen quod est alterum idem? At ego nec puerum quidem suspicari hoc arbitrabar, quin quod alterum est, sit alterum. Verum o Dionysodore sponte id omisit. Videmini autem mihi tanquam artifices quibus conuenit peragere singula, disputandã rationem decore transigere atq; tradere. Nostin, inquit, quid singulis opificibus peragere conueniat? Principio quidem scis quem dec eat arecudere? Fabrum, inquam, ærarium. Quem uero luto fingere? Figulum. Quem rursus iugulare atque excoriare, & in frustra incisã carnes affare uel elixare? Coquum. Nonne quisquis conuenientia facit, recte facit? Maxime inquam. Conuenit autem ut ais coquum inquit, concidere & excoriare. Concessisti hæc, nec ne? Concessi, inquam, sed ignosce precor. Constat igitur inquit, siquis iugulans & incidens coquum elixet assuetus, conuenientia facere. Quin etiam siquis fabrum ærarium are cudat, & figulum fingat, decentia similiter operabitur. O Neptune inquam iam sapientiã illi uestrã colophonem imposuisti. Nunquid ista mihi quandoque sic aderit ut propria fiat? Cognosceresne, inquit, ipsam o Socrates propriã iam effectã? Si ipse uelis inquam, ego quidem. Quid porro, inquit, tua putas cognosceres? Equidem, inquam, nisi forte tu aliud dixeris. Abs te nanque oportet incipere, in hunc autem Euthydemum desinere. An non tua illa esse putas, inquit, quorum es dominus? tibiq; uti arbitrati tuo licet, ut boues & oues? hæcne tua existimas quæ uendere potes atque largiri, & cui uis deorum uouere? quæ uero non potes, non tua? Ego uero arbitratus præclaram aliquam inde quæstionem exorituram, & audiendã auiditate protinus inflãmatus, prorsus ita est inquam, talia nempe quædam mea sunt. Nunquid animalia inquit nominas illa quæ animam habent? Illa ipsa inquam. Fateris igitur ex animalibus illa duntaxat esse tua circa quæ potes hæc omnia facere, quæ modo dicebam? Fateor inquam. Hic ille ironice admodum seipsum continuit quasi magnum quiddam contemplaturus, deinde ait. Dic age mihi o Socrates. Estne tibi Iupiter patrius? Atqui ego suspicatus eõ rediturum esse sermonem quo deuenit, & per ambiguum quoddam diuerticulum secedens, rete quo uelut implicitus iam eram, effugi, respondi, Non est o Dionysodore. Miser, inquit, hoc

mo es, neq; Atheniensis, cui neq; dij patrj sunt, neq; sacra, neq; aliud quicquam præclarum atq; magnificum. Mitte inquam ista Dionysodore, ne male omīneris neque acriter erudias. Sunt enim mihi & aræ, & sacra domestica, patriq; & alia quæcunque id genus Atheniensibus adsunt. Cæteris, inquit Atheniensibus est patrius Iupiter. Non est inquam apud Ionas talis cognatio, neq; apud eos qui hac ex urbe manarunt, neq; apud nos, sed Apollo patrius propter Ionis genituram. Iupiter autem nobis patrius non uocatur, protector urbis tamen & curator tribus est dictus, & tribus curatrix Minerva. Sat est inquit Dionysodorus. Est enim tibi ut uidetur Apollo Iupiter & Minerva. Omnino. An non tui isti erunt dij: progenitores uidelicet atque domini? Nonne tui? An non tuos esse confessus es? Confessus sum inquam, quid tum? Nonne animalia isti dij sunt inquit? Concessisti porro quæcunque animam habent, animalia esse: isti uero dij non habent animam? Habent utique inquam. Sunt igitur animalia? Sunt certe. Ex animalibus autem illa tua esse dicebas, quorum apud te esset potestas ut pro arbitrio uenderes, largireris; dijsq; dicares. Recusare Euthydeme non possum quin ista concesserim. Statim ille sic in tulit; postquam tuum esse Iouem, tuosq; esse & alios fateris deos, licetne tibi uendere illos atq; largiri, & pro libidine tua ut animalia cetera quæ tua sunt tractare? Ego igitur Crito tanquam sermone percussus obmutui. Ctesippus autem succurrere mihi conatus ait; Papæ pro Hercules præclarum sermonem. Ad quem Dionysodorus. Vtrum Hercules pæpæus est, an papæus Hercules? Tunc Ctesippus ait, Pro Neptune, fortes duosq; sermones. Desisto iam. Inexpugnabiles uiri sunt. Hic profecto amice Crito, nullus præsentium continere ultra se potuit, quin illorum orationem laudibus summis extolleret; & hospites illi Dionysodorus Euthydemusq; risu, strepitu & lætitia exultantes gestientesq; ferme resoluti sunt. In superioribus nanque dum singula proferebantur, soli eorum sectatores protinus applaudebant. Hic autem pene ipsæ quoq; Lycæi columnæ cōclamare, plaudere, gestireq; uidebantur. Ego quidem sic affectus fui ut assererem, nullos unquam homines pari sapientia me uidisse. Atqui & illorum sapientia penitus mancipatus laudare illos & celebrare summpere cepti. O uiri inquam, ob miras dotes naturæ beati: quippe qui rem tantam tam facile tamq; breui tempore absoluisistis. Multa quidem & alia sunt in uestris sermonibus Euthydeme Dionysodoreq; præclara, in quibus id præcipue magnificum est, quod nulla uobis cura est aut uulgi, aut etiam illustrium hominum: sed semilium duntaxat. Equidem certo scio paucos esse, qui id genus sermonum diligant, & eos quidem uobis similes: cæteri autem sic illos ignorant spernuntq; ut erubescant uehementius, si ceteros illis conuincant, quam si ipsi ab alijs conuincantur. Hoc præterea populare & mansuetum uestri sermones habent: quod cum dicitis rem nullam bonam esse uel malam, neque albam, neque aliud quicquam talium, neque omnino aliquid ab alijs aliud: reuera quemadmodum gloriamini hominum ora planè obstruitis. Quia uero non aliorum tantum ora, sed uestra insuper, gratiosa res est: & sermonis odium offensionemque audientium deuicitatis. Maximum uero hoc est, quod hæc usque adeo uobis artificiose sunt adiuuenta atque instituta, ut breui cuilibet tradere ualeatis. Cognoui equidem, & Ctesippo mentem adhibeo, considero que quam subito imitari uos coeperit. Huius rei mysterium quam ocisime docere posse præclarum est, neque tamen operæ precium fore uidetur, ut coram multis hominibus differatis: immo uero si mihi credideritis, cauebitis prorsus ne in multorum cœtu loquamini: ne forte quamprimum ista percipientes gratias nequaquam habeant. Ista igitur inter uos tantum inuicem communitate, neq; alijs quicquam ea nisi argento exposito audiatis. Idem quoque si sapitis, uestris discipulis consuletis, ne unquam cum alijs quam secum atq; uobiscum de his loquamini. Quod enim rarum Euthydeme, id honorandū. Aqua enim uilissimo precio emitur, cum res sit natura preciosissima, ut ait Pindarus. Sed agite, inquam, Clinia hunc meq; suscipite. Cum hæc ô Crito & alia quædam breuia differuissemus, abiimus. Delibera igitur qui tecum unâ ad hos uiros accedas. Nam pollicentur omnes se docturos, quicunq; argentum dare parati sunt, neq; ingenium ullum uel ætatem excipiunt. Quod uero tibi maxime audire expedit, aiunt nihil cumulandæ pecuniæ studium prohibere quo minus quiuis sapientiam illorum facile percipere possit. C R I. Equidem ô Socrates audiendi cupidus sum, & libentissime differem. Videor tamen & ipse eorum unus esse qui Euthydemis miles

miles non sunt, sed illorum potius, quos tu paulo ante dicebas, qui capti uentis huiusce modi redargui malunt ab alijs; quam alios redarguere. Enim uero ridiculus essem, si ad monere te pergerem. Nihil tamen prohibet quæ ex ijs qui cœtu soluto à uobis discesserunt, audisti, tibi hunc referre. Deambulanti mihi obuius factus eorum quispiam qui in iudicialibus causis excellere plurimum aestimantur, O Crito, inquit, nihil ex istis sapientibus audiuisti? Nihil per Iouem, inquam: Audite enim me affectantem frequens turba tumultusq; prohibuit. Res tamen, inquit, auditu digna. Cur inquam? Vt audisses eos homines disputantes, qui in hoc sermonum genere cæteris præstant. Ad hunc ego. Quid tibi uisum est inquam? Quid aliud, inquit ille, quam quæ semper ex ijs hominibus audiuntur, dum nugantur, ac de rebus nullius momenti indigno quodam studio inuicem altercantur: nominatim hac oratione est usus. Tunc ego. Veruntamen gratiosa res est philosophia. Quid gratiosa, inquit, ô uir beate? An forte nullius precij? Atqui si paulo ante interfuisses, erubuisses, ut arbitror, amici tui gratia: qui usque adeo ineptus erat; ut seipsum tradere hominibus cuperet, quibus nihil pensi est quid loquantur, sed singula captant, obijciuntq; uocabula, cum tamen illi ut supra dicebam, ceteros tales nostræ aetatis uiros excellent. Profecto ô Crito, & studium hoc uilissimum est, & qui in eo uersantur, ridiculi. Mihi quidem ô Socrates haud recte rem ipsam improbare uisus est ille, uel quisquis alius improbet. Quod autem in cœtu multorum cum talibus uiris disputare quis studeat, merito uituperasse ille mihi uidetur. s o c. O Crito admiratione digni sunt hi uiri. Verum nondum quod dicitur sum noui. Quorum ex numero erat qui tibi obuius philosophiam uituperabat? Vtrum orator quispiam ex his qui in iudiciali concertatione ualent: an ex ijs qui tales ædunt conscribuntque orationes, quibus oratores in iudicio certant? C R I. Minime quidem orator, neque arbitror illum in iudicio unquam orasse, sed rem ipsam iudicalem optime intelligere ferunt, & elegantes orationes componere. s o c. Teneo iam. Atqui & ipse idem modo dicitur eram. Nempe hi sunt ô Crito, quos Prodicus inter philosophum, ciuilemque uirum confines statuit. Putant hi quidem se esse omnium sapientissimos, & uideri præterea tales apud quamplurimos: solos autem philosophos impedimento sibi esse, quo minus ab omnibus æque probentur. Censent itaque si communem aduersus philosophos opinionem hanc diuulgent, quod nullius precij sint, sine controversia sapientia gloriam se apud omnes summam reportaturos. Esse nanque se reuera sapientissimos, sed in priuatis sermonibus, cum Euthydemis sectatores aduersantur, impediri. Quod uero sapientes sint ex eo consentaneum uideri uolunt, quod satis habeant philosophia, satis etiam ciuilis peritia, & quantum oportet sint utriusq; participes, & extra turbulentos ciuiliū negociorum tumultus positi sapientia fructibus iucunde fruuntur. c r i. Nunquid dicere aliquid ô Socrates tibi uiri isti uidentur? s o c. Nequaquam. c r i. Veruntamen horum hominum sermo habet aliquid ue-risimile. s o c. Habet, ut dicis, ô Crito uerisimilitudinem potius quam ueritatem. Neque facile illis persuaderi potest, quod & homines & cetera omnia quæcunque duorum quorundam media sunt, & utrorumque participant, ita se habeant, ut quæ ex malo & bono sint, hoc quidem in meliora, illo deteriora fiant: quæ uero ex duobus bonis non ad idem conducentibus, utrisque deteriora ad opus illud peragendum, ad quod spectant utraque illa quibus fit compositio. Quæ autem ex duobus malis sint constituta, non ad idem tendentibus, hæc sola meliora sunt utrisque illis, quorum participant. Si ergo philosophia bona est, & ciuilis actio bona, sed ad aliud atque aliud utraque conferens, & hi utrorumque horum participes, utrorumque in medio sunt constituti, nihil concludunt. nam utrisque deteriores sunt. Sinautem unum quidem horum bonum, malum uero alterum, hoc quidem meliores, illo deteriores. Quod si utrumque malum, ita demum uera dicerent, aliter uero nequaquam. Neque uero confessuros illos arbitror mala esse utraque, neque unum quidem bonum, malum uero alterum. Sed profecto utrorumque hi participes utrisque ineptiores sunt ad illud, ad quod philosophia & ciuilis actio pertinet, & cum tertium locum teneant, primum usurpare non dubitant. Ignoscendum quidem illorum desiderio, neque indignandum, tales tamen esse censendi, quales & sunt. Nam unumquemq; diligere debemus, qui modo prudentia participes aliquid dicit, & uiriliter peragat. c r i. Equidem ô Socrates, ut sæpe tecum loquor, ambigo qua ratione filios meos

educem. Minor quidem natu tenerior est adhuc quam exigit disciplina: Critobolus autem adultus est iam, & aliquo indiget, quo dirigatur. Quoties tecum loquor, ita prorsus afficior, ut existimem insaniam esse filiorum gratia per cetera occupatum esse ut circa coniugium, nempe qui ex matre generosissima nascantur, deinde ut amplum illis patri- monium relinquatur, illorum autem educationem negligere. Verum cum ad eos respicio qui erudire homines profitentur, absterreo, mihiq; consideranti unusquisq; illorum longe ab ea re quam predicat, alienus esse videtur. Et ut uerum tibi fatear, non habeo quo pacto filium meum ad philosophiam exhorter & prouocem. S O C. O amice Crito, an ignoras in quouis studio uiles et nullius precij homines permultos esse? probos uero pau- cos, eosq; maximo in precio habendos esse? Nonne tibi uidetur pulchrum quiddam esse gymnastica, mercatura, rhetorica, res militaris? C R I T. Mihi certe. S O C. R. Nonne uides in unaquaque harum artium multos ad opus unumquodque ineptos & deriden- dos? C R I. Ita est, ac uera nimium loqueris. S O C. Ergo hac de causa studiane fugies omnia, & illa filio distuadebis? C R I. Haud decet o Socrates. S O C. Caue ergo ne quod dedecet, agas o Crito. Mitte curam hanc, utrum boni sint homines philosophia studio- si, uel mali: rem uero ipsam diligenter examina. Si inquirenti res praua uidebitur, non so- lum filios, sed omnes homines absterreto. Si autem tibi talis qualis & mihi appareat, se- quere eam uirilliter & exerce, atq; ad idem studium filios cohortare.

In quouis stu-
dio uiles per-
multos, pro-
bos uero pau-
cos esse.

ARGUMENTVM MARSILII FICINI
in Hippia minorem.




MIRIFICA Socratis Platonisq; nostri bonitas. cum diligentissime multis ubiq; modis provideat ne iuuentus credula subdolis sophistarum aucupijs capiatur, captaq; perdat, nō iniuria Hippia- m. Elenctem sophistarum insolentissimum atq; fallacissimum duobus dialogis agit, Maiore uidelicet atque Minore. In maiore quidem demonstrat Hippiam rerum professorem pulcherrimarum om- nino quid ipsa pulchritudo sit ignorare. In minore uero eum dem se iactantem quod ante alios mendacem & uer- race discernat, ostendit in utriusque definitione prorsus errare: ut patet Hippiam, ut omnium arrogantissimus est, ita & ignorantissimum esse, atque ineptissimum apparere. Mitto nunc quod eum ut mos est sophistarum, iactabundum & temerarium auarumq; depingit: & cum promittat omnia, in omnibus dantem uerba, nihil uero præstantem: cumq; maximis gloriatur, uel in minimis claudicantem. Sed ut ad mendacis ueracisq; definitio- nem redeamus, mendax rite describendus erat, qui maxime uelit, utcumque possit sciatq; mentiri. Verax autem contra, qui maxime uelit utcumque possit & sciat, uera loqui. At Hippias inertissimus artium magister om- nium, confusissimusq; ueracis mendacisq; discretor, ordine definit opposito, dicitq; mendacem qui maxime possit sciatq; mentiri quotiescunque uoluerit: Veracem uero, qui quandoque uoluerit queat & sciat uera lo- qui. Unde cogitur primum sateri mendaces esse potentes, scientes, prudentes, sapientes. Deinde & bonos ad illa ad que potentes sunt atque sapientes. Tertio per artes singulas deducendo compellitur in qualibet tam- re quam arte sateri eundem esse ueracem atque mendacem, quod negauerat ab initio. Si quidem in qualibet ille qui optime calleat, idem maxime potest & scit pro arbitrio uera loqui pariter atque mentiri. Quarto ad conce- dendum inducitur ueracem nihilo meliorem esse mendace: quandoquidem quam sufficiens bonusq; est uerax ad loquendum uera, tam sufficiens bonusq; appareat mendax ad mentiens dum. Post hæc Socrates sophistam in ambiguitatem adducit, uter delinquat grauius, num qui mentitur uolens, an qui nolens. Id uero sophista ne- scit soluere, neque Socrates quidem soluere uult sophista. Est autem ita soluendum. In his quidem que ad in- telligentiam pertinent minus errare qui mentiuntur sponte: in his autem que ad mores spectant, errare ma- gis. Eum uero qui nolens dicit mendacium, contra se habere. Deinde ambigitur utri magis errent, num qui de- dita opera, an qui infirmitate uel ignorantia peccant. probaturq; longis in ductionibus, in his que ad naturam & artem, illarumq; instrumenta pertinent, grauius esse uitium uel impotentia uel ignorantia com- missum, quam malitia perpetratum. Si quidem nature bonum in ipsa potentia, bonum uero artis in hac ipsa, at- que insuper in cognitione consistit. Malum igitur in oppositis. Ex his autem extra propositum Socrates Hip- piam ad mores transfert, concludens idem in genere morum, quod & in natura artisq; genere. Quod quidem & si intelligit Socrates fieri non debere, studet tamen declarare sophistam id nequaquam animaduertere. Profe- ctio in his que ad uoluntatem moresq; pertinent, grauius delinquitur malitia, id est quodam uoluntate peccandi, quam si uel per impotentiam uel per ignorantiam delinquatur. Postremo Socrates in iustitiam esse dicit uel po- tentiam

tentiam uel scientiam uel utrumque. Addere sciebat, sed nolebat tertium, scilicet uel uoluntatem. Iustitia enim ma- xime in uoluntate consistit. Id uero declarare uoluit latere sophistam. Sed iam argumentum superioribus præce- ptis his concludamus. Docendum sine inuidia. Absque rubore discendum. Gratia semper habenda docti. Alie- na inuenta sibi non usurpanda.

HIPPIAS MINOR PLATONIS VEL
DE MENDACIO TRANSLATVS A MARSILIO FICINO
NO FLORENTINO AD PETRVM MEDICEM

EVDICVS SOCRATES HIPPIAS



IV VERO quidnam taces Socrates cum tam multa Hippias hic o- stenderit? Cur non aut comprobas dictorum aliquid, aut redarguis siquid minus recte dictum tibi uidetur? præsertim cum & ipsi infe- riores discefferimus, qui nobis non mediocre philosophia studium uendicamus. S O C. Sunt Eudice nonnulla ex his que circa Home- rum dicebat Hippias, de quibus percontari cupio. Audiui equidem ex Apemanto patre tuo, Iliadem apud Homerū eo præclaris poe- ma esse Odyssea, quo Achilles Vlysse præstantior. In Achillem nan- que poema unum, in Vlystem alterum aiebat esse compositum. De hoc ergo sciscitari ab Hippia si modo ei placet, affecto, utrum illorum hominum præstantiorem asserat, post- quam alia multa ac uaria de Homero, ceterisq; poetis sunt nobis ostensa. E V. Nulla pro- tus inuidia prohibebit quin Hippias interroganti respondeat. Respondebis nec ne Hip- pia si quid Socrates quaerat? H I P. Haud recte agerem Eudice, si nunc Socratis interroga- tionem respuerem, qui solitus sim semper ex Elide patria ad Olympica festa, quò Græci ad communem celebritatem undiq; confluunt, me conferre, ipsumq; me ibi apud tem- plum præbere cuiq; declarantem quodcumq; demonstrari quis cupiat, & ad interrogatio- nes singulas respondentem. S O C. O quam felix tibi fors contigit Hippia, si adeo confusus animi sapientia qualibet Olympiade ad sacrum aduentas. Mirarer profecto si quis circa corporis exercitationem athleta illuc certaturus accederet tam corporis uiribus quam tu- mentis subtilitate confusus. H I P. Merito sic affectus sum Socrates: nam ex eo tempore quò cœpi in Olympicis exerceri, neminem repperi adhuc me aliqua in re superiorem. S O C. Præclarum hercle quod ais Hippia, atq; hæc gloria tua & patriæ & parētib; erit quod- dam sapientia monumentum. Verum quidnam de Achille & Vlysse iudicās? Vtrum ho- rum præstantiorem, & qua in te putas? Porro dum multi intus essemus, tuq; differeres, quædam me uerba subterfugerunt: piguit tamen perquirere, tum quod turba erat pluri- ma, tum etiam ne orationi tuæ impedimento forem. Nunc uero postquam pauciores su- mus, & Eudicus hic quaerere iubet, liquidius nobis ostende quod de his uiris dicebas, quòue pacto diiudicabas. H I P. Volo equidem Socrates apertius quam tunc in præsen- tia referre, quæ de his & de alijs sentio. Homerum assero omnium qui Troiam obfede- runt optimum uirum finxisse Achillem, sapientissimum Nestorem, apprime uersutum multiformeq; Vlysem. S O. Papè o Hippia. An mihi in hoc gratificaberis? ne me uideat- cet rideas, si ad percipiendum tardior fuero, ac sepius requisuero? Dignare mihi obsecro li- benter ac facile respondere. H I P. Turpe quidem esset o Socrates, cum alios eadem do- ceam, & pro ijs pecunias exigam, si tibi quaerenti nō indulgerem, nec læto animo respon- derem. S O. Præclare admodum loqueris. Equidem cum optimum uirum Achillem si- ctum fuisse dicebas, sapientissimum Nestorem, uisus mihi tum quod diceret intelligere. Cum uero Vlysem uersutum & multiformem, ut uerū fatear quid significare uelles non intellexi. Atque mihi dicas: forte enim hinc magis percipiam: nūquid & Achilles ab Ho- mero multiformis uersutusq; inductus fuerit, nec ne. H I P. I A S. Minime o Socrates, sed simplex omnino. Quoniam in supplicationibus ipsis cum eos disceptates inducit, ita ad- uersus Vlysem loquentem facit Achillem.

O multum generose doli fabricator Vlyfles,
 Conuenit intrepide me uestra refellere dicta,
 Vt fieri debere puto, fallacibus ipsum
 Neme figmentis hinc obtundatis & illinc.
 Is magis est quoniam quam nigri ianua ditis
 Inferius nobis, aliud qui pectore claudit,
 Inde palam profert aliud quodcumq; uidetur.
 Ast ego nunc dicam credo uelut esse futurum.

His in carminibus morem utriusque declarat, Achillem esse ueracem atque simplicem, Vlyfsem uersutum atq; mendacem. Hæc siquidem apud eum Achilles aduersus Vlyfsem infert. s o c. Videor iam quod ais ô Hippia intelligere. Versutum enim mendacem uocas, ut apparet. H I P. Maxime quidê ô Socrates. Talem nempe Vlyfsem sæpe & in Iliade & in Odyfsea fingit Homerus. s o c. Ergo existimauit Homerus alium quidem esse ueracem uirum, alium uero mendacem, neque utrunque eundem esse. H I P. Quid prohibet Socrates? s o c. An idem & ipse censet Hippia? H I P. Maxime omnium. Nimis enim errarem, si aliter ipse sentirem. s o c. Homerum quidem mittamur, cum ab eo sciscitari non liceat, quæ eius fuerit in cõdendis his carminibus sententia. Postquam uero tu causam suscipis, tibiq; ea uidentur quæ dicere Homerum asseris, pro Homero simul ac teipso responde. H I P. Fiet. Interrogâ paucis quod lubet. s o c. Mendacês ne uocas illos qui facere aliquid nequeant, ut in ualidos defessôsue, an eos qui facere aliquid possint? H I P. Potentes, & maxime quidem, cum in alijs multis, tum etiam in decipiendis hominibus. s o c. Potentes itaque sunt secundum sermonem tuum, atque uersuti, nonne? H I P. Certe. s o c. Versuti uero sunt & subdoli stoliditate quadam & imprudentia, an astutia potius atque prudentia? H I P. Astutia maxime omnium atque prudentia. s o c. Prudentes ergo sunt ut uidetur. H I P. Valdê per Iouem. s o c. Prudentes uero cum sint, num ignorantes sunt? H I P. Immo scientes maxime. Nam ob hoc alios seducunt. s o c. Cum ergo scientes sint harum rerum quas sciunt, utrum insipientes sunt, an potius sapientes. H I P. Sapientes uidelicet in his ipsis ad decipiendum. s o c. Siste obsecro, repeta mus dicta, ut quid dicas inspiciamus. Mendaces esse ais potentes prudentesq; scientes item & sapientes circa illa de quibus mendaces? H I P. Aio. s o c. Alios autem ueraces esse, alios contra mendaces, atque hos inter se longe contrarios? H I P. Aio & ista. s o c. Ex hoc ergo sequitur ut mendaces ex potentum sapientiumq; numero sint. H I P. Maxime. s o c. Cum uero dicis potentes & sapientes esse mendaces ipsos ad eadem, utrum dicis potentes esse ad mentiendum si uelint, uel impotentes ad ea quæ mentiuntur? H I P. Potentes equidem. s o c. Vt ergo summatim dicamus, mendaces sunt qui ad mentiendum potentes sapientesq; sunt. H I P. Plane. s o c. Ergo qui uir mentiri nequit neque scit quicquam, non erit mendax. H I P. Sic est. s o c. Potens autem est qui facit quod uult, & quando uult. haud morbo uel quibusdam talibus impeditum inquam, uerum quemadmodum tu meum nomen quotienscumque uis, scribere potes, ita nunc interrogo. An non hominem sic affectum, potentem uocas? H I P. Sane. s o c. Dic ô Hippia, nonne es numerandi computandiq; peritus. H I P. Maxime omnium. s o c. Siquis ergo te percontetur ter septingenta quantum compleant numerum, nonne modo uelis, omnium quam ocyssime atque maxime uera de his respondebis? H I P. Profus. s o c. Nunquid ex eo quod circa ista potentissimus & sapientissimus es? H I P. Nempe. s o c. Vtrum sapientissimus es ac potentissimus duntaxat? an etiam circa eadem optimus, circa quæ sapientia & potentia præstas, hoc est in numeris computandis? H I P. Et optimus insuper Socrates. s o c. Vera itaque de his præ cæteris maxime dicere posses, an non? H I P. Reore quidem. s o c. An & falsa circa eadem? Age nunc Hippia ut & supra generose magnificeq; responde. Si quis quærat ter septingenta quot sunt, tu ne magis de his mentiere, semperq; secundum eadem falsa de his pronuncabis, mentiri, & nunquam uera proferre uolens? an qui numerorum ignarus est, poterit magis mentiri quam tu etiam si mentiri uoles? an contra potius ignorans sæpe dum uolet falsa proferre, uera forte præter sententiam proferet, quia rem ipsam ignoret; tu uero cum sapiens sis, semper dum mentiri uoles similiter mentieris? H I P. Est ut dicis. s o c. Mendax itaque utrum circa alia

falsa mendax est, non tamen circa numeros, neq; de numero mentietur? H I P. Imò & circa numeros. s o c. Ponamus igitur hoc Hippia, circa computationem ac numerum aliquid esse mendacem. H I P. Certe. s o c. Quis hic erit? necesse est ut mentiri possit ut ipse dicebas, si mendax futurus est. Nempe abs te dictum est, si recordaris, eum qui mentiri nequeat, non esse mendacem. H I P. Recordor equidem, atq; ita dictum. s o c. Nonne paulo ante contigit te esse ad mentiendum in computandis numeris potentissimum. H I P. Ita dictum fuit & istud. s o c. Num & quam maxime es ad uera proferenda de numeris istidem potens? H I P. Valde. s o c. Idem ergo potest maxime in computando uera loqui atque mentiri: is autem est qui bonus est in numeris, uidelicet computator. H I P. Sic omnino. s o c. Quis igitur alius Hippia in computando fit mendax nisi qui ad idem bonus? Hic enim potens, hic & uerax. H I P. Apparet. s o c. Cernis eundem ueracem esse in his atq; mendacem, & nihil meliorem mendace ipso ueracem esse, iidem nanq; sunt, neque ualde contrarij, ut tu nuper existimabas. H I P. Haud certe nunc in his apparet. s o c. Vis ne in alijs quoq; consideremus? H I P. Vt lubet. s o c. Nonne es & geometriæ peritus? H I P. Sum. s o c. An non idem in geometria contingit? Porro idem falsa quam maxime de figuris pronuciare potest, qui & uera. Est autê is geometra. H I P. Profecto. s o c. An alius ad hæc præter hunc bonus? H I P. Non alius. s o c. Nonne bonus ac sapiens geometra utraq; potest? Et si quis alius in figuris mendax, is maxime qui in istis est bonus: hic siquidem potens, malus autem ad mentiendum impotens. neq; unquam fit mendax qui est impotens mentiendi, ut est concessum. H I P. Sunt hæc uera. s o c. Tertium insuper inspiciamus astronomum, quam ipse artem magis etiã quam superiorem, soles Hippia profiteri. sic ne? H I P. Sic certe. s o c. An non eadem in Astronomia contingunt? H I P. Contingunt. s o c. Quare & in astronomia si quis alius mendax, is erit maxime qui bonus astronomus. H I P. Is nanq; mentiri summo opere potest. neq; enim qui impotens est, is enim inscius est. s o c. Idem ergo & in astronomia uerax erit & mendax. H I P. Videtur. s o c. Age Hippia passim ita per omnes scientias cogita, num ita sit an aliter. nam ante alios omnes plurimis artibus es ornatus. Quemadmodum ego te quandoque iactantem audiui, quod sapientia multa exoptandaq; præ cæteris abundares, & in foro inter mensas disputado deambulantiem: cum diceres te quondam Olympicum adisse certamen, corporis ornatum spectandum, & omnia corporis ornamenta proprijs manibus confecisse. Primo quidem anulum quem habebas, hinc enim cepisti, tuum fuisse opus, quasi esses sculpendi peritus. quinetiam sigillum quoddam, tuum opus, & strigilem, & uasculum unguentarium similiter opus tuum, calceos quinetiam tuis consutos manibus, uestem & interulam abs te contextam. Quodue admodum mirabile uisum est, & singularis sapientiæ indicium, cingulum dicebas ostendisse te opus tuum Periclis preciosisq; simile. Item tua quædam poemata, carmina, tragædias, Dithyrambos, & orationes plurimas uariasq; stylo pedestri compositas: præterea te illa quæ in superioribus commemorabam ante alios omnes tenere, & in rhythmis harmonijsq; & studio literarum ac in cæteris generis huius permultis, si recte recordor excellere. At uero prætermiseram tuæ memoriæ artificium, quo pollere te mirum in modum existimas. forte uero & alia multa sum oblitus. Verum quod dixi, & in tuas (quæ multæ nimis sunt) & in aliorum artes respiciens, dic age si repperis usquam ex his quæ inter nos concessa fuerunt, à mendace ueracem esse diuersum, neque eundem existere. In qualibet autem sapientia calliditate, uel quomodo cumque appellare iuuat, quare. Sed nunquam ô amice inuenies: neque enim est usquam; quod si est alicubi, dicas. H I P. Haud in præsentia inuenio Socrates. s o c. Neque inuenies posthac, ut arbitror. Si autem uera loquor, recordare Hippia quid ex superioribus sequitur. H I P. Non satis aduerto quod loqueris Socrates. s o c. R. Nihil opus est in præsentia memoriæ artificio: patet enim quod non putas oportere, sed ego tibi in memoria reducam. Recordaris dixisse te Achillem uirum fuisse ueridicum, Vlyfsem uero mendacem atque uersutum. H I P. Vtique. s o c. R. Nunc autem sentis eundem apparuisse ueracem esse atque mendacem. Ideo que si mendax erat Vlyfles, erat & uerax. Item si ueridicus Achilles, erat & mendax: neque differentes hi uiri inuicem neque contrarij, immo similes extiterunt. H I P. I A S. Semper tu quidem Socrates captiunculas tales contextis, & occupans quod in sermone molestissimum est, ad hoc

Refertur Hippias sibi fecisse anulum, uestes etc.

hoc inſtas, & minima quæq; contrectas, neq; aduerſus totam rem ipſam de qua eſt ſermo, contendis. Nanq; ſi uelis, nunc pluribus argumentis ſufficientiq; ratione oſtendam tibi Homerum, Vlyſſe meliorem Achillem ueracemq; finxiſſe: Vlyſſem uero ſubdolum, & in pluribus mentientem, atq; Achille deteriorē. At ſi tibi placet, uiciſſim reſponde, cumq; mea orationem tuam compara, qua oſtendas alterum meliorem eſſe: atque ita præſentes hi magis intelligent, uter noſtrum rectius loquutus fuerit. s o c. Haud iſtud dubito, uel contendo Hippia, quo minus me ſapientior uidearis, cedo equidem tibi. Verum conſueui ſemper cum aliquis de re aliqua diſputat, diligenter attendere, præſertim quando qui loquitur, ſapienter eſſe mihi uidetur. Tunc ſane diſcendi auſus quæ dicit obſeruo, exquirō, conneſto ac repeto, ut clariſus dicta percipiam. Sin autem dicentem ipſum paruifacio, neq; requiro ab eo quicquam, neq; quid dicat attendo. Atq; hac ipſa conieſtura comprehendens, quos aſtitem ſapientes. Cernes enim me uerba illorum accuratiſſime auſcultantem, ſciſcitantemq; ab illis, ut aliquid diſcendo in uita proficiam. Et nunc quidem cum dicta tua animaduertentem, quibus illorum carminum teſtimonio Achillem oſtendis aduerſus Vlyſſem ut iactabundum dicere, mirum quiddam mihi uiſum eſt, ſi uera dixeris. Quoniam Vlyſſes ipſe uerſutus, mendaciū nullius redargui poteſt: Achilles autem uerſutus & uariuſ ſecundum ſermonem tuum eſſe uidetur, mentitur enim. Nam cum ea pronunciaſſet carmina quæ tu nunc recenſuiſti.

Iliad.

Is magis eſt quoniam quam nigri ianua ditis
Inſenſus nobis, aliud qui pectore claudit,
Inde palam profert aliud quodcunq; uidetur.
Non mihi uerſutus poſthac ſua debet Vlyſſes,
Non Agamemnon, Troianis inſistere terris.
Sed cras ipſe Ioui reliquisq; ubi ſacra pararo
Cœlicolis, curuo collectas littore naues
In mare deducam, prima quas luce uidebis
Nare per Hellespontiacum mare piſcibus aptum.
In quibus aſpicias, cupias modo uiſere, fortes
Edoſtoſq; uiros remis incumbere, nam ſi
Neptunus uentis implebit uela ſecundis,
Tertia frugiferis Phthiæ lux ſiſtet in oris.

Item ſupra aduerſus Agamemnonem iurgans ait.

Iliad.

Nauibus ecce domum nigris, quia præſtat, abibō
In patriam Phthiam: neq; enim mens oprat ut hic te
Diuitijs repleam ualidis inglorius armis.

Hæc ſatus, tum coram omni exercitu, tum ad eius amicos, nuſquam apparet uel ſe ad opus accingere, uel naues trahere, ut domum reuerſurus, immo parum admodum curare ut uera ſint quæ loquitur. Equidem Hippia ab initio te rogauit, cum ambigerem uter horum apud poetam præſtantior habeatur, putaremq; utrunque uirum optimum eſſe, & difficile cognitu uter horum excellat magis mendacio, & ueritate, aliaq; uirtute. Ambo enim in hoc quàm proximi ſunt. H I P. Haud recte diſcernis o Socrates. Nam quæ mentitur Achilles, non ex inſidijs, ſed inuitus propter exercitus caſum mentiri uidetur, coactus reſtare atque ſuccurrere: Vlyſſes autem ſponte ac dolo. s o c. Decipis me chariſſime Hippia, ipſeq; imitaris Vlyſſem. H I P. Minime omnium Socrates. quidnam dicis? & qua ratione? s o c. Quoniam Achillem ais non ex inſidijs mentiri, qui uſque adeo ſeducor erat atq; inſidiator præter ipſam iactantiam, ſicut fingit Homerus, ut tanto eſſet Vlyſſe callidior, ut ipſi uanitatem abſconderet ſuam, dum coram eo contraria ſibi ipſi loqui uideret, Vlyſſemq; falleret. Quocirca aduerſus eum nihil inferre uidetur Vlyſſes, ut pote qui mendacium non aduertit. H I P. Quænam iſta dicis o Socrates? s o c. Neſcis quod ad Vlyſſem inquit, prima luce ſe diſceſſurum: ad Aiacem uero non ita, ſed aliter? H I P. Vbi nam? s o c. His in carminibus.

Iliad.

Diri nulla prius belli me cura tenebit,
Hæctora quàm Priami natum ueniſſe ſub armis
Myrmidonum naues tentoria longa petentem

Audiero

Audiero, premat Argiuos qui Marte ſubactos,
Quiq; rates ignem poſthac iaculetur in ipſas.
Hæctora nanq; meas naues aut caſtra furentem
Haud reor auſurum dubio contingere bello.

An cenſes Hippia uſque adeo obliuiouſum fuiſſe Theridis filium à Chirone ſapientiſſimo eruditum, ut cum antea in uanos iſtos iactatores uehementiſſima oratione inuectus eſſet, ipſe conſeſſim Vlyſſi quidem quaſi ſuiſſimus oblitus dixerit nauigaturum ſe, Aiace uero commoraturum, potius quàm inſidiatus, cum Vlyſſem cognoſceret ſeniorē, comentiſq; machinamentiſ & dolis ſe longe potentiorē. H I P. Haud dolo dixiſſe iſta mihi uidetur Achilles, immo ipſa ſimplicitate aliter perſuaſus, aliter cum Atace quàm cum Vlyſſe fuiſſe loquutus. Vlyſſes autem, ſeu uera, ſiue falſa loquatur, ſemper inſidias tendit. s o c. Melior ergo, ut uidetur, eſt Vlyſſes Achilles. H I P. Minime o Socrates. An non ſupra uidiſti: ſunt qui ſponte mendacium dicunt meliores eſſe quàm qui non ſponte? H I P. Quoniam pacto Socrates qui ſcientes uolentesq; iniuriantur, lædunt, meliores eſſe poſſunt quàm qui hæc præter ſententiã faciunt: quando quidem multum ignoſcitur illi qui per ignorantiam iniuriã inferunt, mendacium loquitur, uel aliud quicquam committit mali: legesq; in eos ſeuerius animaduertunt qui uolentes mala faciunt, mentiunturq;, quàm qui nolentes. s o c. Vides Hippia uera me loqui, cum dico accuratum eſſe me ad ſapientum uirorum interrogaciones: cumq; in ceteris ualde deſiciam, hoc tantum habeo boni. Quæ enim natura ipſa rerum ſit, neſcio, quod hinc maxime conieſtare licet, quia quoties cum aliquo ueſtrum loquor, qui opinio ne excellit ſapientiã, teſtesq; doctrinæ Græcos omnes habetis, ſcire nihil appareo. Nunquam enim idem mihi, ut ita dixerim, ac nobis uidetur. Quod autem euidentius eſt inſcitia argumentum, quàm ſi quis à ſapientibus uiris diſſentiat: Mirificum tamen hoc habeo bonum, quod me ſeruat, quoniam ſine rubore uerecundiæ ad diſcendum me præparō. Rogo autem ac ſciſcitor, gratiamq; ingentem habeo respondententi, nec ulli unquam ingratis exſtitit, neque apud auditores unquam uendicauit mihi aliorum inuenta, ſed docentem laudibus ſemper extollo, illiq; apud omnes quæ ſua ſunt, tribuo. Atqui & nunc quæ dicis ipſe, nequaquam admitto; immo longe diſſentio, & hoc mea culpa contingere certe ſcio: quippe qui talem eſſe me fatear qualis ſum, ne me extollam. Mihi quidem Hippia omnino cōtra ac tibi uidetur. Opinor ſiquidem eos qui ſponte lædunt homines, iniuriantur, mentiuntur, decipiunt, delinquant, meliores eſſe his qui non ſponte. Nonnumquam uero contra iudico, & circa hæc oberro, utpote qui rem ipſam ignorem. Ecce nunc animi morbus me quidam inuaſit, uidenturq; mihi qui propoſito circa aliquid peccant, meliores eſſe, quàm qui præter ſententiã errant. Huius autem mali ſuperiores ſermones cauſam duco, quibus ſit, ut in præſentia exiſtimem eos qui non ſponte peccant, deteriores eſſe his qui ſponte. Ergo tu mihi ignoſceſ, nec ulla inuidia te detineat, quin animum meum cures. Multo mihi maius beneficium conferes, ſi inſcitia liberaueris animum, quàm ſi ægritudine corpus. Si hoc uelis multis uerbis efficere, prædico tibi hunc in modum te minime curaturum. neque enim aſſequar. Sin autem ita ut ſupra, reſpondere uolueris, admodum mihi proderis. ſpero autem tibi hoc haud noxiū fore. Merito uero te nunc inuocabo Apemanti ſili. Nam ipſe me induxiſti, ut cum Hippia diſputarem. Quare ſi nunc Hippias reſpondere noluerit, pro me ipſe intercedito. E v. Nil opus eſt meis ad Hippiam precibus Socrates. Neque enim id propoſuit, ut coactus uide licet reſponderet; imò ſe libenter omnibus reſponſurum eſt pollicitus. Nonne hæc ſunt Hippia quæ dicebas? H I P. Dicebam equidem. Verum Socrates hic o Eudice ſemper dicentes interturbat, & quaſi præſtigiator quidam eſſe uidetur. s o c. Uir optime Hippia, haud ſponte hæc facio. eſſem utique ſapienter ſecundum ſermonem tuum atque aſtutus. Verum præter ſententiã ago, quã obrem ignoſce mihi. Ais enim non ſponte peccandi ignoſcendum eſſe. E v. Haud aliter facias Hippia, ſed noſtri gratia, & propter ea quæ ſupra tibi dicta ſunt, reſponde ad ea quæ interrogat Socrates. H I P. Reſpondebo equidem, cum tu roges. Pete ergo quod lubet. s o c. Vehementer cupio Hippia, quod modo dictum eſt, conſiderare, utri meliores ſint; an qui ſponte uolentesque peccant, an qui contra. Spero autem hunc in modum rectiſſime poſſe conſiderari. Reſponde iam.

Argumentum inſcitia eſt à ſapientibus diſſentire. Docentis atq; diſcentis officia

Viri meliores qui ſponte uolentesque peccant, an qui contra Vocas

Vocás ne curforem aliquem bonum? H I P. Equidem. S O C. Et malum? H I P. Ita. S O C. Nonne bonus qui bene currit, malus qui male? H I P. Certe. S O C. An non qui tarde currit, male currit? qui autem uelociter, bene? H I P. Proculdubio. S O C. In ipso itaque cursu celeritas quidem bonum, tarditas autem malum. H I P. Quid tum? S O C. Vter ergo cursor est melior? utrum qui sponte currit tarde, an qui secus? H I P. Qui ultro. S O C. Nonne currere est aliquid facere? H I P. Facere utique. S O C. Facere autem aliquid operari? H I P. Profecto. S O C. Ergo qui male currit, malum hoc, & turpe operatur in cursu. H I P. Malum. Quid nunc? S O C. Male autem currit, qui tarde currit. H I P. Sane. S O C. Nonne igitur cursor bonus de industria malum hoc, & turpe operatur, malus præter propositum? H I P. Videtur. S O C. In cursu igitur deterior est qui præter uoluntatem agit mala, quam qui uolens. H I P. In cursu plane. S O C. Quid autem in palæstra? uter luctator est melior? num qui dedita opera cadit? an qui inuitus? H I P. Qui dedita opera. S O C. Ita uidetur. Peius autem ac turpius in palæstra cadere, an deijcere? H I P. Cadere. S O C. Et in palæstra igitur qui studio mala agit, & turpia, melior luctator est, quam qui imbecillitate atque inertia. H I P. Videtur. S O C. Quidam in omni reliquo corporis usu? nonne qui corpore robustior atque aptior est, facere pro arbitrio utraq; potest, tam quæ robusti hominis sunt quam quæ debilis, & pulchra & turpia? Quapropter qui habitu corporis præstat, quoties mala secunda dum corpus facit, uolens efficit, imbecillis autem inuitus. H I P. Videtur quoque idem circa robur contingere. S O C. Quid uero de ipsius figuræ concinnitate dicendum? nonne formosioris meliorisq; corporis est, impenia opera turpes figuras confingere, deformis autem contra? quid tibi uidetur? H I P. Quod & tibi. S O C. Figuræ itaque in concinnitate uoluntaria ad uirtutem corporis attinet, contraria uero ad uitium. H I P. Apparet. S O C. De uoce uero quid ais? Vtram meliorem asseris? ex animi ne uoluntate diffonam, an ex inertia? H I P. Ex animi uoluntate. S O C. Alteram uero peiorem. H I P. Absque dubio. S O C. Vtrum bona optas habere an mala? H I P. Bona. S O C. Vtrum eligeres pedes habere qui dedita opera claudicarent, an qui inuiti? H I P. Eos plane qui de industria. S O C. Claudicatio pedum nonne uitium est atque deformitas? H I P. Est. S O C. Hebetudo autem nonne uitium est oculorum? H I P. Vitium. S O C. Vtros igitur potius oculos eliges, eos ne quibus sponte quis confuse uideat uel peruerse inspicat, an contra quibus nolens male aliquis uideat. H I P. Eos quibus uolens. S O C. Ex his uero quæ tua sunt, potiora censes illa quæ male agunt sponte, quam quæ inuitat? H I P. Eiusmodi quædam uidelicet. S O C. An non & reliqua omnia, aures, nares, os, omnesq; sensus ratio una comprehendit, quæ docet sensus præter propositum peccantes, eligendos esse nunquam, utpote qui prauis sint: eos autem qui ex instituto tanquam bonos, potius eligendos? H I P. Mihi quidem uidetur. S O C. Quorum uero instrumentorum melior usus? Vtrum quibus uolens aliquis errat, an quibus nolens? Ceu gubernaculum, utrum melius illud quo de industria quisquam male gubernet, an quo inuitus? H I P. Quo de industria. S O C. Nonne arcus similiter, & lyra, & tibia, ac cætera omnia? H I P. Vera loqueris. S O C. Vtra equi anima ad possidendū melior, ea ne qua sponte quis male equitet, an qua inuitus? H I P. Qua sponte. S O C. Est itaque melior. H I P. Est. S O C. Meliori igitur equi anima mala huius animæ opera uolens quis faciet, contraria uero contra. H I P. Omnino. S O C. Nonne eadem de anima canis cæterorumq; animalium ratio? H I P. Eadem. S O C. Vtrius autem sagittatoris animā tanquā meliorem eligeres? Illius ne qui uolens aberrat à signo, an illius qui nolens? H I P. Illius qui ultro? S O C. An non hæc ad sagittandi artē melior? H I P. Melior. S O C. Quare anima quæ aberrat in scia, deterior est ea quæ sciens aberrat. H I P. In sagittandi uidelicet facultate. S O C. Quid uero in studio medicinæ? nonne quæ medendo dedita opera mala quædā corporibus infert, quo ad medicinæ artē pertinet, peritior est quæ illa quæ per ignorantiam peccat? H I P. Plane. S O C. Ergo hæc in medicinæ arte est melior. H I P. Melior. S O C. Vtra uero ad citharam pulsandam uel inflandas tibias, & alia uniuersuifq; artis, uel scientiæ opera est instructor, nonne ad hæc & melior? & si quando præter artem male quid facit, de industria facit: quæ uero deterior, præter sententiam? H I P. Apparet. S O C. Seruorum autē animas eligemus potius quæ scientes circa ministerium peccant, quam quæ ignorantes, quasi ad hæc opera meliores? H I P. Sane. S O C. Animā uero nostram, nonne quam optimam exoptamus habere? H I P. Nempe. S O C. An non melior erit, si sponte mala facit atque delinquit, quam si nesciat?

H I P

H I P. Graue id esset o Socrates, si qui sponte iniuriantur, meliores essent his qui non sponte. S O C. Ex his tamen quæ supra dicta sunt, sequi uidetur. H I P. Mihi uero nequaquam. S O C. Putaram Hippia idem tibi quodq; uideri. Responde igitur iterū. Iustitia nonne uel potentia quædam est, uel scientia, uel utrunq;? An non necesse est aliquid horum esse iustitiam? H I P. Necesse. S O C. Si potentia quædam animæ iustitia est, potentior anima, iustior erit. Melior enim o uir optime hæc talis nobis apparuit. H I P. Apparet certe. S O C. Quid uero si scientia iustitia sit? Nonne quæ sapientior anima, illa iustior; quæ insipientior contra iniustior? H I P. Ita est. S O C. Quid si utrunq;? An non quæ ambo hæc habet, scientiam scilicet & potentiam, iustior erit? quæ non habet, iniustior? Nonne ita rem se habere necessariū est? H I P. Apparet. S O C. Quæ uero potentior, & sapientior est, ea melior apparuit esse, & ad utraq; tam pulchra quæ turpia circa quamlibet actionem peragenda paratior? H I P. Certe. S O C. Quoties itaque turpia facit, uolens facit propter artem atque potentiam, hæc autē, uelambo, uel alterū, ad iustitiam pertinent. H I P. Videtur. S O C. Enim uero iniuriari, mala facere est: non iniuriari, bona. H I P. Sic est. S O C. Nonne ergo potētor ac melior anima, quoties iniuste ager, sponte ager? Præua autē contra? H I P. Apparet. S O C. Nonne uir bonus, qui animam habet bonam? Malus contra qui malam? H I P. Absque dubio. S O C. Quæ obrem boni uiri est, sponte iniuriari, mali autem non sponte. si quidem bonus uir animam bonam habet. H I P. Habet quidē. S O C. Si quis est igitur hominum qui sponte aberret, turpiaq; & iniusta committat, haud alius est o Hippia quam uir bonus. H I P. Cōcedere tibi ista non possum o Socrates. S O C. Neq; ego ipse mihi Hippia, ueruntamen ex superiori sermone necesse est in præsentia nobis ita uideri. At uero, ut supra dicebam, circa hæc semper sursum deorsum uē reuoluor, nec in eadem persisto sententiā, neq; mirum est me, meiq; similes, rudesq; homines ad cōtraria circūuagari, si & sapientes uos oberretis. Id autem nobis graue malum, si neq; etiam ad uos profecti errare cessemus.

ARGUMENTVM MARSILII FICINI IN CHARMIDEM, uel de temperantia.



TVDIVM Socratis in hoc dialogo est, omnes quidem ad temperantiam cohortari: Tres uero præcipue, scilicet adolescentes, & nobiles, atq; pulchros. Adolescentes quidem propterea, quæ cita morbis adhibenda est medicina. Principijs obsta, sero medicina paratur, cum mala per longas inualuerit moras. Nobiles quoque, tum ut ostendat ueram in uirtute nobilitatem esse ponendam, tum quia nobiles plerumq; cæteris exemplo sunt, & quotidie ad rempublicam admittuntur, grauissimo si mali sint, humani generis detrimento. Formosos deniq; inam hi potissimum flagitiosorum consuetudine deprauantur: quo fit, ut magis egeant medicina. Præterea formosi studere debent, ut quemadmodum natura corpori breuem tradidit pulchritudinem, sic ipsi uicissim deo naturæ auctori, sempiternam animi restituant pulchritudinem. Neq; uero permittendum est, ut cum exteriora nostra multis sua pulchritudine placeant, interiora interim sua deformitate displiceant. Et si omnia in hoc dialogo mirificam habent allegoriam, amatoriam maxime, non aliter quam cantica Salomonis, mutauit tamen nonnihil, nonnihil etiam prætermisi. Quæ enim consonabant castigatissimis auribus Attiolorum, rudioribus forte auribus minime consonarent. Ideoque Aristarchus quidam Homericus, imò uero Platonicus, quæ minus consonant, diceret non Platonis esse, sed Chroni. Tria uero in ipso exordio notanda sunt in primis, quæ amore ab hac forma corporis ad incorpoream transferunt pulchritudinem. Primum, quod inquit Socrates se inter pulchrum hunc, & pulchrum illum, nihil discernere, sed pulchros sibi cunctos æque placere: quasi dicit, non in unius corporis forma sistendum esse pedem, sed ad ipsam cōmunē speciei totius pulchritudinem ascendendum. Quæ cum una sit in multis, ideam pulchritudinis unam refert super multa. Quemadmodum igitur ab indiuiduo ad speciem, & à specie ad ideam cogitando transcendimus, ita & ab amore formæ huius, ad amorem communis formæ primo, dein de ad formæ idealis amorē pergere admonemur. His addidit Socrates corporis pulchritudinem non propter se amandam, sed tanquam diuine pulchritudinis imaginem nobis existimandā. Iubet postremo nudare animum, corporisq; forma posthabita, decorē animi, tum naturalem inspicere, tum studio comparandum diligentius adhibere. Et interea corripit Cherephonē qui nescio quid de nudando quasi in palæstra corpore dixerat. Neq; iniuria exhortationem ad temperantiam à pulchritudine corporis exorditur. Hæc enim temperantia quædam est linearum, atq; colorum. Sed ab hac proxime transit ad corporis sanitatem, quæ etiā est temperantia quædam, humorum scilicet atq; membrorum. Tertio ab hac ad animi ipsius ornatum, qui & in affectu temperantia est, ipsa motionū scilicet moderatio: & in cognitione quædā similiter est temperantia, in quadam

A

intelligen

intelligentia cum rebus quae intelliguntur concinna congruitate consistens, ut non immerito Pythagoras temperantiam uirtutem omnium esse dixerit saluberrimam, tam publice quam priuatim humanae societatis conseruatricem: praesertim cum et iustitia temperantia quadam sit, id est adueniens in commutanda distribuendoque moderatio. Profecto quamuis temperantia proprie circa cohibendas uehementes libidines uoluptatesque uersetur, tamen similitudine quadam transfertur et ad cupiditates omnes amputandas, et ad actum quemlibet moderandum, ut etiam officium fortitudinis in audacia timorisque moderatione uersetur, similiter iustitia in praemiorum poenarumque modo, liberalitatis quoque in erogandi modo, denique totius uita salus, ut ne quid nimis. Hinc Pythagoricum illud, Mensura omnium optima. Sed memento illos in Phadone negari temperatos esse, qui corporeae uoluptatis gratia ad uoluptatibus abstinent. Tubet enim actiones mortales ad purgandam mentem referri, consequenda sapientiae diuinaeque similitudinis gratia. Tanta uero est excellentia temperantiae, ut et eam omnes in operibus suis obseruent artifices elegantes, et ipsius uirtute non solum corpus sub luna quodlibet, uerum etiam coelum ipsum uniuersumque seruetur. Quod in Gorgia sapientium testimonio confirmatur. Huic illud simile. Disponit deus cuncta suauiter, ite in numero, pondere, mensura cuncta disponit. Sed iam ad dialogum reuertamur. Socrates dum ex sententia magorum uetat curari corpus antequam curetur animus, manifeste eos improbat, qui minima curates, maxima negligunt, ueluti qui equis et canibus aegrotantibus remedia quaerunt, in sui uero corporis et animi morbis medicos minime consulunt. Minima quaeque suppellectilia rite componunt, ipsi interim et animo et corpore incompoti. Intemperato animo cibaria temperant. Quotidie aliena curiose tractant, propria deserunt. Omnia uero praeter animam ipsum nobis sunt aliena. Ideo corporis medicinam solum appellauit, rem leuem, fragilem, et omnino mutabilem, ac penitus contemenda. Significat etiam multa nobis incommoda tum corporis, tum fortunae ob intemperantiam frequentiter accidere, atque contra copulurima bona per temperantiam prouenire. Item animo perfecte composito, quaecumque accidunt, tam et prudenter disponi, et aequo tolerari, ut nihil tandem euadat in malum. Incomposito uero animo, nihil bene, uel in corpore, uel extra posse componi. Exponit autem in Cratylo nomen temperantiae graecum Sophrosine, quae salutem quandam conseruationemque prudentiae. Putat enim animo uerorum lumina omnium innata fuisse, ideoque si in seipsum prorsus inspiciat, uera in se omnia conspiciendum. At uero quo minus inspiciat, in causa est immoderatus ad corpus corporeaque affectus: quo fit, ut temperantia opus sit in primis: per quam expulsa perturbatio num caligine mens facta sereniore, diuini solis lumine ab uide circumfusum datur, unde sapientiam primo recuperet, deinde de prudentia adipiscatur. Quoniam igitur temperantiam sapientiam prudentiamque comitatur, ideo Plato saepe alibi, et in hoc dialogo sub ipso temperantiae nomine sapientiam quoque uult, et prudentiam contineri. Amonet autem Socrates Charmidem, ut respiciat in seipsum de temperantia uerba facturus: nam et haec ipsa in seipsum conuersio, est huius uirtutis officium: et quisquis in seipsum penitus conuersus fuerit, tum per ipsam temperantiam ideam innatam menti, humanam intelligit temperantiam, tum moderationem ipsam agnoscentem, qua deus animae partes ab initio inuicem temperauit, cognoscet qua ratione sit affectus animi temperandus. Accedit ad haec, quod in hoc praecipito significat neminem nisi temperatum de temperantia loqui ad persuadendum uel debere uel posse. Praeterea traditur in Timaeo, ex consonanti quadam anime tam ad seipsum quam ad corpus modulatione, nobis prospera cuncta contingere. Quinetiam Pythagorei, quos Romanus in hoc sequitur Censorinus, si animus prudenter motiones singulas, tum sui, tum corporis moderetur, perpetuam utriusque sanitatem, et diuturnam uitam corpori pollicentur. Quod quidem plerisque sapientibus sanctisque uiris prouenisse comperitur et Censorinus, et nos habemus. Ad eandem quoque causam aut similem diuinas praescorum uitas nonnulli referrent. Sed additur his aliquid mirabilius: Magos carminibus suis immortalitatem corporibus polliceri. Magicam Zoroastris Plato in Alcibiade, nihil aliud quam diuinum cultum esse dicit. hic insuper addidit, non magicis tantum carminibus, uerum etiam philosophicis rationibus et temperari animum, et corpus uel semper, uel diu salute procul a morte seruari. Profecto oratio illa quae temperantiam audientibus omnino sit per sua uerba, atque insuper effectura, duo potissimum exigit, et uim a deo infusam, et rationes a philosophis comparatas. Atque orationem est duobus his compositam Plato incantationem nominat magicam. Quae Phoebus primo, deinde Pythagorici morbos ab animo et corpore mirabiliter expellebant. Neque uero falsum putari debet, corpus sub anima penitus temperata immortale effici posse, et sub intemperata in morbos, et mala omnia labi. Id enim Moisaicum de primi parentis statu atque lapsu mysterium continet. Atque Auicenna sequitur Platonicos, et Hippocratem, probat animum ex ipsa sui natura adeo materiam omnem exciperare, ut cum primum in seipsum fuerit restitutus, possit elementa mundi mira quadam uirtute mouere, atque habere in corpora quae uis imperium: quo fit, ut multo magis possit in proprium. Quod quidem et ab initio Adam poterat experiri, et quidam putant Enoch et Eliam, et nonnulli suspiciant euangelistam adhuc ratione quadam simili uiuere. Sed de his omnibus in Theologia nostra latissime disputamus. Denique, ut summam dicam, mira in hoc uirtutis temperantiae declarantur, quod animum infeliciter in deteriora prolapsam, feliciter sibipsum restituit. Declaratur et mira potestas animi, a quo omnia tam bona, quam mala in corpus desumant, et quo uolente corpus seruari ualeat incorruptum. Quod quidem Moisaicis myste

mysterijs ferè undique consonat. Post haec sepius quid sit temperantia quaeritur, quod quidem neque Charmides neque Critias unquam absoluit. Ille enim non temperantiam proprie, sed quae comitantur eam, adducit in medium: hic autem quae ad prudentiam magis pertinent: et id quidem semper inepte, uidelicet ut declaretur non esse cuiuslibet de uirtute tam praecleara differere. Interea nota praescos sacerdotes consueuisse in sacris tertiam libationis partem Ioui seruatori praecipue consecrare, ut declararent principia, media, fines omnium, ut in Legibus Plato refert, sub Iouis prouidentia disponi atque seruari. Sed ad Critiae ineptias redcamus, dicentis esse scientiam quandam quae tam se quam scientias omnes sciatur: res uero ipsas quarum sunt scientiae, nesciat. Quod quidem ideo est absurdum, quia ueritas ipsa ratioque scientia in ipso eorum quae sciuntur quasi quodam contactu congruentiaque consistit. Praeterea neque perfecte sciri potest scientia, nisi quae scientia sit discernatur: id uero nisi rei cuius sit habeatur, haberi non potest. Item consistit Critias posse aliquid quae nullo modo cognoscit, interim cognoscere se non posse. Id autem Socrates idcirco non recipit, quoniam quae nullo modo sciuntur, non possunt interim quodammodo sciri. Quisquis enim animaduertit se aliquid ignorare, eo ipso agnoscat et se carere. Si ita iudicat, ergo iam notionem ipsum quandam in seipso descripsit, per quam iudicat et se carere, et quo praecipue caret. Quo fit, ut quicumque rem aliquam se ignorare cognoscit, interea rem ipsam non prorsus ignoret, imò generali quadam adumbratione describat, generali inquam propterea, quod in speciali rerum distinctione scientia perfecta consistit, quam in omnibus disputationibus suis Plato perquirat. Vbi uero Socratem inducit agnoscentem se nihil scire, iudicat eum, et si non speciales, generales tamen rerum descriptiones habere, alioquin ignorantiam suam non posset agnoscere: ideoque dum sciebat nihil, sciebat quodammodo cuncta. Quoniam uero Critias sermonem de temperantia traduxerat ad prudentiam, et id quidem licentia quadam Platonica, Socrates prudentiam asserit, id est boni malique scientiam, auctoritatem summam ad beatitudinem obtinere, tum quia et bonum finem, et bona ad ipsum media ipsa demonstrat, tum quia omnes tam res quam artes quatenus ab ipsa reguntur, nobis conducunt ad bonum, contra uero nequaquam. Postremo docet Socrates nihil difficilius uel definiti uel comparari quam temperantiam. Difficultas uero definitionis inde procedit, quod uix a ceteris uirtutibus quarum ipsa consonantia quaedam est discerni potest. Adde quod tanto difficilius intelligitur, uerbisque exprimitur, quanto difficilius intrinsecus possidetur. Profecto cum ex ipso corporis commercio maxime ad uoluptatem intemperantiamque procliuus simus, in eaque ab infanzia nutriamur, difficillime temperantiam adipiscimur. Praeterea primi sensus affectus uidentur non nihil interuadum uel ad fortitudinem per iram audaciamque conserre, uel ad prudentiam per timorem, uel ad patientiam per dolorem, uel ad iustitiam liberalitatemque per amorem. Temperantia uero semper impetus omnis opponitur. cum enim in summa quadam tranquillitate solum collocari possit, a quouis affectu undique impeditur. Auget quoque difficultatem, quod sicut in corpore consonantem omnino humorum membrorumque temperiem, sic in animo harmoniam suorum omnium temperantiam reperire omnium est difficillimum. Quamobrem non iniuria Socrates tam in epologo quam in exordio, ad temperantiam celestis harmoniae persimilem consequendam opus esse ait celestis uirtute atque diuina, tum animo, tum rationibus et uerbis infusa. Vbi quoque admonet contendendum esse potius, ut sub legitimis institutis temperati efficiamur, quam ut sub dialecticis rationibus de temperantia disputemus: quod quidem summa quadam difficultate cognoscitur, et cognita sine usu non modo nihil prodest sed et obest quam plurimum, atque id quod maius est, nisi re ipsa possideatur, perfecte cognosci non potest. Impuro enim rem omnium purissimam non licet attingere.

CHARMIDES PLATONIS VEL DE TEMPERANTIA, TRANSLATVS E GRAECA LINGVA IN LATINAM a Marfilio Ficino Florentino, ad Petrum Medicem uerumque illustratum.

SOCRATES. CHAEREPHO. CRITIAS. CHARMIDES.

PRIDIE cum uesperis Potidaea ab exercitu rediissem, protinus solita exercitia utputa quibus diu abuissem, magna cum uoluptate repetui, ac Tauri palastram, quae ex opposito regii templi est, sum ingressus. Vbi multos comperi partim ignotos mihi, partim notos, & eos quidem plurimos. Qui cum me ex imperato uidissent procul, subito congratulati sunt aliunde alius occurrentes. Cherepho praecipue, uelut insanus esset, e medio statim profiliis accurrat, ac manu me prehensens, o Socrates inquit, quo pacto praelio superstes euastisti? Nam paulo ante quam abi remus, apud Potidaeam pugna commissa est, quam hi nuper istic audierant. At illi ego respondens, Ita inquam, ut cernis, euasi. Nunciatum est, inquit, pugnam acerrimam fuisse, atque in ea plurimos nobis notos homines occubuisse. Vera, inquam, uobis nunciata fuerunt. An

tu, inquit, praesio interfuisti. Interfui. Sede hic, nobiscum enarra, nondum enim satis omnia intelleximus. His dictis, sedere me prope Critiam Callaechri filium iussit. Sedens itaque Critiae & alijs congratulatus sum primo, deinde de qua in belli expeditione contigerant, quod quisque requirebat (alius enim aliud requirebat magis) recessit. Vbi uero hisce de rebus abinde locuti essemus, rursus ego illos interrogavi quoniam esset his temporibus philosophiae conditio, & qui adolentes, uel sapientia, uel indole, uel utrisque clari. Tunc Critias ad fores respiciens, uidensque adolentes quosdam ingredientes & inuicem altercantes, & post eos turbam aliam, quod de honestis inquit o Socrates percontabaris, uidere mox cogniturus. Nam qui nunc ingrediuntur, praecursores sunt amatoresque cuiusdam qui omnium huius temporis honestissimus & speciosissimus iudicatur, ac uidetur & ipse iam iam ingressurus. Quisnam iste? & cuius filius, inquit? Nosti, inquit, fortassis & tu. Sed cum hinc abiisti, nondum adoleuerat. Charmidem noueras filium Glauconis patrum nostrum, patruelum meum? Noui equidem, neque puer tunc cotemendus erat. Nunc uero adultum esse illum iam arbitror. Statim intelleges, ait, quantum & qualis euaserit. Dum haec ille dicit, Charmides ingreditur. Ad me quidem o amice quod attinet, nihil perpendo. Profecto enim perinde sum erga honesta indole claros, ut alba amissis in albo lapide. Ferme enim omnes aetatis eius homines mihi pulchri uidentur. Praecipue uero tunc ille & corporis proceritate & egregia indole mirandum apparbat. Caeteri autem omnes capti eius amore uidebantur, usque adeo illius ingressu obstupuerunt turbatique sunt. Multi praeterea post illum amatores sequebantur. Et quod ad uiros attinet, nihil mirum: uerum & pueros etiam animaduerti, quorum nemo ne minimus quidem alium quemquam intuebatur, sed illum unum cuncti tanquam imaginem quandam contemplantur. Hic ad me conuersus Charepho, qualis tibi o Socrates adolens uidetur? an non speciosum uultum? Mirifice, inquit. At qui, inquit, si nudare se uellet, uultum, praeter illa quae intus latent forma deformem diceret. Eadem haec Charephonti caeteri etiam consenserunt. Insuperabilem hercule inquam uirum narratis si paululum insuper quiddam huic adesset. Quid istud? inquit Critias. Si optimo, inquit, animi habitu natura decorus esset, quale esse o Critia consentaneum est uestra est stirpe prognatum. Imo certe quo ingenium spectat, & pulcherrimus est & optimus. Quid igitur non nudamus, inquit, animum prius, interiorumque formam potius contemplantur? Nam cum tantus iam sit, differere gaudebit puto. Certe, inquit Critias. Nam & sapientiae studiosus est, et ut sibi caeterisque uideat, ualde poeticus. Longa inquit serie nobilitatem hanc Solonis ex genere trahitis. Verum cur mihi iam adolentem non monstras, huc accersens? Neque enim dedecet etiam si esset minor natu, cum eo differere, te patruelium eius simul & tutorem praesente. Probe inquit, Vocandus est iam. Atque his dictis ad eum qui ponere sequebatur conuersus, Voca inquit Charmidem, sed heus, dices illi, me uelle medico se cuiusdam committere ob ualitudinem qua de coquestus est nuper. Ad me uero Critias, nuper inquit Charmides cum mane surgeret, caput dolere querebatur. Quid prohibet igitur simulare remedium aliquod contra capitis grauedinem te habere? Nihil prohibet inquit, modo ueniat. At ueniet. Quod & factum est. uenit enim, risumque ingentem omnibus concitauit: unusquisque enim nostrum una sedentium, locum cedere Charmidi uolens quo sederet, proximum dedita opera impulit. Quo factum est ut eorum qui utrinque sedebant nouissimi, alterum surgere cogere, alterum humi prostratum deiceremus. Ille uero accedens, me inter Critiamque cōsedit. Ego uero percotante illo utrumque capitis, medela scire, uix tandem me scire respondi. Quoniam ista inquit. Foliū quo dā, inquit. At insuper addenda est incantatio quaedam, qua si quis adhibeat, folioque utatur, sanitas restituit. Absque incantatione uero folium nil confert. Ad haec ille. Exscribam equidem hanc te dicente incantationem. Vtrum si mihi persuaseris inquit, an etiam si non persuaseris? Ille sarridens ait, si tibi persuasero Socrates, hem nomen inquit plane tuum meum tenes. Teneo inquit equidem nisi iniurius sum. Frequens enim de te inter aequales meos sermo habetur. Memini quinetiam cum puer adhuc essem, te cum Critia hoc uersari solitum. Recte tu quidem. Audentius enim incantationis tibi modum ostendam. Paulum uero ante nesciebam quo pacto unum illius tibi monstrarem. Est autem talis o Charmides, ut caput solum curare nequeat: quemadmodum saepe ex peritis medicis audiui, qui quoties aliquis dolore oculorum affectus eos consulit, aiunt non posse oculis mederi, nisi prius caput medeant, neque caput absque totius corporis medicina posse curari. Hac de causa regulis quibusdam toti conferentibus utuntur, & a toto ad partem transeunt restituendam, an non audisti ita dicere illos,

& ita

& ita esse. Prorsus inquit. Recte ne loqui tibi uidentur inquit? sermonemque huic approbas? Maxime omnium inquit. Enim uero cum probari sibi haec audirem, Talis est inquit o Charmides incantationis quoque huius potentia. Quam didici ibidem in exercitu a quodam medicorum Thracum Zamolxidis sectatorum, qui & immortalitatem afferre dicunt. Adiecit praeterea Thracius ille medicus, etiam Graecorum medicos quae supra narrata sunt praedicare. Caeterum Zamolxis, ait, rex noster ac deus tradidit: quemadmodum oculos sine capite citare non decet, neque sine reliquo corpore caput: ita neque sine anima corpus. Eaque causa est cur medicos graecos morbi corporum multum lateant, quia totum ipsum ignorant, quod in primis curare oportet. Quo male affecto impossibile est partem aliquam bene ualere. Omnia namque uel bona, uel mala ab anima in corpus, & hominem totum manant, indeque similiter ut ex capite in oculos effluunt. Illam igitur primum, & maxime curari iubet, si modo caput, & uniuersum corpus bene ualere debeat. Anima uero medelas esse docet incantationes quaedam. Eas praeclearis rationibus contineri, quibus animae temperantia tribuatur: qua inserta atque praesente, facile esse sanitatem capiti totique corpori tradere. Ille igitur cum medelam incantationesque doceret, iussit ut nullis precibus motus alicui contra capitis dolorem remedium adhibere, nisi prius animam incantationibus ipsis purgandam commisisset. Hunc sane nostrorum temporum errorem dicebat esse, quod plerique absque temperantiae sanitatisque studio, medicum esse contendunt. Me itaque mirum in modum premonuit, mandauitque cauere ne quis unquam diues seu nobilis, siue pulcher, mihi ut aliter faciam persuadeat. Illi hoc ego iuraturando interposito me obstrinxit: quoniam obrem necesse est paream. Tibi quoque obsequar. Nam si uoles secundum hospitii praecipua, animam tuam prius incantationibus omnibus Thracis illius subicere, medicinam capiti admouebo. Sin minus, non potero o amice Charmides tibi prodesse. Cum igitur haec audisset Critias, Lucro, inquit, erit grauedo haec capitis adolentis, si huius causa sanitatis mentis lucrabitur. Affero autem tibi Charmidem hunc aequalibus omnibus non specie tantum praecellere, uerum etiam eo ipso praestare caeteris, cuius ipse incantationem habere dicebas. An non temperantiam supra dixisti? Huius ipsius inquit. Sed tunc igitur omnium suae aetatis adolentium hunc uideri temperatissimum, & in caeteris omnibus pro aetatis incremento, nullo inferiorē esse. Consentaneum est o Charmides inquit in his quae dixit Critias, te caeteros antecellere. Neque enim referre quisquam posset, ut arbitror, duarum apud Athenienses familiarum coniugium, quo uerisimilius sit pulchram honestamque prolem nasci, quam maiorem tuorum coniugio. Nam paternum genus huius Critiae Dropidi, ab Anacreonte Soloneque aliisque poetis permultis est illustratum, decore uirtute, & alta felicitate praecellens. Eadem quoque est matris generis gloria. Nemo enim Pyrilampo autunculo tuo aut pulchrior, aut maior omnium qui continentem habitant uisus est unquam, quoties ille uel ad regem magnam, uel ad alium in continenti habitantem legatus accederet. Ac summatum uniuersa haec domus nulla in re est inferior alia quacumque. Quare probabile est te tali stirpe creatum primas partes in omnibus obtinere. Quantum igitur ad eam speciem que cernitur oculis attinet o dulcis Glauconis fili, uideris mihi nihil a superioribus tuis degenerasse. Quod si & ad temperantiam, & ad alia, ut Critias hic testatur, natura es institutus, beatum te o charum Charmides mater peperit. Ergo sic se res habet. Si inest tibi ut ait Critias, temperantia, & sufficiens es temperans, neque Zamolxidis, neque Abaridis Hyperborei incantationibus indiges, sed iam tibi medela esse capitis admouenda. Sinautem deest temperantia tibi, incantatio medela antecedere debet. Responde itaque ipse mihi utrum assentiaris Critiae, & afferas temperantiam te satis habere, an deesse aliquid recognoscas. Tunc ergo ipsius Charmidis genere rubore suffusus gratiorē speciem ostenderunt. Nam pudor eam gratie decet. Deinde admodum generose respondit. Haudquaquam facile est quae in praesentia quaesita sunt, uel admittere, uel renuere. Si enim me temperantem esse negauero, primo quidem turpe uidebitur quod ipse mihi deroget: deinde Critiae huius aliorumque multorum quibus temperans esse uideor, tanquam falsam sententiam coarguam. Sinautem affirmauero, odiosa uidebitur haec de me ipso instantia. Quapropter quorundam me uerum, nescio. Probe loqui uideris Charmides inquit: itaque communiter inuestigandum puto, utrum quod quero possideas, nec ne: ne uel tu aliter quam uelis loqui cogaris, uel ego temere mederi festinem. Si ergo gratum tibi futurum est, cupio unam tecum inuestigare: sin minus, dimittendum arbitror. Imo de gratissimum inquit omnium. Quoniam obrem ut ipse praestare putas ita perquire. Hunc in modum inquit commodior indagatio futura uideatur. Cōstat profecto si

A 3 inest

Proverbium
Album filium in
lapide albo

Precepta
quaedam
dicuntur

Pudor adolentes docet

inest tēperantia tibi, habere te aliquid, quod de hac opineris. Necessē est enim inherētem ipsam tibi si modo inhāret, aliquid sui sensum prēbere, ex quo aliqua circa ipsam insurgat opinio, qua quid, & quale temperantia sit coniectes, nōne putas? Puto equidē. Nōne hoc censēs? uidelicet postquam scis loqui grēce, dicere utiq; possis quidnā id tibi uidē? Fortassis inquit. Vt ergo coniciamus utrū tibi insit nec ne tēperantia, dic age, quidnā ex sententia tua temperantia esse dicis? Piguit eū primo, neq; libens ad respondendum uenit, demū ita respondit. Tēperantiam esse duco decēter agere singula, & quiete per uia incedere, quiete & loqui, ac summam quiete omnia facere, & ut breuē cōplectar quod quāris, quietudo quādā esse mihi uidetur. Recte inquit: Ferunt sane quietos homines tēperatos esse: sed uideamus an uera loquant. Dic igitur nunquid pulchrum aliquid tēperantia sit. Est inquit prorsus. Vtrū in illa grāmatici facultate pulchrius est eadē literas cito scribere, an quietē cito. Legere autem celeriter ne an tarde? Celeriter. Quinetiam pulsare citharam uelociter, & prompte certare pulchrius est inquam, q̄ quiete ac tarde? Est, inquit. Quid uero in pugnorū brachiorūq; ludis nōne celeritas ipsa laudatur? Vtiq; Currere autem atq; saltare, & ceteri corporis actus, nōne si propere & prōpēte fiunt, ad pulchrū spectant? si ignaue remissēq; ad turpe? Apparet inquit. Patet ergo quantum ad corpus attinet, non quod tardum, sed quod uelox maxime, esse pulcherrimū. Nōne inquit? Omnino inquit. Temperantia uero pulchrum quid esse constitit? Constitit. Non ergo circa corpus quietudo, imō celeritas ad temperantia pertinēbit, si modo pulchrū quid est tēperantia. Videtur inquit. Docilitas uero nōne pulchrior q̄ hebetudo? Pulchrior certe. Est autem docilitas inquā cito perdiscere, hebetudo uero sero atq; lente. Profecto inquit. Docere aliū quāo cys sine nōne pulchrius q̄ tarde? Proculdubio. Reminiscit item, & meminisse sero atq; lente, pulchrius ne, an facile atq; prompte? Prompte inquit. Solertia uero nōne celeritas quēdā animi est inquā potius q̄ tarditas? Est inquit. Atqui & intelligere quāe dicunt in grāmatici citharistāq; ludis, & in ceteris omnibus nō quātardissime, sed quāocysissime pulcherrimum est. Et hoc inquit. Quinetiam in ipsis indagacionibus, & cōsultacionibus animi non qui quiete, sero, & uix quāsitū inuenit est laudandus, ut arbitror, sed qui breuē potius atq; facillime. Vera hęc sunt inquit. Ex hęc colligitur inquam o Charmides, tam in ijs quāe ad corpus, q̄ in ijs quāe ad animū spectant, uelocia promptaq; tardis & quietis pulchriora uideri. Sic apparet inquit. Non igitur quietudo quādā inquā temperantia erit, neq; uita quietā temperas, ut hac ratione cōiiciat. quandoquidē quod tēperatū est, & pulchrū debet esse. E duobus enim alterū est, aut nūq; aut raro admodū nobis in uita quietē actiōes pulchriores q̄ ueloces & uehementēs apparuerūt. q̄ si nō pauciores quietāe actiōes q̄ ueloces & uehementēs pulchritudine prēstare reperirentur, neq; hac etiā ratione conficere tēperantia esse quiete agere potius q̄ uehementē atq; celeriter, neq; in ipso incessu, neq; in sermone, neq; in alio quopiā: neq; uita quietā q̄ inquieta decētor esset & tēperantior: quippe cū in superiori sermone suppositū sit pulchrū esse aliquid tēperantia, pulchra uero nō minus ipsa uelocia q̄ quietā esse constiterint. Recte inquit dixisse mihi uideris o Socrates. Rursus igitur o Charmides inquā attentius te ipsum contuere, & cogita qualem te temperantia præsens efficiat, qualis uē sit ipsa, dum te talē efficit. hęc aut animaduertens omnia, bene uiliterq; respōde quid esse tibi uidē. Ille protinus seipsum colligēs, diligentiusq; cōtēplatus, Videt inquit tēperantia mihi uerecundū quēdā ruborē inducere, ue recundūq; hominē facere, pudorēq; esse temperantia arbitror. Quid ais inquit: an nō pulchrū aliquid paulo ante temperantiam esse dicebas? Dicebā equidem inquit. Nōne boni homines inquā ipsi temperati sunt? Sunt inquit. An bonū putas inquā quod nō bonos efficit? Nequa q̄ inquit. Non solū itaq; pulchrū, sed & bonum est inquā. Mihi quidē uidetur inquit. Non credis inquā recte Homerū loqui dicentē, pudorē uiro egeno bonū non esse? Credo equidē inquit. Est ergo, ut apparet inquā, pudor non bonum, ac bonū. Apparet inquit. Temperantia uero bonū duntaxat. si quidē bonos facit eos quibus adest, malos uero nequa q̄. Ita mihi, ut loqueris, esse uidē inquit. Ergo temperantia pudor nō erit. quādoquidē temperantia bonū est duntaxat, pudor aut nihilō magis bonū est q̄ malū. Recte quidem mihi inquit dici hoc uidē o Socrates. Verum attende obsecro, quale tibi uidetur quod rursus adducam. Modo enim recordatus sum quod mihi traditū est a quodā dicēte temperantiam esse, ut sua quisq; agat, considera an recte loqui uideatur tibi qui hęc dicit.

O fœde

O fœde, ex hoc Critia illud audisti, uel alio quopiā sapientū? Videt sane, inquit Critias, ex alio, nam ex me nunquam audiuit. Quidnam refert inquit, Socrates, ex quo audiuerim? Nihil inquit profecto, neq; enim id considerandū est quis dixerit. Sed utrū uere dicatur, nec ne. Probe nunc loqueris inquit. Recte per Iouem inquam. Mirabor tamen si quomodo hoc te habeat, inuenerimus. nam est ænigmatis cuiusdam per simile. Quamobrem inquit? Quia non arbitror ita sensisse illum ut uerba sonant inquam, temperantiam scilicet esse, ut sua quislibet agat. Nihil ne putas grammaticum agere, quando scribit, uel legit? Puto equidem aliquid agere inquit. Videtur ne tibi grammaticus nomen suum tātū scribere ac legere? uel etiā uos pueros erudire? Neq; enim minus inimicorum tunc nomina q̄ uestra amicorūq; scribebatis. Certe nō minus inquit. An cū agerētis hoc inquā, curiosiores eratis q̄ decet, & a tēperantia lege discēdebatis? Minime inquit. At uero nō uestra agebatis tantū, si scribere ac legere, agere aliquid est. Est utiq; inquit. Præterea mederi o amice, ædificare, texere, & cuiuslibet artis opus explere, agere aliquid est, an nihil? Aliquid prorsus inquit. An uideretur inquā tibi bene illa ciuitas instituta, in qua leges iuberent, ut uestem quisq; suā texat, lauetq; calceosq; conficiat suos, & strigilē, & uascula olearia, uel unguētaria, & suppellectilia quāq; aliena quidē attingat nunq; propria uero ipsemet peragat? Nequa q̄ inquit. Veruntamen si temperate disposita est ciuitas, bene instituta est inquā. Quid nī inquit? Ergo temperantia nū erit talia quēdā agere, et hęc in modū agere sua. Non, ut apparet, inquit. Quare per ænigmata loquebatur inquā, ut supra dixi, is qui prædicabat, agere sua tēperantia esse. Neq; enim usq; adeo fatuus fuisse putandus est, ut idē eius fuerit sensus, qui & uerborū sonus. Nū fatuus quispiā o Charmides hoc tibi tradidit? Minime inquit omnium. Imō quidā meo iudicio sapientissimus. Omnino igitur sententia suā obscuris uerbis inuoluit inquā, ut arduū cognitū sit, quid est agere sua. Fortassis inquit. Potes ne aperire nobis, agere sua quid sit inquā? Ignoro equidē inquit. Forte etiā qui hęc dixit, quid sibi uellet nō satis intelligebat. Dū ita loqueretur, subrisit Charmides, Critiamq; aspexit. Critias autem licet ante ad differendū a duersus Charmidē aliosq; cupiditate gloriæ instigatus, se hactenus continerat, sed ulterius ad hęc se cōtinere nō potuit: uisumq; est mihi uerū esse quod fuerā suspicatus, illā scilicet de temperantia superiorē sententia a Critia Charmidem accepisse. Quare Charmides nolens ipse responsum turati, & hunc in Critiam laborem reijcere cupiens, irritauit eum, & quasi redargutū ostendit, quod ille minime tolerauit, imō aduersus eum haud secus indignatus fuisse uidē, ac poeta aduersus hystionē inepte sua poemata recentē. Ideoq; illū intuitus: Itane putas inquit o Charmides, si tu nequaquā intelligis quis eius fuerit sensus qui agere sua temperantia esse asseruit, neq; ipsum etiā intelligere? Ouir optime inquā nihil mirum est hęc adolefcentulū nō intelligere. Te uero decens est hęc cognoscere, & propter atate, & propter studiū. Si ergo affirmas & ipse temperantia esse quod hic dixit, sermonēq; hęc suscipis, libētius tecū, utrū id uerū sit, nec ne, indagabo. Affirmo equidē inquit, & suscipio. Recte facis inquā. Sed dic obsecro: Vtrū quē paulo ante querebā, admittis? artifices uidelicet omnes aliquid facere. Equidem inquit. Videntur inquam tibi sua tantum, an aliena insuper facere? Aliena quoque inquit. Temperanter agunt itaque qui non sua tantū faciunt inquā? Quid prohibet inquit? Quod ad me inquā spectat nihil. Sed uide ne quid apud eū prohibeat, qui cum supposuerit temperantia esse agere sua, deinde tamē ait nihil ob stare quā et illi qui aliena agunt, tēperati sint. Concessi equidē inquit eos qui aliena agūt, tēperatos esse. An & eos qui faciūt, est concessum? Dic mihi inquit Critia, nō idem uocas agere atq; facere? Non certe inquit, neq; idē operari atq; facere. Nā id ab Hesiodo didici, qui ait, Opus nullū turpe esse. An censēs ipsum, si talia quādam opera nominasset, operariq; & agere, qualia tu supra narrabas, fuisse dicendum opus nullum cuiq; turpe, seu coria incidēti, seu cauponi cōdimenta obsoniaq; uendēti, siue in taberna sedēti? Laud ita censendū o Socrates. Imō uero ille meo quidē iudicio effectiōne aliud q̄ actiōne & operatiōne existimauit, & effectiōne quidē interdū opprobriū esse, quādo quid preter honestū facimus, opus aut nullū unq; dedecori nobis cōtingere. Quē enim honeste & utiliter fiūt, opera nūcupauit, operatiōesq; & actiōes, effectiōes quāsdā huiusmodi. Existi mandū præterea illū sola hęc propria esse cēlere: noxia uero omnia, penitus aliena. Quāobrem arbitrari oportet o Hesiodū, et alū unūquēq; sanę mētis uirū, hominē ita sua agentē,

A 4 tempe

Solertia celeritas quædam animi

temperatum uocare. Cum primum o Critia loqui coepisti inquam, percepi te propria & sua cuiuscq; bona dicere, bonorumq; effectiones, actiones denominare. Etenim per sepe Prodicum audisti hunc in modum nomina distinguente. Concedo equidem tibi pro arbitrio nominibus uti, modo id declares, quid nomine quoq; significare uelis. Nunc igitur iterum a principio clarius definitio, utrum bonorum actionem, uel effectionem, uel quomodo, cumq; uelis aliter nominare, temperantiam esse dicas. Hoc ipsum inquit. Non ergo temperanter agit in qua qui mala, sed qui bona potius agit. Tibi uero o bone uir nonne id uidetur inquit. Mitte istud in praesentia inquam: non dum quod mihi uidetur, uerum quod ipse dicis consideramus. Enim uero nuncq; temperate illum agere dicerem inquit, qui non bona, sed mala agat. Nam actionem ipsam bonorum, temperantiam esse manifeste definitio. Forte nihil prohibet inquam quin uere loquaris: hoc tamen admiror, si homines temperate agere ignorare putas quod temperate agat. Nequaquam puto inquit. An non paulo ante abs te dictum est inquam, quod nihil artifices prohibet aliena etiam facientes, temperanter uiueret dicitur profecto inquit, sed quid tibi postea? Nihil aliud inquam. Verum dic utrum medicus sibi aliquis uideatur, dum sanum efficit aliquem, utilia sibi, & illi quem curat, efficeret? Mihi quidem inquit. Nonne agit decentia inquam quisquis haec agit? Certe inquit. Qui uero agit decentia inquam, nonne & temperate? Et temperate inquit. Nunquid medicum necesse est intelligere, quando curat utiliter, & quando non? & unumquodq; artificem quando conducturum sibi est opus ipsum quod efficit, & quando non conducturum? Forte non inquit. Quandoq; igitur inquam ego, cum medicus utiliter operatus est uel contra, seipsum non cognoscit ut operatus est, si tamen utiliter operatus est, ut ipse fatebaris & temperate. an non ita dicebas? Equidem inquit. Nonne igitur inquam, ut apparet, interdum utiliter operatus agit qui dem temperate, & temperatus est, ipse uero ignorat quod temperate agat, sitq; temperans? Fieri hoc inquit non potest o Socrates. Verum si quid est in superioribus dictum unde hoc sequatur, illud libentius retractabo: neq; me pudebit fateri aliquid aliud non recte dixisse, potius q; consentire ut qui seipsum ignorat, sit temperatus. Ferme namq; hoc ipsum temperantiam esse arbitror, seipsum cognoscere, illiq; assentior qui praecipit hoc templo Apollinis ipsius inscriptum. At qui uidetur haec inscriptio tanq; dei salutatio quaedam ad homines qui templum ingrediuntur, eius loco quae gaudere iubet: quasi non probe dicatur, gaude, neq; iubere hoc inuicem deceat, sed temperate potius uiuere. Ita homines templum ingredienti singulari sententia deus alloquitur, aliterq; quam homines nos salutat, ut sensit ille, meo iudicio, qui inscripsit. Et ingredienti nihil praecipit aliud q; uiuere temperate. Verum obscuris hoc praecipit uerbis tanq; uates interfuit. Quippe Cognosce teipsum, idem est quod temperate uiuere, ut literę testantur, egoq; interpretor. Forte uero aliud esse putabit quispiam: quod quidem contigisse illis qui sequentia imposuerunt, existimo, hoc est, Nihil nimis, & Sponsioni non deesse iacturam. Nam illi quidem Cognosce teipsum, consilium quoddam esse putarunt, non dei ipsius ad eos qui ingrediuntur admonitionem. Deinde ut & ipsi nihilo deteriora consulerent, reliqua insuper adiecerunt. Ergo haec omnia Socrates a me dicta sunt, hoc est quia superiora omnia absq; controuersia tibi concedam. Forte namq; rectius de illis aliquid ipse dixisti, forsitan & aliquid ego. nihil uero ex his quae diximus, manifestum deinceps aut ratione huius tibi reddere uolo, si non concesseris temperantiam esse seipsum cognoscere. Sic mecum agis inquam o Critia, quasi ego quae interrogo nosse affirmem: offensaq; mihi te, si uolueris, concessurum. hoc autem non ita. Quero enim tecum semper de eo quod in mediis est adductum, idcirco quia illud ignoro. Videbo porro, utrum coedam, nec ne. Consiste modo quoad ista considerem. Considera inquit. Ecce considero inquam. Si temperantia cognoscere aliquid est, constat eam scientiam aliquam, & aliquid esse. Nonne? Est utiq; superior uidelicet. Nonne & medicina est scientia sani? Prorsus inquit. Si ergo tu quateres, medicina cum sit sanis scientia, quid nobis confert? quidue efficit? responderem utiq; prodesse quam maxime sanitatem porro pulchrum opus nobis perficit. Accipis hoc? Accipio inquit. Ac si rogares iterum, architectura cum sit aedificandi scientia quodnam opus moliat, domos utiq; responderem, & eadem de ceteris artibus ratione responsum darem. Postquam igitur temperantiam superioris scientiam esse dicis, tua interest responderi si quis hunc in modum requirat. O Critia, temperantia quae superioris scientia est, quodnam pulchrum opus nobis efficit, aestimationeq; dignum? dicas amabo, Non

Consultatio
quarta de
finitionis

284

Non recte inquit interrogas Socrates. neq; enim aliarum scientiarum haec est similis, neq; aliarum alia: tu uero perinde ac si similes essent, interrogas. Nam dic obsecro. Computatrix geometrica scientia quodnam tale opus est quale domus architecturae, & textoriae uestis opus est, aliaq; permulta eiusmodi, quae multis artibus quisq; tribuere possit? Potesne mihi tu harum quomodolibet aliquid opus ostendere. At non poteris. Vera dicis inquam, hoc tamen monstrare tibi possum, cuius scientia sit harum scientiarum qualibet, quod aliud est quam scientia quaeq;. Quomodo modum computandi peritia parisi & imparisi multitudinis scientia est, quo pacto ad se, & inuicem habeant. an non? Profecto inquit. Nonne aliud est inquam par & impar quam ipsa computandi scientia? Est inquit. Quinetiam ponderandi facultas grauioris, leuiorisq; ponderis libratio est. Graue autem ipsum & leue aliud quiddam est, quam ars ipsa librandi. Assentiris? Assentior inquit. Dic itaq; temperantia cuius potissimum scientia est, quod sit aliud quam temperantia ipsa? Hoc profecto inquit quod modo quaeris, illud ipsum est quo temperantia ab alijs omnibus scientijs differt. Tu uero similitudinem aliquam huius ad alias exigis. Sed aliter se res habet. Nempe ceterae omnes alterius cuiusdam scientiae sunt, suis ipsarum minime. Sola haec & aliarum scientiarum, & superioris scientia est. Permultum abest ut haec ignores: uerum arbitror te quod paulo ante negabas efficere: nam me refellere tetas, et illud de quo sermo est, praetermittis. Quid agis inquam? An putas si te redarguero alterius gratia me id facturum q; cuius gratia me ipsum examinarem si quid dicam, metuens ne dum scire puto quod nescio, mea me ignorantia fallat? Et nunc quidem id summo opere me facere assero, differere uidelicet & examinare fermonem me ipsius gratia primum. forte etiam meorum familiarium causa. An non comu ne bonum esse hoc omnibus hominibus arbitraris, ut rei cuiuscq; conditio omnibus innotescat? Maxime quidem o Socrates. Audaacter itaq; o beate, ut tua fert opinio ad interrogata respondeas, ne cures Critias ne sit an Socrates qui redarguitur, sed ad ipsum sermonem attende, quoniam redargutus euadat. Sic faciam inquit, nam probe loqui uideris. De temperantia quod dicis age inquam repete. Atto equidem inquit ex omnibus alijs scientijs haec sola & superioris & reliquarum scientiarum esse scientia. Nonne et inscitiae scientia est? siquidem est scientia. Omnino. Solus itaq; temperans inquam seipsum noscet, examinaretq; poterit quid norit, quid ignoret: iudicare insuper ex alijs hominibus quod quisq; nouit & nosse putat, si quidem nouit, quid uero ignorat ipse & nosse putat: aliorum autem nullus hoc poterit. Atq; hoc est esse temperatum, & temperantiam, seipsumq; cognoscere, intelligere scilicet quae nouit, quae uero non nouit. Sunt ne haec quae dicis? Sunt inquit. Tertium igitur, inquam, ut dicitur, Scruatori uelut a principio consideremus. Principio utrum fieri hoc possit nec ne, ut quae quisque nouit, & quae non nouit, nosse & ite non nosse cognoscat. Deinde si id fieri possit, quae nam intelligetibus sit futura utilitas. Quarendum inquit. Anima duerte inquam Critia nunc in his certi quicquid habeas: ego enim nihil: & qua in re dubito, si uoles, aperiam. Imo uolo inquit. Sequentur haec si stabit quod ipse modo dicebas: Vna quaedam uidelicet scientia, quae nullius alterius q; superioris aliarumq; scientiarum scientia sit: atq; inscitiae rursus scientia eadem. Prorsus inquit. Vide inquam amice q; absurdus noster hic sermo sit. Enim uero si hoc idem in alijs quibusdam consideraueris, ut arbitror, impossibile tibi uidebitur. Qua ratione inquit? & ubi? Hic plane cogita utrum uideatur tibi uisus quidam esse, qui non sit earum rerum uisus, quarum ceterae uisiones: superioris autem & ceterarum uisionum, & ite non uisionis sit uisio: neq; colorem uideat ullum cum uisio sit, seipsam uero duntaxat & alias uisiones inspiciat. Videtur ne uisio tibi ulla talis esse? Nulla inquit. Num & uim inquam aliquam audiendi reperire posse confidis, quae uocem audiat nullam, seipsam uero & auditus alios, & non auditus percipiat? Neq; istud possibile inquit. In summa sensus omnes percurrere, consideraq; utrum sensus inueniri aliquis possit, qui seipsum, ceterosq; sensus percipiat, nihil tamen eorum sentiat quae sensus alij sentiunt. Impossibile & hoc existimo inquit. An forte cupiditatem aliquam esse censes, quae uoluptatem affectet nullam, superioris autem & reliquarum libidinum sit cupiditas? Nequaquam inquit. Neque uoluntatem inquam, ut arbitror, quae bonum nullum exoptet, seipsam uero & ceteras uoluntates expetat. Minime inquit. Amorem quinetiam aliquem talem esse dicis, ut pulchri nullius sit amor, imo superioris, ceterorumq; amorum sit ardor? Non equidem. Timoremne aliquem excogitasti unquam, qui seipsum et metus alios expauescat, terribile uero et periculosum

Proverbiu, lo
ui liberatori
tribus

iosum nihil exhorreat: Nunquam prorsus inquit. Opinionem præterea talem ut opinio-
num aliarum & sui ipsius opinio sit, nihil autē eorum quæ opiniones aliæ suspicantur, opi-
nietur ipsa: Nullo modo. Veruntamen scientiam quādam eiusmodi esse diximus, quæ do-
gmatis nullius scientia est, sui ipsius autem & aliarum scientiarum scientia. Diximus certe
inquit. An non mirum inquam quiddam, si est: nondum porro esse negandum, sed utrum
sit considerandum. Scite loqueris inquit. Dic iam. Est ne scientia hæc alicuius scientiæ ha-
bet; uim quandā huiusmodi, qua alicuius sit? Prorsus inquit. Itē maius ne dicimus eam
uim habere qua aliquo maius sit? Habet nimirū inquit. Nōne minori aliquo maius, si ma-
ius erit? Necessarium est inquit. Si maius quippiā reperiremus quod maioribus alijs & sei-
pso maius existeret, neque tamen maius esset aliquo eorum quibus cætera sunt maiora, om-
nino sibi hoc conueniret, ut sicut maius est seipso, ita sit & minus? Necessarium est o So-
crates. Quinetiam si duplum sit inquam aliquid ad alia dupla, & ad seipsum, certe ad se-
ipsum dimidium erit duplum, & ad alia dimidia duplum. Nempe quicquid duplum est,
non aliterius est quam dimidij duplum. Verum est inquit. Præterea quod seipso plus
est, nōne & paucius? & quod grauius, item leuius? quod uel senius etiam iunius? & in
cæteris omnibus eodem modo, quicquid sui ipsius potentiam ad seipsum habet, nonne
& illam habebit essentiam, ad quam est eius potentia? Dico autem tale aliquid. Auditum
nullius alterius dicimus esse quam uocis auditum: Profecto inquit. An non si seipsum au-
diat inquam, uocem se habentem audiet. Neque enim aliter posset audire. Necessario sequi-
tur inquit. Visus quoque o uir optime inquam si seipsum uidebit, necesse erit eum ali-
quē colorem habere. Nam absque colore uisus cernere nihil potest. Nihil potest inquit. Vides
inquam o Critia ea quæ narrauimus, partim impossibilia esse, partim incredibilia, quod
uim suam habeant ad seipsa, quod enim magnitudo & multitudo ac cætera huius generis
uim suam habeant ad seipsa, penitus impossibile. nōne? Sic est omnino inquit. Quod
uero uisus & auditus inquam seipsos percipiant, motus se moueat, & se caliditas calefa-
ciat, & cætera talia, à quibusdam non creditur, nonnullis forte credendum uidetur. Ma-
gno quodam uiro opus est o amice, qui satis per omnia id distinguat, utrum nihil omnino
uim suam ad seipsum habere ualeat præter scientiam, sed ad aliud: an queant alia, alia ne-
queant: & si aliqua sint quæ ad seipsa uim habeant, utrum eorum in numero hæc scientia
sit, quam temperantiā nominamus. Equidem sufficere me ad hæc discernēda, nequaquā
confido. Quocirca neque asserere possum utrum fieri possit ut scientiæ scientia sit. Quod
& si detur, non prius tamen assentiar esse huiusmodi temperantiā, quam inuestigauero
utrum proficit quicquam nobis temperantiā talis existens, uel nil proficit. Temperantiā e-
nim conferens quiddam ac bonum esse uaticinor. Tu igitur Callaschri fili, quando qui-
dem temperantiā ponis scientiæ inscitiaque scientiā, ostende primum possibile hoc esse
quod supra dicebā: postea præter id quod possibile, esse & cōferens atque ita mihi circa tē-
perantiæ ipsius definitionē forsitan satisfeceris. Critias uero cum hæc audiret, meque dubi-
tantē uideret, eorum more qui oscitantes intuiti oscitant, ipsi quidē uisus est hæsitante me si
militer hæsitare. Sed utpote gloriosus, præsentis ueritus est, neque confiteri uoluit, se ad ea
discernēda quæ obtuleram, non sufficere, neque aperte quicquid protulit, suamque ambiguitatē
occuluit. At ego ut disputatio nostra procederet: Si tibi, inquam, uidetur o Critia, dabimus
nūc, scientiæ scientiā esse posse. Vtrū uero possit nec ne, aliās indagabimus. Veruntamen si
quæ maxime id possibile sit, quid magis possibile est cognoscere quæ nouit aliquis, & quæ
nō nouit: hoc utique esse diximus seipsum cognoscere, temperantiæ esse. Nōne? Maxime
inquit, ac sequitur quodammodo Socrates. Nam si quis eam habet scientiā quæ seipsam
cognoscit, talis et ipse sit, quale id est quod habet: quemadmodū cū uelo citatē habet quis,
uelox: & quādo pulchritudinē, pulcher: et quādo cognitionē, cognoscēs. Quare cū cog-
nitionē ipsam sui ipsius quis habet, seipsum tūc cognoscēs efficitur. Haudquaquam id ambigo
inquam, quin si quis in seipso habet aliquid sese cognoscens, ipse quoque se nouerit. Sed quæ
nā necessitas cogit hominem sic affectum, quæ nouit, quæ uel non nouit cognoscere? Hæc
uide licet inquit, quia idem est hoc et illud. Forte sic est inquam, sed ego semper similis esse
uideor, neque rursus intelligo quomodo idē sit, quæ nouit cognoscere et cognoscere quæ nō
nouit. Quis tuc ais inquit? Ita inquam. Scientia ipsa scientiæ existens, nunquid ultra dis-
cernere poterit quāquam quod ex his hoc quidem scientia est, illud inscitia? Non ultra, sed
catenus

catenus inquit. Idem est igitur inquam scientia & inscitia sani, atque item scientia & inscitia
iusti: Nullo pacto inquit. At uero hoc quidem medicina, hoc autem ciuilis peritia inquam,
hoc nihil aliud quā scientia. Quid ni inquit? Nisi quis nouerit sanum insuper ac iustum,
sed solam scientiam, utpote huius solius scientiam habens, quod quidem scit, quod uel sciē-
tiam quandam habet, agnoscat, tū circa seipsum, quæ circa alios. nōne? Quod uero cognos-
cat hæc scientia, quā ratione intelliget? cognoscit enim sanum & salubre medicina, non
temperantiā, harmonicū musica non temperantiā, ædificiū architectura nō temperan-
tiā, & similiter omnia. nōne? Apparet inquit. Temperantiā uero inquam si scientiarū sci-
entia est dumtaxat, quo modo intelliget quod sanum salubreque cognoscit uel quod ædifici-
um? Nullo inquit. Nō ergo intelliget quid cognoscat, hoc ignorās, sed quia cognoscat tan-
tū. Videtur inquit. Non igitur temperatum esse erit hoc, neque temperantiā, intelligere quæ
nouit quæ uel non nouit, sed ut uidetur quia nouit, & quia non nouit solū. Apparet inquit.
Neque poterit etiam hic alium examinare alicuius scientiam proficētem, utrum sciat quod
pollicetur, an nesciat. Imò hoc solum ut uidetur inquam agnoscat, quod scientiam quandā
habet: cuius autem rei scientiam, temperantiā non ostēdet. Non uidetur inquit. Neque igitur
simulantem medicum à uero discernet, neque alium quempiam scientem à nesciente. Sic
autē consideremus, si tēperatus, aut alius quouis diiudicaturus est uerum & falsum medi-
cum, an non sic faciet? De medendi quidē arte cum illo nihil differet. Nihil enim aliud, ut
dicebamus, intelligit medicus quæ sanū atque agrotū, salubreque & noxium, an nō ita: Ita prorsus
inquit. De scientia porro nihil nouit inquam, hoc enim soli tribuimus temperantiā. Sic
est inquit. Neque de medicina igitur medicus quicquā nouit inquam, quādo quidē medicina
scientia quædam est. Vera loqueris inquit. Quod quidem scientiam aliquam habet, tem-
peratus agnoscat, sed alius quispianam medici peritiam considerabit, quæ nā, quorum uel sit.
Quod quidem tunc patet, cum scitur quarū sit rerū scientia. An non scientia quæque deter-
minata est, haud hoc tantum quod scientia est, sed quæ scientia sit cognoscit
his cognitis quorū scientia est: Sic prorsus inquit. Medicinæ inquam scientia ab alijs scientijs
eo distincta est, quod salubris est insalubrisque peritia: Nempe inquit. An non in his cōside-
rare debet inquam quisquis medicinam cōsideraturus accedit in quibus uidelicet ipsa uerifa-
tur? Neque enim in extraneis, in quibus non est, querenda uidetur. Non certe inquit. In sa-
lubribus itaque eorumque contrarijs medicum considerabit in quantum medicum, quicunque
recte hūc perscrutabitur. Videtur inquit. Nōne in his ita uel dictis uel factis animaduert-
ret quæ uere dicantur, & quæ recte agantur? Necessarium inquit est. An poterit ullus abs-
que medicinæ peritia hæc conijcere? Nullus inquit. Neque alius ut uidetur præter medicum,
neque tēperans igitur. Nam præter id quod temperans, esset & medicus. Vera hæc sunt.
Omnino igitur temperantiā si scientiæ inscitia uel scientia est, neque discernere medicum po-
terit medendi peritum, itemque medicinæ peritiam simulantem, uel sese habere putantem,
neque alium quenquam eorum qui aliquid sciunt, præterquam hominē artis eiusdem pro-
fessorem, quemadmodum artifices alijs. Sic apparet. Quænam nobis ulterius o Critia à tē-
perantiā cum talis sit, est prouentura utilitas? Si enim quod in principio supposuimus, cog-
nosceret temperans quæ nouit quæ uel non nouit, illa quidem quod noscit, hæc uero quod
ignorat, & alium sic affectum diiudicare posset, emolumentum ingens temperantiā prædi-
ti reportaremus: quippe sine errore uitam ageremus, & nos quicunque temperantiæ parti-
cipes, & cæteri omnes quicunque nostro imperio regerentur. Neque enim nos quæ ignora-
mus, agere agerederemur, sed scientes homines perscrutati illis utique cederemus: neque
alijs nostræ gubernationi subiectis agere concederemus aliud quicquā nisi quod aggressi
si recte forent acturi. id est aut, cuius haberent scientiā. Atque ita per temperantiā et domus
instituta recte gubernaret. & dispersa ciuitas optime regeretur, & aliud unū quodque
temperantiā ipsa præfesset, nam errore sublato, rectitudineque ducēte in singulis actionibus
necesse est ita uiros instructos honeste atque bene agere, bene autem agētes beatos esse. An
non sic o Critia de temperantiā dicebamus, dicentes quantum bonum sit nosse quæ nouit
aliquis, & quæ non nouit? Ita prorsus inquit. Nunc autem uides nullam scientiam talē
esse nobis apparuisse. Video equidem. Nunquid bonū hoc cōtinet eam quā nunc inueni-
mus tēperantiā esse scilicet & scientiā & inscitia scire, quod quicquid discendū tētabit qui
hac armatus est, facilius perdisset, clarioraque omnia illi se offerēt, utpote circa omnia quæ
discenda

discenda sunt, scientiā ipsam prospicienti, aliosq; melius in his rebus examinabit quæ ipse discet. Qui autem absque hoc examinabunt, imbecillius & ineptius facient. An eiusmodi quædam sunt ò amice quæ nobis temperantia confert? Nos autem malus quiddam excogitamus, idq; maius quam sit esse requirimus. Forte sic est inquit. Forsitā inquam ego, fortassis etiam non nihil conferens indagauimus. Quod quidem inde coniectio, quia absurda quædam sequi uidentur circa temperantiam, si ipsa sit talis. Videamus ergo si placet, concedentes fieri posse ut constet scientiam sciri: quodq; in principio posuimus, temperantiam uidelicet esse cognoscere quæ nouit aliquis uel non nouit: ea re ne illam priuemus, sed demus potius. hisq; concessis diligentius etiam inuestigemus utrum in præsentia nos iuuet si talis existat, quæ enim dicebamus modo, quod ingens quoddam nobis esset temperantia bonum, si talis esset, regens disputationem aliquam dorumq; & ciuitatū, haud recte ò Critia concessisse uidemur. Quamobrem inquit? Quoniam facile nimium asseruimus bonum ingens fore hominibus si nostrum singuli quæ quidem cognoscunt, egerint: quæ uero ignorant, scientibus alijs quibusdam dimiserint. Nonne recte hæc asserta sunt? Non ut mihi uideatur. Absurda reuera loqueris Socrates. Per canem ita in præsentia mihi uideatur, & nuper aduertens inquam absurda quædam occurrere, meq; timere ne minus recte considerarem. Reuera enim si talis est temperantia, haud sanè uideo quid nobis afferat boni. Qua ratione inquit? dicas, ut & nos quid sentias cognoscamus. Nugaturum quidem me arbitror. Necessè tamen quod occurrit, considerare: neq; frustra ac temere præterire, si quis ipsius quoquo modo habet curam. Scite loqueris inquit. Audi iam meum somnium, siue per cornu, seu per ebur emerferit. Si enim nobis quammaximè dormiretur temperantia talis existens qualem modo describimus, utiq; secundum scientias ageret, neq; aliquis gubernatorem esse se iactans cū minime sit, nos falleret, neq; medicus, neq; dux exercitus, neq; alius ullus scientiæ falsus professor nos effugeret. His hunc in modum dispositis, aliud quiddam nobis contingeret: nam melius quam nunc corporibus ualeremus, & in maritimis militariibusq; periculis tutiores euaderemus. Vasa item et instrumenta possideremus, ex eo quod ueris artificibus uteremur. Concedamus quoq; si uis uaticinium futuri scientiam esse, & temperantiam illi præsidendam uanos ostentatores uitare, ueros autem uates ad futurorum prædictionem eligere. Ita profecto genus hominum institutum, quod scite ageret, uiueretq; assentior. Nam custos uitæ hominum temperantia nunquam subrepere in scientiam & uiribus uti suis permitteret. quod autem secundum scientiam agentes, bene ageremus effemusq; beati, nondum percipere possum ò amice Critia. Haud facile alium bene agendi finem perfectionemq; reperies inquit, si actionem secundum scientiam spreueris. Paulo diligentius inquam explica secundum quam scientiam. Num secundum scientiam coriariam? Non per Iouem inquit. An forte arariam fabricar? Neq; istam inquit. Num secundum lanificium artificumq; lignorum aut quiddam huiusmodi? Neq; istud inquit. Haud ulterius itaq; eo in sermone standū uideatur, quo asserabatur beatum esse illum qui secundum scientiam uiueret, nam hi secundum scientiam uiuentes, beatè uiuere abs te minime affirmantur. At forte è multis inscienter uiuentibus unum quendam certa ex scientia scienter uiuentem, beatum determinas. Ac forsitan dicis, quem ego paulò ante dicebam, uatem futurorum omnium præscium. Hunc ne, an alium inquis? Et hunc & alium inquit. Quem inquam? Nunquid eum hominem qui non futura solum, uerum etiam præterita, præsentiaq; cognoscat, nihilq; ignoret? Pingamus eiusmodi aliquem, hoc tu neminem aliū magis è scientia uiuere dicas ut arbitror. Neminem prorsus inquit. Hoc item addatur, quænam scientiarum potissimum beatum facit, num similitur cunctarum? Non similitur inquit. Verum qualis maxime illa qua quis nouit præsens præteritum atq; futurum? Nunquid ea qua talis luderet? Quid talos memoras inquit? An forte qua computare? Nequaquam. Num qua salubria? Hæc quidem magis. Illa uero quam dico maxime, qua quid norim? Qua bonum ac malum. O improbe iam dudum me clam circulo quodam reflectis retrahisq; ad id, ut beatum uiuere non sit secundum uniuersas scientias uiuere, imò secundum unam quandam boni malique scientiam. Porro si uelis ò Critia ex alijs scientijs hanc excipere, minus & ipsa medicina sanos efficiet? & coriaria calceos minus suppedabit? minusq; textoria uestes? gubernatoria maritima pericula, militaris belli discrimina declinabit

declinabit, seruabitq; minus? Nihil minus inquit. At uero ò amice Critia inquam subla ta hac ipsa scientia boni scilicet, atq; mali, nihil horum bene utiliter ue agetur. Vera loqueris inquit. Haud hæc, ut uidetur, temperantia est, sed ea cuius opus est nobis prodesse. Non enim scientiarum & inscientiarum scientia est, sed boni malique cognitio. Quocirca si utilis nobis est temperantia, ad aliud quiddam confert. An non prodest & hæc inquit? Nempe si scientiarum scientia est temperantia, cæterisq; scientijs præsidet, huic quoq; scientiæ bonum malum ue discernenti similitur imperans, nobis proderit. Nunquid bonam corporis ualetudinem præstabit inquit? hæc potius quam medicina? cæteraq; artium aliarum opera hæc efficiet, artifices autem singuli à proprijs cessabunt operibus? An non iam pridem inter nos constitit temperantiam esse scientiæ inscientiæ ue scientiam, nec ullius alterius facultatem? An non ita? Ita prorsus apparet inquit. Non ergo erit opifex sanitatis inquam. Non inquit. Alterius enim artis opus est sanitas. Alterius certe. Neque utilitatis igitur ò amice. Nam alteri hoc opus arti paulo ante tribuimus. nonne? Maxime. Quo pacto itaq; utilis nobis temperantia erit, cū utilitatis nullius sit artifex? Nullo modo uidetur ò Socrates. Vides ne Critia me supra non iniuria timuisse, meq; ipsum culpasse, quod nihil magnum & utile de temperantia scirem? Nunquam enim quod omnium habetur pulcherrimum, hoc nobis apparuisset inutile, si quo pacto ad recte inquirendum ipse utilis essem. Nunc autem passim succumbimus, neque inuenire ualemus ad quid potissimum significandum temperantiæ nomen instituit ipse nomen auctor, quamquam multa concessimus à ratione tamen penitus abhorrentia. Porro scientiæ scientiam esse conuenimus reluctante ratione, idq; protinus resellente. Quinetiam hac ipsa scientia reliquarum scientiarum opera nosci concessimus, ratione similitur repugnantem: ut uir temperans talis esset, ut quæ nouit, sciat seipsum nosse, & quæ non nouit, ignorare rursus intelligat. Hoc utiq; magnifice nimium libereq; concessimus, haud aduertentes impossibile esse, ut quæ nullo modo quis noscit, noscat quodammodo. In hoc autem nos consensimus, uide licet aliquem ignorantem aliqua, quod non cognoscat ipsa cognoscere: & si nihil est, ut mea fert opinio, quod hoc uideatur absurdius. Veruntamen ita nos inepros potius quam duos pertinacesq; hæc indagatio nacta, nihilo magis ueritatem inuenire potest: sed ut quæ deo seipsam intrisit, ut quod iam diu nos communi consensu confinximus, & temperantiam esse posuimus, hoc tandem inutile quiddam insolenter & contumeliosè nimium apparuerit. Tua quidē id causā potius quam mea ò Charmides ægre fero, si tu tam egregia indole, ac temperantia animi præditus, nihil tanta uirtute iuueris, nihilq; ipsa in uita tibi proficit. Molestius quoq; fero incantationis gratia, quam à Thrace illo didici, si in re nullius precij percipiendā tantum studium posui. Hæc itaq; sic se habere haud satis credo. imò ignauum esse me inuestigatorem arbitror, quippe qui temperantiam magnum quoddam bonum existimem: quod si habes, te beatum esse. Verum cogita utrum possideas, & incantatione non egeas. Nam si habeas, tibi equidem consulam ut me delirum putes, & inuestigandæ ueritatis impotem, te uero quo es temperantior, eo beatior. Et Charmides. Nescio per Iouem inquit ò Socrates utrum habeam necne. Nam quo pacto illud intelligam, quod uos ut ais ipse, quid sit inuenire nondum potestis? Equidem tibi non multum credo Socrates. Imò indigere incantatione me arbitror, & quantum ad me atinet, nihil obstat quo minus quotidie mihi incantationibus medearis, quoad ipse satis habere me putes. Esto, inquit Critias: uerum ò Charmides si sic egeris, argumento istud mihi erit, quod temperatus sis, quia incantationibus Socratis te subijcias, nec ab eius latere unquam discedas. Pariturū me & passim, inquit ille, sectaturum existimato. Nempe grauius peccarem, nisi tibi tutori meo parerem, & quod iubes exequerer. Iubeo equidem inquit Critias. Efficiam id sedulo inquit, hodieq; incipiam. Quidnam hi inquam deliberrant. Nihil amplius, Charmides inquit. Nempe decretum est. Vim ne inferes inquam? neq; mihi ullum uicissim consulandi relinques arbitrium. Vim prorsus inquit illaturum putato, quando quidem hic præcipit. Ad hæc tu quoq; quid acturus sis consulta. Nullus inquam restat consulandi locus: nam tibi agere aliquid affectanti cogentiq; nemo resistere poterit. Neq; tu ergo inquit repugna. Haud equidem aduersabor inquam.

PLATO septem numero magistratus optimos legibus anteponit, quod leges absq; illis omnino uideantur inutiles: eas enim seruabit nullus: Magistratus autem optimi ipsi sint leges. Sed ait magistratus non posse optimos fieri, nisi ciues uiri sint optimi neq; uiros fore tales, nisi adolescentes quoque pueriq; sint tales. Quapropter in omnibus pene dialogis parentes in primis ad recte educandos filios adhortatur, sciens nō posse genus humanū absq; gubernatoribus optimis uel honeste uiuere uel feliciter gubernari. Præterea nunquam fore bonos in repub. principes, nisi uiri sint probatissimi, statim uidelicet à tenera etate diligenter exculti. Cum autem pueritia plerunq; sub domesticorum prouidentia satis ferme regatur, adoleſcentia uero licentiam nata solutiorem passim absq; frenis oberret, merito Plato noster plurimum de adoleſcentibus corrigendis frenandisq; pertractat, grauiterq; conqueritur eam etatem, quæ cum mollitie lasciuiaq; peiulantiam superbiamq; coniungit, ideoq; in summo discrimine posita est, tum à domesticis parum obseruari, tum à legibus, magistratibusq; infeliciter negligi, præsertim cum adoleſcentes tam se inuicē coiungunt, quàm à grandioribus passim inficiantur. Itaq; in Legibus & Rep. magistratum inter ceteros proprium adoleſcentiæ præfiscit. Qui tanquam, ut ita loquar, episcopus exploratores quotidie tam nocte, quàm die per totam mittat urbē, singulos singulorum adoleſcentum mores, uerba, gestus obseruatos, singulaq; eorū tum facta, tum dicta ad magistratum uelut ad pastorem patremq; fideliter delaturos. Nec tamen necessaria adoleſcentiæ diligentia soli ex omnibus Platoni fuit cura. qua quidem in re nec Aristoteles ipse Platonem potuit non summopere cōprobare. Sed ad dialogum ueniamus. Lysimachus & Melesias de filijs cogitant educandis, de suis conquesti parentibus, quod publica curiosus pertractantes, domestica filiosq; neglexerint, cum tamen prima reip. cura in curanda iuuentute consistat: quæ uamuis iam senes, tamen ut rectius ea de re deliberent, Niciam Lachetemq; etiam senes quibus & filij sunt, ad consulendū similiter conuocant, ac nequid minus perfectum sit Socratem consilio adhibent, nō modo socium, sed & iudicem, Socratem inquam nihil aliud in omni eius uita tractantem, quàm tum de omni etate, tum maxime de adoleſcentia rite curanda. Tu uero considerabis interea miras Socraticæ uitæ laudes, item ueras esse laudes quæ à uiro laude digno proficiuntur. At uero quoniam in alijs ciuitatibus institutum legum ad mansuetudinem magis declinat quàm ad audaciam, in alijs uero contra, Plato utrunq; arbitratur periculosum, & mansuetudinem audaciæ, & uicissim audaciam mansuetudini iubet in Politico pariter cōmisceri. Sic uero Charmidem Lacheti coniunxerit, exhortationemq; tum ibi ad temperantiām, tum hic ad fortitudinem inuicē copulauerit, adoleſcentum animos rite contemperabit. Mitto quod in hac presentis dialogi ad fortitudinem exhortatione tam Nicias quàm Laches militarem fortitudinem ultra quàm deceat admirantur, & Nicias præter armorū ludos quasi ad militiam præiudicia summopere necessaria, laudibus supra modum extollit. Sed hunc non iniuria Laches emendat. Post hæc sententiā transfertur ad Socratem. Vbi animaduerte nullam consonantiām delectare magis, quàm quæ in sapiente fit ex ipsa animi sermonisq; concordia. Atq; contra nullam dissonantiām magis offendere, quàm ubi lingua mensq; dissonant. Deinde hominē perditum etiam si belle loquatur audientium non esse. Neq; licere de moribus loqui nisi morato. Præterea Socratem semper consueuisse de quacunq; re disputaretur, disputationis sociū cō perducere ut totius uitæ suæ redderet rationem: quasi aliena frustra cognoscas, nisi te ipsum noris. Additur neesse in primis esse seipsum alicui examinātū subiicere, cui sæpe rationes antea actæ uite reddantur. Quod quidem confessionem annuam à Christianis institutam ualde confirmat. Additur & tandū discendum quandū uiuendum. Socrates autem omnium cautiſsimus iudicium sibi iniunctum ait traducendū in Seniores. Sed interea obsecratus à cunctis rem ipsam aggreditur, ante omnia quidem diligentiam in filijs educandis probans, improbens negligentiam. Adiungit nō posse fieri ut quis ad fortitudinem aliquem adhortetur, nisi sciat quid ipsa fortitudo sit exprimere. Mox interrogatus Laches quid fortitudo sit, confidentius respondet, esse uirtutem per quam quis non deserens ordinem, expugnat hostem. Quod quidem ideo confutatur, quia potest aliquis Scytharū more non minus fugiendo quàm permanendo hostem uincere, atq; æque fortis esse. Ideoq; Homerus eum appellat fortem qui oportune audere scit atq; timere. Paulo post ad quamlibet materiam fortitudinis uictoria trahitur, quasi fortem uirū deceat nō modo formidines, uerū etiā dolores, libidines, uoluptates exuperare. Hinc queritur cōmunis ad hæc omnia fortitudinis definitio. Ad hæc respondet Laches, hanc esse quādam animi tolerantiam. At quoniam minus sufficienter est definitū Socrates addere cogit, tolerantiam ipsam oportere honestā esse atq; consententem, eiusmodi uero non erit nisi prudenter id fiat. Ideoq; compellit Lachetem dicere, fortitudinem proprie tolerantiam prudentem esse. Si quidem fortitudo pulchrum quiddam est atq; bonum. Deinde queritur quænam tolerantia, & ad quid prudens, id est circa quam materiam, quod uel officium. Labitur autem Laches quando generatim interrogatur, utrū ubi audacia maior est, ibidē fortitudo sit maior, idq; concedit: rursusq; admittit necessariū audaciam in eo esse maiorem, qui absq; rei ipsius peritia, cognoscent tamen periculū, rem ipsam aggreditur, quāms

quāms in eo qui peritia incedit instructus. Cautius enim tutiusq; is agit. Laches deniq; recipit, ubi plus audaciæ minus uel peritiæ prudentiæq; est, fortitudinem esse maiorem. In qua quidem cōcessione & sibi ipsi repugnat, & admittit falsum. Nam fortitudo quidem pulchrum quiddam est, & conferens, audacia uero imprudens est, turpis & noxia. Inter hæc nota tritam Socratis Platonisq; sententiā. Ad illa quisq; bonus est, ad quæ est sapiens: ad illa malus, ad quæ ignorans. Profecto quemadmodū errores omnes, tum manus in apprehendendo, tum pedis in gradiendo ab ipso uidentur defectu procedunt, sic errata hominū omnia, tum in eligendo, tum in agendo ex defectu intelligentiæ proficisci Socrates arbitratur. Nam ubi dux ipse cæcus est uel cæcutiēs, omnia labuntur in præcepſ. Post Lachetem definit Nicias fortitudinem, metuentiarum rerum & non metuentiarum scientiam, qua uidelicet ratio ne & quatenus metuenda inuadendaq; sunt. Vocat utiq; fortitudinem habitum quēdam cum prudentia circa metienda & inuadenda constantem. Audaciam uero sine prudentia temerariam uocat ferocitatem. Socrates cōtra Niciam sic argumentatur. quoruncunq; aliqua scientia est, non alia præteritorū est ut facta sunt, alia presentīū ut sunt, alia futurorū ut optime fieri possunt, sed eiisdē scientiæ est hæc omnia intelligere. Si ergo fortitudo scientia est audendi & metuedi circa bona atq; mala, uidelicet ut futura sunt, nimirū est etiā scientia eorum dē ut præsentia sunt, atq; præterita. omnīū ergo simpliciter. Est igitur uersa uirtus. Nos autē fortitudinē ab initio tanquā uirtutis partem aliquam quærebamus. Obiectio hæc non tam refellendi, quàm tentandi Nicie gratia facta est. At Nicias definitionem suā nesciuit defendere. Socrates autem inter seniores propter modestiam doctorem agere nolens, simulat se definitionem similiter ignorare: hortaturq; eos ut una seculi uirtutū præceptores sibi ante perquirant, quā facultatē erudiendæ iuuentutis profiteantur, ostendens in omni etate moralē disciplinam esse magnopere necessariam, ac sine rubore uerecundiæ semper esse discendū. Definitiones uero quas uel hic de fortitudine, uel in Charmide de temperantia quærit, non hic, aut ibi, ubi exhortari & admonere duntaxat consilium est, sed in Rep. & Legibus absoluuntur. Sed ut de fortitudine simul & temperantia quasi germanis summatis dicā, Plato in Phædro, symposioq; uitam hanc nostram itinere cuidam comparat. In quo quidem dirigendo ratio refrat aurigam: affectus uero partim superiores partim inferiores, geminos referant equos, album uidelicet atque nigrum. Atq; ut quantum ad propositam pertinet questionem, cōmodius distinguamus: Diuinā inquit prouidentiam statuisse nos à turpibus reuocare: ad honesta continuo prouocare. Ideoq; pudorem magnanimitatēq; nobis ingenuisse: ut auriga noster pudore quodam quasi freno, affectus nostros uelut equos à turpibus licet suauibus cohiberet: magnanimitatis uero calcareibus ad honesta quamuis ardua stimularēt. Si quidē malus quidam demon ad turpia lenocinijs allicet uoluptatis: ab honestis amaritudine doloris absterret. Quamobrē & temperantia pudoris uelut freno, efficit ut à turpibus inuita uoluptate semper abstineamus: & fortitudo magnanimitatis freta calcareibus, dat operam ut ad honesta uirtutiter contendamus, sprete difficultatis dolorisq; formidine. Et quanto difficilius est adolores superare, quàm à uoluptatibus abstinere: tanto fortitan alicui uideri possit fortitudinē temperantie anteposendā. Deniq; temperantia quidem facit ne ex homine præcipitemur in bruta: fortitudo uero præter id, ut etiam quodammodo transferamur in deū omnia superantē. Ob hanc præcipue uirtutē omnis antiquitas Herculem in deorū retulit numerū: Herculem in quā, dum terræ uictor cælestes scanderet gradus, ita clamantē. Ite nunc sortes ubi celsa magni Ducit exempli uia: tur inertes Terga nudatis: superata tellus Sidera donat.

LACHES PLATONIS VEL DE FORTITUDINE, TRANSLATVS A MARSILIO FICINO FLORENTINO, AD PETRUM MEDICEM

DIALOGI PERSONAE.

LYSIMACHVS. MELESIAS. NICIAS. LACHES. FILII NICIAE ET LACHETIS. SOCRATES.



MIRVM spectasti armis dimicantē dē Nicia atq; Laches: quam uero ob causam spectare hunc nobiscum una ego & Melesias hic uos iussimus, hic quidem minime declarauimus. Nunc autē aperiemus; nam libere uobiscum loquendū existimamus. Sunt enim nonnulli qui hæc derident: ac si quis eis consulat, sententiam suam nō exprimunt: sed illud quo de consultiatur, simul & consultant mentem tenere se putantes, alia præter ea quæ sententiæ proferunt. Cum autē uos arbitremur & ad intelligendū sufficere, & quæ cognoscitis simpliciter explicare, scios ad eorū quæ referemus deliberationem acciuiimus. Est autem quo de altius sum exorsus, eiusmodi. Hi nobis filij sunt, hic quidē huius filius, a uito nomine Thucydides nūcupatus: meus item alter, aui similiter nomē seruans; nam Aristidē nominamus. Videturq; nobis

quam diligentissima horum cura suscipienda, neque agendum putamus quod multi solent, qui filios suos cum primum adoleuerint pro sua sinunt libidine uiuere, imò uero tunc studium diligentius adhibendum. Cum itaque esse uobis filios uideamus, iudicauimus uos præ cæteris cogitasse, qua ratione educandi sint ut optimi fiant, quod si non multum animaduertistis, in præsentia admonemus uos id negligere non debere, exhortamurque ut una nobiscum de filiorum educatione deliberetis. Quam uero ob causam nobis hæc uideatur ò Nicia atque Laches, audire decet, quamuis paulo prolixiora sint, quæ sequuntur. Discumbimus enim unà eodemque conuiuio ego & Melesias hic, atque hi nobiscum adolescentuli. Unde quemadmodum in principio sermonis significauimus, libere uobiscum audacterque loqui licet. Sane uterque nostrum multa potest patris sui præclara tum pace, tum bello gesta narrare, quibus illi uel reipublice, uel socijs profuerunt, à nobis uero gesta referre nulla possumus. Quare & horum nos pudet, eaque damnamus, & patrum negligentiam sæpe culpamus, quod nos postquam adoleuimus, in mollicie quadam & delicijs uiuere permiserunt, rebus aliorum interim intenti. Eademque adolescentibus his ostendentes, edicimus, si seipsos neglexerint, nostraque præcepta contempserint, ignobiles eos futuros: sin autem curauerint, forte dignos autis nominibus euasuros. Ipsi uero parituros se nobis respondent. Nobis autem de hoc inuicem consultantibus qua disciplina uel consuetudine potissimum optimi fieri possunt, exposuit quispiam operæ præcium esse ut armis dimicare perdiscant, laudantque istum quem uos modo certantem spectastis, & contuleri iussit. Optimum itaque fore putauimus, ut & nos ad hoc spectaculum ueniremus, & uos una conuocaremus, tum ad spectandum, tum etiam si uultis de adolescentulorum educatione cõmuni consilio deliberandum. Hæc sunt quæ conferre uobiscum cupiebamus. Vestra nunc interest, tam de hac re discenda sit nec ne consulere, quam de alijs siquam disciplinam uel studium adolescentis laude dignum habetis: tum de consilio quid facturi sitis, prædicere. N I. Sententiam profecto uestram ò Lysimache & Melesia probo, & uobiscum unà inuestigare paratus sum, similiterque affectum hunc Lachetem existimo. L A. Recte putas ò Nicia: profecto enim quod paulo ante referebat Lysimachus de suo & Melesiae patre, quam aptissime dictum uidetur aduersus illos, & nos, & omnes quicumque ciuilia tractant: nam, quod querebatur Lysimachus, illi tam filios quam cætera domestica negligunt. In his itaque probe Lysimache loqueris, quod autem nos ad consultantem de adolescentum institutione accersis, Socrate autem istum non inuitas, admiror: primo quidem conciuem, deinde in eo crebro, quod uel disciplinam, uel studium iuuenum liberale, quale tu requiris habet, occupatum. L Y. Quid ais Laches? Socrates hic talia unquam curauit? L A. Et maxime quidem Lysimache. N I. Ego quoque huius rei non deterior quam Laches testis esse possum. Nuper enim hospitem ad me deduxit erudiendi filij gratia Agathoclis discipulum Damonem, musicæ præceptorem, urbanum quidem uirum præ cæteris, atque peritum non in musica solum, sed etiam in cæteris facultatibus, quibus certe dignus sit ut eius disciplinæ consuetudineque adolescententes eiusmodi committantur. L Y. Haud amplius ò Socrates, Niciaque, & Laches ego atque equales mei, iuniores cognoscimus, utpote qui nos domi ob ætatē plurimum cõtinemus. Verū si quid boni ò Sophroni sci fili conciuui huic tuo cõsulere potes, consule. Decet enim: nã paternus nobis es amicus. Semper enim ego ac pater tuus familiares amicitque fuimus, ac ille uita prius decessit, quam ulla inter nos similitas exoriretur. Mihi quoque quodammodo aures adhuc Socratis nomen circumsonat, quod hi pueri domi altercantes inuicē frequenter usurpant, celebrantque sum opere, quos ego nondū percontatus sum utrum Socratem Sophronisci filium dicant, an alium. Sed ò pueri dicite mihi, hic ne Socrates ille, quem adeo frequenter cõmemorare sole tis? P V E. Ille proculdubio pater. L Y. Bene quidē per Iunonem ò Socrates, quod patrem tuum imitando attollis uirorum optimū, & quod nobis propria tua erunt, tibi que nostra. L A. Ne uirum hunc dimittas Lysimache: nam ego alibi ipsum quoque animaduerti, nõ erga patrem tantum, uerum etiam erga patriam mirum in modum officiosum, porro in ipsa apud Delium fuga, mecum una pedem retulit. Idque ratum habeas uelim, quod si cæteri similes se gessissent, haud tantam perpeffa fuisset ciuitas nostra ruina. L Y. Optima hæc laus est ò Socrates, quæ tibi nunc à uiris fide dignis tribuitur, qui in ipsdē laudandi & ipsi sunt, in quibus te laudat. Scito igit me tua existimatione latari tibi que summa beneuolentia esse deuin

deuinctum existimato. Oportet ergo te primum ad nos accedere, domesticosque ut decet censere. Quare posthac postquam nos inuicem agnouimus, ne aliter facias, imò beneuolentia quadam domestica complectaris & nos & hos iuniores, ut mutua inter nos amicitia utrinque seruetur. hæc sane & tu facies, & nos deinceps iterum in memoriam reuocabimus. Ad id autem quod inquirere cœpimus, quid dicitis? Num conducere putatis adolescentibus ut armis pugnare perdiscant? S O C R. Conabor equidem ò Lysimache si quid poteris de his consulere, & quæ postulas omnia facere; uerum par esse mihi uideatur, ut cum & iunior his, & ad hæc imperitior ipse sim, audiam primo quid ipsi sentiant, discamque, ac si quid præter illorum sententias habuero; tunc demum tibi hisque aperiam. Ac cur non ipse prior ò Nicia loqueris? N I. Nihil prohibet Socrates. Videtur mihi peritia hæc passim prodesse iuuenibus, neque in his immorandum, quibus iuuenes otium non sit se dare consueuerunt, sed eam facultatem comparare præstat, per quam habitus corporis robustus acquiritur. Nulla enim alia exercitatione inferior hæc est, aut minus laboriosa. Decet præterea liberum hominem maxime exercitatio talis & equestris peritia. Nam in eo certamine cuius nos athletæ sumus, & in his quorum nobis est certamen positum, hi soli decertant, qui in eiusmodi belli instrumentis se exercent: Conferet quinetiam peritia hæc in ipsa pugna, quoties in acie ordineque certandum. Maxime uero tunc proderit, cum acies dissoluentur, & singulari certamine oportebit uel insequi repugnantem, uel inuadentem repellere. Nunquã sane qui hac facultate instructus est, uni succumbet, forte uero nec etiam pluribus, imò hac passim exuperabit. Præterea alterius cuiusdam præclara disciplina facultas hæc desiderium affert, quilibet enim cum didicerit armis pugnare, disciplinam circa ordinandas acies, quæ statim sequitur, affectabit: hæc autem assequutus, & circa hæc cupiditate gloriæ inflammatus, ad exercitum præfecturam se conferet, ac summam ad omnia quæ circa hæc uersantur instituta studijque præclara & cognitu usque digna, sese prima illa ducente conuertet. Adhuc enim item quiddam non cõtemnendum, quod unumquodque in prælio audentiorē fortiorēque mirum in modum hæc facultas redderet. Neque illud insuper reticendum, quamuis leuiter uideri possit, quod & aptiorē ibi uirum efficiet, ubi maxime aptum promptumque cõspici oportet. Ibidem certe ob ipsam dexteritatem hostibus terribilior apparebit. Mihi itaque ò Lysimache & operæ præcium esse uidetur, ut hæc adolescententes percipiant: & quam ob causam ita putem, exposui. Verumtamen libenter audirem, si quid præter hæc Laches uelit asserere. L A. Absurdus profecto sermo existimaretur ò Nicia, si quis aliquam disciplinam diceret minime cõparandam. Præstare enim uidetur scire omnia. Enim uero facultas hæc circa arma, si disciplina quædam est ut ferunt qui eam docent, & talis præterea qualem Nicias prædicat, discenda est. Sin autem disciplina non est, sed nos decipiunt qui hanc pollicentur, uel disciplina est quidem, sed haud multi precij, quid hanc discere necesse est? Hæc ut dicam ex eo fit, quod ut reor si alicuius hæc esset precij, nunquam Lacedæmones latuisset, quibus nihil aliud curæ est in omni uita quam ita se in omnibus cõparare ut bello cæteros omnes exuperent. Quæ res si forte illos latet, nõ tamē latuisset huius rei magistros quod & Spartani armis summopere studeant, & quod qui propter artē in precio sit, & apud illos, & apud alios pecunias facile cumulet, sic quemadmodum tragœdiarū poeta apud nos honoratus. Nempe qui tragœdij cõdidit suis, haud foris Atticã oberrat, per urbes alias ostentans, sed statim huc aduenat, & sua non ab re ipsi uiris ostendit. Eos uero qui in armorum exercitatione uersantur, uideo Lacedæmonē putare quasi quoddam inaccessibile templū, neque summo etiam pede ascendere unquam audere. Imò circum oberrant, & apud alios se potius iactant, præcipue inter illos, qui & ipsi se alijs multis in re militari inferiores esse cõfiterentur. Præterea nõ paucis ò Lysimache generis huius hominibus interfusi dimicantibus, & quales sint noui. Quanquam apud sese unicuique rem coniectare licet. Quasi enim dedita opera nullus unquam in bello illustris euasit eorum qui his ludis incubuerunt. quãuis in cæteris omnibus ij proficiant maxime, qui se frequenter exercent, soli tamē hi præter cæteros ad hoc uoti impotes sunt, usque adeo infortunati uidentur. Etenim Stesileum hunc, quem uos mecum tanta in turba sese ostentantem cõtemplati estis, & mira nimium profitentē, alibi quandoque inspexi certius reuera se ipsum haud sponte intuētibus demonstrantem. Nauis enim in qua uehebatur, onerariam quandam aggrediente, falce cuspidata pug-

Pueros discere debere armorum disciplinam

Deprimuntur rationibus armorum disciplinam

Stesileus gladiator

nabat, maxima quadam, maximus & ipse. Reliqua quidem uiri huius gesta haud digna auditu sunt, hoc tamen non est silentio praetereundum, quid contigerit ex tam miro uiri huius machinamento qui telo falcem addidit. eo siquidem dimicante falx se nauis fulcimentis implicuit. Trahebat autem Stefileus ut explicaret, neque poterat: nauis nauem transibat, interea nauem cursu comitabatur hastam tenens: cum uero nauis nauem transfret, & is hastam tenens attraheretur, ad extremum teli manu deuenit. Risus ergo ac strepitus oneraria in nauis concitus ob Stefilei habitum, & ob id insuper quia lapide iuxta pedes eius in tabulatum iacto, quidam coegit ut hastam dimitteret. Tunc sane & illi qui treme uehebantur haud ulterius risum continere potuerunt, cum cuspidatam illam falcem nauis suspensam intuerentur. Forte alicuius haec precij sunt, ut Nicias asserit, ueruntamen ea quibus interfuit talia fuere. Quamobrem ut iam a principio dixi, siue disciplina haec est, parum prodest: siue non est, sed simulant qui hanc profitentur, haud res studio digna uidetur. Ita sane arbitror, si quis timidus facultatem hanc sequatur, audaciorum ob hanc effectum, clariorem fore quam fuerit. Sin autem fortis quispiam eam sectetur, ob seruatum ab omnibus si parum quid aberrat, magnas calumnias subiturum. inuidiosa namque scientiae huius professio, quocirca nisi uirtute mirum in modum ceteris praestet, qui hanc sibi scientiam uindicat, uitare non poterit quin ridiculus habeatur. Eiusmodi uidetur mihi Lyfimache huius disciplinae studium. Oportet autem ut ab initio dicebam, summopere hunc Socratem obsecrare, ut circa propositam quaestionem pro sua ipse sententia consulat. **L Y.** Rogo equidem Socrates: Nam arbitri cuiusdam sententiam consultatio haec desiderat: si enim hi inuicem conuenissent, minus eiusmodi consultatione esset opus nunc: postquam uero Laches, ut cernis, & Nicias dissident, praestat audire nunc cuius ipse sententiae potius suffrageris. **S O C R.** Quid uero Lyfimache? hisce tu adhærebis si plures nostrum laudabunt? **L Y.** Quidnam aliud quis agat? **S O C R.** Nunquid & tu Melesia similiter faceres? Ac si de exercitatione filij consultares, num pluribus nostrum fidem praestares, an potius illi qui sub perito exercitandi magistro didicisset, seque exercuisset? **M E.** Illi merito Socrates. **S O C R.** Ipsi itaque maiorem fidem adhiberes uni, quam nobis quatuor. **M E.** Forsitan. **S O C R.** Scientia enim, non multitudinem iudicare quod recte est iudicandum oportet. **M E.** Proculdubio. **S O C R.** Nonne id in primis considerandum est, si quis inter nos peritus ea in re sit qua de nunc deliberamus: an non? & si quis talis inueniatur ei credendum sententia ceterorum postposita? Si nullus, alius quidam nobis inuestigandus? An exigua quadam de re nunc uos periclitare censetis tu & Lyfimachus, potius quam de uestrarum possessionum omnium preciosissima? Filij namque bene male ue institutis uniuersa domus paterna eodem modo gubernabitur: quo & filij affecti sunt. **M E.** Vera loqueris. **S O C R.** Diligenter igitur huic rei inuigilandum. **M E.** Valde. **S O C.** Quoniam igitur pacto quod modo dicebam considerauissemus, si inuenire propositum fuisset quis nostrum sit certando maxime artificiosus? Nonne eum perscrutati essemus qui & didicit & exercuit: cuique uidelicet idonei huius rei praecipuos extiterunt? **M E.** Ita equidem arbitror. **S O.** An non prius etiam quid illud sit, cuius praecipuos indagaremus. **M E.** Qui istuc ais? **S O.** Sic clarius forte percipies, non uidetur inter nos principio constituisse quid illud sit de quo quaerimus, quis nostrum in eo maxime praestet, & huius gratia praecipuos habuerit, quis non. **N I.** Nonne quaerebamus o Socrates utrum oporteat discere adolescentem armis dimicare, nec ne? **S O.** Ita prorsus o Nicia, sed cum de oculorum medela querit alii quis adhibenda ne sit an non, tunc de medela putas an de oculis consultari? **N I.** De oculis, **S O.** Et quando quaeritur, utrum frenum equo adhibendum nec ne, & quando, tunc non de freno, sed equo potius consultatur? **N I.** Verum. **S O.** Ut autem paucis comprehendam, quod tunc quis aliquid alicuius gratia quaerit, de illo ipso consultatio est, cuius gratia aliud quaeritur, non de eo quod quaeritur alterius gratia. **N I.** Necessesse est. **S O C.** Oportet itaque consultorem examinare, utrum ad eam rem curanda peritus sit, cuius gratia in praesentia deliberamus. **N I.** Omnino. **S O.** An non dictum est de disciplina perquiri adolescentium animi gratia? **N I.** Dictum. **S O C.** Ergo num quis nostrum curandorum animorum arte polleat, ualeatque eos sufficienter excolere, & praecipuos eruditos habuerit, inquirendum est. **N I.** Numquam ne uidisti o Socrates quosdam sine praeciputoribus in re quadam peritiorum quam praeciputoribus adhibitis euasisse? **S O.** Vidi equidem Laches, quibus ipse tamen non crederes si se

Quales filij
talibus domus
gubernatio

Pulchra regu
la in cogno
scendis rebus
de quibus agi
tur.

si se optimos artifices praedicarent, nisi opus aliquod artis illorum recte constructum & unum & plura monstrauerint. **N I.** Verum est quod dicis, **S O.** Nos itaque decet o Laches & Nicia postquam Lyfimachus atque Melesias ad consultandum de filij conuocarunt, cupientes optimos illorum animos effici, si praecipuos nos habuisse fatemur, eos ostendere qui & ipsi primum optimi fuerint, & multorum adolescentum animos erudiuerint, postea nos quoque docuerint. Vel si quis nostrum praecipuorem habuisse neget, opera sua monstrare debet, in mediumque afferre quinam Atheniensium, uel hospitiu, aut serui, aut liberi, diligentia ipsorum absque controuersia boni euaserint. Sin autem neutrum ostendere possumus, ut alios consultores adeant, iubere debemus, neque in amicorum filijs deprauandis id subire periculi, quo apud adolescentum domesticos accusationem maximam mereamur. Equidem o Lyfimache atque Melesia de me ipso in primis assero, nullum hac de re mihi magistrum extitisse, quanquam a tenera aetate semper rem hanc affectaui. Veruntamen Sophistis mercedem soluere non ualeo, qui soli polliciti sunt bonum me & clarum efficere. Ipse uero proprio ingenio artem hanc inuenire etiam nunc minime possum, quam si Nicias hic uel Laches inuenit uel didicit, haud equidem admirabor. Etenim pecunijs magis abundant, ut ab alijs discere queant: & seniores sunt, ut iam inuenire poterint. Videntur autem mihi ad erudendum sufficere, neque enim tam intrepide de sturdij iuueni commodis aut incommodis statuissent, nisi putassent satis sibi nota. Ac cetera equidem his credo, quod uero dissentiant admiratus sum. At qui quemadmodum nuper Laches iubebat ne me dimitteres, sed percontareris, ita nunc ego uicissim te rogo iubeoque Lyfimache, ne Lachetem Niciamque dimittas, sed ab his scisciteris, dicens eis Socratem dixisse, rem se nec intelligere, neque diiudicare posse uter uestrum uera loquatur: quippe cum nec inuenitor harum rerum ipse fuerit, neque ab alio docente didicerit. Tu autem Laches ac Nicia dicite utrique nobis, quem circa iuuenem educationem doctissimum conueneritis, & utrum discentes ab aliquo sciatis haec, an ipsi potius inuentiones suas. Quod si didicistis, quis utriusque magister? qui ue alij artis eiusdem professores? Ut si minus uobis ad haec a republicae negotijs superest otij, eos adeamus, per suadeamusque uel muneribus, uel gratia, uel utrisque, ut & nostrorum & uestrorum filiorum curam suscipiant, ne improbi facti maioribus suis dedecori sint. Sin autem ipsi uos hoc inuenistis, adducite in medium siquos forte alios diligentia uestra ex prauis bonos clarosque homines reddideritis. Enim uero si nunc primum docere incipitis, animaduertendum est non Carem quendam mercede conductum, sed & uestros & amicorum filios in discrimen uos ducere: & profecto, ut habet prouerbum, in Dolio figurariam experiri. Dicite itaque, quid ex his adesse & competere uobis asseritis negatis ue? Haec tu ab his sciscitare Lyfimache, neque eos dimittas prius, quam respondeant. **L Y S I.** Probe loqui Socrates o uiri & mihi uidetur. Si ergo uobis gratum futurum est o Nicia atque Laches, interrogantibus respondere, ipsi uideritis: mihi certe & huic Melesiae gratum, si uelitis omnia quae interrogat Socrates, ratione percurrere. Etenim statim a principio dixi idcirco ad consultandum uos adhibitos esse, quod cogitata uobis haec iam, ut decens est, arbitraremur: praesertim cum filios habeatis ut nos, ea ferme in aetate iam constitutos, in qua de erudiendo sit cogitandum. Si ergo nihil prohibet, dicite obsecro, unaque cum Socrate hoc considerate, & reddentes, & accipientes inuicem rationem. Recte namque & hoc hic dicebat, de maxima quadam rerum omnium nostrarum in praesentia nos deliberare. Videte itaque utrum sic agendum existimetis. **N I C I A S.** Videris certe mihi Lyfimache Socratem ex patre tantum cognoscere, neque cum eo unquam consuetudinem habuisse, nisi forte dum esset puer, patrem sequutus aliquando uel in templo, uel alio populari conuentu tibi adhaerit. Virum autem hunc factum nondum, ut apparet, es alloquutus. **L Y.** Cur o Nicia? **N I.** Ignorare uideris quod quicunque sermone quasi genere propinquat Socrati, illi disputans haret, licet de alio quoquam coeperit disputare, cogitur tandem Socratis uerbis adductus suae uita reddere rationem, quae sit praesentis, quae antea actae ipsius uita conditio. Et postquam in haec incidit, non prius eum dimittit Socrates, quam cuncta haec sufficienter examinauerit. Ego autem hoc familiariter usus sum, ac necessarium esse cognosco huius ex uerbis haec perpeti, ac quod nunc mihi hoc subeundum sit non ignoro. Delectat me admodum huius o

B 4 Lyfimache

Comentatio
Socratis.

Solonis præ-
septum.

Lysimache consuetudo. Neque enim obesse puto ut in memoriam reducat, si quid non re-
cte uel fecerimus uel faciamus. Imò uero necesse est eum qui hæc non refugit, cautiorem
in posterum fieri, existimantem secundum illud Solonis tamdiu discendum quamdiu ui-
uitur, neque sperandum à senectute mentem nobis datam iri. Mihi itaque nec inuictum
est, nec iniucundum à Socrate hoc examinari. Atqui iam pridem id sciebam, sermonem
nobis non de pueris præsentem Socrate, sed de nobis ipsis futurum. Quamobrem nihil
prohibet, quo minus cum Socrate utcumque uult ipse, disseram. Verum considera quo
pacto Laches erga hæc affectus sit. L A. Simpliciter equidem Nicia erga sermones affi-
cior, imò uero si uis dupliciter. Porro uerborum studiosus uideri cuiquam possem, &
aliquando contra. Nam quoties de uirtute uel de sapientia quadam aliquem audio dispu-
tantem reuera uirum dignumque sermonibus ipsis, mira quadam afficior uoluptate, con-
templans dicentem simul ac dicta quam congrua inter se & consona sint. Atque hic profes-
so uir musicus esse mihi uidetur, harmoniam suauissimam modulatus, non lyram, neque
focularia quadam instrumenta, sed uitam reuera temperans concordia uerborum &
operum, concinentem secundum Doricam uidelicet melodiam, non Ionicam, aut Phry-
giam, aut Lydiam, sed eam certe quæ sola græca est harmonia. Talis itaque uir mirifice su-
is me uerbis delectat, facitque ut uerborum auditor esse uidear: tanta attentione dicta illius
accipio. Quisquis autem agit contra, meas offendit aures, & quo loqui uidetur ornatus,
eo magis facit ut uidear à sermonibus abhorrire. Socratis quidem uerba nondum expertus
sum, opera certe quandoque mihi compertum est, hunc præclaris sermonibus, omnique li-
bertate loquendi dignum esse. Si ergo & hoc habet, cum eo plane consentio, atque libentis-
sime ab eiusmodi uiro examinabor, neque molestum mihi erit ab eo aliquid discere. Atqui
& Soloni (istuc modo adijci patiar) concedo, nempe à bonis uiris duntaxat multa se-
nescens discere uolo. Hoc igitur sit mihi concessum, ipsum præceptorem bonum esse, ne-
forte dum inuitus disco in docilis esse uidear. neque mihi curæ est, utrum sit præceptor iuni-
or, uel nondum opinione hominum clarus, uel aliud tale quid habeat. Tibi igitur prædico
Socrates, ut me quomodo cumque uis & doceas, & redarguas, & discas quod ipse nouerim.
Sic certe erga te affectus sum ex eo die, quo mecum subiisti discrimen, tuæque uirtutis feci-
sti periculum specimen tale præbens, quale exhibere debet quisquis iuste periculum est fa-
ciurus. Dicas ergo quod lubet, nihil ætatem nostram ueritus. S O. Ergo incusare uos non
poterimus quasi minus ad confidendum inuestigandumque paratos. L Y. Sed nos certe ô So-
crates. Vnū enim ego te nostrum reputo. Cogita pro me adolescentium gratia, quod ab ijs
quærere nos oporteat, cumque his differendo consulta: nam mihi quidem multa memoria
propter senium exciderunt, ex his quæ perquirere statueram: Nec eorum sane quæ audi-
am, si qui alij sermones interuenerint, meminero satis. Quapropter uos inuicem quæ pro-
posuimus percurrite, ego uero audiam, & cum audiuerò, una cum hoc Melesia quicquid
statueritis peragam. S O. O Nicia atque Laches Lysimacho Melesiaque parendum. Quæ igitur
supra inuestigare contendimus, uidelicet quinam præceptores nobis disciplinae talis
extiterint, uel quos alios ipsi nos meliores fecerimus, forte nihil obesse inter nos ipsos exa-
minare. Verum eiusmodi quadam consideratio eodem recidet, imò perinde erit, ut à prin-
cipio. Nam si de aliquo quocumque tandem compertum nobis sit, quod id præsens alicui, me-
lius efficiat cui sit præsens, tū si hoc illi admouere possemus, etiā illud ipsum quo de con-
siliū caperetur quo quis pacto quamfacillime sibi acquireret intelligeremus. Forte non in-
telligitis, uerum sic facilius comprehendetis. Si sciremus quod uisus oculis præsens melio-
res illos facit quibus adest, rursumque possemus oculis ipsum adhibere, patet quod etiā quid
ipse uisus sit, cognosceremus, de quo aliquando consultandum nobis esset qua ratione quam
facillime & commodissime ipsum quis comparet. Si enim id ipsum nobis ignotum esset
quid uisus, quid auditus sit, nunquam idonei consultores medicinae circa oculos aures ue-
lessemus, inuestigantes quomodo optime quis uisum auditumque reciperet. L A. Vera nar-
ras ô Socrates, S O C R A T. Nonne hi nos in præsentia ô Laches elegerunt consultaturos
qua ratione uirtus animis filiorum suorum adhibita, eos meliores efficiat? L A C H E S.
Profecto, S O C R A T E S. Nonne igitur constare id oportet, uidelicet quid ipsa uirtus sit
intelligere? Si enim quid uirtus sit penitus ignoremus, quo pacto consulere cuiquam po-
terimus, uiamque optimam & facillimam ad uirtutem offendere? L A C H E S. Nullo
modo

modo ô Socrates. S O. Fatemur Laches quid uirtus sit intelligere? L A. Fatemur cer-
te. S O. Si intelligimus, certe quid sit etiam exprimere possumus. L A. Nihil prohibet.
S O C. Haud tamen quid uniuersa sit uirtus statim uir optime perquiramus. Maius nan-
que id opus. Sed de parte primum aliqua uideamus, utrum satis nobis pateat. Atque hunc
in modum facilius nobis erit inuestigatio. L A. Vt cumque placet agamus. S O. Quam
itaque potissimum uirtutis partem eliciemus: an uidelicet eam ad quam ipsa armorum dis-
ciplina spectare uidetur? Videtur autem multis ad fortitudinem, nonne? L A. Et maxime
quidem. S O. Primum ergo quid fortitudo sit ô Laches aperire conemur: deinde inuesti-
gabimus quo pacto ab adolescentibus, quoad exercitatione & doctrina fieri potest, com-
paretur. Quapropter annitere quid fortitudo sit, nobis exponere. L A. Haud dictu dif-
ficile istud ô Socrates. Certo scito illum esse fortem qui ordinem seruans in oppugnandis
hostibus instat, nec refugit. S O. Bene loqueris Laches. Sed ego forsitan cum uerbis obscuro-
rioribus terrogarem, causam dedi ut aliud responderis, quam quod interrogans ipse senserim.
L A. Qua ratione id ais Socrates? S O. Explicabo si potero. Fortis utique is est quem
dicis ipse, quicumque ordinem non deserens aduersus hostes pugnat. L A. Hunc ipsum
dico. S O. Atque ego. Sed nunquid & ille qui non permanens, sed fugiens pugnat? L A.
Quomodo fugiens? S O C. Quomodo Scythæ dicuntur non minus fugiendo quam
insequendo pugnare. Vnde & Homerus equos Aeneæ laudans ait, celerrime hinc &
illinc persequi atque fugere. Aeneamque ipsum similiter ab ipsa metuendi scientia quando
que laudauit, dixitque illum esse metuendi fugiendi peritum. L A. Et recte quidem ô So-
crates: nam de curribus loquebatur, tu uero de Scytharum equitibus loqueris, equites
sane illorum sic dimicant: armaturæ autem græcæ periti, quemadmodum ipse dicebam.
S O. Præter Lacedæmones forasse ô Laches. Nempe Lacedæmones aiunt in Plateis, cum
in scutiferos incidissent, non sustinuisse primum illorum impetum, neque perstitisse sed fu-
gisse potius. postquam uero Persarum solutæ sunt acies, se equitum more conuertisse
se, atque ea pugna uictores euasisse. L A. Vera naras. S O. Merito ergo dicebam ex
eo quod ego non pro re interrogassem factum esse, ut tu quoque non recte responderis. In-
terrogare enim uolebam non solum de ijs qui circa leuem armaturam fortes sunt, sed etiam
am de equitibus, de quibus omnibus simpliciter in quouis belli genere fortibus, neque in terra
duntaxat, sed in maritimis tempestatibus, imò etiam de ijs quicumque aduersus morbos
uel inopiam uel ciuilia negotia fortes sunt. Neque de his tantum qui aduersus dolores me-
tusue constantes sunt, sed de illis etiam qui contra uoluptates concupiscentiasque pugna-
re fortiter possunt, siue persistentes, siue etiam tergiuersantes. Sunt namque & in hisce rebus
ô Laches fortes nonnulli. L A. Et maxime quidem ô Socrates. S O. Nonne omnes hi fortes
sunt? Veruntamen partim circa uoluptates, partim circa dolores, partim circa cupidita-
tes, partim circa timores fortitudinē possident: & qui timidi sunt, circa eadē, ut arbitror, ti-
midi. L A. Sic est omnino. S O. Quid sit utrumque horum interrogabam. Rursum itaque pro uiri-
bus exprime quid ipsa fortitudo sit, quæ in his omnibus eadem reperitur. Nondum intel-
ligis? L A. non satis. S O. Dico autem perinde ac si interrogassem, quid est ipsa uelocitas,
quæ currendo citharamque pulsando, & loquendo, & discendo, cæterisque permultis in re-
bus nobis adest: quam quidem, ut dictu dignum est, uel in manu, uel pedum, uel oris, uo-
cisque, uel intelligentiæ motibus possidemus. Nonne & tu similiter dicis? L A. Profus. S O.
Ergo si quis me percontaretur, ô Socrates quid esse dicis istud quo in omnibus uelocitate
nominas? responderem utique uim breui in tempore multa peragentem, tam circa uocem,
quam cursum, ac cætera omnia mihi uideri. L A. Recte. S O C. Conare igitur & tu Laches
fortitudinem similiter definire, quæ nā ipsa potentia sit in uoluptate, doloreque & omnibus
quibus conuenire modo dicebamus, eadem fortitudo per singula nominata. L A. Videtur
mihi fortitudo tolerantia quadam animi esse, si quod per omnia fortitudini conuenit, di-
cendum. S O. Dicendum profecto, si nobis ipsi ad interrogata responderemus. Arbitror autem
non quamlibet tolerantiam fortitudinem te putare. Quod hinc sane coniectio. Hoc ferme
cognosco Laches, te pulchrum quiddam fortitudinem esse putare. L A. Imò certe pulcher-
rimum. S O. Nonne ea tolerantia quæ prudentia comitatur, & pulchra est & bona? L A. Om-
nino. S O. ea uero quam imprudentia, nonne contra damnosa ac noxia? L A. Nempe. S O.
Pulchrum ne ipse uocabis quod tale sit, damnosum, ac noxium? L A. Nefas istud ô Socrates. S O.
Non

Hucusque dia-
logi occasio

Fortitudinis
definitio falsa

Confutatio

Enumeratio
sicut simplici-
ter de fortitu-
dine quaeratur

Definitio uer-
locitatis

Fortitudinis
definitio
mala

Confutatio

Non ergo tolerantiam eiusmodi fortitudinem nuncupabis, quando quidem haud pulchra est, cum tamen fortitudo ipsa sit pulchra. L. A. Vera loqueris. s. o. Prudens itaque tolerantia secundum orationem tuam est fortitudo. L. A. Videtur. s. o. Videamus ergo quamnam tolerantia, & qua in re prudens, sit fortitudo, nunquid ad omnia, tum magna, tum parua, ueluti si quis toleret, dum prudenter argentum erogat cognoscens ex hoc sumptu se lucraturum, hunc ne fortem dices? L. A. Nequaquam. s. o. An uero si quis me dicus, cum filius eius uel alius quiuis pulmonis angustia grauatus, potu dari cibumq; petat, toleret neque fleatur? L. A. Neque tolerantiam hanc fortitudinem appellabo. s. o. At uero in bello tolerantem uirum promptumq; ad pugnam, qui prudenter singulis circumspicit prauideat & auxilia affutur, & aduersus pauciores, debilioresq; sibi pugnam, tum loco commodiore uteretur, uirum ne inquam tali cum prouidentia & apparatus tolerantem, fortiorẽ dices eo qui in contrario quodam exercitu constat ac tolerat? L. A. Imò uero hunc qui in contrario Socrates. s. o. Imprudentior tamen est huius quam ullius alterius tolerantia. L. A. Vera loqueris. s. o. Ergo & hominem equestri scientia præditu, & in equestri certamine tolerantem, minus fortem dices eo qui expers huius scientiae tolerat? L. A. Mihi quidem ita uidetur. s. o. Atqui & illum præterea qui sciens funda iacere, arcumq; intendere, uel aliud quoduis toleret, minus fortem? L. A. Omnino. s. o. Item quicumque sine arte natandi in puteum descendentes eo in opere tolerare ac persistere audet, uel in alio quouis opere sine arte, eos tu fortiores dices ijs qui sunt illarum artium eruditi? L. A. Quid aliud quis dixerit Socrates? s. o. Nihil, si modo ita quis putet. L. A. Puto equidem. s. o. Attamen imprudentius hi pericula subeunt tolerantq; quam illi qui arte hæc aggrediuntur. L. A. Videtur. s. o. Nonne supra turpis ac noxia nobis audacia tolerantiaq; imprudens apparuit. L. A. Maxime. s. o. Constabat autem fortitudinem pulchrum aliquid esse. L. A. Constabat plane. s. o. Nunc rursus concessimus turpem illam imprudentemq; tolerantiam fortitudinem esse. L. A. Sic apparuit. s. o. Recte ne loqui tibi uidemur? L. A. Mihi uero minime per Iouem ò Socrates. s. o. Non ergo secundum Doricam harmoniam, ut uerbis tuis utar, ego ac tu modo concinimus: Nam opera nobis uerbis non consonant. Re quidem ipsa dicit aliquis fortitudinis nos esse participes, uerbis autem minime, ut arbitror, si nos in presentia audierit disputantes. L. A. Verissima narras. s. o. Videtur ne tibi pulchrum esse ut sic affecti simus? L. A. Nequaquam. s. o. Visne sermoni quem induximus hoc saltem credamus, pareamusq;? L. A. Quidnam, & cui potissimum? s. o. Sermoni inquam tolerare iubenti. Si ergo tibi placet, & nos in hac ipsa quaestione confitem us, toleremusq; ne ipsa nos fortitudo derideat quod minus fortiter ipsam inuestigemus, si saepenumero tolerantia ipsa constantiaq; fortitudo est. L. A. Ego quidem ò Socrates sum ad perseverandum paratus, quamuis inuerti mihi hi sermones sint: sed quidam me aduersus superiora contendendi instigat ardor, ac nimium ægre fero si usque adeo ineptus sum ad ea quæ sentio proferenda. Nepe mihi uideor quid fortitudo sit intelligere. Nescio tamẽ quo pacto paulo ante me subterfugerit, ut quid ipsa sit uerbis completi nequiverim. s. o. Nonne bonum uenatorem decet amice explorando discurrere, & sagaciter insequi, neq; ignaue desistere? L. A. Decet profecto. s. o. Vis itaq; Niciam istum ad uenationem hanc inuitemus, si quo pacto is nobis sit sagacior? L. A. Quid ni uelim? s. o. Age Nicia amicis tuis sermo num fluctu nutantibus subueni, uacillantibusq; si qua uim habes accurre. Cernis quantum nostra deficient ac dubia sint. Tu ergo explicans quid esse fortitudinem putes, ambiguitatem solue, tuamq; sententiam ratione confirma. N. Videmini ò Socrates mihi iam diu nõ recte fortitudinem definisse. Eius porro sententiam quam recte abs te inductam quandoq; audiui, nullam facitis mentionem. s. o. Cuiusnam sententiae Nicia? N. Sepenumero ex te audiui quemlibet ad ea idoneum esse, in quibus sapit: in idoneu, in quibus est indoctus. s. o. Vera per Iouem refers ò Nicia. N. Nonne igitur si fortis uir bonus est, est et sapiens? s. o. Audis Laches? L. A. Audio equidem, sed quid dicat non satis intelligo. s. o. C. At ego mihi intelligere uideor. Opinor enim hunc sapientiam quamdam, fortitudinem dicere. L. A. Quam sapientiam Socrates? s. o. Nonne ab hoc istud quaeris? L. A. Certe. s. o. Age Nicia huic de clara, qualis sapientia secundum orationem tuam sit fortitudo, neque enim tibicinaria. N. Non. s. o. Neq; etiam citharistria. N. Haud equidẽ. s. o. At uero quamnam tandem, & cuius rei scientia? L. A. Recte admodum interrogas illum ò Socrates: ideoq; exponat quam sapientiam

Frequens in ore Socratis sententia de omni uirtute & bonitate

sapientiam esse dicat. N. I. Scientiam metuendarum rerum, & non metuendarum tam in bello quam in cæteris omnibus. L. A. Quam absurde hic ò Socrates loquitur. s. o. Quam obrem ita dicis Laches? L. A. Quia diuersa est à fortitudine sapientia s. o. Non dicit Nicias. L. A. Non hercle, & idcirco delirat. s. o. Quin doceamus illum, ommissis conuitijs? N. I. At cupit Laches is ò Socrates me tanquam nihil dicentem redargui, postquam ei haud ita pridem hoc ipsum accidit. L. A. absque dubio Nicia, idq; conabor ostendere. nisi enim dicis. Nonne in morbis medici metuenda cognoscunt? an uidentur tibi fortes ista cognoscere? uel tu medicos fortes uocas? N. I. Minime. L. A. Neque agricultores, ut arbitror, licet hi in agris colendis quæ sint metuenda cognoscant. quin etiam artifices alij, quæ audere decet, & quæ metuere suis in artibus, sciunt, qui nihilo magis fortes sunt. s. o. Quid tibi dicere Laches uidetur ò Nicia? N. I. Aliquid certe dicit, non tamen uerum. s. o. Quare? N. I. Quoniam medicos arbitratur ulterius quicquam nosse circa ægrotos præter id quod agru noxiuq; uel quod sanu & salubre. Ipsi uero hoc duntaxat intelligunt. Vtrum uero extimescendum, malumq; alicui sit esse sanum potius quam ægrotare, censes hoc ò Laches medicos intelligere? An non putas præstare nonnullis ex morbo nõ conualescere quam conualescere? Dic enim, tu ne asseris omnibus præstare uti uiuant, nec multis conducere mortem? L. A. Hoc equidem potius. N. I. Quibus mori præstat eadem metuenda, malaq; existimas, quæ & illis quibus uiuere? L. A. Nequaquam. N. I. Haru uero rerum iudicium medico tribuis? uel alteri cuidam artifice præterquam metuenda et nõ metuenda intelligenti, quem ego fortem uoco? s. o. Aduertis ne Laches quid iste loquatur? L. A. Aduerto equidem quod uates fortes nuncupat. Nam quis alius norit quibus mori præstat quam uiuere? Atqui ò Nicia utrum fateris uatem esse te, uel neq; uatem, neq; fortem? N. I. Nunquid uatis officium putas, quatenus cedendum, quatenus audendum sit dignoscere? L. A. Puto equidem: nam cuius sit præterea? N. I. Eius plane quem ipse dico multo magis uir optime. Quippe ad uatem spectat solum futurorum portenta signaq; prænocere, siue mors aliquam immineat, siue morbus, seu iactura rerum, uel uictoria, uel clades in bello, aut alio quouis certamine. Quid autem ex his cuiq; aut pati, aut non pati præstat, cur uates potius quam quiuis alius iudicabit? L. A. Nescio quid iste sibi uelit Socrates. neq; enim uatem, neq; medicum, neq; alium quempiam declarat, quem fortem esse dicat, nisi forte deum quendam esse ipsum dixerit. Mihi quidem uidetur Nicias ingenue fateri nolle, se nihil dicere, sursum uero deorsumq; fertur, & ignorantiam suam abscondit. Enim uero & nos paulo ante, ego scilicet ac tu Socrates, tergiuersari similiter poteramus, si dissi mulare uoluissim, adeo ut non uideremur nobis ipsis contraria loqui. Si igitur in iudicio nobis esset perorandum, deceret quodammo do hoc efficere. Nunc autem quid opus est in hoc cœtu frustra se uerbis ornare? s. o. Nihil ut mihi uidetur Laches. Sed uideamus ne forte Nicias aliquid se dicere putet, neq; uerborum gratia hæc dicat. Quare ab ipso planius sciscitemur, quid sentiat: ac si quid ueri afferre uidetur, assentiemur, sin minus, docebimus. L. A. Ipse si uis interroga Socrates. Ego enim satis percotatus sum. s. o. Nihil prohibet. Communis enim & mihi & tibi erit interrogatio. L. A. Omnino quidem. s. o. Dic mihi ò Nicia, imò dic nobis: nam & mihi & Lacheti quaestio hæc est communis: fortitudinẽ esse dicis metuendorum & non metuendorum scientiam? N. I. Equidem. s. o. Hoc autem dignoscere non cuiuslibet uiri opus esse, postquam neq; medicus, neq; uates hoc sciet, neq; fortis est nisi hanc ipsam scientiam sit adeptus? An non ita dicebas? N. I. Ita profusus. s. o. Quare ut prouerbio dicitur, non sus hoc quiuis norit, neq; fortis erit. N. I. Non certe, ut mihi uidetur. s. o. Constat utiq; Nicia quod neq; Crommyoniam suum fortem fuisse credis fortitudinem, neq; concedere brutum aliquod adeo sapiens esse, ut quæ per pauci homines propter difficultatẽ cognoscunt, ea leo, uel leopardus, uel aper aliquis nouerit, sed necesse est illi qui ita ut tu fortitudinẽ definiat, dicere, leonem, ceruũ, taurũ, ac simiam, ad fortitudinem æque omnia natura esse instituta. L. A. Per deos recte loqueris Socrates, idq; nobis ò Nicia reuera declara: utrum sapientiores nobis has feras esse dicas, quas omnes fortes esse fatemur: uel contra omnium opinionem, fortes esse negare audeas. N. I. Equidẽ Laches, neq; bruta fortia uoco, neq; aliud quicq; ob inscitiam terribilium nihil formidans, intrepidumq; & faruũ. An pueros omnes fortes uocare me putas qui ob inscitiam nihil metuunt? Arbitror

medicos in morbis non cognoscere melius

Prouerbum Vide Plutar. chum in Ther

seo

Arbitror equidem intrepidum non idem esse ac forte. Nam fortitudinem & providentiam in paucis admodum reperiri existimo: ferocitatem uero, & audaciam metu carentem omnibusque providentia, in multis & uiris & mulieribus puerisque & feris. Quae igitur & tu & alij multi fortia nominatis, ego ferocia nuncupo: fortia uero quae prudenter discernunt quae audacia & quae metu sint digna. L. A. Vides o Socrates quam belle hic uir ut putat ipse se uerbis ornare. Eos autem fortitudinis munere priuare contendit, quos alij omnes fortes esse consentiunt. S. O. Ego uero nequaquam o Laches, sed bono animo esto. Aio enim te & Lamachum sapientes esse si fortes es, & alios insuper multos Atheniensium. L. A. Nihil aduersus haec inferam etiam siquid ualeam, ne me re uera calumniatorum quendam maledicum esse dicas. S. O. Ne dicas o Laches: haud enim aduertisse uideris hunc a Damone amico nostro eiusmodi sapientiam accepisse. Damon autem Prodicus est admodum studiosus. Prodicus uero praefophistis ceteris mirus in explicanda distinguendaque nominum uis fertur. L. A. Profecto his studijs se extollere Socrates magis sophilistam decet, quam uirum publicis muneribus fungentem. S. O. C. Decet eum Laches qui res maximas gerit, maximam quoque habere prudentiam: inquirendum uero nunc censeo ad quid potissimum significandum Nicias fortitudinis nomen instituit. L. A. Tu ipse perquire haec Socrates. S. O. Efficiam uir optime: ne tamen putes & communitate disputatione excludi, etiam tu mentem adhibe, & nobiscum dicenda considera. L. A. Esto ita si ita agendum uidetur. S. O. Imo certe uidetur. Tu autem Nicia dic nobis rursus ab initio. Scis enim principio sermonis fortitudinem nos ueluti quandam uirtutis partem considerauisse. N. I. Equidem. S. O. Nonne & tu quod supra est inductum, ut partem aliquam respondisti, tanquam sint & partes aliae, cunctae autem uirtutis nomine nuncupentur. N. I. Quid nunc. S. O. An tu eandem quas ego partes nominas. Nam ego quidem praeter fortitudinem, temperantiam, iustitiamque, & talia quaedam nomino. nunc tu quoque. N. I. Ego quoque. S. O. Attende iam. haec enim admittimus. De his autem quae metu digna terribiliaque sunt, & de his quae audacia digna sunt, deinceps consideremus, ne forte tu alia esse putes, alia quoque et nos putemus. Quae enim nos dicimus, exponemus. Tu uero si dissentis, doce. **Terribilia** Arbitramur terribilia esse quae metum incutiunt: audenda, quae metum nullum obijciunt. **Quae audenda** Metum uero inferunt non praeterita mala, non praesentia, sed quae expectantur. Metum si **metus, futuri mali expectatio** quidem futuri mali expectationem uocamus. An non & tu idem sentis o Laches. L. A. Et maxime quidem Socrates. S. O. Audis o Nicia terribilia metuendaque futura mala nos dicere: audenda, futura bona uel certe non mala. Tu ne ita de his, an aliter sentis. N. I. Ita certe. S. O. Horum scientiam fortitudinem uocas. N. I. Profusus. S. O. Videamus praeterea utrum & in hoc tertio nobiscum sentias. N. I. Quid istud. S. O. Dicam equidem. Mihi sane atque huic uidetur, quorumcunque scientia aliqua est, non aliam scientiam esse praeteritorum ut facta sunt, aliam praesentium ut fiunt, aliam futurorum ut optime fieri possint, sed eiusdem scientiae opus esse haec omnia nosse. Quemadmodum circa sanum & salubre per omnetempus non alia scientia una medicina excepta prospicit, quae fiunt, quae facta sunt, quae fient, quo pacto fiant. & circa illa quae terra nascuntur, agricultura se similiter habet. Quinetiam in bello uos ipsi testes eritis rem militarem subtiliter & alia omnia & futura prospicere, neque enim subijci illam uaticinio uultis, sed praesse potius, utpote acutius quae in bello fiunt, quae ue futura sunt prauidentem. Atqui & lex ita statuit, non uatem praefecto exercitus dominari, sed praefectum exercitus uati praesse. Afferemus haec o Laches. L. A. Afferemus. S. O. An tu nobis consentis o Nicia, ad eandem scientiam pertinere, eadem ut praeterita, ut praesentia, ut futura sunt cognoscere. N. I. Equidem: nam ita mihi uidetur o Socrates. S. O. Nonne uir optime fortitudo scientia est metuendorumque, ut ipse praedicat. N. I. Est utique. S. O. Constitit autem ea quae metuimus, futura mala: quae uero audeamus, futura bona esse. N. I. Plane. S. O. Eadem uero scientia est earundem rerum praeteritarum, praesentiumque & futurarum. N. I. Vera haec sunt. S. O. Non solum igitur metuendorum, contrariorumque fortitudo scientia est, neque enim futura duntaxat bona mala ue intelligit, ue praesentiam praesentia praeteritaque, & omnia simpliciter ut alia scientiae prospicit. N. I. Ita uidetur. S. O. Partem itaque tertiam fortitudinis nobis Nicia respondisti, quamquam nos quid uniuersa fortitudo sit interrogauimus. Enim uero ut uidetur in praesentia secundum orationem tuam, non modo metuendorum contrariorumque fortitudo scientia est, sed bonorum omnium

omnium atque malorum, omniumque simpliciter quomodo libet sese habentium. Sic ne modo, an aliter iudicas Nicia. N. I. Ita mihi uidetur o Socrates. S. O. Putas o beate uir huic aliquam deesse uirtute, quae non sit bona omnia profusus ut affecta sunt, fiuntque, & fient, mala uel similiter: Eumque uirum indigere temperantia & iustitia putas sanctitate uel, cui soli competit ut tam diuina quam humana bona & mala prudenter intelligat, deuitet haec, apprehendat illa, quicquid recte cum omnibus uiuere norit. N. I. Vera loqui uideris o Socrates. S. O. Quod ergo abs te inductum est Nicia, non pars uirtutis, sed uniuersa uirtus est. N. I. Apparet. S. O. Veruntamen fortitudinem diximus partem aliquam esse uirtutis. N. I. Diximus plane. S. O. Quod uero nunc dicitur non apparet. N. I. Non. S. O. Non ergo inuenimus Nicia quid ipsa sit fortitudo. N. I. Non uidemur. L. A. Atqui rebar o amice Nicia inuenturum te, postquam me Socrati respondentem despiciebas. Ideoque sperabam te ex Damonis sapientia haec nobis declaraturum. N. I. Belle facis o Laches, qui fortiter cotemnis, quod rudis disputationis huius sis: solum uero id curas utrum ego quoque talis uidear, neque quicquam interesse censes, modo rerum illarum nihil uterque intelligamus, quas scire quisque debet qui esse aliquis uult. Uideris ergo reuera humanum quiddam pati, quod non in te ipsum, sed in alios respicias. Ego autem arbitror a me de his rebus esse tolerabiliter dictum. Si quid uero minus est, posthac cum Damone ipso corrigam, quem tu cum nunquam uideris, existimas deridendum: haec porro cum alijs, ubi solide affectus fuero, etiam te citra inuidiam docebo. Nam hac maxime indigere disciplina uideris. L. A. Sapiens quidem es o Nicia, ueruntamen Lyfimacho huic & Melesiae consulo ut studium meum actuum circa filiorum eruditionem non exigant, sed Socratem hunc, quem admodum principio dixi, ne negligant. Ego quoque si mihi adulti essent filij, idem fecissem. N. I. Enim uero & ipse censeo si modo uelit Socrates curam adolescentum suscipere, alium neminem esse quaerendum. Nempe Niceratum huic libentissime commendarem si ipse acciperet. Verum quoties de hoc uerba ei facio, alios quosdam ostendit, ipse recusat. Experire ergo Lyfimache num Socrates tibi magis obtemperet. L. Y. Par est o Nicia: quando quidem & ipse multa uicissim in eum conferre paratus sum, quae alijs non multis sanefacerem. Quid ais Socrates. Morem ne geres, curabisque ut optimi adolescentes euadant. S. O. Durum certe id esset Lyfimache, si quis eiusmodi curam renueret. Quapropter si ego in superiori disputatione sapiens apparuissem, hi autem infici, merito ad opus hoc ipse praecipue uocandus essem. Cum uero in eadem dubitatione haeremus, quis nostrum potius eligatur: Mihi quidem nullus praecipue eligendus esse uidetur. Ceterum cum haec ita se habeant, uidete nunc recte nobis consulam. Oportere o uiri existimo, (nam nihil horum efferré uolo) in commune omnes inuicem quaerere, primum quidem nobis ipsis optimum praceptoré, egeremus enim: dein de adolescentibus, neque pecunijs, neque ullis alijs rebus parcetes. Ita uero uiuere ut nunc uiuimus, & filios ita curare, non consulo. Si quis autem nos irriserit, quod tam grandes natu praceptoris ludum ingredi statuiamus, Homeri illud obijciendum. Ait enim uiro egeno uere cunctiam nihil conducere. Quamobrem sprete omnibus, detractorum uerbis comunem nostram adolescentumque curam suscipiamus. L. Y. Placent mihi quae dicis Socrates, statuoque quod sentior sum, eo studiosius una cum adolescentibus, discere. Sed heus tu. Cras prima luce domum uenito, ac ne negligito, ut de his rebus consilium ineamus. Nam hodiernus iam soluenus est coetus. S. O. Efficiam quod iubes Lyfimache: & si Deus uoluerit, cras ad te ueniam.

CLITIPHO PLATONIS VEL EXHORTA-

TORIVS, TRANSLATVS A MARSILIO FICINO FLORENTINO AD PETRUM MEDICEM

DIMIDIATI DIALOGI PERSONAE. SOCRATES. CLITIPHO.



UPER mihi retulit quidam Clitiphonem Aristonymi filium loquentem cum Lyfia, Socratis quidem consuetudinem uituperare, Thrasymachi uero laudare magnopere solitum. C. L. I. Quisquis ille o Socrates fuerit, haud recte narrauit quae de te cum Lyfia sum loquutus. Nam in quibusdam laudauit te, in quibusdam minime. Postquam uero successeris mihi, quamquam dissimulas quasi nihil id cures, libentissime ego ipse tibi illa referam, praefertim cum soli sumus, ne adeo te despici

Homeri dictum
Viro egeno
uerendum
non conferre

Occasio dialo-
gi huius, reli-
qua desideratur

C. putes

putes. Forte enim nunc non recte audisti, quocirca inferior mihi redditus es quam deceat. At si ipse mihi ueniam dederis, animaduertentibus, libentissime rem tibi narrabo. s. o. At turpe nimium esset, si te prodesse mihi uolentem non tolerem. Constat enim ubi intellexero quā malus, quā bonus sim, deteriora declinatorum esse pro uiribus, meliora profecutorum. C. L. I. Audi igitur. Equidem tecum uersatus sapenúmero Socrates uehementer obstupui dum te loquentem audirem, mihi quē uisus es præclarissime omnium dicere, quotiens obiurgans homines ueluti à machina tragica Deus subito exclamaret: Quomam ruitis homines? Nescitis quō seramini, neque opportunum quicquam agitis, qui omni studio pecunijs cumulandis incumbitis: filios autem quibus eas relicti estis, negligitis, neque ut illis iuste uti sciant, eos iustitiæ præceptoribus, commendatis, qui doceant iustitiam si doceri potest, & si exercitatione & consuetudine cōparanda est, diligenter exerceant. Neque uos etiam ipsos curastis unquam. Sed cum uideatis literas, musicam, & gymnasticam uos filiosque uestrōs ad sufficientiam consequutos, quam uirtutis disciplinam perfectam existimatis, deinde nihilominus circa pecunias prauos esse, cur non præsentem educationem contempnitis? cur non quæritis aliquos qui uos ab hac in musica dissonantia liberent? Etenim propter hoc delictum secordiamque magis quam propter perdis ad lyram dissonam motionem, & frater aduersus fratrem, & ciuitas aduersus alias ciuitates immoderata & discordi seditione suborta feruntur, & commisso prælio extrema patiuntur & inferunt. Vos autem dicitis, non propter ruditatem incipientiamque, sed sponte iniustos esse eos qui sunt iniusti. Rursusque afferere non dubitatis, iniustitiā turpem esse rem, deoque aduersam. Quam igitur ob causam hoc tantum malum que eligite? Respondetis, hominem superatum uoluptatibus id subire. Nonne superari præter uoluntatem est, quando quidem ex uoluntate est superare? Quapropter iniuste agere prater uoluntatem esse ubique ratio dicat. Diligentiorē itaque curam quam solet adhibere, & uiros omnes priuatum, & publice ciuitates decet. Quoties ista Socrates audio te dicentē, mirum in modum delector ac laudo, idemque facio cum ea que sequuntur ausculto. Adde enim eos quicunque corpus quidem exercēt, animum uero negligunt, quod natura subiectum est, colere, spernere uero quod imperat. Item unicuique usum eius rei qua uti scit, conferre. Illi uero qui oculis, auribus, toto corpore, nescit uti, præstare neque uidere, neque audire, neque aliter uti corpore, quam uti. Similiter & in artibus. Quicunque enim lyra propria uti nescit, patet ut ipse ait, quod neque alterius lyra scit uti: & qui aliena nescit uti, nescit & sua. Eademque est de cæteris instrumentis & possessionibus ratio. Atque eō tandem præclare tibi sermo procedit, ut inferas, qui nescit anima uti, præstare huic ut otium agat anima, neque utrat, quam ut uiuat, & sui iuris in agendo ipse sit. Quem si qua necessitas cogit uiuere, melius huic esse ut feruus uitam ducat quam liber. Est autem hoc, tanquam nauis ita cogitationis gubernacula committere alteri cuiquam, qui gubernatoriam humanæ uitæ adeptus sit disciplinam, quam sepe tu Socrates ciuilem uocas peritiam, eandemque iudiciariam & iustitiam. His ergo sermonibus alijsque eiusmodi multis atque præclaris, uirtutem afferentibus posse doceri, sui que ipsius in primis suscipere curam iubentibus, nunquam ferme aduersatus sum, neque ut arbitror in posterum aduersabor. Perutiles enim ipsos existimo, plurimumque ad exhortationem ualere, & ad homines quasi dormientes excitandos conducere. Adhibui itaque mentem ut qui essem reliqua auditurus: percontatus sum non te primum o Socrates, sed æquales tuos, uel cōubernales, uel socios, uel quomodocunque aliter affectos tibi oportet dicere: horum inquam eos ante alios qui primi apud te habentur interrogauī, quis post hæc sermo potissimum sequeretur, ac more tuo quodammodo ita præfatus quæstionem exposui. O uiri optimi quo pacto inquam Socraticas ad uirtutē hortationes accipere deinde debemus? An quasi solum hoc extet, prodire uero ad opus remque perficere minime? Atqui nostrum & hoc per omnem uitam erit officium, eos qui nondum satis incitati sunt, prouocare, atque ita semper inuicem exhortari? An potius & Socratem & nos ipsos, cum non negemus hoc ipsum agendum esse, sic inquirere decet, quid posthac? unde iustitiæ studium incipiemus? Siquis nos ad curandum corpus hortans, tanquam pueros qui nequaquam aduertunt curam eius gymnasticam atque medicinam esse, obiurgat quod de tritico & hordeo & uitibus semper cogitemus, de quibus omnibus que corporis gratia quærimus, artem uero & industriam qua bonus corporis habitus fiat, nullā inquiramus, cum tamen sit

Prouerbium
Ex improviso
deus

Sermonum So-
cratis unum
la quædam

sit aliqua, forte illum rogaremus quas artes circa cultum corporis esse dicat, atque ille ut arbitror responderet medicinam atque gymnasticam: Eodem pacto nunc quam artem circa animam uirtutem uersari censeamus, respondeat quisquis peritissimus horum sibi uideatur. Respondeat ergo ad hæc, artem hanc quam ex Socrate audiisti, nullam aliam nisi iustitiam esse scias. Tunc ego, non solum inquam mihi nomen adducas, sed ulterius sic exponas. Medicina porro ars quedam dicitur, ab hac duo fiunt: nam & medicus ex medicis efficitur, & sanitas reparatur. Alterum horum haud amplius ars aliqua est: artis autem docentis perceptaque opus, quam dicimus sanitatem. Ab architectura similiter duo fiunt, ædificium uidelicet & architectura, illud quidem opus, hæc autem doctrina. iustitiæ quin etiam esto iustos alios facere, quemadmodum superiores artifices, sed opus alterum quod nobis uir iustus efficere potest, quid esse dicemus? declara. Respondit quidam, conferes: alius, decens: alius, conducibile: alius, utile. At ego respondens bene in singulis artibus eadem hæc nomina esse: cumque recte quid sit, utilia, conducibiliaque & alia huius generis illic fieri dicit. Illud uero artis cuiusque proprium, ad quod hæc respiciunt. Quæadmodum in arte fabrilis quod bene, pulchre, decenter se habere dicitur, illuc tendit ut ex lignea materia apte supellectilia fiat, quæ quidem ars minime sunt, sed artis opus. Dicatur similiter & iustitiæ ipsius opus. Hic quidam ex tuis familiaribus Socrates respondit, & bellissime quidem loqui uisus est. Opus iustitiæ proprium, inquit, quod nullius ulterius facultatis, est amicitiam in ciuitatibus parere. Ille rursus interrogatus, amicitiam esse bonum quoddam asseruit, malum uero nunquam. Cum uero interrogaretur de puerorum brutorumque beneuolentis quas amicitias cōmuniter appellamus, amicitias esse eas negauit, quippe cum sæpius obliuiscit que prosint: dixitque illas falso amicitias nuncupari: ueram autem amicitiam esse proculdubio consensionem. Cum autem quæreretur, utrum assensionem illam uocaret opinionis an scientiæ concursum, opinionem quidem contempsit, quia concursus opinionum multi inter homines ac noxijs sunt: amicitiam uero bonam omnino, opusque iustitiæ esse concesserat. Quare idem dixit esse consensionem & scientiam, non opinionem. Cum uero huic loquendo delati essemus, ambigui auditores aduersus illum protinus inclarauerunt, quod eodem sermo reuolueretur: quoniam & medicina sit cōsensio quedam & artes reliquæ, & circa quid uersantur declarare queant. At uero tua hæc iustitia uel consensio, quod tendit ignorat, quod ue opus eius sit, latet. Eadem abs te tandem quæsiui Socrates. Tu uero statim iustitiæ opus esse dixisti prodesse amicis, inimicos lædere. Deinde uero uisus tibi est uir iustus nunquam lædere quenquam, sed prodesse in omnibus unicuique. Hæc non semel tantum o Socrates, aut bis tentata sunt: sed cum diu supplex uos se querens fuerim, denique defessus sum, existimans te ad inflammandos homines ut studium uirtutis capebant, cæteris esse uehementiorem. E duobus uero alterutrum necesse est: aut enim eatenus tantum uales, ultra uero nihil, quod quidem in quauis arte contingere potest: ceu in arte gubernatoria fieri potest, ut qui gubernare nescit, excogitauerit aliquas eius artis laudes, quibus ad eam homines prouocet, quasi dignissima sit, & in cæteris artibus eodem modo. Idem fortasse tibi quis tribuet, quasi nihilo magis iustitiam ipsam cognoscat, etsi præclare eam laudas. Ego autem non sic existimo. E duobus enim alterum inquam: aut nescire te arbitror, aut nolle mecum communicare. Quam obrem ad Thrasy machum, ut opinor, me conferam, et alio quocunque potero, spera uero que à dubitationibus liberari. Neque uero alio me conferrem, si uelles ipse exhortationibus istis quandoque facere finem. Porro quemadmodum si me iam satis ad curam corporis quæ gymnasticæ est incitasses, post exhortationem huiusmodi aperires mihi qualis mei corporis esset affectio, & quali curatione indigeret: ita in præsentia facito: pone Clitiphonem tibi concedere ridiculum esse ut in alijs rebus quis studium ponat, animam uero cuius gratia in cæteris laboratur, negligat, & alia quæcunque post hæc sequuntur & dicta modo sunt, retulisse me putata. Obsecro te Socrates ne aliter facias, ne quemadmodum nunc, ita et posthac coram Lyfia cæterisque hominibus, partim quidem laudare te, partim uero uituperare necesse sit. Et nanque qui nondum ad uirtutem sit prouocatus, conferre te plurimum asseram: Persuaso autem contra, impedimento esse te propemodum, quo minus ad uirtutis finem perueniens, beatus efficiatur.

CAETERA DESUNT.

SAPIENTIA Platonica semper quidem suspicit excelsa, nec unquam humilia despicit, quanquam
nerorum scientia nominum non est humilis, imò excelsa, præcipue diuinorum. Hanc sapientes He-
brei tanti fecerunt, ut eam non modo scientijs omnibus, uerum etiam legi scriptæ prætulerint, affir-
mantes ipsam à deo patriarchis & Moyse fuisse tributam; Moyse in quâ eam non literis, sed sanctorum
mentibus inscripturo: Mentibus inquam succedentium prophetarum, deinceps diuinorum nominum sapi-
entiam in mentes eorum qui succederent longa quadam serie propagantium. Horum ergo uirtute nominum ma-
iores suos operamiranda fecisse. Præterea nonnulla ex his nominibus, scriptis suis inseruisse, sed plerumque uel spar-
sa, uel inuoluta: quæ si quis cognoscat, & colligat, & perfecte eadèq; mentis puritate, qua et cui sunt tributa, pro-
nunciet, mirabilia similiter effecturû: præsertim in primo dei nomine, quod cû quatuor duntaxat, & his quidem
uocalibus literis mirabiliter cõponatur, nimirum à nullo nisi diuinitus inspirato recte pronuciari potest. Vnde
fateri coguntur Iesum, quem ipsi Nazarenum uocant, fuisse diuinum. Quippe cum cum nominis huius Tetra-
grammaton intelligentia uera, & pronuciatione perfecta fecisse miracula fateantur. Verû de his in libro de Re-
ligione à nobis satis est dictum. Origenes quoq; cum diuinorum nominum orationumq; uirtutem mirificam con-
siderasset, in libris contra Celsum inquit, in quibusdam sacris nominibus, mirandam latere uirtutem, ideoq; hæc ipsa
non esse ex Hebræa lingua in aliam transferenda, sed in suis ipsis characteribus conseruanda. Forte enim quæ
admodum in corpore certa ratione composito uita permanet, quo uel aliter composito, uel permutato nõ perma-
net: sic uitalem quandam putant diuinis nominibus, certo diuinitus modo compositis, inesse uirtutem. Et quemad-
modum ab initio docuit Mercurius Trismegistus, ac diu postea Plotinus & Iamblichus, status quibusdam orde-
ne certo compositis demones quodammodo includuntur. Verbis autè ad cælestem quandam similitudinem tem-
peratis diuinæ quadam dotes distribuuntur, & id quidem prouidentem deo, ut quotiens res ipsa postulat, rite pos-
semus diuinum auxilium inuocare. Quod quidem ab ipso Phæbo atq; Pythagora obseruatum fuisse tradunt, quos
seruus diuinis quibusdam duntaxat uerbis tam animi quam corporis morbos mirifice curauisse. Qua quidem in-
re compertum habemus totam Zoroastri sapientiam constituisse, quâ Plato in Alcibiade diuinam appellat, & in
Charmide morborum animi & corporis curatricem. Mitto quod omnes gentes atq; linguæ præcipuum dei no-
men quatuor solum pronuciant literis. De hoc enim latius tractatur à nobis in commentarijs in Philebum, ubi
probatum non potuisse in hoc uno gentes omnes nisi diuinitus conuenire. Hinc Aegyptij quæ nos deum, Theut no-
minant: Persæ, Syre: Magi, Orsi: unde Oromasîs: Hebræi illud quatuor uocalium ineffabile nomen utcumq; pos-
sunt exprimunt per adonai: Græci, Theos: Arabes Alla. Macomet Abdi, nos accepimus ab angelo Iesum. Sed cur
suoluit deus quatuor ubiq; literis inuocari? Forsitan quia & ipse per quatuor gradus cuncta disponit, scilicet es-
sentia, esse, uirtute, actione componens. Item cælestia triplicitatibus signorum quatuor, ignea, ærea, aqua, ter-
rea, & quæ sub caelo sunt, quatuor similiter elementis. Nemo uero mirabitur tantam in ueris nominibus uim late-
re, si modo considerauerimus ipsam rei uim naturalem, quando uerè cognouimus, peruenire ab obiectis ad sensus,
ab his ad imaginationem, ab hac quodammodo & ad mentem. Deinde à mente concipi quidè primum, deinde per uo-
cem exprimi quasi partum. Atq; in hac ipsa uoce suis quibusdam articulis constituta uim ipsam rei sub significatio-
nis forma quasi uitam latere: uitam inquam ab ipsa mente per semina rerum conceptam primo, deinde per uoces
editam, postremo per scripta seruata. Quod si cæterorum nomina uim rerum quodammodo seruant, ideoq; per
illa quasi rerum imagines ipsæ res agnoscuntur, multo magis diuina nomina ab ipso deo tradita uim suam perpe-
tuo seruant. Nec immerito. Nomen enim uerum ut Platoni placet, nihil aliud est quam rei ipsius uis quædam men-
te primum, ut dixi, concepta, uoce deinde expressa, literis demû significata. Rei autem diuinæ necesse est uirtu-
tem esse diuinam. Quamobrè dei nomina cum illis diuina uis insit, Plato & hic & in Philebo uenerari iubet, atq;
ut significat in legibus, multo etiam magis quàm delubra statuasq; diuinâs. Expressior enim imago dei in artificij
mentis, præsertim afflate diuinitus, quam in manuum operibus referuatur. Nomina uero dei prima atque syncer-
rissima apud mentes supernas cælestesq; esse iudicat, à quibus expressius deus, ut ita dixerim, ipse concipitur. Ser-
uanda uero in demonibus purioribus. Tertia in animis hominum, eaq; per prescos uitos deo afflatos quasi dei uis
us esse uidentur, per superiora numina, perq; sanctiores hominum animos penetrantes. Quisquis autem solem,
ut par est, admiratur, merito ueneratur & solis lumen, ita & deum colere oportet in primis, simulq; dei radios,
uites, imagines in sacrorum nominum significatione latentes. Audiamus ergo Socratem in Philebo ita clamantem.
Reuerentia mihi semper erga deorum nomina, non humana quædam formidō est, sed maximum quæq; timo-
rem exuperat. Audiamus eundem rursus in Phædro se expiantem, quod in Amorem dei nomē forte disputando der-
liquerit. Audiamus Platonem ipsum in undecimo Legum, eos qui deorum nomina mendaciter & peruirius iniqua-
uerint, sacrilegos omnino censentem, inuentemq; illos à quolibet impune cædicum uerò qui præsens nõ punierit,
tanquam

Hebræi magnam
nominibus tribunt

Nomen dei a
pud populos
diuersos
est in
terris
diuisum

tanquam proditorem legum rigide condemnantem. Neq; uero nos turbet quod plures sepe nomen deo, Vni-
cum enim per seipsum in Parmenide, atq; Timæo probat esse deum, cæteros uero angelicos, cælestesq; dei mini-
stros, cum deos nominat, non tam deos quam diuinos intelligit. Postquã uero in Parmenide ad unū deum omnia
comparauit, nomina quoq; illius spernenda nõ censuit, in quibus cum mira dei munera lateant, nõ iniuria diuinus
ille theologus Dionysius Areopagita omnia theologiae mysteria in diuinis nominibus exquisiuit. At cur silentio
prætermisimus splendore illum ueritatis Apostolum Paulum dicentem, Sermonem dei esse uiuum atq; efficacem, uehe-
mentius omni gladio ancipiti penetrantem? Item illud eiusdè: Donauit deus illi nomē, quod est super omne nomen,
ut in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestriū, infernorū: Sed iam ad dialogum redeamus. Hermo-
genes Parmenidis discipulus & sectator, atq; Cratylus sectator Heracliti, de rectitudine nominum disidentes,
dum ille quidem nomina solum arbitrio, hic uero naturali quadam ratione habere uim putat, deniq; Socratis seu
dicio subigunt. Principio quàm belle tres hic Platonis cõueniunt præceptores. Hic enim à Socrate moralia, à Cra-
tylo physica, ab Hermogene positissima metaphysica, præter illa quæ ipse inuenit, dicitur accepisse. Cratylus qui-
dem sectator est Heracliti, cæterorūq; prescorū, qui multis ante Heraclitū seculis philosophati sunt, putaueruntq;
nihil usquã stabile, sed omnia in perpetuū motu uersari, unde & nomina rebus ab ipso motu plurimū posuerunt.
Hermogenes uero Parmenidis Pythagoricorūq; cultor, contra putantium omnia permanere. Eiusmodi cõtrouer-
siam inter Hermogenem & Cratylum Socrates & Plato ita cõponunt, ut Heracliti quidè sententia in Physicis,
Parmenidis uero in metaphysicis sit probanda: si quis autè uel statū rerum ad naturalia, uel motū transferat in di-
uina, sit penitus improbandus. Sed his omisiss, quantum ad nomina pertinet Socrates in Cratylū sententiam magis
declinare uidetur, eam hoc pacto cõstruans. Orationū alia uera est, alia falsa: et orationis ueræ partes ueræ sunt:
orationis falsæ, partes quoq; sunt falsæ. Partes autè orationis sunt nomina: quo fit ut nominū alia uera sint, alia fal-
sa. Oratio quidè uera est quæ res ipsas ut sunt ita dicit: falsa uero, quæ contra. Quapropter & nomina uera sunt
illa quæ res ita ut sunt potius, quam ut placet arbitrio, proferunt. Quoniam uero Protagoras putat qualia cuiq;
uidentur quæq; talia esse, adeo ut res nullæ essentiam habeant propriam, sed humana opinio omniū sit mensura,
ideo Socrates contra Protagorã infert, alios quidè homines esse optimos, scilicet prudentissimos, alios uero pesti-
mos, scilicet à prudentia remotissimos. At si, ut putat Protagoras, unicuiq; uera illa sint quæ quilibet opinatur,
nullum certe erit inter prudentem imprudentemq; discrimen. Sed Protagoras subtilissime in libro de scientia cõsu-
tatur, oportuit tamen & hic breuiter cõsutar, ut facilius Hermogenis opinio de nominibus illius quodammodo si-
milis refelli posset. Profecto Hermogenes haudquaquam Protagoræ de rebus differentem credit: sed dum nomina rerū
ueritatē ex hominū arbitrio habere fatetur, clam in Protagoricam de rebus declinat sententiam. Latenter quoq;
in opinionem Euthydemii, dicentis omnia omnib. similiter semper adesse, qui ex eo breuiter reprobatur, quod nõ
alij quidem boni essent, alij uero mali, si æque omnibus adesset & uirtus & uitium. Tu uero inter hæc nota tritisi-
mam Platonis nostri sententiam, totam uirtutis uim in ipsa prudentia, totam uitij in imprudentia collocari. Postquã
cõsuta est Protagoræ & Euthydemii sententia, cõcluditur res ipsas nõ pro opinione nostras, sed pro ipsa natura
sua in ipso ordine rerū tales, aut tales existere. Quod si naturaliter se habet essentia, naturales quoq; sunt actio-
nes atq; passiones. Itaq; si diuidere uel cõburrere rem quãpiam studeamus, non tam pro arbitrio nostro quam pro
natura rei id faciemus, ut eo modo & instrumento quo diuidi possit aptius, diuidamus, similiterq; cõburamus. At
dicere & nominare actio quædam esse uidetur, ideoq; propriam debet habere naturã, ut non ita sicut placet nos-
tris, sed ut rei modo dicitur existit. Est enim nomen instrumentum quoddã, quo rem nominatam ab alijs di-
scernimus atq; diuidimus. Eiusmodi uero instrumentū ut patet in cæteris, ad propriū id officij non casu, non pro-
libidamè, sed arte accõmodari ita debet, ut ea sit forma dispositū per ipsam artis ideam, quæ uelut ad finem ad di-
scernendam aptissime diuidendumq; cõducit. instrumentū uero huiusmodi, id est nomen, cū ad res discernendas,
tum ad docendos audientes accommodatur, non cuiuslibet est fabricare, sed artificis cuiusdã nominum cõditoris, qui
omnium est rarissimus. Hic autè ea ratione nomina fabricat, qua artifex usus nominibus exigit atq; instruit. Tar-
lem uero esse Plato uult dialecticū. At ille qui fabricat, ad ipsam rei ideam mente conceptam, in qua uera consistit
ratio nominis, cõponit nomen, certa quadã significatione præditum. Atq; hæc ipsa idealis ratio significationisq; ue-
rum est nomen, manetq; idem circa rem eandem in quacumq; literarū materia fiat, apud quascumq; gentes, modo
quid res ipsa sit docet discernendo. Conclude nomina si modo uerã futura sint recteq; ponendã, cõstitui debere
à sapiente nominū conditore, atq; id quidem dialectico admonente, ut ea forma consentur qua rerū proprietates
pro uiribus imitentur & explicent. Post hæc diligenter inquirens, à quibus discenda sit nominum rectitudo, id
est propria qua constituta sint ratio, sophisticas deridet, traducitq; nos potius ad poetas: non quoslibet sed diuinos
quasi qui uera rerū nomina à dijs accepereint, apud quos uera sunt nomina. Inter hæc ostendit Homeri postim alle-
goricã esse, etiam ubi historiam narrare uidetur, quæadmodum in nominibus allegorice fictis apparet. Refert au-
tem multa apud Homeri heroum nomina certa allegorie ratione composita, deinde ad deorum ascendit nomina,
quorum rationes ab augustioribus theologis accepit. Prima quidem nominū positione, Cœlius significat animam
C 3 sphaera

Sphæra stellifera, Saturnus sequentis sphæra animâ, Iupiter uero tertiâ. Secunda uero positione Cælius significat deum, Saturnus angelicam mentem, Iupiter mundi animam atq; cœlestem. Tertia Cælius dei ipsius significat fecunditatem, Saturnus eius intelligentiam, Iupiter beneficam uoluntatem omnib; prouidentem. Quarta Cælius in quolibet numine aspectum ad superiora designat, Saturnus respectum ad semetipsum, Iupiter prospectum inferi oribus prouidentem. Proluxior fore cogar, si singulos hic deos theologice interpretari uoluero, atq; id quidem latius in libro de Amore, & Theologia tractauimus. Quoniam uero de diuinis tractare nō est eius qui semper dicitur se nihil scire, conuenienter Socrates ubi de diuinis altius agit, dicit eam sapientiam nuper unde nesciat, illuxisse, significans inspiratione opus esse ad ueram diuinorum perceptionē. Quod & in Timeo, Coniuiuiōs, & Phædro confirmat, probat idem & in epistolis. Quod autē diuinorum contemplationē ab Euthyphrone accepisse se dicit, ironicum est, deridetq; illum & similes diuini iuris professores ambitiosos. Quo fit ut non immerito, quæ ab illo se fingit audiuisse, asserat fore paulo post dimittenda, admonens confidendum non esse doctis ambitiosorum, præsertim ubi iudicant de diuinis, de quibus etiam probatissimus homo, nūquam ut homo loqui possit, sed aliquando potius ut euba dei. Huic illud quodammodo simile, quod Plutarchus ait, legem exiire apud Græcos, per quam iuberetur libros scelerum hominum etiam bonos e medio tolli, ut auctorum memoria deleberetur. Significat præterea antiquos cōsueuisse cum qui inter sacra corripiebatur a demone, ne diuitis ab eo fatigaretur, paulo post quibusdam precibus sacrificijsq; a demone solueret. Docet etiam non esse longum tempus in nominibus contentendum. Proinde reprehendit illos qui solas mundi sphæras stellâsq; putent esse diuinas. Quippe cum ab his tanquam aspectui nostro natura propinquoioribus atq; mobilib; ad altiora numina ob maiorem excellentiam sensibus nostris ignota stabiliâsq; sit ascendendum. Narrat præterea deorum nomina nō casu, sed partim humana ratione, partim inspiratione diuina inuenta fuisse. Nomina uero heroica & humana sepe uel ex maiorum cognouit, uel ex uoto fuisse posita, ideoq; certam nominum rationem in diuinis nominibus potius quam in alijs esse querendam. Descendit post hæc ad demones, asseritq; Hesiodi prifeorumq; sententia probatissimorum uirorum animas in aëros demones ascendere, qui & rerum sapientia polleant, & generi humano prouideant. Tu uero hic animaduerte, omnem bonum esse sapientem, atq; uicissim bonum quidem ideo sapientem euadere, quia purgatam serentamq; boni hominis mentem deus sapientie suæ lumine implet. Sapientem quoq; idcirco bonum esse, quia neq; aberrat a fine, neq; in his quæ ad finem conferunt, fallitur eligendis. Animaduerte heros semideosq; eosdem existimari, atq; ex mutuo inter deum hominēq; amore nasci. Hinc illud, Sed ex deo nati sum. Quia in re ostenditur inter genus humanum diuinumq; cognatio. Attende mox officium hominis esse non sentire, sed ea quæ sensu considerare. Deinde statum animæ in corpore esse, non contineri, sed naturam corporis continere: Corpus tamen apud Orpheum carcerem animæ dici atq; sepulchrum, ut pote, quæ in corpore tanq; mortua iudicetur. Memento & Anaxagoram putauisse mundi machinæ unam ante alias esse animam, unam quoq; præesse mentem. Hinc illud: Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus Mens agitat molem. Deinde de considera piam Platonis modestiam dicentis: Quicumq; sapit agnoscit se deos deorumq; inter se nomina ignorare. Addit orandum esse deum, ut nobis nomen sui proprium patefaciat: existimandum quoq; esse nomina quæ nos deo tribuimus, nō ipsam dei naturam, sed notionem affectionemq; circa deum nostram significare. Idcirco obsecrandum esse deum ne ipsi in eo nomina do displiceamus. Idem in Philebo, & Parmenide: & Phædro, atq; Timeo. Interpretatur deinde deorum nomina narrans primo illorum opinionem qui fluere omnia putauerunt, quam deniq; improbat. Sed in his reuera memento deam Vestem significare essentiam formarum separatarum, diuinorumq; stabile fundamentum, ideoq; Vestem ante alios deos sacrificare proficos consueuisse. Item nomina quæ in diuinis statum significant, ad illorum referri substantiam: quæ uero motum, ad actionem; improprie quidem ad actionem intellectualem, proprie uero ad animalem. Rursus nomina deorum masculina significare in diuinis actum efficientem, feminina uero potentiam caespientem. Præterea quod cælum suo motu generet tempus consumens, continuq; consumat, quoadam est reuolvens deum Cælum, & Rheam, atq; Saturnum filios deuorantē. In his autē Cælius est essentia ipsa diuina, Rheam eiusdem uitæ: Saturnus mens eiusdem. Saturni filij idæ sunt rerum, intelligentia diuina intra se genite, quæ sicut producuntur a mente, ita & reducuntur in mentem, eas in se, ut ita dixerim, absorbentem. Multitudo uero deorum circa diuersas mundi partes distributorū, & in ipsis earundē partium continetur idem, et in angelicis mentibus ideas multifariâ contemplantibus, & in animab; sphæras mundi stellâsq; regentib;. Animaduerte præ ceteris Plutonem hic significare præcipue prouidentiam diuinam ad separatas animas pertinentem, quæ puras animas bonorum suorum perpetuis illecebris adeo rapit & detinet, ut noluit ad nos ultra reuertit. Quod quidem insinuit Plotini Procliq; animarū periodis nō consentit. Probat animas penes Plutonē ideo uinculo quodam arctissimō & insolubili detineri, quoniam amatorio teneantur affectu. Vbi confirmatur Platonē illud in conuiuio, Leagibusq; & sepe alibi, amatorium uoluntariumq; nodum ceteris omnib; esse potentius, neq; id quidē iniuria; nempe qui trahit quempiam per appetitum, tum potentius trahit, tum retinet firmitus, quam qui per uim aliam conatur attrahere, quia non ab extrinseco tantū rapit, sed ab intrinseco. Præterea quod ita raptū est, non modo non

Nomina masculina et feminina quæ quid significant in diuinis

conten-

estendit solui, uerumetiam innititur ligatori, eodemq; uinculo sese arctius implicat. Mitto q; raptor alius tanquā superior alienusq; occurrit. Amatorius uero raptor, tanquā æqualem domesticūq; & palam et clam se nobis insinuat. Hinc Boetius quæsit ex mente Plotini, deū ad seipsum omnia potentissime simul & suauissime rapere, sui uidelicet amore boni, quab; esca trahentem. Quod etiam Platonius confirmat Philo. Deus a principio ad finem omnia potēter attingit, suauiterq; disponit. Id uero totum ex quarto Legum acceptum esse aliās ostendimus. De Phæbo autē qui apud Orpheum lumen uitale significat, multa atq; præclara sunt in Orphico Apollinis hymno in sexto de Rep. & in oratione Platonici Iuliani: & in opusculo nostro de lumine. Hic uero breuiter exponitur nomen Apollo. Quod triplicem significat solem, diuinū, angelicum, & cœlestem. In primo quidem, lumen est superius intellectu. In secundo intellectuale lumen super uisum. In tertio uisibile lumē. Secundus appellatur a Platonicis primi filius. Tertius imago dicitur utriusq;. Sed ut summatim dicam, Apollo significat primo diuine angeli eaq; substantiæ simplicitatem: Secundo uim per quam deus & angelus lauant animas, ab inferioribusq; purgant affectibus: Tertio beneficium quo a deterioribus soluunt, melioribusq; coniungunt: Quarto uirtutem ut ita dixerim sagittariam, qua per omnia procul sua munera iaculantur, & aculeis suis iniustus affligunt: Quinto efficaciam omnia temperantem, musicisq; modulis conuertentem. In his apparet Apollinis uaticinium, ubi simplex dicitur, & purgandō lauans atq; soluens. Ibidem apparet & medicina, item & sagittæ di canendiq; peritia, ubi uires suas potenter extendit per omnia, & suauiter eisdem eundē contemperat inuicē, & ad seipsum feliciter cōtemporando conuertit. Similes quoq; dotes atq; affectus uidentur in sole & ad solē tertio atq; cœlesti. Inter hæc Socrates ait se in exponendis deorum nominib; iocari, uidelicet cognoscens se diuinam substantiam his nominibus non attingere, sed uel affectus illorum narrare, uel affectus nostros circa illos pro uiribus explicare. Addit & deos interdum iocari ac ludere. Iocamur quidem nos circa diuina, iocantur & dii circa nostrā: quatenus uidelicet nostra hæc & illis collata quamminima sunt, & illi hæc nullo labore, sed inestimabili facilitate gubernant. Mitto in præsentia Platonius illud, Homo iocus est ludusq; deorum. Id enim ubi res exigit exponemus. Post hæc tertio iam apprime religiosus homo dicit se necesse de dijs ulterius disputare. Nempe & in ipso disputationis initio timentum est, ne forte de deo loquamur sine deo: & in media disputatione rursus, ne temere metiamur immensos: & circa finem rursus, ne ulterius sermonem de numinibus producamus, quam eorum uoluntas nobis aspiret. Mox nota totam Mercurij uim uersari circa sermonem, ut intelligentiæ uim ad Saturnum potius intelligas pertinere. Item quod addit, Pana Mercurij filium esse bisformem, uidelicet ob geminum sermonem, uerum scilicet atq; falsum: nota ubi Pan ut homo pingitur, sermonem uerum significare: ubi uero ut brutum, falsum: ut hoc admonitus uerearis falsa loqui, ne falsa loquendo sis falsus homo, uerumq; brutum. Proinde ubi deridet antiquorum multos, quod dum ipsi patenter uertiginem putabant omnia uerti, admonet ne pro natura nostra præsertim temporali, metiamur æternā. Itē ubi dicit temperantiā esse salutem conseruationēq; prudentiæ, ostendit animam corporis perturbationē. ebriam non posse rerum ipsarum præsertim in corporalium percipere ueritatem. Mox ubi boni nomen interpretatur, ostendit tria ad ipsum bonū pertinere: scilicet ut admirandum sit, ut amandum, ut suauē. Admirandum est quando nos excitat, diuertit ab alijs, ad se cōuertit. Amandum, cum accedimus ad ipsum atq; heremus. Suauē cum eo implemur. Paulo post exponens iustitiæ nomē, docet diuinum iudicium omnia penetrare. Quod & cecinit Orpheus. Deinde significat iustitiā esse apud Anaxagoricis diuinam mentem omnium ordinatricē. Quod quidem Socrates nec affirmare audeat, neq; negare. Non negat quidem, quoniam ad deū iustitiā pertinet. Non affirmat, quoniam accōmodatius diceretur iustitiā esse diuinā uoluntatem, singula pro meritis uel nature, uel uolūtatis distribuentē. Aduerte rationē boni ad naturā quantā pertinere sese per omnia diffundentē. Rationē uero pulchri ad sapientiā ordinēq; manantē ab ipsa, & ad se reliqua prouocantē. Deniq; uim amoris ad influxū quendā spectare ab oculis per oculos penetrantē. Post hæc multa de nominib; affert, quæ per superiora satis intelliguntur. Tangit opinio de nominum origine triplicē, uel q; a dijs quodam accepta fuerint, uel q; a barbaris, uel q; a longitudine temporis adeo à prima origine permutata, ut primæ nominū positiones minime discernantur. Mox deridet illos qui sequentium scientiā profitentur, cum antecedentia nesciant. Tu uero in sequentibus aurea animaduerte sententiā, & grauissimam omnium deceptionē esse illam, qua homo seipsum decipit. In eadem deceptor a decepto abest nunquā. Quoniam uero Cratylus ad seclū Euthydemī declinat, quæ putat nullū ad se, quia quisquis dicit, quod est dicit, itaq; dicat et uerū: Socrates id hoc pacto redarguit. Sepe dicimus ad esse alicui quædā quæ procul absunt, atq; uicissim abesse quæ adsunt, quod nihil aliud est q̄ falsa dicere. Similiterq; conuenienter possumus nominare exprimentes p nomē literariūq; sonos quodammodo naturā actionēq; rei uel passionē atq; cōtra incōgrue nominare. Post hæc ubi de numeris & qualitatib; mentionem facit, dicit in ordine numerorū semper unitate uel addita uel subtracta numeri speciē permutari, in unitate nō accidat. Id autē hæc ratione feritur uenire, quia tota numeris ratio in unitate eiusq; replicatione cōsistit. In qualitate uero, cū præter unitatē eiusq; replicationē, alia quædā sit natura, merito uno gradu addito uel subtracto, aut etiam plurib; qualitatibus species non mutatur. Similiter in imagine, eatenus enim imago est, quatenus representat: potest autē magis

minusue referre. Idē ferme nominibus accidit. Nam quaedā rerum ipsarum sunt imagines. Præterea cū nominis finis sit rem ipsam referre, præstat ipsum similitudine quadā rei, q̄ hominum conuentione referre. Rursum cum nomen consistet ex literis, rem apte non potest exprimere nisi ex syllabis literisq; proprie ipsam exprimitib, componatur. Et quoniā operosa res est literas; syllabas, nomina rebus singulis prorsus accommodare, imō etiā fieri neq; in numeris, idcirco miscenda est consuetudo nature, ut quatenus fieri potest, natura rerum auctoritate habeat nomen. Vbi uero uel nullo modo uel difficillime per nature proprietatē id fieri potest, fiat per consuetudinē conuentionemq; humanā, siue solam, siue nature coniunctam. Animaduerte posthæc maximā diligentiam principijs adhibendam, in eisq; constituendis plurimū disputandum. Rursum fallacissima quadā ad scientiam ire uia, quisquis ut monet Cratylus, per nominū proprietates rerum proprietates aucupatur. quando quidē auctor nominū non talia nomina quales ipse res sunt, instituit, sed quales ipse putauit, qui decipi potuit. Adde q; nomina eadē alij aliter possunt interpretari, & ad opposita significanda pari probabilitate traducere. Profecto multa sunt nomina ita posita quasi res fluāt, multa quoq; ita quasi maneat. Est igitur fallacissimū, per nomina res iudicare. Paulo post considera: primum qui res nominauit, cognouisse prius eas quā nominaret. Item præcā opinionē, quā asseritur diuinam quandā uirtutem ab initio hominē instruxisse, rerumq; nomina docuisse. Quod ijs quæ in Protagora & Politico dicuntur, est consentaneū. Fieri enim non potest, ut humanū genus, uel ab initio mundi, uel post ingentes illuiones aliter quā diuinitus sit instructū. Quod autē Socrates dicit circa ideas se somnare, declarat tum de hoc ipso Socrate & uulgo, & a comicis solitum irrideri, tum idearum cognitionem per separationē mentis haberi, somnij uaticinio similem. Mox probat ideas esse, quia super imperfectas formas oporteat esse perfectas. Item immutabiles ideas esse, si quidē speciales rerum rationes atq; definitiones semper eodem modo se habeant. Adit, si status à rebus omnis auferatur, se qui ut res nulla uere sit aut hoc aliquid, aut tale aliquid, neque cognoscatur, cum quolibet mōmēto deceptura sit iudicantē, necessario mentientē. Subdit neq; fore cognitionē, ipsam uidelicet specialem cognitionis ideam, quæ semper eodē modo se habet. Concludit rerum scientiā nō à nominib, sed ab ideis esse querendam, quarum notiones insite nobis prima uerāq; sunt nomina rerum. Deniq; iuuenes admonet, ne de rebus grauib, facile sententiam ferant, imō discant diu, expectentq; ætatem maturiorem antequam iudicent.

CRATYLVS PLATONIS VEL DE RECTA

NOMINVM RATIONE: TRANSLATVS A MARSILIO FICINO

Florentino, ad Petrum Medicem, uel ad alios.

HERMOGENES. CRATYLVS. SOCRATES.

VIGITUR sermonē nostrum & cum hoc Socrate conferamus? CRA. Volo equidem, si tibi uideatur. HER. Cratylus hic ὁ Socrates rebus singulis ait natura inesse rectam nominis rationem, neq; id esse nomen, quod quidam ex constitutione uocant, dum uocis suæ particulam quandam pronunciat, sed rectam rationem aliquam nominū & Græcis & Barbaris eandem omnib. innatam. Percontor itaq; ipsum, num reuera Cratylus sit eius nomen. Ipse fatetur. Socrati uero quod nomē in quā Socrates ait. Nōne cæteris omnib. in quā, id est nomē, quo quicq; uocamus? Ille non tibi tamē ait Hermogenes nomen est, neq; etiā si omnes homines te ita uocarint. Dumq; obsecro ut sciscitanti mihi quidnam dicat aperiat, nihil prorsus declarat, sed me ludens, simulat sese aliquid uersare animo, quasi nō nihil hac de re intelligat, quod si uellet exprimere, cogeret me id ipsum fateri, eademq; dicere quæ ipse dicit. Quamobrem libenter ex te audirem, si qua ratione Cratylū uaticinū potes conijcere, libentius tamen sententiam tuam de nominū rectitudine, siquidē tibi placet, audirem. SO. O Hippo, nīcī fili Hermogenes, ueteri prouerbio fertur, pulchra esse cognitu difficilia. Atqui illa nōminum notitia haud parua res est. Equidē si ex Prodicō illā quinquaginta drachmarū demonstratōnē iam olim audissem, in cuius traditōne etiā hæc inerat, ut ipse testatur, nihil prohiberet quin tu statim nominū rectitudinem intelligeres. Eam porro nunq; audiuit, sed illā drachmæ unius duntaxat. Quare quid in his uerū sit, nescio. Inuestigare autē tecum simul & cum Cratylō paratus sum. Quod autem dicit tibi nō esse reuera nomen Hermogenes, quod à lucro dicitur, mordet te puto, quasi pecuniarū auidus sis, & impos uoti. Verum, ut modo dicebam, difficilia hæc cognitu sunt. Oportet autē rationes utriusq; in mediū adducendo perquirere, utrum ita sit ut dicis ipse, an potius ut Cratylus ait. HER. Enim uero ὁ Socrates licet frequenter cum hoc cæterisq; permultis iam disputauerim, nō dum tamen persuaderi mihi potest aliam esse nominis rectitudinem q̄ conuentionem ipsam conuentionemq;. Mihi quidem uidetur quodcunq; nomen quis cuiq; imponit, id esse rectum.

Ac

Ac si rursus cōmutat, aliudq; imponit, nihilominus q̄ primum, quod illi succedit nomen rectū existere, quemadmodum seruis nomina cōmutare solemus. Nulli quispe rei natura nomen inesse, sed lege & usu illorū qui sic uocare cōsueuerunt. Quod quidē si aliter se habet, paratus sum nō à Cratylō tantum, uerum etiā à quouis alio discere atq; audire. SO. Forte aliquid dicis Hermogenes. Consideremus itaq; quodcunq; imponit quis cuiq; nomen uocatq; id illi nomen esse asseris? HER. Mihi sane ita uidetur. SO. Et siue priuatus uocet, siue ciuitas? HER. Assero. SO. Quid uero si ipse rem aliquā uocem, uel uti si quem nunc hominē uocamus, ego equū nominē, quemue equum, hominē publice quidē erit eidem homo nomen, priuatiū equus, & priuatiū rursus homo, publice equus. Ita loqueris? HER. Ita uidetur. SO. Dic iterū num aliquid nuncupes uera loqui, aliquid loqui falsa? HER. Equidē. SO. Nonne illa quidem uera erit oratio, hæc autē oratio falsa? HER. Ita prorsus. SO. Illa uero oratio quæ existentia dicit ut existunt, uera est, quæ ut nō existit, Quæ oratio falsa? HER. Certe. SO. Est autē hoc, oratione, ea quæ sunt & quæ nō sunt dicere? HER. Id ipsum. SO. Oratio quæ uera est, utriū tota quidē est uera, partes non ueræ? HER. Imō & falsa partes ueræ. SO. Vtrū partes magnæ ueræ, exiguæ uero particulae falsæ, an ueræ sunt omnēs? HER. Omnes arbitror. SO. Habes orationis partē aliquā minorē nominē? HER. Nequaquā, hæc enim pars minima. SO. Et nomē quidē hoc pars orationis ueræ. HER. Proculdubio. SO. Pars utiq; uera, ut ais ipse. HER. Vera. SO. Pars autē falsa. HER. Aio. SO. Licet ergo nomen uerū & nomen falsum dicere, siquidē & orationem. HER. Quid prohibet? SO. Quod quisq; cuiq; nomen esse ait, id & cuiq; nomen est? HER. Id ipsum. SO. An etiam quocunq; quis nomina cuiq; tribuit, totidem erunt ac etiā quando cunq; que tribuit? HER. Haud equidem habeo Socrates aliquam præter hanc nominis rectitudinem, ut uidelicet liceat mihi quidem alio rem uocare quod ipse imposui nomine, tibi autem alio quod tu imposuisti. Ita equidem in ciuitatibus uideo eorundē propria quædam haberi nomina, & Græcis ad alios Græcos, & Græcis ad Barbaros. SO. Animaduerta mus Hermogenes, utriū res ipse ita se habere tibi uideantur, ut propria rerū apud unum queniūq; essentia sit, quemadmodum Protagoras tradidit: rerum omnium dicens hominem esse mensuram, ita ut qualia mihi quæq; uidentur, talia & mihi sint, item qualia tibi, & tibi talia. An potius quædam esse putes, quæ essentia suæ quandam habeant firmitatē. HER. Quandoq; ὁ Socrates dubitans ad hæc deductus sum quæ tradit Protagoras. Ita tamen esse haud satis mihi persuadeo. SO. Nunquid & ad hoc aliquando es deductus, ut tibi nequaquam uideretur aliquem esse hominem omnino malum? HER. Non per Iouem, imō sæpenumero ita sum affectus, ut existimarem homines nōnullos omnino malos esse, & quidem plurimos. SO. Prorsus autē boni nulli adhuc tibi uisi sunt? HER. Admodum pauci. SO. Visi ergo sunt aliqui? HER. Aliqui. SO. Qua ratione hoc iudicas? hæc nō omnino quidem bonos esse, omnino prudentes: prorsus uero prauos, imprudentes omnino? HER. Mihi sane ita uidetur. SO. Si Protagoras uera dixit, estq; hæc ipsa ueritas, ut qualia quæq; cuiq; uidentur, talia sint, fieri ne potest ut alij hominum prudentes sint, imprudentes alij? HER. Nequaquam. SO. Atqui hæc ut arbitror tibi omnino uidentur, cum uidelicet prudentia quædam & imprudentia sit, Protagoram haud omnino uera loqui posse. Neq; enim alter altero reuera prudentior erit, si quæ cuiq; uidentur cuiq; uera erūt. HER. Ita est. At neq; Euthydemō assentiris, ut arbitror, dicenti omnia omnibus esse similia ac semper: Neq; enim alij boni, alij mali essent, si semper & æque omnibus & uirtus esse similiter, inesset & prauitas. HER. Vera loqueris. SO. Ergo si neq; omnia omnibus insunt semper atq; similiter, neq; cuiq; proprium unum quodq;, constat res ipsas esse quæ essentiam quandam firmam in se habent, neq; quo ad nos, neq; à nobis per imaginationem sursum deorsumq; distractæ, sed secundum se ipsas quo ad ipsarum essentiam ut natura institutæ sunt permanentes. HER. Idem mihi quoque uidetur ὁ Socrates. SO. Vtrum res ipse ita natura consistunt, actiones autem illarum non ita sed aliter: an & actiones ipse similiter quædam rerum species sunt? HER. Et ipse omnino. SO. Ergo actiones ipse secundum naturam suam, non secundum opinionem nostram sunt. Quemadmodum si nos rem quampiam diuidere statuamus, utrum sic diuidenda res quæq; est ut nos uolumus & quo uolumus: an potius si unum quodq; diuidamus secundum naturā qua diuidere & diuidi oportet, itemq; eo quo secundum naturam diuisio fieri debet, diuidemus utique re

ctis, &

Prouerbium
Pulchra cog-
nitu difficilia

Sententia Pro-
tagoræ circa
essentiā rerū

Sententia Eu-
thydemī, om-
nia omnibus
esse similiter,
ac semper

de, & aliquid proficiemus, ac recte istud agemus? Sin autem præter naturam, aberrabimus, nihilque proficiemus. HER. Mihi quidem ita uidetur. s o c. Atque etiam si comburere aliquid aggregatiâ, non secundum omnem opinionem comburere oportet, sed secundum opinionem rectam. hæc autem est qua ratione naturaliter quodque comburi debet atque comburere, & quo debet. HER. Vera hæc sunt. s o c. Nonne eadem de cæteris ratio? HER. Eadem. s o c. An non & dicere una quædam operationum est? HER. Est plane. s o c. Vtrum recte dicit, qui ut sibi dicendum uidetur ita dicit, an potius qui ita dicit, ut ipsa rerum natura dicere dicitque requirit, & si quo natura exigit, eo & dicat, aliquid dicendo proficiet, sin aliter, aberrabit, nihilque efficiet? HER. Ita equidem ut ais existimo. s o c. An non dicendi pars quædam est nominare? & qui nominant loquuntur quodammodo? HER. Omnino. s o c. Et nominare actio quædam est? quando quidem & dicere actio quædam circa res est. HER. Prorsus. s o c. Actiones autem nobis apparuerunt haud ad nos respicere, sed propria quandâ sui habere naturam. HER. Est ita. s o c. Nominandum itaque ea ratione qua rerum ipsarum natura nominare ac nominari postulat, & quo postulat, non autem pro nostra uoluntatis arbitrio, si standum est in his quæ dicta sunt. HER. Sic est. s o c. Atque ita aliquid peragemus, nominabimusque, aliter uero nequaquam. HER. Apparet. s o c. Quod incidendum est, aliquo incidendum. HER. Aliquo. s o c. Et quod texendum, aliquo certe texendum, aliquo nominandum. HER. Sic oportet. s o c. Quid illud, quo aliquid perforare oportet? HER. Terebrum. s o c. Quid quo texere? HER. Radius pectinis. s o c. Quid quo nominare? HER. Nomen. s o c. Bene loqueris, ideoque instrumentum aliquid nomen est. HER. Est. s o c. Si quaerem quod instrumentum est radius pectinis, responderes quo textimus? HER. Non aliud. s o c. Textentes uero quid facimus? an non subtegmen & stamina confusa, radio discernimus? HER. Istuc ipsum. s o c. Idem de terebro ac cæteris respondebis? HER. Idem. s o c. Potes & circa nomen similiter declarare, quid facimus dum nomine ipso quod instrumentum est, aliquid nominamus. HER. Nequeo. s o c. Nunquid docemus inuicem aliquid, ac res ut sunt discernimus? HER. Nempe. s o c. Nomen itaque rerum substantias docendi discernendique instrumentum est, sic ut pecten & radius ipse telæ. HER. Sic est dicendum. s o c. Radius porro textorium est instrumentum. HER. Quid nisi? s o c. Textor itaque radio ac pectine recte utitur, recte inquam secundum texendi rationem. Ille uero qui docet, nomine utitur, & recte, recte uidelicet secundum docendi propriam rationem. HER. Certe. s o c. Cuius artificis opere bene utitur textor quando radio pectineque utitur? HER. Fabrilignarij. s o c. Quisque ne lignarij fabricer, an potius qui arte habet? HER. Qui habet artem. s o c. Cuius ite opere recte perforator utitur? HER. Ærarij fabri. s o c. Num quisque est faber ærarij? an potius qui habet artem? HER. Qui artem. s o c. Age ergo, dic cuius opere ipse doctor utatur, quoties nomine utitur. HER. Nescio. s o c. Assignare & hoc nescis? quis nobis tradit nomina, quibus utimur? HER. Ignoro & hoc. s o c. Nonne lex tibi uidetur nobis nomina statuisse? HER. Videtur. s o c. Ergo legislatoris utitur opere doctor quando nomine ipso utitur. HER. Opinor. s o c. Conditor legis quilibet tibi eque uidetur, an qui arte est præditus? HER. Arte præditus. s o c. Quare non cuiuscunque uiri est Hermogenes nomen imponere, uerum cuiusdam nominum autoris, hic autem etiam, ut uidetur, nominum institutor, qui rarior omni artifice inter homines reperitur. HER. Apparet. s o c. Animaduerte obsecro, quod respiciens nominum institutor nomina rebus imponit, inò superiorum exempla dijudica, quod respiciens faber radium pectinis conficit, nonne ad tale aliquid quod ad texendum natura sit aptum? HER. Prorsus. s o c. Si in ipso opere radius hic frangatur, utrum alium iterum fabricabit ad fractius istius imaginem? an potius ad speciem ipsam respiciet, ad cuius exemplar radium qui fractus est fecerat? HER. Ad ipsam ut arbitror speciem. s o c. Nonne speciem ipsam merito ipsius radij rationem, ipsumque radij maxime nominabimus? HER. Opinor. s o c. Si quando oportet efficiendæ uesti tenui uel crassiori lineæ siue laneæ, siue cuius alteri radij apparare, radios singulos oportet speciem radij ipsius habere, qualis uero cuique naturaliter est accommodatissimum, talem ad opus peragendum, ut natura postulat, adhibere. HER. Oportet sane. s o c. Eadem de cæteris instrumentis est ratio. Nam quod natura cuique congruit, instrumentum ad inueniendum est atque id illi attribuendum, ex quo efficit non, qualecunque uult, qui fabricat, sed quale natura ipsa

Nomen, rerum substantias docendi discernendique instrumentum

ipsa exigit. Terebrum namque cuique accommodatum scire oportet in ferro perficere. HER. Patet. s o c. Radium quinetiam singulis competentem in ligno. HER. Vera hæc sunt. s o c. Quippe ipsa ratione natura alius radius telæ alteri competit, & in alijs eodem modo. HER. Sane. s o c. Oportet quoque uir optime, ut ille nominum institutor nomen natura rebus singulis aptum in uocibus & syllabis exprimat, ad idque respiciens quod ipsum nomen est, singula nomina fingat, atque attribuat, si reuera nominum autor est futurus. Quod si non ipsidem syllabis quisque nominum conditor nomen exprimit, animaduertendum est quod neque fabri omnes ærarij eodem in ferro id faciunt, quoties eiuſdem gratia idem fabricant instrumentum. Verum quatenus eandem ideam attribuunt, licet in alio & alio ferro, eatenus recte se habet instrumentum, siue hic siue apud barbaros fabricent. Nonne? HER. Maxime. s o c. Nonne & eodem modo censebis, donec institutor nominum qui apud nos est, & qui apud barbaros, nominis speciem cuique competentem tribuit, in quibuslibet syllabis nihil deteriorum esse unum altero in nominibus imponendis? HER. Equidem. s o c. Quis cogniturus est utrum conueniens radij species cuiuscunque ligno sit impressa, num faber qui efficit, an textor usus? HER. Probabile est ò Socrates, magis eum qui est usus, cognoscere. s o c. Quis lyrae fabricatoris opere utitur? nonne ille qui fabricantem instruere potest, & opus recte ne an contra factum sit, iudicare? HER. Omni no. s o c. Quis ergo? HER. Citharista. s o c. Quis autem opere instructoris nauium? HER. Gubernator. s o c. Quis item nominum conditoris operi optime præsidebit, & expletum dijudicabit & apud Græcos & apud barbaros? Nonne & qui utitur? HER. Is certe. s o c. An non is est qui interrogare scit? HER. Iste. s o c. Idem quoque responderet? HER. Nempe. s o c. Eum uero qui interrogare scit atque respondere, alium uocas quam dialecticum? HER. Dialecticum profecto. s o c. Fabri itaque opus est temonem facere gubernatore præcipiente, si bonus futurus est temo. HER. Apparet. s o c. Nominum quoque autoris nomen, modo dialectico uero, si modo recte ponenda sunt nomina. HER. Vera hæc sunt. s o c. Apparet ergo Hermogenes haud leue quiddam, ut ipse censes, nominis impositionem esse, neque id esse imperitorum & quorumuis hominum opus. Nempe Cratylus uera loquitur, necne cum nomina dicit natura rebus competere, neque unum quemuis esse nominum autorem, sed illum duntaxat qui ad nomen respicit quod natura cuique conuenit, potestque speciem eam literis syllabisque inserere. HER. Nescio Socrates qua ratione his quæ dixisti, sit repugnandum: forte uero non facile est subito sic persuaderi. Videor autem mihi hunc in modum tibi potius assensurus, si ostenderit quæ dicas esse natura rectam nominis rationem. s o c. Equidem ò beate Hermogenes adhuc nullam dico, ferme namque è memoria excidit quod dixeram supra, me uidelicet hoc ignorare, uerum una tecum perquirere. Nunc autem mihi & tibi simul inuestigantibus hoc duntaxat præter superiora compertum est, rectitudinem aliquam natura nomen habere, nec quemlibet posse nomen rebus accommodare. Nonne? HER. Valde. s o c. Considerandum restat si nosse desideras, quamnam ipsius sit nominis rectitudo, id est ratio recta. HER. Desidero equidem. s o c. Animaduerte igitur. HER. Qua uia inuestigandum mones? s o c. Rectissima est ò amice consideratio, ab his qui sciunt hæc perquirere, oblati pecunijs & gratijs insuper actis: hi uero sophistæ sunt, quibus frater tuus Callias multis erogatis pecunijs, sapiens euasisse uidetur. Postquam uero in res paternas ius non habes, reliquum est fratrem supplex ores, te doceat nominum rectitudinem quam à Protagora didicit. HER. Quam absurda hæc esset petitio Socrates, si cum illam Protagora ueritatem nullo modo recipiam, ea quæ ex ueritate illa dicuntur, alicuius pretij aestimarem. s o c. At uero si tibi hæc non placent, ab Homero ceterisque poetis est discendum. HER. Quid de nominibus, & ubi Homerus ò Socrates tradit? s o c. Passim multa, maxima uero & pulcherrima sunt illa, in quibus distinguit circa eadem quæ nomina homines, & quæ dii ipsi inducunt. An non censes ipsum in his magnificum aliquid & mirandum de recta ratione nominum tradere? Constat enim deos nominibus illis ad rectitudinem ipsam uti, quæ natura consistunt. An non putas? HER. Certe equidem scio, si qua dii uocant, recte eos admodum nominare. Verum quamnam ista? s o c. An ignoras quod de Troiano flumine, quod singulari certamine cum Vulcano pugnauit, inquit: Quod Xanthum dii uocant, uiri Scamandrum. HER. Scio. s o c. An non censes magnificum quiddam cognitu esse hoc, qua ratione rectius sit flumen illud Xanthum, quam Scamandrum

Quomodo nominabit qui re de nominabit

Dialecticus nouit recte imponere nomina rebus sint, necne

Veritas nomen scripti, aut iro niana

Scamandriū nominare. Item si uis animaduerte & istud, quod auem eandem dicit Chal-
 cidem quidem à dijs, Cymindin uero ab hominibus nominari. Leuē cognitionem hāc
 putas; ut sciat quāto rectius sit eandem auem Chalcidē quā Cymindin nuncupa-
 re, uel Batteam atq; Myrinē; aliāq; permulta & apud hunc poetam & apud alios talia.
 Verum istarum rerum inuentio acutius ingenium quā nostrum exigit. Scamandrius
 autē & Astyanax quid significēt, humano ingenio, ut mihi uidetur, comprehendī, &
 facile percipi potest, quā rectitudinē esse Homerus uelit in his nominibus quibus He-
 ctoris filium nuncupat. Scis ea carmina quibus insunt quæ dico? HER. Omnino. s o c.
 Vt istorum nominum putas Homerum existimasse conuenire magis puero, Astyanax
 cta ne, an Scamandriū? HER. Ignoro. s o c. Sic autē considera: si quis te interrogaret,
 utrum putes sapientiores rectius nomina rebus imponere, an minus sapientes, responde-
 res utiq; sapientiores. HER. Sic certe. s o c. Vtrum mulieres in urbibus sapientiores esse
 tibi uidentur, an uiri? quantum ad genus attinet. HER. Viri. s o c. Nescis quod inquit Ho-
 merus Hectoris filium à Troianis Astyanacta, à mulieribus Scamandriū nuncupatum:
 quandoquidem uiri illum Astyanacta uocare consueuerunt. HER. Videtur. s o c. Non-
 ne Homerus Troianos uiros sapientiores, quā mulieres eorum existimauit? HER. Ar-
 bitror equidem. s o c. Astyanacta igitur rectius quā Scamandriū nominatū esse cen-
 suit. HER. Apparet. s o c. Animaduertamus quā ipse denominationis huius causam
 affert. Solus enim, inquit, ciuitatem ipsis tutatus est amplaq; moenia. Quapropter decet,
 ut uidetur, protectoris filium nominare *ἀστυνὰς*. id est regem urbis, urbis inquam eius,
 quā pater ipsis seruaui, ut inquit Homerus. HER. Idem mihi quoq; uidetur. s o c. Quod
 autē hoc maxime, potro & ipse nondum satis intelligo ὁ Hermogenes. Tu uero perci-
 pias? HER. Non per Iouem. s o c. Atqui & Hectori ὁ bone uir nomen ipse Homerus im-
 posuit. HER. Quamobrē? Quoniā mihi uidetur id nomen Hectori Astyanacti esse quā-
 proximum: ferme enim idē significant, putantq; Græci utraq; hęc nomina regia esse.
 Cuiuscunq; enim quis *ἀναξ*, id est rex extitit, eiusdem est & *ἰναξ*, id est possessor. Constat
 enim dominari illi, possidereq; & habere. An forte nihil tibi dicere uideor; meq; fallit opi-
 nio, quā Homeri scientiam circa nominum rectitudinē ceu per uestigia quādam attin-
 gere confidebam? HER. Nullo modo, ut arbitror. forte enim non nihil attingis. s o c. De-
 cet ut mihi uidetur, leonis filium, leonem similiter nominare, equi filiū equum, haud cer-
 te dico, siquid tanquam monstrum ex equo nascatur aliud quiddā quā equus: sed cuius
 generis secundum naturam est quod nascitur, hoc dico. Si enim bouis secundum natu-
 ram filius equum gignit, nō uitulus qui nascitur, sed pullus equinus est nuncupādus. Et si
 equus præter naturam gignit uitulum, nō pullus equinus dicēdus est hic, sed uitulus. Ne-
 que etiā si ex homine alia proles quā humana producitur, quod nascitur homo uocari
 debet. Idemq; est de arboribus, deq; cæteris omnib. iudicandū. Probas hæc? HER. Probo
 equidē. s o c. Obserua me nequid defraudē. Eadem quippe ratione, si quis ex rege nasci-
 tur, rex est nominandus: in alijs uero & alijs syllabis idē significari, nihil interest, neq;
 fert siue addatur litera aliqua, siue etiā subtrahatur, donec essentia rei significatæ in ipso
 nomine dominatur. HER. Qui istuc ais? s o c. Nihil mirum nouum uero dico, uerū ita ut in
 elementis fieri cernis. Scis enim quod elementorū nomina dicimus, ipsa uero elementa ne-
 quaquā, quatuor duntaxat exceptis, dicimus enim *ε* & *υ* *λ* *δ* *γ*, *ο* *μ* *κ* *ρ* *θ* *υ* & *ω* *ν* *ξ* *ψ*. Cæteris
 autē tam uocalibus quā non uocalibus alias addentes literas, ut *β* *η* *π* *τ* *ρ* *σ* *ξ* *ζ* *α* nomina con-
 stituimus, atq; ita proferimus. Verū quousq; elementi ipsius uim declaratam inserimus,
 conuenit nomen illud uocare ipsū quod nobis significet elementum, ut in *β* *η* *π* *τ* *ρ* *σ* *ξ* *ζ* *α*
 ubi additis *γ* *τ* *ρ* *α* nihil obstitit quin integro nomine natura elementi illius ostenderetur, cu-
 ius nominū autor uoluit: usque adeo scite literis nomina dedit. HER. Vera mihi loqui ui-
 deris. s o c. Nōne eadē de rege ratio erit? Erit utiq; ex rege rex, ex bono bonus, ex pulchro
 pulcher, & in cæteris omnibus similiter ex quolibet genere alterum quiddā tale, nisi mon-
 strum fiat, eademq; dicenda nomina. Variare autē licet per syllabas, ut uideantur homini
 rudī, quæ sunt eadem, esse diuersa, quemadmodū pharmaca medicorū coloribus & odo-
 ribus uariata sæpe cum eadem sint, nobis diuersa uidentur: Medico autē uim pharmaco-
 rum cōsideranti eadem iudicantur, neq; eum additamēta perturbant. Similiter forte qui
 est in nominibus eruditus, uim illorum cōsiderat, neq; eius turbatur iudiciū si qua litera
 addita

addita est, uel transmutata, uel dempta, uel in alijs literis ac multis eadem uis nominis re-
 peritur. Vt ea nomina quæ supra diximus, Astyanax & Hector, literas omnino diuersas
 præter *τ* solum habent, idē tamen significant. Item quod *ἀρχιπολις*, id est princeps ciuita-
 tatis dicitur, quā literarum communionem cum duobus superioribus habet. Idē ni-
 hilominus infert. Multaq; sunt alia, quæ nihil aliud quā regem significant. Multa præ-
 terea sunt, quæ exercitus ducem significant, ut *ἀγης*, *πολέμαρχος*, *δυναστος*. Alia item quæ
 medicina proflorem declarant, ut *ιατροκλῆς*, *ἀκροβιτροβός*. Aliaq; permulta reperiri pos-
 sunt, syllabis & literis discordantia, ut autem significationis penitus consonantia. Sic ne
 & ipse putas, an aliter? HER. Sic certe. s o c. His profecto quæ secundum naturam sunt,
 eadem tribuenda sunt nomina. HER. Omnino. s o c. Quoties uero præter naturam homi-
 nes aliqui fiunt in quadam specie monstrī, uelut cum ex bono piotq; uiro impius generat-
 tur, qui genitus est, non genitoris nomen sortiri debet, sed eius in quo ipse est generat-
 quemadmodum supra diximus, si equus bouis prolem generet, non equum eius filium,
 sed bouem denominandum. HER. Sic est. s o c. Homini igitur impio ex pio genito, non
 parentis, sed generis nomen attribuendum. HER. Vera hæc sunt. s o c. Neque igitur *θεός*
Πάρις, id est, dei amicū, neq; *μνησθητός*, id est, dei memorem, uel talem aliquem huiusmodi
δι uocare filium talem decet, sed contraria significantibus nominibus appellare, si modo
 recte nomina instituta esse debent. HER. Sic profus agendum ὁ Socrates. s o c. Profe-
 cio Orestis nomen recte, ὁ Hermogenes, uidetur impositum, siue aliqua fors illi nomen
 dedit, siue poeta quidam, ferinam eius naturam agrestemq; & montanā nomine eo si-
 gnificans. HER. Sic apparet, Socrates. s o c. Videtur & patri eius secundum naturam no-
 men esse. HER. Apparet. s o c. Apparet utiq; talis esse Agamemno, ut sibi laborandū cen-
 seat, tolerandūq; & in ijs quæ decreuit, per uirtutē perseuerandum. Argumentum ue-
 ro tolerantia suā, apud Troiam tanto cum exercitu perduratio præbuit. Quod igitur mi-
 rabilis perseuerantia uir hic fuerit, nomen significat Agamemnon, quasi *ἀγαστός* *ἰστῆ* *πῶ*
μολῶν. Forte uero & Atreus recte est nominatus. Nex enim Chryssipi, & crudelitas ad-
 uersus Thyestē, noxium perniciosūq; illum demonstrant. Vnde cognominatio parum
 per declinat, & clam innuit, ut non quibuslibet naturam huius uiri declarent: his autē
 qui nominum periti sunt, satis Atrei significatio patet: Dicitur enim secundum *ἀτρεΐς*,
ἀτρεΐων, *ἀτρεΐων*, quasi indomitus, inexorabilis, noxius, contumeliosusq; fuerit. Videtur &
 Pelopi nomen haud ab re tributum. Hominem quippe quæ prope sunt uidētē, nomen
 istud congrue significat. HER. Cur illi id conuenit? s o c. Quoniam in Myrtilli cæde, ut
 fertur, prouidere nihil potuit, neq; eminus prospicere quanta toti generi ex hoc calamitas
 immineret. Quæ enim ante pedes erant, & ad præsentia tantū respiciebat, hoc autē
 est prope aspicere: quod & fecit cum Hippodamiae coniugium omni conatu inire con-
 tendit. Vnde Pelopi nomen à *πέλας*, id est, prope, & *πέλας*, quod ad uisionem pertinet.
 Tantalō quinetiam nomen natura ipsa uidetur impositum, si uera sunt quæ circumferun-
 tur. HER. Quæ nam ista? s o c. Quod uiuenti adhuc illi aduersa plurima & grauiā conti-
 gerunt, tandemq; patria eius omnis subuersa est. Defuncto præterea faxum in caput im-
 minet, fors certe durissima, hæc profus cum nomine congruit, perinde ac si quis nomi-
 nare *τὰ λυδῶν πύλον*, id est, infelicissimum uoluisset, sed paulo locutus obscurius, pro Talanta
 ὁ Tantalum posuisset. Tale utique nomen fortuna eius aduersa ipso rumore gentium
 præbuisse uidetur. Quinetiam patri eius Ioui recte nomen est inditum, neque tamen faci-
 le cognitū. Est enim uelut oratio quædam Iouis nomen, quod quidem bifariam partiē-
 tes, partim unā, partim altera parte utimur. Quidam *Ἰωία*, quidam *Ἰία*, uocant. Quæ par-
 tes in unum conpositæ naturam dei ipsius ostendunt, quod maxime debet nomen effi-
 cere posse. Nulla enim nobis cæterisq; omnibus uiuendi magis causa est, quā princeps
 rexq; omnium. Quapropter decens nomen est hic deus sortitus, per quem uita semper
 uiuentibus omnibus inest. Secūm autē in duo est unum, ut dicebam, nomen, in *Ἰία* ui-
 delicet, atq; *Ἰωία*. Hunc Saturni filium cum quis audiat, forte insolentem contumelio-
 sumq; putarit. Verum probabile est, magnæ cuiusdam intelligentiæ prolem Iouem esse.
 Quod enim *ῥόθ* dicitur, non puerum significat, sed puritatem mentis ipsius & synce-
 ram integritatem. Est autē is *ἔρμης*, id est, cœli filius, ut fertur. Quippe aspectus ad supe-
 ra merito *ἔρμης* uocatur, quasi *ἔρμης* *τῆ* *ἀνω*. Vnde affirmant, ὁ Hermogenes, ij qui de re-
 D bus

bus sublimibus agunt, puram mentem adesse, & *ὀρεώμεν*, iure nomē impositum. Si autem genealogiam deorum ab Hesiodo traditam mente tenerem, & quos horum progenitores inducit, recordarer, haudquaquam cessarem ostendere tibi recte illis nomina inscripta fuisse, quoad huius sapientie periculum facerem, si quid ipsa proficiat peragatq; & an deficiat nec ne, que mihi tā subito, ignoro equidē unde nuper illuxit. **HER.** Profectio mihi uideris, o Socrates, inftar eorum qui numine rapiuntur, protinus oracula fundere. **S O C.** Reor equidem, o Hermogenes, hanc in me sapientiam ab Euthyphrone Pantij filio emanasse. Illi siquidem astiti à matutino assiduus, auresq; porrexi. Patet igitur eum deo plenum non modo aures meas beata sapientia impleuisse, uerum etiam animum occupasse. Sic utiq; agendum arbitror, ut hodie quidem utamur ipsa, & reliqua que ad nomina pertinent, indagemus. Cras uero, si in hoc consenserimus, excutiamus eam, expiemusq; alique per scrutati siue sacerdotem seu sophistā qui purgare hæc ualeat. **HER.** Probo hæc maxime Socrates. libentissime namq; quæ de nominibus restant, audirem. **S O C.** Ita prorsus agendum. Vnde igitur potissimum exordium iudicas, postquā formulam quandam præscripsimus, ut per noscamus si etiam nomina nobis ipsa testantur non casu quodam facta fuisse, uerum rectitudinem aliquam continere? Nomina quidem heroum atq; hominum nos forte deciperent, horum namq; multa secundum cognomenta maiorum posita sunt, & sepe nequaquam conueniunt, quæhadmodum in principio diximus. Multa uero ex uoto homines nomina tribuunt, ut *ἄντρον* *ἰδὴ*, *σασίαν*, *δὲ* *ἄλκυ*, aliq; permulta. Talia itaque præmittenda censeo, decens enim consentaneumq; maxime reperire nos quæ in rebus sempiternis & naturæ ordine constitutis recte sunt posita. Nam circa ista in condendis nominibus studuisse maxime decet. Forte uero ipsorum nonnulla diuinitore quadam potētia quam humana sunt instituta. **HER.** Præclare mihi loqui uideris, o Socrates. **S O C.** Nonne par est ab ipsis dijs incipere, rationemq; inuestigare qua *θεοί*, uocati sunt? **HER.** Nempe. **S O C.** Equidem ita consilio. Videntur utiq; mihi Græcorum præci deos solos putasse eos, quos etiam his temporibus barbarorum plurimi arbitrantur, solem, lunam, terram, stellas, cælum. Cum ergo hæc omnia perpetuo in cursum esse conspicerent, ab hac natura *ἄδῆμ*, *θεός* nominasse uidentur, deinde & alios animaduertētes omnes, eodem nomine nuncupasse. Habet quod dico uerisimile aliquid, nec ne? **HER.** Habet certe. **S O C.** Quid posthac inuestigandū? Constat de dæmonibus heroibusq; & hominibus quærendum esse. **HER.** De dæmonibus primum. **S O C.** Proculdubio Hermogenes, quid sibi uult dæmonum nomen? animaduerte num aliquid dicam. **HER.** Dic modo. **S O C.** Scis ne quos Hesiodus *δαίμονας* esse inquit? **HER.** Non. **S O C.** Neq; etiam, quod aureum genus hominum ait in principio extitisse? **HER.** Hoc equidē noui. **S O C.** Ait enim ex hoc genere post præsentis uitæ fata fieri dæmones sanctos, terrestres, optimos, malorum expulsores & custodes hominum. **HER.** Quid tum? **S O C.** Nempe arbitror uocare illum aureum genus, non ex auro constitutum, sed bonum atq; præclarum, quod inde consilio, genus nostrum ferreum esse dicit. **HER.** Vera narras. **S O C.** An non putas si quis nunc ex nostris bonus sit, aurei hunc generis ab Hesiodo æstimari? **HER.** Consentaneum est. **S O C.** Boni autem alij quàm prudentes? **HER.** Prudentes. **S O C.** Idcirco, ut arbitror, eos dæmones præcipue nuncupat, quia sapientes *δαίμονες* q; erant. Et ex nostra istud præca lingua nomen existit. Quamobrem & is, & ceteri poetæ permulti præclare loquuntur, quicūq; aiunt uidelicet, postquā bonus aliquis uita functus est, maximā dignitatē præmiūq; sortitur, sitq; dæmon secundū sapientia cognomentū. Ita & ipse assero *δαίμονας*, id est sapientem omnē esse hominē, quicūq; sit bonus, eumq; dæmonicum esse, id est felicē, uiuētē atq; defunctū, recteq; dæmonē nuncupari. **HER.** Videor mihi o Socrates, in hoc tecum maxime consentire. **S O C.** *ἄρως* autē quid significat? Id nequaquam inuentu difficile, paulo enim heroum nomen ab origine distat, indicans generationē illorū *ἄρως* *ἄρως* manasse. **HER.** Qua ratione id ais? **S O C.** An ignoras semideos heros esse? **HER.** Quid tū? **S O C.** Omnes utiq; heroes uel ex amore deorum erga mulieres humanas, uel amore uiuorum erga deas sunt geniti. Præterea si hoc secundum præcā Atticorū linguā consideraueris, magis intelliges, reperies enim quod paulisper mutatur est nominis gratia ex *ἄρως*, unde sunt heroes geniti; quō due aut hinc heroum nomen est ductum, aut ex eo quod sapientes, rhetoresq; fuerūt, facundi uidelicet, & ad interrogandū differendūq; promptissimi. *ἄρως* namq; dicere

dicere est. Quare ut modo dicebamus; Attica uoce heroes rhetores quidam, & disputatores & amatorij esse uidentur. Vnde rhetorū sophistarūq; genus heroica proles existit. Verum non istud quidem difficile cognitu, imō illud obscurum, quam ob causam homines *ἄρως* nominantur, habes ipse quid asseras? **HER.** Vnde id habeam bone uir? Quin si reperire quoquo modo possim, nil contendo, ex eo quod te melius faciliusq; quam me reperitur spero. **S O C.** In Euthyphronis inspiratione considerare mihi uideris. **HER.** Absq; dubio. **S O C.** Et merito quidem confidis. Nam belle nimum mihi nunc uideor cogitasse, ac periculum est nisi caueam, ne hodie sapientior quàm deceat uidear euasisse. Attēde ad ea quæ dicam. Hoc in primis circa nomina animaduerte te decet, quod sæpe literas addimus, sepe etiam demimus, pro arbitrio, dum nominamus, & acuta se penumero transmutamus, ut cum dicimus *δι* *ἄλκυ*; hoc ut pro uerbo nomē nobis foret, alterum inde excerpimus, & pro acuta syllaba media, grauem pronuntiauius. In alijs quibusdam literas interserimus, alia uero grauiora proferimus. **HER.** Vera refers. **S O C.** Hoc & in *ἄρως* contingit, ut mihi quidem uidetur. Nam ex uerbo nomen constitutum est, uno & excepto, grauiorq; sine effecto. **HER.** Quomodo istud ais? **S O C.** Ita hominis nomen illud significat, quod cætera quidem anima quæ uident, non considerant, neq; animaduertunt, neque contemplantur; homo autem & uidet simul & contemplatur, animaduertitq; quod uidet. Hinc merito solus ex omnibus animantibus, homo *ἄρως* est nuncupatus, quasi *ἄρως* *ἄρως* contemplans, quæ *ἄρως* uidit. Quid post hæc quæram? An uidelicet quod libenter perciperem? **HER.** Maxime. **S O C.** Succedere statim superioribus. **HER.** Sine conuersione. **S O C.** Conemur hæc quemadmodum superiora distinguere. Quærendum primo de anima putas, ut recte *ψυχή* nominata fuerit; deinde de corpore. **HER.** Equidē. **S O C.** Vt igitur subito exprimam quod primū mihi nūc se offert, arbitror illos quæ sic animam uocitarunt; hoc potissimum cogitasse, quod hæc quoties adest corpori, causa est illi uiuentis, respirandi, & refrigerandi uim exhibens; & cum primū desierit quod refrigerat, dissoluitur corpus & interit. Vnde *ψυχή* nominasse uidentur, quasi *ἄρως* *ψυχή*, respirando refertur. At uero; si placet, siste parumper. Videor mihi aliquid inspicere probabilius apud eos qui Euthyphronē sequuntur, nam istud quidē aspernarētur, ut arbitror, & durū quidam esse censerent, sed uide an hoc tibi sit placitum. **HER.** Dic modo. **S O C.** Quid aliud q; anima tibi uidetur corpus continere, uehere & ut uiuat & gradiatur efficere? **HER.** Nil aliud. **S O C.** An non Anaxagoræ credis, rerum naturā omnium mente quadā & anima ornari simul, & contineri? **HER.** Credo equidē. **S O C.** Par est igitur eam potētia nominare *ψυχή*, quæ *ψυχή*, naturam, *ἄρως* & *ψυχή*, uehit & continet, politius autem *ψυχή* profertur. **HER.** Sic est omnino, uideturq; mihi istud artificiosius esse. **S O C.** Est profectio. Rīdiculum autē quia apparet, si ita ut positum fuit, nominaretur. Quod uero post hoc sequitur, corpus, nonne *σῶμα* nuncupas? **HER.** Certe. **S O C.** Atqui uidetur mihi in hoc nomine paulisper ab origine declinari, nempe corpus hoc animæ *σῶμα*, sepulchrū quidam esse tradunt, quasi ipsa præsentī in tempore sit sepulta; atq; etiam quia anima per corpus *σῶμα*, significat quæcūq; *σῶμα* significare potest, idcirco & *σῶμα* iure uocari. Videtur mihi præterea Orphei sectatores nomen hoc ob id potissimū posuisse, quod anima in corpore hoc delictorū det pœnas; & hoc circūsepto ualloq; claudatur, uelut in carcere quodā, ut *σῶμα* seruetur. Esse itaq; uolūt hoc ita ut nominatur, animæ *σῶμα* seruādi gratia clausurū, quoad debita quæq; expendat, neq; literam aliquam adijciendā putant. **HER.** De his satis dictum. o Socrates, arbitror. Verū de nominibus, aliquorū deorū possemus ne ita ut de Ioue actum est, considerare, secundum quam rectitudinem nomina sint imposita? **S O C.** Per Iouem nos quidem si mentem haberemus Hermogenes, præcipuū rectitudinis modū arbitraremur, fateri nihil nos de dijs cognoscere, neq; de ipsis inquam, neq; de ipsorum nominibus, quibus ipsi se uocant. Constat enim illos quidem ueris se nominibus nuncupare. Secundū uero rectæ denominationis modū existimo, ut quemadmodū lex in uotis statuit precari deos, quomodo cūq; nominari his placet, ita & nos ipsos uocemus, tanq̄ nihil aliud cognoscētes. Recte namq; ut mihi uidetur, est decretū. Quare si uis ad hanc inuestigationē pergamus, primo quidem dijs præfati, nos nihil de ipsis consideraturos; neq; enim posse confidimus; sed de hominibus potius, quæ potissimū opinione circa deos affecti nomina ipsis instituerunt.

uerunt. Hoc enim à diuina indignatione procul. HER. Modeste loqui uideris ó Socrates, atq; ita profus agendum. s o c. Nonne à Vesta secundum legem incipiendum? HER. Sic utiq; decet. s o c. Qua ratione *isiam* hanc nominatam dicemus? HER. Per Iouem haud facile istud inuentu. s o c. Videntur probe Hermogenes primi nominum autores non heredes quidam fuisse, uerum acuti sublimium rerum inuestigatores. HER. Quamobrem? s o c. Talem quorundam hominum inuentione nomina apparent imposita. ac si peregrina considerent nomina, nihilominus quod sibi uult unum quodq; reperiet, quem admodum hoc quod nos *isiam*, essentiam nominamus, quidã *isiam* nuncupant, alij *isiam*. Primo quidem secundum alterum nomen istorum, haud procul à ratione uidetur rerum essentia *isiam* uocari. & quia nos quod est essentia *isiam* uocamus, ex hoc recte *isiam* posset denominari. Superiores nostri quondã *isiam*, *isiam* uocabant. Quinetiã si quis sacrorum ritus animaduertit, existimabit sic eos putasse qui hæc posuerunt. Etenim ante deos omnes Vestæ sacra facere decet eos, qui essentiam omnium Vestam cognominarunt. Qui item *isiam* nominarunt, hi ferme secundum Heraclitũ censuerunt fluere omnia semper, nihilq; consistere. Causam igitur & ipsorum originem ducem ipsum *isiam*, quod impellit, quapropter merito ipsum *isiam* impellentẽ causam nominari. De his hæcenus ita sit dictum, uelut ab ijs qui nihil intelligunt. Post Vestam autẽ de Rea atq; Saturno considerare conuenit, quanquam de Saturni nomine in superiorib; diximus. Forte uero nihil dico. HER. Cur nam ó Socrates? s o c. O bone uir sapientiẽ quoddã examen animaduerti. HER. Quale istud? s o c. Ridiculũ dictu. habet tamẽ nonnihil probabile. HER. Quid ais? & quo pacto probabile. s o c. Inspicere mihi Heraclitum uideat iam pridem sapiẽter nonnulla de Saturno Rea q; tradentem, quã & Homerus dixerat. HER. Qui istud ais? s o c. Ait enim Heraclitus fluere omnia nihilq; manere, rerumq; ipsarum progressum amnis fluxui comparans, haud fieri posse, inquit, ut bis eandẽ in aquam te mergas. HER. Vera hæc sunt. s o c. An uidetur tibi ille ab Heraclito dissentire, qui aliorum deorũ progenitorib; inferuit Ream atq; Saturnũ? Nunquid putas temere illum nomina ista imposuisse. Quin & Homerus Oceanũ deorũ originẽ instituit, & Tethyn genitricẽ. Idemq; uoluit, ut arbitror, & Hesiodus. Ait præterea Orpheus, Oceanũ primũ pulchrisfluũ coniugit inchoasse, qui cum Tethy germana se sua cõmiscuit. Vide q; maxime hæc inuicẽ consonant, omniaq; in opinione Heracliti redeunt. HER. Videris mihi aliquid dicere Socrates. Tethyos aut nomen haud satis quid sibi uelit intelligi. s o c. Hoc utiq; idem ferme significat, quoniã fontis nomen est reconditũ. Nam *isiam* & *isiam*, i. scaturiens & transiẽs, fontis imaginẽ præ se ferunt, ex utriq; uero hisce nominibus nomen *isiam* est compositum. HER. Hoc quidem bellissimũ est ó Socrates. s o c. Quid nĩ? Verum quid deinceps? De Ioue profecto diximus. HER. Sic est. s o c. Fratres autẽ eius dicamus Neptunum atq; Plutonẽ, nomenq; aliud quo ipsum uocat. HER. Profus. s o c. Videtur Neptunus ab eo qui primũ nominauit, idcirco *isiam* uocatus fuisse, quia euntẽ ipsum maris natura detruit, neq; progredi ultra permisit, sed quasi uincula pedib; ipsius iniecit. Maris itaq; principẽ *isiam* uocauit, quasi *isiam*. i. pedũ uinculum. uero decoris gratia forte adiectũ fuit. Forsitan nõ hoc sibi uult, sed pro *isiam*, primo fuit positũ, quasi dicitur *isiam*. i. multa nocens deus. Fortassis ab eo quod dicitur *isiam*. i. quatiens est nominatus, cui *isiam* & *isiam* adiectũ. Plutonẽ autẽ quasi *isiam*. i. diuiniarũ datorẽ dicimus, quoniã diuitiã ex terrã uiscerib; eruitur. *isiam* uero multitudo interpretatur, quasi *isiam*, triste tenebrosũ ue. Atq; hoc nomen horretes Plutonẽ uocitat. HER. Tu uero quid sentis, Socrates? s o. Videtur mihi homines circa potentia dei istius multifaria errauisse, eumq; exhorruisse semper, cũ minime deceat. Porro quisq; ex hoc pertimescit, quod nemo post q; defunctus est huc redit, quod ue anima nudata corpore illuc abit. Ceterũ hæc omnia & regnũ & nomẽ huius dei, eodẽ tẽdere mihi uidetur. HER. Quo pacto? s o. Dicã quod sentio. Dic age. Vtrũ horũ ualidius uinculũ est ad quod uis animal alicubi detinendũ, necessã ris ne, an cupiditas? HER. Longe ó Socrates, præstat cupiditas. s o. An nõ plurimi *isiam* quotidie subterfugerẽt, nisi fortissimo uinculo eos qui illuc descẽdunt, uinceret? HER. Vide licet. s o. Quare cupiditate quadã eos, ut uidetur, potius q; necessitate deuincit, si modo uinculo necit fortissimo. HER. Apparet. s o. Nonne rursus multã cupiditates sunt? HER. Multã. s o c. Ergo uehementissima omnũ cupiditate necit eos, si modo debet insolubili modo

Opinio Heracliti

nodo connectere. HER. Certe. s o c. Est ne uehementior ulla cupiditas, q; ea qua quisq; afficitur dum aliculus consuetudine meliorẽ se uirum sperat euaderẽ? HER. Nulla meliorẽ cle Socrates. s o. Hac de causa dicendũ Hermogenes, neminẽ huc illinc uelle reuertĩ, neq; etiã Syrenes ipsas, imò & eas & ceteros omnes suauissimis Plutonis orationib; demulceri. Estq; ut ratio hæc testatur, deus is sophista proculdubio disertissimus, & ingentia confert his qui penes ipsum habitant beneficia, qui usq; adeo diuitijs affatim abundat, ut tanta nobis bona suppeditet, unde & Pluto est nuncupatus. An non philosophi tibi uidetur officium, quod nolit hominib; corpora habentibus adherere, sed tunc demum admittat eos, cum animus illorum est corporeis omnib; malis cupidinibusq; purgatus? Excogitauit nempe hic deus hac ratione se animos maxime detenturũ, si uirtutis eos aueritate uisitaret. Eos autẽ qui stupore & infania corporis sunt infecti, ne pater quidem Plutonis Saturnus ipse, suis illis uinculis coercere ualeret, secumq; tenere. HER. Nonnihil loqui uideris ó Socrates. s o c. Longe abest Hermogenes ut nomen *isiam*, quali *isiam*. i. triste tenebrosũ ue sit dictum, imò ab eo trahitur quod est *isiam*. i. nosse omnia pulchra. Ex hoc itaq; deus iste à nominum conditore *isiam* est nuncupatus. HER. Quid præterea dicimus de Cereris nomine, Iunonisq;, Apollinis, & Mineruã, Vulcaniq;, & Martis, ceterorumq; deorum? s o c. Ceres quidem *isiam* nuncupatur ab ipsa alimentorũ largitione, quasi *isiam*, *isiam*, hoc est exhibens mater. *isiam* uero. i. Iuno, quasi *isiam*. i. amabilis, propter amorem quo Iupiter in eam afficitur. Forte etiã sublime spectans qui hoc nomẽ instituit, a cretũ *isiam* denominauit, & obscure locutus est, ponens in fine principium, quod quidem patet tibi, si nomen illud frequenter pronunciaueris. *isiam*, *isiam*. i. Proserpinam, & *isiam* nominare nonnulli uerentur, propterea quod illis ignota est nominum reuolutio. Enim uero permutantes *isiam* ipsam considerant, graueq; id illis apparet. Hoc autem deã ipsius sapientiam indicat. Sapientia utiq; est quã res fluentes attingit, & asicqui potest, Quamobrem *isiam*, merito dea hæc nominaretur, propter sapientiam, & *isiam*. i. contactũ, *isiam*. i. etus quod fertur, uel tale aliquid. Quocirca adhaeret illi sapiens ipse *isiam*, quia ipsa talis est. Nunc autem nomen hoc declinant, plũris faciẽtes pro ationis gratiam quam ueritate, ut *isiam* nominent. Idem quoq; circa Apollinis nomen accidit, nam pleriq; id nomen exhorrent, quasi terribile aliquid præ se ferat. An nostis HER. Vera penitus loqueris. s o. Hoc autem, ut arbitror, huius dei potentia maxime conuenit. HER. Quare ratione? s o. Conabor sententiam meã exprimere. Nullum profecto nomen aliud unum quatuor huius dei potentijs reperiri conuenientius potuisset, quod & comprehenderet omnes, & ipsius quodammodo declaret musicam, uaticinium, medicinam, & sagittandi peritiam. HER. Aperias iam. Mirum quiddam nomen esse id ais. s o. Congruẽ quidẽ compositum est, consonatq;, utpote quod ad deum pertinet musicum. Principio purgatio purificationesq; & secundum medicinam, & secundum uaticinium, item quã medicorum phar macis peraguntur, ac uatum incantationes expiationesq;, lauacra, & asperisiones, unum hoc intendunt, purum hominẽ & corpore & anima reddere. HER. Sic omnino. s o. Nonne deus qui purgat, ipse erit *isiam* & *isiam*. i. abluens à malis, soluensq;, quod Apollo ipse significat. HER. Absq; dubio s o. Quatenus itaq; diluit atq; soluit, ut talis medicus, *isiam* merito nuncupatur. Secundum uero diuinationem uerumq; & *isiam*. i. simplex, quod idẽ est, recte more Thesalicorũ nominare hunc possumus. hi nempe omnes deum hunc *isiam* uocant. Quatenus autem *isiam*. i. semper iaculando arcu uehemens est, *isiam* dici potest; hoc est, perpetuus iaculator. Secundum uero musicam, de hoc est cogitandum quemadmodum de eo quod dicitur *isiam* & *isiam*. i. pedissequus, comes, & uxor. in quibus a ut & in alijs multis, idem quod simul significat. Hic quoq; a & *isiam* significant uersionem quã simul & unã peragitur, quam cõuersionem dicamus. Ea in cœlis est, quã per eos fit quos *isiam* uocamus; in cantu uero *isiam*, quam dicimus *isiam*. Quia in his, ut tradit musicã & astronomia periti, harmonia quadã simul omnia cõuertuntur. Hic autem deus harmonia præsidet *isiam*. i. simul uertens hæc omnia, & apud deos & apud homines. Quemadmodũ igitur *isiam* et *isiam*. i. simul euntem & simul iacentem, uocauimus *isiam* & *isiam*, in a permutantes, ita Apollinem nominauimus eum qui erat *isiam*, altero *isiam* interiecto, quia equiuocũ fuisset duro cum nomine, quod & his temporibus suspicari pleriq;, ex eo quod nõ recte uim nominis huius anti

D ; maduer

mauertunt; perinde hoc metuunt ac si pernitiē quandā significaret. Sed reuera nomen hoc omnes huius dei vires cōplectitur, quemadmodum supra diximus. Significat enim simplicem, perpetuū faculatore, expiatore, & conuertente. Musarū uero & musicæ nomen, ab eo quod dicitur *μῦσα*. i. inquirere, indagatio; & studio sapientiæ tractum est. *ἄνω*. i. Latona, à mansuetudine dicitur, quia sit *θελήμων*. i. prompta & exposita & libens ad id quod petit quisq; exhibendum. Forte uero ut peregrini uocant, multi nanq; *ἄνω* nominant, quod nomen tribuisse uidentur, quia non rigida illi mens, sed mitis, ideo *ἄνω*, quasi *ἄνω* *ἄνω*. i. modo lenis & mitis ab illis cognominatur. *ἄνω* *μας*. i. Diana, ex eo quod *ἄνω* *μας*, quasi integra modestaq; sit propter uirginitatis electionem. Forsitan etiā quasi *ἄνω* *μας*. i. uirtutis consciam, uocauit nominis institutor. Fortassis etiā dicta est Artemis, quasi *ἄνω* *μας* *μυσσός*. i. quasi illa congressum oderit uiri cum muliere. Vel enim propter horum aliquid, uel propter omnia huiusmodi nomen esse institutum. H. E. R. Quid uero *δίων* *μας* & *ἄνω* *μας*. s. o. c. Magna petis Hippōnici filii. Atqui est nominum ratio his dijs impositorum gemina, serua uidelicet, & iocosa. Seriam quippe ab alijs quære, iocosa autem nihil prohibet recensere. Iocosi sane & dii sunt: Dionysusq; est *δίων* *μας* *ἄνω*. i. uini dator, quasi *δίων* *μας*, ioco quodam cognominatus. Vinum autem merito uocari potest *δίων* *μας*, quod efficiat ut bibentes pleriq; mente alienati, *οἰνοῦ* *μας* *ἄνω*. i. mētem habere se putent. De Venere Hesiōdo repugnare non decet, sed concedere propter ipsam ex *ἄνω* *μας*, hoc est ex spuma, generationem *ἄνω* *μας* uocari. H. E. R. At uero Mineruam, ὀ Socrates, Vulcanumq; & Martem, cum sis Atheniensis, silentio non præteribis. s. o. c. Haudquaquam decet. H. E. R. Non certe, s. o. c. Alterum quidem eius nomen quamobrem sit impositū, haud difficile dicū. H. E. R. Quod? s. o. c. Palladem eam uocamus. H. E. R. Plane. s. o. c. Nomen hoc censendum est à saltatione in bello ductum fuisse, porro uel sese uel aliud à terra attollere, seu manibus aliquid efferre, dicimus *πάλλω*, & *πάλλω*. i. uibrare agitareq; & agitari, & saltare & saltationem perpeti. H. E. R. Absq; controersia, Palladem hac ratione uocamus, ac merito. H. E. R. Alterum eius nomen quo pacto interpretaris? s. o. c. *ἄνω* *μας* quæris? H. E. Id ipsum. s. o. c. Grauius hoc amice; uidentur præci *ἄνω* *μας* existimare, quemadmodum hi qui his temporibus in Homeri interpretationib; sunt eruditi. Nam istorum plurimi Homerum exponunt *ἄνω* *μας*, tanquam mentem cogitationemq; finisse. Et qui nomina inuenit, tale aliquid de illa sensisse uidetur, imō etiā altius eam extollens, ut de mentem induxit, perinde ac si diceret *ἄνω* *μας*, hoc est, utens, ac pro x externo quodam ritu, uero & σ detrahens. forte uero non ita, sed *θεῖα νόστος*. i. utpote quæ diuina cognoscat, præ cæteris omnibus *θεονόω*. i. diuina cognoscentē, uocauit. Neq; ab re erit, si dixerimus uoluisse illum appellare eam *ἄνω* *μας*, quasi ipsa in more intelligentia sit. Ipse postmodum, uel etiā posteriores in pulchrius, ut uidebatur, aliquid producēdo Athenæan denominarūt. H. E. Quid de Vulcano quem *ἄνω* *μας* nominant? s. o. c. Quid ais? Num generosum ipsum *φῶς* *ἄνω* *μας*. i. luminis præsidem quæris? H. E. R. Hunc quæsisse uideo. s. o. c. Hic ut cuiq; patere potest, *φῶς* *ἄνω* *μας* est; & n sibi uēdicat. Vnde *ἄνω* *μας* *ἄνω*. i. luminis præses est dictus. H. E. R. Apparet nisi tibi quoq; modo adhuc aliter uideatur. s. o. c. An ne uideatur aliter de Marte, interroga. H. E. R. Interrogo. s. o. c. Si placet, *ἄνω* *μας*. i. Mars, dicitur secundum *ἄνω* *μας*. i. masculinum, & *ἄνω* *μας*. i. forte. Quinetiam si uolueris ob naturam quandam asperam, duram, atq; inuitctam, immutabilem, quod totum *ἄνω* *μας* appellatur, *ἄνω* *μας* uocatum fuisse, hoc quoq; deo penitus bellicoso conueniet. H. E. R. Prorsus. s. o. c. Deos iam mittamus per deos obsecro. Nam de his differere uereor. Ad alia uero quecūq; uis me prouoca, ut quales Euthyphronis equi sunt noueris. H. E. R. Faciam ut petis, si unum de me quæsiuero. me siquidem Cratylus Hermogenem esse negat. Inuestigemus itaq; quid *ἄνω* *μας*. i. Mercurij nomē significet, ut siquid ueri hic loquitur, uideamus. s. o. c. *ἄνω* *μας*. i. Mercurius ad sermonem pertinere uideatur, quatenus *ἄνω* *μας* est, hoc est interpret & nunciū, furtiuus in loquendo seductor, ac uehemens cōcionator. Totum id circa sermonē uersatur, profecto quemadmodum in superiorib; diximus, *ἄνω* *μας* sermonis est usus. Sape uero de hoc Homerus ait, *ἄνω* *μας*. i. machinatus est. Ex utrisq; igitur nomen huius dei cōponitur, tum ex eo quod loqui est, tum ex eo quod machinari & excogitare dicenda, perinde ac si nominis autor nobis præcipere: Par est, ὀ uiri, ut deum illum qui *ἄνω* *μας* *ἄνω* *μας*. i. loqui machinatus est, *ἄνω* *μας* uocetis. Nos autē arbitrati sic elegantius eloqui *ἄνω* *μας* uocamus. Quinetiam *ἄνω* *μας*, ab eo quod *ἄνω* *μας*, id est

id est loqui nomen habet, propterea quod nuncia est H. E. R. Probe mediusfidius Hermogenem esse me Cratylus negauisse uidetur. Ad orationis enim inuentionem hebes sum. s. o. c. Contentanēum quoq; amice, *ἄνω* *μας* biforem filium esse Mercurij. H. E. R. Quæ rationes? s. o. Scis quod sermo *ἄνω*, id est omne significat, circūq; & uoluit semper, estq; geminus, uerus uidelicet ac falsus? H. E. R. Equidem. s. o. An non id quod est in sermōne uerum, seu est atq; diuinum, supraq; in dijs habitans? Contra quod falsum, infra in hominū multis, asperū atq; tragicum? Hinc enim fabularum cōmenta & falsa quā plurima, circa tragicam uitam reperiuntur. H. E. R. Sic est omnino. s. o. Merito igitur qui est *ἄνω*, id est totum nunciāns, & *ἄνω* *μας*, id est semper uolūtans, *ἄνω* *μας* biformis Mercurij filius diceretur, ex superioribus partibus lenis ac delicatus, ex inferioribus asper atq; hircinus. Estq; Pan uel ipse sermo, uel sermonis frater. siquidem est Mercurij filius. Frater uero fratri simile esse quid mirum? Cæterum iam ὀ beate, ut & paulo ante rogabam, sermonem de dijs hunc abrupimus. H. E. R. Tales quidem deos, si uis mittamus ὀ Socrates, huiusmodi uero quædam percurrere quid prohibet? Solem, lunam, stellas, terram, ætherem, ærem, ignem, aquam, uer & annum? s. o. c. Multa sunt ac magna quæ postulas. Si tamen gratum tibi futurum est, obsequar. H. E. R. Pergratum plane. s. o. c. Quid primum poscis? an ut ipse narabas in primis *ἄνω*, id est solem? H. E. R. Profecto. s. o. c. Manifestius id fore uidetur, si Dorico nomine quis utatur. Dorici enim *ἄνω* uocant, atq; ita uocatur secundum *ἄνω*, id est ex eo quod congregat in unum homines cum exoritur. Item ex eo quod circa terram *ἄνω* *μας*, id est semper reuoluitur, præterea quia uariat circū tu suo quæ terra nascuntur. Variare autem & *ἄνω* *μας*, idem est. H. E. R. Quid uero de *ἄνω* *μας*, id est luna dicendum? s. o. c. Nomen hoc uidetur Anaxagoram premere. H. E. R. Cur? s. o. c. Quoniam præ se aliquid fert antiquius, quod ille nuper dixit, quod luna à sole lumen haurit. H. E. R. Quo pacto? s. o. c. *ἄνω* *μας*, idem est quod lumen? H. E. R. Idem. s. o. c. Lumen hoc perpetuo circa lunam *ἄνω* *μας* est, id est nouum ac uetus, si modo Anaxagorici uera loquuntur, nam circumlustrans eam continue renouatur. Vetus autem est mensis præteriti lumen. H. E. R. Vtūq; s. o. c. Lunam quidem *ἄνω* *μας* multi nominant. H. E. R. Certe. s. o. c. Quoniam uero lumen nouum ac uetus semper habet, merito uocari deberet *ἄνω* *μας*. Nunc autem conciso uocabulo *ἄνω* *μας* uocatur. H. E. R. Dithyrambicū nomen hoc est, ὀ Socrates. Verum *ἄνω* *μας*, id est mensis; & *ἄνω* *μας* quomodo interpretaris? s. o. c. Mensis quidem *ἄνω* *μας* recte ab *ἄνω* *μας*, id est à minuendo iure nuncuparetur. Astra uero *ἄνω* *μας*. i. coruscationis cognomentū habent. *ἄνω* *μας* autē quia *ἄνω* *μας* *ἄνω* *μας*. i. uisum ad se cōuertit, *ἄνω* *μας* dici deberet. nūc cōcinniori uocabulo *ἄνω* *μας* nominatur. H. E. R. Vnde nomen trahit *ἄνω* *μας* & *ἄνω* *μας*. i. ignis & aquæ? s. o. c. Ambigo equidem, uideturq; aut Mufame Euthyphronis deseruisse, aut hoc arduum quiddam esse. Aduerte obsecro quò confugiā in omnib; quecūq; dubito. H. E. R. Quò nam? s. o. Dicā tibi. scis ipse quo ratione quærat nominatur? H. E. R. Non hercle. s. o. Vide quid de hoc suspicer. Reor equidem multa nomina Græcos à Barbaris, eos præsertim qui sub barbaris sunt, habuisse. H. E. R. Quorsum hæc? s. o. c. Si quis rectam istorum impositionem secundum Græcam uocem quærat, non secundum eam qua est nomē inuentum, nimirum ambiget. H. E. R. Verisimile id quidem. s. o. Vide itaq; ne nomen hoc *ἄνω* *μας* Barbaricum sit. neq; enim facile est istud Græcæ linguæ accommodare, constatq; ita hoc Phrygijs nominare parum quid declinantes, & *ἄνω* *μας* & *ἄνω* *μας*, id est canes, aliaq; permulta. H. E. R. Vera hæc sunt. s. o. c. Ergo distrahere ista nihil oportet, quandoquidem de ipsis nihil dicere quisquam potest. Quapropter nomina illa ignis & aquæ hunc in modum reñcio. *ἄνω* *μας* autem sic est dictus Hermogenes, quia quæ citca terram sunt, *ἄνω* *μας*, id est eleuat, uel quia *ἄνω* *μας*, hoc est semper fluit, uel quia eius fluxu spiritus concitatur. Poetæ quippe flamina *ἄνω* *μας* nuncupant. Forte igitur aer dicitur quia *ἄνω* *μας* *ἄνω* *μας*. i. spiritus fluens, uel fluens flamen. *ἄνω* *μας* præterea sic exponendum arbitror, quoniam *ἄνω* *μας* circa *ἄνω* *μας*. i. semper currit circa aerē fluēs, quocirca *ἄνω* *μας* dici potest. *ἄνω* *μας* autē terra, planius sensum exprimit, si *ἄνω* *μας* dicat. *ἄνω* *μας* enim recte *ἄνω* *μας*. i. genitrix dici potest, ut ait Homerus. Nā quod *ἄνω* *μας* dicitur, genitrix in se inquit. Quid restat deinceps? H. E. Ver. & annus, ὀ Socrates. s. o. *ἄνω* *μας*, quidē. i. ueris tēpora præca & Antica uoce dicēda sunt, si uis quod cōueniēs est cognoscere. Horæ nanq; uocantur quia *ἄνω* *μας* *ἄνω* *μας*. i. termināt hyemē atq; estatē, uentosq; & fructus ex terra nascentes. *ἄνω* *μας* autē & *ἄνω* *μας*. i.

annus idem esse uidetur. Quod enim in lumen uicissim educt quæcunq; nascuntur. hunc quæ ex terra, ipsumq; in seipso examinat & discernit, annus est: & ut supra Iouis nomē diximus in duo factum, ab aliquib; *ἤναι*, ab alijs *ἡν* uocari, ita & annuum quiddam *ἡν* uocant, quia in seipso, quidam *ἡν*, quia examinat. Integra uero ratio est ipsum quod in seipso examinat. Vnde ex oratione una nomina duo selecta sunt. quod enim simul dicitur, *ἡν ἢ ἡν* ἢ *ἡν*. i. in seipso examinans, distinctū dicitur *ἡν*, & *ἡν*. i. annus. H E R. At uero dō Socrates, iam longe progredieris. s. O. Longius equidem in philosophia uideo eugari. H E R. Quinimo. s. O. Forte magis concedes. H E R. Verū post hanc speciem libentissimè contemplar, qua ratione recte nomina ista præclara uirtutū sint imposita, ut *ἡν*. i. prudentia, *ἡν*, intelligentia, *ἡν*, iustitia, ac reliqua huius generis omnia. s. O. Haud cōtemnendum genus nominū suscitata, dō amice. Veruntamen postq; leoninam pellem sum indutus, haud deterreri decet, imō præclara ipsa, ut ais, nomina prudentiæ, intelligentiæ, cogitationis, scientiæ, cæterorumq; huiusmodi considerare. H E R. Quin profectio prius desistere nullo modo debemus. s. O. Aedepol non male mihi de eo conijcere uideo, quod modo considerabam, antiq;uissimos uidelicet illos nominum auctores, ut & sapientum nostrorum plurimos accidit, ob frequentem ipsam in rebus peruestigandis reuolutionem, præter cæteros in cerebri uertiginem incidisse: quo factum puto ut res ipse proferri & uacillare illis apparerent. opinionis autem huius causam, haud interiorē uertiginem, sed exteriorē ipsarum rerum circuitum arbitrantur: quas ita natura habere se putant, ut nihil in eis firmum & stabile sit, sed fluant omnes feranturq; & omnifariam agitentur, semperq; gignantur & defluant. Quod quidem in his nominibus, quæ nunc relata sunt, conspicio. H E R. Quo pacto Socrates? s. O. Haud aduertisti superiora nomina reb; quasi delatis, fluentibus, & iugi generatione translatis imposita fuisse? H E R. Nō fatis percepti. s. O. Principio quod primū retulimus, ad aliquid huius generis attinet. H E R. Quale istud? s. O. *ἡν*, id est prudentia est; *ἡν*, id est latitudo & fluxus animaduersionis. Si gnificare quoq; potest, recipere *ἡν*, id est latitudinis utilitatē. Tandem circa ipsam agitationem uersatur. Quinetiam si uis *ἡν*, i. cogitatio significat, *ἡν*, id est generis rationis cōsiderationem. *ἡν* quippe cōsiderare est. *ἡν* autem, i. intellectio, est *ἡν*, id est noui desiderii. nouas uero res esse, significat eas fieri semper. atq; hoc desiderare & aggreditur animū, indicat qui nomē illud inuenit *ἡν*, principio nanq; *ἡν* nō dicebatur, sed pro *ἡν* duo & proferenda erant, ut *ἡν*, quasi *ἡν*. i. noui *ἡν* appetitio & aggressio. *ἡν* *ἡν*, i. temperantia illius quod modo diximus *ἡν*, i. prudentiæ, salus & conseruatio est. *ἡν*, i. scientia, ab eo quod instat & sequitur tractum est, quasi res fluentes solers animus persequatur, instetq; & comitetur: at neq; ex mora posterior, neq; præcursor ne sit prior. Quare & interiecto *ἡν* uocare decet. *ἡν*, tanq; syllogismus. i. ratiotinctio quædam esse uidetur. Cum autē *ἡν* dicitur, idem intelligitur ac si diceretur *ἡν*. Nam ostendit cum rebus animū congregari. *ἡν*, id est sapientia agitationis est tactus. Obscurius autem, & alienius hoc à nobis. Verum animaduertendum est in poetis, quoties uolunt aduentantē aliquem & irruentem exprimere, *ἡν*, id est erupit, prosilijt, dicitur. Quin & illustri cuidam apud Lacedæmonios uiro nomen erat *ἡν*, id est præpes. Sic enim Lacedæmones concitationis impetum indicant. Quasi itaq; omnia perferantur, huius ipsius agitationis, quæ eo quod *ἡν* dicitur, significatur, *ἡν*, id est tactus perceptio nemq; sophia demonstrat. *ἡν*, id est bonū cuiusq; naturæ: *ἡν*, id est mirabile, amabile, delectabile significat. Enimuero postq; fluunt omnia, partim celeritas, partim tarditas inest. Est igitur nō omne uelox, sed ipsius aliquid *ἡν*. Quod quidem *ἡν*, ipsius *ἡν* nomine declarat. *ἡν*, id est iustitia, quod *ἡν*, id est iustitia, id est iustitia intelligentiā importet, facile cōijcere possumus. Quid autē ipsum *ἡν* sibi uelit, difficile cogniti. Videtur autem hucusq; à multis quod dictum est cōcessum, reliquum uero dubium. Etenim quicunq; totum mobile arbitrantur, plurimum agitari ipsum existimant, perq; omne aliquid permanere quo singula fiant, quod uel tenuissimum sit & uelocissimum. Neq; enim per omnia discurrere posse, nisi adeo tenue sit ut nihil possit obistere penetranti, & adeo uelox, ut cæteris quasi stantibus utatur. Quoniam uero gubernat omnia, *ἡν*, id est discurrens & permanens, merito *ἡν* est appellatum, & uno politioris prolationis gratia interiecto. Hactenus quod modo diximus, inter plurimos constat hoc esse iustum. Ego

Ego autē Hermogenes utpote discendi desiderio flagrans hæc omnia perscrutatus sum, & in arcanis percepti quod hoc ipsum iustum sit, & causa. quo em res ipse sunt, hoc est causa: proprietas ita uocari istud debere quispiā tradidit. Cū uero ab his iam auditis istis nihilominus diligēter existero quid ipsum iustum sit, quando quidē ita se habet, uideo iam uolentius q; decet exigere, & caueat, ut dicitur, uallēq; supergredi. Satis enim semper rogasse me & audisse respondēt, meq; uolentes explere alius aliud afferre conant, neq; ultra conueniunt. Quidā ait iustum hoc, solem esse. Soltū quippe solem discurrendō calefaciēdoq; omnia gubernare. Cū uero hoc alacer cuidā quasi præclarū aliquid audierim, refero, statim ille me ridet, quæritq; nunquid existimē post solis occasum iustum nihil hominib; superesse? Percontanti itaq; mihi quid ille sentiret, ipsum ait ignē iustum existere. neq; id cognitiu facile. quare alius inquit: non ignē ipsum, sed ipsum potius innatum igni calorē. Alius hæc omnia pro nihilo habet, esse enim iustum mentē illam quā induxit Anaxagoras. Domīnam certe illam suapte natura, nec alicui mixtā exornare omnia inquit, per omnia penetrantē. Hic quidem dō amice in maiorē ambiguitatē sum prolapsus, q; antea dum nihil de iustitia sciscitabar. Cæterū ut redeamus ad id cuius gratia disputamus, nomē illi tale propter hæc, quale diximus, est tributū. H E R. Videris dō Socrates, ex aliquo audisse hæc, neq; ex tua officina ruditer deprompsisse. s. O. Quid alia? H E R. Nō ita. s. O. Attende igitur. fortē nanq; in reliquis te deciperē, quasi quæ afferam nō audierim. Post iustitiā quid restat? *ἡν*, id est fortitudinē nondum peregrimus. iniustitia sane obstaculū eius est quod discurret per omnia, *ἡν* in pugna uersatur. pugna in reb; si quidē fluunt, nihil aliud q; fluxus ipse contrarius. Quapropter si quis *ἡν* subtraxerit ex nomine hoc *ἡν*, nomē quod restat *ἡν*, opus ipsum declarat. cōstat plane quod nō fluxus cuiusq; contrarius *ἡν*, id est fluxus, fortitudo est, sed oppositus illi qui præter iustum sit fluxui. Neq; em aliter fortitudo esset laudabilis, *ἡν* aut, id est mas, & *ἡν*, ut, à simili quodā ducunt originē, scilicet ab *ἡν*, id est sursum fluxu. *ἡν* uero. i. mulier, quasi *ἡν*, i. fecunda & generatrix. *ἡν*, i. scemina, *ἡν* *ἡν*, i. papilla dicit. *ἡν* aut uidetur Hermogenes dici, quia *ἡν*, id est germinare pullulareq; facit, ut irrigans ea quæ irrigantur. H E R. Sic apparet, dō Socrates. s. O. *ἡν*, id est uirescere, adulescere, florescere, augmentū iuuentutis repræsentant, quasi uelox quiddā & subitū, quod innuit ille qui nomē cōflauit ex *ἡν*, i. currere, & *ἡν*, i. saltare. Animaduertis me uel extra cursum delatū, postquam plana ac peruia nactus sum? Multa quoq; super sunt quæ ad seriā pertinere uidentur. H E R. Vera loqueris. s. O. Quorum unum est ut uideamus quid *ἡν*, i. ars importet. H E R. Profus. s. O. Nōne hoc *ἡν*, i. habitum mentis ostendit, si demitur, interferitur autē mediū inter *ἡν* & *ἡν*? H E R. Arde nimium Socrates & inculte. s. O. An ignoras beate uir nomina uetera distracta iam esse, atq; confusa à sermonis tragici studiosis, elegantiar gratiā addentibus & subtrahentibus literas; ac partim temporis diuturnitate, partim exornationis studio undiq; peruertentibus: ut ecce in *ἡν*, id est speculo, q; absurdum est *ἡν* ipsius additamētum? Talia certe, ut arbitror, faciunt qui oris illecebras pluris aestimant q; ueritatem. Quāobrem cum multa nominibus ipsis adiecerint, tandem effecerunt, ut nemo iam nominū sensum animaduertat. Quemadmodum dum *ἡν*, id est monstrum quoddam proferunt, cum *ἡν* pronuntiare deberent, ac cætera multa. Profectio si daretur cuiq; arbitratu suo & demere & addere, magna utiq; esset licentia, & quodlibet nomen cuiq; rei unusquisq; tribueret. H E R. Vera narras. s. O. Vera plane. sed enim mediocritatem quandam atq; decorum seruare te decet præsidem sapientem. H E R. Outinam. s. O. C. Atqui & ipse, dō Hermogenes, opto. uerum ne exacta nimium discussione, uir felix, exquiras, ne uim meam prorsus exhaurias. Ascendam quippe ad supradictorum apicem, postquam post artem considerauerimus *ἡν*, id est machinationem excogitationemq; solertem. Videtur autem significare idem quod multum pertingere & ascendere. Componitur ergo ex his duobus, *ἡν*, id est longe & multum, & *ἡν*, id est ascendere, penetrare, pertingere. Sed ut modo dicebam, ad summam dictorum perueniendum est, querendumq; quid nomina ista significent, *ἡν*, id est uirtus, & *ἡν*, id est prauitas, id est prauitas. Alterum quidem nondum reperio, alterum patere uidetur. Nam superioribus omnibus consonat: nemp; tanquam male ad res ipsas accedet, communiter praua dicitur. proprie uero ac maxime procedendū dī hæc

Prouerbiū

di hæc facultas in *Αλκία*, id est timiditate patet, quam nondum declarauimus. prætermis-
 mus enim. Oportebat aut continuo post fortitudinem ipsam inferre. Multa insuper alia
 præteritis uideamus. *Αλκία* significat durum animæ uinculum. *Αδύμω* enim uinculum est.
Λίαν uero forte quiddam durumq; significat. quare timiditas uehemens ac maximum est
 animæ uinculum: quemadmodum & *ἄρρη*, id est defectus, inopia, dubium, malum quid
 dam est, ac summam quodcumq; progressus ipsius impedimentū, idq; male progredi ui-
 detur ostendere, in ipsa uidelicet motione impediri atq; detineri. Quod cum anima subit,
 prauitate plena dicitur. Quod si illud prauitatis nomē talibus quibusdam cōpetit, contra-
 rium *ἀρετή*, id est uirtus significabit. In primis quidē facilem agilemq; progressum, deinde
 solutum & expeditū animæ bonæ impetum esse oportet. Quamobrē absq; impedimento
 obstaculoq; *ἄεθρον*, id est semper fluens iure cognominari posset *ἀεθρον*. forte uero & *ἀε-
 θρω* uocat quis, quia sit *ἄεθρος ἀρετωτάτης*, id est maxime eligenda. Verum colliso uo-
 cabulo *ἀρετή* denominatur. Forſitan me fingere dices: ego autem assero, si modo nomē il-
 lud prauitatis quod retuli, recte est inductum, recte quoq; & istud uirtutis nomen inducti.
 HER. At *κακόν*, id est malum, per quod in superioribus multa dixisti, quid sibi uult? s o c.
 Extraneum quiddam per Iouem, ac inuentu difficile. Itaq; ad hoc etiam machinamentum
 illud superius afferam. HER. Quid istud? s o c. Barbaricum quiddam & hoc esse dicam.
 HER. Probe loqui uideris. s o. Caterum hæc iam si placet mittamus, nomina uero ista *κα-
 λόν* & *ἀσχηρόν*, id est pulchrum & turpe, consideremus. Quid *ἀσχηρόν* innuat, satis mihi pa-
 tere uidetur. Nempe cum superiorib; conuenit, uidetur qui nomina statuit, passim agita-
 tionis impedimentum uituperare, ut ecce, *καί τι οὐκ ἔστιν*, id est semper impediēti fluxum
 nomen dedit *ἀσχηρόν*. Nunc uero collidentes *ἀσχηρόν* appellat. HER. Quid *καλόν*, id est
 pulchrū? s o. Hoc cognitu difficilior, quamq; ipsum ita deducitur, ut harmoniæ duntaxat
 & longitudinis gratiā ipsum a sit productum. HER. Quō pacto? s o. Nomen hoc cogita-
 tionis cognomentū quoddam esse uidetur. HER. Qui istud ais? s o. Quam tu causam ap-
 pellationis rei cuiusq; censēs? an non quod nomina tribuit? HER. Omnino. s o. Nonne
 causa hæc cogitatio est uel deorum, uel hominum, uel amborum? HER. Nempe. s o. Ergo
καλόν, id est quod uocat res, & *καλόν*, idem ac cogitatio sunt. HER. Apparet. s o. Quæ
 cumq; mens & cogitatio agunt, laudanda sunt: quæ non, uituperanda. HER. Proſus. s o.
 Quod medicinæ particeps, medicinæ opera efficit: quod fabrilis artis, fabrilis. Tu uero
 quid sentis? HER. Idem. s o. Pulchrum itaq; pulchra. HER. Decet. s o. Est aut hoc, ut dixi-
 mus, cogitatio. HER. Maxime. s o. Nomen itaq; hoc *καλόν*, id est pulchrū, merito erit pru-
 dentia cognomentum, talia quædam agentis, qualia affirmantes pulchra esse, diligimus.
 HER. Sic apparet. s o. Quid ultra generis huius restat inuestigandum? HER. Quæ ad bo-
 num & pulchrum, spectant, conferentiā uidelicet, utilia, conducibilia, emolumenta, ho-
 rumq; contraria. s o. Quid *συμφέρον*, id est conferens sit, ex superiorib; ipse inuenies. Nam
 nominis illius quod ad scientiam attinet, germanum quiddam apparet. Nihil enim præ-
 se fert aliud q̄ *φορῶν*, id est lationem animæ simul cum rebus, quæ ue hinc proueniunt, uo-
 cari *συμφέρον* & *συμφερόν*, i. cōferentiā, ex eo q̄ simul circumferuntur. HER. Videtur. s o.
κερδῶδες autē, id est emolumentum: *κερδῶδες*, id est lucro. *κερδῶδες* uero, si quis pro
 nomini huic inserat, quod uult exprimit. Nam bonum alio quodā modo nominat. Quod
 enim omnib; *κερδῶδες*, id est miscetur diffusum per omnia, hanc ipsam eius uim significās.
 nomen illud excogitauit pro u apponens, ac *κερδῶδες* pronunciauit. HER. Quid autem *λυ-
 σιτελοῦ*, id est utile? s o. Videtur δ Hermogenes, nō sicut caupones hoc utitur, idcirco *λυ-
 σιτελοῦ* uocari, quia *ἀναλωμα ἀπὸ λύσης*, i. sumptus uitat & minuit: uerum quia cū uelocissi-
 mum sit, res stare non sinit, neq; permittit lationem *τέλος*, i. finem progressionis accipere
 atq; cessare: sed soluit semper ab illa fugatq; si quis terminus superueniat, ipsamq; in deli-
 neatē immortalēq; præbet. hac ratione bonum *λυσιτελοῦ* uocatum arbitror. ipsum
 enim motionis *λύσις*, id est soluens terminū, *λυσιτελοῦ* uocari uidetur. *ἀφιλιμον* ue-
 ro, i. cōducibile peregrinū nomen est, quo sæpenumero Homerus est usus. Est autem hoc
 augendi faciendiq; cognomentum. HER. Quid de horū contrarijs est dicendū, s o. Quæ
 per negationem istorum dicuntur, tractare nequaquam oportet. HER. Quenam istar? s o.
ἀσυμφερόν, *ἀνυφέρες*, *ἀλυσιτελοῦ*, *ἀκερδῶδες*. HER. Vera loqueris. s o c. Sed *βλαβερὸν* & *ζημιώ-
 δες*, id est noxiū & damnosum. HER. Certe. s o c. *βλαβερὸν* quidem *βλαβερὸν* q̄ *ῥῶν*
 esse

esse dicit id est, quod uult *ἀπὸ λύσης*, i. impedire & coercere: *ῥῶν*, id est fluxū: hoc aut passim ui-
 tuperat: quodq; uult *ἀπὸ ῥῶν*, recte *βλαβερὸν* appellaretur. uerum ornatus gratia
βλαβερὸν arbitror nominatū. HER. Varia tibi suboriuntur, δ Socrates, nomina, at qui mi-
 hi uideris in præsentia, quasi Palladiæ legis præludium quoddā præcinnuisse, dum nomen
 hoc *βλαβερὸν* pronūciāres. s o c. Non ego in causa sum Hermogenes, sed qui nomen
 ipsum instituerūt. HER. Vera loqueris. Verum *ζημιώδες* quid? s o. Quid esse debeat *ζημιώ-
 δες* dicā Hermogenes: & uide q̄ uere loquar, quoties dico quōd addētes ac dementes li-
 teras longe nominiū sensum uariant, adeo ut sæpe exiguum quid mutantēs, cōtrariam si-
 gnificationem in ducāt. quod apparet hoc in nomine *ῥῶν*, id est oportunitū. uenit hoc nu-
 per mihi in mentē de eo quod diciturus sum cogitanti. Recēs est profecto uox nobis pul-
 chra illa, coegitq; cōtrarium sonare nobis *ῥῶν* & *ζημιώδες*, sensum ipsum cōfundens. Ver-
 tus autem quid nomen utruq; uult, explicat. HER. Qui istuc ais? s o. Dicā equidē, haud
 præterit maiores nostros frequēter, & *ἄ* uti solitos, nec rarius mulieres, quæ maxime pri-
 scam uocē seruant. Nunc aut pro uel ipsum uel y adhibent: pro *ἄ* uero *ζ*, quasi hæc ma-
 gnificentius quiddam sonent. HER. Quo pacto? s o. Ut ecce uetustissimi uiri *ἰμῶν* di-
 em uocabant, posteriores autem partim *ἰμῶν*, partim *ἰμῶν*, uocant. HER. Vera hæc
 sunt. s o. Scis igitur uetusto illo nomine tantū mentem eius qui nomen imposuit declara-
 ri. Nam ex eo quod *ἰμῶν*, id est desiderantib; hominibus gratulantibusq; e tenebris lu-
 men emicuit, diem *ἰμῶν* cognominarunt. HER. Apparet. s o. Nunc aut illa tragicis de-
 cantata quid sibi uelit *ἰμῶν*, nequaquā intelligas. quanq; arbitrant nōnulli *ἰμῶν* dici, quōd
ἰμῶν, id est mansueta quæq; efficiat. HER. Ita mihi uidetur. s o. Neq; te fugit ueteres *ζυ-
 γῶν* id est iugū, *δυσῶν* uocauisse. HER. Plane. s o. Enim uero *ζυγῶν* nihil aperit. at *δυσῶν*, *δυσ-
 οῦ* *ἀγῶν*, i. duorū conductiōnē ligandi simul gratia, monstrat. Idemq; est de multis alijs
 iudicandum. HER. Patet. s o. Eadē ratione *ῥῶν* ita pronūciatū cōtrarium nominiū om-
 nium quæ ad bonum spectant, ostendit. porrō boni species existent, *ῥῶν* *δυσῶν*, i. uincu-
 lum quoddā & impedimentū processionis esse uidetur, tanq; *βλαβερὸν*, i. noxiū affine quid-
 dam. HER. Ita maxime apparet, δ Socrates. s o. Verum nō sic in nomine ueteri, quod ue-
 risimilius id recte institutum fuisse, q̄ nostrum. Nempe cū superiorib; bonis cōsenties, si
 pro *ἰ*, i. uetus restituas. Neq; enim *ῥῶν*, sed *δυσῶν* bonū illud significat, quod semper nominiū
 laudat inuētor: Atq; ita secū ipse nō disiderat, imō ad idem spectāt, *ῥῶν*, quasi *δυσῶν*, *ἀφιλιμον*,
λυσιτελοῦ, *κερδῶδες*, *ἀκέρδῶδες*, *συμφέρον*, *ἔσπορον*, i. facile ad progressum, uniuersum hoc di-
 uersis nominib; innuit aliquid per omnia penetrās, omniaq; perornās, idq; ubiq; laudatū:
 quod uero obstat & detinet, improbatum. Quinetiā in nomine hoc *ζημιώδες*, si ueterū mo-
 re *ἄ* pro *ζ* posueris, apparebit tibi nomen istud *δυσῶν*, id est, liganti sistentiq; quod
 pergit, impositū, unde & *δυσῶν* cognominandū est. HER. Quid *ἄδνη*, *λύπη*, *ἰδιδυμία*, uo-
 lupras scilicet, dolor, cupiditas, Socrates, & huius generis reliqua? s o c. Haud nimis
 obfcura mihi uidentur Hermogenes. *ἄδνη*, id est uoluptas siquidē actionis illius nomen
 est, quæ ad *ὄνησιν* id est, utilitatem emolumentūq; tendit. *ἄ* uero adiectum facit, ut pro eo
 quod est *ἄδνη*, *ἄδνη* proferatur. *λύπη* id est, dolor, a *λύσις*, i. dissolutione corporis trahi
 uidetur. Nā in huiusmodi passione corpus dissoluitur. *ἀνία*, i. tristitia, quod impedit *ἰσῶν*
 id est, ire, demonstrat. *ἀγῶν*, i. cruciatus, peregrinū nomen uidetur, ab *ἀγῶν* dictum.
δυσῶν, i. dolor & afflictio, ab *δυσῶν*, i. ingressionis doloris denominatur. HER. Videtur.
 s o. *ἀχθῶν*, i. moeror languorq; lationis grauedinem tarditatemq; significat. *ἔσπορον* enim
 onus est. *ἰόν* uero pergens, *χαρά* uero, i. lætitia gaudiumq; a *χαρῶν* id est, profusione, &
ἔσπορας, id est, facilitate, *ῥῶν*, id est, motionis animæ, dicitur. *τῶν*, id est, delectatio, ab
τῶν, id est, oblectamento ducitur. *τῶν* autem a *πῶν*, id est inspiratione delectationis
 in animam. Quare merito uocaretur *ἔσπορον*, id est inspirans. Temporis autem interval-
 lo ad *τῶν* deuentum est. *δυσπροσῶν*, id est hilaritas & alacritas, quam ob causam dica-
 tur, assignare nihil opus. Nam cuiq; patet hoc nomen trahi ab eo quod dicitur *ἔν*, id est
 bene, *συμφερόν*, id est una sequi, quasi dicatur anima bene res affequi. Vnde *δυσπροσῶν*
 uocari deberet: tamen *δυσπροσῶν* appellamus. Sed neq; difficile est assignare quid *ἀδνη-
 μία*, id est cupiditas sibi uelit. Nomen quippe hoc uim tendentem in *δυσῶν*, id est animā &
 iram & furorē offendit. *θυμός* aut a *θύσις* & *ῥῶν*, i. flagrantia, seruire, & impetu animæ.
 proinde *ἰμῶν*, i. suauis & blanda perfusio, dicitur: *ῥῶν*, id est fluxu animam uehementer
 alliciente

alliciente. ex eo enim quod *ἡμῶν* *ῥῆσι*, id est incitatus rerumque appetens fluit, animā uehementer attrahit propter impetū siue incitamentū fluxus. ab hac tota uis Himeros est nunc cupātus. Præterea Porhos uocatur, id est desiderium, quod sane presentē suauitatem non respicit, quemadmodum *ἡμῶν*, sed absentem ardet. Vnde *πῶς* dicitur quasi *ἄπῶν* id est absentis concupiscentia. Idemque ipse in id quod gratum est animi nixus, presente eo quod cupitur *ἡμῶν*, absente *πῶς* denominatur. *ἔπος* autem, id est amor, quia *ἔπος*, id est influit extrinsecus, neque propria est habēti *ῥῆσι*, id est fluxio ista, sed infusa per oculos. Quapropter ab *ἄρῆσι*, id est influere, *ἔπος*, id est influctio, amor ab antiquis nostris appellabatur. nam pro *ω* utebantur. nunc autē *ἔπος* dicitur, *ω* pro *ο* interposito. Verū quid deinceps considerandum præcipis? HER. *ἔφα*, id est opinio, & talia quædam, unde nomen habēt s o c. *ἔφα*, uel à *ἔφα*, id est persequutione dicitur, quia pergit & prosequitur animam, conditionem rerum inuestigans: uel à *ῥῆσι* *βολῆ*, id est arcus iactu. uidetur autem hinc potius de pendere. *ἄσπῆσι*, id est existimatio, huic cōsonat. ostendit quippe *οἶσι*, id est ingressum animæ in unū quodque considerandum, *οἶσι*, id est quale sit: quemadmodum & *ἔσλη*, id est uoluntas, à *ἔσλη*, id est iactu dicitur: & *ἔσλη* *ἔσλη*, id est uelle, propter ipsum attingendi nixum. significat etiam *ἔσλη* *ἔσλη*, id est cupere: & *ἔσλη* *ἔσλη*, id est cōsulare. Omnia hæc opinionem sequentia, *ἔσλη* ipsius, id est iactus & nixus imagines eisdē uidentur. quemadmodum contrarium, *ἔσλη*, id est priuatio uoluntatis, defectus quidam consequendi impositus apparet, quasi non contendat, neque etiā quod intendit, uult, cupit, inuestigat, adipiscatur. HER. Frequentiora hæc cōgerere uideris, o Socrates. Quare finis iam sit fauente deo. Volo tamen adhuc *ἔσλη* *ἔσλη* & *ἔσλη*, id est necessarium & uoluntarium declarari. Nempe superioribus ista succedunt. s o c. *ἔσλη* *ἔσλη* equidem est *ἔσλη*, id est cedens neque renitens. hoc siquidem nomine declaratur *ἔσλη* *ἔσλη*, id est cedens eunti, quod ue ex uoluntate perficitur. *ἔσλη* *ἔσλη* uero, id est necessarium & obliuiscens, cum præter uoluntatem sit, circa errorem incitantiū uersabitur. describitur autem ex processu secundum necessitatē, quoniam in uia aspera densa incessum prohibent. Vnde *ἔσλη* *ἔσλη* dicitur est, quasi per *ἔσλη* *ἔσλη*, id est per uallem uadens. Quousque uero uiget robur, ne deseramus. Quamobrem interroga amabo, neque desistas. HER. Ecce rogo quæ maxima sunt & pulcherrima: *ἔσλη*, id est ueritatem; & *ἔσλη*, id est mendacium, & *ἔσλη*, id est ens, & quare id quo de hic agimus, *ἔσλη*, id est nomen, dicitur. s o. Quid uocas *ἔσλη*? HER. Voco equidem inquirere. s o. Videtur nomen hoc ex sermone illo cōflatum, quo dicitur *ἔσλη*, id est ens esse, cuius nomen in quilitio est. Quod clarius certe cōprehendes in eo quod dicitur *ἔσλη* *ἔσλη*, id est nominandum. hic enim exprimitur nomen quid sit entis uidelicet inquisitione, *ἔσλη* uero sicut & alia componi uidetur. Nam diuina entis latio, nomine hoc includitur, *ἔσλη*, quasi existens *ἔσλη*, id est diuina quædam uagatio. *ἔσλη* autem cōtrarium motionis. Rursus hic usurpatur agitationis obstaculum, quod ue sistere cogit. Nā à *ἔσλη*, id est dormio dicitur. *ἔσλη* uero adiectum sensum nominis occultit. *ἔσλη* uero & *ἔσλη*, id est ens & essentia; cū *ἔσλη*, id est ueritate, congruunt: si apponatur. nam *ἔσλη*, id est uadens significat. At *ἔσλη*, id est non ens, quidam nominant *ἔσλη*, id est non uadens. HER. Hæc mihi uideris, o Socrates, fortiter admodum discussisse. Verum si quis te percontetur quæ sit recta istorum interpretatio, quæ dicuntur *ἔσλη*, id est uadens: *ἔσλη*, id est fluens: *ἔσλη*, id est ligans ac detinens, quid illi potissimum respondebimus? habēsne? s o. Habeo equidem. profecto nuper succurrit nobis aliquid, cuius responsione quicquid uideamur afferre. HER. Quale istud? s o c. Ut quod minime cognoscimus, barbaricū esse dicamus. forte enim partim reuera talia sunt: forte uero partim, ac præsertim nomina prima, temporū confusione inscrutabilia. Etenim cum passim uocabula distrahantur, nihil mirū esset si prisca lingua cum nostra collata nihil à barbarica uoce differret. HER. Haud alienū est à ratione quod dicis, s o. Consentanea quidē afferro, nō tamen id circo certamē excusationē uidetur admittere. Sed conemur hæc disquirere, atque ita cōsideremus. si quis semper uerba illa per quæ nomē dicitur, quæret, rursusque illa per quæ dicitur uerba, sciscitaret, pergeretque ita perquirere, nonne qui respondet, defatigari tandē & renuere cogeretur? HER. Mihi sane uidetur. s o. Quando itaque qui responsū denegat, merito cessabit? An nō postquam ad nomina illa peruenerit, quæ cæterorū sunt & sermonū & nominū elementa? Hęc utique si elementa sunt, ex alijs nominibus cōposita uideri nō debent. quemadmodū supra *ἔσλη*, id est bonū diximus, ex *ἔσλη* id est

id est iucundo amabilique, & *ἔσλη*, id est ueloci compositum. *ἔσλη* rursus ex alijs constare dicemus, illaque ex alijs. sed postquam ad id peruenerimus quod ultra ex alijs nominibus non constituitur, merito nos ad elementum peruenisse dicemus, nec ulterius hoc in alia nomina referendum. HER. Scite mihi loqui uideris. s o. An non ea de quibus paulo ante interrogabas nomina elementa sunt? oportetque rectam illorum rationem aliter quam reliquorum inuestigare? HER. Probabile id quidem. s o. Probabile certe Hermogenes. Superiora itaque omnia in hæc redacta uidentur: ac si ita se res habet, ut mihi uidetur, rursus age hic unā mecum considera, ne forte delirem dum rectam primorum nominum rationem exponere tento. HER. Dic modo, ego namque pro uiribus meditabor. s o. Arbitror equidē in hoc te cōsentire, unā esse rectam & primū & ultimū nominis rationē, nullūque illorum eo quod nomen est, ab alio discrepare. HER. Maxime. s o. Etenim omnium quæ supra retulimus nominum recta ratio in hoc constitit, ut qualis quæque res sit indicaretur. HER. Proculdubio. s o. Hoc utique non minus prioribus quam posterioribus competere debet si nomina futura sunt. HER. Prorsus. s o. Atqui posteriora nomina per priora hoc efficere poterant. HER. Apparet. s o. Prima uero quibus alia non præcedunt, quo pacto quam maxime res ipsas nobis ostendent, si nomina esse debent? Ad hoc mihi responde. si uoce & lingua caruissimus, uoluissimusque res inuicem declarare, nonne perinde ac nunc mitti, in manibus capiteque & cæteris membris significare tenta uissemus? HER. Haud aliter Socrates. s o. Ergo supernum quippiam ac leue demonstraturi, cœlum uersus manum extulissimus, ipsam rei naturam imitantes: inferiora uero & grauiā deiectione quadam humi innuissimus. quinetiam currētem equum uel aliud quicquam animalium indicaturi, corporum nostrorum gestus figurasque ad illorum similitudinem quam proxime quisque finxisset. HER. Necessarium quod ais esse mihi uidetur. s o. Hunc in modum ut arbitror his corporis partibus ostensum esset, corpore uidelicet quod quisque monstrare uoluerat imitante. HER. Ita certe. s o. Postquam uero uoce, lingua, & ore declarare uoluissimus, nonne ita demum per hæc ostensio fiet, si per ea circa quodlibet, facta fuerit imitatio? HER. Necessarium puto. s o. Nomen itaque est, ut apparet, imitatio uocis, qua quisque aliquid imitatur, per uocem imitatur & nominat. HER. Idem mihi quoque uidetur. s o. Nō dum tamen recte dictum existimo. HER. Quamobrem? s o. Quoniam hos ouium & gallorum cæterorumque animalium imitatores fateri cogemur nominare eadem quæ imitantur. HER. Vera loqueris. s o. Decete id censes? HER. Nequaquam. sed quamam o Socrates imitatio nomen erit? s o. Nō talis imitatio qualis quæ per musicam fit, quamuis uoce fiat, neque etiam eorundem quorum & musica imitatio est, neque enim per musicam imitationem nominare uidemur. Dico autem sic. Adest rebus uox & figura colorque plurimis. HER. Omnino. s o. Videtur mihi si quis hæc imitetur, neque circa imitationes istas nominandi facultas consistere. hæc siquidem sunt partim musica, partim uero pictura. nonne HER. Plane. s o. Quid ad hoc? nonne essentiam esse cuique putas, quemadmodum colori & cæteris quæ supra diximus? an non inest colori ac uoci essentia quædam, & alijs omnibus quæcunque essendi appellatione sunt digna? HER. Mihi quidē uidetur. s o. Si quis cuiusque essentiam imitari literis syllabisque ualere, nonne quid unumquodque sit declararet? HER. Maxime quidem. s o. Quem hunc esse dices? superiores quidem partim musicum, partim pictorem cognominabas, hunc uero quomodo uocabis? HER. Videtur hic mihi o Socrates quem iam diu quærimus nominandi autor. s o. Si uerum hoc est, considerandum iam de nominibus illis quæ tu exiges, *ἔσλη*, id est fluxus, *ἔσλη*, id est ire, *ἔσλη*, id est detentio, utrum literis syllabisque suis reuera essentiam imitantur, nec ne. HER. Prorsus. s o. Age uideamus nunquid hæc sola prima nomina sint, an sint & alia præter hæc. HER. Alia equidem arbitror. s o. Consentaneum est. cæterum quis distinguendi modus unde imitari incipit imitator? Nonne quandoquidē literis ac syllabis essentia fit imitatio præstat primum elementa distinguere? quemadmodum qui rhythmis dant operā, elementorum primo uires distinguunt, deinde syllabarum tantum, rhythmos tandē ipsos aggregant, prius uero nequaquam. HER. Vtique. s o. An nō ita & nos primo oportet literas uocales distinguere, postea reliquas secundum species, mutas et semiuocales? Ita enim in his eruditi uiri loquuntur. ac rursus uocales quidē, non tamen semiuocales, & ipsarum uocalium species inuicem differētes. Et postquam hæc bene omnia discreuerimus, rursus in

to. s. o. Non ergo leges alia meliores, deteriores alia tibi uidentur. C. R. A. Non. s. o. Neque etiam nomen ut apparet, aliud melius, aliud deterius impositum arbitraris. C. R. A. Neque istud. s. o. Ergo omnia nomina recte posita sunt. C. R. A. Quaecumque uidelicet nomina sunt. s. o. Quid de huius Hermogenis quod supra dictum est nomine? Vtrum dicendum non esse illi istud impositum, nisi quod *ἑρμῆος γένεσις*, id est Mercurij generationis illi competat? An impositum quidem, non tamen recte? C. R. A. Neque impositum esse de Socrate arbitror, sed uideri esse autem alterius cuiusdam nomen, cui natura inest quae nomine continetur. s. o. Vtrum neque mentitur cuiusquis Hermogenem esse eum dicit? Neque enim hoc est dubitandum, quin eum dicat Hermogenem esse cum non sit. C. R. A. Quae ratione id ais? s. o. Nunquid ex eo quod non datur dicere falsa, sermo tuus constat, & circa id uersatur? permulti nempe de amice Cratyle & nunc praedicant, & quondam asseruerunt. C. R. A. Quo pacto de Socrate dum dicitur quod dicit, quod non est dixerit? An non hoc est falsa dicere, quae non sunt dicere? s. o. Praeclarior hic sermo amice quam conditio mea & aetas exigat. Attamen mihi dicas, utrum loqui falsa non posse aliquis tibi uideatur, fari autem posse? C. R. A. Neque fari. s. o. Ac etiam neque dicere, neque appellare, salutareque? Quem admodum si quis tibi obuius hospitalitatis iure manu te prendens dicat, Salue hospes Atheniensis Smicrionis filii Hermogenes, ille loqueretur ista, uel fari diceretur, uel diceret uel saluaret appellaretque ita, non te quidem, sed hunc Hermogenem, aut nullum? C. R. A. Videtur mihi de Socrate incassum haec iste uociferare. s. o. Sat habeo, utrum uera uociferat qui ita clamat, an falsa? An partim uera, partim falsa? Nam hoc quoque sufficit. C. R. A. Sonare hunc ego dicam seipsum frustra mouentem, ceu si quis aera pulset. s. o. An imaduerte Cratyle utrum quo quo modo conueniamus. Nonne aliud nomen, aliud cuius nomen est, esse dicitis? C. R. A. Equidem. s. o. Et nomen rei ipsius imitationem quandam esse? C. R. A. Maxime omnium. s. o. Et picturas alio quodam modo rerum quarundam imitationes? C. R. A. Certe. s. o. Age uero, forte ego quid dicas, non satis intelligo, tu autem forsitan recte loqueris. possumus has imitationes utraque & picturas & nomina rebus his quarum imitationes sunt, attribuere, nec ne? C. R. A. Possumus. s. o. Aduerte hoc in primis, nunquid possit aliquis uiri imaginem uiro, & mulieri mulieris tribuere, & in alijs eodem pacto? C. R. A. Sic certe. s. o. Num & contra, uiri imaginem mulieri, & mulieris uiro? C. R. A. Et hoc. s. o. An utraque distributiones huiusmodi rectae sunt? uel potius altera, quae cuique proprium simileque attribuit? C. R. A. Mihi quidem uidentur. s. o. Ne igitur ego ac tu cum simus amici, in uerbis pugnemus, aduerte quod dico. Talem ego distributionem in imitationibus utriusque tam nominibus quam picturis rectam uoco. & in nominibus non rectam modo, sed ueram. Alteram uero dissimilis ipsius tributione illationeque non rectam, & in nominibus praeterea falsam. C. R. A. At uide de Socrate ne forte in picturis duntaxat id contingere possit ut quis male dispertiat, in nominibus autem minime, sed necessarium sit recte semper adscribere. s. o. Quid ais? quo ab illo hoc differt? Nonne fieri potest ut cuiuspiam uiro quis obuius, dicat, haec tua figura est, ostendatque illi forte uiri illius figuram, forte etiam mulieris? Ostendere inquam sensibus oculorum offerre? C. R. A. Certe. s. o. Nonne iterum ut eidem factus obuiam dicat, nomen id tuum est? Imitatio quippe aliqua nomen est quemadmodum & figura. Dico autem ita. Nonne licebit illi dicere, nomen hoc tuum est? deinde in aurem idem infundere, forte eius imitationem dicendo quod uir est, forte uero foeminae cuiusdam generis humani imitationem, dicendo quod mulier? Non uidetur tibi hoc aliquando fieri posse? C. R. A. Cedere tibi uolo de Socrate, sic esto. s. o. Recte facis amice, ac si id ita se habet, conueneris iam tolletur. Porro si in his huiusmodi quaedam partitio fit, alterum uere loqui, alterum loqui falsa uocamus. Si hoc accidit, & possumus non recte nomina distribuere, & quae non propria sunt cuique reddere, similiter in uerbis aberrare licebit. Sin autem uerba nominaque ita congerere datum, necesse est & orationes similiter. Oratio quippe, ut arbitror, est uerborum & nominum compositio. Quid ad ista Cratyle? C. R. A. Quod & tu, probe nanque loqui uideris. s. o. Quinetiam si prima nomina ad literas ipsas quaedam imitatione referimus, contingere potest in his quemadmodum in picturis, in quibus accidit ut congruas omnes figuras coloresque adhibeamus. Itemque ut non omnes, sed partim superaddamus, partim subtrahamus, pluraque & pauciora exhibeamus. Nonne fieri hoc potest? C. R. A. Proculdubio. s. o. Qui conuenientia omnia tribuit, pulchras literas et imagines reddit. Qui uero addit uel auferit

fert, literas quidem ac imagines & ipse facit, sed malas. C. R. A. Nempe. s. o. Qui autem per literas ac syllabas rerum essentiam imitatur, nonne eadem ratione si competentia omnia tribuit, pulchram imaginem efficit? Id autem nomen existit. Sin autem in paucis deficit uel excedat, imago quidem efficietur, sed non pulchra? Quamobrem nomina quaedam bene instituta erunt, quaedam contra. C. R. A. Forte. s. o. Forsitan ergo nominum hic bonus erit artifex, ille malus. C. R. A. Profecto. s. o. Nonne huic nomen erat nominum conditor? C. R. A. Plane. s. o. Erit itaque in hoc quemadmodum in ceteris artibus conditor nominum bonus unus, alius uero non bonus, si modo superiora illa inter nos constant. C. R. A. Vera haec sunt. Verum cernis de Socrate, quotiens has literas α & β & quoduis elementorum nominibus per artem grammaticam attribuimus, siquid auferimus, uel addimus, uel etiam permutamus, quod nomen quidem scribimus, non tamen recte, imò uero id nullo modo scribimus, quin potius statim aliud quiddam est, cum primum horum aliquid patitur. s. o. Videndum Cratyle, ne forte minus recte hoc pacto consideremus. C. R. A. Quo pacto? s. o. Fortassis quaecumque aliquo ex numero constare uel non constare necesse est, id quod ais perpetuuntur, quemadmodum decem aut quibus alius numerus. Nam quilibet numerus quocumque addito uel ablato alius statim efficitur. Forte uero qualitatis cuiuslibet & imaginis haud eadem ratio est, sed diuersa. Neque enim omnia imago habere debet quaecumque illud cuius imago est, si modo est imago futura. Anima aduerte num aliquid dicam. An duo quaedam haec erunt, Cratylus uidelicet, & ipsius imago, si quis deorum non modo colorem tuum figuramque expresserit, ut pictores solent, sed interiora quoque omnia similia uis effecerit, mollitiem eandem, caloremque, motum, animam, sapientiam, & ut breui complectar, talia prorsus effinxerit omnia, qualia tibi insunt? Vtrum inquam alterum istorum Cratylus erit, alterum Cratylus ipsius imago? An Cratylus potius gemini? C. R. A. Cratylus de Socrate, ut arbitror, duo. s. o. Cernis amice aliam imaginis rationem esse quam rendam quam illorum quae paulo ante diximus? neque cogendum esse siquid uel additum, uel ablatum fuerit, ut non amplius sit imago? An non sentis quantum deest imaginibus, ut eadem habeant quae & illa quorum imagines sunt? C. R. A. Equidem. s. o. Ridiculum aliquid Cratyle ex nominibus contingeret his quorum nomina sunt, si prorsus illis similia redderentur. Gemina quippe omnia fierent, neutrumque illorum utrum esset potius dici posset, res ne ipsa an nomen. C. R. A. Vera loqueris. s. o. Ingenue itaque fatearis de uir generoso, nomen aliud bene, aliud contra positum esse; neque cogas omnes literas continere, adeo ut penitus tale sit, quale & id cuius est nomen; sed mitte literam quoque minus congruam afferri quandoque: si literam, & nomen similiter in sermone; si in sermone nomen sermonem insuper nequaquam conuenientem rebus tribui, & rem ipsam nihilominus nominari dicique quoad rei ipsius cuius sermo est figura insit: quemadmodum in elementorum nominibus quae nuper ego & Hermogenes commemorauimus, si recordaris. C. R. A. Recordor equidem. s. o. Bene Hercle igitur quodcumque hoc inierit, quamuis non omnia conuenientia prorsus adsint, dicitur bene quidem, cum omnia; male uero, cum pauca. Dicit itaque de beate mittamus, ne quemadmodum qui in Aegina noctu circumuagantur, sero iter peragunt, ita & nos hoc pacto ad res ipsas reuera seruis quam decepat, peruenisse uideamur. uel saltem aliam quandam exquisitas rectam nominis rationem, neque confitearis declarationem rei literis ac syllabis faciam, nomen esse. Porro si ambo haec dixeris tibi ipse constare & consentire non poteris. C. R. A. Videris mihi probe loqui de Socrate, atque ita pono. s. o. Postquam de his consentimus, quod restat discutiamus. Si bene nomen positum esse debet, oportere diximus literas sibi conuenientes inesse. C. R. A. Plane. s. o. Conuenit autem ut literae rerum similes insint. C. R. A. Omnino. s. o. Quae igitur recte sunt posita, ita posita sunt. Si quid autem non recte positum est, ut plurimum quidem ex conuenientibus similibusque literis constat, si quidem imago est, habet autem et aliquid non conueniens, propter quod non rectum est, neque recte nomen est institutum. Sic ne, an alter dicimus? C. R. A. Nihil est de Socrate, ut arbitror, contendendum; neque enim mihi placet ut nomen quidem esse dicatur, non tamen recte positum. s. o. Vtrum hoc tibi non placet quod nomen rei ipsius declaratio sit? C. R. A. Placet. s. o. At uero nomina partim ex primis constituta esse, partim esse prima, non probe dictum putas? C. R. A. Probe. s. o. Enim uero prima si quorundam declarationes esse debent, habesne modum commodiore quo id fiat,

quàm si talia fiant, qualia illa sunt quæ declarari uolumus? An modus iste potius tibi placet, quem Hermogenes alijq; plurimi tradunt, quod uidelicet nomina cõuentiones quædam sint, ijs qui ita constituerunt, ac res ipsas præcognouerit, aliquid referentes: rectaq; nominis ratio in conuentione consistat, neq; interfit utrum quis ita ut nunc statutum est discernat, an contra: ut uidelicet quod nunc paruum uocatur, magnum cognominetur, uero quod modo magnum, paruum dicatur? Vter istorum magis tibi modus placet? C R A. Præstat omnino ò Socrates similitudine referre quod quis ostendere uult, quàm quouis alio. s o. Scite loqueris. Nõnne si nomen rei simile est, necesse est elementa ex quibus prima nomina componuntur, natura ipsa rebus esse similia? Sic autem dico: an alij quis quandoq; picturam quam supra diximus rei cuiusquam similem effinxisset, nisi colores ipsi quibus constat imago, essent natura rei illius similes quàm pictoris studium imitatur? An non impossibile? C R A. Impossibile plane. s o. Eadem ratione nomina ipsa nunquam alicuius similia fierent, nisi illa quibus nomina componuntur similitudinem aliquã haberent earum rerum, quarum nomina imitationes sunt. Ea uero quibus constant nomina, elementa sunt. C R A. Sane. s o. Iã tu sermonis eius esto particeps, cuius nuper Hermogenes. An recte dicere tibi uisi sumus, quod dicitur p̄ lationi, motui, asperitati congruit? C R A. Recte mihi quidem. s o. Ipsum autem leni & molli ac cæteris quæ narrauimus? C R A. Profecto, s o. Scis ne quod idem, id est asperitas ipsa nobis quidem κληρότης uocatur, Eretrienibus uero κληρότης? C R A. Vtiq; s o. Vtrum ambo hæc ε & σ, eidem similia uidentur, idemq; ostendunt tam illis per ipsius p̄ determinationem, quam nobis per σ nouissimum, uel alteris nostrum nihil referunt? C R A. Vtriq; plane demonstrant. s o. Vtrum quatenus similia sunt ε & σ, uel quaterius dissimilia? C R A. Quatenus similia. s o. Nunquid penitus similia sunt, ad lationem æque significantiam: quoniam & ipsum λ iniectum, cur non contrarium asperitatis ipsius significat? C R A. Forte non recte iniectum est ò Socrates, quemadmodum ea quæ tu in superioribus cum Hermogene hoc tractabas, dum & auferebas & inferebas literas ubi maxime oportebat. Ac recte mihi facere uidebaris. & nunc forte pro λ, p̄ apponendum est. s o. Probe loqueris. Quid uero, nunc ut loquimur, nihil percipimus inuicem quando quis κληρότης pronunciat? neque tu quid nunc ego dicam intelligis? C R A. Intelligo equidem propter consuetudinem. s o. Ouir lepidissime, cum consuetudinem dicis quid aliud præter conuentionem dicere putas? An aliud consuetudinem uocas, quàm quod ego cum id pronuncio, illud cogito, tu quoq; quod ipse cogitæ percipis? Non hoc dicis? C R A. Hoc ipsum. s o. Si id me pronunciantem cognosco, per me tibi fit declaratio, ex dissimili uidelicet eius quod ipse cogitans profero: quandoquidē ipsū λ dissimile est eius quod tu κληρότης, id est asperitatē uocas. Si hoc ita se habet, profecto ipse ad id te ipsum assuefacis, & ex hac conuentione rectam tibi nominis rationem proponis, postquam tibi idem tam dissimiles q̄ similes literæ representant propter ipsū consuetudinis & conuentionis accessum. Sin autē consuetudo cõuentio minime sit, haud adhuc recte dici poterit similitudinem esse declarationem, imò consuetudinē dicere oportebat. Si quidem ex similitudine & dissimilitudine cõsuetudo declarat. His utiq; concessis ò Cratyle (nempe silentium tuum pro concessione ponā) necesse est consuetudinē aliquid conuentionemq; conijcere, conferreq; ad eorum quæ sentimus & loquimur expressionē. Nam si uelis optime uir ad numerorum considerationē descendere, quo pacto speras adeo propria reperiturum te nomina ut singulis numeris simile nomē attribuas, si non permittis concessionem tuam conuentionemq; autoritatem aliquam circa nominū rationē habere? Mihi quidē & illud placet, ut nomina quoad fieri potest rebus similia sint. Vereor tamen ne forte ut dicebat Hermogenes, tenuis quodāmodo sit istius similitudinis usurpatio, cogamurq; & onerosa hæc, cõuentione uidelicet uti, ad rectam nominum rationē quoniam tunc forte pro uiribus optime diceretur, cū uel omnino uel maxima ex parte similibus, id est conuenientibus diceremus, turpissime uero cum contra. Hoc autē post hæc insuper mihi dicas: quam nobis uim habent nomina, quid ue pulchrum per hæc effici nobis asserimus? C R A. Docere mihi quidē nomina, uident ò Socrates, idq; simpliciter asserendū, quod quisquis nomina scit, & res itidē sciat. s o. Forte ò Cratyle tale quiddā dicis, q̄ cum nouerit aliquis quale sit nomen, est autē tale qualis & res existit, rem quoq; ipsam agnoscat, quandoquidē nominis est res similis. Ars autē una eademq; est omnium inter se

similium

similium. Hac ratione inductus dixisse uideris, quod quisquis nomina cognoscit, res quoque ipsas agnoscat. C R A. Vera loqueris. s o. Age uideamus quis modus docendarum rerum iste sit, quem ipse nunc dicis, & utrum alius præterea sit, hic tamen potior habebatur, uel alius præter hunc nullus. utrum potius arbitraris? C R A. Hoc certe, quod nullus uidelicet alius sit, sed hic solus & optimus. s o. Vtrum uero & res ipsas ita reperiri censes, ut quicumq; nomina reperit, ea quoq; quorum nomina sunt inueniat? An quærendū potius alium modū quendam, huncq; descendū? C R A. Maxime omnium secundum ista hunc ipsum & quærendum & inueniendum. s o. Age ita cõsideremus ò Cratyle: si quis dum res inuestigat, nomina ipsa sequitur, rimaturq; quale unum quodq; uult esse, uides quammaximū deceptionis periculum subit? C R A. Quo pacto? s o. Quoniam qui principio nomina posuit, quales esse res opinatus est, talia quoq; nomina, ut dicebamus, effinxit. Nõnne ita? C R A. Ita prorsus. s o. Si ergo ille nõ recte sensit, & ut sensit, instituit, nõnne, & nos sequentes eius uestigia deceptos iri existimas? C R A. Haud ita est, imò necesse fuisse illum qui nomina posuit. Aliter autē, ut iam dudum dicebam, nomina nequaquam essent. Euidētissimo autē argumento id esse tibi potest, haud à ueritate aberrauisse nominum auctore, quod si male sensisset, nequaquam sibi ita omnia consonarent. An non aduertisti & ipse, cum diceres omnia in idem tendere? s o. C. Nihil ista ò bone Cratyle ualeat defensio. Quid enim mirum est si primo deceptus nominum institutor, sequentia rursum ad primum uel quadā traxit, & ipsi consonare coegit? Quemadmodum circa figuras interdum exiguu quodā primo ignoto falsoq; existente, reliqua deinceps multa inuicē consonant. Debet enim quisq; circa rei cuiusq; principium statuendum differere multa, diligentissimeq; cõsiderare, utrum recte discernat nec ne. quo quidē sufficere examinatione cetera iam principium sequi debent. Miror tamen si nomina sibi met congruunt. Consideremus iterum quæ supra retulimus, diximus profecto ita nomina essentiali significare quæ si omnia currant, ferantur, & defluant. Itane significare censes? C R A. Ita certe. & recte quidē. s o. Videamus itaq; ex illis aliqua repetentes. Principio nomen hoc ἄσχημον, id est scientia ambiguum est, magisq; significare uidetur, quod ἴσχυς, id est sicut in rebus animā, quàm quod cum rebus pariter circūfertur, rectiusq; esse uidetur ut principium eius ut nunc ἄσχημον dicamus, quàm per ε ipsius electionē, & pro ε, potius adijciamus. Deinde βέλτερον, id est firmum dicitur, quoniam βέβαιος & σίσιμος, id est firmamentum & status potius q̄ lationis est imitatio. Præterea ἰσχυρία id forte significat quod ἰσχυρὸν ἢ ἰσχυρὸν, id est sicut fluxū & ipsū πόντος, id est credendum, ἰσχυρὸν id est firmare omnino significat. Quinetiam μνημῶν, id est memoria ostendit prorsus quod in anima non agitatio est, sed μνήμη id est quies stabilitq; permansio. At qui quis nomina ipsa obseruet ἡ ἀμαρτία & σωμαφορὰ, id est error & cõtingentia casusq;, idem ut uidebuntur inferre, quod σωφροσύνη & ἄσχημον, id est intelligentia atq; scientia, & cetera nomina quæ præclaris sunt rebus imposita. Item ἡ ἀμαλία & ἀνολασία, id est incititia & intemperantia, proxima his uidentur: ἀμαλία quidem importare uidetur ἀμα θεῶ ἰόντος πορείαν, id est simul cum deo euntis progressum. ἀνολασία uero omnino quandam ipsarum rerum ἀνολοῦσθαι, id est persecutionem atq; congressum. Atq; ita quæ rerum turpissimarum nomina esse putamus, nominum illorum quæ circa pulcherrima sunt quam simillima uidebuntur. Arbitror & alia multa reperiri posse, si quis adhuc inueniat, ex quibus iterum iudicabit nominum auctorem non currentes delatasq; res, imò stabiles indicare. C R A. Veruntamen multa ò Socrates secundum agitationis significationem uides illum constituisse. s o. C. R. Quid agemus ò Cratyle? Nunquid suffragiorum calculorum quæ instar nomina ipsa dinumerabimus? atque ad hanc normam de recta ratione nominum iudicabimus, ut ea tandem uera sint, quibus significationes plurimum nominum suffragantur? C R A. Haud decet. s o. C. Non certe amice. Sed his iam omnibus redeamus illuc, unde digressi sumus. Dixisti nuper si recordaris necessarium esse, illum qui nomina statuit, prænouisse ea quibus nomina tribuebat: perhas adhuc in sententia, nec ne? C R A. Adhuc. s o. Nunquid & illum qui prima nomina posuit, nouisse ais dum poneret? C R A. Nouisse. s o. Quibus ex nominibus res uel didicerat ut inueneret, quando necdum prima nomina fuerant instituta? cum dictum sit impossibile esse res uel inuenire uel discere, nisi qualia nomina sint didicerimus, uel ipsi nos inuenierimus. C R A. Videris mihi non nihil ò Socrates dicere. s o. C. R. Quo igitur pacto dicemus eos scientes

E 4 nomina

Circa principium statuendum differere multa oportet

nomina posuisse, uel legum & nominum conditores ante positionem cuiuslibet nominis extitisse, eosque res antea cognouisse, si quidem non aliter quam ex nominibus disci res possint. C R A. Reor equidem Socrates uerissimum eum esse sermonem quo dicitur excellētiorem quandam potentiam quam humanam prima rebus nomina præbuisse, quo necessarium sit ut recte fuerint distributa. s o c. Nunquid putas contraria sibi ipsi posuisse nominum autorem si dæmon aliquis uel deus extitit? an nihil tibi supra dixisse uidemur? C R A. Forte nondum alterum istorum nomina erant. s o c. Vtra igitur erant uir optimerum quæ ad statum uergunt? an quæ ad motum potius? Neque enim, ut modo diximus, multitudine iudicabitur. C R A. Sic decet Socrates. s o c. Cum itaque dissentiant contentantque de ueritate inuicem nomina, & tam hæc quæ illa uero propinquiora esse se asserant, cuius ad normam iudicabimus? Quò nos uertemus? Neque enim ad alia nomina confugiemus, quia præter hæc nulla. Verum alia quædam præter nomina quæranda sunt, quæ nobis ostendant absque nominibus, utra istorum uera sint, rerum uidelicet monstrantia ueritatem. C R A. Ita mihi uidetur. s o c. Si hæc uera sunt Cratyle, possunt, ut uidetur, res sine nominibus percipi. C R A. Apparet. s o c. Per quid potissimum aliud speras res ipsas percipere? Nonne per quod consentaneum ac decens est? per mutuam illarum communionem, scilicet si quo modo inuicem cognate sunt, & per se ipsas maxime. Quod enim aliud est ab illis, aliud quiddam non illas significat. C R A. Vera loqui uideris. s o c. Dic obsecro. nonne iam sæpe concessimus, nomina quæ recte posita sunt, similia illorum esse quorum sunt nomina, rerumque imagines esse? C R A. Concessimus plane. s o c. Si ergo licet res per nomina discere, ac etiam per se ipsas, quæ præstantior erit lucidiorque perceptio? Num si ex imagine cogitetur, & imago ipsa utrum recte expressa sit, & ueritas cuius hæc est imago? An potius si ex ueritate tam ueritas ipsa quam ipsius imago, nunquid decenter imago ad eam fuerit instituta? C R A. Si ex ueritate. s o c. Qua ratione res uel per doctrinam uel per inuentionem comprehendendæ sint, iudicare, maioris quæ meum ac tuum sit, ingenij opus esse uidetur. Sufficiat autem nunc inter nos constituisse quod non ex nominibus, imò ex se ipsis potius discendæ quærendæque sunt. C R A. Sic apparet ò Socrates. s o c. Animaduertamus & hoc præterea, ne multa hæc nomina in idem tendentia nos decipiant, cum qui illa imposuerunt, currere omnia semper fluereque putauerint, atque ea consideratione posuerint: uidentur nempe mihi ita existimasse: quorum tamen opinio si talis extitit, falsa habenda est. profecto illi uelut in quandam delapsi uertiginem, & ipsi uacillant iactanturque, & nos in eandem rapientes immergunt. Considera uir mirifice Cratyle quod ego sæpenuero somnio, utrum dicendum est esse aliquid ipsum pulchrum ac bonum, & unum quodque existentium ita, nec ne. C R A. Mihi quidem ò Socrates esse uidetur. s o. Illud igitur ipsum consideremus, non si uultus quidam aut aliquid talium pulchrum est, quippe hæc omnia fluunt: sed ipsum pulchrum dicimus, nonne semper tale quale est perseverat? C R A. Necessesse est. s o. Nunquid possibile est ipsum recte denominare si semper subterfugit, ac primo quid illud sit, deinde quale sit dicere? uel necessarium est, dum loquimur aliud ipsum statim fieri iugiterque diffugere, nec tale amplius esse? C R A. Necessarium. s o. Quo pacto aliquid illud erit, quod nunquam eodem modo se habet? Si enim quandoque eodem modo se habet, eo in tempore minime permutatur: sin autem semper eodem modo se habet, idemque existit, quomodo transit uel mouetur, cum ideam suam non deserat? C R A. Nullo pacto. s o c. Præterea à nullo cognosceretur, dum enim cognitura uis ipsum aggrediretur, aliud aliter numquam fieret. quare quid sit aut quale cognosci non posset. nam cognitio nulla ita rem percipit, ut nullo modo se habentem percipiat. C R A. Est ut ais. s o. Sed neque cognitionem ipsam esse affirmandum est ò Cratyle si decidunt omnia, nihilque permanet. Si enim cognitio ex eo quod cognitio est non decidit, permanebit semper, ac semper erit cognitio: sin autem cognitio nis species ipsa discedit, simul & in aliam cognitionis speciem delabatur, neque cognitio erit. Quod si perpetuo migrat, semper non erit cognitio. Atque hac ratione neque quod cognitum est, neque quod cognoscendum, semper erit. Sin autem semper est quod cognoscitur, est quod cognoscitur, est pulchrum, est & bonum, estque denique existentium unum quodque: quæ in præsentia dicimus, fluxus lationis similia non uidentur. Vtrum uero hæc ita sint, an ut dicebant Heracliti sectatores, alijque permulti, haud facile discerni potest. Neque hominis sane mentis est se ipsum animique suum nominibus credere, & autorem nominum sapien-

sapientem asseruerate, atque ita de seipso rebusque omnibus male sentire, ut putet nihil intergrum firmumque existere, sed omnia uelut fictilia fluere atque cõdideri, & quemadmodum homines desillationibus capitis ægrotantes, similiter quoque res ipsas affici iudicet, adeo ut desillatione omnia comprehendantur. Forte ò Cratyle ita est, forte etiam aliter, fortè animo & diligenti studio inuestiganda res est, neque enim facile assentendum. Iuuenis adhuc es, atque tibi sufficit ætas. Et siquid inueneris indagando, mihi quoque impartiri debes. C R A. Nauabo operam Socrates. Ac certe scito me etiam in præsentia non torpore, imò cogitanti mihi & multa animò reuoluenti multo magis ita ut dicebas ipse, quam ut Heraclitus, res sese habere uidentur. s o c. Deinceps amice postquam redieris me doceto. Nunc autem ut constituisti, in agrum perge. Atque & Hermogenes hic te comitabitur. C R A. Fiet ut mones Socrates. Verum tu quoque iam de his cogita.

ARGUMENTVM MARSILII FICINI IN GORGIAM.



VM duo quedam in animo potissima sint, cognitio & affectus, cognitionem quidem sophista subueritatis specie ad falsa detorquent, affectum uero populares poeta sub concinna uoluptatis esca in dissensas perturbationes sepe præcipitant. Oratores denique populares tum cognitionem falsis decipiunt coniecturis, tum affectum in motu uarios concitant. Quapropter ne horum opera mentes hominum, tum falsis opinionibus, tum perniciosis affectibus ægrotare cogantur, Plato humanorum medicus animum nos à sophistis quidem omnino, ab oratoribus quoque atque poetis quodammodo procul abducit, profecto sophistas & uandique & omnes exterminat, poetas autem neque omnes, sed illos qui uel turpia de dijs & fingunt, uel perturbatos animos acrius imitantur & referunt, neque undique, sed ex urbe, id est ex inueniunt ignorantumque turba, qui in perturbacione admodum sunt procliuēs, & allegoricum poetarum non penetrant sensum. Quam obrem in libris de Republica poetas iubet uel expelli, uel cogi de deo honeste loqui, neque perturbationibus audientes assuascere, sed & diuinos hymnos canere, & leges patrias magnorumque gesta uirorum grauior recenfere. Sed ut reuertamur ad oratores, hos quoque non omnes Plato uituperat, sed eos dumtaxat, qui ad id incumbunt assidue, ut quicquid liberati, quacumque ualeant ratione audientibus persuadeant absque delictis, sine malum id est, sine bonum, seu falsa sit ratio seu uera, uel commiseratio, uel concitatio, uel coniectura. Quale fuerat Lyfias Thebani, atque Tisia, necnon Gorgie Leontini propositum. Anteposit uero alij Periclem in Phædro atque Isocratem, propterea quod eloquentiam cum philosophia coniunxerint. Adde quoque legitimum oratorem oportere rerum intelligere rationes, morum leges, uerborum uires, naturas ingeniorum, uerbaque certa quadam ratione componere ingenij audientium quoad fieri potest accommodata, communis boni persuadendi gratia: neque tam ad id incumbere, ut ea que dicit hominibus gratia sint, quam ut accepta deo. Eum uero qui Tisia Gorgieque more non ueritatem ipsam atque iustitiam, sed coniecturam turbæ dumtaxat uerisimilem probabilemque sequitur, tantumquam hominem ciuitati ante alios noxium detestatur, quasi eloquentia sine sapientia sit ensis acutus in manibus furiosus. Duos autem exagitat ante alios, Lyfiam quidem in Phædro, hic uero Gorgiam. Nam quanto maioris auctoritatis erant, tanto periculosiores erant. Adducitur hic in medium & Polus orator Gorgie sectator, & Callicles eorum astipulator. Socrates autem primo per Cherephontem agit familiarem suum, & id quidem aduersus Polum. Deinde ipse per se contra Gorgiam. Quoniam uero hi in aliarum rerum rationibus assignandis apud populum mirum in modum gloriari solebant, ostendit uereos, ut ipsis omnis adimatur fides, nescire sue professionis rationes asserre. Interrogatus enim Polus que sit ars Gorgie, cum debuisset eam solum per necessaria definire, & que sit explicare, per superflua circumscripsit & qualis, & id quidem affectato nimium stylo, quo uti consueuisset, in Phædro ubi de oratorum stylis agitur, confirmatur. Deinde interrogatus ipse Gorgias que sit ars eius, inepta quadam iactantia respondit esse rhetoricam. Rogatur deinceps quid sit rhetorica definire. Meminisse uero debemus rem quamlibet in eo quod ipsa est, partim quidem cum rebus alijs conuenire, partim uero differre, atque id per quod conuenit nominari genus: per quod discrepat, differentiam. hinc fit, ut definitio que id ipsum quod res est comprehendit, per genus eiusmodi, differentiamque debeat assignari. Gorgias ergo utpote qui artem suam nesciat definire, genus ipsum & id quidem inepte profert. Differentiam uero quam mox in eadem responsione unam cum genere debebat adducere, uix tandem post multas interrogationes extorquetur Socrate in medium asserre compellitur. Principio respondet rhetoricam esse artem circa sermones. Et quoniam alie quoque sunt similes, interrogatur circa quos quales uerba sermones, ut qua in re ab alijs artibus differat, discernatur. Respondet autem circa sermones qui dicendi uim præstant. Iterum id alijs artibus est commune, unde rursus adiungere cogitur, rhetoricam uersari quam plurimum circa sermones, uimque dicendi. Sed quoniam id quoque commune cum multis, urgetur iterum addere circa sermones, scilicet de rebus maximis. Cum uero & id

commune, iam nescio quid distinctius afferre compellitur, id est per oratoriam nos consequi ut nulli seruiamus, sed alijs dominemur, atque esse oratoriam artem persuasionis pro arbitrio effectricem. Inter ea Socrates admonet, ut in disputando non tam ad personam quam cum disputatur, quam ad rem ipsam & sermonem & animi intendamus. Deinde uero quoniam omnis ars aliqua de re persuadet, quaeritur qua de re, & qualis sit rhetoris persuasio. Mox in duo distinguitur persuasio. In eam scilicet qua scientiam, & in eam qua facit fidem. Concluditurque oratoriam persuasionem non scientiam afferre, sed fidem, non circa qualibet proprie, sed circa iusta atque iniusta, non ubique, sed in turba potissimum, ac de rebus quae praecipue ad rem publicam pertinent. Ad dicitur quinetiam oratorem de rebus insuper ad artes alias proprie pertinentibus suadentius quam artifices ipsos posse loqui, non quidem inter artium ipsarum peritos, sed imperitos. Inter haec admonemur ne potentia unquam arteque abutamur. Item ne in disputando ubi ad ueritatem percipiendam necessaria est tranquillitas, perturbemur. Rursus a quo animo atque libentissimo redargutionem esse recipiendam, praesertim in moribus corrigendis, nihil deterius enim esse quam de moribus falsa sentire. Post haec concedit Gorgias non pertinere ad oratorem scire qua ratione res ipse se habeant, sed machinationem quandam sic ad persuadendum excogitare, ut ipse quauis ignorans, tamen apud ignorantes magis intelligere quam ipsi scientes appareat, officiumque eius esse, de quolibet in turba strenue loqui non docendo sed persuadendo. Concedit quoque oratorem scire id debere & posse quod sit uerisimile, etiam si id quod uerum est nesciat, quod quidem fieri nullo modo potest. Nisi enim rem ipsam cognoueris, nunquam quid illius simile sit, agnosces. Proinde quaeritur utrum sicut ad oratorem alia scire non attinet, ita neque etiam quid bonum, honestum, iustum sit intelligere. Gorgias uero cum alia dixerit, oratorem ad haec atque illa similiter se habere, hic sibi repugnans, scire haec saltem oportere consensit. Hinc Socrates argumentatur. Si orator scit iusta, ergo est iustus, tentans uidelicet Gorgiam nunquid uim consequentia teneat. Ille uero admittit statim, cum proprie in scientijs artibusque ad intelligentiam pertinentibus id se quatuor, scit astrologica uel fabrilis, ergo astrologus est uel faber: in his tamen quae ad uoluntatem moresque pertinent non sequatur, scit iusta, ergo iustus. Opus enim ad iustitiam esse uoluntate, ueruntamen si quis diuinam quandam de iustitia scientiam habeat, quod quidem spirante deo fieri quandoque posse Plato uult, recte sequitur. Quisquis enim certissime scierit quantum bonum iustitia sit, quantumue premium maneat: atque contra quantum iniustitia malum, quantumue huic supplicium debetur: is proculdubio iniustitiam fugiens, iustitiam complectetur. Quacumque uero ratione sese res habeant, Gorgias sibi met cogitur contradicere. Quippe cum in superioribus, oratorem iniustum esse aliquando posse concesserit, hic uero negat. Post haec Socrates ex arrogancia Poli sub quadam ironia & iniuriis improbat, si quando senioris corripit arroganter, & praecipit omnibus ut emendari a quolibet facile patiantur. Ceterum ut quae sequuntur plane intelligantur, aduertendum est, oratoriam uel in genere uel in speciebus, posse considerari: atque in genere quidem definiri, in diuersis ad persuadendum in materia civili promptissimam, tum quadam probationis facultate, tum uel maxime eloquij gratia. Ideoque inter artem quandam differendi poeticamque esse quodammodo constitutam. Haec uero oratoria intellectui quidem bonum est, uoluntati uero neque bonum est neque malum. Huius autem duae sunt species, philosophica, & popularis siue adulatoria: illa bonum, haec uero malum. Illius quidem finis est, certis rerum, uerborum, morum rationibus, audientes ad commune bonum perducere. Quam maxime laudat in Phaedro ex philosophia poesiisque grauiori compositam, Alterius autem finis est, per conlecturas turbae uerisimiles; concitationesque animorum, quodcumque libuerit impetrare. Haec inter sophisticam uulgaremque poesim ponimus ex utrisque permixtam, quam in hoc dialogo detestatur. Diuidit autem artes ipsius hominis proprie curatrices in duo praecipue genera. Quorum primum curat animum, secundum uero corpus. In animo legalem facultatem ait legum conditricem morumque moderatricem, animum ipsum in habitu quodam naturae consentaneo formare atque stabilire: artem uero iudicalem animum siquidem hinc lapsus fuerit restituere. In corpore quoque geminas ponit artes, similiter corporis curatrices, gymnasticam quidem huius exercitandi magistrum in bona ipsius habitudine pro uiribus confirmantem. Medicinam uero corpori amissam sanitatem restituentem. Quae propter qualis est legalis in animo, talis in corpore uidetur esse gymnastica. Item quales iudicialis in animo, talis in corpore medicina. Haec omnes appellat artes, quia certa ratione perducant ad bonum. Subdit naturam quandam siue peritiam, adulatoriam, seruilem, atque fallacem, quae falso has quatuor emulatur. Per sophisticam quidem simulat legalem, per oratoriam scilicet uulgarem fingit iudicalem, per fucatoriam praese fert gymnasticam, per coquinariam medicum representat. Totum uero hoc adulandi genus negat esse artem, quia non ratione certa ad uerum bonum, sed lenocinijs contendit ad gratiam. Sed ne quis existimet Platonem longe omnium eloquentissimum legitimam eloquentiam coquinariae comparare, legat Phaedrum, in quo eam probat, & finem officiumque & praecipua eius subtilissime tradit, asseritque ipsam esse similem medicinae. Quoniam uero Polus oratoriam uim extollens, oratores ait eo maximam habere potentiam, quod pro arbitrio ualeant aduersarios carceri mortique damnare, uel expoliare bonis, uel urbe priuare: Socrates duobus

duobus potissimum argumentis probat iniustos non esse potentes. Primo quidem quoniam potentia exoptanda est unicuique tanquam bonum: constat uero licentiam quodcumque liberit facienda, iniustis hominibus ueluti mente captis non modo non bonam esse, sed malam, atque tandem perniciosam. Deinde maxime potestas est posse idipsum quod uelis esse. Patet autem omnes uerum uelque bonum. At malos uerum bonum uel agere uel consequi nunquam. Adde quod mala mens eo ipso quod mala est, discors in seipsa & insana censetur, iamque ab his quae afferuntur seuis sibus superata. Quis ergo dixerit mentem & languidam & more mancipij suis seruientem mancipijs, esse potentem? Inter ea humana omnia distinguuntur in tria, scilicet in bona, malaque, & media. Bonorum primum est sapientia. Secundum, optanda corporis habitudo. Tertium, fortunae commoditas. Sed haec duo eatenus iudicantur bona, quatenus commodum menti exhibent ministerium. Horum uero opposita dicuntur mala, sed horum media tanquam in differentia sunt, quae non magis ad bonum declinant quam ad malum, ut ire, sedere, atque similia. Ad dicitur neminem uelle aut mala aut media, aut ea quae agit proprie, imò duntaxat ea quorum gratia mouetur & agit. Non ergo qui iniurias faciunt, ipsas uolunt iniurias, sed bonum cuius gratia faciunt. Bonum uero non consequuntur, non assequuntur ergo quod uolunt: Non ergo potentes. Deinceps uero Socrates ex errore Poli comūni cum malis nactus occasionem sancta nobis tradit praecipua. Cui peccare grauius licet, prope miser est, qui peccat grauius iam est miser: qui peccati non luit poenas, est miserior. Iniurias pati eligendum est potius quam inferre. Licentia quodcumque liberit facienda non est potentia, nisi id nobis sit denique conducturum. Conducat autem iuste duntaxat utentibus. Iniusti etiam si totius orbis imperio potiantur, infelices sunt, imò infeliciissimi. Quo enim magis peccare licet, & quo minus peccati datur poena, eo infeliciores habentur. Felicitas in sapientia iustitiaque consistit, infelicitas in contrarijs. Quoniam uero Polus ueritatis iudicium quod ad iudicis qualitatem potius quam ad iudicantium numerum referri debet, in quorumlibet testium multitudine collocat, ideo Socrates optimum probandi modum esse respondet, si unicum in causa testem adduxeris, aduersarium scilicet ratione conuictum: alioquin coaeruatam undique testium multitudinem, parui ad ueritatem esse momenti. Praeterea quia Polus ait iniurias quidem facere turpius esse, pati uero peius: Socrates id arguit, asserens idem in rebus humanis moribusque bonum esse atque pulchrum siue honestum, idem malum atque turpe. Deinde idipsum pulchrum uel propter uoluptatem, uel utilitatem, uel utrumque, puta existimari, turpe uero contra. Hinc argumentatur: si facere iniuriam turpius est quam pati, non ex eo quidem quod sit molestius, ex eo igitur quod sit damnosius, si ita, ergo deterius iudicatur. Mox adiungit oportere seipsum rationi tanquam medico curandum committere. Affermat quoque istam peccatorum punitionem, el qui punitur prodesse plurimum. Haec enim si iusta est, ergo pulchra atque honesta. Si ita, ergo bona: si bona, confert animo, uidelicet tanquam medicina corpori, multoque magis, a morbo enim animi liberat, qui grauissimus est morborum omnium atque malorum. Inter haec animaduertere theologorum sententiam, nihil magis necessarium esse uiliusque peccatoribus quam confiteri peccata, affici poenitentia, poenas ad iudice petere, & equo animo ferre ut purgetur animus, antequam insanabilis morbus eius euadat. Post haec audies facillimum esse nobis obsequium illi nostrum significare qui simili labore affectu. Item Socratem philosophiam amore captum illi semper obtemperare. Praeterea eligendum potius esse ut caetera nobis dissonent omnia, quam ut animus intra se dissonet. Proinde ubi Callicles Socratem corrigit quasi argutiarum nimium studiosum, intellige sub persona Socratis Sophistas a Platone redargui. Tangit postea Callicles Thrasymachi multorumque prophanam opinionem, dicentium mores & leges non naturae ordine, sed sola hominum uel opinione uel fictione consistere. Quod in libris de Republica & in sequentibus confutatur. Quod uero afferre uidetur Callicles contra philosophos, intellige non contra legitimos philosophos esse dicta, sed partim aduersus ignauissimos sophistarum, partim aduersus eos qui philosophiae studio abutuntur: dum uel ita solam logicam sectantur, ut partes speculationis alias deserant: uel ita solam speculationem capeunt, ut philosophica morum praecipua institutaque ciuilia negligant. Nonnulla uero in ipsa Calliclis inuicta falsa dicuntur, quae in sequentibus resistentur. Post haec autem praecipit omnem in animae nostrae examine atque probatione esse diligentiam adhibendam, atque ad id tanquam iudicem unum eligendum esse, in quo sapientia sit rei ipsius qua de agitur, & beneuolentia qualibentius consulat, & audacia insuper, per quam quod profutarum putet, non uereatur exprimere. Deinde nos admonet Socrates, cum rationalis natura simus, ne irrationali casu & fortuna uiuamus, sed certum uitae finem diligentissime praescribamus, uiasque ad ipsum eligamus commodiores. Denique obsecrat Calliclem ut ipsum libere audacterque redarguat, admonet nos nihil inquirere impensius oportere quam animi medicinam. His actis Callicles concedit idem esse naturae potētius ualidiusque, & melius, atque naturalem iustitiam uelle, eum qui potentior est habere quaecumque inferiorum sunt, eisque dominari, legemque illius naturaliter esse iustam. Ad haec Socrates ita infert. Si idem est potentius, ualidius, melius, atque multitudo ualidior est quam unus, ergo & potentior atque melior. Multitudinis ergo leges cum potentioris meliorisque sint, iuste naturaliter erunt. At huius leges statuunt esse iustum seruari inter omnes aequalitatem, atque esse turpius iniuriam inferre quam pati.

Quamob

Quamobrem non solum lege turpius est facere iniuriam quam pati, atque iustum est aequitate seruare, ut in superioribus dixerat Callicles, sed etiam ipsa natura. Præterea quia Callicles in superioribus potentiores illos esse putauerat, qui astutia, audacia, uolentia, ceteros anteirent: Socrates paulatim hunc emendat, cogitque fateri potentior esse, qui prudentior fortiorque sit ad reipublicam gubernandam. Significat quoque inter hæc se eadem sententiam per eisdem de rebus adducere, probans uidelicet constantiam, improbus leuitate. Iam uero Calliclem conatur ultra prudentiam fortitudinemque ad temperantiam quoque perducere. At hic quemadmodum supra Thrasymachum imitatus circa iustitiam potentiamque errauerat, ita nunc sequutus Aristippum circa temperantiam similiter errat, eam appellens stupidam ingenij seruilis ignauiam, atque in fouendis expletibus, sensuum libidinibus uirtutem asserens felicitatemque consistere. Socrates autem mox ad demonstrandum sese accingit, temperantiam non opinione humana, sed ordine naturæ constare. Profectio naturalis ordo requirit ut inferiores anime partes superioribus pareant, totusque animus consonans undique sit et sanus et pulcher, neque agat frustra, sed finem proprium consequatur, qualis est habitus uitæque temperati. Contra uero in homine intemperato ratio regina hominis seruili feruit concupiscentia, dissonat quoque et languet, opusque in explebile molitur, incomparabilique molestia uolentem sequitur uoluptatem. Id totum Socrates Pythagoræ præsertim Philolæ et Empedoclis sententiis explicat, duplici præcipue uia, scilicet per fabulam et exemplum: in quibus ipse considera, animam in hoc corpore omnem quidem esse mortuam, intemperantem præterea inferis deputari, irritum assiduoque labore miserabiliter agitatam, dum quodam perforato uase, id est deprauato fallacique iudicio continue machinatur perforatum quoque uas alterum, id est concupiscentiam inexplebilem fluentibus oblectamentis implere. Post hæc quia Callicles non solum uirtutem, sed etiam felicitatem in assidua libidinum expletione constituit, affirmatque idem esse uoluptatem atque ipsum bonum, dolorem quoque idem atque malum, idcirco Socrates id pluribus rationibus confutat. Prima constat uoluptatem non esse ipsum bonum, cum sepe et turpissima sit, et turpissimis hominibus adsit. Secunda bonum et malum utpote contraria in eodem simul esse non possunt. At uoluptas et dolor in eodem sunt simul, quando uidelicet quis sitiens bibit, tunc enim sitiendi molestia cum bibendi uoluptate concurrunt. Tertia bonum et malum sicuti cetera contraria solent, non simul abeunt ab eodem. Uoluptas autem dolorque tunc ab eodem simul abeunt, quando quis eodem in tempore dum bibit cessat simul et sitire pariter et delectari bibendo. Quarta, uniusquique presentia quidem boni sit bonus, mali uero presentia sit malus. At neque presente uoluptate boni sunt homines dissoluti, neque dolore prohi homines mali sunt. Quinimo cum sepe æque gaudeant, aut doleant boni atque mali, et aliquando magis mali gaudeant, et boni magis doleant, certe si uoluptas quidem bonum esset, dolor uero malum, sequeretur ut frequenter, iam boni quam mali pariter boni forent aut mali, ac nonnunquam boni magis mali quam ipsi mali, atque e conuerso. Inter hæc animaduerte præceptum Socratis obseruandum, scilicet non esse ad grauissimam festinandum nisi leniora prius sueris consequutus. Afferuntur deinde nonnulla ex quibus confirmare quis possit, uoluptatem non esse ipsum per se bonum, propterea quod multe reperiuntur uoluptates malæ, uoxie uidelicet et animo simul et corpori, nosque a rebus optimis diuertentes, quod si uoluptas ipsum per se bonum esset, nulla esset mala uoluptas, proinde distinguuntur iterum facultates, et quæ uelut artes ad bonum utileque certa ratione procedunt, et quæ tanquam adulationes, nulla ueri boni adhibita ratione uoluptatem solam aucupantur: quarum in numero poësim et musicam, communemque oratoriam collocat. Tu uero inter differendum hanc nota sententiam. Virtutem corporis sanitatemque in ordine quodam et ornatu consistere, similiterque in ordine ornatusque suo animi uirtutem atque sanitatem. Ex quo fit, ut quemadmodum uirtus corporis uitiumque non in opinione, sed in re ipsa uel naturæ consentanea uel opposita reperitur, sic uirtus uitiumque animi non ad humanam opinionem, sed ad naturæ legem diiudicatur. Conclude tandem, quantum naturaliter præstat corpus habere sanum quam ægotum, tantum præstare similiter temperatum quam intemperatum animum possidere. Præterea confirmatur in sequentibus sententia Pythagorica, omnibus in rebus esse optimam temperantiam. Quæ quidem prima omnium adolescentibus est tradenda, per quam præcedens pueritiae intemperantia corrigatur, totusque animus temperetur, quam mox sequi ceteras uirtutes existimat. Si quidem temperatus erga deum atque homines agit decencia, pius est iustusque et fortis. Deinde concluditur in sola uirtute felicitatem, in sola improbitate esse miseriam, omniaque humana ad uirtutem uelut ad signum certissime referenda. Præterea sicut ad beatitudinem necessaria uirtus est, sic et uitiorum castigationem punitionemque necessariam esse, quasi morborum animi medicinam. Denique intemperatum neque hominibus, neque deo, neque sibi met amicum esse posse. Ut autem naturalem temperantiæ excellentiam nobis ostendat, ex Pythagoræ Orphicorumque mente subiungit, uniuersum temperantiam atque etiam concordiam et iustitiam, quæ continentur in ipsa temperantia, contineri: ideoque quod et Pythagoras inquit, intemperantiam in omnibus tanquam perniciosissimam esse totis uiribus fugiendam. Quoniam uero ad hanc simul atque iustitiam æqualitas præcipue pertinet, æqualitatem in primis præcipit obseruari, quæ asserit in dijs, et hominibus ualere spirituum. Aequalitatem in quâ geometricam, per quam unicuique æqualis ita fit distributio, ut pro capacitate me-

ritisque

ritisque cuiusque æqualiter distribuatur, æqualiter inquam, id est, neque magis neque minus quam uel capacitas uel meritum exigere iudicetur. Aequalitas quidem geometrica in quadam cõgrua portione consistit. Arithmetica uero in numero utriusque pari. Neque uero eadem est illa. Sane excessus sex ad quattuor, itemque excessus quattuor ad duo, apud arithmetici numeros considerantur, est æqualis: per duo enim uterque perscitur. Verum apud geometricam portionis iudicem est inæqualis. Nã senarius numerus quaternarium proportionem sesquialtera superat, in qua maior numerus minor et semel continet totum, et in super eius dimidium. Quaternarius uero binarium proportionem superat dupla. Eiusmodi uero æqualitate quæ non numerantis more tantum potest uni tribuit quantum alteri, sed metientis ritu, neque magis neque minus quam cuique cõgruat tribuit unicuique, ait cuncta seruari. In hac etenim et iustitia dei in operibus suis, et hominis ad homines cõtinetur. Utrobique enim pro mensura capacitatis et meriti cuique distribuuntur. His dictis asserit theologica fundamenta morum firmissimis esse rationibus cõfirmata. præcipue peius esse iniuriã facere quam pati, omnium uero pessimum cum iniuriã seceris non dare penas, quibus quasi medica mentis ab omnium maximo iniustitie morbo animus liberetur. Nullum enim detrimentum maius cogitari posse quam quod animo infertur ad uitio, adeo ut quemadmodum homini cum omnino ægrotò corpore non expedit uiuere, ita neque cum animo uitio et ægro. Item non multifaciendam esse uitã in corpore, sed uirtutemque peiusque esse seipsum flagitiosis hominibus ob morum similitudinem præstare persimile, quam ab illis interfici. Inter hæc monet ne res ullas quarum ignari simus, tractandas aggrediamur, præsertim grauiiores, maxime publicas. Omnino uero oratoriam paruifacit, si nullam possit uel priuatum uel publice salutem asserere animo, sed corpori duntaxat rebusque ad ipsum pertinentibus consulat. Deridet et eos, qui cum diu Reipub. tenuerint gubernacula, semper quidem ciuitatem externis bonis auxerint, animos uero ciuium temperantiam et iustitiam formare neglexerint: quod quidem solum sit legitimum gubernatoris officium. Concluditque non modo non prodesse, sed obesse plurimum ciuitati gubernatores, qui fortuna potius quam animi bonis prospiciant. Præterea potentiam omnem sapientiamque uitri in eo consistere, ut animam a peccatis erga deum et homines conseruet intemeratam. Nam huius quidem uitæ iacturam leuissimam esse, æternæ uero salutis esse grauissimam. Ceterum ut quæ de futuris uel uirtutum premijs uel uitiorum supplicijs Plato affirmat, intelligas, scito Saturnum apud Platonem intelligi supernam intelligentiam, in qua sit uniuersalis omnium lex atque prouidentia circa omnium essentias et uitas ordinesque formarum. Huic autem subesse ordines, tres præcipuos numinum, in quibus Saturnia prouidentia in tria potissimum officia distribuuntur. Ex his quæ numina ad distribuendas essentias proprie subministrant, communi quodam Iouis nomine nuncupat. Quæ uero ad uitas suggerendas cõferunt, appellatione Neptuni. Quæ ad formarum ordines disponendas, nomine Plutonis appellat. Prometheum uero numinum gradum hic aliquanto inferiorem, qui formalem ordinem naturæ duntaxat rationali præsertim in hac uita distribuit. Denique tres Iouis filios, Asia, Europe, Africa indices, tria uultu intelligi numina ad id maxime ministra Iouis atque Plutonis, ut formalis ordo iustitie in separatis a corporibus animis expleatur. His autem animaduerte diuinam legem debiles uitiorum maculas certis temporibus puniendo diluere. Indelebiles uero poenis sempiternis affligere. Quod quidem transmigrationem animarum per corpora sempiternam improbare uidetur. Quod autem dicit quondam errauisse iudices in uiuentibus iudicandis, duo nobis significat. Primum quidem non diuinum, sed humanum circa uirtutes et uitia iudicium decipi. Secundum uero, diuinam prouidentiam in seipsa præuidisse iudicia fore falsa si ad uiuentibus in hoc corpore uiui iudicarentur. Ideoque non ex quodam tempore, ut uerba sonant, sed ab æterno iudicium post hanc uitam fieri statuisse. Interea memento animam uitiorum uirtutumque affectiones et habitus secum ferre. Denique Socratem hæc penitus affirmare, nihilque aliud expauescere, nisi eiusmodi anime detrimentum, iudicisque diuini conspectum. Propterea concludit in nullo certamine nobis acrius quam in hoc contendendum, ut putissimam iudici cuncta insipienti animam offerre possimus: ceteraque omnia quæ homines admirantur, esse penitus contemnenda, solaque ex omnibus honoranda, quæ ad salutem animæ conferant sempiternam.

GORGIAS PLATONIS VEL DE RHETORICA.

DIALOGI PERSONÆ.

CALLICLES. SOCRATES. CHAEREPHO. GORGIAS. POLVS.



IC AD bellum & pugnam cum itur o Socrates ferunt esse cunctandum. Occasio dialo
s o. Nunquid post festum ut dici solet, uenimus tardiores? CAL. Equidem
post festum mire iocundum. multa enim & præclara pauloante Gorgias no
bis exposuit. s o c. Tarditatis huius causa hic Chærepho o Callicles fuit:
qui trahere nos moram in foro coegit. CHAE. Nihil id quidem incommo
diò Socrates fuerit: remedium enim adhibeo, cum mihi amicus sit Gorgias, qui siue nunc
F siue

Occasio dialo
Prouerbiu
Post festu uel
nimis tardius

siue aliis mauiis, nobis eadem demonstrabit. C A L. Quid ò Charepho: num Socrates autem dire Gorgiam cupit? C H A E. Ob id ipsum certe aderamus. C A L. Quoniam igitur cumque uobis ad me liberit ingredi, licebit: apud me enim diuertit Gorgias, qui aperit quod cupitis & explicabit. S O. Bene loqueris Callicles. Sed num uellet in presentia nobiscum disserteret? Cupio enim ab ipso percontari, quae nam artis suae uis sit & potentia, quid uel ipse profiteatur ac doceat. Caeterarum uero rerum quae admodum dicis expositionem nobis aliis afferat. C A L. Haud molesta erit interrogatio Socrates, nam id quoque in sua demonstratione continebatur. Iussit ergo paulo ante omnes qui intus aderant, ut quam quisque uellet quaestio- nem induceret, se singulis responsurum promittens. S O. Rem certe praeclearam narras. Itaque Charepho interroga ipsum. C H A E. Quidnam interrogem? S O. Quisnam ipse sit? C H A E. Quo nam pacto dicis? S O. Veluti si artifex calceorum foret, responderet certe se coriarium esse, an quod dico nondum etiam intelligis? C H A E. Intelligo sane, & iam rogabo. Dic mihi ò Gorgia, num uere dicit Callicles te profiteri responsurum ad omnia, de quibus quilibet sciscitetur? G O R. Vere ait ò Charepho. Nempè modo id ipsum praedicabam, atque adeo nihil noui à me quoniam multis annis percontatum esse dico. C H A E. Haud igitur difficulter respondes Gorgia. G O R. Licet huius rei Charepho periculum facere. P O. Licet per Iouem, sed comodius in me si uelis ò Charepho. Nam Gorgias quidem iam in dicendo defessus mihi uidetur, ut qui multa paulo ante disseruit. C H A E. Quid tu Poles? Num accuratius te quam Gorgiam responsurum arbitraris? P O. Quidnam uerè respondeat interest, dum modo satis tibi fiat? C H A E. Nihil, quoniam uis responde. P O. Interroga. C H A E. Iam interrogo: si Gorgias eius artis peritus esset, quam frater eius Herodicus callet, quo ipsum nomine rectissime nuncuparemus? Nonne eodè quo illum? P O. Profusus. C H A E. Medicum ergo uocantes recte uocaremus? P O. Ita. C H A E. Si autem eam artem quam Aristopho filius Aglaophontis, aut frater eius, haberet perceptam, quem recte ipsum appellaremus? P O. Certe pictorem. C H A E. Nunc autem cum artis alicuius peritus sit Gorgias, quem ipsum recte uocabimus? P O. O Charepho multa quidem artes insunt hominibus, ex peritia perite adiuuentur. Peritia enim efficit ut uia nostra per artem incedat: im- peritia uero ut per fortunam temere circumuagetur. Illarum artium alij alias & alias aliter atque aliter consequuntur, optima uero optimi, quorum ex numero hic est Gorgias, arte pulcherrima praeditus. S O. Praecclare quidem ò Gorgia uidetur Polus ad dicendum instructus. Veruntamen quod promissit Charephonti, non praestat. G O R. Quid nam potissimum ò Socrates? S O C. Ad interrogationem quidem non satis respondisse mihi uidetur. G O R. At tu rursus si uoles ipsum rogato. S O C R. Quod sit uerè Gorgia responde re mihi non dedigneris, à te ipso libentius quam à Polo quaerem. Constat enim Polum per ea quae modo respondit, rhetoricam quam uocant, magis quam disserendi arti operam dedisse. P O. Quid ita ò Socrates? S O C. Quia cum interrogasset Charepho cuius artis peritus esset Gorgias, laudasti tu quidem ò Pole eius artem, quasi quis eam uituperasset: quae uero illa sit, non exposuisti. P O. Nonne pulcherrimam esse respondit? S O C. Profusus quidem, sed nemo qualis ea esset, quarebat: sed quanam, & quem oporteret Gorgiam uocari: quemadmodum prius quodammodo à Charephonte fueras instructus, ac pulchre breuiterque illi tu respondebas. Nunc ergo eadem ratione dicas, quanam ars, & quem Gorgiam simus appellaturi. Immo uero tu Gorgia nobis ostende quem nominari te deceat, & cuius artis peritum. G O R. Rhetoricam ò Socrates. S O C. Rhetorem ergo te appellare debemus? G O R. Et bonum quidem, si me quod iacto esse, ut ait Homerus, nominare uelis. S O C. Volo equidem. G O R. Nomina ergo. S O. An dicemus alios quoque te facere posse? G O R. Haec equidem non apud uos solum, uerum etiam apud omnes profiteor. S O. Sed nunquid uelles Gorgia quemadmodum incepimus disputationem peragere: partim quidem interrogando, partim etiam respondendo, prolixitate illam uerborum qua uti coepit Polus in aliud tempus referuans? Verum quod mihi promiseris obseruato, atque ad interrogata breuissime respondeo. G O R. Sunt quidem ò Socrates quaedam longioribus uerbis necessario exequenda, operam tamen dabo ut quam breuissime tibi respondeatur. Hoc ipsum namque ex his est quae profiteor, neminem copendiosius me rem eandem explicare posse. S O. Hac mihi Gorgia opus est breuitate; haecque mihi comonstres oro: copiam uero aliud in tempus differo. G O R. Faciam equidem ut neminem dicas unquam te audiuisse me

Ad quacumque interrogatio- nem se respon- suri professus est Gorgias

Peritiam ars, imperitiā fortuna sequitur

me breuiorem. S O. Age iam, rhetoricam artis te habere scientiam dicis, aliosque posse rhetoras facere: ipsa uero rhetorica circa aliquid uersatur, ueluti textoria circa uestium confectio- nem. Nonne? G O R. Ita. S O. Nonne & musica circa melodiae perfectionem? G O R. Sa- ne. S O C. Per Iouem ò Gorgia responsiones hae tuae mirifice me oblectant, quando eas quam breuissimis absoluis. G O R. Spero me tibi in hoc uoto satisfacturum tuo. S O C. Recte ais. Sed & de rhetorica similiter responde: quorumnam scientia sit. G O R. Sermonum. S O. Qualium ò Gorgia sermonum? Num eorum qui ostendunt qua uictus ratione agros rantes conualescere possint? G O R. Non. S O C. Non igitur circa sermones omnes uersatur rhetorica. G O R. Nequaquam. S O C. Veruntamen circa eos qui dicendi facultatem praestant. G O R. Proculdubio. S O. Nunquid rhetorica in quibus dicendi, in eisdem & intelli- gendi uim praebet? G O R. Quid nisi? S O C. Nonne medicina de qua modo dicebamus, efficit ut agrotantium curationem & intelligere, & disserere etiam de ea queamus? G O R. Necesse est. S O C. Et medicina igitur ut apparet circa sermones uersatur. G O R. Sic est. S O C. Eos uidelicet qui ad morbos pertinent. G O R. Maxime. S O C. Nonne & gymnastica cir- ca sermones est de bona malae corporum habitudine? G O R. Certe. S O. Atqui & alię artes ò Gorgia eadem ratione se habent. Quilibet enim earum uersatur circa sermones eos qui ea de re habentur in qua ipsa occupari solet. G O R. Apparet. S O C. Cur ergo artes alias non appellas rhetoricas, cum circa sermones sint? liquidem hanc ipsam quae sit circa sermones rhetoricam constituis. G O R. Quia caeterarum quidem artium scientia omnis ò Socrates circa manuarum opera actionesque huiusmodi, ut ita dixerim, uersatur. Rhetoricam uero nullum est opus eiusmodi, sed omnis actio eius atque potestas in dicendo consistit. Unde rhetoricam esse artem circa sermones arbitrator, idque recte dicere me affirmo. S O C. Intelligo quam uelis eam dicere, forte uero clarius comprehendam. Sed responde: sunt nobis artes, an non? G O R. Sunt. S O. Ex omnium numero artium alias esse arbitrator, que in opere plurimum uersantur, uerbis autem parum admodum indigent: alias uero quae nullis, sed etiam per silentium perfici possunt: quemadmodum ars pingendi, & statuarii & aliae multae. Ex talium numero negare uideris esse rhetoricam. G O R. Recte admodum Socrates accipis. S O. Alia praeterea artes sunt quae uerbis totum peragunt: operè uero aut nullo, ut ita dicam, aut certe per exiguo opus habent. Qualis est arithmetica, computatoria, geometria, & tesserarum talorumque ludus, & aliae multae artes: quarum quaedam uerba actionibus ferme adaequant: plurimae ipsae etiam superant, atque omnino omnis earum actio ac uis in eiusmodi uerbis consistit. Talem aliquam uideris mihi rhetoricam dicere. G O R. Et uere uideor. S O. Attamen harum nullam arbitrator te rhetoricam appellare, quam uis dixeris artem in dicendo uim habentem esse rhetoricam. Nam si quis cauillari uellet, sic argumentationem susciperet. Ergo arithmeticam rhetoricam nuncupas? Non opinor tamen te uel arithmeticam uel geometriam rhetoricam dicere. G O R. Vere putas Socrates, & recte quae dico capis. S O. Age nunc & tu responsionem quam petebam perfice: cum rhetorica sit ex earum numero artium quae ut plurimum uerbis utuntur, sint uero & aliae tales, conare nobis exprimere, quae nam ars & circa quid in dicendo uim praecipuam habeat rhetorica. Veluti si quis in artibus quas supra commemorabam, me interroget, quanam illarum diceretur arithmetica: responderem utique ueluti tu modo aiebas, eam esse earum ex artium numero, quae uerbis plurimum assequuntur. Ac si rursus percontaretur, circa quid uersatur, dicerem circa paris imparisque cognitionem, quot utraque sint. Quinetiam si requirat iterum, computatoriam uero artem quam appellem, respondebo hanc quoque inter eas artes connumerari, quae totum uerbis absoluunt negocium. Rur- sus si roget circa quid uersetur, respondebo eorum more qui decreta conseribunt in populo, uidelicet computatoriam per caetera quidem ab arithmetica nihil differre. Nempè circa idem utraque, par scilicet atque impar uersatur: sed in hoc dissimiles, quoniam compu- tatoria consideret par & impar, quam & ad se & inuicem quantitatis conficiant summam. Praeterea si quis me dicente astronomiam in earum artium genere collocari quae totum uerbis absoluunt, rursus percontaretur circa quid potissimum tendant astronomiae uer- ba: subiicerem circa astrorum motum solisque & lunae: qua inuicem ratione illorum se ha- beant cursus. G O R. Recte profecto ò Socrates responderes. S O. Age iam & tu ò Gorgia. Profecto rhetorica ex illis est artibus quae uerbo tractant omnia & perficiunt. Nonne?

Musica circa melodiae per- fectionem uer- satur
Prima definitio mala

G O R. Profecto s o. Dic ergo quid ex omnibus id sit potissimum, de quo hi sermones habentur, quibus utitur rhetorica. G O R. Maxima & optima rerum humanarum negotia. s o. Atqui & hoc quoque ambiguum est Gorgia, nec ullo modo clarum. Arbitror equidem te cantilenam illam quae circum in conuuijs canitur audiuisse, in qua cantores ita connumerant: Optimam rem esse omnium prosperam ualitudinem, Secundo egregiam formam, Tertio diuitias, ut ipsius poetae uerbis utar, nulla fraude quasitas. G O R. Audiui sane, sed quorsum haec s o. Quonia subito tibi rerum quae in ea cantilena laudantur artifices occurrerent, medicus uidelicet & paedotriues, & nummator, primusq; statim diceret medicus. Tertium habere re diuitias nullam fraudem quasitas. Decipite Gorgias o Socrates. Non enim ars eius ad maximum hominum bonum spectat sed mea. Vbi si ego ab eo quisnam sit ipse perquiram, diceret forte esse se medicum. Quid ais ergo? An tuae artis opus maximum est bonum? Quid ni? responderet: cum opus eiusmodi sanitas sit, nihil uero sanitate sit praestantius. Post haec forsitan paedotriues uehementer admiraretur num plus inesse boni in tua quam in ipsius arte comprobare possis. quem si ego rogarem: & tu quis es? quod tuum est opus? Paedotriues sum diceret: est autem meae professionis corpora hominum formosa robustaq; reddere. Deinde uero nummator, ceteros ut puto contemnens sic obijciat. Anima duerte Socrates an diuitijs excellentius ullum esse bonum existimes, uel apud Gorgiam uel apud alium quemlibet. eum ego in hunc modum rogarem. Tu ne ergo tanti boni es autor? Esse uero se affirmaret. Quisnam es ergo? nummator sum, quid uero? putas? ne summum hominibus bonum esse diuitias? Quid ni? putem? inquit. Ego uero ita subijciam. Hic tamen Gorgias contendit arte suam maioris boni causam esse quam tuam. Constat itaque eum post haec interrogaturum, Quidnam istud est bonum? demonstret ipsum Gorgias. Quamobrem age mi Gorgia, fingite & ab illis & a me sic esse interrogatum, atq; responde: quidnam est istud quod ipse maximum hominibus bonum esse censet, teq; autorem eius esse profiteris. G O R. Quod est o Socrates maximum reuera bonum, & causa ut & ipsi liberi sumus, & ceteris in nostra partem Repub. dominemur. s o c. Quid ergo istud esse dicis? G O R. Posse uerbis persuadere, & in iudicio iudicibus, & in consilio consulentibus, & in concione concionantibus, atq; in alia qualibet congregatione ciuili. Iam uero ob huiusmodi facultatem seruiet tibi medicus, seruiet paedotriues: quinetiam ipse nummator, non sibi sed alteri, id est tibi dicendi & uulgum persuadendi arte praedito, diuitias suas cumulauisse comperietur. s o c. Nunc mihi uideris quam artem iudicis esse rhetoricam proxime ostendisse. Ac si recte te capio, artem persuasionis effectricem ais esse rhetoricam, eiusq; omnem diligentiam & summam in hoc finiri? An quicquam amplius habes, quod de artis istius facultate referre possis, q̄ ut persuasionem audientium animis afferat. G O R. Nihil aliud habeo Socrates, sed abun de mihi defuisse uideris. Haec enim eius est summa. s o c. Audi o Gorgia: certum habetis, si quis alius cum alio disputet, uolens id ipsum nosse de quo disseritur, me quoque ut mihi met persuadeo, esse tale. Iudico autem merito te quoque ita affectum. G O R. Quorsum haec s o c. Dicam nunc: haud equidem satis aperte cognosco quae nam sit quibus ue de rebus illa quam dicis a rhetorica proficisci persuasio. Et quamuis suspicer quam & de quibus ipse dicere constitueris, nihilominus abs te requiram, quam dicas persuasionem & quibus de rebus a rhetorica fieri, sed & causam huius rei quae sit q̄uis iam ipse suspicer, nihilominus tamen a te petam, potius q̄ ipse exprimam: profecto non tui causa sed sermonis ipsius, quo ita procedat, ut maxime nobis id de quo agitur, explicet. Attende itaque num iuste rursus in terrogare te uidear, ueluti si percontatus essem, quisnam piciorum sit Zeus: tuq; respondi es animalia pingens: nonne iuste peterem, qualia potissimum animalia & quo pacto pingat? G O R. Iuste admodum. s o. Num propterea quia & alij sunt piciores, alia similiter animalia multa pingentes? G O R. Ob hoc ipsum. s o. Quod si alius nullus praeter Zeusim pingeret, recte undiq; respondi es. G O R. Quid ni? s o. Age iam & rhetorica dicas utrum sola haec uideatur persuadere, an aliae quoque artes. Eiusmodi uero quidpiam dico: quisquis aliquid docet: utrum quod docet idem etiam persuadeat nec ne? G O R. Persuadet profecto. s o. Rursus autem in eisde artibus quas paulo ante commemorabamus, ita consideremus. Arithmetica nonne quaecumq; ad numerum pertinet: docet: arithmeticusq; similiter? G O R. Proculdubio s o. Nonne & persuadet? G O R. Certe. s o. Ergo & arithmetica persuasionem efficit. G O R. Apparet. s o. Proinde si quis interrogauerit quam persuasionem, & circa quid efficiat, respon debimus

Optimum bene ualere
Secundum formosum esse
Tertium habere re diuitias nullam fraudem quasitas

Altera definitio Rhetorices mala

Translatio de sputationis

debimus, preceptoriam uidelicet circa par & impar, quot utraq; sint. Poterimus similiter ceteras quoque artes quas modo referrebamus, ostendere persuasionis effectricem esse & cuius & circa quid maxime, nonne? G O R. Ita. s o c. Quamobrem non sola rhetorica persuasionis est artifex. G O R. Vera narras, s o. Cum ergo non sola id faciat, sed & artes aliae, haud iniuria, quod de picore, si deinceps de rhetorica quoque percontaremur: qualis persuasionis, & circa quid effectricis sit rhetorica, percontaremur. nonne iusta tibi uideretur in terrogatio? G O R. Mihi quidem. s o c. Responde igitur o Gorgia, quando quidem tibi uideatur. G O R. Huius equidem o Socrates magistrum dico rhetoricam quae in iudicij coetibusq; alijs ut paulo ante dicebam, atq; de iustis & iniustis adducitur. s o. Atqui & ipse persuasionem hanc te dicere suspicabar, sed ne admiretis si deinceps tale aliquid te rursus in terrogauerim, quod quamuis uideatur esse perspicuum tamen repetam, nam ut dixi, non tui causa id requiro, sed ut disputatio suo quodam ordine peragatur: ne assuecamus subintelligendo ea inuicem quae forent discutienda praeripere? G O R. Et recte quidem facere mihi uideris. s o. Age uero & hoc consideremus, num uocas aliquid discere? G O R. Vocas, s o. Quid rursus aliquid credere? G O R. Et hoc. s o. An igitur discere idem quod credere esse putas, idemq; disciplinam atq; credulitatem, an aliud? G O R. Aliud equidem esse arbitror. s o c. Recte quidem putas. Hinc uero cognosces: si quis enim percontetur est ne credulitas quaedam falsa & quaedam uera, ut arbitror consentires. G O R. Certe. s o c. Quid uero scientia est uera & falsa? G O R. Nequaquam. s o c. Constat igitur non esse idem. G O R. Constat, s o c. Verum tamen & illis qui didicerunt, & illis qui crediderunt, iam est persuasum. G O R. Sic est. s o. Vis ne ergo duas persuasionis species esse ponamus, quarum altera quidem absq; scientia praestat fidem, altera uero scientiam? G O R. Prorsus. s o. Vtram uero persuasionem afferit rhetorica in iudicij alijsq; coetibus de iustis iniustisue rebus? Num ex qua homines absq; scientia credant, an ex qua sciant? G O R. Perspicuum est ex qua audientes ad fidem adducantur. s o. Itaque ut uideatur rhetorica persuasionis eius est artifex quae credulitatem potius q̄ doctrinam circa iustum uel iniustum praestat. G O R. Certe. s o c. Orator ergo non docet in iudicij alijsq; turbis iusta & iniusta, sed fidem dumtaxat inducit. Neq; enim posset turbam tantam res tam grandes tam breui tempore edocere. G O R. Non certe. s o c. Age iam quid de rhetorica dicendum sit, uideamus. Ego enim nondum satis quid dicturus sim intelligere possum, quando enim publice de medicorum electione tractabitur: aut de nauium aliarumue reru opificibus eligendis, tunc forte consulare ad oratorem non pertinebit. Patet enim in huiusmodi electionibus peritissimum quemq; eius artis eligendum esse, neq; rursus cum de construendis muris, uel portuum dispositione, uel nauium apparatu consultabitur: oratoris officium erit consulere, sed architecti. Quinetiam neq; cum de eligendo imperatore, aut de exercitu aduersus hostes instruendo, aut de occupandis locis deliberabit: sed ad duces exercitus consultatio pertinebit, ad oratores uero nequaquam. Quid ad haec dicis Gorgia? Nempe cum & rhetor esse profitearis, & alios posse rhetores facere, praestat nimirum ea quae tuae artis sunt a teipso sciscitari atq; accipere. Et me quidem nunc rem tuam agere putato. Forte enim inter eos qui intus sunt adest aliquis qui discipulus tuus esse cupiat: quales ego quosdam & quidem frequetes sentio: quos haec a te quaerere forte deterret pudor. A me ergo rogatus ab illis quoque hunc in modum interrogari existimato. Quidnam reportabimus si in tua nos tradiderimus disciplinam: quibus de rebus Reip. consuleri poterimus: nunquid de iusto solū & iniusto? an praeterea de his quae modo Socrates adducebat? Da operam ergo Gorgia ut his respondeas. G O R. Conabor equidem omnem tibi rhetoricam facultatem plantius explicare, ipse enim perbelle ad id nos deduxisti. Scis utiq; haec naualia & moenia Athenarum portusq; dispositionem partim Themistoclis, partim Periclis non opificum consilio esse constructa. s o. Ferunt haec o Gorgia de Themistocle. Periclem uero ipse audiui de muro medio construendo ciuitati persuadentem. G O R. Praeterea quoties de electionibus quas tu modo referebas deliberatur, uides oratores ipsos consulere eorūq; in his rebus praeferi sententias. s o. Haec equidem admirans adductum a te de rhetoricis potestate perquirō. Nam haec cogitanti mihi diuina quaedam potestatis eius magnitudo uideatur. G O R. O si cuncta eius artis perspecta essent tibi Socrates, cernas profecto hanc omnes, ut summam dicam, sub se uires ac facultates complecti, cuius quidem rei magnam tibi afferam argumentum. Saepē iam cum fratre meo alijsq; medicis ad aliquem agrotantium ingressus,

Persuasio duplex
Concluditur Rhetorica persuadere solum non docere

cū ille uel pharmacū nollet bibere, uel secā dū tūrendū se medico nō permitteret, neq; persuaderi posset a medico: ego persuasi non alia q̄ rhetoricā facultate. Quo magis assero, si quā urbē rhetor accesserit atq; medicus, certēq; inter eos uerbis in cōcione uel in alio quo uis coetu, uter sit pro medico eligendus, rhetor an medicus, fore ut medicus quidē nūq; q̄ appareat: eligatur autē si modo uelit, dicendū peritus. Eademq; ratione si aduersus alium quēuis artificē rhetor decertet, obtinebit ut ipse potius q̄ alius quicūq; tandē sit eligatur. Nihil enim est de quo nō maior cū persuasione rhetor q̄ quicūq; artificum uulgo loquatur. Potētia ergo artis huius tāta est atq; talis, decet tamē ita rhetorica uti quemadmodum & omni alia facultate certādi. Neq; enim is qui pugnis lacertis uel & armis ita pugnare didicit ut amicis & inimicis superior possit euadere, ob hoc aduersus oēs atq; certare debet, ut amicos etiā percutiat, pungat, occidat: nec etiā per Iouē si quis palæstra exercitatus pugil corporis robur acquirit, deinde parētes aut aliquē alium domesticorum & amicorum pulset: propterea pædotriuas & eos qui armis pugnare docēt, odio habere, & ex urbibus expellere decet. Illi enim hæc tradiderunt, ut hæc ubi didicissent, cōtra hostes & eos qui in ferrēt iniuriā uterētur, auertētes uidelicet non inferētēs. Nonnulli uero hæc peruertit ac robore arteq; abutuntur: sed nō propterea qui docuerunt improbi sunt iudicādi, neq; a culpa malaq; habēda, sed meo quidē iudicio qui sinistre utuntur: eadē quoq; de rhetorica ratio est. Potest enim aduersus omnes & qualibet de re orator dicere: adeo ut apud multitudinē facile admodū de re qualibet persuadēdo fiat superior. At uero si quispiā adeptus rhetoricā deinde iniuste parta facultate utatur, non est qui docuit odisse atq; urbe expellere decet: ut qui ad iustū usum tradiderit, hic uero in partem contrariā sit usus. Quapropter eum qui abutitur odisse, in exilium mittere et interimere etiā par est: præceptorem uero nequa q̄. s. o. Arbitror te Gorgia multis disputationibus interfuisse, idq; in eis tam cōpertum habere, eos uidelicet qui inter se disputāt, haud facile posse cum discrepare cōperint, sic abire ut rē ipsam definiētēs se inuicē solum doceāt atq; discāt: sed si de aliquo cōtendāt, neq; concedāt alter alteri, ut uel uere uel perspicue loquātur, excandescunt, & per inuidiā dictum putāt, certātes simul, nō autē quod erat propositū perquirentes. Nonnunq; uero tandē adeo turpiter discedunt cum iurgijs mutuisq; maledictis, ut etiā pœniteat pigeatq; auscultātes q̄ eiusmodi homines audiendos putauerint. Sed quorsum hæc dices, quoniā nō mihi uideris satis nunc cōsentanea & cōsona dicere his quæ prius de rhetorica protuleras. Vereor tamē arguere, ne me arbitreris nō tā rē declarāde, quā tui gratiā decertare. Quod si ex eorum numero es, e quorum sum ego, libenter abs te quæ institui perquirā, sin minus, dimittā. Verum si quorum ego ex numero sim quæras, respōdebo ex ijs qui libetē redargui patiuntur, si quid falsum ineptū uel dicāt, libetē etiā redarguūt, si quid ab alio minus uere dicatur, quibusq; nō minus reprehēdi q̄ reprehēdere gratum est. Tāto enim maius id esse bonum existimo, quanto maius bonum est maximo quodā liberari malo, q̄ alios liberasse. Nihil enim tā perniciosum hominibus arbitror q̄ opinionem falsam, in his uidelicet rebus de quibus præsens a nobis sermo est institutus. Itaq; si & te esse talē affirmas, age disputemus: sin uero dimittendum censēs, dimittamus iam, cōtūm q; soluamus. GOR. Dico profecto o Socrates me quoq; eiusmodi esse, qualē modo describeris: sed forte aliorum qui adsum, ratio est habenda. Iam dudum enim anteq; uos accedēretis, his multa narraui. Et nunc forte si disputare pergamus, mora longior protrahetur. Quāobrem cauēdum est ne hos dum aliud facere quidpiā instituunt, detineamus. CHÆ. Clamorē Gorgia et Socrates dissertationi huic interesse cupiētium auditis, mihi certe nullum negotium tanti sit ut disputationi huic a uobis instituta quid aliud antepōnā. C A L. Per Iouē o Chærepho ego quoq; cum multis disputationibus interfuerim, nescio an unq; eque ac nunc fuerim delectatus: ideoq; etiā si diē totam disputando contriuerint erit mihi pergratū. s. o. Atqui o Callicles quantū ad me attinet, nihil modo uelit Gorgias obstabit. GOR. Turpe quidē o Socrates deinceps mihi fuerit, si disputationē detrectē: præsertim cū ab initio iusserim oēs de quo quisq; uellet interrogare. Itaq; si placet præsentibus, disputa & quicquid libuerit percōtare. s. o. Audi tā o Gorgia quæ in tuis uerbis admiram. Forte enim cum tu recte dicas, ego secus accipio, ais rhetorem posse te, si quis a te discere uelit, efficere. GOR. Aio: equidem. s. o. Nō ut de omnibus in turba probabiliter dicere ualeat docēdo sed suadēdo. GOR. Ita prorsus. s. o. Addebas præterea rhetoricū de sanitate plus q̄ medicum persuadere.

Mos Socratis in disputatione

Malum maximum hominibus opinio falsa

persuadere. GOR. Dixi profecto, sed in turba. s. o. Idem est itaq; in turba, quod inter ignorantes: Nunq; enim apud eos qui sciunt, magis q̄ medicus de sanitate persuaderet. GOR. Vera narras. s. o. Nōne ergo si plus quam medicus persuadēdo ualebit, sciētia etiā præditum persuasionē superabit. GOR. Omnino. s. o. Ipse tamen non medicus. GOR. Nō. s. o. Ac si non medicus, ergo & infestis eorū quæ intelligit medicus. GOR. Proculdubio. s. o. Quare imperitus sciētē apud nescientes facilius persuadēbit, quādo rhetor medicū suadēdo excellit. ita ne sequit. GOR. In his certe ita sequitur. s. o. Nōne in cæteris quoq; artibus rhetor atq; rhetorica se habet similiter: ut ad rhetoris facultatem nihil attineat cuiusmodi res sit nosse, sed artē quandā sic ad persuadendū excogitare, ut apud imperitos magis scire quam ipsi rerū singularū artifices appareat. GOR. Nōne magna est hæc facultas: eos uel delicti qui alias nunquam artes attingerint, sed hanc solā, nihil in aliis cognitiōe esse inferiores. s. o. Vtrū orator ob hanc unā facultatē cæteros excellat uel superetur ipse, paulo post inquiremus, si quid cōducere disputationi uidebitur. Nūc autē hoc prius cōsideremus, an in iusto & iniusto, honesto & turpi, bono & malo, ita cōparatus sit orator, quē admodum in salubribus atq; alijs quæ ad alias artes attinēt cæteri: ut scilicet utrū bonū ne an malū sit quidpiā ignoret, pulchrūq; uel turpe, aut iustū uel iniustū: persuasionē uero quandā ita de rebus huiusmodi machinetur, ut ignorās ipse inter imperitos scire magis quam sciētēs uideatur: an forte necesse est hæc eū nosse, oportetq; hac facultate tā parta ad te proficisci qui sit futurus orator. Quod si huiusmodi rerū sciētia nō afferat secū, tu quidē præceptor rhetoricæ talia nō docebis: nō enim tui id est officij hæc ut doceas: efficies autē ut uulgo rerū esse eiusmodi uideatur peritus; cū nesciat: appareatq; bonus cū sit minime. An omnino rhetoricā docere non poteris, nisi prius horū ueritatē fuerit consequutus: aut quo se modo hæc habet Gorgia: precor per Iouē ut quemadmodum paulo ante cōpisti rhetoricæ nobis tādē potēstatē aperias. GOR. At em si forte quis ignoret, eum a me percipitur ea arbitror. s. o. Substite, recte enim dicis: si quē tu rhetorē feceris, oportet eum iusta iniustaq; scire uel anteq; ad te accedat, aut postea a te perdiscere. GOR. Omnino. s. o. Quid uero: qui ea quæ ad fabricā spectāt didicerit, nōne faber est. GOR. Est. s. o. Et qui musicā, musicus. GOR. Ita s. o. Et qui ea quæ ad medicinā pertinet, medicus. Atq; in cæteris eodē pacto: quisquis didicerit aliquid, talis euadit, qualē cuiusq; sciētia reddidit. GOR. Omnino. s. o. Nōne igitur per hæc rationē iustus erit quicūq; iusta didicerit. GOR. Maxime. s. o. Iustus autem iusta facit. GOR. Ita est. s. o. An nō ergo necesse est rhetorē esse iustum: iustum uero uelle iusta agere. GOR. Apparet. s. o. Nunq; ergo uolet iustus iniuriā facere. GOR. Nunq; s. o. Rhetoricum quidem necesse est ex præcedenti ratioe iustum esse. GOR. Necesse. s. o. Reminiscere te paulo ante dixisse, nō oportere pædotriuas criminari atq; expellere: si quis orator iniuste utatur rhetorica, nō illi qui docuerit esse accusandum & expellendum, sed iniusta agentē, neq; rhetorica recte utentē. Dicitane hæc sunt, an nō. GOR. Dicit. s. o. Nunc autē ipse orator nunquā uidetur facturus iniuriā. GOR. Nunquā. s. o. Atqui in superioribus dictū est, circa sermones uersari rhetoricā, nō de pari quidē & impari, sed de iusto atq; iniusto. GOR. Certe. s. o. Ego igitur cum tu hæc dices, rhetoricā nunq; esse rē iniustā existimaui: quæ semper de iustitia uerba faceret. Postquā uero paulo post dices, si orator iniuste rhetorica uteretur: statim admiratus, atq; ratus nō esse cōsentanea inter se quæ abs te dicebātur hunc protutū sermonem: ut si redargui nō inutile fore putares, ueluti ego puto: operæ pretium foret ut differeremus: sin minus, dimitteremus. Deinde uero re propius pēculata, ut te nō later, in confesso fuit, fieri nō posse ut rhetor rhetorica utatur iniuste, uelutq; iniuriā inferre. Ad hæc autē satis qua ratioe se habeāt discernēda: per canē Gorgia nō parua opus fuerit diligentia. P O. Etiamne autē sic de rhetorica statuis, ut nunc ais, an aliter: an magis putas Gorgia pudore quodā adductum cōcessisse tibi rhetorem iusta, honesta, & bona etiam nosse: tū si quis earum rerum imperitus ad ipsum accedat, eum se esse docturum: Ex qua forsitan concessione deinde contrarium aliquid in disputando sequutum est: Hoc tu quidem nimium studiosē captas o Socrates, dum interrogādo ad huiusmodi responsa perducis. Nā quem arbitraris negaturum fuisse tibi iusta se scire, aliosq; esse docturum: Verum magna rusticitas est ad hæc interrogando deducere. s. o. Ob hanc ipsam causam pulcherrime

mi Pole amicos nobis & filios cōparamus: ut si quando in senectute peccemus, iuniores uos praesentes uitā nostrā & uerbis & operibus corrigatis. Et nunc si quid me & Gorgiā in disputando sefellit, ipse praesens emenda. Sic enim debes, atq; ego lubens tibi permitto ut si quid eorum quae cōcessa sunt, non recte cōcessa putes, id tuo arbitratu permutes, dū modo mihi id unum deuities. P. O. Quid hoc? Socrates: s. o. Prolixitatem sermonis illam quam ab ipso disputationis initio inceptabas. P. O. Quid ita? nōne mihi quantum uoluerō loqui licebit? P. O. Graui nimitū iniuria afficereris o Pole, si profectus Athenas ubi totius Graeciae maxima est loquendi libertas, solus ipse hoc in loco potestatem loquendi pro arbitrio non haberes. At ē diuerso, uidelicet si te prolixo loquente neq; uolente ad interrogata respondere non liceret abire mihi, teq; audire nolle: nōne ego quoq; grauiā paterer, si non abire mihi, tuāq; orationi auscultare nolle permitteretur potestas? Verum si qua tibi disputationis huius est cura, eamq; corrigere uolēs, quēadmodum modo dicebam, retractans quod tibi retractandū uidetur, rogansq; uicissim atq; respondens, ut ego Gorgiasq; fecimus, redargue me, ac te redargui patiare. An autē te quoq; scire, quae & Gorgias se scire profitetur, affirmas? P. O. Dico equidem. s. o. Et iubes ut de quo quisq; uelit à te quaerat, tanq̄ ab homine qui respondere sciat? P. O. Certe. s. o. Nunc ergo alterutrum tuo arbitratu facias, uel quare uel responde. P. O. Faciam equidem, atq; mihi respōde o Socrates: quādo Gorgias circa rhetoricam tibi non satisfacit, tu ipsam quam esse dicis: s. o. Interrogas ne, quā artē esse putem? P. O. Id ipsum. s. o. Nullam o Pole, ut uera tibi loquar. P. O. Quid igitur tibi uidetur esse rhetorica: s. o. Res quam tu dicis fecisse artē in eo libro quē nuper legi. P. O. Quid nā dicis: s. o. Peritiā quandam. P. O. Peritiā ergo tibi uidetur esse rhetorica: s. o. Mihi quidem, nisi tu aliud dixeris. P. O. Cuius uidetur rei peritiā: s. o. Gratiam quandam uoluptatemq; pariēdi. P. O. Nōne igitur pulchrum quiddā existimas esse rhetoricā cum apud homines cōparare gratiā possit: s. o. Quid o Pole? audi uisti iam quid illā esse dicā, qui deinceps interrogas utrū pulchrā esse putēs? P. O. Nōne audiui te dicentem esse peritiā quā dās? s. o. Visne igitur quādo quidē gratiā magnificas, paulū quid mihi gratificari? P. O. Uolo. s. o. Interroga me nunc, quā artē esse coquinariā putem? P. O. Ecce interrogo: quānam ars coquinaria est: s. o. Nulla. P. O. At quid: s. o. Peritiā quandā esse dico. P. O. Quānam peritiā est: s. o. Gratia uoluptatēq; pariēdi. P. O. Idemne est coquinaria atq; rhetorica: s. o. Nullo pacto, sed eiusdē studij particula. P. O. Cuius studij: s. o. Vereor ut sit durius ueritatē dicere Gorgiē causa, ne forte me suū uituperare studium arbitretur. Ego enim utrū hęc rhetorica sit quā Gorgias exercet, nescio: nam ex hac disputatione nihil nobis patefactū est, quid tandem ipse putes. Sed quod ego appello rhetoricā, rei cuiusdā particula est nequaquam honesta. G. O. Cuiusnā Socrates? dic age, nihil mea causa ueritus. s. o. Vide mihi studium esse quoddam, non artificiosum quidem, sed sagacis animi aptiq; natura atq; potentis ad humanam consuetudinē sibi conciliandam. Appello autem summā caputq; eius adulationē. Huius autē studij multa uident mihi esse membra. Vnū quidē coquinaria, quae quibus esse ars uideatur, meo tamen iudicio nulla est, sed peritiā quaedā usu cōperta. Eiusdē rhetorica, fucatoria, sophistica. Has utiq; particulas quatuor ad res quatuor pertinere. Si ergo Polus quaerere uult, quaeratur. Nōdū em audiuit qualē adulationis particula rhetoricā esse dicā: nec animaduertit ad id me nondū respondisse. Itaq; interrogat utrum pulchram existimē, nec ne. Ego uero utrum pulchrum aliquid uel turpe rhetoricam esse rear, non prius respondebo, q̄ quid ipsa sit aperuerim. Non enim aliter respondere decet Pole. Quod si audire uoles, percontare qualem adulationis particula rhetoricam esse dicam. P. O. Quāro iam abs te, qualis particula: s. o. An me respondente perdisces? Est ut opinor rhetorica particula ciuilis simulacrum. P. O. Quid ergo? pulchrū ne, an turpe quiddam ais esse? s. o. Turpe: si quidē mala esse turpia dico, quādo quidem tibi, tanquā eorū quae iam dico nō ignaro, me respondere oportet. G. O. Per Iouē nō satis quae dicis intelligo. s. o. Nec iniuria quidē Gorgia, nondū enim satis expressi. Polus autē iste iuuenis est. G. O. At hūc mitte, mihi uero respōde quo pacto dicas rhetoricā ciuilis particula simulacrū esse. s. o. Conabor exprimere quid mihi uideat esse rhetorica. Sin uero aliter se habeat negotiū, Polus iste redarguat. Corpus appellas aliquid atq; animā: G. O. Quid nī: s. o. Horū uero nōne putas aliquā bonā habitudinē? G. O. Puto equidem. s. o. Praeterea habitudinē aliquam apparere bonā, cū minime sit.

Rhetorica ars nulla est
Rhetorica est peritiā gratiā quandam uoluptatēq; pariēdi.

Studij quoddam artificiosum describitur
Coquinaria, rhetorica, fucatoria, sophistica particulae sunt inartificiosae
Summa est adulationis particula rhetorica

Rhetorica particula ciuilis simulacrum

fit. Dico autem non nihil eiusmodi: multi corpus bene affectum habere uidentur: quorum malum ualeitudinem habitudinēq; haud facile quisquam praeter medicum, gymnasticūq; magistrūm deprehendat. G. O. R. Vera narras. s. o. Tale quiddam et in corpore et in anima esse dico, quod quidem facit ut & corpus & anima recte ualere uideantur, cum non bene se habeant. G. O. R. Ita est. s. o. Age uero si potero, clarius quod dixi explicabo. Cum res duae sint, artes esse geminas arbitror: & artem quidem ad animam pertinentem, ciuilem nuncupo: eam uero quae ad corpus, nomine uero nominare non possum: sed huius artis unius quoque curat corpus, duas pono particulas: alteram quidem gymnasticam, alteram medicinam. In ciuili uero nomotheticam, scilicet conditricem legum pono correspondentem gymnasticae: & iusticiam scilicet iudiciariam, medicinam quodammodo referentem. Communicant uero inuicem, utpotē quae circa idem sunt, medicina atq; gymnastica, turfusq; iudiciaria atq; legalis. Veruntamen inter se etiam differunt. Cum uero haec quatuor sint, semperq; quod optimum curent, haec quidem corpus, illa animam: facultas adulatoria id sentiens, non cognoscens quidem, sed coniectans, se quadrifariam diuidit, singulasq; subit particulas, simulans id se esse quod subijt: & optimi quidem nullam habet curam, sed semper eo quod dulcissimum est, quasi hamo incautum illaqueat mentem, & usque adeo decipit ut plurimū apud eam aestimanda uideatur. Medicinam quidem coquinaria subiens, simulat optimos se cibos corpori adhibere. Quamobrē si uel inter pueros, uel uiros admodum pueriles contendere oporteret coquum atq; medicum, uter eorū de bonis malis uel cibis plus intelligat, medicus quidem fame periret. Id ergo adulationē uoco, ac turpe o Pole quiddam existimio: Id enim aduersus te dico. Propterea q̄ absq; ulli optimi ratione uoluptatem aucupatur. Neque artem eam esse dico, sed peritiā quamdam: quoniam nullam eorum quae affert qualia sint natura habet rationem: quo fit ut nullius rei causam possit afferre: quare artem nō appello quae careat ratione. de quibus tamē si ambigis, rationem me tibi polliceor redditurum. Itaq; medicinam, ut dixi, coquinaria adulationi subit: Gymnasticam uero similiter fucatoria, res noxia, fallax, ingenerosa, illibera lis, figuris, coloribus, lineamentis, sensu quodam ita decipientis, ut propter extrinsecum suum cum propriam ueramq; formam quae fit per gymnasticam, negligamus. Caeterum ne sim prolixior, more geometrico dicam. sic enim forte iam assequeris. Profecto quod fucatrix ad gymnasticam, id ad medicinam est coquinaria: imō uero sic. Quod fucatrix ad gymnasticam, hoc sophistica ad legalem: rursumq; quod coquinaria ad medicinā, id rhetorica est ad iudiciariam. Veruntamen, ut dicebam, ita natura distinguuntur: ac etiam tanquam propinqua miscentur inuicem in eodem & circa eadem, sophistica uidelicet & rhetores: nec utilitatem respiciunt aliquam, quam uel pro seipsis uel pro alijs sequantur unquam. Nam si animus corpori non praeset, sed ipsum sibi: neq; ab eo perspiceretur discernere: turq; coquinaria & medicina, sed corpus ipsum gratia uoluptatēq; sua haec perpenderet, illud Anaxagore prorsus accideret amice Pole: horum enim habes peritiā: omnia uide licet in eodem indiscrēta commiscerentur, & quae ad medicinam pertinent & salutem, & quae ad coquinariam attinēt. Audi uisti iam quid ego rhetoricam esse dicam: rem uidelicet coquinariae respondentem, talemq; in anima, qualis illa est in corpore. Fortassis absurde feci qui tibi prolixitatem prohibens, sermonem ipse longum extenderim: ubi tamen uenia dignus sum: quia si breuius essem loquutus, minime percepiſſes, neque responsio tibi mea satisfecisset: sed expositione rursus indigniſſes. Si ergo nec ego te respondente assequi ualeo, tu quoque extende sermonem. Si ualeo, permitte me respōsione tua uel mea (sic enim æquum est) pro arbitrio uti. Et nunc quidem si quo pacto respōsione hac oportune uti potes, utere. P. O. Quid igitur ais: adulatio ne tibi uidetur esse rhetorica: s. o. Equidem adulationis particulam esse dixi. Non meministi Pole cum sis huius ætatis: quid forte posthac facies? P. O. An boni rhetores uidentur tibi quemadmodum adulator res in ciuitate contemni? s. o. Interrogationem hanc facis: an orationem aliquam exordiris? P. O. Interrogo equidem. s. o. Nulla existimatione mihi digni uidentur. P. O. Quo modo nulla: nōne plurimum in ciuitatibus possunt? s. o. Minime, si potentiam bonum aliquid esse dicis ei qui potest. P. O. Dico certe. s. o. Oratores ergo minimum omnium in rep. posse mihi uidentur. P. O. Quid ais: Nōne quemadmodum tyranni occidunt quem uolunt, & expoliant patrimonio, pelluntq; ex urbe: s. o. Per canem in singulis quae dicis ambigo.

Quod caret rōe nō est ars
Ars omnis est ratione
Adulationes subeunt artes
Coquinaria fucatoria
Sophistica
Rhetorica
Medicina
Gymnastica
Legalis
Iudiciaria

ambigo utrum sententiam explices tuam, an quæras meam. P O. Quæro equidem tuam, s O. Esto amice; deinde duo simul à me quæris. P O. Quonam pacto duo? s O. Nonne dicebas modo oratores occidere tyrannorum more quoscunq; uelint, & fortunæ bonis expositas, atq; etiam in exilium eijcere? P O. Equidem. s O. Dico itaq; tibi, has duas interrogaciones esse, respondeoq; ad utraq;. Assero equidem tam rhetores quàm tyrannos minimam in ciuitatibus obtinere potentiam: quemadmodum paulo ante dicebam. Nihil enim, ut ita dixerim, facere ex his quæ uolunt, facere tamen quod sibi opinantibus optimum uideatur. P O. Nonne hæc magna potentia? s O. Certe, ut ait Polus. P O. An ego non dico? Dico equidem certe. s O. C. Per Iouem non dicis, quandoquidem magnam potentiam dixisti ei qui potest, esse bonum. P O. Id quidem dico. s O. Bonum ne igitur esse ais, si quis ea fecerit quæ sibi optima uideantur mente capto, atq; id magnam dicis esse potentiam? P O. Non certe. s O. Nonne igitur ostendendum tibi est, oratores habere mentem, atq; rhetoricam non adulationem quidem esse, sed artem, quo me conuincas? **A**lio, quin nisi id ostendens me arguas, oratores & tyranni facientes quicquid faciendum sibi uideatur in ciuitate, nullum propterea bonum consequentur. Siquidem potentiam habere, ut ipse ais, est bonum: Facere uero quicquid uideatur absq; mente, ipsemet confiteris esse malum. Nonne ita? P O. Ita certe. s O. Quonam igitur pacto oratores uel tyranni magna in repub. possunt, nisi Socrates conuincit à Polo, illos quæ uolunt facere, fateatur? P O. En uir. s O. Nego eos facere quæ uolunt, tu uero me redargue. P O. An non paulo ante cõfitebaris, quæ sibi bona uidentur, eos facere? s O. Et nunc rursus cõfiteor. P O. An non ergo faciunt quæ uolunt? s O. Non ut arbitror. P O. Faciunt tamen quæ sibi uidentur? s O. Concedo. P O. Molestia ô Socrates & incredibilia dicis. s O. Ne me accuses pulchre Pole, ut appellem te secundum te. Verum siquid habes quod inquiras, errorem meum redargue: sin minus, ipse responde. P O. Sed respondere malo, ut quid dicas intelligam. s O. Vtrum ergo tibi uidentur homines id uelle quod ubiq; agunt: an potius illud cuius gratia agunt, ueluti qui pharmaca à medicis accepta bibant, utrum tibi id uidentur ipsum uelle quod faciunt, uidelicet pharmacum bibere, & asperitatem eius perferre: an sanitatem potius cuius gratia bibunt? P O. Manifestum est eos fieri sanos uelle, cuius gratia potionem sumunt. s O. Nonne & qui nauigant, aut aliud negocium lucri causa obeunt, non id uolunt quod faciunt? quis enim nauigare, subire pericula, molestias habere uelit? sed illud uolunt, ut arbitror, cuius gratia nauigant: diuitias scilicet, harum enim gratia nauigant. P O. Maxime. s O. An non in omnibus quoq; similiter, quicquid alicuius agit gratia, non id uult quod agit, sed illud cuius gratia agit? P O. Ita uidetur. s O. An est ex omnibus aliquid, quod non aut bonum sit aut malum, aut horum medium, neq; bonum scilicet neq; malum? P O. Nihil omnino. s O. Nonne bonum quidem dicis sapientiam, sanitatem, diuitias, aliaq; generis eiusdem? Mala uero horum contraria? P O. Equidem. s O. Quæ uero neq; bona sunt, neq; mala, talia quædam dicis, quæ quandoq; boni, quandoq; mali participia sunt, quandoq; neutri: ueluti sedere, ire, currere, nauigare. Rursus ueluti lapides, ligna, cæteraq; similia. Nonne talia quædam esse dicis: quæ neq; bona appelles, neq; mala? P O. Talia certe. s O. Vtrum igitur media hæc bonorum agunt gratia, quoties agunt? an bona gratia mediorem? P O. Media bonorum gratia. s O. Ergo sequentes bonum, uadimus, præstare id existimantes: & uicissim quiescimus quandoquicquid quiescimus, ob id ipsum bonum. Nonne ita? P O. Ita prorsus. s O. Præterea si quos occidimus, eiusdem gratia occidimus: similiterq; expellimus, atq; rapimus, putantes præstare ut talia à nobis fiant. P O. Proculdubio. s O. Quamobrem boni gratia hæc faciunt omnia quæcunq; faciunt. P O. Assentior. s O. An non inter nos conuenit, non quæ alicuius gratia agimus, uel le, sed illud cuius gratia agimus? P O. Maxime. s O. Itaq; non iugulare simpliciter omninoq; uolumus, neq; expellere, neq; pecunias rapere: uerum si conducant hæc, facere uolumus: si noceant, nolimus. Bona enim uolumus, ut ipse ais. Quæ uero neq; bona, neq; mala sunt, non proprie uolumus, neq; mala. Videor ne tibi Pole uera loquitur an nō: Quid non respondes? P O. Vera. s O. C. Quamobrem sibi in his consentimus, si quis quempiam interfecerit, uel urbe eiecerit, uel priuauerit patrimonio, siue tyrannus ille sit, siue orator, putans id melius sibi fore, cum tamen sit peius, is utique faciet quæ sibi uidentur, nonne? P O. Certe. s O. Nunquid etiam quæ uult, siquidem hæc sint mala: quid non respondes? P O.

Quisquis alicuius gratia agit: non id uult quod agit, sed illud cuius gratia agit
Negatiua distinctiua ponitur: ut queratur de aliquo quod fortens sit in distina.

P O. Non uidetur mihi quæ uult facere. s O. C. Quanam igitur ratione uis talis magna habet in repub. potestatem: siquidem magna potestas bonum quiddam est, ut ipse etiã confiteris. P O. Nullo pacto. s O. Vera ergo dicebam, fieri posse ut sit qui in ciuitate quæ sibi uidentur efficiat, neq; tamen magnam potentiam habeat, neq; quæ uelit, agat. P O. Quasi uero tu non optes licentiã habere faciendi quicquid tibi uideatur in ciuitate potius quam non habere, neq; affectes talis esse quales nonnullos uides, uel interficientes, uel expoliantes, uel conscientes in uincula quoscunq; & quandoquicquid sibi uideatur. s O. Iuste ne dicis an iniuste? P O. Quomodoquicquid id fiat, nonne utrunq; optandum? s O. Bona uerba quæso ô Pole. P O. Quid ita? s O. Quoniam non decet uel uitam minime optabilem expotare uel miseram, immo potius misereri. P O. Quid uero? Itã ne se habere eos de quibus loquor, existimas? s O. Quid ni? P O. Quicunq; igitur perimit quemcunq; opinatur iuste necandum, infelix tibi miserabilisq; uidetur? s O. Non mihi quidem, neq; tamen conditio eius optanda. P O. An non paulo ante miserum dicebas esse? s O. Amice dicebam equidem, sed iniuste occidentem, eundemq; insuper miserabilem. Eius uero qui iuste interficit, conditionem non esse optandam. P O. An non qui iniuste occiditur, miserabilis est, atq; infelix? s O. Minus quam uel interfectior, uel is qui iuste necatur. P O. Quid ita ô Socrates? s O. Quoniam inferre iniuriam malorum omnium maximum est. P O. Quoniam pacto id maximum? Nonne peius est iniuriam pati? s O. C. Minime. P O. Ipse igitur malus ne pati iniuriam quam inferre. s O. Equidem neutrum uellem. At si necesse foret, aut facere iniuriam, aut pati, accipere iniuriam quam inferre malum. P O. Non ergo tyrannidem eligeres. s O. Non, si tyrannidem similiter atq; ego definis. P O. Ego uero id esse dico tyrannidem quod paulo ante, uidelicet licentiã in ciuitate habere quicquid uideatur perpetrandi, siue interficere quempiam siue expellere libeat, cæteraq; omnia pro libidine facere. s O. Sed ô beate quæ dicam accipe. Si enim ego in foro ac frequenti hominum multitudine assumpto sub ala pugione apud te gloriarer me potentiam tyrannidemq; mirabilem nuper esse nactum: nam siue aliquis istorum hominum, quos cernis, mihi uideatur occidendus, subito perimetur, siue alicuius frangendum caput, repente frangetur, siue discindenda uestis, subito discindetur, tantum ego in hac ciuitate possum: proinde tibi minus id credenti ostenderem pugionem, forte eo conspecto tu sic obijceres: At isto ô Socrates modo omnes magnam haberent potentiam, siquidem & quaslibet domos incendere, & Atheniensium naualia, & triremes, cunctaq; nauigia, ac summam tam publicam quam priuata quicunq; possidet. Verum hæc non est magna potestas quicquid tibi quomodocunq; uideatur facere, an tibi uideatur? P O. Certe non hoc pacto potentiam approbo. s O. Potes ne dicere quam ob causam eiusmodi non approbes potestatem? P O. Possum equidem. s O. Cur ergo? dic iam. P O. Quoniam necesse est eum qui ista perpetraverit, pœnam luere. s O. Pœnam uero dare, nonne malum? P O. Omnino. s O. Nonne igitur ô uir mirabilis magnam rursus potentiam iudicas, si modo qui agit quæcunq; sibi uidentur, assequitur ut utiliter agat, atq; ita bonum consequitur, idq; est magna posse? Contra uero, malum id est, paruãq; potentia? Verum id quoq; consideremus, dicimus ne aliãs præstare ea facere quæ modo dicebamus, uidelicet interficere, expellere, spoliare, aliãs autem minime? P O. Sic omnino. s O. Hoc iam mihi, ut uidetur, tibiq; conuenit. s O. Vtrum igitur & quo pacto dicis ipse melius esse hæc facere? dic age quem terminum statuas. P O. Tu uero ô Socrates id definias. s O. Ego igitur si à me audire mauis dicam, uidelicet cum quis hæc iuste facit, melius esse: quando uero iniuste, peius. P O. Quasi uero arduum sit te refellere, cum id puer etiam quicunq; possit. s O. Magnam illi puero habeo gratiam, tibi quoq; non minorem, si me refutando ab errore eiusmodi liberaueris. Te igitur oro ne tibi molestum sit beneficium hoc in amicum conferre, sed iam refelle. P O. Atqui ô Socrates nihil opus est antiquis exemplis ad te confutandum. Siquidem recentibus atq; adeo hesternis manifeste plerosq; iniustos esse felices comprobari possit. s O. Quanam ista? P O. Archelaum Perdicæ filium Macedoniæ imperare uides? s O. Et si non uiderem, saltem audio. P O. Felix ne igitur tibi an infelix uidetur. s O. Nescio equidem Pole. nunquam enim illi sum conuersatus. P O. Quid autem? si eius consuetudinem habuisses, iam cognosceres: Aliunde uero felicitatem eius non deprehendis. s O. Nō per Iouem. P O. Constat igitur ô Socrates similiter te dicturum ignorare utrũ magnus Perfarum

Inferre iniuriam maximum malorum

*Inustus uir & bonus felix
Inustus turpis & miser
Archelaus ex ancilla Alcetae oritur est.*

rex sit felix. s o. Et uera quidem dicam, ignoro enim quo pacto uel eruditione uel iustitia sit instructus. p o. Nunquid in hoc tota beatitudo consistit? s o. Certe meo iudicio. aspero enim honestum bonumque uirum & mulierem esse felicem; iniustum uero & turpem, esse miserum. p o. Miser ergo iuxta tuum sermonem esse Archelaus. s o. Nimirum, si iniustus p o. At uero quoniam pacto negari id potest? Is enim ex ancilla Alcetae Perdicae fratris natus est; ideoque Macedoniae regnum quod nunc possidet, ad eum minime pertinebat; sed ipso iure Alcetae seruus erat; eoque si iusta agere uoluisset, ipsi Alcetae seruisset; atque eo pacto ex ratione tua esset felix. Nunc uero quam mirabiliter ad miseriam tandem redactus est postquam maximas intulit iniurias. Is enim primo huc ipsum dominum patruumque suum Alcetae accersitum ad se quasi regnum quod Perdicae abstulerat, redditurus, conuiuio uinoque grauatum ipsumque & filium eius Alexandrum patrualem aequalemque suum coniectos in plaustrum nocteque asportatos trucidauit atque deiecit. Nec tamen his perpetratam suam agnouit miseriam, nec id fecisse poenituit; sed paulopost fratrem suum legitimum Perdicae filium, puerum annorum septem, ad quem pertinebat regnum, noluit ut felix uiueret, iuste alere, atque ipsi regnum tradere, sed in puteum praecipitem dedit atque suffocauit. Cleopatrae uero eius matri nunciavit puerum dum persequeretur auferem, cecidisse in puteum, mortemque obiisse. His ergo tam magnis iniurijs perpetratis Macedoni omnium miserissimus est, an potius felicissimus? Num est ullus Atheniensium ut a te exordiamur Socrates, qui malit alius quisquam Macedonum esse quam Archelaus? s o. Et ab ipso disputationis exordio Pole te tanquam bene instructum ad orandum laudauit, artem uero differendi dixi te neglexisse. At nunc, haec ne illa ratio est, per quam quibus etiam puer, ut ipse dicebas, me refellat? Atque ego abs te ut ipse iudicas hac in praesentia ratio ne conuictus sum, qui dixerim iniuriantem beatum esse non posse? Vnde uero haec bone uir? atqui nihil tibi horum quae tu dicis assentior. p o. Neque enim assentiri libet quanquam tibi uera uideantur. s o. O beate, oratorum more conuincere me contendis, quemadmodum in iudicio fieri solet, ubi alij alios tum conuincere se opinantur, cum pro sua causa multos celebresque adducant testes; aduersarius uero, aut nullum aut unum aliquem producat, cum eiusmodi probatio nullius ad ueritatem sit momenti. Saep enim ob fallorum testium multitudinem, atque eorum etiam qui alicuius rei & precij esse uidentur, quis iniuste opprimatur; atqui in praesentia si de his quae dicis uelis contra me testes producere, omnes ferme & Athenienses & peregrini tecum sentient, me uero afferre falsa tibi attestabuntur: siue Niciam accersas Nicerati filium fratresque eius secum, quorum sunt in Dionysio tripodas ordine quodam dispositi, siue Aristocratem Scellij filium, cuius in Pythio munus extat pulcherrimum, seu totam Periclis domum, seu aliam quamlibet Atheniensium familiam uelis in testimonium aduocare. At ego unus tibi non assentior: non enim me rationibus cogis, sed falsis testibus contra me productis ex ipsa ueritatis substantia deicere me moliris. Ego uero nisi te ipsum testem unum adduxero mihi assentientem, nihil existimatione dignum in his quae tractamus perfecisse me arbitror. Nihil etiam te profecturum puto nisi ego unius solusque tibi consentiam, tuque dimissa aliorum testium multitudine id ipsum efficias. Est igitur ut dixi unus iste arguendi modus quemadmodum tu alijque multi putatis, est & alter quem ego puto. Eos igitur inuicem comparantes utrum & quo pacto inter se discrepent, diligenter consideremus. Non enim de rebus paruis instituta nobis est disquisitio; sed de his quas & scire pulcherrimum est, & nescire turpissimum. Caput enim & summa eorum quae perquirimus, est uel cognoscere uel ignorare quis beatus sit, quis miser. Principio quidem in his quae perquirimus, tu fieri posse existimas, ut qui iniuriam facit, iniustusque est, sit beatus. si quidem Archelaum esse quidem iniustum confiteris, sed beatum. nunquid ita te opinari existimare debemus? p o. Omnino. s o. Ego uero id fieri non posse dico. Vnde igitur hoc est de quo ambigimus. Esto igitur, iniustus autem erit ne felix, si poenas iniustitiae dederit? p o. Minime quidem, immo miserissimus. s o. At uero si iniustus poenas effugerit, ut ipse ais, beatus erit. p o. Aio equidem. s o. Secundum uero sententiam meam o Pole, qui iniuriatur iniustusque est, omnino est ante alios miser: miserior autem si iniuriarum poenas nunquam lauat: minus uero miser si lauat, suppliciumque iustum dijs hominibusque reportet. p o. Quam absurda dicere audes. s o. Dabo equidem operam amice ut ipse quoque mecum sentias: amicum enim esse te mihi puto. nunc ergo ea de quibus dissentimus, eiusmodi sunt.

attende

Locus à testimoniis & rationibus

attende uero & tu, Dixi equidem in superioribus iniuriam inferre peius esse quam pati. p o. Ita dixisti. s o c. Tu uero contra, pati peius esse quam facere. p o. Proculdubio. s o c. Praeterea eos qui iniuriam faciunt, ego miseros appellabam; atque a te redargutus sum. p o. Ita te loquem. s o c. Tuo quidem iudicio. p o. Ac forte uero. s o c. Tu uero iniuriantes tunc felices esse dicebas, cum poenas minime darent. p o. Et maxime quidem. s o c. Ego uero istos esse dico miserissimos: eos autem qui puniantur, minus miseros esse. Vis ne id quoque refelleret? p o. At istud difficilius altero ad redarguendum. s o. Haud difficile istud, imò impossibile iudicare debes, quod enim uerum est, refelli nunquam potest. p o. Quid ais? Siquis tyrannidem per iniuriam moliri deprehensus fuerit, captusque torqueatur, excar nificeturque, eique inuratur oculi, aliisque multis, uarijs, grauibus poenis afficiatur: uideat praeterea liberos & uxorem pati eadem, & tandem in crucem agatur, aut pice adhibita comburatur: an haec qui patietur felix erit, uel potius si euadat, tyrannidemque assequutus arbitratu uiuat suo; adeo ut uitae suae status exoptandus felixque a ciuibus & peregrinis extiteretur? Haec ne dicis confutari non posse? s o c. Perterrefacis me nunc rursus genosif Pole: non autem refellis; paulo uero ante attestabar is. Veruntamen redige mihi parum per in memoriam, an iniusta capessere tyrannidem dixeris? p o. Equidem. s o c. Neuter eorum felicior unquam erit: neque qui tyrannidem iniuste adeptus fuerit: neque qui deprehensus poenas dederit. Nempe e duobus miseris neuter altero felicior est dicendus: miserior tamen qui potius tyrannide supplicium deuitauerit. Quid ridetis? alia rursus haec refellendi species est, cum quis aliquid dicat deridere, non autem arguere. p o. At non putas refelli o Socrates, cum talia dicas, qualia nullus unquam mortalium diceret? Quare ab istorum aliquo. s o c. O Pole equidem non sum ex his qui in republica uersantur. Et superioribus annis cum tribus mea praerogatiua haberet, ac forte oporteret me coputare suffragia, & ad consilium referre, concitauit risum quia facere id nesciui. Noli ergo iubere, ut ad consilium praesentium referam. Caeterum nisi meliorem arguendi uiam habes, quem admodum modo dicebam: uicissim mihi concede, atque experire qualem ego redargutionem esse arbitror oportere. Eorum enim quae dico unum producere testem scio, illum ipsum qui cum mihi sermo est institutus: multitudinem autem missam facio: & unius sententiam rogo, multitudini uero ne uerbum quidem facio. Vide igitur utrum mihi uicissim arguendi locum uelis concedere, tuque ad quaesitum respondere. Arbitror equidem & me & te & alios homines existimare: peius esse facere iniuriam quam accipere, ac poenas effugere quam subire. p o. Ego autem neque me neque alium prorsus ullum: quandoquidem tu solus iniuriam perpeti malles quam inferri. s o c. Imò uero & tu & caeteri omnes. p o. Permultum abest: imò nec ego, nec tu, nec alius quisquam. s o c. Vis ne responderet? p o. Volo equidem: cupio enim quid tandem dicturus sis intelligere. s o c. Responde itaque mihi, ut intel ligas, tanquam si a principio interrogem. Vtrum putas deterius esse facere ne iniuriam, an perpeti? p o. Perpeti. s o c. Vtrum uero turpius: responde quaeso. p o. Inuiam facere. s o c. Nonne & peius si turpius? p o. Minime. s o c. Intellego iam. Nempe non putas ut sit facere iniuriam an pati Pulchra sunt quaecumque aut utilitate, aut uoluptate, aut utriusque afferunt

Peius esse iniuriam inferre quam pati

In senatu rursus comouit Socrates, & referre compuratum suffragium nesciret

Propositum disputandum utrum deterius sit facere iniuriam an pati

Pulchra sunt quaecumque aut utilitate, aut uoluptate, aut utriusque afferunt

G est

est, uel dolore, uel detrimento excedens est turpius. An non necesse est? P. O. Ita. s. o. Age itaq; quomodo paulo ante de inferenda accipiendaq; iniuria dicebatur: an non dicebas pati iniuriam esse deterius: facere uero turpius? P. O. Dicebam euidem. s. o. c. Si ergo facere turpius est quam pati: aut molestum quidem est, ac molestia superans turpius est, aut detrimento, aut utriusq; nonne id etiā necessarium? P. O. Quid nī? s. o. c. Primo quidē consideremus an molestia superet: doleantq; magis qui inferunt, q̄ qui patiuntur iniuriam. P. O. Nullo pacto. s. o. c. Quare non excedit dolore. P. O. Non apparet. s. o. Si non dolore, nec etiā ambobus. P. O. Non uidetur. s. o. c. Ergo altero. P. O. Altero. s. o. c. Malo igitur atque detrimento. P. O. Apparet. s. o. c. Quamobrem iniuriam facere excedens detrimento deterius erit quam pati. P. O. Manifestum est. s. o. c. Nonne & a multis hominibus & abs te supra concedebatur turpius esse inferre iniuriā quam accipere? P. O. Ita. s. o. c. Nunc etiā apparuit esse deterius? P. O. Apparuit. s. o. c. Eligās ne tu magis id quod deterius turpeq; est quam id quod minus? Ne pigeat respondere. Pole: nihil enim obfuerit: sed te rationi tanquam medico committas ingenuetateq; respondendo aut concede quae dico, aut nega. P. O. Nunquam o Socrates istud eligerem. s. o. c. Alium uero quenquam id recepturū putas? P. O. Mihi quidem per hanc rationem non uidetur. s. o. c. Quamobrem uera dicebam: neq; me, neq; te, neq; alium quenquam recepturum facere iniuriam magis quam pati. utpote quod sit deterius. P. O. Apparet. s. o. c. Vides ergo Pole facta argumentorum comparatione ea inter se maxime discrepare. Nam tibi quidem alij praeter me omnes assentiunt, iurimihī uero solus ipse sufficiens assentiendo atq; testificando, cuius solius suffragium sententiamq; rogauī, ceteros uero dimitto. Atq; id quidem sic habeto. Post hęc autē quod secundo loco inter nos dubitabatur iam consideremus: utrum iniuriarū poenas dare maximum sit malorum, ut ipse putabas, an maius non dare quae mea erant sententia. Consideremus autē hoc pacto. Dare poenas iniuriarum, atq; iuste puniri, num idem appellas? P. O. Idem. s. o. c. An potes negare iusta omnia quatenus iusta sunt, esse pulchra? Et uide ut respondeas prouide. P. O. Mihi quidē aequae ac tibi uidetur. s. o. c. Id quoq; animaduerte, an si quis agat quippiam, necesse sit esse aliquid patiens aut ipso agente. P. O. Videtur. s. o. c. An ergo & hoc pati oportet quod agens agit: & tale insuper quale agit ipsū? Ceu si quis pulset, necesse est aliquid inde pulsari? P. O. Necesse. s. o. c. Atq; si uehementer, aut uelociter pulset, similiter pulsari pulsatum? P. O. Similiter. s. o. c. Talis ergo passio inest pulsato qualem efficit pulsans? P. O. Omnino. s. o. c. Et si quid comburat quis, oportet aliquid inde comburi? P. O. Oportet. s. o. c. At si uehementer exurat, & ut ita dixerim, acerbo cum dolore, similiter & uri quod uritur, quemadmodum urit urens? P. O. Prorsus. s. o. c. Similiter si quis fecat? Secatur enim aliquid. P. O. Ita. s. o. c. Ac si lata uel profunda, dolorosa sit sectio, tali necesse est quod secatur sectione secari quali sector ipse secat? P. O. Videtur. s. o. c. Considera uero summam an quod modo dicebam in cunctis consistere: uidelicet quale aliquid agens agit, tale quiddam pati patiens. P. O. Consiteor. s. o. c. His ergo concessis responde, num poenas dare sit pati aliquid aut agere. P. O. Pati. s. o. c. Nonne & a quodam agente? P. O. Constat, ab ipso uidelicet puniente. s. o. c. Qui autem recte punit, nonne iuste punit? P. O. Iuste. s. o. c. Iusta faciens, nec ne? P. O. Iusta. s. o. c. Ergo qui punitur, dum iniustitia dat poenas, iusta patitur? P. O. Apparet. s. o. Iusta uero dictū est esse pulchra. P. O. Prorsus. s. o. c. Horum igitur alter quidem pulchra facit: alter uero scilicet punitur pulchra patitur. P. O. Sic est. s. o. c. Quod si pulchra, etiā bona. Nam uel iocunda illa sunt uel utilia. P. O. Necesse est. s. o. c. Bona ergo patitur quisquis iuste punitur. P. O. Videtur. s. o. c. Id ergo sibi prodest. P. O. Confert. s. o. c. An non ut quo pacto iudico explicet, meliōre reportat animū si quidem iuste punitur? P. O. Consentaneum est. s. o. c. Ergo qui luit poenas, a prauitate animae liberatur. P. O. Certe. s. o. c. Ita q; maximo liberatur malo. Eodē autē pacto considerat in pecuniarū collectione aliud ne hominis malum uideas q̄ paupertate? P. O. Hanc ipsam. s. o. c. In corpore aut malum dices imbecillitatem, morbum, deformitatē, ceteraq; eiusmodi? P. O. Eiquidē. s. o. c. Nonne & in anima malū aliquid esse censet? P. O. Quid nī? s. o. c. Id uero nonne uocas iniustitiam, inscitiam, timiditatem: & alia generis eiusdem? P. O. Maxime. s. o. c. Cum igitur haec tria sint, pecunia, corpus, anima: tria horū esse dixisti mala: paupertatem, morbum, iniustitiam. P. O. Certe. s. o. c. Horum uero malorū quodnam turpissimū? Nonne iniustitia? & ut summam dicā: anima uitium? P. O. Maxime. s. o. c. Quod si uitium

Utrum sit maximum malorum inferentem iniurias poenas dare an non dare

Quale aliquid agens agit, tale quiddam pati patiens

si uitium animi turpissimum est: ergo & pessimum. P. O. Qua ratione hoc ais o Socrates? s. o. c. Hac utiq; semper quod turpissimum est, uel quia dolorem, uel quia detrimento inferit maximum, uel quia facit utraq; turpissimum est: quemadmodum ex his quae in superioribus concessa sunt apparet. P. O. Sane. s. o. c. Turpissimum uero esse iniustitiam & omne animi uitium nonne nobis concedebatur? P. O. Certe. s. o. c. Quare aut quia molestissimum est & molestia superans, iccirco horum turpissimum est: aut quia detrimento affert, aut propter utrumque. P. O. Sic oportet. s. o. c. Nunquid molestius est iniustum esse, immoderatū, ignauum, imperitū, quam paupertate morboq; premi. P. O. Non certe quantum ex his conicitur. s. o. c. Quoniam igitur incredibili quadam mirabilisq; magnitudine detrimenti atq; mali uitium animae caetero superat mala, iccirco omnium est turpissimum: quando quidem non dolore excedit, ut ipse ais. P. O. Sic apparet. s. o. c. Iam uero quod maximo excedit damno, maximum omnium est malorum. P. O. Ita est. s. o. c. Quamobrem iniustitia, immoderantia, caeteraq; improbitas animae, malum est omnium maximum. P. O. Videtur. s. o. c. Quanam ars a paupertate nos liberat? Nonne quaestuaria? P. O. Haec ipsa. s. o. c. Quae uero a morbo: an non medicina? P. O. Haec sane. s. o. c. At quanam a prauitate & iniustitia? Sin minus id tibi succurrit, ita considera: quoniam, & ad quos potissimum ducimus morbis corporeis laborantes? P. O. Ad medicos Socrates. s. o. c. Quobrem autem iniuriantes atq; dissolutos? P. O. Ad iudices. s. o. c. Ut uidelicet puniantur. P. O. Assentior. s. o. c. Nonne qui recte puniunt iustitia quadam freti puniunt? P. O. Proculdubio. s. o. c. Quaestuaria ergo pellit paupertatem: Medicina uero abigit morbos: Iudiciaria deniq; immoderantiam & iniustitiam amouet. P. O. Sic apparet. s. o. c. Quid ergo horum est pulcherrimum? P. O. Quorum dicitis? s. o. c. Quaestuariae, medicinae, iudiciariae. P. O. Multo inter has excellit iudiciaria Socrates. s. o. c. Ergo uel uoluptatem affert plurimā uel utilitatem uel utrumq; si quidem pulcherrima est. P. O. Sic habet. s. o. c. An ergo curari a medico delectabile est? & inter manus medici oblectantur, dum curantur infirmi? P. O. Non apparet. s. o. c. Conducit tamen. nonne? P. O. Confert. s. o. c. Quoniam uidelicet magno liberatur malo. Quapropter utile est tolerare dolorē, ut sanus euadas. P. O. Proculdubio. s. o. c. An ergo felicissimum quantum ad corpus attinet, is fuerit qui per medicinā curatus conualescat: uel potius qui a principio non aegrotauerit? P. O. Certe qui non aegrotarit. s. o. c. Nempe non in hoc consistere uidetur felicitas ut liberemur a malis: sed ut ab ipso initio simus incolumes. P. O. Ita est. s. o. c. Caeterū si duo male uel corpore uel animo affecti sint, uter horum miserior: num qui curatus liberatur a malo, an qui minime? P. O. Qui nō curatur. s. o. c. Nonne in iudicio puniri, a maximo quodā malo, id est a prauitate liberatio erit? P. O. Erat certe. s. o. c. Quippe cū poena iusta moderetur iustioresq; efficiat tanquā medicina quaedam improbitatis. P. O. Ita est. s. o. c. Felicissimus ergo qui non habet animi uitium, quando quidē id maximum apparuit esse malum. P. O. Absq; dubio. s. o. c. Deinde autē qui a malo euasit: liberatur. P. O. Apparet. s. o. c. Hic uero est qui correptus perterritusq; poenas dedit. P. O. Is ipse. s. o. c. Pessime ergo uiuit qui iniustus est nec ab iniustitia soluitur. P. O. Apparet. s. o. c. Nonne hic est qui maximis perpetratis iniurijs maximaq; usus uolentia, effecerit ut neq; corripiatur, neq; puniatur, neq; persoluat poenas: quemadmodum effecisse dicit Archelaū, aliosq; tyrannos & oratores atq; potentes? P. O. Apparet. s. o. c. Ferme enim eiusmodi homines uir optime perinde faciunt, ac si quis morbo correptus grauissimo de operā ne uitiorū quae in corpore sunt, sub medico poenas reportet neq; curet: puerorū more uisionē atque sectionē, tanquā rem molestā formidans. Nonne & tibi quoque ita uidetur? P. O. Mihi quidem. s. o. c. Quoniam uidelicet quantifit sanitas corporisq; uirtus ignorant. Videtur autē per ea quae modo concessimus, tale quiddā facere o Pole illi qui iudicij fugiunt: ad dolorē quidē eius aspiciere: ad utilitatē uero caeci esse: atque ignorare quanto miserius sit animo esse non sano sed fracto, iniusto, impio, quam agrū corpus circumferre. itaque dant operā ne iudicium subeant, ne uel maximo soluantur malo. Ea q; de causa pecunias cumulant, comparant amicos, eloquentia studēt. At etiā si uera inter nos sumus confessi, sentis quae ex hac disputatione tandem sequantur: Ea ne uis ut singula ordine colligamus? P. O. Ut libet. s. o. c. Nonne constitit maximum esse malum iniustitia atque iniuria? P. O. Videtur. s. o. c. Preterea mali huius solutionē esse poenas lueri? P. O. Apparuit. s. o. c. Eas uero effugere mali perseverantiam? P. O. Certe. s. o. c. Igitur inter mala magnitudine

tudine secundum obtinet locum inferre iniuriam. Efficere autem ne iniuriarum subeat poena, omnium natura maximum est; primumque malorum. P. O. Videtur. S. O. C. Hoc est igitur o amice de quo ambigebamus. Tu quidem Archelaum esse felicem affirmabas: qui cum maximas perpetravit iniurias, nullas tamen pendit poenas. Ego autem sentiebam diuersum: uidelicet siue Archelaus siue alius quisquam mortalium iniuriarum supplicia non ferat: eum uel praecipue esse miserum: ac semper eum qui intulit eo qui sustinet iniuriam, esse miseriorem. Denique illum qui non luat poenas, illo qui luat. An non haec erant, quae a me dicebantur? P. O. Haec ipsa. S. O. C. Nonne demonstratum est uere haec dicta fuisse? P. O. Apparet. S. O. C. Age igitur Pole, si uera haec esse constat, quidnam opus est rhetorica? Nempe ex superioribus sequitur oportere diligentissime obseruare nos ipsos primum quidem necui iniuriam inferamus, tanquam satis mali ob hoc ipsum habituros. nonne ita habet? P. O. Ita certe. S. O. C. Deinde uero siue per nos, siue per alium quempiam nobis charum inferatur iniuria, sponte nostra iudici nos puniendos, tanquam medico festinanter offerre: ne antiquatus iniuriae morbus, sic inficiat animum, ut insanabilem reddat. Quoniam alio pacto dicemus o Pole si maneant priora illa inter nos concessa: Nonne haec ita illis necessarijs consonant, nec secus habere possunt? P. O. Quid igitur porro dicere possumus? S. O. C. Ad defendendum igitur aut excusandum iniustitiam nostram, uel parentum, uel amicorum, aut filiorum, aut patriae iniuriantis nihil utilitatis nobis confert rhetorica. Nisi quis iudicet contra oportere rhetorica uti, ad accusandum uidelicet: primo quidem nos ipsos, deinde domesticos familiaresque & alios: si quis eorum qui nobis chari sunt, iniurias perperauerit: ne lateant eorum crimina, sed producatur: unde poenas illi perfoluant sanique euadant. Praeterea ad compellendum se ipsum & alios ne torpeat neue expauescant: sed forti animo & quasi conuiuentibus oculis iudicij tanquam medico secandos uendosque se tradant, bonum ipsum honestumque sequentes dolore contempto. Itaque si uerbis digna commiserint, uerberandos sese tradant: si uinculis, uinciendos: si multa, multandos: si exitio, expellendos: si nece, necandos. Qua quidem in re unusquisque suij ipsius sit suorumque accusator: atque ad hoc oratoria facultate utatur, ut patefactis iniurijs a maximo iniustitiae malo soluantur. Ita ne Pole an aliter dicimus? P. O. Absurda quidem ista Socrates mihi uidentur. Veruntamen tibi forte superioribus consonant. S. O. Nunquid aut superiora illa conuelli, aut haec sequentia concedi necesse est? P. O. Ita se res habet. S. O. C. Contra uero reputando, si alicubi malefacere oportet siue inimico, siue alij cuiuspiam: id duntaxat cauendum est, ne ipse ab aduersario iniuriam patiatur: ac si alij iniuriam fecerit inimicus, omnistudio prouidendum est & uerbis & operibus ne luat poenas, neue trahatur ad iudicem: ne rum ad eum si rapiatur, forte annitendum ut inimicus euadat nec sumatur de ipso supplicium. Immo si aurum multum abstulerit, id ut ne restituat, sed possidens ipse in se, atque suos iniuste, impieque profundat: sin morte digna commiserit, ne moriatur unquam si fieri potest, sed immortalis sit malus. Sin autem minus id fieri potest, saltem ut in ea prauitate plurimum temporis uiuat. Ad haec & huiusmodi mihi uidetur Pole conferre rhetorica. Illi uero qui non sit illaturus iniuriam, haud magno esse conuolumento uidetur: si modo ullum in ea est uel comodum uel utilitas. Nam in his quae superius dicta sunt, nihil eius modi prorsus apparebat. C. A. L. Dic mihi Chærephon, serio ne haec loquitur Socrates, an iocatur? C. H. A. Mihi quidem uidetur Callicles mirum in modum loqui serio. haud tamen importunum fuerit ab ipso requirere. C. A. L. Cupio per deos scire Socrates utrum te nunc serio loqui an iocari existimare debeamus. Nam si seria haec sunt & uera quae dicis: peruersa proculdubio nobis est uita, atque omnia contra quam decet agimus. S. O. C. O Callicles nisi nobis inesset affectus, & si alij quidem alius, tamen in plerisque communis, sed aliquis & nobis propriae quaedam singularemque praeter ceteros haberet affectionem: haud quaquam facile foret, quod in se quisque sentiret, alij explicare. Quorsum haec? Nempe animaduertito idem quoque nobis accidere: cumque duo simus duo quaedam amare. Nam ego Alcibiadem & Cliniam, ac philosophiam amo: tu uero populum Atheniensem & Pyrsilampum. Sentio itaque si in concione tibi quamuis prudenti populus contradixerit, te consueuisse mutare sententiam, atque ea dicere quae illi placere intelligas: nec ullo modo posse uoluntati eius obistere. Quamobrem si quis illa quae tu gratia populi dicis admiratus absurda esse obiecerit, respondebis forsitan, modo uera fateri uelis, nisi is quem tu amas populus

mutet

mutet sententiam, nec unquam te mutaturum. Idem tibi forte contingat erga priuatum quendam, si quem uehementer ames. Arbitrari igitur talia a me quaedam te audire, nec talia me dicere admireris, sed da operam ut philosophia quam amo haec uelle desinat. Dicit enim illa o dulcis amice semper quae a me audis. Et si familiarium quidam alius mihi loquitur aliter, philosophia tamen semper eadem. Dicit autem quae tu nunc admiraris: modo enim praesens audisti. Aut ergo illam, quod nuper dicebam, redarguet atque ostende iniuriam facere nec dare poenas, non extremum esse malorum. Aut si hoc stare sinis, praedico tibi o Callicles per canem Aegyptiorum deum, nunquam te Callicli confensurum, sed in omni uita repugnaturum. Atque ego o uir optime praestare iudico, ut lyra mihi discordet & dissonet, chorusque quem ducam, ac multi praeterea homines contradicant, quam ut ego unus mihi met dissonem atque repugnem. C. A. L. O Socrates uidetur haec uia iuuenilis quaedam in disputando iactantia, ac reuera uulgaris quidam appares concionator. & nunc quidem in his quoque concionatorem agis: cum idem Polo eueniret, quod euenisse Gorgiae paulo ante erga te accusabat. Nam Gorgiae quodam in loco a te interrogatum, si pergeret ad ipsum aliquis rhetoricam percepturus, sed iustis ignarus, an illum doceret: rubore adductum inquit Polus affirmauisse illum se esse docturum: idque ob ipsos hominum mores, qui grauius ferrent, si quis talia non concederet. Ob huiusmodi deinde concessionem coactum esse Gorgiae sibi met contradicere, tibi que id mirifice gratum esse. Quare te quidem iuste tunc meo iudicio irrisit, quod huiusmodi ineptias sequeris. Nunc uero rursum Polo eadem contigerunt: quem in hoc minime probo, quod tibi concesserit, iniuriam turpius esse facere quam pati: ob eam enim concessionem impeditus a te, quae cogitauerat, explicare non potuit. Tu uero reuera o Socrates in scrupulos concionalesque difficultates audientes adducis, dum ueritatem sequi te profiteris. Affers utique in medium quae natura quidem pulchra non sunt, sed lege. Plerumque uero accidit ut contraria sint inter se lex atque natura: si quis igitur rubore suffusus, non audeat quae sint exprimere, contraria sibi met fateri compellitur. Tu uero id astutius animaduertens, insidiaris in uerbis. Si quis enim secundum legem loquatur, tu deinceps secundum naturam interrogas. Si uero secundum naturam ille, ipse secundum legem: quemadmodum de inferenda, uel sustinenda iniuria modo fecisti. Cum enim Polus secundum legem inferre turpius esse diceret, ipse legem esse perfectus. Natura enim quicquid peius est, idem & turpius quale est iniuriam pati, lege uero inferre. Non enim uiri est iniurias pati, sed mancipij cuiusdam, cui mortuum esse quam uiuere praestet: quod quidem contumeliosis iniurijsque affectum neque sibi neque suis potest optulari. Verum, ut ego arbitror, qui leges condunt imbecilliores sunt plerique. Itaque utilitati consulentes suae, leges constituunt, praeterea laudes uituperationesque disponunt, metu potentiorum adducti, nequa in re excedere eos possint. Itaque uiunt turpe iniustumque esse alijs plus habere, idque definiunt iniuriam facere: plus uidelicet quam alij ut habeas quaerere. Satis enim sibi factum putant, si cum inferiores sint, aequam habeant portionem. Ob hanc igitur rationem lege quidem id iniustum turpeque dicitur, quaerere ut plus quam ceteri possideas. atque hanc uulgo iniuriam nominant. Natura uero ipsa, ueluti puto, demonstrat aequum esse, ut praestantiores potentioresque omnia ceteris habeant superiora. Ostendit uero multis haec modis, tum in ceteris animantibus, tum in cunctis ciuitatibus atque gentibus, apud quas iustum esse censetur, ut potentior inferiori dominetur, plusque possideat. Nam quo iure Xerxes aduersus Graecos duxit exercitum, uel pater eius contra Scythas, aut innumerabiles alij, quos refert quis possit? Sed hi, ut arbitror, iuxta naturam iuris ipsius, ac per Iouem ipsius naturae legem haec agunt: non tamen fortasse iuxta leges has a nobis conditas, per quas praestantissimae ac ualidissimae indolis adulescentes ab incunabilis tanquam leones uincientes quasi quibusdam magicis carminibus fascinamus, seruiliumque in modum subiicimus: dicentes aequitatem esse seruandam, idque pulchrum iustumque esse. At si quis praestantis naturae uir insurgat, ac literas, facinationes, incantationesque huiusmodi uestras pessundans atque discindens, legesque omnes quae deficiunt a natura subuertens, ceteris dominetur, in eo iam naturae ipsius ius effulgeret. Videtur autem mihi Pindarus haec eadem in quodam cantu ostendere: ubi legem aequitatem omnium esse reginam mortalium atque immortalium: eamque ius agere uiolenter praepotentem

G. 3 manu

Vult hic Socrates, ut amicos iniuriae ac censemus, atque iudici detegamus

manu. Idēq; coniectare se dicit ex rebus gestis ab Hercule: qui, & si carmen ipsum haud satis memoriter teneo, memini tamen ipsum dicere: Herculem neq; emptos, neq; donatos Geryonis boues abegisse: utpote naturali ipso iure dictate, & boues, & cetera omnia que ab hominibus possidentur, illius qui prestantior sit, atq; ualentior esse debere. Veritas igitur ita se habet. idēq; plane cognoscas, si ad maiora te iam dimissa philosophandi cura conderate in adolescentiaq; attingat. Sin autem supra modum tempus in ea contriuerit, homini nū est corruptela. Quamlibet enim quis bono à natura sit ingenio præditus, tamen si diutius per ætatem iam prouectam philosophetur, necessario omnium rerum imperitus euadit: quarum omnino clarum, bonum, excellentem uirum habere peritiam oportet. nam & legum ciuiliū; & uerborum quibus in consuetudine cœtūq; hominum tam publice quàm priuatim uti decet, uoluptatum præterea cupiditatumq; humanarum, & ut breuiter comprehendam, mortum prorsus sunt ignari. Quocirca quoties ad aliquam rem gerendam, uel publicam, uel priuatam sese conferant, habentur ridiculi, quemadmodum & ciuiles uiri si in uestras exercitationes disputationesq; descendat. Euenit enim illud Euripidis, qua in re clarus quisq; est, ad eam properat: & diei partem illi plurimam impartit, ut ipse se superet. Vbi uero inferior sit inde fugit, illudq; uituperat: aliud uero laudat, quodam sui ipsius beneuolentia existimans seipsum ita laudare. Verum præstare arbitror amborum participem fieri. philosophiæ quidem quatenus disciplinæ gratia deceat. nec turpe quidem est adolescenti philosophari. sed cum grandior natu philosophiæ adhuc incumbit, res est Socrates ualde ridicula. Equidem similiter affectus sum erga eos qui philosophiæ dant operam, atq; illos qui balbutiunt ac ludunt. Quoties enim aspicio puellum cui decorum adhuc est loqui ita balbutientem ludentemq; delectior: festiuumq; & liberale mihi uidetur, puerilemque decere ætatem. Quoties uero puellum audio uerba expeditius exprimentem, molestum quiddam mihi oboritur, auresq; offendit meas: atq; seruile quippiam præ se ferre uidetur. Cæterum cum uirum quis, uel audit balbutientem, uel uidet ludentem, ridiculum id quidem, à uiroq; alienum, ac dignum plagis apparet. Idem igitur erga philosophantes mihi euenit. In adolescente enim philosophiam dum cerno ualde delectior, decensq; iudico, atq; ingenium esse hominem hunc existimo: eum uero qui non philosophetur, illiberalem, nec unquam præclarum aliquid ac generosum de seipso præstiturum. Sed quando grandior natu philosophantem animaduerto, neque dum studia eiusmodi deferentem: uerberibus iam hunc uirum Socrates indigere cenfeo. Quippe quod, quemadmodum modo dicebam, huic accidat homini, ut etiam si ingenuæ indolis sit, tamen seruilis euadat. fugit enim mediā ciuitatem forensesq; consuetudines, in quibus poeta inquit uitros fieri præstantissimos: absconditq; sese cum tribus uel quatuor pueris, & in angulis susurrando uitam ducit, nihil unquam liberale aut magnificum prolaturus. Erga te autem Socrates bene amice affectus sum. Itaque idem mihi erga te quod & Zetho erga Amphionem apud Euripidem, cuius modo mentionem feci, accidit. talia enim nunc mihi quædam aduersus te dicere uenit in mentem: qualia aduersus fratrem ille dicit. Profecto ea Socrates negligis quæ curæ esse tibi conueniebat, atq; adeo generosæ mentis præstantiam specie quadam puerili conformas, utpote qui nec in iudicijs consultationibusq; si uisus poscat uerba recte facere, neq; conueniens quicquam probabilēq; eligere, nec alijs prompte consulere possis. Quare amice Socrates ne mihi succenseas. Bene uolentia enim erga te mea ad hæc proferenda nunc me adducit. Nonne turpe ducis sic comparatum te esse, quemadmodum arbitror & te & alios omnes qui philosophiam diutius persequuntur. Nempe sit te nunc quis aut alium è cœtu uestro quempiam cōprehendat inq; carcerem trahat, atq; te iniuriam quam uis nullam inferas, inferre tamen accuset: certe quid ageres, nō haberes: sed uacillares oscitaresq; defensionis tuæ prorsus ignarus: proinde adductus in iudicium uel ab ignauo abiectoq; accusatore ultimo supplicio si modo illi placeret, afficereris. Iam uero quomodo id ad sapientiam spectat o Socrates: si qua ars ingenuæ mentis nacta uirum, reddit deteriore: adeo ut nec ipse sibi opem ferre ualeat: nec ex grauissimis periculis se, aut alium quenquam seruare, sed inimicorum raptorumq; exponat iniurijs ingloriū in ciuitate degentem? Iam uero eiusmodi uirum & si dicū sit

agrestius

agrestius, licet super genam impune pulsare. Quamobrem bone uir me audi, ac iam inuans uerari argutijs desine: decora rerum gerendarum exerce officia, atque ea ex quibus sapere uidearis: ista uero arguta, siue deliramenta appellari oportet siue nugas, uel de uacua habitanda tibi domus sunt, alijs relinque. deniq; imitare non eos qui hæc exiguâ captant, sed eos quibus uictus & gloria, & alia bona adfunt complurima. s o c. Si aurea mihi o Callicles anima foret, nonne arbitraris me libenter reperturum aliquem ex his lapidibus, per quos probari aurum solet optimum, ad quem animam admoens mecum si ab ipso quali recte educata approbaretur, certo scire me satis habere, nec probatione ulterius alia indigere? C A L. Quorsum hæc o Socrates? s o c R. Dicam equidem. Nempe arbitror cum te nactus fuerim, me iam pretiosum hunc lapidem esse nactum. C A L. Quam ob causam? s o c R. Quoniam certo scio ea quæ tu mecum senseris in his quæ meus animus opinatur, fore proculdubio uera. Cenfeo nanque in eo qui alicuius probaturus sit animam, utrum illa quidem recte instituta sit nec ne, tria potissimum requiri, quæ in te sunt omnia: scientiam primo: deinde opinionem, prudentis scilicet atque beneuoli: tertio audaciam. Nam multos equidem reperio qui me propterea recto examine probare non possunt, quod sapientes non sunt, quemadmodum tu esse uideris. Alij uero sapientes quidem sunt, sed ueritatem mihi dicere nolunt, ex eo quod mei curam non gerunt, ut tu geris. Peregrini uero isti, Gorgias & Polus, sapientes quidem sunt, meq; diligunt: uerum deest eis audacia, uerenturque ultra quàm oporteat. Quod quidem cuiusnam dubium esse possit? Quippe cum eo usque processerint uerrecundia, ut utriusque ob ipsam uerecundiam in præsentia multorum hominum ausi fuerint sibi ipsis de rebus maximis contradicere. Quibus omnibus cum alij careant, ipse habes. Principio es abunde liberaliter institutus: quod multi si opus sit confirmarent Athenienses, mihi que beneuolus, quod qua coniectura intelligam tibi dicam. Noui equidem Callicles quatuor uos in sapientiæ studio socios; te scilicet & Thylandrum Andronem, & Andronem Androtionis, Nausicydemque Cholargeum: atque cum alio uicisse sententiam audiu: non esse ad exactam philosophiæ diligentiam contendendum, sed cauendum ne ultra quàm deceat sapientes facti clam uos ipsos deprauaretis. Cum igitur audio idem te mihi dare cōsiliū, quod amicissimis tuis, abunde magnum argumen- tum est ueræ amoris erga me tui. Postremo quod non desit audacia, nec te pudor impedi- at, & tu ipse affirmas, & oratio quam paulo ante hic habuisti, testatur. Cum hæc igitur ita se habeant, siquid tu mihi in disputando concesseris, satis iam nobis probatum erit: neque oportebit ad examen aliud id referre: alioquin tu nunquam id mihi concessisses, uel sapientiæ defectu, uel uerecundia adductus, uel decipiendi causa. Amicus enim mihi es, ut ipse ais. Reuera igitur mea tuæq; confessio finem iam ueritatis habebit. Harum uero consideratio rerum in quibus me ipse corripuisti, omnium Callicles pulcherrima est: qualem esse uirum deceat: quidq; & quousq; tam in iuuentute quàm in senectute exercere conueniat. Ego uero siquid in uita mea minus recte ago, certum habeto me non sponte mea sed inscitia potius aberrare. quamobrem tu quemadmodum admonere cœpisti, perge queso, planeq; mihi demonstra quidnam sit istud, et qua uia consequi ualeam quod mihi quærendum arbitraris. Quod si me cōsentientem tibi nunc habebis, postea uero quæ assensus fuerim minus præstare deprehendas, socordem omnino ignauumq; me putato, neque ulterius in me admonendo quasi omnino perditō operam perdas. Resume uero mihi ab initio, quemadmodum tu & Pindarus dicebatis iustum id esse natura, potentiorum per uim auferre ea quæ imbecilliorum sunt, & dominari meliorem deteriori; plusq; habere cum qui præstantior sit, quàm qui abieciōr. Nunquid aliud dicis esse iustum: an recte memini? C A L. Hæc & tunc dicebam, & nunc dico. s o c. Vtrum uero meliorem uocas eundem atq; potentiorē? Neque enim tunc plane quid diceres intelligere potui. num ualidiores appellas potentiores: oportetq; ualidioribus infirmiores obtemperare? Quemadmodum tunc uideris demonstrauisse, cum diceres magnas ciuitates aduersus paruas naturali iure insurgere, propterea quod potentiores atque ualidiores essent: quasi idem sit potentius, ualidiusq; & melius. An fieri potest ut aliquis

G 4 melior

Oratio Calli-
dis de philo-
phia

Tria debet ha-
bere probaturus
animam alij
cuius, scientiā
beneuolentiā,
audaciam

Sententia Cal-
licles et amico-
rum: Non esse
ad exactam
philosophiæ
diligentiā cō-
tendendum

Quarum re-
rum consideratio
pulcherrima

melior quidem sit, inferior tamen atque imbecillior. Similiterque ut potentior sit, deterior tamen. Vel eadem melioris atque potentioris est definitio. Hoc ipsum mihi apertius explicata, idemne an aliud sit potentius, & melius, atque ualentius. C. A. L. Equidem manifeste tibi assero idem esse, s. o. c. Nonne multitudo ipsa natura uno potentior est: quæ quidem leges constituit super unum, quemadmodum nuper ipse dicebas. C. A. L. Quid nunc s. o. c. Multitudinis ergo leges potentiorum sunt. C. A. L. Omnino, s. o. c. Nonne igitur & meliorum? Qui enim potentiores sunt, ut ipse ais, multo sunt meliores. C. A. L. Sic certe, s. o. c. Nonne horum institutiones natura sunt recte, cum potentiores sint? C. A. L. Sic affirmo. Nonne multitudo statuit, quemadmodum nuper ipse dicebas, iustum esse seruari inter omnes æqualitatem; atque esse turpius iniuriam inferri quam pati. Estne ita an aliter? Ac uide ne hic tu quoque ob uerecundiam capiaris. Constituit multitudo ista necne: uidelicet iustum esse seruari æquitatem, non autem alium alio plus habere: atque turpius esse facere iniuriam quam accipere. Nulla te Callicles inuidia quaeso quo minus ad hæc respondeas derineat: ut si mecum sentias, abs te confirmet tanquam uiro ad iudicandum abunde sufficiente. C. A. L. Sic utique statuit multitudo, s. o. c. Non ergo lege sola, & turpius est facere iniuriam quam pati, & iustum est æquitatem seruare: sed etiam ipsa natura. Quapropter uideris in superioribus non uere dixisse, neque me recte accusauisse: cum contrarias inter se esse legem atque naturam affirmares, meque hæc animaduertentem solere in uerbis insidiari: atque si quis secundum naturam loquatur, ad legem; si quis uero secundum legem, ad naturam deducere. C. A. L. Hic uir nunc desinet in nugis uersari. Dic mihi Socrates non ne te pudet, tam grandem natu, uenari nomina? Atque si quis uerbo excidat, tantum id tibi iuro ueniat, impense captare? Putas me aliud dicere potentiores esse quam meliores? Nonne dudum dico idem esse melius atque potentius? An putas me dicere, si fex seruorum hominumque undique uilissimorum in unum confluat, hos præterquam fortasse corporis uiribus esse potentiores: & quæ hi statuunt esse iuratis s. o. c. Agedum o sapientissime Callicles, ita ne dicis? C. A. L. Et maxime quidem, s. o. c. At ego beate uir iam dudum coniecto tale aliquid te potentius appellare: atque interrogo cupiens quid uelis aperte cognoscere. Nonne enim duos meliores esse uno iudicas? neque seruos tuos te meliores, quia uidelicet robustiores sint? Verum rursus à principio dicas quos tandem uelis esse meliores, quando non ualidiores: & uide precor o uir mirifice, ut mitius me doceas ne à scholis tuis aufugias. C. A. L. Ironice loqueris, s. o. c. Non per Zethum Callicles, quo tu fretus multa usus aduersus me nunc es ironia. Verum dic age, quos nam meliores appellas? C. A. L. Præstantiores equidem, s. o. c. Vides ergo, te nomina duntaxat dicere: ostendere uero nihil non aperis meliores potentioresque, utrum prudentiores an alios quosdam esse dicas. C. A. L. Per Iouem hos dico, & maxime quidem, s. o. c. Sæpe igitur unus prudens compluribus imprudentibus iuxta sermonem tuum potentior est: atque hunc par est dominari cæteros uero subesse, plusque habere eum his quibus imperat. Hoc enim dicere mihi uelle uideris (neque uerba aucupor) si quidem unus sit multis potentior. C. A. L. At hæc ipsa sunt quæ dico, Hoc enim arbitrator ius esse natura: eum uidelicet qui melior prudentiorque sit, imperare, atque plus inferioribus possidere, s. o. c. Siste parumper, quid tandem sentias si hoc in loco, ut nunc, congregati essemus multi forentque nobis communia esculenta, & poculenta complurima: nos uero exuarijs hominum generibus essemus conflati, partim quidem ualidi, partim uero imbecilles: unus autem nostrum omnium circa hæc prudentissimus, fortasse medicus: ac foret hic, ut consentaneum est, alijs quidem robustior, alijs uero debilior: nonne hic prudentior, præterea melior quantum ad hæc pertinet, & potentior erit? C. A. L. Omnino, s. o. c. Vtrum uero horum esculentorum propterea plus illum quam nos quia sit melior capere decet? An potius ob eius præstantiam omnia distribuere debet neque in distribuendo pro se plus retinere: alioquin multandus sit: sed alijs plus, alijs minus habere: ac si omnium debilissimus sit, minimum sibi quamuis optimo tribuendum est Callicles: nonne ita bone uir est dicendus? C. A. L. De esculentis, & poculentis & medicis atque huiusmodi nugis uerba facis: ego uero non de his loquor, s. o. c. Vtrum igitur prudentiorem esse meliorem dicis, nec ne? Responde, C. A. L. Equidem, s. o. c. At non oportet, ut melior plus accipiat? C. A. L. Non, de cibis atque potionibus, s. o. c. Intellego, forte enim

enim de uestibus, atque oportet eum qui sit in cõficiendis uestibus peritissimus, magnam habere tunicam, ac multis preciosisque ornatu incedere uestibus. C. A. L. Quas tu uestes mihi narras? s. o. c. At forsitan in calceis oportet eum plus accipere qui in eis prudentior sit, & melior: ac forsitan ipse corarius maximos pluresque habere debet calceos, multosque suis pedibus circumferre. C. A. L. De quibus calceis nunc deliras? s. o. c. Quod si non talia, saltem eiusmodi quædam dicis, ceu uirum in colendis agris prudentem, honestumque & bonum, debere plus reportare seminis, plurimoque in suis agris uti. C. A. L. Quam semper eadem dicis o Socrates? s. o. c. Non solum eadem Callicles, sed eisdem quoque de rebus. C. A. L. Per deos semper tu cerdones, corarios, fullones, coquos, medicos habes in ore, quasi de his instituta nobis disputatio fuerit, s. o. Nonne ergo ipse dices aliquando, quibus in rebus potentior atque prudentior iuste possidere plus debeat? Vel neque me permittes dicere, neque ipse dices? C. A. L. At ego id iam dico: primo quidem qui potentiores sint, non enim cerdones dico neque coquos, sed eos qui in administranda republica sint prudentes: neque prudentes solum, uerum etiam fortes, qui ad ea quæ excogitauerunt perficienda aptissimi sint, neque animi mollitie ulla succumbant. s. o. c. Aduertis ne Callicles non de eisdem me abs te, atque uicissim te à me accusari? Tu quidem me accusas quasi semper eadem repetam: ego uero te contra tanquam de rebus eisdem nunquam eadem afferentem, si quidem alias meliores atque potentiores esse definitis ualidiores, alias autem prudentiores. Nunc præterea aliud quiddam affers. Fortiores enim nunc quidam abs te potentiores melioresque nominantur. Verum age tandem explica, quos potissimum & ad quid meliores potentioresque appellas. C. A. L. Iam dixi: prudentes uidelicet in rebus publicis atque fortes. Hos enim decet ciuitatibus imperare: idque iustum est, ut plus alijs habeant dominantes uidelicet subiectis, s. o. c. Quid uero? sibi ne ipsis ulla ratione dominari, siue parere decet? C. A. L. Quemadmodum dicis? s. o. c. Dico num sibi quisque debeat imperare: an nihil opus sit, ut sibi quidem imperet, sed alijs duntaxat. C. A. L. Quomodo sibi met imperare dicis? s. o. c. Nihil obsecro dico, sed quemadmodum dicunt multi, temperatum, & suis ipsius comotem, uoluptatibus suis cupiditatibusque imperantem. C. A. L. Quam festiuus es Socrates? stupidos homines nominas temperatos, s. o. c. Quid ais? nemo est quin non ita me id minime dicere. C. A. L. Imò ualde quidem o Socrates, nam quomodo beatus esse potest qui alicui seruiat? Ceterum hoc est natura iustum atque pulchrum, quod tibi nunc audacter dico, oportere illum qui recte uitam acturus sit, permittere cupiditates suas summopere augeri, nec eas ullo modo cohibere: atque his quam maximis quicquid petunt submittere ob fortitudinem atque prudentiam; et quemlibet earum affectum profus explere. Quod quidem quia multi consequi nequeunt, eos uituperant qui id assequuntur, ob uerecundiam suam impotentiam abscondentes: feruntque intemperantiam esse turpem, quemadmodum in superioribus ipse dicebam. Præterea in seruilem habitum deducunt melioris naturæ homines: ipsique cum libidines suas explere nequeant, temperantiam atque iustitiam probant propter ingenuitatem. Verum si his à principio contigisset, ut uel regum essent filij, uel ipsis natura sufficeret ad imperium, aut tyrannidem, aut potestatem aliquam sibi comparandam, profecto turpius peiusque esset, ut huiusmodi temperantia uterentur: qui cum liceret ipsis frui bonis, nec impedirentur ab ullo, ipsi sibi dominam præferunt multitudinis legem sermonemque, & uituperationem. Quo enim modo non miseri sunt? Siquidem propter quandam iustitiam, temperantiamque honestatem, nihil plus amicis quam inimicis tribuerent, etiam dum in ciuitate sua dominarentur. Ceterum o Socrates ueritas ipsa quam te se qui affirmas, ita se habet: luxuria, intemperantia, libertas, modo facultas suppetat, uirtus est, atque felicitas. Cætera uero isthac speciosa præter naturam adinuenta, hominum deliramenta sunt, & nugæ penitus contemnendæ, s. o. c. Non ingenerose o Callicles audacia usus in disputando procedis. Sane aperte nunc ea dicta sunt abs te, quæ alij cogitant quidem, dicere tamen nolunt: quam obrem te ut nullo modo desistas obsecro, ut reuera certiores efficiamur, qua sit ratione uiuendum. Dic ergo mihi, cupiditates ais non esse cõercendas: si quis optet esse talis, qualis oportet esse: imò permittendum illas summopere augeri, atque earum expletionem aliunde cõparandam: idque ais esse uirtutem? C. A. L. Aio equidem, s. o. c. Si ita esset, non recte dicerentur beati, qui nullius indigeant. Alioquin, lapides & mortui felicissimi forent. Veruntamen & illa quam tu dicis, grauis est uita. Neque admira

Euripides de re si ea de re uerum Euripidis dictum, Quis nouit utrū uiuere quidem mori sit: mori autē uiuere? Et nunc forte reuera mortui sumus. Audiui iam equidem à sapiente quodam nos nunc mortuos esse, corpusq; nostrum sepulchrū esse nobis: partemq; illam animā in qua cupiditates sunt, perinde se habere ac si persuadendo uicissimq; dissuadendo, sursum deorsumq; agitur. Itaq; elegans quidam uir Siculus fortasse uel Italus in his confabulatus hanc animi partem propter suasionem credulitatemq; lubricam alludēs nōmīni, dōlium appellauit: Dementes uero prophanos atq; damnatos. Horum autem hanc animi partē quā libidinib. agitatur, tanq; futilem ob incontinentiam inexplēbilē perforatum esse dōlium inquit. Quamobrem hīc uir contrariū tibi ostendit: eorum qui apud obscuros sunt in ferros, eos esse miserrimos, qui tanquam omnino prophani damnati sunt, atque aquam in uas perforatum alio etiam perforato uase inferre coguntur. Esse autem hoc aliud uas, siue cribellum, ut dicebat is qui me docuit, dementium animum, quem ideo perforato uasi assimilauit, quod propter inuidiam affectionem obliuionemq; nequeat inuisum aliquid continere. Videbuntur hęc alicui quodammodo mira: demonstrant tamen quod uolo, si qua ratione ualeam, persuadere tibi, ut pro inexplēbili & incontinenti uitā moderatam presentibusq; semper contentam rebus eligas. Sed utrum per hęc tibi aliquid persuadeo: ut mutata sententia beatiores qui temperate uiuant quā qui intemperate putēs? an nihil etiam proficiat: atq; licet multa simili ratione confabuler, nihil magis es sententiā mutaturus? C A L. Hoc o Socrates uerius subiunxisti. S O C. Agedum tibi similitudinem aliquam ex eodem gymnasio adducam. Attende utrum perinde de utriusq; uita, temperati scilicet atq; intemperati status, ac de duobus qui multa habent uasa: & alter quidem integra atq; plena partim uini, partim mellis, aliaq; similitur aliorum: sint uero singuli hi liquores rari quidem, & inuentu difficiles, multisq; & grauib. laboribus comparati. Is ergo cui plena sunt uasa nihil superinfundere omnino curet: sed quantum ad hęc attinet quietem agat. Alteri uero liquores sint quemadmodum alteri: qui comparari quidem, sed tamen cum difficultate possint: uasa uero perforata atq; fracta, ac die nocteq; cōtinue illa implere cogatur, aut extremis molestiis agitetur. Quare cū talis sit utriusq; uita, temperatine an intemperati beatiorē esse ais? An persuadeo tibi his uerbis, ut uitam hominis moderatū meliorem esse immoderati concedas: uel nondum persuadeo? C A L. Nequaquam o Socrates. Nam illi cui plena sunt omnia, nulla amplius est uoluptas: sed quemadmodum modo dicebam, quasi lapis uiuū, postquam semel impleuerit: neque uoluptatem sentit amplius neque molestiam. Dulcedo autem uitæ in multa continuaque infusione consistit. S O C. An non necesse est si multum influat, multum uicissim effluere: lataque effluxui patere foramina? C A L. Prorsus. S O. Charadrii autē, id est uo raginis cuiusdam tu rursus uitam dicis: non autem mortui aut lapidis: atque mihi responde, num tale aliquid dicas uelut esurire atque esurientem comedere. C A L. Dico equidem. S O C. Esurire sitientemq; bibere. C A L. Dico equidem: atq; reliquis similitur cupiditatibus affectum esse explereq; eas posse cum uoluptate, beatam esse uitam affirmo. S O. Euge uitorum optime, perge, ut cōcepisti: nec te pudeat. Oportet autē, ut uideatur, me quoque pudore non detineri. ac primum mihi dicas utrum scabiosum qui sese fricat, idq; continue facere queat, beate uiuere putandum sit. C A L. Quam ineptus es o Socrates, ac reuera uulgaris concionator. S O C. Profecto o Callicles Polum quidem & Gorgiam conterritui, et erubescere cōpuli. Tu uero caue ne terrearis, neq; pudore impediri. Fortis nanque es, sed duntaxat responde. C A L. Dico utiq; fricantē quoq; uoluptuose uiuere. S O C. Nonne si uoluptuose etiam beate? C A L. Proculdubio. S O. Vtrum si caput duntaxat fricet, uel amplius aliquid, à te quero. Vide quid respōdeas Callicles, si quis te deinceps que consequitur interroget: atq; his quasi capitibus concessis cinædorū istorū uita nequaquam grauis, turpis, infelix, dicenda erit: an ipse audebis eos beatos dicere si ad uotum his, quæ cupiunt, potiantur? C A L. An non te pudet o Socrates ad ista sermonem deducere? S O. Ego ne o generose uir deduco: an ille potius qui adeo impudenter asserit eos qui oblectantur, quocumq; modo oblectentur, esse beatos: neque distinguit quæ uoluptatum bonæ sint, & quæ malæ? Verum nūc saltem dic, utrum idem esse asseras uoluptatem atq; bonum: an esse aliquid uoluptuarium quod non sit bonum. C A L. Vt mihi proculdubio ratas sit sermo, si aliud esse dixero, idem esse dico. S O C. Peruertis Callicles illa quæ prius dicta

dicta sunt: nec amplius idoneus es ad illa quæ perscrutamur inuestiganda, siquidē aliter q; tibi uideatur es respōsurus. C A L. Enim uero tu quoq; Socrates: S O. Atqui neq; ego recte facio, si id facio: neq; tu. Sed o beate uide ne hoc sit bonum omnino gaudere: alioquin quæ nunc subducta sunt, multa & turpia atq; alia insuper q; plurima euenire uidentur, si hoc ita se habeat. C A L. Vt tu quidē putas o Socrates. S O C. Tu autē reuera hęc affirmas? C A L. Affirmo equidem. S O C. Vis ergo quasi te serio loquente, disputationem aggressi mur? C A L. Volo certe. S O C. Age iam cum huiusmodi sententiā sis, distincte ad hęc mihi responde. Vocāsne aliquid scientiā? C A L. Voco. S O C. Nōne fortitudinem quam pauloante cum scientia esse dicebas? C A L. Dicebam sane. S O C. Nunquid aliud fortitudinem, q; scientiā, idēme an aliud esset? C A L. Aliud sapientissime uir dicebam. S O. Num & fortitudinē à uoluptate differre? C A L. Quid nūc? S O C. Age itaq; ut hęc meminerimus. Callicles quidē Acharneus uoluptatē bonumq; idem esse dixit: sed scientiā, & fortitudinem tum inter se, tum à bono differre. Socrates autē Alopecetes ista non concedit. C A L. An non cōcedit? S O. Arbitror autem neq; Callicē talia concessurum, ubi seipsum recte cōsiderauerit. Dic mihi felices, & infelices nonne cōtrario modo affici putas? C A L. Puto equidem. S O. An non si contraria hęc eorumq; affectiones inuicem sunt, necesse est ea ita se habere quemadmodū sanitas atq; morbus: non enim aliquis sanus simul est atq; ægrotat, neq; simul cessat sanitas atq; morbus. C A L. Quo pacto dicis? S O. Assumpto toto si uis corpore ita considera. ægrotant ne alicuius oculi eo morbo, qui ophthalmia nominatur? C A L. Esto. S O C. Nunquid simul sani sunt? C A L. Non. S O C. Quando uero eo morbo quis liberatur, nunquid tunc sanitas oculorū cessat: et tandem morbus simul sanitasq; discedunt? C A L. Minime. S O. Mirū nanq; ut arbitror, absurdūq; id foret. C A L. Nimitū quidem. S O C. Sed ut uicissim caput, & amittit utrunq;? C A L. Assentior. S O. Robur quoq; imbecillitatemq; similitur. C A L. Certe similitur. S O. Velocitatē rursus, & tarditatem. C A L. Certe. S O. Nonne & bona felicitatemq;, & horum cōtraria mala uidelicet atq; miseriam, per uices accipit utraq; per uices amittit? C A L. Omnino. S O. Siqua ergo reperiamus à quibus aliquis liberatur simul & habet: nimirum hęc non ita se habent, ut alterum quidem eorum bonum sit, alterum uero malum. hęc ne cōfitemur? Quid respōsurus sis considera diligenter. C A L. Fateor proculdubio. S O C. Age utiq; ad illa quæ prius concessimus reuertamur. Esurire uoluptuarium dixisti esse an molestum? De fame ipsa in terrogo. C A L. Molestum equidem: at tamen famescentem comedere, uoluptuarium. S O. Ego quoq; intelligo. at uero fames ipsa molesta est, an non? C A L. Molesta. S O. Nonne & sitis? C A L. Vehementer. S O C. Vtrum ergo amplius à me queri uis: an confiteris indigentiam omnem atq; cupiditatem doloris esse participem? C A L. Confiteor: ne ultra que ras. S O C. Esto. Sitientem uero bibere uoluptuariū esse dicis? C A L. Dico. S O C. Ex hoc ergo quod ais sitientē quidem esse dolorosum est. C A L. Est. S O C. Bibere uero expletio est indigentia: atq; uoluptas. C A L. Ita. S O C. Nunquid ergo qua ratione bibis, gaudere dicis? C A L. Maxime. S O. Quatenus uero sitit, dolere? C A L. Certe. S O. Sentis igitur quid sequatur: uidelicet fateri te dolentem gaudere simul, quando sitientem dicis bibere? An nō simul id euenit eodem in loco atq; tempore: siue animā, siue corpus respicias. Nihil enim refert, ut arbitror. Itane est an aliter? C A L. Ita. S O. Veruntamen felicē esse simul & infelicem, impossibile esse dixisti. C A L. Equidē. S O. At uero dolentem gaudere posse concessus es. C A L. Apparet. S O. Quapropter gaudere nō idem est atq; esse felicem: neq; dolere idem quod infelicem esse. Ideoq; aliud uoluptas est quā bonū. C A L. Nescio quid commenteris. S O C. Imo scis, sed fateri non liberat: at perge queso respondendo, ultro enim deliras: ut quā sapiens sis agnoscas qui me castigas. Nonne unusquisq; nostrū sitire desinit, atq; simul gaudere propter potum? C A L. Nescio quid dicas. G O R. Nequaquam ita o Callicles: Imo responde nostri gratia, ut disputatio concludatur. C A L. At enim semper talis est Socrates. Exigua enim, & nullius momenti perquirat atq; redarguit. G O R. Quid tua refert? Non enim hoc tuum officium est, sed permitte ut arguat arbitrato suo. C A L. Quare igitur Socrates de angustis ac uilibus istis quando id Gorgiæ placet. S O C. Sic cine beatus es, ut magna consecutus mysteria sis prius quā parua? Ego uero id fas est: non iudicabam. Sed iam resumens ubi reliquisti responde. Annon simul desinit quis sitire

fitire atque gaudere? C A L. Concedo s o c. Nonne & famescere aliasq; cupiditates habere simul atq; uoluptates definit? C A L. Ita est. s o c. An non ergo & dolores, & uoluptates simul amittit? C A L. Ita. s o. Veruntamen à bonis, & à malis non simul cessat: ut tu modo fatebaris. Nunc uero non confiteris? C A L. Equidem. Sed quid tum? s o. Nempe non eadem sunt ò amice bona, & uoluptuaria: necq; mala eadem atq; molesta. Ab his enim quis simul cessat: ab illis uero nequaquam, utpote alijs. Quanam igitur ratione uoluptuaria eadem sint atq; bona? uel molesta eadem atq; mala? Iam uero si uis hoc rursus pacto considera. Arbitror enim nec per hunc modum tibi consentiri. Attende igitur: bonos uiros nonne bonorum præsentia bonos uocas? quemadmodum pulchros eos quib; pulchritudo adsit appellas. C A L. Equidem. s o c. Quid uero? bonos uiros appellas dementes, & timidos? non certe pauloante, imò fortes prudentes que dicebas. Nonne hos ipsos nuncupas bonos? C A L. Omnino equidem. s o. Dementem autem puerum uidisti unquam uoluptate perfundit? C A L. Vidi. s o. Virum autem dementem uidisti aliquando afficit uoluptate? C A L. Opinor me uidisse. Sed quorsum hæc? s o. Nihil refert: sed responde. C A L. Vidi. s o c. Quid uero? sanæ mentis uirum dolentem uidisti atq; gaudentem? C A L. Certe. s o. Vtri uero magis gaudent atq; dolent: prudentesne, an imprudentes? C A L. Haud multum differre arbitror. s o. Satis est istud. In bello autem uidistine unquam uirum timidum? C A L. Quid nisi? s o. Quid uero cum recederent hostes: utri uidebantur tibi magis gaudere: timidine, an fortes? C A L. Vtriq; mihi magis gaudere, uel saltem prope. s o. Nihil refert: gaudent igitur & timidi. C A L. Magnopere. s o. Et dementes, ut apparet. C A L. Et isti. s o c. Cum uero hostes aduentant, soline dolent timidi, an etiam fortes? C A L. Vtriq; s o. Num similiter? C A L. Forte magis timidi. s o. Abeuntibus autem nonne magis gaudent? C A L. Forte. s o. Non igitur dolent atq; gaudent imprudentes atq; prudentes, timidiq; & fortes similiter: ut ipse ais: magis tamē timidi q̄ fortes? C A L. Aio equidem. s o. Veruntamen prudētes quidē, & fortes boni sunt: timidi uero atq; imprudentes mali. C A L. Ita est. s o. Quamobrē æque gaudent atq; dolēt, & boni, & mali. C A L. Assentior. s o c. An ergo æque boni maliq; sunt hi qui boni sunt, & qui mali? an potius boni duntaxat qui boni sunt, mali uero qui mali? C A L. Per Iouem nescio quid inuoluas. s o c. An ignoras dixisse te bonorum præsentia esse bonos; malos uero malorum? Bona autem uoluptates esse: mala uero dolores? C A L. Equidem. s o. Nonne igitur his qui oblectantur adsunt bona, uidelicet uoluptates: siquidem oblectantur. C A L. Quid prohibet? s o c. Num præsentibus bonis boni sunt qui delectantur? C A L. Sunt. s o. Et dolentibus, adsunt mala, scilicet ipsi dolores? C A L. Assunt. s o. Malorū uero copia malos esse dicis qui mali sunt. nonne adhuc dicis? C A L. Equidem. s o. Boni ergo sunt qui gaudent: mali uero qui dolent. C A L. Maxime. s o. Et qui magis nimirū magis: qui ue minus, & hi minus, & qui pariter, æque. C A L. Ita. s o c. Nunquid ais ita gaudere atque dolere prudentes ut imprudentes: rursusq; timidos atq; fortes? an magis etiam timidos? C A L. Aio. s o. Reputa igitur unā mecum quid nobis ex his quæ concessa sunt eueniat. Bis enim atq; ter pulchrum esse ferunt ea quæ pulchra sunt dicere atque considerare. Bonum quidem esse prudentem fortemq; diximus: nec ne? C A L. Diximus. s o c. Malum uero imprudentem & timidum? C A L. Prorsus. s o. Bonum autem rursus eum qui gaudeat? C A L. Ita. s o. Malum uero eum qui doleat? C A L. Neesse est. s o c. Dolere uero atq; lætari bonum malumq; si militer: forte etiam magis malum? C A L. Certe. s o. Similiter ergo quis bonus fit, & malus bono, uel potius ipse malus fit bonus. an non hæc, & superiora illa sequuntur, si quis uoluptuaria eadem esse dixerit atq; bona? An non necessario hæc sequuntur Callicles? C A L. Tandudum te ausulto Socrates tibiq; concedo, obseruans si quis uel ioco aliquid tibi dederit, id puerorum more libentius te arripere: quasi uero existimare debeas, uel me uel alium quenquam non arbitrari alias uoluptates esse meliores: alias uero deteriores. s o. Vhi uhi ò Callicles quam astutus es: me quasi puerum ludis, quandoq; in hunc modum rem habere asserens, quandoq; aliter, me decipis. atqui non arbitrabar ab initio uisro deceptum iri abs te, cum sis amicus. Nunc autem nimirum me fecististi: atq; ut uideretur, quem admodum uetus habet prouerbium, necessario adducor ut præsentis sorte pro uiribus bene uitar: & quod tu das accipiam. Est autem, ni fallor, quod nunc affers, eiusmodi: uoluptatum alias quidem bonas esse, alias uero malas. nunquid? C A L. Proculdubio. s o. Bonæ uero

Bis at que ter
pulchrum esse
ferunt ea quæ
pulchra sunt
dicere

Prouerbium

uero nonne quæ utiles? Mala autem quæ noxia? C A L. Ita certe. s o. Vtilis autem quæ boni aliquid afferunt: Noxia uero quæ mali non nihil? C A L. Assentior. s o. Num igitur tales dicis, uelut in corpore quas modo dicebamus, edendi bisendiq; uoluptates? Nunquid ex his illæ quæ ualitudinem præstant corpori, aut robur, aut aliam quandã corporis uirtutem, bonæ sunt: quæ contraria, malæ? C A L. Prorsus. s o. Et dolores eodem pacto alij boni sunt, alij mali? C A L. Nihil prohibet. s o. Bonas quidem uoluptates, & dolores bonos eligere oportet, & proficui. C A L. Prorsus. s o. Contra uero nequa q̄. C A L. Manifestum est. s o. Nempe bonorum gratia agenda esse omnia ego & Polus consensimus: an meministi? & tibi similiter uidetur, hic esse finis omnium actionum: ipsum scilicet bonum, eiusq; gratia cætera omnia facienda, non autem ipsum gratia reliquorū. An tertius in hanc sententiam nobis accedis? C A L. Equidem. s o. Quamobrem bonorū gratia oportet & alia, & uoluptates sequi, non autem bona gratia uoluptatum. C A L. Prorsus. s o. An ergo cuiusq; uiri est eligere quæ nam ex rebus quæ delectant bonæ sunt, quæ uel malæ? An potius artificiosi uiri opus est utrumq;? C A L. Artificiosi. s o. Recordemur ergo illorum quæ ad Polum Gorgiãq; dixi. Nam si meministi esse facultates quasdam præparatrices dicebam: alias quidem usq; ad uoluptatē duntaxat, quid melius deteriusue sit ignorantes: alias uero quid bonum malumue sit cognoscentes. Ponebã præterea earum quæ circa uoluptates uersantur, coquinariã circa corpus peritiã, sed non artem: earum uero quæ ad bonum intendunt, medendi artem. Et per Iouem amicabilē precor ò Callicles, ne aduersus me ioceris: necq; quicquid tibi occurrit respondeas, necq; etiã rursus hæc à me ueluti totum accipias. Vides em̄ ea de re nobis esse sermonē, qua nihil magis nosse uir sanæ mētis contendat: quæ admodum uidelicet sit uiuendū: utrum quemadmodū tu hortaris, illa agendo quæ uiri dicis esse officia: uersantē in populo atq; orantem: rem præterea publicam gubernantem, ceu uos in præsentia gubernatis: an potius uita sit hæc philosophica capefenda, & qua in re hæc uita differt ab illa. Forte uero operæpretiū est quæ admodum inceptã pauloante distingueret: atq; deinde cū nobis de distinctione cōueniret, si hæc duplex uita est, cōsiderare quid intersit, & qua potius uiuendū. Sed fortassis nondū quid dicam intelligis. C A L. Nondū certe. s o. At planius dicam, postq̄ confessi uterq; sumus, esse qui dem aliquid bonum, esse quoq; aliquid uoluptarium: sed aliud uoluptariū esse, q̄ bonum: atq; utriusq; horum studiū, & præparationē quandam esse ad ea cōparanda: alterã uidelicet uenationem boni, alterã uoluptatis: hoc ipsum primo anteq̄ ulterius procedam, assentiris mihi nec ne? C A L. Assentior. s o. Age & illa quæ ad hos dicebã mihi assentire, si modo uera tunc loqui tibi sum usus. Constanter em̄ affirmabam nō uideri mihi coquinariã esse artem, sed peritiã quandam. Medicinã uero esse artem, propterea quod medicinæ facultas illius quod curat naturam, & causam eorū quæ agit expendit: ac horū cuiusq; redere rationem potest. Altera uero uoluptatis facultas ad ipsam uoluptatē circa quam totum eius uersatur studiū, omnino absq; arte procedit, necq; uoluptatis ipsius naturam considerans necq; causam: temeraria prorsus, ut ita dixerim, necq; pensi habens quicq; sed usi quodã atq; experientia, & memoria eius quod accidere cōsueuerit solū freta, uoluptates studiose parat. Hæc ergo primum perpende, num sufficēter tibi dicta uideant. Nunquid præterea esse putes tales quasdam circa animam facultates, alias quidē artificiosas, uidelicet eius quod sit anime optimū curam gerentes: alias uero id negligentes, dum solum cogitant quemadmodū & de corpore diximus, quo pacto oblectare animū queant. Quæ quidem utrum melior an deterior sit uoluptas, minime cogitant: neque aliud quicquam curant, quam ut oblectent, siue melius id sit, siue deterius. Mihi quidem uidentur esse tales aliquid facultates, uniuersumq; id ministeriū adulationē esse duco, tam circa animã q̄ circa corpus: & omnino circa aliquid quodlibet cuius uoluptatē quis affectet, nulla prorsus melioris deteriorisue adhibita ratione. Tu uero utrū in eandē nobiscum sententiã conuenis, an dissentis? C A L. Minime quidē, imò cōsentio, ut tibi quandoq; disputatio cōcludatur, & huic Gorgiæ gratificer. s o. Nunquid hoc circa unam quidem est animam? Circa uero duas, uel plures non est? C A L. Nō ita, sed & circa duas, & circa multas. s o. Nōne & multis in unum conuenientib; gratificari quis potest absq; ulla eius quod est optimum ratio? ne? C A L. Sic arbitror. s o. Potēsne dicere quæ studia sint quæ hoc efficiant? Imò si uis me quærente eam quidem quæ talis tibi uidetur, cōcede esse talem. Quæ uero non talis nega-

Quare medicina sit ars

Vide quæ sint in ipsa peritiã

Principio tibicinarum consideremus, an non tibi hec uideatur esse talis, ut aliud nihil est aut res delectare curet? C A L. Mihi quidem. S O. Num & alia omnes eiusmodi, qualis citharistica qua in certaminibus utuntur? C A L. Certe. S O. Quid doctrina chori dithyramborumque poesis, nonne eiusmodi tibi esse uideatur? An putas Cinesiam Meletis filium, ut tale aliquid dicat, unde audientes meliores reddantur spectare? Vel potius unde theatri turbae placere possit? C A L. Manifestum quidem hoc est de Socrate de Cinesia. Si uero uero eius Meles, an ad id quod optimum esset prospicere uidebatur cum ad citharam caneret? Vel ipse profecto ne ad uoluptatem quidem? nam molestus audientibus erat. Verum considera, nonne citharodica facultas omnis, dithyramborumque poesis oblectandi gratia tibi uideatur inuenta? C A L. Mihi quidem. S O. Quid autem praeclara haec tragodia atque admiranda poesis molitur? Nunquid studium eius conatusque ad audientium uoluptatem solum tendit? uel si quid uoluptuarii quidem atque gratum sit, sed tamen malum, id cauebit ne unquam dicat? Contra uero si quid molestum attamen utile fuerit, id & dicet, & canet, oblectetur, nec ne audientes? Sed quidnam tragicorum poesis elaborare maxime tibi uideatur? C A L. Constat eam ad uoluptatem gratiamque spectantium potius declinare. S O. Hoc ipsum paulo ante adulationem esse diximus. C A L. Plane. S O. Age utique si quis auferat ex tota poesi centum, et rhythmum, atque mensuram, aliquidne quicquam praeter sermones quosdam supererit? C A L. Id ipsum. S O. Profecto ad turbam populumque hi sermones habentur. C A L. Proculdubio. S O. Popularis ergo oratio quaedam est poesis. C A L. Apparet. S O. Nonne rhetorica quoque popularis est oratio? An non rhetorica in theatris uti poetae tibi uideatur? C A L. Mihi quidem. S O. Nunc ergo inuenimus rhetoricam quandam ad populum talem, qualis est puerorum liberum, & mulierum uirorumque, & seruatorum atque liberorum. Quam quidem haud ualde probamus, quippe eam adulatoriam esse confessi sumus. C A L. Sic est profecto. S O. Age, dum quid de ea dicemus rhetorica qua ad Atheniensem aliarumque ciuitatum populos ex uiris liberis coflatos utuntur? Qualis ea est? Vtrum tibi uidentur oratores ad id semper quod optimum sit, uerba dirigere; id duntaxat spectantes, qua oratione ciues quos optimi ex eorum orationibus euadant? an potius hi quoque gratiam auditorum aucupantur boni duntaxat propriam gratiam publico interim neglecto comodo. Nam perinde atque pueros, populum tractant, intenti duntaxat ad gratiam: nihil uero curantes, utrum ob hoc meliores, aut deteriores reddantur. C A L. Haud simplex id est quod interrogas. Sunt enim qui in oratione utilitati ciuium consulunt, sunt & alij tales quales ipsa narras. S O. Satis est. Si enim & hoc est duplex, alterum quidem eius membrum adulatio erit, turpisque coflatio: alterum uero pulchrum, studere uide licet ut animi ciuium quos optimi fiant, semper pro audientium utilitate certando, siue placeat, siue displiceat quae dicuntur. Verum tu certe oratoriam eiusmodi uidisti nunquam. Quod si inter oratores talem quempiam habes, cur non & eum mihi ostendisti? C A L. Per Iouem ex oratoribus qui nunc sunt, talem habeo nullum. S O. Num autem inter ueteres aliquem indicare potes, per quem Athenienses facti aliquando sint meliores postquam ille orare coepit cum prauis antea fuerint? Ego enim quis sit talis ignoro. C A L. Quid uero Themistoclem non audis uirum bonum fuisse? & Cimone, & Milciadem atque Periclem hunc nuper uita functum: quem ipse quoque orantem audisti. S O. Si quidem est de Callicles uera uirtus quam in superioribus ipse dicebas, cupiditates uidelicet suas aliorumque explere. At si id aliter habet, atque ueluti postea in disputando fateri copulsi sumus, cupiditates illas quae meliorem efficiunt uirum exequi oportet, alias uero minime, atque huius rei cum ars quaedam extet, artificem ne eius aliquem demonstrare mihi potes? C A L. Non habeo equidem quid dicam. S O. At uero si rite quae fueris, inuenies. Videamus iam sic plane considerantes, num aliquid horum talis extiterit. Dic age, bonus uir atque ad id quod optimum sit uerba faciens, non temere dicit, sed ad aliquid certe prospiciet, quaedammodum & alij omnes artifices, quorum suum quisque opus obseruat, nec casu quod ad usum opus coferat eligit, sed quaedammodum ad propositum sibi exemplar opus speciem aliquam consequatur. Veluti si inueni placet pictores, & architectos, & fabros nauium, aliosque omnes artifices: qui uis eorum in ordinem quandam singula ubique disponit, cogitque alia alijs conuenire atque congruere, donec totum constituat quodam ordine exornatum. Id ergo omnes agunt artifices, atque hi quos in superioribus dicebam praedotriam & medici similiter faciunt circa corpus. Ornant enim ipsum atque componunt. Cofitemur id ita se habere, nec ne? C A L. Sit ita, S O. Domus igitur ornatum

Poesis sine centum & numeris non aliud est quam sermo popularis ostenditur rhetorica adulatione

ornatum & ordinem affecuta, bona erit: si minus, mala. C A L. Assentior. S O. Et nauis igitur eodem pacto. C A L. Eodem. S O. Atque & corpora nostra similiter. C A L. Similiter. S O. C. Quid uero animus, si ordinis fuerit expertus, num bonus erit? an potius si ordinis ornamentique copos? C A L. Necessarium est ex superioribus hoc quoque fateri. S O. Quod ergo nomen est ei quod in corpore ex ordine ornatumque efficitur? C A L. Sanitatem, & uires fortasse dicis. S O. Dico equidem, quod uero nomen ei quod in animo ex ordine fit atque ornatum, conare inuenire atque exprimere, huius quemadmodum & illius. C A L. Cur non ipse dicis Socrates? S O. Si ita tibi placet dicam: tu uero si uera loqui uidebor, concedito: sin minus, reprobo: nec ullo modo condonato. Mihi quidem uidetur ordinationi corporis nomen esse sanum ex quo in ipso fit sanitas atque corporis uirtus. Itane est, an aliter? C A L. Ita. S O. Animi uero ordinationi atque ornatum, legitimum lexque esse nomen, unde legitimi fiunt homines atque decori, haec uero sunt iustitia atque temperantia. Assentiris, nec ne? C A L. Esto. S O. An non igitur ad haec artificiosus ille rhetor bonus respiciens uerba sua hominum animis adhibebit actionesque omnes, & quicquid uel concedet aliquando uel negabit, ad id semper intendet, ut ciuium animis iustitia quidem insit, iniustitia uero absit: rursus adsit temperantia, intemperantia uero efficiatur, ceteraque uirtutes colantur, prauitas expellatur? Concedis, nec ne? C A L. Concedo equidem. S O. Quidnam confert de Callicles corpori aegrotanti maleque affecto cibos multos suauissimosque praebere, aut potum, aut aliud quippiam quod non sit profuturum: hoc est plus uel minus uel contrarium quam iusta dicit ratio. Sunt haec, uel non? C A L. Sint. S O. Non enim prodesse arbitror homini, in afflictio corpore uiuere. Sic enim necesse est uiuere male. nonne ita est? C A L. Ita. S O. Nonne cupiditatibus, satisfacere, ueluti esurientem comedere quantum uult, uel sitientem bibere quatenus placet, sanum quidem hominem medici plerumque permittunt: aegrotantem uero nunquam, ut ita dixerim, appetitus suos implere permittunt? Concedis hoc & ipse? C A L. Concedo. S O. Ad animum quod attinet an non eadem est ratio? Quatenus enim prauus sit & demens atque intemperans iniustusque & impius, coercendus nimirum est a cupiditatibus, neque permittendus alia facere quam illa ex quibus euadat melior. Consentis nec ne? C A L. Consentio. S O. Ita enim ipsi animo expedit. C A L. Proximum. S O. Nonne coercere est ab his quae cupit continere? C A L. Est. S O. Continentia igitur melior est animo quam incontinentia, quaedammodum ipse modo staturabas. C A L. Nescio quid dicas Socrates, itaque alium quemuis interroga. S O. Hic non sustinet ut ipsi quod utile sit afferatur, atque eam de qua nunc sermo habetur continentiam consequatur. C A L. Nulla omnino tuorum mihi uerborum cura est de Socrate, atque haec uero Gorgiae gratia tibi respondidi. S O. En quid ergo agemus? nunquid sermonem medium abruptumemus? C A L. Ipse uideris. S O. At nefas esse autem mancas dimittere fabulas, imò colophonem imponendum esse, ne abscipite oberrent. Responde ergo ad reliqua ut sermo hic noster caput fortiat. C A L. Quod uiolentus es de Socrate? Profecto si mihi credis, hanc disputationem iam dimittes, uel cum alio disputabis. S O. Quisnam uult alius, ne imperfectum relinquamus sermonem? C A L. An non ipse sermonem potes percurrere uel enarrando uel tibimet respondendo? S O. Ne mihi Epicharmi illud accidat, quae prius narrabant duo, nunc ad illa unus sufficiam. Veruntamen uidetur sic omnino necessarium esse. Si tamen id faciemus, puto equidem oportere nos omnes certatim ad id contendere, ut quid in his quae dicimus uerum, quid uel falsum sit cognoscatur. Comune enim est hoc in omnibus, bonum, ut hic unicuique constet prosequor igitur ego ipse sermonem, quo pacto se habere uideatur. Quod sicui uestrum forte mihi ipsi quae uera non sint, uidebor concedere, uestrum erit obijcere atque redarguere, neque enim tanquam scirens dico illa, sed uerum uobiscum comuniter indagans. Quapropter siquid recte dicere uidebitur qui me reprehenderit, ego primus assentiar. Haec tamen ea mente dico, si modo sermonem perficiendum esse putatis. Sin minus, omittamus iam atque abeamus. G O R. At enim non dum mihi abeundum uidetur, imò disputationem a te esse perficiendam. Puto autem ceteris idem quoque uideri, & ipse percipio reliqua ex te ipso audire. S O. Atqui de Gorgia libenter adhuc cum Callicle disputare, donec pro Zethi Amphionis dictum illi redderem. Sed quando tu Callicles disputationem recusas perficere mecum, saltim ausculta atque argue, siquid minus recte dicere tibi uidebor: quod si me conuinceris, haud infestus ero tibi quaedammodum mihi tu, sed pro maximo beneficio id adscribam. C A L. Dic tu ipse bone uir & quod instituisti absolue. S O. Audi me igitur disputationem ab initio repetentem. An idem est uoluptas atque bonum: certe non idem, ut ego & Callicles cofessi sumus, an uoluptatem boni gratia, uel bonum

Sanum in ordinatione corporis Legitimum et lex in ordinatione animi, quae iustitia & temperantia est

Prouerbum Nefas est mancas dimittere fabulas

gratia uoluptatis sequi debemus: uoluptatē certe gratia boni Est autē uoluptas qua praesente gaudentur: Bonū uero quo praesente boni sumus. Prorsus. Boni uero sumus, & nos & quacūq; alia ob praesentē uirtutem quandam. Sic em̄ o Callicles necessariū esse mihi uidetur. at uirtus cuiusq; siue instrumenti, siue corporis siue animae, nō temere utiq; ad est, sed ordine reſtituēdineq; & arte quae horū cuiq; tradita sit. Nunquid haec ita se habent? Mihi quidem sic se habere uidentur. Quāobrem ordine ordinatū ornatūq; esse est cuiusq; uirtus. Nempe sic ego faterer. Itaq; ornatus quidā proprius unicuiq; inſitus quodlibet efficit bonū. Mihi quidem sic apparet. Quapropter anima quae propriū habet ornatum melior est illa quae ornatus est expers. Necessē est. Iam uero quae habet ornatum, ornata est atq; modesta. Quid nīr? Talis uero est & temperans. Necessē est omnino. Quae uero temperans, est et bona. Equidē o amice Callicles quo pacto aliter dicā, nō inuenio. Tu uero siquid habes aliud doce. C A L. Dic tu bone uir. S O. Dico igitur, si temperatus animus bonus est, cōsequi ut qui cōtra atq; temperatus affectus est, sit malus. Est uero talis intemperatus animus & incōtinēs. Sic est omnino. Tēperatus autē agit decētia erga deos atq; homines. Nō enim temperatus esset nisi decorū seruaret. Necessē est sic esse. Proinde qui decētia inter homines agit iuste agit: & agēs similiter erga deos, agit pie. Eū uero qui iusta piaq; agit necessē est esse iustū atq; piū. Sic ueritas habet. Præterea fortē hunc esse necessē est. Non enim tēperati uiri est uel prosequi uel fugere aliter q̄ decet. imo oportet & res singulas & homines ipsos & uoluptates atq; molestias tū fugere, tum prosequi, tum etiā tolerare ubi sit opus. Quāobrem omnino necessariū est temperatum uirum, cū, ut diximus, iustus & fortis sit & pius, esse perfecte bonū. Bonū uero bene honesteq; agere quicquid agat. Eum autē qui bene agit felicē esse atq; beatū. Improbum uero ac male agentē esse miserū. Talis autē est qui aliter est affectus q̄ temperatus: uidelicet qui intemperatus est, quicquid ipse laudat. Ego igitur haec ita statuo, & esse uera sentio. Quāobrem si ita se res habet, quicūq; oportet beatus fore, temperantiā sequi exercereq; debet: in temperantiā uero fugere, quātum cuiusq; nostrum pedes ualeat: atq; ita sese cōparare ut non indigeat castigatiōe atq; poenā: si uero indigeat uel ipse uel alius cuius familiaris, siue priuatus, siue ciuitas, adhibita poenā coercendū est, si modo futurus sit beatus. Hoc mihi uidetur esse signū ad quod prospicientes dirigere uitā debemus, omnia tam publica q̄ priuata ad hoc referentes, ut iustitia & temperantiā illi adsit qui futurus sit felix: non autem cupiditatib; omnia permittenda sunt: quas explere conari, inexplabile malum est, latronisq; more uitam agere. Neq; enim cuiquam hominū is qui eiusmodi est, charus unq; erit, neq; deo: quippe cui societas cum alijs nulla esse possit. Cui uero nō sit societas, ei nec amicitia etiam unq; cōstabit. Tradit autem sapientes, celum & terrā deosq; & homines societate quadā & amicitia, modesto quae ornatu, & temperantiā & iustitia contineri: atq; id uniuersum præterea mundū ornatumq; appellat, non immunditiā neq; intemperantiā. Quae tu quāuis sapiēs, mihi uideris animaduertisse nunq; . Nam te latuit geometriā & qualitatem in deis atq; hominib; ualere q̄ plurimū. At uero tu in rebus omnibus prerogatiuā exercendam putas: Geometriā namq; cōtemnis. Age itaq; uel refellendus est sermo ille noster, quasi nō iustitiā temperantiāq; possessione beati fiant quicūq; beati, prauitatis uero miserū: uel si uerus est, confiderandum est quid sequatur. Nempe priora illa cōsequuntur omnia, in quibus a me an sermo loquerer inquirebas. Ego uero accusandū esse & seipsum & filium & amicum, siquid iniuste fuerit perpetrātū, atq; ad id utendū esse rhetorica, asserēbā. Et quae tu Polus uerecundia adductum putabas cōcessisse, uera utiq; erant: uidelicet iniuriā facere quanto turpius est q̄, iustitiam, tanto esse etiā deterius: atq; eū qui rectus futurus sit orator, oportere iustum esse, & quae iusta sunt, scire. Quod quidē rursus Gorgiam ob uerecundiam concessisse Polus ait. Cū uero haec ita se habeant, cōsideremus quae sunt illa in quibus me ipse uituperas: num recte dicatur nec ne; me uidelicet non posse uel mihi uel amicis atq; domesticis opem ferre, neq; ex maximis periculis liberare, at esse me in potestate sibi id neq; cuiusq; quādam abieciſtini. quicq; solent, siue pulsare uelut quis, ut tu iactabundus dicebas, super genam, siue pecunias rapere, siue urbe expellere, siue ulro supplicio afficere. Ita uero cōparatum esse, rem turpissimam omnium esse dicebas. Mea uero sententiā iam saepius dicta, atq; rursus nihilo prohibente dicenda, cōtra se habet: uidelicet nō esse turpissimum iniuste genā percuti, uel corpus marſupium ue cedi, sed percutere iniuste atq; cedere mihi meisq; turpius atq; deterius. Item furari, & in seruitutē adducere, murosq; suffodere, atq;

summatim

summatim quamlibet iniuriā facere, esse ei qui facit deterius simul & turpius, q̄ accipere. Haec superius a nobis cōcessa, ut ego assero, cōtinentur atq; uincuntur, & si dicū rusticius est, ferreis adamantinisq; rationibus; quibus, ut ita sentia, adducor. Quas nisi tu aut aliquis te robustior dissoluat, fieri non potest: ut aliter q̄ ut nunc ipse dico, recte dicatur. Nam mihi quidem semper idem permanet sermo: me uidelicet haec nescire quo pacto se habeant: atamen nullum eorū qui cum haecenus loquutus sum, quemadmodū modo uobiscū, potuisse unq; aliter dicendo non ridiculum apparere. Quamobrem haec iterum statuo ita se habere. Quod si ita se habeat, atq; iniuriā maximū qui eam facit est malorū: illud insuper maius est iudicandum; uidelicet ipsum qui fecerit, nunq; dare poenas: quod tandē auxiliū erit illud, quod quisquis cum sibi met afferre nō possit, reuera sit cōtemnendus? Nonne hoc quidem maximum a nobis amoueat detrimentū? Profecto necessē est hoc esse turpissimū, non posse auxiliū eiusmodi praestare sibi ipsi amicisq; ac propinquis. Secundum uero auxiliū ad uersus malum secundum; tertium contra tertium, ceteraq; similiter, prout cuiusq; aliter magnitudo se habet, ita ut pulchritū esse opem afferre posse, & turpe nō posse. Nunquid aliter q̄ sic se res habet Callicles? C A L. Certe nō aliter. S O. Cum igitur haec duo sint, facere iniuriā, ac pati: maius utiq; malū esse dicimus inferre, minus autē pati. Quod nā igitur auxiliū sibi cōparans aliquis, ut unq; potissimū consequetur, ut neq; inferat iniuriā, neq; accipiat utrūq; potentia an uoluntate? Sic autē dico, utriū si nolit pati iniuriā non patietur: an si potentia sibi cōparauerit, ita duntaxat nō patietur. Cōstat certe si potentia. Quid autē in inferendo: utrum si quis iniuriari nolit, satis erit remediū. Neq; em̄ iniuriā inferet. An ad hoc insuper potentia quae dā & ars est cōparanda, quam nisi quis didicerit atq; exercuerit, iniuriā faciet: Cur non mihi ad id saltē respondes Callicles: utriū ego atq; Polus tibi uideatur recte superiorib; coadi rationibus fuisse nec ne? quando cōfessi sumus, neminē uolentem iniuriā facere, sed inuitos hanc inferre quicūq; inferant. C A L. Esto tibi id ira Socrates, ut disputationē hanc concludas. S O. Ad hoc itaq; potentia quaedam & ars cōparanda uidetur, nec uī faciamus iniuriā: Omnino quidē. Quenam igitur ars est ad facultatē comparandā, per quā uel nullam quis, uel minimā iniuriā patiatur? Cōsidera utriū tibi idem uideatur quod & mihi. Mihi quidem ita uidetur, uel oportere principatū in rep. obtinere, uel usurpare tyrannidē, uel cū presenti gubernatione habere cōmerciū. C A L. Vides o Socrates q̄ paratus sim siquid recte dixeris cōprobare. Profecto id mihi recte nimitū abs te dictū fuisse uidetur. S O. Cōsidera preterea hoc, si recte dicere tibi uideor. Amicus mihi uidetur quicq; esse cuiq; maxime, quē admodum antiqui sapientesq; tradunt, ut maxime similis est, nōne & tibi? C A L. Mihi quidē. S O. Nonne ubi tyrannus ferus rudisq; dominatur, siquis ea in urbe multo melior sit, tyrannus hunc formidat, atq; huic nunq; tota mente amicus esse poterit? C A L. Sic accidit. S O. Neq; si multo sit deterior: cōtemnet enim eum tyrannus, neq; unquam tanq; erga amicum afficitur. C A L. Vera narras. S O. Solus ergo amicus huic esse poterit apud eum existimatione dignus, qui cum moribus similis sit, eademq; laudet atq; uituperet, subesse uelit domino & parere. Hic nimirum magnā in ea ciuitate habebit potentiam: hunc iniuriā impune nullus afficiet. nonne ita se res habet? C A L. Ita. S O. C. Siquis ergo in hac urbe ex ipsa iuuentute cogitet, qua potissimum ratione magnā comparare potentiam ualeat: adeo ut nullus iniuriā sibi queat inferre: haec ipsa, ut uidetur, illi uia est: statim ab adolescentia seipsum affuefacere; ut eisdem gaudeat atq; doleat, quibus & dominus: atq; ita se cōparare ut illi sit quammaxime similis. nonne ita? C A L. Ita. S O. Hic ergo ut praesens sermo significat affequetur, ut iniuriā inferri sibi nō possit, magnamq; habeat in ciuitate potentia. C A L. Prorsus. S O. Nunquid etiā assequetur ut iniuriā inferat nemini: an potius multū abest? siquidē iniusto principii similitudo, magnaeq; autoritatis apud eum. Verū puto eiusmodi uita statum huic ad id ac commodatissimū esse, ut quammaxime facere iniurias possit, poenasq; iniuriarum penitus deuitare. nonne ita? C A L. Apparet. S O. An nō hic malo occupabitur maximo, cum flagitiosus sit, animūq; infectum habeat ob imitationē domini similem; potentiam? C A L. Nescio quomodo sermone o Socrates rursus deorsumq; uertas. An nescis eū qui sic imitatur, posse eum qui nō imitatur, occidere, modo uelit, patrimonioq; expoliare? S O. Scio quidē o bone Callicles, nisi surdus sim: cum nō solum abs te, uerum etiā a Polo nuper, & a ceteris ferme omnib; in ciuitate idem frequēter audierim, at ipse me audi, profecto interficiet, modo uelit: sed malus honestū atq; bonum. C A L. At hoc ipsum grauiter est ferendū. S O. Non certe uiro mente ac ratione praedito, ut & tuus sermo significat. An putas in hoc ipso mul-

H 3 tura

tum ab homine laborandū, ut quod diutissime uiuat, easque artes meditetur, que nos seruare semper à periculis possint, qualis rhetorica est, ad quam tu me capeſſendā exhortaris: eo quod in iudicijs nos sepe seruet. C. A. L. Per Iouē tibi recte cōsulo, s. o. Quid uero uir optime: nandi peritā præclara tibi uidetur? C. A. L. Non per Iouē, s. o. Attamē seruat hæc homines ab interitu, quouens illuc incidirint ubi eiusmodi arte sit opus. Q. si hæc tibi uidetur exigua, ego maiorem hac adducā, gubernatoriā scilicet, que nō solum uitā, uerum etiam corpora & pecunias ab extremis seruat periculis, nō secus quæ rhetorica, atque hæc tamen humilis est atque modesta, nō iactabunda, neque ampullosa, quasi mirabile aliquid cōsequuta. Sed cum eadē efficiat que rhetorica, si ab Aegina hucusque nos seruet, duos duntaxat exigit nummos. Si uero ex Aegypto uel Ponto salua reduxerit quæ modo dicebā, nos & filios uxoresque & diuitias, duas drachmas exposulat: atque ipse hac arte præditus qui uel hæc perfecit, descendēs, in littoreque secus mare nauēque deābulans ne quaquam se effert, neque inflatur. Animaduertit em̄, ut arbitror, incertū esse utrū profuerit uel obfuerit illis quos seruauit ne fluctibus mergerentur: intelligens se nihilo uel corpore uel animo meliores reduxisse illos quæ acceperit ab initio nauē ingrediētes. Cogitat ergo si quis magnis insanabilibusque morbis corporis pressus in mari nō pereat, hunc ideo miserū esse quia non perijt, nec ullam ab ipso susceperit utilitatē. Si quis autē animo qui corpore pretiosior est, multos insanabilesque habet morbos: nunquid huic uiuēdum est: ei que utilitatē afferret, siue ex mari, siue ex iudicio, siue aliunde quis ipsum seruet: Sed profecto nouit flagitioso homini ut uiuat nō expedire. Necessē est em̄ ut male uiuat. Quamobrem nulla extat lex per quam gubernator quis nos seruet gloriari possit, atque in honore haberi. Ceterū ipse machinarū faber, qui nedū gubernatore, sed etiā exercitus duce, uel quouis alio non minus interdum seruare potest, eo quod ciuitatibus interdū totis salutem præstet, nunquid causidico equi parandus esse uidetur? Qui si uellet hic quædam uos rem suam extollere, nimirū uos uerbis obrueret, exhortās omnes ut fabri machinarū efficiantur: quasi nullius momenti sint cetera. Nō em̄ sibi deesse materia. Veruntamē hunc ipse arteque eius nihilo minus contēneres, ac uelut per contumeliā machinarū uocitares, nec eius filio collocare in matrimoniu filiam tuā uelles, neque etiā filia tu eius ducere. Quāuis ex quibus, nam rationibus, facultatē tuam laudas: quonā pacto uel machinarū uel alios quos pauloante cōmemorauit, iuste poteris aspernari: Diciturū te arbitror, meliorē esse te, atque ex melioribus ortum. Ipsum uero quod melius dicis, si nō est id quod ego dico: sed hoc ipsum uirtus est, seruare se ipsum qualiscūque sit, atque sua: certe ridicula tibi uituperatio est aduersus machinarū uel medicū aliusue artes, quotcūque salutis gratia sunt inuenta. Ceterū ob beate uide ne aliud sit generosum atque bonū, quod seruare atque seruari. Neque em̄ uiuere hic quantūcūque tempus, optandū est uiro qui uere sit uir: neque uita hæc amanda est, sed hæc deo cura relinquenda: mulieribusque adhibenda fides, quæ dicitur ne minē uitare posse fati: id in primis cōsideret quisque, qua ratio ne hoc ipso tempore quo uita fungitur quod optime uiuat. Nōne id fiat si ciuib. quibus cum uiuit, per similitē se præstet: & nunquid oporteat te nūc similitū euadere Atheniensiu populo si amicus huic sis futurus, magnaque inter illū autoritatis? Cōsidera igitur utrū id tibi mihi expediat nec ne: Neue id nobis ob beate uir eueniat, quod Thesalicis mulieribus deducētib. lunam euenire tradunt, cum amicis simis optio nobis sit huius potentia. Si autē ipse putas quempiā hominū artem quandā eiusmodi traditurū, per quā in ciuitate hac potens efficiaris, quam uis gubernationi publicæ sis dissimilis siue melior, siue deterior, haudquaquam recte, ut mihi uidetur, ob Callicles cogitas. Non enim imitatorē, uerum ipsa natura persimilem esse ijs oportet si magnum aliquid ad beniuolentiā Atheniensis populi cōparandam sis consecuturus, ac per Iouē insuper Pyrilampi. Quisquis te his efficiet similem, is faciet quemadmodum cupis, ut ciuillis sis, atque rhetoricus. Nempe omnes ijs uerbis quæ suis moribus, consuetudinibus sunt, delectant, diuersisque turbantur, Nisi tu forte ob lepidū caput aliud afferas. Dicemus ne aliquid ad hæc Callicles? C. A. L. Nescio quomodo bene dicere mihi uideris ob Socrates, Euenit mihi tamē, quod multis accidere alijs cōsueuit: nā haud magnā tibi habeo fidē. s. o. Amor populi ob Callicles tuo insitus animo restitit mihi: uerū si sepius meliusque hæc eadem cōsiderauerimus, tibi forte probabilia uidebuntur. Recordare igitur duas à nobis narratas esse præparationes tam ad corpus quæ ad animum pertinentes. Quarū altera quidem tendat ad uoluptatem, altera uero ad id quod melius est, nō gratificans, sed repugnans. Nonne hæc in superioribus definiuimus? C. A. L. Prorsus, s. o. Et quæ declinat ad uoluptatem, seruilis: neque quicquam aliud quam aduatio est. nonne ita? C. A. L. Est, siquidem ita tibi placet. s. o. C.

Altera

Altera uero studet ut quod optimum fiat, siue anima sit siue corpus id quod curamus. C. A. L. Omnino, s. o. Igitur sic reip. ciuittque capeſſenda nobis est cura, ut ciues ipsos bonos efficiamus. Alloquin quædam modū superius meminimus, nihil prodest beneficiū aliud cōferre, nisi honesta & bona sit mēs eorum qui accepturi sunt uel pecunias multas, uel imperiū uel alia quilibet potestate. Ponimus sic esse, nec ne? C. A. L. Prorsus si tibi placet, s. o. Si ergo nos inuicē ob Callicles cohortaremur publice ciuilia pertractātes ad murorū, uel naualium, uel tēplorum ingētia ædificia: nūquid necesse cōsiderare nos ipsos atque dispicere: primū quidē an eius artis peritiā habeamus nec ne: & à quo didicerimus? an ita oporteret id fieri aut minus? C. A. L. Prorsus, s. o. Secūdo uero siquādo priuatim nobis uel amicis aliquod cōstruximus ædificium: id ne pulchrum sit uel turpe. Quod si inuenerimus magistros nobis bonos præstātesque fuisse, multaque ædificia atque præclara, tū unā cū magistris, tū à nobis ipsis ædificata, tūc demū rationi consentaneū esset ad publica nos cōferre. At si neque magistrum nostrū possimus ostendere: ædificia quoque aut nulla, aut nō bene constructa: stultū certe foret, opera aggredi publica, nosque ad ipsa inuicem cohortari. Fatemur recte hæc dici, nec ne? C. A. L. Prorsus, s. o. Nonne similitur & in cæteris omnibus. atque si in ciuiliū rerū tractatione inuicē cohortemur, quasi idonei simus medici, examinare nos mutuo hunc in modū cōueniet: Age per deos, ipse Socrates, quonā pacto affectū ad sanitatē corpus habet, uel quis nā alius Socrates opera euasit à morbo siue liber, siue seruus? Me quoque de te eadē ratione iudicare deceret: atque nisi aliquē per nos uel peregrinorū uel ciuiliū, siue uirū, siue mulierē sanātū esse cōperiamus, per Iouē ualde ridiculū foret eō amentia prouehi, ut nullis priuatim tentatis, nullisque perfectis rebus, nec dū arte exercitata, singulariā ut dici solet, in ipso uale discere aggrediamur, & ipsi ad rem accedentes, & ad eā alios prouocantes. Nonne id conari stulti hominis esse putares? C. A. L. Nimirū, s. o. At ob uirorū optime, cū nuper ad ministrare remp. cœperis, ac me insuper exhorteris, quod ue id nō faciā reprehēdas: nonne ita inter nos considerare debemus. Agedū Callicles quemnā suorū ciuiliū reddidit meliorē: Est ne quisquam, qui cū antea improbus & iniustus & incontinens atque imprudens esset, tandē uero Calliclis opera honestus bonusque euaserit, siue peregrinus, siue ciuis, siue seruus, siue liber: Dic si quis id abs te exigat, quidnā sis responſurus: quæ adduces aliquando factū tua cōsuetudine meliorē? An exponere piget si aliquod eiusmodi est opus priuatim à te confectū prius, quæ ad remp. te conferres? C. A. L. Contentiosus es Socrates, s. o. At non contentionis causa id requiro, sed reuera cupiditate discendi quemadmodū administranda nobis publica censeas: an alia curanda sunt remp. aduentibus quæ ut optimi ciues efficiantur: an nō sapius iam confessi sumus id esse ciuili homini faciendū? Num confessi sumus: Responde quoque, profecto confessi sumus, ut ego pro te respondeā. Si igitur ad id in sua ciuitate uirū bonū incumbere decet, nunc in memoriā reuocans mihi dicas uelim, nunquid illi quos in superioribus commemorasti, adhuc tibi uiri boni fuisse uideantur, Pericles, Cimon, Milciades, Themistocles. C. A. L. Mihi quidē, s. o. Nonne si uiri fuere boni, unusquisque illorū ciues ex deterioribus reddidit meliores? Nōne ita? C. A. L. Ita, s. o. Si ita est: ergo quando Pericles primo orare cœpit ad populū, deteriores erant Athenienses, quā cū postremā ad eos habuit orationē. C. A. L. Forſitan, s. o. Non licet uir optime dicere forſitan. Nam ex his quæ concessimus necessario sequitur: siquidē bonus ille ciuis fuit. C. A. L. Quid tum? s. o. Nihil, uerū ad hæc id mihi dicas: nunquid dicantur Athenienses Periclis opera meliores esse redditi, aut omnino contra ab illo corrupti. Sane Periclē audio Athenienses fecisse pigros, timidos, loquaces, auaros: primumque mercenaria stipēdia induxisse. C. A. L. Ab his qui fractas habent aures hæc audis ob Socrates, s. o. At hæc non amplius audio, sed apertissime scimus uterque: uidelicet Periclem ab initio magno in pretio fuisse habitum, neque turpem sententiam aduersus eum ullam tulisse Athenienses, dum prauit erant: postquam uero honesti & boni ab ipso facti sunt, in extremo eius uitæ furti ipsum condemnauisse: parumque abfuisse quin ultimo supplicio quasi malum uitrum afficerent. C. A. L. Quid tum? malus ne propterea Pericles uir extitit? s. o. C. Talis quidem asinorum curator & equorum atque bouum malus uidetur: si cum eos acceperit, neque calcitrosos, neque cornu petentes, neque mordaces: effecerit ut hæc obferitatem habeant uitā. An non tibi uidetur ille cuiuslibet animalis malus esse curator, qui cum acceperit manifestum, magis ferum reddiderit quā accepit? Videtur tibi nec ne? C. A. L. Concedo equidē ut tibi gratum faciam, s. o. C. In hoc præterea gratificare mihi, respondens utrū homo unū sit animalium

H 4 nec

Mulierū dictū
nemine uitare
posse fatum

Pronectium

nec ne. CAL. Quid rogas? o. Nonne hominum curam Pericles habebat? C. A. L. Habebat, s. o. c. Quid ergo? an non oportebat ipsos quemadmodum modo consensimus, iustiores ex iustioribus ab illo fuisse factos? siquidem ille qui curabat eos in rebus civilibus, peritus erat. C. A. L. Prorsus, s. o. Nonne iusti mansueti sunt, ut ait Homerus? tu uero quid ais? nonne similiter. C. A. L. Aio, s. o. Veruntamen ferus magis ipsos reddidit quam acceperat: idque aduersus seipsum quod quidem minime uoluisse. C. A. L. Vis ne tibi assentiar? s. o. Si uideor tibi uera loqui. C. A. L. Sint ista, s. o. Proinde si magis ferus, ergo iniustiores atque deteriores. C. A. L. Esto, s. o. Quamobrem non bonus ad rem administrandam ciuis Pericles erat, ut ratio hec ostendit. C. A. L. Non ut ipse ais, s. o. Per Iouem neque ut tu inquis, per ea quae coesiteris. Rursum autem mihi de Cimone dicas: nonne relegauerunt eum illi quos ipse curauerat, ut uocem eius decennio non audirent? Præterea aduersus Themistoclem idem fecerunt, atque exilio insuper damnauerunt. Miltiadem uero qui in Marathonem pugnauit, in carceribus barathrum detrudere decreuerunt, ac nisi obstiterit magistratus, procul dubio incidisset. At uero si boni, ut tu ais, hi fuissent uiri, talia nunquam perpeffi fuissent. Etenim aurigae boni, non ab initio quidem non excidunt: postquam uero equos curauerint, eiusque artis fuerint peritiores, tunc excidunt. id enim neque in aurigaria, neque in alio quouis opere accidere solet: an tibi uidetur? C. A. L. Minime, s. o. Vera igitur erant quae a nobis in superioribus dicebantur, nullum uidelicet in hac ciuitate nos uirum scire extitisse, qui in rebus bonus ciuis esset habendus. Tu uero confessus es nullum esse talem: ex his autem qui precesserunt, extitisse nonnullos, atque inter eos quidem hos uiros præ caeteris electi. Hi uero non aliter se habere hac in re quam qui nunc sunt, apparuerunt. Quapropter si hi oratores fuerunt, neque uera rhetorica usi sunt, alioquin nunquam cecidissent, neque adulatoria. C. A. L. Multum tamen abest o Socrates ut quicquam eorum qui nunc sunt talia gesserint, qualia isto tempore. imò uero hac in re mihi uidentur diligentiores quam hi nostri fuisse: aptioresque ad illa consistenda, quae ciuitas cupiebat. Verum in eo quod castigare ciuium cupiditates oporteat, neque illis obsecundare, sed & persuadere & cogere ad hoc ipsum perducere unde meliores reddantur ciues: nihil, ut ita loquar, inter hos atque illos interest. quod quidem solum est boni ciuis officium. At tamen tibi coesiteor illos his aptiores fuisse ad naues, naualia, moenia, aliaque eiusmodi multa rebus comparanda, in re ergo ridiculam disputando reuoluti sumus: siquidem in omni hac disputatione in idem assidue circumscribimur, quid dicamus ignari. Ego enim te sepius concessisse arbitror, atque cognouisse geminam hanc esse facultatem circa corpus & circa animam curatricem. Et altera quidem ministrat, per quam quae corpus cupiat, comparentur: ueluti si fame faciat, cibi: si sitiat, potus: si frigeat, uestes, strameta, calcei, caeteraque quae ad usum corporis exiguntur. Et profecto dedita opera easdem per imagines tibi loquor, ut facilius intelligas: horum esse paratorum, uel cauponum, uel mercatorum aut officinem alicuius istorum: uidelicet pistorem, aut coquum, aut textorem, aut calceorum futurum, in sefectionemque coriorum, nec mirum est eum qui talis sit, uideri corporis curatorem, tamen sibi quam alijs imperitis, esse præterea arte quamdam gymnasticam atque medicinam, in quibus curatio corporis reuera consistit. Quam decet huiusmodi artibus imperare, earumque operibus uti, propterea quod scientiam habeat boni atque mali quantum ad corporis pertinet alimenta atque ualitudinem: quod quidem ab his alijs omnibus ignoratur. Quam ob causam dicendum est, has quidem seruiles ministrasque & illiberales esse circa corporis cultum: gymnasticam uero & medicinam his merito dominari. Haec igitur eadem esse etiam circa animam uideris mihi interdum cognoscere: mihique concedis tanquam quid dicam intelligas. Verum paulo post adducis in medium uiros praecclaros & bonos in hac ciuitate quondam fuisse: atque me quaerente quinam isti fuerint, uideris simillimos proferre homines circa rempublicam, ac si me percontante quinam fuerint aut sint boni circa gymnasticam corporum curatores, responderes mox idque serio. Thearion pistorem: & Mithecus qui de Siculorum arte coquinaria scripsit, & Sarambus caupo: quasi hi mirabiles corporum cultores extiterint: quorum hic suaues panes, ille epulas, ille uinum praeparabat. Fortasse igitur indigne ferres, si gymnasticam te non intelligere dicerem. Nam ministros in medium afferes, cupiditatumque assertores: qui quid honestum bonumue sit in his, nequaquam diiudicant, sed utcumque contingit corpora hominum implent eaque faginant. Hi laudantur ab ipsis, cum tamen ob nimiam impletionem carnes illas ueteres abimpserint. Atque postea cum ingruunt morbi, qui ita nutriti sunt, eos quidem qui deinceps consuluerunt ob ignorantiam accusant: eos uero qui ad libidinem nutrire nequaquam. Cum inquam repletio talis tanquam immo-

derata

derata tandem infert morbum, tunc praesentes consultores criminantur & improbant, atque in iuria insuper si queant afficiunt: priores uero illos qui causam morbi dederunt, laudibus effertur. Et tu nunc o Callicles simillimum quiddam facis, dum eos laudas qui hos nutrire, atque his rebus. quartum cupidum inceserat, implere, quos autem magnam effecisse ciuitatem, quod autem tu mens & inuita malefana iam sit ob antiquos illos, non sentiunt. Absque enim temperantia & iustitia, portibus, naualibus, moenibus, tributis, uectigalibus, & huiusmodi nugis ciuitatem hanc impleuerunt. Quando igitur morbus erupit, tunc illi qui in praesentia gubernant rempublicam, improbantur. Themistocles uero ipse & Cimo & Pericles qui malorum causa fuere, laudantur. Quamobrem tu forsitan nisi caueas capieris, & amicus meus Alcibiades, quando propter illa quae acquisita erant, uetera quocumque fuerint amissa, quauis malorum causa uos non sitis, sed una cum caeteris causa. Atqui ego rem stultam & nunc cerno & de antiquis illis audio. Sentio enim quando ciuitas aliquem ex his qui in rebus uersantur iniustitiam damnare aggreditur, grauitate eos ferre atque discruciarum animo, quasi iniqua patiatur qui beneficia in rebus multa contulerint. Nempè autem iniuste se ab illa damnari. Quod omnino se fallum est. Nunquam enim reipublicam gubernator iniuste damnatur ab ea cui praestitit ciuitatem. Videtur autem idem euenire his qui in rebus uersantur, atque sophistis. Sophista enim quauis in caeteris sapientes, in hoc tamen uno absurde se gerunt: quod cum se docere uirtutes affirmant, saepe tamen discipulos uelut ingratos accusant atque iniustos, qui cum bona ab eis reportarint, mercedem tamen nullam aut gratiam referant. Quo quidem sermone nihil a ratione est alienius, quod uidelicet uiri boni iustitiam faciunt, & ab iniustitia praceptoris opera remoti, atque iustitiam praediti, iniurias ea ipsa iniustitia quam non habet praceptoribus inferant. an non uidetur tibi o amice id absurdum? Reuera conclamatione me coegisti, dum respondere recusas. C. A. L. Tu uero per te ipsum dicere non potes nisi quis tibi respondeat? s. o. Videor equidem, & nunc frequenter iam extendo sermones, dum ipse mihi non respondeat dignaris. Sed o bone uir per Iouem amicabilem mihi dicas, an non praeter rationem tibi uidetur, ut is qui dicat se bonum aliquem reddidisse, de eodem conqueratur, quasi qui bonus ab ipso factus est, sit & malus? C. A. L. Mihi quidem uidetur, s. o. Nonne audis illos qui docere uirtutes proficere, talia conqueri? C. A. L. Equidem, sed quidnam de hominibus nullius praeteri dicere potes? s. o. Quid uero de illis diceris qui reipublicam praestitit se autem, atque ut illa quam optima sit diligenter excogitent: rursumque ipsam accusant prout accidit, tanquam pessimam putas ne hos ab illis differre? idem profecto est sophista ac rhetor, uel propinquum aliquid atque simile: quemadmodum ad Polium dicebam. Tu autem propter ignorantiam praecclarum quiddam putas esse rhetoricam, sophisticam uero contemnis. Sed reuera pulchrior est sophistica quam rhetorica: quo & pulchrior est conditrix legum quam iudiciaria, & gymnastica quam medicina. Solis autem condicatoribus & sophistis minime arbitror concedendum, ut de eo quod ipsi docent, quasi sibi sit malum conquerantur. Alioquin in eadem ipsa accusatione seipsum pariter criminantur, quasi nihil eis profecerint quibus utilitatem attulisse se dicunt. nonne ita se res habet? C. A. L. Ita prorsus, s. o. Et contulisse beneficium absque mercede, ut consentaneum est, solis istis conueniebat, siquidem uera dicerent. Nam alia quidem beneficia cum quis acceperit, ueluti per gymnastiam magistru celer factus, forte utique gratiam non referret, nisi caueretur ut mercedem solueret quam primum celer satis euaserit. Non enim tarditate, ut arbitror, homines sed iniustitiam iniuriam faciunt. Nonne? C. A. L. Ita: s. o. Siquis igitur hoc ipsum auferat, scilicet iniustitiam, discrimen iam iniuriam deuitauerit. Verum per id solum in tuto collocari beneficium potest, si quis eos quibus confert, bonos reuera possit efficere. Nonne? C. A. L. Consentio, s. o. Propterea ut uidetur in alijs contrahebatur turpe non est sibi cauere, ueluti pro aedificijs caeterisque artificijs. C. A. L. Apparet, s. o. Pro hac autem facultate, scilicet ut bonus quis fiat, optimeque familia sua gubernet atque tempore existimatur nihil prius uelle docere quam de pecunia caueat. Nonne? C. A. L. Certe, s. o. Constat enim hanc esse causam: quia solum hoc ex alijs beneficijs eum qui acceperit facit referenda gratia cupidum. Quapropter praecclarum uidetur esse argumentum, si is qui officium eiusmodi praestiterit, uicissim ipse recipiat: contra uero nequaquam. Num haec ita se habent? C. A. L. Ita: s. o. Ad utramque igitur me cohortaris ciuitatis curam: age mihi definias. ad eam ne per quam Athenensibus repugnem, contemdamque ut quam optimi fiant tanquam medicus. an ad eam per quam tanquam minister uoluptatis illorum gratia studeam? Et mihi uera dic o Callicles. decet enim te quemadmodum incepisti audacter proficere, mihi libere exprimere quae sentis. Et nunc ergo bene generoseque responde. C. A. L. Ad ministerium profecto te exhortor, s. o. Ad adulationem ergo me o uir generosus, prouocas. C. A. L. Si mauius o Socrates Myrsion uocari, uocaberis ut. q.

utiq; nisi mihi credideris. s. o. c. Ne obijcias mihi nunc quod iam sapius obiecasti, uidelet interficieret te o Socrates, quicumq; uoluerit, ne ego iterum ita respondeam: at malus bonum, neq; iterum dicas: auferet tibi o Socrates quilibet siquid habes, ne ego quoq; respondeam: at uero qui auferet, nesciet illis tanquam sibi utilibus uti, sed quemadmodum iniuste a me abstraherit, sic ipse uterur iniuste, quod si iniuste, ergo & turpiter. deniq; si turpiter, male. c. a. l. Videris mihi opinari, nihil eiusmodi accidere tibi posse: perinde ac si procul hinc habitet, neq; deduci posse in iudicium putas ab ignauissimo quoq; nulliusq; pretij homine. s. o. Ames certe forem o Callicles nisi putarem in hac ciuitate unquam quodlibet eiusmodi pati posse. Hoc tamen certo scio, si in iudicium uenero periclitans ob ea quae tu affers, improbum fore qui me accusauerit. Nullus enim bonus hominem accusat in fonte. Profecto nihil mirum foret si morte damnarer. uis tibi dicam quae ob causam haec expectem: c. a. l. Volo equidem. s. o. Arbitror equidem me unam cum paucis Atheniensibus, ne dicam solus, ciuilem disciplinam reuera tractare, neq; solus ex omnibus qui nunc sunt ciuilia exercere: utpote qui non ad gratiam uerba facio, quae frequenter facio, sed ad id potius quod optimum sit & quod dulcissimum: neq; ea ad quae quasi praecleara quaedam tu nunc monedo exhortaris, recipio me facurum, nimirum quod potissimum in iudicio dicam non habeo. Et nunc quidem recurrit mihi rursus in mentem quod ad Polum dixeram. Ita enim de me iudicaretur, quemadmodum inter pueros de me dico quem accusauerit coquus. Considera enim qua se ratione defenderet medicus, die sibi apud pueros dictas, si quis est his uerbis accuset. Vir iste o pueri multa uobis intulit mala. Nam & uos & minores etiam uestros secundo urendoq; contorquet, & attenuans suffocansq; afflicta, praeterea amarissimos praebet potus, & ad famem stimulat: uos urget. Ego uero contra multa & uaria suauiaq; uobis paro. Si haec in qua coquus deferat accusator, quidnam cerites hoc circumuentum malo medicum responsurum: an forte uera fatebitur dicens: haec equidem o pueri sanitatis uestrae gratia feci. At enim quae uehementer putas iudices eiusmodi reclamaturus: c. a. l. Vehementer fortasse putandum est. s. o. Nonne igitur in maxima est ambiguitate inopiaq; suae defensionis tunc detineri existimas: c. a. l. Prorsus. s. o. Idem mihi, scio, si in iudicium traheret eueniret: neq; enim uoluptates ulla ad me ad eorum libidine inuentas commemorare possem, quas ipsi beneficij utilitatisq; loco existimant: ego uero nequaquam. Nec ministros quidem earum probo, neq; eos ob id quibus praebentur feliciores existimo. Praeterea si quis me dicat uel corrumpere iuuentutem in ambiguitate inopiaq; deducendo, uel improbare seniores mordacibus quibusdam uerbis uel priuate uel publice, non dabitur mihi ueri dicendi facultas: me uidelicet iuste haec omnia dicere, eorumq; ipsorum duntaxat utilitati consulere: neq; aliud quicquam afferre facile potero. Quamobrem forsitan nihil est quod aduersus me non decerneretur. c. a. l. Videtur ergo tibi bene se habere, qui in ciuitate talis sit, ut sibi ipsi nequeat praesidio esse: s. o. c. Modo hoc sit in ipso o Callicles, quod tu sapius consensisti, ut sibi met id auxilij praestare possit, quo neq; aduersus homines, neq; aduersus deos iniuste aliquid fecerit aut dixerit. Hoc enim auxilij genus praestare sibi, sapius iam consensimus optimum esse. Si quis igitur me conuincat eiusmodi auxilium mihi uel alijs afferre non posse, proculdubio erubescere siue inter multos, siue inter paucos, siue solus a solo fuerim redargutus. Itaque si propter hanc impotentiam morerer, grauiter ferre. Sin autem ob aduulatoriae rhetoricae defectum ultimo supplicio afficerer, certo scio me mortem per facile ferentem te perspecturum. Nam mori quidem nullus formidat nisi omnino rationis expertis atq; ignauus, iniuste autem agere ueretur. Multis enim peccatis referta anima ad inferos descendere, extremum omnium est malorum. Proinde si quamobrem sic se res habeat, cognoscere cupis, rationem tibi exhibebo. c. a. l. Imo uero cum caetera perfeceris, hoc etiam perfice. s. o. Audi igitur ut aiunt pulcherrimum sermonem, quem te arbitror fabulam putaturum: ego uero non fabulam, sed sermonem. Nam tanquam uera quae diciturus sum, tibi narro. Profecto quemadmodum ait Homerus, Iupiter, Neptunus, & Pluto, regnum quod acceperunt a patre, inter se diuiserunt. Extabat autem lex de hominibus sub Saturno, & semper, & nunc etiam extat apud deos: ut quicumq; homines iuste pieq; uitam egissent, cum e uita migrarent, ad beatorum insulas profecti, in omni felicitate uiuerent, a malis longe se iuncti: qui uero iniuste impieq; uixissent, in punitionis iustiq; supplicij carcerem, quod appellant Tartarum, irent. Horum uero iudices sub Saturno, atque etiam sub ipso Ioue regnare nuper incipientes, uiuentes erant atq; uiuentium, atque eadem die qua mortem quis obiturus fuerat, iudicabant, quapropter iniuste iudicabatur. Igitur Pluto atq; beatarum curatores insularum Iouem

Nullus bonus
accusat in fonte

adeuntes retulerunt, indignos ad eos utriusq; homines deuenire. Ad quos sic inquit Iupiter: At ego remedium adhibebo. Nunc enim propterea iudicatur inique quod uestiti atque circumdati singuli iudicantur, quoniam ante obitum iudicantur. Itaque multi prauas circumferentes animas circumdati sunt corporis forma & genere atq; diuitijs. Praeterea quando iudicium imminet, confluit multitudo testium afferentium eos iuste uixisse. Quo fit ut iudices ob haec obstupescant. Accedit quod & ipsi uestiti atq; circumdati iudicant, oculos & aures & totum corpus quasi animae uelam habentes. Haec enim omnia illis obstacula sunt, uide licet tam sui quidam quam eorum qui iudicantur amicus. Principio prouidendum est, inquit, ne homines mortem suam praesentiant: nunc enim praudent, & mandatum est Prometheo ne eos praesentire permittat. Deinde nudi his omnibus sunt iudicandi. Sunt enim iudicandi post obitum. Iudicem quoq; ipsum esse nudum oportet, mortuum uidelicet: & ipso duntaxat animo animi ipsum inspicientem statim post imperatum cuiusq; obitum, animum inquam a suis omnibus defectum, omnemq; ornatum exteriorum relinquentem in terra, ut iudicium iuste procedat. Ego igitur utpote qui ante uos haec praederem, constitui iam meos filios iudices, duos quidem ex Asia, Minoem uidelicet, & Radamanthum: unum uero ex Europa Aacum. Hi ergo postquam mortui fuerint, iudicabunt in prato quodam, ibiq; in triuio, ex quo geminae tendunt uiae: altera quidem ad tartarum, altera uero ad insulas beatorum. Et Asiaticos quidem Rhadamanthus: eos uero qui ab Europa uenient, Aacus iudicabit. Minoi autem id munus iniungam ut ipse diiudicet si quid alijs ambiguum fuerit, ut iulissime, recteq; de transmissione animarum iudicetur. Haec sunt o Callicles quae audiui, ueraq; esse credo, atq; ex his sermonibus adductus ita mecum reputo. Mors quidem est ut mihi uideatur nihil aliud quam rerum duarum, anime scilicet atq; corporis, a se inuicem dissolutio. Cum uero duo haec distincta sunt inuicem, non multum abest quin utrumque ipsorum habitum seruet eundem quem uiuente homine possidebat. Principio corpus tanquam naturam suam quam culturam passionemq; praefert. Veluti si magnam erat alicui corpus uel natura, uel alimonia, uel utriusq; dum uiuebat: mortuo etiam homine erit magnam. Ita si crassum fuerat, erit & crassum, ceteraq; similiter. Praeterea si comandi studiosus homo fuerat, seruabit comam. Rursus si quis erat uerberosus, multaq; plagarum uestigia corpori habebat impressa uel a uerberibus, uel a uulneribus dum uiueret: huius quoque mortui corpus eadem retinere uidebitur. Et si qua in parte fractum erat aut distortum, eo quoque mortuo eadem haec apparent: atq; ut summam dicam, quaecumque uiuentis erat corpus, tanta ipsius mortui omnia uel plurima ad tempus apparent. Idem quoque mihi uideatur Callicles de anima sentiendum, cuncta enim apparent in anima cum corpus exuerit, tam quae ex natura, quam quae ex affectibus inerant, quae ob rei cuiusq; studium in ea homo contraxit. Cum igitur ad iudicem peruenierint, Asiatici quidem ad Rhadamanthum, Rhadamanthus eos sistens uniuscuiusq; animam intuetur, cuius tamen anima illa fuerit non animaduertit. Sed plerumque magni Persarum regis aut alterius regis siue potentis obuium animam contemplatus nihil in eo reperit sani: sed periurij atq; iniustitia quasi quibusdam uerberibus cicatricibusq; infectum, qualia cuiusq; actio contraxit impressitque animo, omniaq; obtorta mendacis atq; uanitate, nihilq; recti habentem, quia sine ueritate fuerat educatus: praeterea ob peccandi licentiam & petulantiam mollemq; lasciuam & in actionibus singulis intemperantiam, in compositum penitus atq; turpem. Animum igitur contemplatus sic affectum, statim ignominiose extra custodiam illuc transmittit, ubi meritas subire poenae oportet. Couenit autem omnem qui ab aliquo recte punitur, uel ipsum fieri meliore utilitatemq; percipere, uel ceteris exemplum dare, ut alij poenae eius conspicientes meliores ob timorem efficiantur. Qui uero apud deos & homines ita dant poenae ut utilitatem inde aliquam referant: hi sunt qui peccata sanabilia commiserunt, quibus dolor cruciatibusq; prodest & apud homines & apud inferos. Non enim aliter quis potest ab iniustitia liberari. Qui autem extrema iniustitia detinentur, ac propter eiusmodi delicta sunt insanabiles, ex his exempla sumuntur, ipsiq; nullam amplius utilitatem inde reportant, utpote qui sanari non possunt: sed profunt duntaxat alijs per exemplum, qui eos intuentur propter flagitia maximis acerbissimisq; & terribilissimis poenis omni tempore cruciatos, tanquam exemplum momentumq; & spectaculum apud inferos in carcere praesentes iniustis omnibus qui ad ea loca descendunt. Quorum unum dico fore Archelaum, si uera narrat Polus, & alium quicumque tyrannus talis extiterit. Arbitror autem in eorum numero qui solum exempla tradunt, plurimos esse tyrannos, reges, potentes, ciuitatum gubernatores. Quippe cum hi ob ipsam

peccandi

adeuntes

peccandi licentiam grauissima prophanissimaque peccata committant. Attestatur autem nobis Homerus, qui reges & potentes inducit apud inferos omnitempore cruciatus, ceu Tantalum, Sisyphum, & Tityum. Theritem uero & si quis alius priuatim fuit malus, nullus unquam uelut insanabilem magnis fecit poenis torqueri: quippe cum licentiam, ut arbitror, non habuerit. quamobrem felicior erat illis, quibus licentia sceleris perpetrandi dabatur. Profecto Callicles ex his qui potentiam licentiamque habent, sunt qui nimium prauis fuerunt. Nihil tamen prohibet inter hos etiam bonos quosdam esse uiros: & certe qui talis fuerit, mirifice est colendus. Nempe arduum est o Callicles ingentibus laude dignum, ut quis in magna peccandi licentia constitutus iustam transigat uitam: paucique tales reperiuntur. Fuere tamen & hic & alibi, atque ut arbitror, erunt nonnulli praecleari bonique uiri, hac uide licet uirtute praediti, per quam ea quorum sibi concessa est autoritas, iuste tractarent. Unus autem Graecorum omnium probatissimus Aristides Lyfimachi filius extitit. Plures autem o uir optime potentum improbi sunt. Quamobrem ut dicebam quando Rhadamantus aliquem eiusmodi deprehendit, nihil aliud in ipso nouit, neque quisnam sit, neque ex quibus ortus, sed utrum sit malus: cumque id compererit, dimittit in Tartarum, obsignans utriusque sanabilis uel insanabilis uideatur. Ille uero illuc transmissus meritis subit poenas. Interdum uero alium intuitus animu uel priuati, uel alicuius alterius qui pie atque integre uixerit: quod quidem philosophis potissimum contingere arbitror, rem suam agentibus neque multis senegotij implicantibus: applaudit huic, transmittit ad insulas beatorum. Haec eadem Aacus efficit. Uterque uero ipsorum uirgam tenet, dum iudicat. Minos autem considerans sedet solus, aureum habens sceptrum, quemadmodum de hoc apud Homerum inquit Vlysses, uidelicet illum uidisse sceptrum aureum tenentem, iuraque mortuis dantem. Ego igitur o Callicles ab huiusmodi sermonibus flector, & iam considero qua ratione iudicis sanissimum animu ostendere possim. Quamobrem omnes populi spernens honores, ueritatemque considerans, conabor reuera te maxime potero bonus uiuere atque mori. Cohortor autem & ceteros omnes quantum possum. Te quoque ad huiusmodi uitam reuoco atque certamen: quod equidem assero praeter alios certaminibus in hac uita esse homini subeundum. Quapropter & te obiurgo qui non poteris tibi ipsi opem ferre quando de te iudicabitur, instabitque sententia quam modo dicebam. Sed cum perueneris ad iudicem Aeginae filium, illeque te apprehensum ducet: oscitabis uacillabisque illic non minus quam ego hic apud iudices uestros. Ibi forsitan percutiet te aliquis turpiter super genam, & contumelia iniuriaque profusus afficiet. Haec forsitan anilis quaedam fabula tibi uideatur, & quae dicta sunt contemnissis: sed profecto nihil mirabile foret haec spernere, si quo pacto perquirentes meliora his & ueriora inuenire poterimus. Nunc uero uides, cum tres uiri sitis omnium qui nunc sunt Graecorum sapientissimi, uisci licet, & Polus, & Gorgias, non posse uos tamen ostendere alia esse ratione uiuendum, quam quae illuc quoque conducere uideatur. Immo uero in tot sermonibus cum ceteri redarguti fuerint, solus hic remanet firmus: scilicet cauendum esse iniuriam facere magis quam pati: idque uiro praeter ceteris omnibus meditandum, non ut bonus quidem uideatur, sed ut reuera sit bonus publice atque priuatim: si quis autem malus quodam modo fuerit, esse puniendum. Idque secundo loco bonu esse, post id quod est esse iustu, uidelicet fieri castigatione bonu, poenasque iniustitiae luere: omnem praeterea adulationem circa seipsum & alios, siue paucos, siue multos fugiendam esse: Rhetorica denique omnique alio actionis genere pro iustitia duntaxat utendum. Quas ob res mihi credens, sequere me illuc, quod cum perueneris, & uiues & mortuus beatus eris, quemadmodum tuus quoque sermo significat. Atque permite ut aliquis te contemnat ut insultu, iniuriisque si libet afficiat, ne ue cures, si ignominiose percutiaris. Nihil enim graue patieris si reuera honestus bonusque sis uirtutemque exerceas. Postquam uero sic una exercitati fuerimus, tunc si tibi operae pretium esse uidebitur, ad publica iam nos negotia confereamus, aut ad quodcumque nobis deliberantibus tum, quando melius deliberare poterimus, uisum fuerit. Turpe enim est cum tales simus, quales nunc esse uidemur, iactare se uerbis quasi aliquid simus: quibus nunquam de rebus eisdem & quidem maximis eadem iudicantur, intantum processimus ruditatis. Hanc igitur rationem, quae nunc nobis innotuit, tanquam duc sequamur, ostendentem nobis, hunc optimum esse uiuendi modum, ut iustitiam caeterasque uirtutes per totam uitam exerceamus. Huic igitur obtemperemus, aliosque ad hanc adhortemur. Non autem pareamus illi, qua tu confusus ad eandem me exhortaris. Nullius enim est pretij.

COMMENTARIUM MARSILII FLORENTINI IN CONVIVIUM PLATONIS DE AMORE. CAPVT I



LATO philosophorum pater annos unum & octoginta etatis natus, septimo Nouembris die, quo ortus fuerat, discumbens in conuiuio remotis dapibus expirauit. Hoc autem conuiuium, quo & natalicia, & anniuersaria Platonis pariter continentur, praesens omnes Platonici, usque ad Plotini & Porphyrii tempora, quotannis instaurabant. Post uero Porphyrium mille ac ducentos annos, solennes haec dapes praetermissae fuerunt. Tandem nostris temporibus uir clarissimus

Laurentius Medicus Platonis conuiuium innotuit, Franciscum Bandinum Archidiaconum constituit. Cum igitur septimum Nouembris diem colere Bandinus instituisset, regio apparatus in agro Caregio nouem Platonicos accepit conuiuas: Antonium Allium episcopum Fesulanum, Ficinum Medicum, Christophorum Landinum poetam, Bernardum Nutium rhetorem, Thomam Bencium, Ioannem Caualcantem familiarem nostrum: quem propter uirtutem animi, & egregiam indolem Heroem conuiuiae nuncupauerunt. Marsupino duos, Christophorum Carolumque, Caroli poetae filios. Me denique nonum Bandinus esse uoluit, ut Marsilio Ficino superioribus addito musarum numerus impleteretur. Remotis dapibus Bernardus Nutius Platonis accepit librum, qui conuiuium de Amore inscribitur: legitque omnes Symposij huius orationes, quibus lectis reliquos conuiuas orauit, ut singuli singulas orationes exponerent. Assenserunt omnes: iactisque sortibus, prima illa Phaedri oratio, Ioanni Caualcanti obtigit exponenda. Pausania oratio, Antonio Theologo, Eryximachi Medici, Ficino Medico, Poetae Aristophanis, Christophoro Poetae. Agathonis adolescentis, Carolo Marsupino. Thomae Bencio data est Socratis disputatio. Alcibiadis uero Christophoro Marsupino. Sortem huiusmodi probauere omnes. Verum episcopus ac medicus, alter ad animorum, alter ad corporum curam abire coacti, partes in dicendo suas Ioanni Caualcanti reliquerunt. Ceteri ad hunc conuersi sunt, paratique ad audiendum contigere. Tunc heros ille in hunc modum est exorsus.

QUA REGULA LAUDANDUS SIT AMOR. QVAE SIT EIUS DIGNITAS & MAGNITUDO. CAPVT II



RATISSIMA mihi optimi conuiuiae fors ista hodie obtigit, qua effectum est, ut personam Phaedri Myrrhinusij gererem. Phaedri illius inquam, cuius familiaritatem tanti fecit Lysias Thebanus summus orator, ut oratione lucubratiuibus multis composita, eum sibi conciliare conciderit: cuius in dolem Socrates usque adeo admiratus est, ut eius splendore quandoque iuxta Vlyssum fluiuium conuicium altiusque sublatum mysteria diuina cecinerit: qui antea non solum caelestium, sed inferiorum quoque omnium se inscium praedicauerat. Cuius ingenio adeo delectatus est Plato, ut primitias studiorum suorum Phaedro dicauerit. Ad hunc epigrammata, ad hunc elegiam Platonis, ad hunc primus eius de pulchritudine Liber, qui Phaedrus inscribitur. Cum igitur huius Phaedri me similem, non ego quidem, non enim tantum mihi aringo, sed sortis casus primo, & uester deinde applausus indicauerit, his felicibus auspicijs eius in primis orationem libenter interpretabor. Deinde Antonij & Ficini partes pro ingenij uiribus exequar. Tria in omni re uiri optimi philosophus quisque Platonis imitator considerat, quae antecedunt, quae comitantur, & quae sequuntur. Haec si bona sint, rem ipsam laudat: si mala, uituperat. Ea igitur perfecta laudatio est, quae praecedentem rei recenset originem, praesentem Quae pro formam narrat, sequentes ostendit euentus. Ab antecedentibus res quaeque laudatur, ut nobilitas: a praesentibus, ut magna laudatio: a sequentibus, ut utilis. Quae ex tribus illis tria haec in laudibus concluduntur: Nobilitas, magnitudo, atque utilitas. Ideo Phaedrus noster in primis praesentem Amoris excellentiam contemplantus, Magnum deum uocauit: adiunxit, Dijs hominibusque mirandum. Nec iniuria. Nam ea proprie quae magna sunt admiramur. Magnus ille quidem, cuius imperio homines & dii, ut aiunt, omnes subiiciuntur. Nam tam dii apud ueteres quam homines amant, quod Orpheus Hesiodusque significant, dicentes mortalium & immortalium mentes amore domari. Admirandus praeterea dicitur, quoniam illud quisque amat, cuius pulchritudinem admiratur. Dii quidem siue ut nostri dicunt, Angeli, diuinam pulchritudinem: Homines corporum species admirantur, & amant. Atque haec quidem laus Amoris est a praesenti excellentia quae ipsum comitatur deducta. Laudat deinde ab antecedentibus Phaedrus, cum deorum omnium esse asserit antiquissimum. In quo nobilitas amoris effulget, cum praesens eius origo narratur. Laudabit & tertio a sequentibus, ubi mirifica eius ab euentu apparebit utilitas. Sed de praesente & nobili eius origine primum: deinde de futura utilitate tractabimus. Orpheus in Argonautica, cum de rerum principijs coram rerum principijs Chirone heroibusque cantaret, Mercurij Trismegisti theologiam sequutus: Chaos ante mundum posuit, & ante cipio Saturnum, Iouem, ceterosque deos. Amorem in ipsius Chaos sinu locauit, laudauitque, his uerbis.

Plato mis mors

Qualis fuerit Phaedrus

Quae pro forma

Orpheus de



Nitiquissimum, seipso perfectum, consultiissimūq; Amorē, Hesiodus in Theogonia: & in libro de natura Parmenides Pythagoricus, Acusileusq; poeta, cū Orpheo & Mercurio cōfenserūt. Plato in Timæo chaos describit similiter: & in eo locat amorem. Atq; idē in cōiūitio Phædrus recepit. Chaos Platonicū informē mundum uocat: Mundū uero formatum chaos: Tres apud eōs mundi sunt, tria itidē Chaos erūt. Primū omnīū est deus uniuersorū autor, quod ipsum bonū dicimus. Hic mentē primo creat angelicā: deinde mūdi huius animā, ut Plato uult: Postremo mundi corpus. Summū illum deū, non mundū dicimus: quia mundus ornamentū significat ex multis cōpositū, ille uero penitus simplex esse debet: sed mundorū omnium principiū atq; sinē ipsum afferimus. Mens angelica primus mundus est: a deo factus. Secundus uniuersi corporis anima. Tertius tota hæc quam cernimus machina. In ijs itaq; mundis tribus, tria & chaos cōsiderantur. Principio deus mētis illius creat substantiā: quam etiā essentiam nominamus. Hæc in primo illo creationis sue momento informis est, & obscura. Quoniā uero a deo nata est, ad deū sui principiū ingenito quodam appetitū cōuertitur. Conuersa in deū, ipseus radiū illustratur. Radiū illius fulgore ille suus appetitus accenditur. Accensus appetitus deo totus inheret: inherendo formatur. Nam deus qui potest omnia, in mente sibi inherente creatorū rerum naturas effingit. In ea igitur spiritali quodā modo pinguntur, ut ita loquar, omnia quæ in corpore istis sentimus. Illic cœlorū elementorūq; globi, sidera, uaporū nature, lapidum, metallorū, plantarū, animalū formæ gignuntur. Huiusmodi rerum omnīū species dei simento quodā in superna illa mente cōceptas, Ideas esse non dubitamus: & formam illam ideamq; cœlorum, sæpe deū Cœlum uocamus. Formam planetæ primi Saturnū deum: Secundi Iouem, atq; in sequētib; planetis eodē pacto. Ignis quoq; huius ideam illam, Vulcanum deum: Aëris Iouem atq; Iunonem: Aquæ Neptunum: Terræ Plutonem. Quare dij omnes certis inferioris mundi partibus assignati, Idea illarū partium sunt in superna illa mente collectæ. Sed eam idearum conceptionē a formante deo perfectam præcessit illa mentis ad deū appropinquatio. Hanc præcessit appetitus incendū, hoc insusio radij, hanc prima illa appetitus cōuersio, hanc informis mentis essentia. Porro essentiam istā non dū formatam chaos esse uolumus. Primā ipseus in deum cōuersionem, amoris ortum: radij infusionem, amoris pabulum, incendium sequens, amoris dicimus incrementū: appropinquationē, amoris impetū: formationē, amoris perfectionem. Formarū omnium, idearūq; cōplexionem, Mundū latine, græce κόσμος, id est ornamentū uocamus. Huius ornamentū gratia pulchritudo est. Ad quam amor ille statim natus traxit mentē: atq; perduxit mentē ante deum, ad mentē eandem deinde formosam. Ideo amoris cōditio est: ut ad pulchritudinē rapiat, ac deforme formoso coniungat. Quis igitur dubitabit, quin amor statim chaos sequatur, præcedatq; mundum: & deos omnes, qui mundi partibus distributi sunt? Cum mentis ille appetitus ante sui formationem sit, & in mente formata dij mundusq; nascantur. Merito igitur antiquissimum hunc Orpheus nominauit. Præterea seipso perfectum: quasi dicat seipsum perfectentem. Quoniā primus ille mentis instinctus suapte natura a deo perfectionem suam haurire uideatur: atq; eam menti, quæ inde formatur, & dijs qui inde gignuntur, præbere. Consultiissimū in super nominatus, nec iniuria. Nam omnis sapientia cuius proprium est consiliū, ideo menti data est: quia amore in deum conuersa, ipseus fulgore resulsit. Eodēq; modo mens ad deum, quo ad lumen solis dirigitur oculus. Hic enim afficit primo, uidet deinde solis lumen: tertio in solis lumine rerum colores figuratq; comprehendit. Quare oculus obscurus primo, & chaos instat informis, lumen amat dum afficit, irradiatur afficiendo, radiū accipiendo rerum coloribus figurisq; formatur. Quæmadmodum uero in deum mens illa statim nata & informis amore cōuertitur & formatur: sic mundi anima in mentem, deumq; illinc genita se reflectit. Et cum primo informis sit, & chaos amore in mentem directā, acceptis ab ea formis fit mundus. Non aliter & mundi huius materia, cum principio sine formarum ornamento informe chaos iaceret: illico amore sibi ingenito, in animam se direxit, seq; illi obediens tem præbuit: atq; hoc amore conciliante, ab anima formarum omnium que in mundo uidentur nacta ornamentum, mundus ex chaos effecta est. Tres igitur mundi, tria et chaos. In omnibus deniq; amor chaos, comitatur, præcedit mundum, torpentiā suscitāt, obscura illuminat, uiuificat mortuos, format in formā, perficit imperfecta. Quibus laudibus nullæ ferme maiores aut dici, aut excogitari possunt.

DE UTILITATE AMORIS. CAPVT IIII



ED de origine eius, & nobilitate hæcenus. De utilitate iam arbitror differendū. Singula quidem amoris beneficia generi humano collata referre superuacuum est: præsertim cum summam comprehendī omnia possint. Omnia enim in eo cōsistunt, ut uitatis malis bona sequamur. Mala hominis & turpia eadem sunt. Bona itidem eadem atq; honesta. Profectio nihil aliud leges & doctrinæ omnes contendunt, quam ita homines instituire, ut declinent a turpibus, agant honesta. Hoc autē ipsum, quod innumerabiles pene leges & artes uix tandem longo tempore assequuntur, Amor ipse unus breui tempore perficit.

NAM

Nam a turpibus pudor abstinet: ad honesta excellendi studium prouocat. Duo hæc nihil aliud facilius, ac citius quam amor hominibus exhibet. Cum amorem dicimus, pulchritudinis desiderium intelligite. Hæc enim apud omnes philosophos amoris definitio est. Pulchritudo uero gratia quædam est, quæ ut plurimum in concinnitate plurium maxime nascitur. Ea triplex est: siquidem ex plurium uirtutum concinnitate in animis gratia est. Ex plurium colorum linearūq; concordia in corporibus gratia nascitur. Gratia item in sonis maxima ex uocum plurium consonantia. Triplex igitur pulchritudo, animorum, corporum atq; uocum. Animorum mente cognoscitur, Corporum oculis, uocū auribus solis percipitur. Cum ergo mens, uisus, auditus, sint quibus solis sui pulchritudine possimus: Amor uero sit fruendæ pulchritudinis desiderium: Amor semper Mente, Oculis, Auribus est contentus. Quid ob factū? quid gustū? quid tactū opus est? Odores, Sapores, Calorem, Frigus, Mollitiem & duritiem, horumq; similia sensus isti percipiunt. Istorum nullum humana pulchritudo est, cum formæ simplices sint: humani autem corporis pulchritudo membrorum requirat diuersorum concordiam. Amor tanquam eius finem fruitionem respicit pulchritudinis: ista ad mentem; uisus, auditum pertinet solum. Amor ergo in tribus ijs terminatur. Appetitio uero, quæ reliquos sequitur sensus, non amor sed libido rabiesq; uocatur. Præterea si amor in quibus libi erga hominem pulchritudinem ipsam desiderat: humani autem corporis pulchritudo in quadam concinnitate consistit: concinnitas temperantia est: sola quæ temperata, modesta, decora sunt, exigit amor. Voluptates itaq; gustus & tactus, quæ usque adeo uehementes, furiosaq; sunt, ut mentem a suo statu dimoueant, hominemq; perturbent: amor non modo non cupit, sed abominatur & fugit, utpote quæ propter intemperantiam pulchritudinis sunt contrariæ. Rabies uenerea ad intemperantiam trahit, ideoq; ad inconcinnitatem: quare ad deformitatem similiter uidetur allicere. Amor autem ad pulchritudinem. Deformitas & pulchritudo contraria sunt. Motus igitur huiusmodi, qui ad ea rapiunt, inter se uidentur esse contrarij. Quapropter libido, coitus, & amor non modo non iisdem motus, sed & contrarij esse monstrantur. Testantur hoc & theologi ueteres, qui amoris nomen deo tribuerunt. Quod etiam posteriores theologi summopere confirmarunt. Nullum uero deo congruum nomen cum rebus turpibus esse cōtinuat. Ideo sanæ mentis quisque cauere debet, ne amorem, diuinum nomen, ad insanas perturbationes tenere transferat. Erubescat Diæarchus, & si quis alius Platoniam maiestatem quod amoris nimum indulserit, carere non ueretur. Nam decoris, honestis, diuinis affectibus, nec nimium, nec satis in quam possumus indulgere. Hinc efficitur, ut omnis amor honestus sit, & omnis amator iustus. Pulcher enim est omnis atq; decorus, & decorum proprie diligit. Turbulentus autem ardor, quo ad lasciuam rapimur, cum ad deformitatem trahat amor contrarij indicatur. Vt igitur ad amoris utilitatem aliquando redeamus: pudor qui a turpibus non abstinet, & studium quod ardentem efficit ad honesta, ab amore facile, citoq; proficiuntur. Primo quoniā amor, qui pulchra petit, decora semper appetit atq; magnificat: & qui odit deformia, necessario turpia obsecratq; fugit. Deinde si duo aliqui se mutuo diligunt, alterutrum se obseruant & placere sibi iunice cupiunt. Prout alter ab altero obseruatur, utpote qui teste nunquam careant, a turpibus abstinent. Prout sibi iunice placere conātur, magnifica semper ardenti studio aggrediuntur, ne contempti amato sint, sed amoris uicissitudine digni putentur. Sed hanc rationem cōpiosissime explicat Phædrus: ubi exempla ponit amorum tria. Vnum amoris fœminæ ad masculinam: ubi de Alcestē Admeti uxore loquitur, quæ pro marito mori uoluit. Alterum amoris masculi ad fœminam, ut Orphei ad Eurydicen. Tertium amoris masculi ad masculum, ut Patrocli ad Achillem: ubi ostendit nihil fortiores homines reddere, quam amorem. Allegoriam uero, uel Alcestis, uel Orphei, in presentia persecrari non est cōsiliū. Vehementius enim ista uim amoris & imperium expriment, si tanquam historia gesta narrentur, quam si per allegoriam dicta putentur. Ergo amorem esse Deum magnum atq; mirandum, nobilem præterea & maxime utilem, sinē controuersia fateamur: atque ita amori indulgeamus, ut sine suo, qui pulchritudo ipsa est, contenti simus. At nos ea parte fruimur, qua cognoscimus, cognoscimus Mentē, uisūq; & auditū. His itaq; fruimur, cæteris sensibus non pulchritudine, quam desiderat amor, sed quouis aliō potius quo corpus indiget, utimur. Igitur his tribus ueniamur pulchritudinem: & per eam quæ in uocibus corporibusq; elucet, tanquam per uestigia quædam, animi decorem inuestigabimus. Illam laudabimus quidem, istum probabimus: ac semper id obseruare conabimur, ut tantus amor sit, quanta fuerit pulchritudo. Et ubi corpus quidem pulchrum, animus minime, tanquam umbratilem & fluxam imaginem pulchritudinis uix & leuiter diligamus. Vbi solus animus pulcher, stabilem quam decorem animi ardentem amemus. Vbi uero utraq; pulchritudo concurrat, uehementius admiremur: atq; ita ex Platonicâ familia reuera nos esse testabimur: ea quippe nihil nouit nisi festum, lætū, cœlestē, supernum. Sed hæc iam de Phædri oratione sufficiant. Ad Pausaniam ueniamus.

fructus amoris

in quibus libi do non amor

utilitas amoris

DEVS BONITAS, PVLCHRITVDO, IVSTITIA, PRINCIPIVM, MEDIUM, FINIS.
CAPVT I

ARINITATEM Pythagorici philosophi rerum omnium mensuram esse uoluerunt, ob eam arbitror rationem quod deus ternario numero res gubernat, atque etiam res ipsae ternario numero terminantur. Hinc Maronis illud, Numero deus impare gaudet. Nempe summus ille auctor, Primo singula creati, secundo rapit, Tertio perficit. Singula quoque in primis ab illo perenni fonte effluunt, dum nascuntur, deinde in eundem reflunt, dum suam illam originem repetunt, postremo perficiuntur, postquam in suum principium redierunt. Hoc uaticinatus Orpheus, Tonem principium, medium, et finem uniuersum uocauit. Principium ut producit, Medium ut producta retrahit ad seipsum, Finem pro ut redeuntia perficit. Hinc regem illum uniuersorum, Bonum, Pulchrum, Iustum, quod saepe apud Platonem dicitur, possumus nuncupare. Bonum inquam ubi creat, ubi allicit, pulchrum: ubi pro cuiusque merito perficit, inustum. Pulchritudo igitur, cuius allicere proprium est, inter bonitatem iustitiamque locatur: a bonitate quidem esse fluit, Profluit ad iustitiam.

QVO PACTO DIVINA PVLCHRITVDO AMOREM PARIT.
CAP. II

DIVINA uero haec species in omnibus amorem hoc est sui desiderium procreauit. Quoniam si Deus ad se rapit mandum, mundusque rapitur: unus quidem continuus attractus est à Deo incipiens, transiens in mundum: in Deum denique desinens: qui quasi circulo quodam in idem unde manauit iterum remcat. Circulus itaque unus et idem à Deo in mundum, à mundo in Deum, tribus nominibus nuncupatur. Prout in Deo incipit et allicit, pulchritudo: prout in mundum transiens ipsum rapit, amor: prout in auctorem remeans ipsum suum opus coniungit, uoluptas. Amor igitur in uoluptatem à pulchritudine desinit. Id sibi uoluit Hierothei et Dionysij Areopagite hymnus ille praecelarus: ubi sic hic theologi cecinerunt. Amor circulus est bonus à bono in bonum perpetuo reuolutus. Necessario enim bonus est amor cum à bono natus reuertatur in bonum. Idem enim deus est: cuius speciem desiderant omnia: in cuius possessione omnia requiescunt. Inde igitur desiderium nostrum accenditur, ibi amantium ardor quiescit, nec extinguitur, sed impletur. Nec iniuria soli Deum comparat Dionysius: quia quemadmodum sol illuminat corpus et calefacit: ita Deus ab his ueritatis claritatem praebet, et charitatis ardorem. Hanc utique comparisonem ex Platonis libro de Republica sexto hoc quo dicam modo colligimus, Sol profecto corpora uisibilia, et oculos uidentes procreat: oculis ut uideant lucidum in suis spiritibus: corpora ut uideantur coloribus pingit. Neque tamen propriis oculis radius, propriis corporibus colores ad uisionem perficiendam sufficiunt, nisi lumen ipsum unum supra multa, à quo multa et propria lumina oculis et corporibus distributa sunt, adueniat, illustret, excitet atque roboret. Eodem modo primus ille actus omnium, qui deus dicitur, speciem, actumque rebus singulis producendo largitus est. Qui sane actus cum in re creata et in subiecto patiente susceptus fuerit, debilis est, et ad operis executionem impotens. Sed diuini solis perpetua et inuisibilis lux una semper omnibus adstat, fouet, uiuificat, excitat, complet et roborat. De quo diuine Orpheus, cuncta fouens atque ipse ferens super omnia sese. Vt est actus omnium roboratque, bonum dicitur. Vt uiuificat, lenit, mulcet et excitat, pulchrum. Vt in obiectis quae nascenda sunt tres illas cognoscentes anime uires, Mentem, Visum, Auditum allicit, pulchritudo. Vt in cognoscente potentia eam applicat cognito, ueritas. Denique ut bonum, procreat, regit, et complet: Vt pulchrum, illuminat, gratiamque infundit.

PVLCHRITVDO EST SPLENDOR DIVINAE BONITATIS,
et Deus est centrum quatuor circulorum.
CAPVT III

EQVE ab re theologi ueteres, Bonitatem in centro, pulchritudinem in circulo posuerunt. Bonitatem inquam in centro uno, in circulis autem quatuor, Pulchritudinem. Centrum unum omnium Deus est. Circuli quatuor circa id assidue reuoluti, Mens, Anima, Natura, Materia. Mens stabilis circulus. Anima per se mobilis. Natura mobilis in alio, non ab alio. Materia ab alio et in alio mobilis. Ceterum cur Deum quidem centrum, Quatuor illa cur circulos appellemus exponam. Centrum circuli punctum est, unum, in diuisibile, stabile. Inde linea multae diuiduae, mobiles ad eam similem circumferentiam deducuntur. quae sane circumferentia diuisibilis circa centrum quasi cardinem uoluitur. atque ea est centri natura, ut licet unum indiuiduum, immobile sit, in multis tamen, immo in omnibus lineis diuiduis et mobilibus, ubique reperitur. Vbiq; enim est in linea punctum. Quoniam uero à dissimili suo attingi nihil potest, linea à circumferentia ad centrum usque deducta, medium huiusmodi punctum singulae sui quodam puncto uno simpliciter et immobili coguntur.

cur attingere. Quis negat Deum centrum omnium merito nominari: cum omnibus insit unus penitus, simplex, atque immobilis: cuncta uero ab ipso producta, multa, composita, et mobilia sint, atque ut ab eo manant, ita in eum instar linearum et circumferentiae resiliunt? Ita, mens, anima, natura, materia procedentes à deo in eundem redire nituntur: seque undique pro uiribus in illum circumferunt. Atque ut centrum punctum ubique in lineis et in toto circulo reperitur, per se punctum suum singulae linea mediae circuli tangunt punctum: ita deus omnium centrum, qui unitas simplicissima est, actusque purissimus, sese inserit uniuersis: non ob id solum, quia cunctis est praesens, uerum etiam quia omnibus à se creatis partem aliquam, uel potentiam intimam, simplicissimam, praesantissimam in dididit: quae rerum unitas nominatur: à qua et ad quam tanquam à centro et ad centrum sui rei cuiusque partes et potentiae reliquae pendunt. Ad hoc plane suum centrum, ad hanc propriam unitatem se colligant creata prius oportet, quae haeceant creatori: ut per proprium centrum, quod iam saepe repetimus, centro omnium haeceant. In apertem suum caputque mens angeli ante consurgit, quae ascendat in deum. Anima quoque et reliqua eodem pacto. Atque illorum inuisibilium circulorum, Mentis scilicet, anime, naturae, uisibilis mundi circulus est imago. Corpora enim animarum mentiumque umbræ et uestigia sunt. Umbra uero et uestigium figura eius, cuius umbra est, et uestigium refert. Quapropter quatuor illas, non iniuria circuli quatuor appellatur. Sed mens inuisibilis orbis propterea, quod tam operatio eius quam substantia semper eadem permanet, et similiter operatur: intelligit semper eodem modo, uultque similiter. Mobilis autem quandoque mens ex eo solum dici potest, quod quemadmodum cetera omnia à deo procedens in eundem se uertit. Anima mundi, et alia quaeuis, circulus mobilis. Haec enim sua natura discurrendo cognoscit, et temporum curricula operatur. Discursio autem ab alio in aliud, et operatio temporalis, motus proculdubio nominatur. Si qua uero in anime cognitione stabilitas est, mentis constat potius quam anime beneficio. Natura etiam mobilis est circuitus. Cum animam dicimus, praescorum more theologorum uim in ratione et sensu positam intelligimus: cum naturam, uim anime in generando locatam. Vm illam in nobis hominem proprie uocauerunt: istam hominis idolum et simulacrum. Haec sane generandi facultas ideo mobilis dicitur: quia temporis spatium suum opus exequitur. Verum in hoc ab illa anime proprietate discrepat: quod anima per se, et in se mouetur. Per se inquam, quia principium motus existit, in se etiam, quia in ipsa anime substantia rationis et sensus remanet operatio. Ex his opus nullum necessario resultat in corpore. Generandi uero uis illa quam uocamus naturam, per se quidem mouetur: cum anime per se motu uis quaedam sit. Moueri autem in alio dicitur: quia in mole corporis omnis eius operatio terminatur. Corpus enim nutrit, augetque et generat. Materia uero et corporis moles, orbis est ab alio, et in alio mobilis. Ab alio quidem, quoniam ab anima necessario agitur. In alio autem, quia in loci spatio motus corporis agitur. Iam igitur quam ob causam bonitatem in centro, in circulo pulchritudinem, theologi collocant, aperte intelligere possumus. Bonitas si quidem rerum omnium unus ipse est deus, per quem cuncta sunt bona. Pulchritudo autem dei radius, quatuor illis insitus circulis circa deum quodammodo reuolutis, huiusmodi radius omnes rerum omnium species in quatuor illis effingit: species illas in mente ideas, in anima rationes, in natura semina, in materia formas appellare solemus. Idcirco quatuor in circulis, quatuor splendores esse uidentur. Idearum splendor in primo: Rationum in secundo: in tertio seminum: Formarum in ultimo.

QVOMODO PLATO DE REBUS DIVINIS EXPONATUR. CAP. IIII



HOC mysterium in epistola ad Dionysium regem Plato significauit: cum deum affirmauit pulchrorum omnium causam: quasi totius pulchritudinis principium et originem. Circa omnium inquit regem cuncta sunt: ipse gratia omnia: ipse causa est pulchrorum omnium: Secunda circa secundum: Tertia circa tertium. Humanus autem animus affectat qualia illa sint intelligere: aspiciens in ea quae sibi cognata sunt: quorum nihil sufficienter se habet. Circa uero ipsum regem et ea quae dixi, nihil est tale: quod autem post hoc est, animus dicit. Circa regem, non intra regem, sed extra significat. In Deo enim nulla est compositio. Quid uero dictio illa circa significat, exponit Plato, cum addit: Eius gratia omnia: ipse causa est pulchrorum omnium. Quasi dicat, ideo circa regem omnia sunt, quia ad illum tanquam ad firmam pro natura sua omnia reuoluntur, quemadmodum ab illo tanquam principio producta sunt omnia. Pulchrorum omnium, id est, totius pulchritudinis: quae supra dictis in circulis emicat. Formae enim corporum per semina haec per rationes, haec per ideas reducuntur in deum, et ipsam à deo gradibus producuntur. Proprie uero cum dicitur Cuncta, ideas intelligit: nam in his reliqua includuntur. Secunda circa secundum: Tertia circa tertium. Tres mundi principes posuit Zoroaster, trium ordinum dominos: Ormazdum, mithram, arimanin. Hos Plato, deum, mentem, animam nuncupat. Tres autem ordines in diuinis posuit speciebus, ideas, rationes et semina. Prima igitur, id est, ideae, circa primum, id est, circa deum, quoniam à deo menti tribute sunt, et in eundem mentem cuius sunt date reducunt. Secunda circa secundum, id est, rationes circa mentem: quando quidem per mentem in animam transeunt, et in mentem animam dirigunt. Tertia circa tertium, id est, semina rerum circa animam: nam per animam transeunt in naturam, in illam scilicet generandi potentiam, rursumque naturam animae copulant. Eodem

ordine à natura in materiam formæ descēdunt. Sed eas Plato in ordine posteo non connumerat, quia de diuinitate Dionysio interrogatus tres ordines ad incorporales species pertinentes tanquā diuinos induxit: Formas autem corporum prætermisit. Nōluit autem deum regem primum uocare, sed omnium regem: ne si primum diceret, eū una cum sequentibus ducibus in aliqua numeri specie, conditionisq; paritate collocare forsitan uideretur. Neq; dixit prima circa illum, sed cunctas: ne crederemus eum ordinis alicuius potius quam cunctorum gubernatorem. Humanus animus affectat qualia illa sint intelligere. Scite post illos tres diuina pulchritudinis splendores tribus in circulis emicantes amorem animi ad illos adiecit. Illinc enim animi ardor accenditur. Quippe par est ut diuinus diuina desideret: afficiens in ea, quæ sibi cognata sunt. Quoniam humana cognitio à sensibus oritur: per ea quæ in corporibus præstantiora uidemus, diuina iudicare sæpenumero consueuimus: per corporalium rerum uires, dei potentiam: per ordinem, sapientiam: per utilitatem, dei bonitatem inuestigamus. Vocat autē formas corporum anime cognatas, quasi proxime natas. Sequenti enim gradu post animam formæ corporum disponuntur. Quorū nihil sufficienter se habet. Formæ huiusmodi neq; sufficienter sunt, neq; sufficienter nobis diuina ostendūt. Veræ namq; res, idæ, rationes, & semina sunt: Corporum uero formæ, umbræ rerum potius quam ueræ res esse uidentur. Quemadmodū uero corporis umbra exactam atque distinctam corporis figuram nō indicat: ita corpora diuinorum naturā propriam non demonstrant. Circa ipsum regem & ea quæ dixi, nihil est tale. Quo enim pacto mortalia immortalibus, & falsa ueris similia sint? Quod autē post hoc est, animus dicit: id est, animus dum diuina per mortalia iudicat, falso de diuinis loquitur: neq; diuina pronunciat, sed mortalia.

PULCHRITUDO DIVINA, PER OMNIA SPLENDET,
& amatur in omnibus. CAPVT V



AE T E R V M ut paucis multa comprehendamus, bonum quidem ipsa supereminens dei existentia dicitur. Pulchritudo actus quidam siue radius inde per omnia penetrans: Primo in angelicam mentem: Secundo in animam totius & reliquos animos: Tertio in naturam: Quarto in materiam corporum. Mentem idearum ordine decorat: animam rationum serie complet: naturam fulcit seeminibus: Materiam formis exornat. Quemadmodum uero solis radius unus corpora quatuor, ignem, aerem, aquam, terramq; illustrat: sic unus dei radius mentem, animam, naturam, materiamq; illuminat. Atq; in his quatuor elementis quicumq; lumen inspicit, solis ipsius afficit radium: perq; ipsum ad supernam solis lucem intuentiam conuertitur. Ita quisquis decorem in quatuor istis, mente, anima, natura, corpore contempletur, amatq; dei fulgorem in his, perq; fulgorem huiusmodi Deum ipsum intuetur & amat.

PASSIONES AMANTIVM. CAPVT VI



IN C efficitur ut corporis nullius aspectu uel tactu amatoris impetus extingatur. Non enim corpus hoc aut illud desiderat: sed superni luminis splendorem per corpora resurgentem admiratur, affectat, & stupet. Quapropter quid cupiant, aut querant amantes ignorant. Deum namq; ipsum ignorant: cuius sapor occultus odorem quandam sui dulcissimum operibus suis inseruit. Quo quidem ardore quotidie excitamur. Odorem quidem sentimus: Saporem proculdubio ignoramus. Cum igitur odore manifesto illecti saporem latenter desideremus, merito quid cupiamus, patiamurq; nescimus. Hinc etiam semper accidit: ut amantes amati aspectum timeant quodammodo atq; uenerentur. Quod etiam am fortes, dicam equidem & si uereor ne quis uestrum hæc audiens erubescat: & sapientes inquam uiri, coram inferiori quouis amato pati consueuerunt. Nempe non humanum est quod eos terret, quod frangit, quod occurrat. Humana enim uis in fortioribus sapientioribusq; semper est excellentior. Sed diuinitatis fulgor ille in formosis emicans quasi dei simulacrum amantes obstupescere, contremiscere, & uenerari compellit. Eadem ratione propter amati præsentiam amator diuitias & honores contemnit, & pro nihilo habet. Par enim est, ut diuina humanis anteponantur. Illud quoq; euenire sæpenumero solet, ut se in amati personam quisq; transferre cupiat. Nec immerito. Deus namq; pro homine fieri cupit, atq; conatur. Quis autem pro Deo hominem non commutet? Eit etiam ut amore illaqueati uicissim suspirant & gaudeant. Suspirant quod seipso amittunt, quod perdunt, quod perimunt. Gaudent quod in melius quiddam se transferunt. Calent quoq; uicissim & frigent: in star corum, quos tertiana febris inuadit. Merito frigent: quia calore proprio deseruntur: nec non & calent, cum superni radij fulgoribus accendantur. Frigiditatem timiditas: caliditatem audacia sequitur. Ideo timidi quoq; uicissim & audaces apparent. Hebetissimi præterea quicq; acutiores amando redduntur. Quis enim celesti radio aspirante, non acutissime uideat: Verum de amore ipso, & pulchritudine, eiusq; origine, amantium affectibus ista sufficiant.

DE DVOBVVS AMORIS GENERIBVS, AC DE
duplici Venere. CAP. VII



DE I N C E P S de duobus Amorū generibus breuiter disputandū. Cupidinem Venere comitem esse apud Platonē Pausanias asserit. Totidēq; esse Cupidines quot sint & Veneres, necessariū arbitratur. Venere autē duas cōmemorat: quas itidē gemini Cupidines comitētur. Venere alterā quæ de cœlesti ponit: alterā uero uulgare. Cœlestē illā Cælo sine matre natam: Vulgarē ex Ioue & Dione genitā. Cœli Platonici summū deū ideo uocat, quia sicut cœli istud sublime corpus omnia corpora regit et cōtinet, sic summus ille deus oēs spiritus supereminet. Mentē uero plurimis nominibus nūcupant. Saturnū enim modo, modo Iouē, modo Venere uocant. Est namq; mens illa, uiuit, intelligit. Essentiā suā Saturnū, Vitam Iouē, Intelligentiā Venere appellare cōsueuerunt. Animā præterea mundi, Saturnū similiter & Iouē uocamus & Venere. Prout superna intelligit, Saturnū. Prout cœlestia mouet, Iouē. Vt inferiora generat, Venere. Venus prima, quæ in mēte est, Cælo nata sine matre dicitur: quoniā mater apud Physicos materia est. Mens autē illa à materie corporalis cōsortio est aliena. Secunda Venus, quæ in mundi anima ponitur, ex Ioue & Dione genita. Ex Ioue, id est, ex ea uirtute ipsius animæ, quæ cœlestia mouet. Ea siquidē istā creauit potētā, quæ inferiora hæc generat. Matre quoq; illi ideo tribuit: quia materie mundi infusa cū materie cōmercium habere putatur. Deniq; ut summatim dicā, duplex est Venus. Vna sane est intelligentia illa quæ in mēte angelica posuimus. Altera uis generandæ anime mundi tributa. Vtraq; sui similē comitē habet amorē. Illa enim amore ingenito ad intelligendam dei pulchritudine rapitur. Hæc itē amore suo ad eandē pulchritudine in corporibus procreandā. Illa diuinitatis fulgorem in se primū completitur: deinde huc in Venere secundā traducit. Hæc fulgoris illius scintillas in materiā mundā transfundit. Scintillarum hōmōi præsentia singula mundi corpora, pro captu nature, speciosa uidentur. Horū speciem corporū humanus animus, per oculos percipit. Qui rursus uires geminas possidet. Quippe intelligēdi uires habet. Habet & generandæ potētā. Hæc geminæ uires due in nobis sunt Venere, quas & gemini comitātur amores. Cum primū humani corporis species oculis nostris offertur, mens nostra quæ prima in nobis Venus est, eam tanq; diuini decoris imaginē ueneratur & diligit: perq; hanc ad illū sæpenumero incitatur. Vis autē generandæ, secunda Venus, formā generare huic similē cōcupiscit. Vtrobique igitur amor est. Ibi cōtemplanda, hic generandæ pulchritudinis desideria. Amor uterq; honestus atq; probādus. Vtrobique enim diuinā imaginē sequitur. Quid igitur in amore Pausanias improbat? Dicā equidē. Siquis generationis audior cōtemplationem deserat, aut generationem præter modū cum fæminis, uel contra nature ordinem cum masculis prosequatur, aut formam corporis pulchritudini animi præferat, is utiq; dignitate amoris abuitur. hunc amoris abusum uituperat Pausanias. Quo qui recte utitur, corporis quidem formam laudat: sed per illam, excellentiorem animi mentisq; & dei speciem cogitat, eamq; uehementius admiratur, & amat. Generationis autē & congressus officio eatenus utitur, quatenus naturalis ordo legesq; ciuiles à prudentibus statuta præscribunt. De his diffusius Pausanias.

EXHORTATIO AD AMOREM. DE AMORE SIMPLICI,
ac de mutuo. CAPVT VIII



MO S autē amici hortor & obsecro, ut amorē rem profecto diuinā totis uiribus cōplectamini, neq; uos illud deterreat quod de amante quodā Platonē dixisse ferūt. Ille, inquit, amator animus est pro prio in corpore mortuus: in alieno corpore uiuens. Neq; uos etiam turbet quod de amara miserāq; amantū sorte cecinit Orpheus. Hæc enim quomodo accipiendā sunt, & qua uia his succurrendum, quæso deinde si placet, diligēter attendite. Amorē Plato rē amarā uocat: nec iniuria, quia moritur quisquis amat. Hæc & Orpheus γλυκὺν πικρὸν, id est dulce amarū nominat. Quippe cum amor mors uoluntaria sit. Vt mors est, amara res est. Vt uoluntaria, dulcis. Moritur autem quisquis amat. Eius enim cogitatio, sui oblita semper in amato se uerfat. Si de se non cogitat, in se certe non cogitat. Ideo nec in seipso sic affectus animus operatur: cum precipua operatio animi ipsa cogitatio sit. Qui non in se operatur, nec in seipso est. Aequa enim inter se hæc duo, esse, & operatio sunt: nec esse sine operatione est, nec operatio esse ipsum excedit: nec operatur quisquam ubi non est: ubi non est, est operatur. Non ergo in se amantis est animus: quia in seipso non agit. Si in seipso non est, nec uiuit etiam in seipso: qui non uiuit, mortuus est. Quare in se mortuus est quicumq; amat. Num uiuit saltem in alio? Profecto. Amoris illæ due sunt species: amor unus simplex, mutuus alter. Simplex amor ubi amatus non amat amantem. Ibi omnino mortuus est amator: nam nec uiuit in se, ut satis iam demonstrauimus, nec in amato etiam cum ab eo reijciatur. Vbi ergo uiuit? nunquid in aere, uel aqua, uel igne, uel terra, aut aliquo bruti corpore? Nequaquā. Animus enim humanus, non in alio uiuit corpore quā humano. An forte in alio quodam corpore hominis non amati uitam ducet? Nec istud quidem. Nam si in eo non uiuit ubi uiuere uehementissime concupiscit, quoniam pacto uiuet in alio? Nusquam ergo uiuit, qui amat alium ab alio non amatus: Propterea omnia

mortuus est non amatus amator. Nec reuiuiscet unquam nisi indignatio suscitetur. Vbi uero amatus in amore respōdet, in eo salute uitā agit amator. Hic certe mira res fit: quoties duo aliqui mutua se beneuolentia cōplectantur, hic in illo, ille in hoc uiuit. Vicissim huiusmodi homines se cōmutant, et seipsum uterque utriusque tribuit, ut accipiant alterū. Quomodo seipsos tribuant aut sui obliuiscuntur, uideo. At quomodo accipiant alterū, non intelligo, nam qui seipsum non habet, multo minus alium possidebit. Immo uero habet seipsum uterque, et habet alterum. Hic quidē se habet, sed in illo. Ille quoque se possidet, sed in hoc. Equidē dum te amo me amantē, in te de me cogitante me reperio, et me ad me ipso negligentia mea perditū in te conseruante recipero. Idē in me tu facis. Mirum rursus et hoc apparet. Nam ego postquam meipsum amisi, si per te me redimo, per te me habeo: si per te habeo, te prius ac magis habeo quam meipsum: tibi propinquior, quam mihi sum. Quippe cum mihi non aliter quam per te mediū inhaerescam. In hoc utriusque cupidinis à Martis discrepat uolentia. Nempe imperiū sic, amorque differunt. Imperator per se alios possidet, amator per alium se cōplectitur, et uterque amantiū longior à seipso, fit propinquior alteri: ac in se mortuus, in alio reuiuiscit. Vna uero duntaxat in amore mutuo mors est: reuiuiscencia duplex. Moritur enim qui amat, in seipso semel cum se negligit. Reuiuiscit in amato statim cum amatus eū ardenti cogitatione cōplectitur. Reuiuiscit iterum, cum in amato se denique recognoscit, et amatū se esse non dubitat. O felicē mortem quā duae uitae sequuntur. O mirū cōmerciū: quo quis seipsum tradit pro alio, nec habet, nec habere se desinit. O inextimabile lucrum, quando duo ita unū fiunt, ut quisque duorum pro uno solo, duo fiat: et tanquam geminatus qui unā habuerat uitā una interueniente morte duas iam habeat. Nam qui semel mortuus bis reuiuiscit, pro una uita geminā, pro se uno, se duos esse consequitur. Iustissima certe est in mutuo amore uindicta. Homicida morte plectendus. Quis enim homicidā esse neget qui amatur, cum animam ab amante seiangat? Quis iterū mori similiter eundē neget: cum similiter amet amantē? Debita nimis haec restitutio est: quando hic illi, et ille huic reddidit animā quam accepit. Vterque amando suā tradidit, et redamando per suā, restituit alienam. Quapropter iure ipso amare debet quisquis amatur. Qui uero non amat amantem, homicidij reus est habendus. Immo uero fur, homicida, sacrilegus. Pecuniā à corpore possidetur, corpus ab animo. Qui ergo animum arripuerit, à quo tam corpus quam pecuniā possidentur, animū simul corpusque, et pecuniā as arripit, à quo tam corpus quam pecuniā possidentur. Quo fit ut tanquam fur, homicida, sacrilegus, triplici morti sit obnoxius: ac uelut in famis penitus atque prophanus impune, à quolibet interfici possit: nisi ipsemet sponte sua legem illam impleat, amet uidelicet amatorem. Vbi cum semel moriente, semel ipse similiter moritur: cum bis reuiuiscit bis itidem reuiuiscit. Superioribus rationibus ostensum est, amatum uicissim amatorem amare deberet non solum uero debere, sed cogi, sic ostenditur. Amorem procreat similitudo. Similitudo natura quaedam est in pluribus eadem. Nam si ego tibi similis sum, tu quoque mihi es necessario similis. Eadē ergo similitudo, quae me ut te amē cōpellit, te quoque amare me cogit. Praeterea amator se sibi aufert, deditque amato. Hunc ergo amatus tanquam rem suam curat, charissima enim sua cuiusque sunt. Accedit quod amans amati figurā suo sculpsit in animo. Eit itaque amantis animus speculū, in quo amati reuoluit imago. Idcirco amatus cum in amante se recognoscit, amare illum compellitur. Viri consuetudinem amoris inter illos praecipuam esse astrologi arbitrantur, in quorum genesci luminum, id est solis et lunae cōmutatio fuerit. Videlicet si me nascente sol in ariete, luna in libra, Te nascēte sol in libra, luna in ariete. Aut quibus signū idem simile, idemque planeta similisue ascenderit, aut benigni planetae similiter angulum orientis aspexerint, aut Venus in eadem natiuitatis domo, eodemque gradu fuerit constituta. Addunt Platonicus, quorum uitam demon idē, aut certe similis ducat. Physiici uero moralesque. Complexionis, Nutritionis, Eruditionis, Consuetudinis, Consilij similitudinem similis affectus causam esse uolunt. Denique ubi causae plures cōcurrunt, ibi uicissitudo uehementior reperitur. Vbi omnes, illic Pythiae et Damonis, Pyladis et Crestitis, resurgunt affectus.

QVID QUAEERANT AMANTES. CAPVT IX

ABTERVM quid isti quaerunt cum se mutuo diligunt? Pulchritudinem quaerunt. Amor enim fruendae pulchritudinis desiderium est. Pulchritudo autē splendor quidam est humanū ad se rapiens animum. Nempe corporis pulchritudo nihil aliud est, quam splendor ipse in colorū linearumque decore. Animi quoque pulchritudo fulgor in doctrinae et morū concinnitate. Lucē illā corporis, non aures, non olfactus, non gustus, non tactus, sed oculus percipit. Si oculus solus agnoscit, solus fruatur. Solus igitur oculus corporis pulchritudine fruatur. Cum uero amor nihil aliud sit, nisi fruendae pulchritudinis desiderium: haec autem solis oculis comprehendatur: solo aspectu amator corporis est contentus. Tangendi uero cupido, non amoris pars est, nec amantis affectus, sed petulantiae species, et seruilis hominis perturbatio. Lucem praeterea illam et pulchritudinem animi sola mente comprehendimus. Quare solo mentis intuitu cōtentus est: qui animi pulchritudine expetit. Pulchritudo denique inter amantes pro pulchritudine commutatur. Iunioris amati pulchritudine uir oculus fruatur. Viri pulchritudinem iunior mente consequitur: et qui solo corpore formosus est, hac consuetudine fit et animo speciosus: qui solo animo est decorus, corporis oculos explet corporis pulchritudine. Mirifica plane commutatio est, utriusque honesta, utilis et iocunda. Honestā, siquidem par in utroque: et quae

enim

enim honestum est et discere, et docere. Iucunditas in seniore maior, qui aspectu et intelligentia delectatur. In iuniorē uero maior utilitas: quo enim praestantior est animus corpore, eo pretiosior est pulchritudinis animi, quam corporis consecutio. Pausania habentis, nunc Eryximachi orationem interpretemur.

ORATIO TERTIA.

AMOR IN OMNIBUS, AD OMNIA, CREATOR omnium, magister omnium. CAPVT I

LRIA nobis deinceps ex nostri Eryximachi mente tractanda uidentur. Primum quod amor omnibus insitus per cuncta porrigitur. Alterum quod omnium quae secundum naturam sunt operum, effector est atque seruator. Tertium quod artium singularium est magister et dominus. Tres profecto rerum gradus in natura considerantur, superiora, inferiora, Aequalia. Quae supra sunt, inferiorum sunt causa. Quae infra superiorum opera. Quae aequalia, eadē inter se natura sunt praedita. Causae uero opera sua tanquam sui partes et imagines diligunt. Opera quinque causas tanquam sui conseruatrices expetunt. Quae autem in eo ordine locata sunt, ad se inuicem quasi unius et eiusdem similia membra mutua charitate afficiuntur. Ideo deus angelos, et angeli cum deo simul animas, anima cum illis una corpora beneuolentia quadam regunt atque gubernant. In quo superiorū ad inferiora dilectio plane cōspicitur. Rursus corpora animis suis et iunguntur audacissime, et ab eis molestissime se iunguntur. Animi nostri caelestium beatitudinem cupiunt: caelestes superni numinis maiestatem felicitate uenerantur, atque hic inferiorum ad superna est amoris affectus. Item omnes ignis partes libenter inuicem cohaerescunt. Terra rursus, aquae, et aeris partes inuicem: et in qualibet animalium specie, eiusdem speciei animalia se mutuo consuetudine semper adhaerescunt. Vbi amor ad aequalia similiaque cōspicitur. Cuiusmodi igitur dubium erit, quia amor omnibus ad omnia sit ingētitus? Atque id est quod Dionysius Areopagita in lib. de diuinis nominibus ex Hierothei mente ijs uerbis significauit. Amorem siue diuinum, siue angelicum, siue spiritualem, siue animale, siue naturalem dixerimus, insitiam quandam intelligamus commiscentemque uirtutem: quae superiora quidem ad inferiorum prouidentiam mouet: aequalia rursus ad socialem sui inuicem cōmunionem conciliat: ac postremo inferiora quaeque admonet, ut ad potiora sublimioraque conuertantur. Haec ille.

AMOR EST AVTOR OMNIUM ET SERVATOR CAP. II

ECVNDVM uero illud nostrae orationis membrum: quo amor effector omnium et seruator est dicitur ita probatur. Cupiditas perfectionis propriae propagandae amor quidam est. Absoluta perfectio, in summa dei est potestatis. Eā diuina intelligentia cōtemplatur, atque inde uoluntas eadē cupit extra se propagare: ex quo propagandi amore creata ab eo sunt omnia. Idcirco Dionysius nos, Diuinus inquit amor non permittit regē omnium sine germine in seipso manere. Idem propagationis instinctus omnibus ab illo primo autore est inditus. Per hunc sancti illius spiritus caelos mouet, et sequētibz omnibus sua munera largiuntur. Per hunc sidera lumen suum in elementa diffundunt. Per hunc ignis sui caloris cōmunionem aera mouet, aer aquam, aqua terram: ac uersa uice terra ad se trahit aquam, haec aera, ille ignem. Herbae quoque ac arbores cupidae sui seminis propagandi sui similia gignunt. Animalia quoque bruta et homines eiusdem cupiditatis illecebris ad procreandam sobolem rapiuntur. Quod si amor omnia facit, seruat etiam omnia. Eiusdem enim semper est effectiois et conseruationis officium. Nempe similia similibus conseruantur. Amor autem simile ad simile trahit. Terrae partes singulae amore mutuo copulante, ad partes alias terrae sui similes se conferunt. Tota etiā terra ad simile sibi mundi centrū illius auditate descendit. A quae partes ad se inuicem similiter et ad locū sibi conuenientem cum toto aquae corpore perferuntur. Idem partes aeris ignisque faciunt: ac etiam duo haec elementa ad supernam regionem sibi congruam et similem regionis illius amore trahuntur. Caelum etiā ut Plato in lib. de rege inquit, innato mouetur amore. Anima enim caeli tota simul est in quibuslibet caeli punctis. Caelum ergo animae fruendae cupidū deo currit: ut per omnes sui partes ubique tota anima perfruatur. Adolat autem rapidissime, ut quoad fieri potest, totū sit simul ubique, ubiqueque tota simul est anima. Praeterea sphaera maioris cōcaua superficies minoris sphaerae locus est naturalis. Et quia quaelibet huius sphaerae particula aequae cum qualibet illius particula conuenit, quaelibet omnes appetit particulas illius attingere. Si quiescat, singulae tangunt singulas, non quaelibet cunctas. Currēdo ferme assequitur quod assequi quiescendo non posset. Currit autem uelocissime, ut quaelibet pars eodem pene tempore pro uiribus cunctas attingat. Quinetiam unitate partium suarū cuncta seruantur, dispersio partium percutit. Unitatem uero partium mutuo earundem efficit amor. Quod in humoribus nostrorum corporum et mundi elementis intueri licet, quorum concordia ut ait Empedocles Pythagoreus, et mundus et corpus nostrum constat, discordia dissipatur. Concordiam uero illis pacis atque amoris praestat uicissitudo. Hinc Orpheus μωὸν γὰρ τὸ ἦν τὸ ἀνταρτοῦ ὄντος ἀπερὶ τὸν αἶμα, id est, Solus horum omnium tu regis habenas.

QUOD SIT MAGISTER ARTIVM ET GVBERNATOR. CAP. III

REST AT post hæc ut quo pacto magister artium omnium & gubernator sit exponamus. Magistrum quidē artium esse intelligemus: si modo cōsiderabimus neminē unq̄ artem aliquam aut inuenire, aut discere posse, nisi inuestigationis oblectatio, & inueniendi desiderii incitet: & qui docet, discipulos diligit, ac discipuli eam doctrinā avidissime sitiunt. Gubernator præterea merito nominatur. Artis enim operā diligenter exequitur, atq; exacte cōsummat; & artificia ipsa & personas quibus illa fiunt, maxime diligit. Accedit q̄, artifices in artibus singulis nihil aliud quam amorem inquirunt & curant. Eas in præsentia nos artes breuiter percurreremus: quas Eryximachus apud Platonē cōmemorat. Quid enim aliud Medicina considerat, q̄ quō humores quatuor corporis amici inuicem fiant, atq; permaneant? quos cibos ac potus, ceterosq; uiuēdi, aut medendi usus amat natura atq; requirat? Duos illos hic quoq; amores, Cœlestem & uulgarem, quos Pausanias supra distinxerat, per similitudinē quandam Eryximachus adinuenit. Temperata enim affectio corporis moderatū, atq; ad res moderatas, cōuenientesq; habet amorem. Intemperata contrariū, & ad contraria continet. Illi quidem indulgendum, huic nunquam obtemperandum. In gymnastica etiam exercitatione inuestigandum: qui corporis habitus, quos exercendi modos, quos gestus amet & possidet. In agricultura, quod solum, quæ feminā, qualemūe culturam exigat: quisuē colendi modus à singulis arboribus diligitur. Idem in musica obseruatur: cuius artifices, qui numeri, quos numeros, aut magis, aut minus diligant, inuestigant. II inter unum ac duo, atq; unū & septem minimum amorem inueniunt. Inter unū uero, tria, quatuor, quinque, sex, amorem uehementiorē reperiunt. Inter unum & octo uehementissimū. II uoces acutas, & graues natura diuersas certis interuallis & modulis sibi inuicem magis amicas faciunt. Ex quo harmoniæ compositio & suauitas nascitur. Tardiores etiā motus & uelociores ita inuicem temperat, ut amici potissimum fiant, & rhythmū concinnitatemq; exhibeant. Musica autē melodiæ genera duo traduntur. Est enim graue quoddam & constans: est & aliud molle atq; lasciuum. Illud utentibus utile: hoc noxiū & libris de reipub. & legibus Plato iudicat. Illi in conuiuio Vraniam musam, huic Polymniam præfecit. Alij primū illud genus, alij secundum amant. Illorum amori obtemperandum, adhibendiq; soni sunt, quos expetunt: horum appetitui obstitendū. Illorum namq; amor cœlestis est: horum uero uulgaris. Inest syderibus & elementis quatuor amicitia quedam, quam astronomia considerat. In his duo illi quodammodo amores reperiuntur. Est enim his moderatus amor quādo inuicem mutuis uiribus temperatissime consonant. Est & amor immoderatus, quando unum aliquid illorum seipsum amat nimium, alia quodammodo derelinquit. Ex illo aeris gratia temperies, aquæ tranquillitas, terrarum fertilitas, animalium sanitas: ex hoc contraria proficiuntur. Vatum postremo, Sacerdotumq; facultas in hoc potissimum uersari uidetur: ut quæ hominum officia deo amica sint, quæ ratione homines deo amici fiant, nos doceant: qui amoris, charitatisq; modus ad deum, ad patriam, ad parentes, ad alios tam ad uiuos, quā ad defunctos sit adhibendus. Idem in ceteris artibus coniectari licet, atque summam concludere amorem in omnibus ad omnia esse omnium autorem, seruatoremq; existere, & artium uniuersarum dominum & magistrum. Hunc merito diuus Orpheus appellauit Solertem bigenium, omnium clauis habentem. Quomodo enim geminæ naturæ sit à Pausania primum: deinde ab Eryximachō audiuitis. Quæ etiam ratione clauis mundi tenere dicatur ab Orpheo, ex superioribus satis comprehendere possumus: quippe sicut ostendimus desiderium hoc perfectionis propriæ propagandæ cunctis ingenitum, latentem & implicatam cuiusque fecunditate explicat: dum semina in germen pullulare compellit, & uires cuiusq; eius educit sinu, fetusq; concipit, & quasi clauibus quibusdam conceptus aperiendo pro ducit in lucem: quamobrem omnes mundi partes, quia unius artificis opera sunt, eiusdem machine membra inter se in essendo & uiuendo similia, mutua quadam charitate sibi inuicem inuincuntur: ut merito dici possit amor nodus perpetuus, & copula mundi, partiumq; & eius immobile sustentaculum, ac firmum totius machine fundamentum.

NVLIVM MUNDI MEMBRVM ODIT ALIVD
membrum. CAPVT IIII

QUOD si ita est: nulla operis huius membra inimica esse inter se ullo pacto possunt. Non enim ignis aquam, aquæ odio fugit: sed suis ipsius amore: ne ab aquæ frigore extingatur. Neque ignem aqua odio ignis extinguit: sed quodam amplificandi propriū frigoris appetitū trahitur ad aquam sibi similem ex ignis corpore procreandam. Nam cum omnis appetitio naturalis ad bonum nullaq; ad malum tendat: aqua propositum est, nō ignem extingueret, quod est malum: sed aquam sui similem, quod bonum est, generare. Quod si absq; ignis interitū explere posset, ignem utiq; nō consumeret. Eadem de ceteris quæ contraria & inimica uidentur, ratio assignatur. Porro agnus lupi uitam, figuramq; non odit, sed sui perniciem quæ à lupo infertur, exhorret, neq; lupus agni odio, sed amore sui cum læcatur atq; deuorat, neq; homo hominem sed

uita

uita hominis horret, neq; potentioribus, aut acutioribus dotes suas illorum odio, sed nostri beneuolentia inuidemus metuentes ne illis penitus succumbamus. Quapropter nihil obstat quin amor in omnibus sit perq; omnia penetrat. Hunc igitur tantum deum, quia ubiq; est, omnium insidet penetralibus, tanquā potentem dominum cuius imperium effugere non ualemus, tanquam sapientissimum iudicem quem cogitationes nostræ latere non possunt, proculdubio metuamus: hunc quia creator est omnium atq; seruator, tanquam patrem ueneremus, tanquam tutorem, præsidiumq; colamus: hunc, quia artes singulas edocet, tanquam præceptorem sequamur: quo autore sumus & uiuimus: quo seruatore perpetui permanemus: quo præside & iudice gubernamur. Quo præceptore ad bene beatq; uiuendum instruimur, & formamur.

NARRATVR TEXTVS PLATONIS DE ANTIQVA HOMI
num natura. ORATIO QVARTA CAPVT I



MIS dictis familiaris noster uerbis finem imposuit. Eum Christophorus Landinus uir doctrinæ excellens, quem potissimum cognouimus nostris temporibus Orphicum Platonemq; poetam, sequutus est in hunc modum, obscuram & implicatam Aristophanis sententiam explicaturus. Quamquam Ioannes Caualcantes sua nos diligentia longis disputationum ambagibus liberauit: Aristophanes tamen sententia uerbis obscurissimis inuoluta enodationem adhuc aliquā lucemq; requirit. Est inquit Aristophanes amor præ ceteris dijs summo opere generi humano beneficus, curator & tutor hominum, atq; medicus. Oportet primum qualis hominum quondam fuerit natura: quæ uel illius passiones animaduertere. Neq; enim qualis nunc est olim erat, sed longe diuersa. Principio tria hominū erant genera: non solum quæ nunc duo, mas & feminæ uerum etiā tertium quoddam aderat ex utriusq; compositum. Præterea integra erat cuiusq; hominis species, atq; rotunda, dorsum & latera circulo habens: manus quattuor: & paria manibus crura. Vultus item duos tereti ceruicē cōnexos & omnino cōsimiles. Masculinum genus sole genitum erat: Femininū terra: Luna promiscuum. Vnde elato erant animo robustiq; corpore: quare cum dijs pugnare tentabant, & in cœlū ascēdere. Ideo Iupiter singulos in longum secuit: duosq; fecit ex uno, instar eorum qui oua in longum capillos atq; iterum si fistu in deos insanire uideantur minatus est eos rursus se similiter partiturum. Postquam natura hominum ita diuisa fuit, quisq; sui dimidium cupiebat. Igitur concurrebant, iactisq; circum brachijs sese inuicem complectebantur, redigi in priorem habitum affectantes. propterea fame & torpore defecissent, nisi deus congressui modū imposuisset. Hinc utiq; mutuis hominibus innatus est amor præcæ naturæ conciliator, annitens unum ex duobus efficere, hominumq; naturæ mederi. Est enim quisq; nostrum dimidium hominis utpote sectus, quemadmodum pisciculi qui psetta & auratæ uocantur, scissi ex uno duo efficiuntur. quærit autem sui quisq; dimidium. Quoties itaq; dimidium suum alicui, cuiuscunq; sexus audis sit, occurrit, uehementissime concitatur, ardentē inheret amore, neq; momentum quidem ab illo patitur seungi. Totius itaq; reficiens ad cupidō, nixus amoris nomen accepit. Qui nos presenti in tempore summo opere inuat, dum in sui dimidium olim amicissimum quemq; conducit: & in posterum spem summam inijcit nobis deum pie colentibus in ueterem figuram restituendo medendūq; se nos beatissimos effecturum.

EXPONITVR OPINIO PLATONIS DE ANTIQVA
hominis figura. CAPVT II



HÆC Aristophanes & alia narrat per multa, monstris portentisq; similia: sub quibus quasi uel laminibus quibusdam diuina mysteria latere putandum. Mos enim erat ueterum theologorum sacra ipsorum puraq; arcana ne à prophanis & impuris polluerentur figurarū umbraculis tergere. Nos autem quæ in figuris superiorum, & alijs describuntur, singula exacte ad sensum pertinere nō arbitramur. Nam Aurelius Augustinus, nō omnia inquit, quæ in figuris singuntur significare aliquid putanda sunt. Multa enim propter illa quæ significant ordinis & cōnexionis gratia sunt adiuncta. Solo uomere terra profcinditur. Sed ut hoc fieri possit, cetera quoq; huic aratri membra iunguntur. Quæ igitur nobis exponenda proponitur hæc summa. Homines quondam tres sexus habebant, Masculinum, Femininum, Promiscuum, Solis, Terræ, Lunæq; filios. erāt & integri. Sed propter superbiam cū deo æquare se uellent scissi in duo sunt: iterū si superbiam, bifariam discindendi. Sectione facta, dimidiū amore ad dimidiū trahitur, ut integritatis restitutum fiat, quæ cōpleta beatū genus hominū est futurū. Summa uero nostræ interpretationis erit hōmō. Homines id est hominū animæ quondam, id est quādo à deo creatur, integræ sunt, duobus sunt exornate luminibus, ingenito & infuso: ut ingenitū æqualia inferiora, infuso superiora conspicerēt. Deo æquare se uoluerūt, ad unicū lumen ingenitū se reflexerūt. Hic diuisi sunt. Splēdore infusum amisserūt, quādo ad solū ingenitū lunt cōuerse: statimq; in corpore cecidere. Superiores factæ iterū diuidētur: id est si naturali nimium confidunt ingenio, lumen illud ingenitum

corporum affectus diuinae tribuant maiestati; putentq; illam non esse corporibus animisue praestantiorē. In quod sane pleriq; errasse traduntur; qui in diuinorum inuestigatione ingenio naturali confisi, aut deum non esse dixerunt; ut Diagoras: aut dubitauerunt; ut Protagoras: aut corpus iudicauerunt; ut Epicurei, Stoici, Cyrenaici; alijq; permulti: aut animam quandam; ut Marcus Varro, Marcus Manilius; alijq; nonnulli. Hi tanq; impij nō modo diuinum lumen olim neglectum non recuperauerunt; sed & naturale propter eius abusum deprauauerunt: quod deprauatum est; fractum non iniuria scissumq; putatur. Ideo illorum animi, qui tanquam superbi & fastu tumidi suis confidunt uiribus; secantur; ut ait Aristophanes; iterum: cum etiam naturale lumen, quod illis erat reliquum; opinionibus falsis obscurant; & moribus iniquis extinguunt. Itaque naturali lumine recte utuntur, qui euntque mancum illud; & mutilatum esse recognoscentes ad naturalia iudicanda satisfacere quodammodo arbitrantur; ad ea uero, quae supra naturam sunt; sublimiori lumine opus esse putantes exactissima quadam animi purgatione ita se preparant; ut diuina lux iterum illis effulgeat: cuius radijs recte de deo sentient; & in pristinam illam integritatem restituentur.

AMOR ANIMAS REDUCIT IN COELVM, BEATITVDINIS
distribuit gradus, gaudium largitur aeternum. CAPVT VI



MVNC uos conuiuē praestantissimi deum, quem praeter ceteris dijs generi humano beneficum esse Aristophanes ait, omni sacrificiorum genere uobis propitiū facite: hunc pijs precibus inuocate; hunc toto corde capessite. Hic animos sua beneficentiā primū ad caelestē ducit mensam, ambrosia & nectare abundante; deinde singulos singulis accommodat sedibus; postremo suauiter detinet in aeternum. Nulli enim caelū repetunt; nisi qui colorū regi placuerūt: placent illi, qui eum summopere diligunt. Cognoscere quidē illū uere, omnino praesenti in tempore impossibile est. Vere autē amare quoquomodo cogniū, & possibile est, & facile. Qui deum cognoscunt, nondum illi placent nisi cognitum diligant: qui cognoscunt & diligunt, nō quia cognoscunt; sed quia diligunt, amantur à deo. Nos enim non eos qui nouerint; sed qui nos amauerint, charitate cōplectimur. Multos nanq; qui nos cognoscunt; hostes habemus. Quod ergo nos caelo restituit, non dei cognitio est; sed amor. Discumbentū praeterea ordo in mensa caelesti diuersos sequitur gradus amantiū. Nam qui dei excellentius dilexerunt, dapibus excellentioribus ibi uescuntur. Nempe qui per opera fortitudinis dei fortitudinem coluerunt; ea ipsa fruuntur. Qui iustitiam uero; iustitia: tēperantia similiter; qui temperantiam; atq; ita uarijs diuinae mentis ideis & rationibus uarij animi pro uario amoris raptu fruuntur. Toto autem deo fruuntur omnes; quia totus in singulis est ideis. Sed deum totum praestantius possident, qui cum in praestantiori idea conspiciunt. Quisq; uero ea dei uirtute potitur, quam dilexit. Ideo liuor, ut Plato inquit in Phaedro, abest à diuino choro. Cum enim omnium iucundissimum sit, re amata potiri; quilibet in eo potiundo quod amat cōtentus; plenusq; uiuit. Quippe si amatores duo deliciarum suarum compotes fiant; uterq; in amata sui possessione quiescit; neq; curam quidē ullam habebit; nī alter pulchriori potiaturo amato. Quapropter amoris beneficio factum est; ut in diuersis felicitatis gradibus portione sua quilibet sine ulla inuidia sit contentus. Fit etiam ut sine ulla saetate animi iisdem uescantur dapibus in aeternum. Vt enim oblectentur conuiuē, non epula non uina sufficiunt; nisi fames, sitisq; ad uescendum alliciant: ac tandiu oblectatio quandiu & audivitas permanet. Audivitatem uero quis amorem quandam esse negauerit? Aeternus igitur amor quo semper in deum afficitur animus; efficit ut deo semper tanquam nouo spectaculo gaudeat. Amorem hunc eadem dei bonitas semper accendit in animo: quae & beatum facit amantem. Tria igitur, ut breui complectar, amoris beneficia collaudabimus; quod nos olim diuinos in integrum restituyendo, reducit in caelum: quod suis quemq; collocat sedibus; facitq; omnes in illa distributione quietos; quod omni expulso fastidio suo quodam ardore oblectamentum quasi nouum iugiter accendit in animo; reddiditq; illum blanda & dulci fruitione beatum.

ORATIO QUINTA.

AMOR EST BEATISSIMVS QVIA PVLCHER EST
& bonus. CAPVT I



MAROLVS Marfupinus, musarum dulcis alumnus; Lanāinum poetam secutus; Agathonem orationem sic aggreditur. Amorem deum noster Agatho beatissimum, quia pulcherrimum sit & optimus, arbitratur. Quae ad hoc ut sit pulcherrimum, quae itē ut optimus, exiguntur, diligenter enumerat: in quibus enumerandis amorē ipsum effingit. Postremo postquam qualis est enarrauit; beneficia ab eo generi humano tributa cōnumerat. atq; haec disputationis illius est summa. Nostra interest in primis inquirere, quā ob causam ut beatum ostenderet pulchrum ualde esse dixit & bonum: quo dūc sit inter bonitatem, pulchritudinēq; discrimen. Beatum in Philebo Plato uult esse, cui nihil deest: idē esse illud quod sit ab omni parte perfectum. Est autem perfectio interior quaedam, est & exterior. Interiorem, bonitatem

*Jattaqu mi
r ad cy naesta
v r hila fubey
f Lauer*

nitatem; exteriorem, pulchritudinem dicimus. Propterea quod bonum penitus est & pulchrum, id tanquam ab omni parte perfectum, beatissimum nuncupamus. Hanc utiq; differentiam omnibus in rebus animaduertimus. Nempe in lapillis ut physici uolunt temperatissima quatuor elementorum permixtio quaedam interior, nitorem parit exteriorem. Herbas praeterea & arbores innata radicibus medullisq; fecunditas, florum & foliorum gratissima uescit uarietate. In animalibus autē salubris humorū complexio iucundā lineamentorū & colorū speciem procreat. Virtus etiā animi decorem quandam praese ferre uidetur in uerbis, gestibus, operibus, honestissimum. Caelos quoq; sublimis eorum substantia clarissimo lumine circūfundit. In his omnibus interna perfectio producit exteriorem. Illam bonitatem, hanc pulchritudinem possumus appellare. Quo circa bonitatis florem quandam esse pulchritudinem uolumus; cuius floris ille ebrius, quasi esca quadam, latens interius bonitas alliciat inuentes. Quoniam uero nostrae mentis cognitio à sensibus ducit originem; bonitatis ipsam in rerum penetralibus instam nec intelligeremus unquam, neq; appeteremus, nisi ad eam speciei exterioris indicijs manifestis prouheremus. Quae in re mirabilis admodum formae huius, comitisq; ipsius apparet utilitas. Per haec satis ostensum arbitror, tantum inter bonitatem & speciem, quantum inter semen & flosculum interesse: atq; ut flores arborum seminibus orti semina ipsi quoq; producant; ita speciem hanc bonitatis florem ut ex bono pullulat, sic & ad bonum amantes perducere; quod quidem noster hic heros abunde in superioribus demonstrauit.

QVOMODO PINGITVR AMOR, ET QVIBVS ANIMAE
partibus pulchritudo cognoscitur, & generatur amor. CAPVT II



POST haec diffusus enumerat Agatho quot ad eius dei formosam speciem requiruntur. Iuuenis inquit est, tener, agilis, concinnus, & nitidus. Nobis autē primo quaerendum quid haec ad pulchritudinem conferant. Deinde cum deo huic attribuuntur, quo pacto intelligi debeant. Rationem homines habent & sensum. Ratio per seipsam rationes rerum omnium incorporeas comprehendit. Sensus per quinque; sui corporis instrumenta corporum imagines & qualitates attingit: Colores per oculos; per aures uoces, Odores per nares, per linguam sapores, per nervos qualitates simplices elementorum, calorem uiriditatem, frigusq; & reliqua. Propterea sex ad cognitionem pertinentes, quantum ad propositam attinet quaestionem, uires animi numerantur: Ratio, Visus, auditus, Olfactus, Gustus & Tactus. Ratio numini summo, Visus igitur, Aeri auditus, Vaporū odori Olfactus, aquae gustus, Tactus terrae tribuitur. Ratio siquidē caelestia indagat nec propriam in membro corporis aliquo sedem habet: quemadmodum neq; certam habet sedem in ulla mundi parte diuinitas. Visus in sublimi parte corporis uelut ignis in suprema mundi regione locatur, & lumen natura sua percipit, quod igitur est propriū. Auditus uisum non aliter quam purus aer ignem secutus uoces haurit: quae & in aere fracto gignuntur; & per aeris interuallum aures illabuntur. Olfactus caliginoso aeri, uaporibusq; ex aere, & aqua mixtis omnino assignatur; quia inter aures & linguam, quasi aerem & aquam, positus, uapores eos apprehendit facile & diligit maxime, qui ex aeris & aquae mixtione proueniunt: quales sunt herbarum, florum, pomorū odores, naribus suauissimi. Quis dubitet gustum aquae liquoribus cōparare: qui olfactui tanq; aeri crassiori succedit, & iugi saluiae liquore perfusus, potu uehementissime delectatur, humidisq; saporibus? Quis item ambigat terrae tractum ascribere: cum per omnes terreni corporis partes fiat: in neruis qui terreū maxime sunt, expleatur: facillime tangat quae soliditatem habent & pondus, quod terra corporibus iribuit? Hinc etiā accidit ut tactus, gustus, olfactus, solum proxime ipsi appositae sentiant, & patiantur admodum sentiendo; licet olfactus remotiora, quam gustus & tactus apprehendere uideatur. Auditus autē remotiora cognoscit, neq; ita offenditur. Quo etiam longius prospicit uisus: & memēto facit, quod aures tempore: prius enim coruscatio cernitur, quam tonitrus audiatur. Ratio remotissima capit: neq; enim quae in mundo sunt solum, & quae praesentia, ut sensus: sed etiam quae supra caelum, & quae fuerunt aut futura sunt, percipit. Ex his patere cuiq; potest, sex illarum animae uirium, tres ad corpus & materiam potius, Tactum scilicet & Gustum, & Odoratū: tres autē alias, rationem uidelicet & Visum & Auditum ad spiritum pertinere. Ideo tres illae ad corpus potius declinant corpori magis q̄ animo congruunt: & ea quae ab illis percipiuntur, cum corpus sibi congruum moueant, uix ad animam usq; perueniūt, minimeq; illi tanq; minime similia placent. Tres uero superiores à materia remotissime, anima multo magis cōueniunt: resq; eas capiunt, quae corpus quidem parū admodum, animum uero uehementissime moueant. Quippe odores, Sapores, Calor, atq; similia, corpori aut nocent plurimum; aut prosunt paulum quid ad animi aut admirationem, aut iudicium conferunt, ac modice ab illo desiderantur. Ratio incorporea ueritatis, colores, figureq; & uoces, corpus aut nihil, aut uix & minimū mouent: Animi uero aciem ad indagandum potissimum acuum: atq; eius ad se desiderium rapiunt. Animi uero est ueritas. Ad eam inueniendam oculi, ad discendam aures magnopere conferunt. Igitur quae ad rationem, uisum, auditum pertinent, gratia sui ipsius affectat, quasi propriū alimentum. Quae uero sensus tres alios mouent, corpori uel nutriendo, uel fouendo, uel generando magis necessaria sunt. Ea itaq; animus, nō sui, sed alterius, id est corporis causa quaerit. Amare autem ea dicimus, quae propter

nosmetipsos desideramus: quæ autem propter aliud quiddam cupimus, minime. Merito igitur amorem ad scientias, figuras, & uoces duntaxat uolumus pertinere, atque circa gratia illa solum, quæ in tribus his reperitur, animi uirtute, figura, uoce: quia maxime animum prouocat, & ἡ δὲ ἡ ἀρετὴ, quod uoco significat, πρὸς ἄλλους id est prouocatio nominatur. καλὸς uero græce pulchritudinem latine significat. Gratus quidem nobis est mos uerus & optimus animi: grata corporis speciosa figura: grata uocum concinnitas. cumq; tria hæc animus, ut pote sibi cognata, & quodammodo incorporea pluris admodum quàm tria reliqua faciât, consentaneum est, ut auidius aspicat, ardentius complectatur, uehementius admiretur, atque hæc ipsa seu uirtutis, seu figuræ, siue uocum gratia quæ animum per rationem uel uisum uel auditum ad se uocat, & rapit, pulchritudo rectissime dicitur. Atque hæc tres illæ gratiæ sunt, de quibus sic Orpheus, ἀγλαΐστε, δάλαε καὶ δὺσπροσωπὶ πολὺ λάβε. Splendor, uiriditas, lætitiæq; uberrima. Splendorem quidem uocat gratiam illam & pulchritudinem animi, quæ in ueritatis & uirtutis claritate consistit. Viriditatem uero, figuræ, colorisq; suauitatem. hæc enim summopere in iuuentutis uiriditate florebit. Lætitiam deniq; sincerum illud & salubre, & perpetuū, quod in musica sentimus, oblectamentum.

PULCHRITUDO EST ALIQUID INCORPOREVM
CAPVT III



VM hæc ita se habeant, necessarium est pulchritudinem esse aliquid uirtuti, figuræ, uocibusq; commune. Non enim quodlibet istorum trium pulchrum similiter uocemus, nisi una his tribus inesse pulchritudinis definitio. Quo fit ut ipsa pulchritudinis ratio corpus esse non possit: quoniam uirtutibus animi quæ incorporeæ sunt, pulchritudo si esset corporea, minime conueniret. At qui tantū abest ut corpus sit pulchritudo, ut non modo quæ uirtutibus animi, sed etiam quæ corporibus, & uocibus inesse, nequeat esse corporea. Quamuis enim corpora quædam speciosa dicamus, non tamen sunt ex ipsa sui materia speciosa. Siquidem corpus hominis unum atque idem hodie formosum, cras autem casu aliquo scelerate deforme: quasi aliud sit esse corpus, aliud esse formosum. Neq; etiam sunt ex ipsa quantitate formosa: quando quidē grandia nonnulla atque item breuia quædam formosa uidentur: ac sæpe magna deformia, parua formosa: & contra parua turpia, magna gratissima. Nonnunquam etiam accidit, ut similis sit in magnis quibusdam, & paruis corporibus pulchritudo, si itaq; stante se penumero eadem quantitate casu quodam pulchritudo mutatur, & mutata aliquando quantitate permanet pulchritudo, ac similis in magnis paruisq; uidetur, certe duo hæc pulchritudo, & quantitas debent esse omnino diuersa. Quinetiam si corporis cuiusq; formositas in ea ipsa sui corporis crassitudine quodammodo corporea esset, non tamen ut corporalis esset, inueniri placeret. Placet animo personæ alicuius species, non prout in exteriori iacet materia, sed prout eius imago per uisum ab animo capitur uel concipitur. Imago illa in uisu & animo, cum isti sint incorporei, corpus esse non potest. Quo enim pacto cœlum, ut ita loquar, totum parua oculi pupilla caperetur, si modo corporali reciperet? Nullo profecto. Sed enim spiritus in puncto omnem corporis amplitudinem spiritali modo & incorporea imagine suscipit, placet utique animo ea duntaxat species, quæ ab illo suscipitur. Hæc autem licet exterioris corporis simulacrum sit in eo, tamen est incorporea. Ergo species incorporea placet. Quod placet, id cuiq; gratum: quod gratum, hoc denique pulchrum. quo efficitur ut amor ad incorporeum aliquid referatur: atque ipsa pulchritudo spiritalis quoddam potius rei simulacrum sit, quàm corporea species. Sunt autem nonnulli qui certam membrorum omnium positionem, siue, ut eorum uerbis utamur, commensurationem & proportionem cum quadam colorum suauitate, esse pulchritudinem opinentur. Quorum nos opinionem propterea non admittimus, quia cum huiusmodi partium dispositio in solis sit rebus compositis, nulla essent simplicia speciosa. Nunc autē puros colores, lumina, uocem unam, fulgorem auri, & argenti candorem, scientiam, animam, quæ omnia simplicia sunt, pulchra uocamus: nosq; ista mirifice tanq̄ reuera sint pulchra delectant. Accedit ad hæc quod proportio illa cuncta includit corporis cōposita membra, neq; est in singulis, sed in cunctis. Singula itaque membra per se pulchra non erunt. Ex singulis autem partibus totius compositi propositio nascitur. Vnde non nihil sequitur absurdissimum: ut quæ suapte natura speciosa non sunt, pulchritudinem pariant. Sæpenumero etiam accidit, ut manente eodem membrorum proportionem, atque mensuram, corpus æque ut ante non placeat. Eadem porro hodie, quæ anno superiori corporis uestri figura, gratia uero non eadem. Nihil tardius quàm figura, nihil citius fenescit quàm gratia. Ex quo liquido constat, non idem esse pulchritudinem & figuram. Sæpe quoque uidemus rectiorem in uno quodam quàm in alio dispositionem partium mensuramq; membrorum: alius tamen, nescimus qua de causâ, nobis formosior iudicatus amat ur ardentius, quo satis admoneri uidemur, ut aliud quiddam formositatem quàm dispositionem partium censeamus. Eadem nos ratione admonet ne formam suspicemus esse colorum suauitatem. Plerumque enim color in fenore clarior: in iunior gratia maior. Et in æqualibus fit nonnunquam, ut qui colore superat alterum, gratia tamen ab illo & pulchritudine superetur. Neque tamen audeat quisquam mixtionem quandam ex figurâ coloribusq; pulchritudinem affirmare. Sic enim neque scientiæ, neque uoces quæ colore & figura carent, neque coloræ

colores & lumina quæ certam nullam figuram habent, amore digna iudicarentur. Præterea cuiusq; cupiditas, eo habito quod uolebat, expletur. Nempe fames & sitis, cibo potuq; sedantur: amor nullo impletur aspectu corporis uel amplexu. Nullam igitur naturam corporis ardet: pulchritudinem certe sectatur. Quo fit, ut ea corporum reum aliquid esse non possit. Ex omnibus his colligitur, eos qui amore accensi pulchritudinem stitunt, si modo uel sint liquore hoc hausto ardentissimâ sitim extinguerent, alibi quàm in materia fluuio, aut quantitatibus aut figuræ, aut colorum quorumlibet riuulis, dulcissimâ pulchritudinis huius humorem, quo sitis eorum acceditur, querere oportere. Quo uos tandem miseri uertetis amantes? Quis uestri cordis flammam extinguet acerrimas? Quis tantum sedabit incendium? Hoc opus: hic labor. Dicam protinus. Sed attendite.

PULCHRITUDO EST SPLENDOR DIVINI VULTVS
CAPVT IIII



DIVINA potestas omnia supereminens statim à se natis angelis, atque animis suum illum radium in quo focunda uis inest omnium creatorum, tanquam filijs clementer infundit. Hic in eis ut pote sibi propinquioribus totius mundi dispositionem, & ordinem multo pingit exactius, quàm in mundi materia. Quamobrem hæc mundi pictura quam cernimus uniuersa, in angelis & animis lucet expressior. In illis enim sphaeræ cuiusque figura, solis, lunæ, & siderum reliquorum, elementorum quoque, lapidum, arborum, animalium singulorum. Picturæ huiusmodi in angelis exemplaria & ideæ: in animis rationes, & notiones: in orbis materia, forme atque imagines à Platonice nominantur: clara quidem in orbe: clariores in animo: in angeli mente clarissime. Vnus igitur dei uultus tribus deinceps per ordinem positus lucet in speculis, Angelo, Animo, Corpore mundi: in illo tanquam propinquiore clarissime: in hoc remotiore obscurius: in hoc remotissimo, si ad cætera cōpares obscurissime. Proinde sancta mens angeli nullo impedita corporis ministerio in se ipsam reflectitur, ubi dei uultum illum sinu suo insculptum introspicit: in speculum illico admiratur: auidissime illi semper inhaeret. Vultus illius diuini gratiam, pulchritudinem dicimus. Auiditatem angeli, dei uultui penitus inherentem, uocamus amorem. O tantam nobis idem contingeret. Sed enim animus noster ea conditione genitus, ut terreno corpore circumdatur, ad officium generandi declinat. Quæ inclinatione grauatus thesaurū penetrabilibus suis absconditum negligit. Deinde terreno corpore inuolutus diutissime seruit corporis usui: ad hoc opus sensum quidem semper, rationem quoque diutius quàm decet, accommodat. Hinc efficitur ut diuini uultus illius candorem in se perpetuo enitentem, non prius animaduertat, quàm adulto iam corpore, & ratione expergefacta dei uultum in dei machina resurgentem, & oculis manifestum cogitatione consideret. Quæ quidem consideratione prouehitur ad eum qui intus emicat, intuentium. Quoniam uero parentis uultus gratus est filijs, necesse est animis dei patris uultum esse gratissimum. Vultus huius, ut idem sæpius repetam, nitor, & gratia, siue in angelo, siue in animo, siue in mundi materia, pulchritudo uniuersalis est appellanda: impetusq; ad illam uniuersalis dicitur est amor. Vbiq; incorpoream esse hanc pulchritudinem non ambigimus. In angelo enim & in animo eam corpus aliquod non esse nemini dubium. In corporibus etiam eam esse incorpoream, & supra monstrauimus, & ad presens ex eo potissimum intelligimus, quod oculus nil aliud, nisi solis aspiciat lumen. Figura namque, & colores corporum nunquam nisi lumine illustrata perspiciuntur, neque ipsa cum materia sua ad oculos ueniunt. Necesse tamen esse uidetur ea in oculis esse, ut ab oculis uideantur. Vnum itaque solis lumen corporum omnium ab eo illustratorum coloribus figurisq; depictum sese oculis offert. Sic affectum lumen oculi suo quodam radio adiunante percipiunt: perceptum ipsum, & quæ in eo sunt omnia uident. Quare totus hic mundi qui conspiciatur ordo, non eo modo quo in materia corporum, sed quo in luce oculis infusa est, cernitur. In ea luce cum à materia secretus sit, necessario est corporis expertus. Quod ex hoc etiam euidenter apparet, quod lumen ipsum corpus esse non potest, cum momento ab oriente in occidentem totum ferme impleat orbem: aeris & aquæ corpus sine ulla offensione undiq; penetret: foribusq; immixtum nusquam inficiatur. Hæc uero corporum naturæ nullomodo conueniunt. Corpus siquidem non momento mouetur sed tempore: neque alterum absque sui, uel alterius, aut utriusque offensione penetrat alterum: ac duo inuicem corpora mixta mutua se contagione inficiunt. Quod in aquæ & in uini, ignis & terre confusione conspiciamus. Cum igitur solis lumen incorporeum sit, quicquid suscipit, naturæ suæ suscipit modo. Propterea colores, & figuras corporum modo suscipit spiritali: eodemq; pacto ipsum ab oculis susceptum inficitur. Quo factū est, ut totus hic mundi decor, qui tertius est dei uultus, per incorpoream solis lucem incorporeum sese oculis offerat.

QUOMODO NASCITUR AMOR ET ODIUM, QUODVE
pulchritudo est incorporea. CAPVT V



His omnibus sequitur, ut omnis diuini uultus gratia: que uniuersalis dicitur pulchritudo: non in angelo solum, & animo incorporea sit: sed in aspectu etiam oculorum. Neque faciem hanc simul totam solummodo, uerum etiam partes eius admiratione commoti diligimus. Vbi particularis amor ad particularem pulchritudinem nascitur. Sic & ad hominem aliquem ordinis mundani membrum afficiuntur: presertim cum in illo perspicue diuini decoris scintilla resurgat. Affectus huiusmodi duabus ex causis nascitur: tum quia paterni uultus nobis placet imago: tum etiam quia hominis apte compositi species, & figura, cum ea humani generis ratione, quam animus noster ab omnium autore suscipit, & retinet, aptissime congruit. Unde hominis exterioris imago per sensus accepta, transiensque in animum, si hominis figuram quam possidet animus, dissonat, euestigio displicet, & odio tanquam deformis habetur. Si consonat, illico placet, & tanquam formosa diligitur. Quo fit, ut nonnulli nobis obuij continuo placeant, uel displiceant: nosque affectus huiusmodi causam nesciamus. Quippe cum animus corporis ministerio impeditus intimas illas sui formas nequaquam respiciat. Verum naturalis, & occulta quadam incongruitate, uel congruitate fit: ut forma rei exterior imagine sua eiusdem rei formam in animo pictam pulsans dissonet aut consonet, atque occulta hac offensione uel blanditie motus animus, rem ipsam, aut oderit, aut amet. Integram sane creandi hominis configurationem uis illa diuina, in angelo animoque; ingenuit: in mundi uero materia, utpote ab illo opifice remotissima, hominis constitutio ab integra illa sui figura degenerat. In materia tamen melius affecta similior: in alia dissimilior prouenit. Quae similior prouenit, ut dei uis, angelique; ideae, sic animi rationi quadrat & congruit. Anibus hanc probat congruitatem. In ipsa profecto congruitate pulchritudinis: in ea probatione, amoris consistit affectus. Quomodo uero ideae, & ratio sunt a materia corporis aliena, hominis constitutio illis non ex materia, uel quantitate, sed ex aliquo potius incorporeo similis iudicatur. Ut similis, illis congruit: ut congruit, pulchra est. Idcirco diuersa sunt corpus, & pulchritudo. Quod si quis quaesierit quonam pacto corporis forma, anime mentisque, forma, & rationi similis esse queat: is o consideret edificium architecti. Principio architectus edificij rationem, & quasi ideam animo concipit. Deinde qualem excogitauit domum, talem pro uiribus fabricat. Quis neget domum corpus existere: eamque ideam artificis incorpoream, ad cuius similitudinem effecta est, esse persimilem? Porro propter incorporalem ordinem quendam potius, quam propter materiam est architecto similis iudicanda. Age igitur materiam subtrahere si potes: potes autem cogitatione subtrahere: ordinem uero relinque: nil tibi restabit corporis, nihil materiae. Immo uero idem erit penitus, qui ab opifice prouenit ordo, & qui remanet in opifice. Idem in quouis hominis corpore facias. Reperies illius formam animi rationi quadrantem, simplicem esse, materiaeque expertem.

QUOT REQUIRUNTUR UT RES PULCHRA SIT, ET
quod pulchritudo est spiritale donum. CAPVT VI



Quid tandem est corporis pulchritudo? Actus uiuacitas, & gratia quaedam ideae suae influxu in ipso resurgens. Fulgor huiusmodi in materiam non prius quam aptissime sit preparata, descendit. His uero tribus, ordine, modo, specie, constat uiuentis corporis preparatio. Ordo partium interualla, Modus, quantitatem: Species, lineamenta, coloremque; significat. In primis enim oportet ut membra quaeque corporis naturalem situm habeant: suo aures loco sint, oculique, & nares, & caetera: ac paribus interuallis oculi naso sint proximi: paribus item aures utraeque distent ab oculis. Neque haec interuallorum ad ordinem pertinens parilitas sufficit, nisi partium modus accedat, qui mediocrem debita totius corporis proportionem seruata, membris singulis tribuat magnitudinem: ut nasi tres in longum dispositi, uultus unius impleant longitudinem; aurium utrumque; semicirculi unum coniuncti, oris aperti circulum faciant. Idem quoque; conuinctio superciliorum efficiat. Longitudo nasi, longitudinem labij compleat: aurisque similiter. Gemini oculorum orbis unum aequent oris hiatum. Capita octo proceritatem corporis comprehendant. Eandem quoque; monstrat brachiorum in latus extensio, crurumque; similiter atque; pedum. Necessariam praeterea speciem ducimus, ut linearum attractus artificiosi, rugaeque; & oculorum splendor, ordinem illum modumque; partium decorent. Atqui tria haec licet in materia sint, pars illa corporis esse non possunt. Ordo membrorum, membrum quidem est nullum. Ordo enim membris omnibus inest: nullum uero membrum in membris omnibus reperitur. Accedit quod ordo nihil est aliud quam decens partium interuallum. Interuallum uero, quid aliud dicemus quam distantiam partium? Distantia denique; aut nihil est, & uacuum prorsus inane, ut tractus aliquis linearum. Lineas autem quae latitudine profunditateque; carent, quae corpori necessariae sunt, quis corpora dixerit? Modus item non quantitas, sed terminus quantitatis. Termini uero superficies sint lineaeque; & puncta: quae cum profunditatis crassitudine careant, corpora non putantur. Speciem quoque; in luminum, umbrarum, linearum incunda concordia, non in materia collocamus. Ex his omnibus patet pulchritudo.

pulchritudinem usque adeo esse a mole corporis alienam, ut nunquam ipsi materiae se communicet, nisi tribus illis incorporalibus preparationibus, quas narrauimus, sit affecta. Harum uero fundamentum est elementorum quatuor temperata complexio: ut corpus nostrum caelo, cuius est temperata substantia, sit simillimum, neque aliquo humorum excessu ab animi formatione desinat. Sic enim & caelestis fulgor facile lucebit in corpore caelo persimili: & forma hominis illa perfecta, quam habet animus imbecillitatemque; materiam, resultabit expressior. Ad pulchritudinem praeterea suam accipiendam, uoces ferme similiter disponuntur. Ordo namque; illarum est a graui uoce ad octauam ascensus, atque inde descensus: Modus, debita per tertias, quartas, & quintas, & sextas uoces, tonos item & semitonos, progressio: Species canora clara uocis intensio. His utique; tribus ceu quibusdam elementis corpora ex membris multis composita, & arbores, & animalia, ac uocum plurimum congregatio ad suscipiendam pulchritudinem disponuntur. Corpora uero simpliciora, ut elementa quatuor, lapides & metalla, itemque; uoces singulae, interiori quadam naturae suae temperie, fecunditate & claritate, ad eandem sufficienter aptantur. Animus autem eo potissimum ad illam est natura sua accommodatus, quod & spiritus est, & quasi speculum deo proximum. In quo quemadmodum in superioribus diximus, diuini uultus elucet imago. Igitur quemadmodum auro, ut appareat speciosum, nihil prorsus addendum: sed terrae sordidesque; inhaerent, secernendae: ita nullis adiunctionibus indiget animus, ut formosus appareat: sed deponenda corporis cura, & sollicitudo tam anxiosa: cupiditatis & timoris perturbatio depellenda, confestim naturalis animi species emicabit. Caeterum ne longius digrediar oratio, ex supradictis breuiter concludamus: pulchritudinem esse gratiam quandam uiuacem & spiritalem, dei radio illustrante angelo primum infusam: inde & animis hominum, corporumque; figuris, & uocibus: quae per rationem, uisum, auditum, animos nostros mouet atque; delectat, delectando rapit, rapiendo ardentem inflamat amore.

DE AMORIS PICTURA CAPVT VII



Agatho uero poeta ueterum poetarum more deum istum humana uesit imagine: pingitque; ipsum hominum instar formosum, iuuenem, tenerum, flexibilem siue agilem, apte compositum atque; nitidum. Quorsum haec preparationes haec quidem sunt ad formosam indolem potius quam formositas. Nam ex quinque; his partibus tres primae complexionem corporis temperatam, quod primum est fundamentum, significant: duae reliquae ordinem, modum, & speciem indicant. Physiici temperatae corporis indicationem tenerae carnis lenem & firmam aequalitatem demonstrauerunt. Vbi calor excedit nimium, aridum, & hirsutum corpus: ubi frigus, rigidum: ubi siccitas, durum & asperum: ubi humiditas, fluxum, lapsum, inaequale, contortum. Aequalis igitur, & firma corporis teneritudo, affectionem eius indicat in quatuor humoribus moderatam. Hanc ob causam Agatho mollem, delicatum & tenerum appellauit. Cur iuuenem? Quia non solum natura, sed etiam beneficium temperies haec habetur. Temporis enim diuturnitate partibus humorum subtilioribus resolutis partes restant admodum crassiores: igneque; & aere exhalato, aqua & terra regnat excessus. At cur agilem & flexibilem? Ut aptum ad motus omnes promptumque; intelligas: ne forte putes cum mollem diceret, aquae molliem, muliebrem, languidam, & ineptam dicere uoluisse. Ea siquidem est moderatae complexionis contraria. Post haec adiecit: Aptum compositum, id est ordine & modo partium honestissime figuratum. Adiecit & nitidum: id est suauis colorum specie resurgentem. Preparationibus his praepositis, quod reliquum erat retinuit Agatho. Nostrum est enim post haec aduentum gratiae subintelligere. Haec quinque; partes in hominis figura ita ut diximus: in amoris autem potentia aliter intelligenda uidentur: eius enim uim & qualitatem ostendunt. Iuuenis ideo dicitur: quia iuuenes, ut plurimum amore irretuntur, eiusque; in sidijs irretiti, etatem appetunt iuuenilem. Molliis, quia mitia ingenia facilius capiuntur: & qui capti sunt licet ante feroces, mansueti reddantur. Agilis & flexibilis: quia & influit clam, & similiter effluit. Concinnus atque compositus: quoniam formosa & ordinata desiderat, fugitque; contraria. Nitidus, quoniam in florida & nitente etate hominis aspirat ingenio, & florida concupiscit. Haec quoniam copiosissime exequitur Agatho, breuiter perstrinxisse sufficiat.

DE AMORIS VIRTUTE CAPVT VIII



A etiam quae de quatuor uirtutibus ab Agathone dicuntur ad amoris bonitatem significant, sic accipienda sunt, ut iustus ideo affirmetur: quia ubi integer ac uerus est amor, ibi & beneuolentiae uicissitudo, quae nullam admittit contumeliam uel iniuriam. Huius charitatis tanta uis est, ut ea sola manus uentis tranquilla possit in pace seruare, quod neque; prudentia, neque; fortitudo, neque; uis armorum, legum, & eloquentiae sine beneuolentia potest efficere. Vocat praeterea Temperatum, quia turpes domat cupiditates. Amor enim cum pulchritudine querat, quae in ordine quodam, temperantiaque; consistit, uiles & immoderatas

concupiscentias aspernatur: à turpibus gestibus semper abhorret: quod à principio satis ab heroe audiuisis: at que ubi huius regnat affectus: omnes cupiditates alia contemuntur. Subiunxit, fortissimum. Quid enim audacia fortius? Quis item audentius quam amator pro amato pugnat? Dicitur alij, id est planetis alij, Mars fortitudinē præstat: quia fortiores homines efficit. Venus hunc domat. Quando enim Mars in angulis cæli, uel secunda natiuitatis domo, uel octaua constitutus nascenti mala portendit, Venus sæpe coniunctione sua, uel oppositione, uel receptione, aut aspectu sextili, aut trino, Martis, ut ita dicamus, compefcit malignitatem. Rursus quando Mars in ortu hominis dominatur, magnitudinem animi iracundiamq; largitur. Si proxime Venus accesserit, uirtutem illam magni animi à Marte datam non impedit: sed uitium iracundie reprimi: Vbi clementiorem facere Martem et domare uidetur. Mars autem Venerem nunquam domat. Illa siquidem si uita dux fuerit, amoris præstat affectum. Si Mars proxime duxerit, suo calore Veneris impetum reddit ardentiorē: ita ut si nascente aliquo Mars in Veneris domo, Libra, uel Tauro fuerit, propter martis præsentiam qui tunc natus est, acerrimis uratur amoribus. Mars iterum sequitur Venerem: Venus Martem non sequitur, quoniam audacia amoris pedisse, quæ est, non amor audacia. Non enim ex eo quod audaces sunt, amore homines illaqueantur: sed ex eo plerunq; quod amoris fauicij sunt, audacissimi sunt ad queq; pericula propter amatum intrepide subeunda. Denique fortitudinis eius omnibus excellentissimum illud est argumentum, quod amori omnia parent, ille nulli. Nempe cælestes amant, et animalia, et corpora omnia. Fortes item et sapientes. Diuites uiri regesq; maximi colla subdunt amoris imperio. Amor autem nullis istorum subijcitur. Neque enim diuitum munera amorem emunt: neque potentum mine uolentiæq; ut amemus, uel desistamus amare, nos cogere possunt. Amor enim liber est, ac sua sponte in libera oritur uoluntate: quam neque deus etiam coget, qui ab initio liberam fore decreuit. Quo fit, ut amor, qui uim omnibus infert, omnium effugiat uolentiam. Huius tanta libertas est, ut ceteræ animi affectiones uel artes operationesq; præmium aliquod, ut plurimum, à se diuersum exoptent: Amor seipso tanquam suipsius premio sit contentus, quasi non sit præmium aliud præter amorem quod amore sit dignum. Nam qui amat, amorem amat præcipue. Id enim uult ab amato potissimum, ut uicissim amet amantem. Est etiam sapientissimus. Quia ratione amor rerum omnium creator sit atque seruator, et artium singularum magister et dominus, satis in Eryximachi oratione arbitror disputatum. In quibus sapientia amoris ostenditur. Ex omnibus his concluditur amorem idcirco et beatissimum esse, quia pulcherrimus sit, et optimus. Esse uero pulcherrimum ex eo constat, quia pulcherrimis tanq; sui similibus delectatur. Optimum propterea, quod optimos facit amantes, Optimum uero esse illum necesse est, qui alios optimos efficit.

DE DONIS AMORIS CAPVT IX

Quid amor sit ex nostra illa discursione apparuit. Qualis sit, ex uerbis superioribus Agathonis. Que munera largiatur, facile ex dictis discitur. Est enim amor alter simplex: mutuus alter. Simplex ille quemcuq; comprehenderit prudentem reddit ad prouidendum: acutum ad differendum, faciendum ad eloquendum: ad res gerendas magnanimum: ad iocos facetum: ad ludos promptum, ad serua queq; fortissimum. Mutuus periculis pulsus securitatem: submota diffensione concordiam: uita a miseria præstat felicitatem. Vbi enim mutua charitas, ibi nulla insidia, ibi communia omnia: ibi lites et furta, hominididra cessant, et prælia. Tranquillitatem huiusmodi non animalibus solum sed cælis etiam, elementisq; ab amore mutuo tribui, et hic tangit Agatho, et supra in Eryximachi oratione diffusus est ostensum. In oratione huius clare dicitur amor cantu suo mentes deorum hominumq; mulcere. Quod plane intelliget quisquis meminerit in superioribus demonstratum fuisse amorem in omnibus esse, atq; ad omnia porrigi.

AMOR CÆTERIS DIIS ET ANTIQVIOR EST,

et iunior

CAPVT X

Ed antequam finem faciam optimi uiri, tres pro ingenij uiribus quæstiones: quæ in Agathonis disputatione suboriuntur, absoluam. Primo enim queritur cur Phædrus seniore Saturno et Ioue amorem: Agatho uero dixerit iuniorem. Secundo quid apud Platonem regnum necessitatis significet: Quid amoris imperium. Tertio qui dij, quas artes regnante amore repererint. Pater omnium deus mentes illas sui ministras, quæ Saturnum, Iouem, ceterosq; planetas mouent, amore quodam sui feminis propagandi, et benignitate prouidentia genuit. Mentis iterum euestigio nate parentem suum recognitum diligunt. Amorem illum quo creatur cælestes, seniore illi: cum uero quo creatori suo afficiuntur, dicimus iuniorem. Præterea Saturni planeta, et aliorum ideas angelica mens à patre suo non prius accepit quam ad eius faciendam amore ingenio flecteretur. Ea rursus postquam illos accepit, flagrantius parentis munus amat. Sic ergo angeli illius in deum dilectio, partim antiquior est ideis, quæ dij dicuntur: partim etiam iunior. Igitur amor principium est et finis, deorum primus atq; nouissimus.

AMOR ANTE NECESSITATEM REGNAT CAPVT XI

MERVAV ut quæstio secunda solutur, hic ante necessitatem ideo regnare dicitur: quonia diuinus amor omnibus ex se natis dedit originem: in quo nulla necessitatis uolentia ponitur. Nam cum nihil supra se habeat, non coactus, sed sponte quodlibet operatur. Mens autem quæ illi sequitur, ferente illo necessario pullulat. Ille igitur amore producit: hæc necessitate produciuntur. Ibi amoris, hic necessitatis incipit dominatio. Hæc licet à summa dei bonitate nascatur, ideoq; sit bona: tamen quia extra deum processit, necessario ab infinita parentis perfectione degenerat. Nunq; enim effectus totam suscipit bonitatem. In hac utiq; necessaria effectus tum processione, tum etiã degeneratione, necessitatis consisteret imperiũ. Sed enim mens euestigio genita suum, ut diximus, diligit autorem: ubi regnum resurgit amoris. Nam et illa amore in deum erigitur: et deus amore eam ad se conuersam illuminat. Verũ hic rursus necessitatis potentia surrepit. Quippe cum lumen illud à deo descendens non tanta claritate recipiatur à mente natura sua obscura, quanta à deo tribuitur. Cogitur enim pro nature suæ capacitate recipere. Ideo uolentia nature suscipientis fit lumen obscurius. Hinc necessitati, amoris succedit iterum principatus. Illa siquidem primo hoc dei fulgore accensa, ardentius in eũ reflectitur, et hac re quasi scintilla luminis instigata totam expetit luminis plenitudinem. Hinc et deus prouidentia suæ benignitate ultra primũ illud naturale lumen diuinũ quoq; largitur, atq; ita sibi inuicem alterne succedit amoris necessitatisq; potentia. Quæ quidem successio, in diuinis nature origine fit: in alijs, tẽporis interuallis, ita tamen, ut amor primus sit omnium atq; nouissimus. De animo quoq; et cæteris quæ à deo sunt, quo ad duo hæc in peria similiter iudicandũ. Idcirco si absolute loquatur, antiquius est amoris q̃ necessitatis imperium: cum in deo illius, huius in rebus creatis potestas incipiat. Si de rebus à deo creatis intelligamus, necessitatis tyrannus regnum antecedit amoris: cum res ipse prius necessitate procedat atq; degenerent procedendo, q̃ ad patrem suum amore se uertant. Duo hæc imperia, duobus hymnis cecinit Orpheus. Necessitatis imperiũ ita in noctis hymno. *Ὀυρανὸν ἄνωγε θεὸς ἄριστος, ἰδὲ γαίης, ἰδὲ θαλάσσης, ἰδὲ πάντων ἀνθρώπων, ἰδὲ ζῴων, ἰδὲ πνεύματος, ἰδὲ ἀέρος, ἰδὲ ὕδατος, ἰδὲ φωτός, ἰδὲ ὅλης κτίσεως.* Tribus satis imperas, et generas omnia, quæ in cælo sunt, et quæ in terra, et quæ in mari. Diuine Orpheus duo regna posuit, et ea inuicem comparauit, præposuitq; amorem necessitati, cum dixit illum tribus satis, in quibus consistit necessitas, imperare.

QVO PACTO REGNANTE NECESSITATE SATVRNVS

castrauit Cœlium: Iupiter uero ligauit Saturnum.

CAPVT XII

Quo autem pacto dominante Necessitate sequentes dij parentes suos aut castrare aut ligare hic ab Agathone dicatur, ex dictis facile intelligimus. Nō enim hæc ita accipiendæ sunt, ut mens angeli deũ ipsum, sed munus sibi à deo tributũ in seipsa diuidat et discerpat. Satis paulo ante monstrauimus munera dei in recipiente spiritu necessario à summa dei perfectione decidere. Quo fit, ut faccũditas illa nature in deo quidẽ integra, sed in angelo cõminuta, et quodãmo mutilata, merito castrata fuisse dicatur. Quod quidẽ regnate Necessitate cõtingere dicitur, quia neq; dantis, neq; accipientis uoluntate, sed ea necessitate qua effectus cause suæ equari nõ potest, necessario accidit. Sic enim Saturnus, id est angelus, Cælium, id est summũ deum castrare uidetur: iupiter quoq; id est anima mundi ligare Saturnũ, id est uim ab angelo acceptã in seipso nature suæ defectu angustioribus limitibus coarctare. Amplior enim est illius q̃ huius potẽtia. Ideo potentia, quæ in illo expedita propter amplitudinem, et soluta, in hoc propter angustiam ligata iam et coarctata censeatur. Omitto quod astrologi opinantur. Planeta Saturni malignitatẽ Iouis coniunctione, uel receptione, uel oppositione, aut aspectu sextili, aut trino sæpissime coerceri. Sed de his hæctenus, ad quæstionem tertiam descendamus.

QVI DIJ, QVAS ARTES HOMINIBVS LARGIUNTVR

CAPVT XIII

ARTEs à dijs propter amorẽ humano generi traditas Agathon arbitratur. Regnãdi ab Ioue. Sagittãdi, diuinandi, medẽdi artem ab Apolline: Fabricã arariam à Vulcano: Texendũ artificium à Minerua: à Musis deniq; musicã. Duo decim Zodiaci signis numina præiunguntur duodecim. Arieti Pallas: Tauro Venus: Apollo Geminis: Cancro Mercurius: Leoni Iupiter: Virgini Ceres: Libræ Vulcanus: Scorpio Mars: Diana Sagittario: Vesta Capricorno: Aquario Iuno: Piscibus uero Neptunus. Ab his artes omnes generi nostro traduntur. Signa illa in corpus: Numina quæ illis præstant in animam uires suas ad singulas artes infundunt. Ita Iupiter per Leonem hominem ad gubernationem deorum et hominum, id est ad res tam diuinas quam humanas præclare gerendas reddit aptissimum. Apollo per Geminos uaticinium, medicinam, et arcus industriam exhibet. Pallas per arietem texendũ peritiã, Vulcanus per Libram arariam fabricam: et artes reliquas alij. Quia uero prouidentia benignitate sua nobis munera magnifice largiuntur, amore instigante dicimus largiri. Præterea uelocissima illa et ordinatissima cælorum conuersione mu-

ficantur

ficam nasci consonantiam arbitramur, atque octo circulorum motibus tonos octo, ex cunctis autem nonum quendam produci concentum. Nouem itaque coelorum sonos, à musica concordia musas nouem cognominamus. Huius musicae ratione nos ter olim donatus est animus. Cui enim est origo caelestis, merito caelestis innata dicitur harmonia. Quam deinde varijs instrumentis et cantibus imitatur. Idque munus similiter diuinae providentiae nobis est amore concessum. Hunc ergo nos uiri clarissimi deum, quid pulcherrimus est amemus: quia optimus imitemur: quia beatissimus ueneremur: ut sua nobis clementia et largitate concedat pulchritudinis, bonitatis, beatitudinis suae possessionem.

ORATIO SEXTA

INTRODUCTIO AD DISPUTATIONEM DE AMORE
CAPVT I

HACTENVS Carolus Marsupinus. Thomas autem Bencius Socratis diligens imitator ad Socraticorum uerborum commentationem libenti animo, et hilari uultu se contulit. Socrates inquit nos ter Graecorum omnium sapientissimus oraculo Apollinis iudicatus amandi artem praeter ceteris profiteri solebat, quasi ob artis huius peritiam potissimum et Socrates et alius quibus esset sapientissimus iudicandus. Artem huiusmodi non ab Anaxagora, Damone, Archelao physici, non à Prodicò Chio, et Aspasia rhetoricae professoribus; non à Cono musico: à quibus multa didicerat, sed à Diotima fatidica muliere diuino afflata spiritu se accepisse dicebat. Mea quidem sententia, ut ostenderet: sola diuinitatis inspiratione: quid uera pulchritudo sit: quid legitimus amor: quia ratione amandum: homines intelligere posse. Tanta est amatoriae facultatis potentia, tanta sublimitas. Ergo procul ab his caelestibus epulis abeste: procul inquam abeste prophani: qui terrenis obruti sordibus et Baccho Priapoque; proliis emancipati, amorem caeleste munus, in terram porcorum ritu cocenique; prosternitis. Vos autem conuiuia castissimi: et alij omnes Dianae et Palladii consecrati: qui animi purissimi libertate perpetuoque; mentis gaudio exultatis, adeste feliciter: diuinaque; mysteria Socrati à Diotima reuelata diligenter audite. Sed antequam Diotimam audiat solucunda est conuersionis quaedam, inter eos qui de amore in superioribus tractauerunt, et eos qui tractaturi sunt, orta. Superiores nanque amorem pulchrum, bonum, beatum, deum uocauerunt; Socrates et Diotima negant, atque illum inter pulchrum et turpe: bonum et malum: beatum et miserum: deum et hominem medium collocant. Nos utranque sententiam, licet alia ratione, ueram existimamus.

AMOR EST MEDIVS INTER PULCHRITUDINEM ET
TURPITUDINEM: atque inter deum et hominem. CAPVT II

FERRO magne lapis suam quandam inserit qualitatem: qua ferrum magneti factum per simile ad hunc lapidem inclinatur. Inclinatio huiusmodi prout à lapide orta uergit in lapidem, lapidea certe inclinatio dicitur: prout in ferro est, et ferrea est pariter, et lapidea. Est enim in ferri materia non pura illa quidem: sed per qualitatem lapidis iam formata. Ideo utriusque retinet proprietatem. Ignis etiam, ut loquamur aperitius, qualitate sua, id est, calore linum accendit. Lini calor qualitatem suscipit ad supernam ignis euolat regionem. Volatum huiusmodi prout ab igne excitus uergit ad ignem: igneum plane cognominamus; prout in lino est non mero quidem, sed iam ignito, ab utriusque; tam lini quam ignis natura, linum et aequale igneum dicimus. Figura hominis sepe numero propter bonitatem interiorum feliciter à deo concessam, aspectu pulcherrimam, splendoris sui radijs per oculos intuentium transfundit in animum. Hac utique scintilla tanquam hamo quodam tractus animus properat ad trahentem. Hunc nos tractum qui et amor est: quoniam à pulchro bono felici dependens in idem reflectitur: pulchrum, bonum, beatum, deum Agathonis ceterorumque; superiorum sententia nominare non dubitamus. Quoniam uero in animo est per radijs illius pulchri praesentiam iam accensos, affectum inter pulchrum et non pulchrum medium cogimus nominare. Quando quidem animus, qui nullam adhuc pulchrae rei suscipit imaginem, rem illam tanquam incognitam nondum amat: et qui totam possidet pulchritudinem, amoris stimulis non uectatur. Quis enim quae habet affectat? Reflat, ut tunc ardenti flagret amor, quando speciosum aliquid rei pulchrae simulacrum nactus, ea praegustatione ad plenam possessionem pulchritudinis instigatur. Cum igitur amantis animus rem ipsam pulchram partim habeat quidem, partim uero non habeat: non iniuria partim pulcher est, partim non pulcher. Atque ita amor ex huiusmodi mixtione medij quendam affectum esse uolumus inter pulchrum et non pulchrum, utriusque participem. Ob hanc utique rationem Diotima ut ad eam iam ueniamus, amorē dæmonem appellauit: quia sicut dæmones inter caelestia et terrena sunt medij: sic amor inter infortitatem et formam medium obtinet. Mediam hanc eius regionem inter in formem firmosque; naturam Ioannes in prima et secunda eius oratione satis aperuit.



SED quomodo mediam plagam coelum inter, et terram dæmones habitent, ex uerbis Diotimae incōmuito, Socratis in Phaedro atque in Philebo, Atheniensis hostitis in legibus et Epinomi, ita cognoscite. Vniuersam huius mundi machinam anima quadam regi, atque moueri Plato existimat. Si quidē mundi corpus totum quoddam corpus est, ex totis quatuor elementis cōpositū, cuius partem eule sunt omnium animantium corpora. Nam animalis cuiusque; corpusculum mundani corporis particula est. Neque ex toto ignis, aeris, aquae, terrae, elemento; sed horum elementorum partibus quibusdam cōponitur. Quanto igitur totū parte perfectius est, tanto mundi corpus perfectius est singulorum animantium corpore. Absurdū esse imperfectū quidem corpus habere animā, perfectū uero neque habere animā, neque uiuere. Quis enim adeo mente captus est, ut partem uiuere dicat, totū neget? Viuit igitur totū mundi corpus, cū animalium corpora quae partes illius sunt uiuant. Vnam esse oportet totius animam, sicut et una est materia, una cōstructio. Cū ergo duodecim sint mundi sphaerae: ut Platoni placet: octo caeli, et elementa sub caelo quatuor: atque duodecim haec sphaerae discretae inuicē sint, specie, motibus, et proprietate diuersae, duodecim necesse est illis adesse animas, specie et uirtute diuersas. Vna igitur erit unius primae materiae anima. Duodecim circulorum, anime duodecim. Quis terram, aut aquam neget uiuere, quae uitam animalibus ex se genitis tribuunt? Quod si feces haec mundi uiuunt, uiuentiumque; sunt plenae: cur non aer, et ignis excellentiores mundi partes uiuant, uiuentiumque; in se similiter habeant, caeli que; similitur? Sed animalia illa caelestia, quae sidera sunt, et terrena, aquatiliaque; uidemus quidem, ignea uero et aerea non uidemus. Quippe cum neque purum ignis, aut aeris elementum perspicimus. Hoc autem interest: quod in terra duo sunt animantium genera: bruta et irrationabilia; similiterque; in aqua: cum aqua corpore terre praestantior, non minus quam terra compos esse debeat rationis. Globi uero decem superiores propter eorum sublimitatem solis sunt rationalibus exornati. Animam mundi, id est materiae primae, et duodecim sphaerarum, et siderum animas deos Platonicos nominant, tanquam angelicae mentis summique; dei pedes quas. Animalia quae ignis etherei sub luna locati, aut puri aeris, aut nebulosi aeris aquae proximi regionem habitant, dæmones. Quae terram incolunt rationalia, homines. Dij etiam immortales, et impatibiles sunt: homines patibiles, atque mortales sunt. Dæmones immortales sunt quidem, sed patibiles. Neque passiones dæmonibus corporis, sed animi affectus quosdam attribuunt: quibus bonos homines amant quodammodo, malos oderunt: seque ipsos propius et ardentius rebus inferioribus praecipue humanis gubernandis immiscent. ij omnes ex hoc officio boni uidentur. Esse uero alios quosdam malos dæmones Platonicos nonnulli, et Christiani theologi uoluerunt. Sed de malis dæmonibus nulla ad praesens nobis est disputatio. Bonos autem nostri custodes proprio nomine angelos inferioris mundi gubernatores, Dionysius Areopagita, quod à Platonis mente minime discrepat, uocare solet. Quinetiam quos deos et sphaerarum, et siderumque; animos Plato nuncupat, angelos Dei ministros Dionysij more possumus appellare. Quod etiam à Platone eam causam non dissentit: quia huiusmodi animos ut in decimo legum apparet, sphaerarum claustris haud quāquam perinde illigat, ut corporibus animas terrenorum. Sed tanta uirtute à deo summo donatos affirmat, ut dei uisione gaudere simul ualeant, et sine ullo labore, aut solitudine globos mundi pro patris sui uoluntate regere et mouere, hisque; mouendis inferiora facile gubernare. Quare inter Platonem et Dionysium uerborum potius, quam sententiae discrepatio.

DE SEPTEM DONIS QUAE A DEO HOMINIBVS
PER MEDIOS SPIRITUS TRIBUUNTUR. CAPVT IIII

RERVM omnium ideis, quas diuina mens continet, sequentes dii, deorum numeribus dæmones subscribere dicuntur. A summo namque; ad innum omnia per media transeunt: ita ut ideae illae diuinae mentis cōceptiones, per deos, dæmones, et hominibus munera largiantur. Horum sunt praecipua septem. Contemplationis acumen. Gubernandi potestas. Animo sitas. Claritas sensuum. Amoris ardor. Interpretandi subtilitas. Facunditas generandi. Horum uim deus primo in se continet. Dein de septem dijs, qui planetas septem mouent, angelique; à nobis uocantur, horum potentiam tribuit, ita ut singuli singula praeter ceteros capiant. Illi septem demonum ordinibus eis subseruientibus singulis praecipue singula exhibent. Isti tradunt hominibus. Profecto deus haec animis statim à se natis insundit. hi ex orbe lacteo per cancri labentes in corpus, caelesti quodam lucidoque; corpore inuoluuntur: quo circumdati terrenis corporibus includuntur. Ordo enim naturae requirit, ut purissimus animus in corpus hoc impurissimum, non prius quam medij quoddam et purij tegmen accipit, decedere ualeat. Quod cū animo crassius sit, hoc aut corpore purius et subtilius, commodissima à Platonicis iudicatur anima cum terreno corpore copula. Hinc itaque; fit, ut planetarum animae nostris animis, corpora uero corporibus nostris septē illorum munerū uires à deo datas statim ab initio, atque assidue cōfirment et roborent. Eide officio praesunt naturae dæmonū totidē, inter caelestes et homines mediae. Cōtemplationis donū Saturnus per Saturnios dæmones roborat. Gubernandi et imperandi potentia Iupiter Ioualium dæmonum ministerio, Magnitudinē animi

Mars per demones Martiales. Sensum, opinionisq; claritatem, unde uaticiniū sequitur, Sol demonum solarium adiumento: Amorem per Veneres Venus inspirat. Pronunciandi & interpretandi solertiam Mercurialibus in tercedentibus Mercurius adiuuat. Luna postremo lunaribus demonibus conserentibus sicut generationis officium. Horum facultatem licet hominibus cunctis impertiant: illis tamen precipue, in quorum conceptione & ortu ex cœli dispositione possunt plurimum. Quæ quidem licet infusa diuinitus sint, possunt tamen in nobis quandoq; propter abusum uideri deformia, quod est in gubernationis, animositate, amoris generationis usu perpicuum. Amoris instinctum ne longius digrediamur, à deo summo, & à Venere, quæ dea dicitur, & à demonibus Veneris habuimus. Quoniam à deo descendit deus: quoniam à demonibus confirmatur, demon est appellandus. Quapropter iure apud Agathonem deus, apud Diotimam demon est dictus. Demon inquam Venerem.

DE ORDINE DÆMONVM VENEREORVM, ET
quomodo iaculantur amorem. CAPVT V

DÆMON autem Venerem, triplex est amor. Primus in Venere cœlesti à Platonice ponitur. In ipsa scilicet angelicæ mentis intelligentia. Secundus, in vulgari Venere. In ea uidelicet potentia, quam habet mundi anima generandi. Qui duo præterea demones appellantur, quia inter informitatem & formam sunt medijs, ut & supra tetigimus, & paulo post latius explicabimus. Tertius ordo demonum planetam Veneris comitantium. Horum quoq; scilicet demonum Venereorum, triplicem ordinem ponimus. Alij ignis, alij purissimi aeris, alij crassioris & nebuloſi aeris elemēto sunt assignati, omnesq; à Greco uocabulo ἔρως, quod amorem significat, Heroes, id est amatorij nominantur. Primi in eos homines amoris aculeos iaculantur: in quibus bilis, humor cholericus & igneus dominatur. Secundi in eos, in quibus sanguis, humor æreus. Tertij uero in eos, in quibus pituita, & atra bilis, aqueus, & terreus imperat humor. Cupidinis autem sagittis cum omnes homines, tum quatuor maxime illorum genera uulnerantur. Nam animas Iouis Phœbi Martis Iunonis, id est, Veneris pedisequas uulnerari potissimum Plato in Phædro significauit: easq; ab ipsiſ generationis primordijs ad amorem pronas, eos summopere homines amare solere, qui sub isdem sint orti syderibus. Hinc Iouiales Iouialibus, Martialibus martiales, atq; alijs similiter alij uehementer afficiuntur.

QUOMODO CAPIAMVR AMORE. CAPVT VI

QUOD de uno dicā exemplo, de tribus alijs intelligite. Quicumq; animus sub Iouis imperio in terrenum corpus delabitur certā quandam in ipso descensu sibi concipit hominis fabricandæ figuram Iouis astro conuenientem. Hanc in æthereo sui corpore tanq; optime affecto exprimit exactissimā. Si nactus in terris semen fuerit similiter temperatum, in eo quoq; tertiam figuram pingit primæ secundæq; simillimam. Sin contra, nō ita persimilem. Sæpenumero accidit, ut duo quidē animi licet diuersis temporum interuallis, Ioue tandemregnante descenderint: alterq; illorum semen in terra nactus idoneum corpus se cundā priores ideas illas rectissime figurauerit: alter uero propter materie ineptitudinem, idem opus inchoauerit quidem, sed non tantæ ad sui exemplar fuerit similitudine executus. Corpus illud isto formosius. Ambo sibi propter quandam naturæ similitudinem mutuo placent. Sed placet magis, qui inter eos formosior iudicatur. Quo fit ut non formosissimos quoq; sed suos, id est similiter natos etiam si minus quàm alij multi formosi sint, quilibet maxime diligant. Proinde qui, ut diximus, eodem sub astro sunt orti, ita se habent, ut pulchrioris eorum simulacrum, per oculos in alterius animum manans, consimili cuidam simulacro, tam in corpore æthereo, quàm in animi penetralibus ab ipsa generatione formato quadret & undiq; consonet. Ita pulsatus animus obuū illud simulacrum tanq; suum aliquid recognoscit. Quod quidem si tale est pro uteriori, quate & ipse iam olim intrase possidet, & suo in corpore cū uellet effingere, minime potuit illud suo interiori protinus ad mouet: & si quid illi deest ad perfectam corporis Iouialis effigiem, instaurat reformando. ipsum deinde reformatum simulacrum tanquam opus proprium diligit. Hinc accidit, ut amantes ita decipiantur: ut formosorem quàm sit existiment. Nam procedente tempore amatum non in mera eius imagine per sensus accepta perſpiciunt: sed in simulacro iam ab anima ad ideæ suæ similitudinem reformato, quod ipso corpore pulchrius est, intuentur. Desiderant in super corpore illud unde primo manauit simulacrum intueri quotidie. Quamuis enim animus absente corpore illius apud se conseruet imaginem, idq; sibi ferme sit satis: spiritus tamen animæ instrumentum oculisq; non seruant. Tria profecto in nobis esse uidentur: Anima, spiritus, atq; corpus. Anima & corpus natura longe inter se diuersa spiritui medio copulantur, qui uapor quidam est tenuissimus & perlucidus per cordis calorem ex subtilissima parte sanguinis genitus. Inde per omnia mēbra diffusus animæ uires accipit & transfundit in corpus: Accipit iterum per organa sensuum, corporum externorum imagines: quæ in anima propterea figi non possunt, quia incorporea substantia, quæ corporibus prestantior est, formari ab illis per imaginem susceptionum non potest. Sed enim anima utiq; spiritui presens imagines corporum in eo tanquam in speculo relucens facile inspicit: perq; illas cor-

pora

pora iudicat: atq; hæc cognitio sensus à Platonice dicitur. dum eas inspicit, similes illis imagines multo etiam puriores sua ui concipit in seipsa. huiusmodi conceptionem, imaginationē, phantasiāq; uocamus. hic concepta memoriter seruantur imagines. Per has animi acies sæpenumero incitatur ad uniuersales rerum ideas quas in se continet intuentas. Ideoq; unum quendam hominem & sensu cernit & imaginatione concipit. Intellectu rationem, definitionemq; hominibus omnibus communem per innatam illi humanitatis ideam communiter contemplantur, & quæ fuerint contemplata conseruat. Animo igitur formosi hominis simulacrum conceptum semel apud se res formatumq; memoriter conseruati satis esset amatum quandoq; uidisse. Oculo tamen & spiritui, quæ ueluti specula præſente corpore imagines capiunt, absente dimitunt, perpetua formosi corporis præſentia opus est, ut eius illustratione continue luceant, sicutantur & oblectentur. Igitur & isti propter indigentiam suam præſentiam corporis exigunt, & animus ijs, ut plurimum, obsequutus eandem cogitur affectare.

DE AMORIS ORTV CAPVT VII



SED iam ad Diotimæ redeamus. Hæc igitur cum amorem in demonum numerum ob eas quas enarrauimus causas retulisset: eius hunc in modum originē Socrati demonstrat. In Veneris natalibus, discumbentibus dijs Cōsiliij filius Porus potu nectaris ebrius, cum Penia in Iouis hortu se miscuit: ex eo congressu natus est amor. In Veneris natalibus, id est, quando mens angeli, & mundi animæ: quas Veneres ea ratione quā alijs diximus, nominauimus: ex summa dei maiestate oriebatur: Dij discumbebant, id est Cælius & Saturnus & Iupiter bonis proprijs uescabantur. Nā cum in angelo intelligentia, & in mundi anima uis generat, quas proprie Veneres geminas appellamus, pro dibant in lucē iam erat summus ille deus quem uocant cœli: Essentia præterea, & uita in angelo, quos Saturnū uocamus, & Iouem atq; etiā in mundi anima inerat supernorum cognitio, & cœlestium corporum agitatio: quos iterum Saturnum Iouemq; uocamus. Porus & Penia, affluentia & egestatem significant. Porus Cōsiliij filius, id est, summi dei scintilla. Deus nempe consilium. Ad cuius bonitatem omne tendit cōsiliū. Iouis hortum, angelicæ uitæ fecunditatem intelligit: in quam cum descendit Porus, id est ille dei scilicet radius, Penia, id est prior huius indigentia mixtus creat amorem. Principio angelus per deum est & uidit: quo ad hæc duo essentiam & uitam, Saturnus & Iupiter nominatur. Habet insuper intelligendi potentiam, quam esse Venerem arbitramur. Potentia huiusmodi sua natura informis est & obscura, nisi à deo illuminetur: quem admodum oculi uis ante solis aduentum. hanc obscuritatem Peniam scilicet quasi inopiam & luminis defectum esse putamus. Ceterum uis ea intelligendi naturali quodam instinctu ad suam reflexa parentem, diuinum ab eo radium, qui Porus est, & affluentia, suscipit. In quo ueluti semine quodam, rationes rerum omnium inchoantur. Huius radij flammis naturalis ille instinctus accenditur, hoc in cendium hinc ardor ex obscuritate inchoat. & accedente scintilla exoriens, amor est ex inopia natus & affluentia, in hortu Iouis, id est sub umbra uitæ progenitus. Quippe cum post uitæ uigorem statim ardor ad intelligendum exoriatur. Sed cur ebrium nectare Porum inducunt? quia ratione diuinæ uiuacitatis exuberat. Cur partim diues, partim egenus est amor? Quia neque quod perfecte possidemus, neq; quo caremus omnino ardere solemus. Cum enim id querat quisq; quo caret: qui totam rem possidet, quid ultra perquirat? Quinetiam cum incognita nemo desideret, necesse est ut aliquo modo cognitum nobis ante fuerit quod amemus: neq; cognitū solum: multa enim nota nobis odisse solemus: sed ut tanquam bonū nobis & iocundum fuerit iudicatum. Neq; id ad flagrantem beneuolentiam satis esse uidetur: nisi facile consequi posse quod iocundum fore sensimus iudicemus. Quisquis igitur aliquod amat, illud quidem re ipsa nondum integerrime possidet. Animi tamen cogitatione id ipsum cognoscit, iocundum uideat, conse qui posse confidit. Hæc ipsa cognitio, iudicatio, spes, quasi presens aliqua absentis boni anticipatio est. Non enim arderet nisi id ipsum placeret: neque placeret, nisi esset quodammodo præ gustatum. Ergo cum amantes partim quod optant habeant quidem, partim uero non habeant, haud ab re ex indigentia quadam, & affluentia mixtus est amor. Hæc utiq; ratione Venus illa superna per primam ipsius diuini radij generationem accensa amore fertur ad integram totius luminis plenitudinem: hoc nixu parenti efficacius hærens plenissimo statim illius fulgore coruscet, rerumq; rationes illæ consue, quæ in radio, quem Porum dicimus ante fuerant implicatæ, explicantur, iam impotentia illa ueneris inherente, & clarius distinctæ luceant. Quæmadmodum uero se habet ad deum angelus, ita ad angelum deumq; anima mundi. Ea enim ad superna se flexens ab illis similiter & radium accipit, & accenditur, gignitq; amorem affluentia inopiaq; participem. Hinc formis rerum omnium exornata ad eorum exemplar cœlos mouet, perq; potentiam generandi similes illis formas in elementorum materia generat. Venerem hic generam rursum afficiamus. Alteram sane uim animæ, huius ad superna cognoscenda Alteram uero uim eiusdem inferiorum procreatricem. Illa quidem non est anima propria: sed contemplationis angelicæ imitatio: hæc autem naturæ animæ propria. Ideo quoties unam in anima Venerem posuimus, uim eius peculiarem, & Venerem eius propriam intelligimus. Quoties duas, alteram communem cum

L

angelos

angelo, alteram ipsius animæ propriam. Sint igitur due in anima Veneres: prima celestis, secunda uero uulgaris. Amorem habeant ambe: Celestis ad diuinam pulchritudinem cogitandam: Vulgaris ad eandem in mundi materia generandam. Qualem enim uidet illa decorem, talem uult hæc pro utribus mundi machina tradere. Immo uero utraq; fertur ad pulchritudinem generandam; sed suo utraq; modo. Celestis Venus intelligentia sua effingere in seipſa exactissimam supernorum pulchritudinem nititur: Vulgaris diuinorum seminum ueritate conceptam ad pulchritudinem pulchritudinem in mundi materia parere. Amorem illum quandoq; deum iccirco uocamus, quoniam ad diuinam dirigitur: Vt plurimum demorem, quoniam inter inopiam copiamq; est medius. Amorem alterum semper demorem: quoniam effectum aliquem ad corpus habere uidetur, & ad inferiorem mundi plagam esse procliuor. Quod quidem a deo alienum est: demonum natura conueniens.

IN OMNIBVS ANIMIS DVO SVNT AMORES, IN NOTRIS UERO QUING; CAPVT VIII.



GEMINAE aut Venere hæc geminæ; amores non solum in anima mundi, ueruetiam in spherarum, siderum, demonum, hominumq; animis insunt. Cumq; animæ omnes ad primam illam competenti naturalis ordinis serie referantur, necesse est amores quoq; omnium ad illius amorem ita referri ut aliquo modo ab illo dependant. Propterea hos quidem simpliciter demones: illum uero magnum demonomem appellare Diotima consuevit. Qui per uniuersum mundum omnibus imminens torpere corda non sinit; sed passim suscitatur ad amandum. In nobis aut non duo tantum, sed quinq; amores reperiuntur. Duo quidem extremi demones: medij tres, non demones solummodo sed affectus. Profecto in hominis mente æternus est amor ad diuinam pulchritudinem peruidendam: cuius gratia, philosophiæ studia, & iustitiæ, pietatisq; officia se quimus. Est etiam in generandi potentia occultus quidam stimulus ad sobolem procreandam, usq; amor perpetuus est, quo assidue incitatur, ut superne pulchritudinis illius similitudinem in procreatae prolis effigie effingamus. Hi duo amores in nobis perpetui, duo sunt demones illi, quos Plato nostris animis semper adesse uaticinatur: quorum alter ad superna erigat, alter deprimat ad inferna: alter calodemon, id est bonus demon sit, alter cacodemon, id est malus sit demon. Reuera utriq; sunt boni, quoniam tam sobolis procreatio, quam indagatio ueritatis necessaria & honesta censetur. Verum secundus ideo dictus est malus, quia propter abusum nostrum sæpe nos turbat, & animum a precipuo eius bono, quod in ueritatis speculatione consistit, auerit maxime, & ad myseria uuliora detorquet. Horum medij amores in nobis tres obtinent: qui cum non sint in animo æque ut isti firmissimi: sed incipiunt, crescant, decreſcant & desinant: rectius motus atq; affectus quam demones uocabuntur. Horum unus æque interuallis ab utriq; distat extremis. Reliqui duo in parte alterutra inclinantur. Porro corporis alicuius figura propter materie preparationem talis est maxime, qualis in eius idea diuina mens continet tunc oculis obuia: perq; oculos in spiritum penetras, animo euestigio placet, cui illis consonet rationibus, quas ueluti rei ipsius exemplarium nostra mens; in generandi potentia olim diuinitus accepta cõseruat. Hinc triplex, ut diximus subrepat amor: aut enim ad contemplatiuam, aut actiuam, aut uoluptuosam uitam prompti, & procliuos genitii educatiue sumus. Si ad contemplatiuam, statim a formæ corporalis aspectu ad spiritualis atq; diuinæ cõsiderationem erigimur. Si ad uoluptuosam, subito a usu ad concupiscentiam tangendi descendimus. Si ad actiuam atq; moralem in sola illa uidentur atq; cõuersandi oblectatione perseueramus. Illi tam ingeniosi sunt ut altissime prouebantur: isti tam hebetes ut deprimantur ad infima: hi tanq; medij in media remanent regione. Amor itaq; omnis incipit ab aspectu. Sed contemplatiui hominis amor ab aspectu ascendit in mentem. Voluptuosi ab aspectu descendit in tactum. Actiui remanet in aspectu. Illius amor ad supernum demone magis quam ad in finum se cõuertit: istius ad in finum potius quam ad supernum deflectitur: huius ab utroq; interuallis distat æqualibus. Tres isti amores, tria nomina sortiantur. Contemplatiui hominis amor, diuinus: Actiui, humanus: Voluptuosi ferinus cognominatur.

QUAE PASSIONES AMANTIBVS INSVNT, PROPTER AMORIS MATREM. CAPVT IX.



MOREM esse demone ex copia & inopia genitum, & quinq; in species diuidi, hæctenus declarauimus: quales aut in amantibus affectus ex huiusmodi amoris natura nascantur, deinceps ex Diotimæ uerbis tractabimus. Quoniam inquit amor in natalibus Venere progenitus est, Venere seiscatur et colit, ac pulchri desiderio capitur: cui Venus ipsa pulcherrima sit. Quia inopia filius est, aridus est & macilentus & squalidus, nudis pedibus, humilis, sine domicilio, sine stramentis & tegmine ullo ad fores in uia sub diuo dormiens, ac deniq; semper egenus. Quia copia filius est, pulchris ac bonis instruitur. Virilis est, audax, ferocisq; uehementis, callidus, sagaxq; uenator, noua semper machinamenta cõtexens, prudentie studiosus, facilius, per omnem uitam philosophans, incitator, fascinatorq; potes, ueneficus, atq; sophista. Neq; immortalis omnino secundum naturam, neq; mortalis. Sed interdum eadem die pullulat atq; nunt quoties exuberat, interdum

interdum deficit atq; iterum reuiuiscit ob patris naturam: quod uero acquisitum est subterfugit: quocirca neq; medicus est amor unq; neq; etiã opulentus. Quinetiã in medio sapientiæ & insipientiæ constituitur. Hæc Diotima. Nos ea q; breuissimè poterimus, explanabimus. Hæc licet omnib; insint amoru generibus; in tribus tamè medijs tanq; nobis manifestioribus clariora uidentur. In Venere natalib; genitus Venere sequitur, id est cum supernis illis spiritibus quoq; uocauimus Venere, genitus, hominu animos ad superna reducit: ac pulchri desiderio capitur, cum Venus ipsa pulcherrima sit, id est animas accedit summæ diuinæq; pulchritudinis desiderio: cui ipse sit in illis spiritibus, ortus, qui deo proximi dei decore summo perere illustratur, atq; ad eosdè nos radios erigunt. Præterea cū uita omnium animantium atq; arborum et terræ fertilitas in humore & calore consistat, ad demonstrandam amoris inopiam utrumque deesse illi tam humorem q; calorẽ Diotima innuit, cum aridum & macilentum dixit & squalidum. Quis enim ignoret arida & siccata esse illa, quæ deserit humor? Quis itẽ pallorẽ dicat & squalorẽ aliudẽ q; sanguinei caloris defectu uenire? Quinetiã diurno amore pallidi & macilentii mortales efficiuntur. Quippe ad duo simul operauis nature ferme non sufficit. Animi amantis intentio in assidua amati cogitatione tota se uerſat. Illic & naturalis cõplexionis uis omnis inueta est. Iste neq; cibus in stomacho perfecte coquitur. Quo fit ut maior pars in superfluis as reliquias emittatur, & ea quidẽ cruda trahatur ad iecur. Illic etiã eadem ratione male cõcoquitur. Ideo sanguis paucus, crudusq; inde per uenas diffunditur: quare mēbra omnia inopia cruditateq; alimenti extenuantur & pallent. Præterea quocunq; animi assidua fertur intentio, illic & spūs qui anime siue curru siue instrumenta sunt, aduolat. Spūs in corde ex subtilissima sanguinis parte creatur. In amati imaginẽ phantasiæ infixã ipsūq; amati amatis animus rapitur. Eodẽ trahitur et spiritus. Illic euolates assidue resoluuntur. Quapropter frequentissimo puri sanguinis fonte opus est ad cõsumptos spiritus recreandos; ubi subtiliores quæq; et lucidiores partes sanguinis quotidiè in resciscendis spiritibus, exhalantur: propterea puro & claro sanguine resolutio; maculosus, crassus, aridus restat & ater. Hinc exiccatur corpus & squalet: hinc & melancholici amantes euadit. Ex siccis enim crasso atq; sanguine melancholia, id est atra bilis efficitur: quæ suis caput uaporib; opplet, cerebrũ siccatur, animam terribis horrendisq; imaginib; diu nocturnisq; sollicitare non cessat: quod Lucretio philosopho epicureo propter amorem legimus accidisse. Qui amore primũ, insania dein de uexatus, sibi tan dẽ ipsi manus iniecit. Hæc illis accidere consueuerunt, qui amore abusi quod contemplationis est ad amplexus cõcupiscentiam transulerunt. Videndi enim desideria facilius q; uidentur & attrahendi cupidinẽ toleramus. Quæ cū medici ueteres obseruauerunt, amorẽ esse dixerunt passionẽ morbo melancholico proximã, eamq; Rasis medicus coitu, ieiunio, ebrietate, deambulatione curari præcepit. Neq; solũ tales amor homines reddidit, ueruetiã quicunq; natura sunt tales ad amorẽ procliuiores extant. Tales aut sunt ij in quib; bilis, quam cholera uocant, uel atra bilis quæ melancholia, ceteris humoribus preualet. Bilis calida & siccata est. Atra bilis siccata & frigida. Illa ignis, hæc terra locum in animantium corpore tenet. Aridi ergo melancholici & sicci ad terræ similitudinẽ. Squalidi & pallentes cholericici ad similitudinẽ ignis intellicantur. Cholericici propter ignem corporis spiritibus, cõuenientius est, q; uoces hominũ & figuræ eorum præferant. Merito igitur aridus & squalidus fingitur amor, cū homines qui tales sunt, præ ceteris amori soleant indulgere. Quod ex eo potissimũ fieri arbitramur, quia cholericici bilis incendio excurrunt. Melancholici atra bilis corroduantur asperitate: quod Aristoteles in septimo libro de morib; affirmauit. Molestus itaq; humor semper angit utroq; cogitq; solamen aliquod maximũ atq; continuũ, contra continuũ humorum molestiã querere. Huiusmodi sunt musica, amorisq; delicia. Nullis enim alijs oblectamentis tam assidue operã impendere possumus q; musica uocumq; delinimentis, pulchritudinib; illecebris. Reliqui enim sensus cito replentur. Visus aut aut auditus diutius uoculis & pictura pascitur inani. Neq; solum horũ sensuũ firmiores sunt uoluptates: uerum etiã humane complexionis cognatores. Quia enim humani corporis spiritibus, cõuenientius est, q; uoces hominũ & figuræ eorum præferant q; non modo nature similitudines, sed etiã pulchritudinib; gratia placet. Quapropter cholericici & melancholici homines tanq; unicum remediũ & solamen molestissime ipsorũ complexionis, cantus & formæ oblectamenta sectantur. Ideoq; sunt ad Venere illecebras proniores. Et Socrates, quẽ Aristoteles melancholicũ iudicauit; ad amandam artẽ ut ipsemet profitebatur, erat omnium propensissimus. Idemq; de Sappho melancholica ut ipsa testatur, possum iudicare. Neq; Maro nosser quẽ cholericum fuisse eius effigies indicat, quamuis pudicus, fuit tamen procliuor ad amandũ. Nudis pedibus. Talem propterea Diotima pinxit amorem, quoniam amator adeo in rebus amatorijs occupatus est, ut in ceteris uite officijs tam priuatis quam publicis non cautus quidem incedat ut de ceteris, sed absq; illa discrimini prouidentia temerarius quocunq; feratur. Ideo in suis progressibus frequentia incurrit pericula, non aliter q; quidẽ pedes corio non suffulciunt: unde crebris sentibus & calculis offendantur. Humilis. Græcum Platonis uocabulum humi & per infima uolans significat. Vidit enim se penumero propter amoris abusum sine sensu uiuere amantes, & leuib; curis magna perire bona: hi sane amatis seipsos usque adeo dedunt ut in eos penitus transire nitantur, eosq; tam uerbis quam gestibus in seipsis effingant. Frequentissima

uero puerorum & puellarum imitatione quis non effœminaretur? quis non puer, fœminae euaserit? Sine domicilio. Humanæ cogitationis domicilium anima ipsa est. Anima domicilium spiritus. Domicilium spiritus huius est corpus. Tres habitatores sunt: Tria sunt domicilia. Quisq; horum naturali amissio exulat domicilio. Nam cogitatio omnis non ad animi sui disciplinam & tranquillitatem, sed ad dilecti hominis fe uertit obsequia: & anima corporis sui deserit ministeriũ, in amati corpus nititur transilire. Spiritus animæ currus, dum aliõ properat animus, alio quoq; euolat exhalando. Propterea itaq; domo exit cogitatio, exit anima, exit & spiritus. Primum exitum insania & inquietudo: secundum debilitas mortisq; formido: Tertium trepidatio, pavor & suspirium comitatur. Quo circa proprijs laribus, naturali sede, optata quiete, priuatus est amor. Sine stramentis & tegmine ullo. Vbi enim quiescat, & quo tegatur non habet. Cum enim res quæq; suam originẽ repetant, amoris igniculus à formosi corporis obiectu in appetitu amantis accensus, in corpus idem reuolare conatur. Quo quidẽ impetu, & appetitum. & appetentem secum euehit euolando. O crudelẽ amantium sortem. O uitam omni morte miseriorẽ: nisi forsitan uester animus hac amoris uolentia proprio ex corpore raptus negligat in super amati figurã, atq; in diuini splendoris ede, ubi tandem quiescet, nudum quæplebitur, se recipiat. Quis item neget amorẽ sine tegmine nudumq; uagarĩ? Quis enim celet amorem, quem toruus, taurinus affixus prodit intuitus: quẽ interceptus sermo declarat rubor, pallorq; uultus, crebra suspiria, iactatio membrorum, perpetua querimonia, importuna laudationes, subita indignatio, iactantia, procacitas, petulantia, uana suspitio, & uilissima indicant ministeria? Sicut in sole & igne calorem lux radij comitatur: sic intimum amoris incendium externa sequuntur indicia. Ad fores dormit, fores animi oculi & aures esse uidentur: hinc enim multa in animũ inuehuntur, & animi affectus & mores clarissime per oculos emicant. In figuris spectandis & uocibus audiendis amantes ut plurimum immorantur. Raro illorum mens in seipsum se colligit. Sæpius per oculos, auresq; uagatur. Idcirco ad fores dicuntur procumbere. Dicuntur & in uia iacere. Nam corporis species, uia quædam esse debet, per quam ad speciem incipiamus altiorẽ ascendere. Qui autem turpibus libidinibus se prosternunt, aut etiam in aspectu ultra quã decet uersantur, in uia ipsa restare uidentur, ad eius terminum minime proficisci. Sub diuo. Merito. Vna enim in re penitus occupati, nihil in rebus agendis considerant. Itaq; casu uitam agentes, omnibus fortune periculis, tanq; qui nudi sub diuo uitam ducunt, omnibus tempestatibus sunt expositi. Propter matris naturã semper egenus. Sane cum prima origo amoris ab indignitia fuerit, & quod naturale est penitus extirpari non possit, semper egenus, semper sitiendus est amor. Quam diu enim deest ad consequendum aliquid, flagrat estus amoris. Cum totum undiq; possidetur, cessante indignitia potius desinit ardor, quã sine egestate perduret.

QUAE DOTES AMANTIVM PROPTER AMORIS PATREM
CAPVT. X

HAEC inopiam amoris matrẽ sequuntur, copiam uero patrẽ eius contraria. Quæ uero contraria sunt intellectus superioribus, quiuis agnoscat. Supra descriptus est simplex, incautus, uilis, inermis horũ hic contraria inducitur. Callidus enim dicitur: Venator sagax, Machinator. In sidiator, prudentia studiosus, philosophus, uirilis & audax, uehemens, facundus. Magus atq; sophista. Idem amor, qui in cæteris negotijs incuriosum & inertem facit amatẽ: in rebus amatorijs astutũ reddit & callidũ, qui miris modis amati gratiam aucupetur, seu dolis implicet, seu capet obsequijs: suæ eloquio mulceat, suæ cantu delinat. Idem furor, qui obsequio blandum fecerat: idem in quã furor arma ministrat: Indignantibus aduersus amatum ferocitate, pro eo pugnantibus, securitatem roburq; inuicem. Amor ut diximus ab aspectu ducit originem. Aspectus inter mentem & tactũ est medius: hinc semper amantis dirahitur animus & sursum uel celsim deorsumq; iactatur. Interdũ amplexus cupido suboritur: interdũ uero pudicũ coelestis pulchritudinis desiderium, & modo illa, modo hoc peruicacit & ducit. In his qui honestissime educati sunt, & in genij pollẽt acumen, hoc: in alijs illa sæpius superat. Quicumq; in feces corporis se prosternunt, merito aridi, nudi, humiles, inermes & inertes esse censentur. Aridi, quia semper esuriunt, implentur nunq;. Nudi, quia tanq; temerarij omnibus subiecti periculis, & tanquã impudētissimi & inculti in fames habentur. Humiles, quia nihil altũ, nihil magnificũ cogitant. Inermes, quia flagitiose succubunt cupiditati. Inertes, quoniã adeo hebetes sunt ut quo amor eos trahat, ignorent, & in uia reserẽt, ad terminũ non perueniãt. Contrarij uero cõtra uidentur affecti: in am solidis animi bonis uescentes implentur magis & tranquillius diligunt, pudorẽ seruant, umbratilem corporis speciem negligunt atq; alius eleuantur: ac uelut armis muniti, inanes à se libidines fugant, & sensus rationi subijciunt. Hi tanquã solertissimi omniũ et prudentissimi ita philosophantur, ut per corporũ figuras quasi quædã uestigia, sicut odores prouidentissime gradiantur: ex his sacrum animi numinumq; decorẽ sagaciter inuestigant: atq; ita prudenter uenando, quod cupiunt feliciter assequuntur. Tantum profecto munus amoris à patre ipsius copia proficitur: quoniam pulchritudinis radijs qui & copia est & pater amoris, hanc habet uim, ut illuc unde uenerat reflectatur secumq; trahat amatem. Descendit autem à deo primum: inq; angelum & animã quasi uitreas materias transiens, & ab anima

anima in corpus eius susceptione paratum facile demansans, ab eo ipso iunioris hominis corpore, presertim per oculos animi fenestras lucidissimas emicat: aduolat per aerem protinus & senioris oculos penetrans transfigit animam, appetitum accendit, uicium animamq; appetitumq; accensum in medelam eius & refrigerium ducit, dum eodem rapit secum unde ipse descenderat, gradatim quidem in corpus amati primum, in animam secundo; tertio in angelum, postremo in deum, primam splendoris huius originem. Hæc utilis uenatio, hoc felix amantium aucupium. Hanc utique uenationem apud Platonem in Protagora Socrati nostro familiaris quidam eius attribuit. Unde denam inquit à Socrate Arbitror equidem à uenatione illa redire te ad quam honesta Alcibiadis in adules pro uocare te solet. Præterea Sophistam amorem uocat & magum. Sophistam Plato in Sophista dialogo ambitiosum & subdolum desinit disputatorem, qui captiuncularum uersutijis falsum pro uero nobis ostendit, cogitq; eos qui secum disputant sibi in sermionibus contradicere. Hoc tam amantes, quã amati quandoque perpetuantur. Siquidem amantes amoris nebulis occæcati falsæ sepe pro ueris accipiunt, dum dilectos suos formosiores, acutiores, meliores quã sint arbitrantur. Sibi metipsi propter amoris uolentiam contradicunt. Aliud enim ratio consultat, aliud concupiscentia sequitur. Consilia sua ad amati imperium mutant: sibi ipsi ut morem gerant alijs, ad uersantur. Sæpe etiam formosi amatorum ad uitã irretiuntur, & faciles fiunt qui antea fuerant pertinaces. Sed cur magum putamus amorem? quia tota uis magicæ in amore consistit. Magicæ opus est, attractio rei unius ab alia ex quadam cognatione nature. Mundi autem huius partes, & cœu animalis unius membra, omnes ab uno auto re pendentes, unius nature & communionem inuicem copulantur. Ideo sicut in nobis cerebrũ, pulmones, cor, iecur, & reliqua membra à se inuicem trahunt aliquid, seq; mutuo iuuant, & uno illorum aliquo patiente compatiuntur: ita ingentis huius animalis membra, id est, omnia mundi corpora connexa similiter mutantur inuicem naturas & mutantur: ex communi cognatione communis innaescitur amor, ex amore communis attractio. Hæc autem uera magicæ est. Sic ab orbis lunæ concauitate propter nature congruitatẽ sursum trahitur ignis: ab ignis concauitate aer: à mundi centro terra ad infima trahitur: à loco etiam suo rapitur aqua. Hinc & Magnes ferrum, & electrum paleas, ignem sulphur, sol flores multos ad se uerit & solia: luna aquas, Mars uentos ciere solet, et herba uariæ uaria quoq; ad se inuitã animantiũ genera. In rebus etiã humanis trahit sua quæq; uoluptas. Magicæ igitur operã, nature opera sunt: Ars uero ministra. Ars enim ubi naturali cognationi deest aliquid, per uapores, numeros, figuras, qualitates opportunis supplet temporibus: quemadmodum in agricultura natura per getes parit, ars preparat. Hanc artem ueteres demonibus attribuerunt: quia intelligunt qualis sit rerum naturalium societas, quid cuiq; congruat, quomodo concordia rerum, sicuti desit, instauratur. His nonnulli uel nature similitudine quadam amici, ut Zoroaster & Socrates: uel cultu dilecti, ut Apollonius Tyaneus, & Porphyrius fuisse traduntur. Ideo uel uigilantibus signa uoces atq; portenta, uel dormientibus oracula, & simulacra à demonibus cõtigisse narrantur. Qui amicitia demonũ magi euasisse uidentur: quemadmodum demones magi sunt rerũ ipsarum amicitiam cognoscentes: & natura omnis ex amore mutuo magis cognominatur. Quinetiam formosus quisq; teneris nos fascinat oculis. Viri eos eloquentie uiribus & carminum modulis quasi quibusdã incantationibus delinunt, sibiq; conciliant: cultu præterea & muneribus non aliter quã ueneficij placant & capiunt. Quapropter nemini dubium est, quin amor sit magus, cum & tota uis magicæ in amore consistat, & amoris opus fascinationibus, incantationibus, ueneficij expleatur. Neq; mortalis est omnino, neq; etiam immortalis. Non mortalis, quoniã duo amores in nobis, duo illi quos dicimus demones, insunt perpetui. Non immortalis, quoniam tres horum medij mutantur quotidie, crescunt atq; decrescunt. Præterea in hominũ appetitu à uite primordij in extinguibilis innatus est feruor, qui animum quiescere non permittit, ac semper impellit, ut ad certum aliquid studiose se applicet. Diuersa hominum ingenia sunt, nec uoto uiuitur uno. Vnde cõtinnus ille concupiscentie feruor, qui naturalis est amor, alios ad studia literarum: ad musicam alios uel figuras, alios ad honestatem morum, seu uitam religiosam: alios ad honores: nonnullos ad pecunias cumulandas, plerosque ad uentris luxuriam, alios impellit ad alia: nec non eundem hominem in diuersis ætatibus ad diuersa. Idem itaq; feruor & immortalis dicitur & mortalis, quia nunquam extinguitur, mutatq; materiam potius quã euanescat. Mortalis, quia non ad idem semper incumbit sed aut ex nature mutatione, aut ex diuturna rei eiusdem frequentatione or ta fatietate noua requirit oblectamenta: & qui in re una ferme desecit, in alia quodammodo reuiscit. Dicitur etiam ob eam causã immortalis: quod dilectã semel figurã semper amatur: quã diu enim eadem in eodem homine permanet, in eo ipso diligitur: cum uero ab eo defluerit, non amplius eadem in illo figurã est, quã quã prius amabas. Nouam hanc non ardes quidem, quia nec arseras ante, priorem uero illam amare non desinisti: hoc tamen interest, quod illam prius prospiciebas in alio: iam uero in teipso inspicis solum, eademq; memoria semper insissem: xam semper & amas, & quoties animi oculis occurrit, toties te urit amatem. Ideo quoties illum nobis olim charissimum habemus obuium, toties cõmouemur, uel saluunt, trepidantq; præcordia, uel liquefcit iecur, uel tremunt oculi, uariosq; trahit uultus aduerso illo colore. Eius enim presẽtia latentem mente figurã animi suggerit

oculis, ac uelut sopitos sub cineribus flando suscitatis ignes. Hac de causa amor dicitur immortalis. Sed hic etiam ideo immortalis habetur, quia licet maneant semper infixi pectore uultus, non tamen aequae se metis oculis offerunt, quocirca feruere uicissim beneuolentia atque referuere uidetur. Accedit ad haec quod et ferinus et humanus amor sine indignatione esse nunquam potest. Quis illi non indignetur, qui ipsi abstulerit animum? Ut enim praeter ceteris grata libertas, ita seruitus onerosa. Itaque formosos odis simul et amas: odis tanquam fures et homicidas, tanquam specula caelestis fulgore micantia, mirari cogis, et amare. Quid agas miser? Quo te uertas, nescis huius perditis nescis. Cum tui hoc homicida esse nolles, nolles etiam sine beato spectaculo uiuere. Cum hoc esse non potes, qui te perdit, qui enecat sine hoc non potes uiuere, qui tam miris illecebris te tibi surripit, qui totum te sibi uendicat. Hunc fugere cupis, qui suis te flammis adurit; huic etiam cupis herere, ut ipsi te possidenti proximus tibi quoque coheres. Te ipsum miser extra te queris, heresque raptori, ut captum quandoque te redimas. Amare quidem nolles insane, quia emori nolles; nolles etiam non amare, quippe qui caelestium simulacro iudicis seruiendum. Quapropter hac alternatione fit, ut singulis (ut ita dicam) momentis arescat amor et reuirescat. Ponitur etiam a Diotima inter sapientiam et ignorantiam medius. Porro amor, quae pulchra sunt sequitur. Omnium pulcherrima sapientia est. Appetit igitur sapientiam. Qui sapientiam appetit, eam omnino non possidet. Quis enim presentia quaerit? Neque etiam caret omnino. In eo enim uno saltem est sapientiam recognoscit, qui uero ignorare se nescit, tam res ipsas, quam suam ignorat insipientiam, neque scientiam expetit, cuius esse se nescit expertem. Amor igitur sapientiae, quia partim sapientia priuatus est, partim est sapiens, inter sapientiam ignorantiamque locatur. Haec inquit Diotima, est amoris conditio, ipsius autem pulchri, id est supremae pulchritudinis natura est, ut delicatum sit, perfectum atque beatum. Delicatum, in quantum sua quadam suauitate ad se allicit omnium appetitum; Perfectum, in quantum quae illexit accidentia illustrat radijs suis et perficit; Beatum, in quantum illustrata bonis implet aeternis.

QUAE UTILITAS AMORIS EX EIVS DEFINITIONE
CAPVT XII

POST QUAM uero quae sit amoris origo, et qualis ipse sit, Diotima enarrauit, iam quorsum tendat, et ad quid conducatur hominibus, aperit. Omnes quidem bona habere cupimus: nec habere solum, sed semper habere. Singula uero mortalium bona mutantur atque deficiunt, ac cito cuncta uanescent, nisi abeuntium loco noua quotidie fierent. Ut ergo bona semper nobis quoquo modo perdurent, pereuntia cupimus recreare. Generando recreatio fit. Hinc innatus est omnibus generatio in istiusmodi. Generatio autem cum mortalia diuinis continuatione similia reddat, natus est profecto diuinum. Diuinis utpote pulchris, deformia contraria sunt: formosae similia et amica. Idcirco generatio diuinum opus in eo quod pulchrum est perfecte et facile consummatur, in contrario contra. Quapropter generationis ille conatus formosa postulat, contraria refugit. Quid hominum amor sit postulat? ad quid conducatur? Cupido generationis in pulchro ob seruandam uitam mortalibus in rebus perpetuam: hic hominum in terra uiuentium amor est, hic nostri finis amoris. Enim uero coipso in tempore quo animalium unum quodque uiuere dicitur, idemque esse, ut a pueritia ad senectutem, quamuis idem dicatur, nunquam tamen in se eadem continet: sed nouum semper efficitur, ut Plato inquit, et uetera exiit secundum pilos, carnem, ossa, et sanguinem, et corpus penitus uniuersum. Neque in corpore solum, sed etiam in anima id contingit. Mores, consuetudines, opiniones, cupidines, uoluptates, dolores, atque timores iugiter permutantur; nec aliquid ex istis idem, et simile perseverat: priora quidem abolerunt, noua succedunt atque adolescunt. Quinetiam quod mirabilius est, scientiae quoque non solum aliae euanescent, aliae surgunt, neque semper secundum scientias idem sumus: uerum etiam una quaeuis scientiarum ferme idem patitur. Aeditatio enim et reminiscentia, quasi praeteruentis scientiae resumptio est. Oblitio namque scientiae exitus esse uidetur. Aeditatio uero nouam semper memoriam abeuntis loco restituit, scientiam seruat, ut esse eadem uideatur. Hoc utique pacto quaecumque in animo uel corpore mutabilia sunt, seruantur: non quia semper omnino eadem sint: hoc enim diuinorum est proprium: sed quoniam quod tabescit et abit, nouum et simile sibi relinquit. Hoc certe remedio mortalia immortalibus redduntur similia. Est igitur in utraque anime pars, tum ea quae ad cognitionem spectat, tum ea quae regitur corpus, amor generationis innatus ad uitam perpetuo conferuandam. Amor qui in hac parte est ad corpus regendum accommodata, statim ab initio nos impellit ad cibum potumque sumendum, ut his alimentis generentur humores: quibus quod a corpore iugiter desluit, resumatur. Quia generatione nutritur corpus et crescit. A dulto corpore semen ipsum laecest, et procreandae sobolis libidinem prouocat: ut quod in seipso semper manere non potest, reseruat in prole sibi persimili maneat sempiternum. Amor etiam generationis parti anime cognoscenti tributus, efficit ut anima ueritatem, alimoniam propriam concupiscat, per quam suo modo nutriatur et crescat: ac si quid per obliuionem animo excedit, aut torpet pro-

pter desidiam et incuriam, recordationis et meditationis studio quasi regenerat, reuocatque in mentem, quod per obliuionem perierat, uel torpuerat per ignauiam. Adultum uero iam animum flagrantissima docendi atque scribendi stimulat cupiditate, ut scientia uel in scriptis uel in discipulorum animis generata, praecceptoris intelligentia, et ueritas inter homines aeterna permaneat. Atque ita amoris beneficio cuiusque hominis tam corpus quam anima in rebus humanis post mortem semper superesse posse uideatur. Amor uterque pulchra sectatur. Nempe qui corpus regit atque gubernat, corpus proprium ex epulis quam delicatissimis, iucundissimis, et pulcherrimis alere concupiscit, et prolem formosam cum speciosa femina generare: et qui ad animum pertinet, eum ornatisimam grauisimisque disciplinis studet imbueri, ac scientiam suam simillimam scribendo ornato pulchroque in stylo edere, et docendo in animo quodam pulcherrimo generare: puro inquam animo, acuto et optimo. Animum quidem ipsum non cernimus: ideo neque eius inspicimus pulchritudinem. Corpus autem umbram animi, imaginemque uidemus: itaque ex eius imagine sufficientes in corpore formoso speciosum esse animum coniectamur. Quamobrem formosos homines libentius erudimus.

DE DVOBV AMORIBVS, ET QVOD ANIMA NA/
scitur praedita ueritate. CAPVT XII

DE AMORIS definitione satis iam diximus: nunc autem quae apud Platonem sit ex animi corporis fecunditate de amore distinctio, declaramus. Omnium, inquit, hominum praegnantis et grauidum corpus est, praegnantis et animus. Corpori semina suorum omnium ab initio sunt inserta. Hinc statutis curculis temporum dentes erumpunt, prodeunt pili, barba profunditur, procreantionis semina defluunt. Si fecundum corpus est, grauidumque; seminibus, multo magis animus praestantior corporis uberrimus est, atque suorum omnium ab initio semina possidet. Igitur morum, artium, disciplinarum rationes iam diu sortitus est animus, suosque fetus inde, si recte colatur, statutis temporibus promittit in lucem. Quod autem rationes suorum omnium ingenitas habeat, ex appetitu eius, inquisitione, inuentione, iudicio, comparatione cognoscimus. Quis neget animum statim a tenera aetate, uera bona, honesta, utilia exoptare et optat autem nullam incognita. Ergo insunt istorum alique etiam antequam appetat, in animo notiones: per quas ceu formas rationesque ipsorum, ea iudicat appetenda. Idem ab inquisitione et inuentione probatur: si in turba hominum quaerat Socrates Alcibiadem, sitque illum aliquando reperiturus, necesse est Socratis menti atquequam Alcibiadis inesse figuram, ut sciat quem hominem quaerat praeter ceteris, ac reperitum in coetu multorum Alcibiadem ab alijs discerneret ualeat. Ita neque indagaret quatuor animus, neque aliquando inueniret, nisi haberet illorum, id est ueritatis, Bonitatis, Honestatis, Utilitatis, aliquam notionem, per quam illa quaereret inueniturus, ut quoties reperit quae inuestigauerat recognoscat, atque ab eorum discernat contrarijs. Neque solum ab appetitu, inuentione, inuentione, sed etiam a iudicio id probamus. Quicumque enim aliquem sibi amicum iudicat, uel inimicum, quid amicitia, quid maleuolentia sit non ignorat. Quoniam igitur pacto multa uera uel falsa, bona uel mala, ut solemus, quotidie iudicamus, et recte iudicamus, nisi esset nobis ueritas quodammodo bonitasque praecognita? Quomodo rursus structurae, musicae, picturae et artium ceterarum opera, nec non inuenta philosophorum, multum etiam in his artibus non uersati probarent sapissime recte et reprobarent, nisi illarum rerum forma quaedam esset, et ratio illis a natura tributa? Comparatio quoque idem nobis ostendit. Quicumque enim mel uino comparans alterum altero pronuncia dulcius, quis dulcis sit sapor agnoscit? et qui Speusippum et Xenocratem conferens ad Platonem, Xenocratem censet Platonis similiorem, quam Speusippum, Platonis figuram proculdubio nouit. Eodem modo cum e multis bonis aliud alio melius recte existimemus, et maiori minorue bonitatis participatione aliud alio melius deteriusue appareat: necesse est bonitatem non ignorare. Praeterea cum e multis diuersis philosophorum aut etiam aliorum opinionibus, quae ueri sit similiores et probabiliores, sepe optime iudicemus, oportet non desse nobis aliquem ueritatis intuitum, ut quae sint illius similia non nesciamus. Quapropter nonnulli in adolescentia, aliqui etiam sine praecceptore, plerique ex paucissimis doctrinae rudimentis a praeccepto rursus demonstratis doctissimi euasisse traduntur: quod nunquam nisi multum, ut diximus, iuuant natura fieri potuisset. Hoc abunde Socrates Phaedoni, Theaeteto, Menoni, pueris demonstrauit: docuitque posse pueros recte in singulis artibus respondere, si quis prudenter eos interroget: quippe cum a natura sint artium disciplinarumque omnium rationibus praediti.



VO autem modo huiusmodi sint in animo rationes, apud Platonem uidetur ambiguum. Si quis eos libros sequatur, quos iunior scripsit Plato, Phaedrum, Menonem & Phaedonem, putabit forsitan ita ferme illas esse in animi substantia pictas tanquam in pariete figuratas: quod in superioribus sepe & ad me & ad uobis est tactum: sic enim ibi uidetur innuere. In sexto autem de Republica libro, diuinus ille uir totam rem aperit, dicitque lumen esse mentis ad intelligenda omnia, eundem ipsum deum, à quo facta sunt omnia. Solem nanque & Deum ita inuicem comparat, ut quemadmodum se habet sol ad oculos, ita ad mentes se Deus habeat. Sol oculos generat, uimque illis præstat uidendi. Quæ frustra esset, & semper obruta tenebris, nisi solis lumen adesset corporum pictum coloribus & figuris: in quo oculus corporum colores uidet atque figurat. Neque aliud quicquam nisi lumen, oculus intuetur. Videtur tamen uaria intueri, quia lumen ipsi infusum uarijs exteriorum corporum formulis est ornatum. Hoc quidem lumen in corporibus reflexum, oculus percipit: ipsam uero in fonte suo lucem minime sustinet. Eodem pacto deus animam procreat, eique mentem, uim ad intelligendum largitur: quæ uacua esset atque obscura, nisi Dei sibi lumen adesset: in quo rerum omnium inspicit rationes. Unde per Dei lumen intelligit, atque ipsum diuinum duntaxat lumen agnoscit. Diuersa tamen uidetur agnoscere, quia sub diuersis rerum ideis & rationibus ipsum intelligit. Quando quis oculis uidens hominem, in phantasia hominis imaginem fabricat, diuinitusque in ea iudicanda reuoluitur, mentis suæ aciem tollit ad hominis rationem in diuino lumine existentem suspiciendam: inde scintilla in mente protinus emicat: ac reuera natura ipsa hominis intelligitur, atque de cæteris omnibus eodem pacto. Itaque per dei lumen omnia intelligimus, ipsum uero purum lumen eiusque fontem hac in uita uidere non possumus: in hoc plane tota anime consistit fecunditas, quod in eius penetrabilibus lux illa Dei fulget æterna rerum omnium rationibus, id est: isque plenissima, ad quam anima quoties uult, uitæ puritate, & summa studij intentione conuertitur, scintillis emicat idearum.

VNDE AMOR ERGA MASCULOS. VNDE ERGA
fœminas. CAPVT XIII



TA Prægnans hominum corpus ut Plato uult, prægnans & animus, & ambo amoris incitamentis stimulantur ad partum. Cæterum alij uel propter naturam, uel propter educationem ad animi fetus sunt quam corporis aptiores: alij & quidem plurimi, contra. Illi caelestem sequuntur amorem, hi uulgarem. Illi natura iccirco mares, & illos quidem iam pene adultos potius quam fœminas, aut pueros amant: quoniam in eis magis admodum uiget mentis acumen, quod ad disciplinam, quam illi generari uult, propter excellentiorem sui pulchritudinem est aptissimum. Alij contra, propter congressus ueneri uoluptatem, & corporalis generationis effectum. Quoniam uero genitalis illa uis animi, utpote cognitionis expers, sexuum nullum habet discrimen: natura tamen sua toties incitatur ad generandum, quoties formosum corpus aliquod iudicamus: contingit plerumque ut qui cum masculis conuersantur, quo genitalis partis stimuli sedent, illis se miscant: Hi præsertim in quorum genesi Venus in signo masculino & cum Saturno fuerit, uel in Saturni finibus, uel Saturno opposita. Oportebat autem animaduertere genitalis partis illius incitamenta, non irritum hoc iacturæ opus, sed serendi & procreandi officium affectare, atque à masculis ad fœminas eam traducere. Huiusmodi quodam errore nefarium scelus illud exortum putamus: quod in legibus suis Plato tanquam homicidij speciem accerrime detestatur. Quippe non minus homicida censendus est qui hominem præripit nasciturum, quam qui natum tollit à medio. Audacior quidem qui præsentem abrupit uitam, crudelior autem qui lucem inuidet nascituro, & nondum natos suos filios enecat.

SVPRÀ CORPVS EST ANIMA, SVPER ANIMAM AN-
gelus, super angelum Deus. CAPVT XV



MERVM de gemina ubertate anime, geminisque amoribus. hætenus. Deinceps quibus gradibus Diotima Socratæ ab infimis ad superna euehit, disseramus: à corpore in animam, ab anima in angelum, ab angelo reducit in deum. Hos quatuor rerum gradus in natura esse debere ita licet argumentari. Omne corpus ab alio quodam mouetur, mouere autem seipsum natura sua non potest, cum nec agere per se queat ualeat. Sed propter anime præsentiam seipso moueri uidetur: & propter animam uiuere. Et præsentem quidem animam seipsum mouet quodammodo: absente uero, ab alio duntaxat mouetur, utpote quod hanc ex seipso naturam non habeat, sed anima proprie uim seipsam mouendi possideat. Nam cuiuscumque adest, uim ad seipsum mouendum impertit: quod autem ipsa sui præsentia imperit alijs, hoc ipsa multo prius magisque debet habere. Est igitur anima

ma supra corpora: utpote quæ seipsam secundum essentiam suam mouere queat: atque iccirco super illa debet esse, quæ non ex seipsis, sed aliorum præsentia ut se moueant assequuntur. Cum dicimus seipsa moueri animam, non transitiuè, ut ita dixerim, quæ admodum à Platone accipi uoluit Aristoteles, sed absolute uerbum illud proferimus: ut cum stare per se deum, lucere solem per se, calere ignem asseueramus. Non enim pars anime mouet, pars agitatur: sed tota ex se, id est sua natura mouetur: hoc est ab alio in aliud ratione discurrit, ac nutritionis, augmentis, generationis opera per interualla temporum transigit. Temporalis ista discurso ex seipsa cõpetit anima: quia quod super eam est, non alijs momentis alia, sed uno æternitatis puncto simul intelligit omnia. Quapropter recte primus à Platone motus, & primum temporis interuallum in anima ponitur: unde & motus & tempus in corpora transeunt. Quoniam uero ante motum statum esse necessarium est, cum status sit ratione perfectior, supra motionem anime mobile oportet stabilem aliquam intelligentiam reperiri, quæ secundum se totam intelligentiam sit, & actu semper intelligentia. Anima enim non se tota, neque semper, sed ex quadam sui parte, & quandoque intelligit: neque certam habet, sed ambiguum intelligendi uirtutem. Ut ergo quod perfectius est, illud quod est imperfectius antecederet, supra mentem anime, quæ mobilis est, quæ pars, quæ intermissa, quæ dubia, ponenda est angeli mens stabilis, tota, continua, atque certissima: ut quemadmodum corpori ab alio agitato per se mota præcedit, ita anima per se agitata mens stabilis per se præcedat. Et quemadmodum corpus per animam habet ut sese moueat: atque ideo non omnia corpora, sed animata sponte sua moueri uidentur: ita anima per mentem habet, & semper intelligat. Si enim suaapte natura anime intellectus inisset, omnibus etiã bestiarum cõpeteret animabus: quemadmodum sui ipsius agitata potestas. Non igitur anime intellectus per se, primoque cõpetit: quare eam antecedit oportet, quod per se primoque mentis est compos: huiusmodi angelus est, animis excellentior. Sed enim angeli mentem, rerum illud principium, summumque bonum, quod in Parmenide Plato ipsum unum uocat, necessario supereminet. Quippe super omnem rei cõpositam multitudinem unum ipsum simplex debet esse natura: ab uno enim numerus, & à simplici cõpositio tota conflatur. Mens autem illa licet immobilis sit, non tamè unum ipsum purum simplex existit. Intelligit enim seipsam: ubi diuersa inter sese quo quomodo uidentur hæc tria: quod intelligit, quod intelligitur, intellectio. Alia enim ipsius ratio est, prout intelligit, prout intelligitur alia: alia item prout intellectio est. Habet præterea cognoscendi potentiam ante cognitionis actum per se prorsus informem: cognoscendo formatur, quæ intelligendo ueritatis lumen cupit & caput: quod uidetur antequam intelligeret caruisse. Habet quoque in se idearum omnium multitudinem. Cernit quanta sit, quam uaria in angelo multitudo atque cõpositio. Itaque ipsi purum unum & simplex præponere cogimur. Ipsi autem uni deo nihil possumus antepone, quia uerum unum omnis multitudinis, omnis compositionis est expers. Quod si supra se quicquam haberet, ab illo utique fieret: quare ab eo dependens in hoc ipso ab eodem degeneraret, ut à causa omnis solet effectus. Ideoque non unum iam esset & simplex, sed saltem ex duobus cõpositum, scilicet ex cause suæ munere, proprio ue defectu. Ipsum itaque unum ut Plato uult & Dionysius Areopagita confirmat, omnia supereminet: excellentissimumque dei nomen, unum ipsum ab utroque censetur. Huius sublimitatè ratio quoque illa nobis ostendit, quod eminentissima cause donum esse debet amplissimum, uirtutisque suæ præstantia se ad cuncta protendere. Unus munus per uniuersa se propagat. Nam non mens solum una est, & anima quælibet una, corpus quodlibet unum, sed etiã informis ipsa materies, rerumque priuatio una quodammodo dicitur. Nam unum silentium dicimus, unam obscuritatem: Mortem unam. Mentis tamen & anime munera ad eam usque non extenduntur. Mens enim speciem artificiosam ordinemque largitur: Anima uitam præstat & motum, informis uero & prima mundi materia, rerumque priuatio speciei & uitæ est expers. Ita ipsum unum mentem & animam antecedit: cum munus eius latus diffundatur. Eadem ratione mens animam uidetur excedere: quia uita, munus anime, non omnibus datur corporibus. Omnibus tamen his speciem, ordinemque mens tribuit.

QUAE COMPARATIO INTER DEVM, ANGELVM,
animam, corpus. CAPVT XVI



ARGO à corpore in animam, ab hac in angelum, ab hoc in deum ascendimus. Deus super æternitatem est: Angelus in æternitate est totus. Sane tam eius operatio quam essentia, stabilis permanet. Status autem æternitatis est proprius. Anima partim in æternitate est, partim in tempore. Eius enim substantia eadem semper absque ulla incrementi aut detrimenti mutatione perdurat. Operatio autem, ut paulo ante monstrauimus, per temporis interualla discurrit. Corpus temporis omnino subijcitur. Nam & substantia eius mutatur, & operatio eius omnis temporis spaciū exigit. Igitur ipsum unum, supra statum motumue existit: Angelus, in statu: Anima, in statu pariter atque motu: Corpus solo in motu locatur. Vnum rursum super numerum, motum locumque manet. Angelus in numero super motum & locum ponitur: Anima in numero motuque, sed super locum: Corpus numero, motu, loco subijcitur. Siquidem ipsum unum neque numerum ullum aut compositionem partium habet: neque ullo pacto ab eo quod est, mutatur: neque loco clauditur

ditur ullo, Angelus numerum quidem habet partium uel formarum, sed à motu locoq; est liber. Anima partium habet & affectuum multitudinem, & ratiocinationis progressionem, perturbationumq; uarietate mutatur: sed à loci limitibus est exempta. Corpus autem his omnibus est obnoxium.

QUAE COMPARATIO INTER PULCHRITVDINES DEI
Angeli, Animae, corporis. CAPVT XVII

ADEM uero inter quatuor haec, & eorum formas est comparatio. Nempe corporis forma in multarum partium compositione consistit, loco astringitur, tempore labitur. Species animi, temporis quidem uicissitudines patitur, & partium continet multitudinem, sed à loci terminis est absoluta. Angeli uero species, numerum habet solum, à duobus alijs immunis existit. Dei autem, nihil istorum perpetitur. Corporis utique formam uides. Vis ne animi quoque speciem intueri? Detrahe corporali formae ipsius naturae pondus, limitesq; locorum, relinque cetera: animi iam speciem habes. Vis & angelus? Deme obscuro non loci spacia solum, sed temporis quoque progressum, compositionem multiplicem retine, eam protinus nancisceris. Cupis etiam Dei pulchritudinem cernere? Auseras insuper multiplicem illam formarum compositionem: simplicem prorsus relinque formam, confestim dei speciem fueris consecutus. Verum quid mihi tandem si: tractis istis reliquum supererit? An tu esse aliud quam lucem, pulchritudinem ducis? Porro corporum omnium pulchritudo lumen istud est solis quod uides, tribus illis insectum: formarum multitudine. (Nam multis id aspectis figuris coloribusq; depictum) loci spatio; temporali mutatione. Tolle sedem eius in materia, ut praeter locum reliqua duo retineat: huiusmodi prorsus est animi pulchritudo. Tolle hinc temporis, si lubet, mutationem, mitte reliquum; lumen restat sine loco, sine motu clarissimum: sed omnibus insculptum rerum omnium rationibus. Id angelus est, id angeli pulchritudo. Tolle postremo diuersarum illum numerum idearum unam simplicem ac meram relinque lucem: instar lucis eius, quae in globo solis ipso permanet, per aerem non dispergitur: iam Dei pulchritudinem quodammodo comprehendis: quae tantum saltem formas reliquas antecellit, quantum lux illa solis in seipso mera, una, inuoluta splendorem solis per nubilosum aera dissectum, diuisum, insectum, obscuratum, exuperat. Fons itaque totius pulchritudinis Deus est. Fons itaque totius amoris est Deus. Lumē praeterea solis in aqua umbra quaedam est ad clarum eiusdem lumē in aere. Splendor in aere, umbra similiter ad eiusdem in igne fulgorem. Fulgor in igne, umbra ad lucem solis eodem ipso in sole fulgentem. Eadem est inter quatuor illas corporis, animi, angeli, Dei pulchritudines comparatio. Deus nunquam ita decipitur, ut suae speciei umbram in angelo amet quidem: propriam sui ac ueram negligat pulchritudinem. Neque angelus usque adeo capitur animae specie quae ipsius est umbra, ut sui umbra detentus figuram propriam deserat. Anima tamen nostra, quod summopere dolendum est: haec enim est totius nostrae infelicitatis origo: Animam inquam sola ita corporalis formae blanditijs delinitur, ut propria posthabeat speciem; corporis uero formam, quae suae umbra est, sui ipsius oblita secedit. Hinc crudelissimum illud apud Orpheum Narcissus fatum. Hinc hominum miseranda calamitas. Narcissus quidem adolescens, id est, temerarij & imperiti hominis animus, sui uultum non aspicit: propriam sui substantiam, & uirtutem nequaquam animaduertit: sed eius umbram in aqua prosequitur, & amplecti conatur: id est, pulchritudinem in fragili corpore, & instar aquae fluentis, quae ipsius animi umbra est, admiratur. Suam quidem figuram deserit, umbram nunquam assequitur: quoniam animus corpus sectando se negligit, & usui corporis non impletur. Non enim ipsum reuera appetit corpus: sed sui ipsius speciem, à corporali forma, quae speciei suae imago est, illectus, quemadmodum Narcissus affectat: cumq; id minime aduertat, dum aliud quidem cupit, aliud sequitur, desiderium suum expleri non potest. Ideo in laetitia chrymas resolutus consumitur, id est, animus ita extra se positus & delapsus in corpus, perniciosis perturbationibus cruciatur: corporisq; insectus sordibus quasi moritur: cum iam corpus esse potius quam animus uideatur. Quam uitiq; mortem ut Socrates deuitaret, Diotima ipsum à corpore ad animam, ab hoc in angelum, ab eo reduxit in deum.

QUOMODO ANIMA A CORPORIS PULCHRITVDINE
ad Dei pulchritudinem eleuetur. CAPVT XVIII

AGITE conuiuae charissimi Diotimam fingite ita Socrate alloquentē. Nullum corpus o Socrates undiq; pulchrum. Nā aut hac in parte formosum, illa deforme: aut hodie formosum, aliis minime: aut ab alio pulchrum, ab alio turpe censetur. Ergo corporis pulchritudo turpitudinis contagioe commixtata, pura, uera, & prima pulchritudo esse non potest. Quinetiam pulchritudinem turpem esse nemo aliquando suspicatur: quae admodum neq; sapientiam esse inspicitur: Corporum uero dispositionem quandoq; speciosam, quandoq; turpem putamus: eodemq; tempore de illa alij aliter sentiunt. Non igitur prima

prima & uera est in corporibus pulchritudo. Adde quod multa corpora, uno pulchritudinis uocantur cognomine. Vna igitur est in corporibus multis pulchritudinis natura communis, per quam similiter pulchra denominantur. Vnam uero naturam huiusmodi, sicut in alio est, id est in materia, sic ab alio dependere putato. Quod enim in seipso sustentari non potest, multo minus à seipso pendere. Nunquid à materia dependebit minime. Nihil enim deforme & imperfectum seipsum ornare potest atque perficere. Quod autem unum est, ab uno debet oriri. Quapropter una multorum corporum pulchritudo ab uno aliquo incorporali pendet artifice. Artifex unus omnium Deus est, qui per angelos atque animas pulchram quotidie reddit omnem mundi materiam. Propterea ueram illam pulchritudinis rationem in Deo eius quae ministris potius, quam in mundi corpore reperiri putandum. Ad eam rursus his gradibus facile, ut arbitror, ascendes o Socrates. Si oculos tibi Lynceos natura dedisset mi Socrates, ut aspectu quaelibet occurrentia penetrares: formosissimum illud ex inspecus Alcibiadis tui corpus tibi turpissimum uideretur. Quantum est quod amas amice? Superficies dumtaxat, immo color te rapit: immo quaedam reflexio luminum, & umbra leuissima. Seu te uana imaginatio decipit: ita quod somnias potius quam quod uideas, amas. Ceterum ne tibi uidear penitus aduersari, sit sane Alcibiades iste formosus. Ad enim quota parte formosus? omnibus profecto membris praeterquam naso simo, & elatio ribus quam deceat supercilij. Haec tamen in Phedro speciosa sunt. Sed crurum in eo crassitudo non placet. Decora haec apud Charmidem, nisi gracile te collum offenderet. Ita si homines singulos obseruabis, nullum ex omni parte laudabis. Quicquid ubiq; rectum est colliges: figuram apud te integram ex obseruatione omnium fabricabis: ut absoluta humani generis pulchritudo, quae in multis reperitur sparsa corporibus, in animo tuo sit unius imaginis cogitatione collecta. Cuiusque hominis figuram paruipendes o Socrates, si ad istam contuleris. Istam uero non tam corporum, quam animi tui beneficio possides, itaque istam potius quam tuus animus fabricauit, & animam ipsum eius artificem, quam exteriorem illam mancam, dispersamq; amato. Quid autem in animo amare te iubeo? animi pulchritudinem. Lux autem est pulchritudo corporum: lux est & animi pulchritudo: lux animi ueritas: quam solam amicus tuus Plato in uotis suis à deo postulare uidetur. Da mihi, inquit, Deus ut meus animus pulcher efficiatur: & quae ad corpus attinent, animi pulchritudinem non impediatur: solum sapientem te uitam putem. In his Plato declarat pulchritudinem animae in ueritate sapientiaq; consistere: eam à deo hominibus tribui. Veritas una est, & eadem nobis à deo tributa: in uarijs eius affectibus uariarum uirtutum cognominata sortitur, prout diuina demonstrat sapientia, quam à deo praeter ceteris Plato poposcit: prout naturalis, scilicet entia; ut humana, prudentia: ut & quos facit, iustitia; ut inuictos, fortitudo; ut tranquillos, dicitur temperantia. Ex his duo uirtutum genera numerantur. Morales inquam uirtutes, & intellectuæ illis praestantiores. Intellectuæ sunt, Sapientia, Scientia, Prudentia, Morales, Iustitia, Fortitudo, & Temperantia. Morales propter operationes earum ciuilijs; officia notiores sunt: Intellectuæ propter reconditam ueritatem occultiores. Praeterea quae honestis moribus educatur, ut pote purior alijs facile ad intellectuas uirtutes erigitur. Ideo pulchritudinem animi quae consistit in moribus primam considerare te iubeo, ut intelligas unam esse morum omnium rationem: per quam similiter honesti uocantur. Vnam scilicet uitae purissimae ueritatem: quae iustitia, Fortitudinis, Temperantiae actionibus, ad ueram nos perducit felicitatem. Vnam igitur hanc ueritatem morum, lucem quae animi speciosissimam primam diligit. Scito quinetiam supra mores ad sapientiae, scientiae, prudentiae lucidissimam ueritatem te protinus ascensurum: si considerabis haec animo optimis moribus educato concedi atque in eis normam moralis uitae rectissimam contineri. Quamuis autem uarias, Sapientiae, Scientiae, Prudentiaeq; doctrinas contuearis: in cunctis tamen unam esse ueritatis lucem existimato: per quam omnes pulchra similiter appellantur. Eam tibi utpote supremam animi pulchritudinem summopere amare praecipio. Sed enim una haec in doctrinis plurimis ueritas, primo omnium ueritas ideo esse nequit, quoniam in alio est, cum sit in multis distributa doctrinis. Quicquid autem iacet in alio, ab alio certe dependet. Neque tamen ueritas una à doctrinarum multitudine nascitur. Quod enim unum est, ab uno debet oriri. Quare oportet unam quandam esse super animam hominis sapientiam, quae non per diuersas sit diuisa doctrinas, sed una sapientia sit: à cuius unica ueritate ueritas hominum multiplex oritur. Illam o Socrates unam unicam unicam sapientiae lucem, angeli pulchritudinem esse memento, quae tibi super animi speciem sit colenda. Ea ut in superioribus demonstrauimus corporum speciem antecellit: quia neque loco astringitur, neque secundum materiae partes diuiditur, neque corrumpitur. Antecellit & animi speciem, quia aeterna est penitus, neque temporali discursione mouetur. Quoniam uero angeli lux in idearum complurium serie micat, ac supra multitudinem omnem unitas sit oportet, quae est ueritas totius unius: necesse est eam ab uno rerum omnium principio, quod ipsum unum uocamus, effluere. Ipsius itaque unius lux penitus simplicissima in finita pulchritudo est: quia nec materiae sordibus inquinatur, ut corporis species neq; ut animi forma temporali progressionem mutatur, neque ut angeli species multitudine dissipatur. Omnis autem qualitas ab extraneo additamento secreta, dicitur apud Physicos infinita. Si in seipso sit calor, frigore & humore non impeditus, materia pondere non grauatus, calor dicitur infinitus, quia uis eius libera est.

neq; ullis additionis limitibus coarctatur. Similiter lumen ab omni corpore liberum infinitum: nam sine modo ac termino lucent, quod natura lucent sua, quando ab illo minime terminatur. Itaque dei lux & pulchritudo, quae mera est, profusa ab alijs omnibus absoluta, absque dubio infinita dicitur pulchritudo. Infinita uero pulchritudo in mensum quoque requirit amorem. Quapropter te obscuro Socrates ut certo quodam modo & termino cetera diligas, dum uero amore diligas infinito, neq; ullus diuino modus adfit amori.

QUOMODO DEVS AMANDVS CAPVT XXI



HAE C Diotima Socrati. Nos autem uiri clarissimi non solum sine modo Deum, ut iubere Diotima fingitur, sed Deum solum amabimus. Ita enim mens ad deum, ut ad solem acies oculorum. Oculi autem non modo lumen praeter ceteris, sed & solum appetit lumen, si corpora, si animos, si angelos diligemus, non haec quidem, sed deum in his amabimus. In corporibus quidem dei umbram, in animis dei similitudinem, in angelis eiusdem imaginem. Ita Deum ad praesens in omnibus diligemus, ut in Deo tandem omnia diligamus: Nam ita uiuentes eo proficiscemur, ut & Deum & in Deo omnia uideamus: amemusq; & ipsum, & quae in ipso sunt omnia. Et quisquis hoc in tempore sese Deo charitate deuouerit, se deniq; recuperabit in Deo. Nempe ad suam, per quam creatus est, redibit ideam: ibi rursus, si quid ipsi defuerit, reformabitur: ideae suae perpetuo cohaerebit. Verus autem homo & idea hominis idem. Ideo quisq; nostrum in terris à deo separatus, non uerus est homo, cum à sui idea sit formaq; disiunctus: ad eam nos diuinus amor, pietasq; perducet: cum hic discepti sumus & mutilati. dea tunc nostrae amando coniuncti, integri homines euademus: ut deum primo in rebus coluisse uideamur, quo res deinde in Deo colamus, resq; in Deo deo uenerari, ut nos ipsos praeter ceteris amplectamur, & amando Deum nos ipsos uideamur amauisse.

ORATIO SEPTIMA

CONCLUSIO SUPRADICTORVM, ET OPINIO GV-
donis Caualcantis philosophi. CAPVT I



POSTREMO Christophorus Marsupinus uir humanissimus Alcibiadis personam gesturum his ad me uerbis conuertitur. Gratulor equidem Marsili Ioannis tui familiae plurimum: quae inter multos & doctrina & rebus gestis clarissimos equites Guidonem philosophum peperit de reprob. benemeritum, & aculeis dialecticae cunctis suo seculo praecellentem: qui hunc amorem Socraticum tam moribus quam carminibus imitatus, breui quaeuq; à uobis sunt dicta perstrinxit. Phaedrus enim amoris originem tetigit ex chaos uisceribus emanantem. Pausanias iam natum amorem geminam diuisit in speciem, caelestem scilicet & uulgarem. Eryximachus eius aperuit amplitudinem, dum cunctis in rebus eum sic inesse monstraret in partes geminas distributum. Aristophanes quid agat in singulis tam amplissimi dei praesentia, declarauit ostendens per hunc fractos homines resarciri. Agatho quanta sit eius uirtus, potestiatq; ita etiauit, cum ab eo solo beatos fieri homines disputaret. Socrates tanquam à Diotima edoctus summam quid sit amor & qualis, unde ortus, quot habeat partes, quorsum tendat, & quantum ualeat, explicauit. Guido Caualcantis Philosophus, omnia haec artificiosissime uidetur carminibus suis inseruisse. Quomodo dum solis radio speculum modo quodam percussum splendet iterum, & proxime sibi appositam lanam reflexione illa splendoris inflamat: ita ille partem animae, quam obscuram phantasmam uocat, atq; memoriae ceu speculum, pulchritudinis ipsius solis locum habentis simulachro tanquam radio quodam per oculos hausto censet ita pulsari, ut ipsa sibi ex illo altera effingat simulacrum quasi simulacri primi splendorem: quo appetendi uis non aliter quam lana accendatur & amet. Addit amorem hunc primum in appetitu sensus accensum à forma corporis per oculos inspecta creati: sed eam ipsam formam non eo modo, quo in corporis materia est, in phantasmam imprimi, sed sine materia: ita tamen ut certi cuiusdam hominis signato in loco & tempore positi sit imago. Rursus imaginis huiusmodi speciem aliter quam statim in mente luere: quae non amplius unius cuiusdam humani corporis ut erat in phantasma, uideatur esse similitudo: sed totius aequae generis humani ratio communis & definitio. Itaq; sicut ex phantasma imagine à corpore sumpta, in appetitu sensus corpori deo amor ad sensum procliuus exoritur: ita ex hac mentis specie rationeque communi, tanquam à corpore remotissima, amor alius in uoluntate nascitur à commercio corporis alienissimus. Illum in uoluptate, hunc in contemplatione locauit. Illum circa particularem corporis unius formam reuolui putat, hunc circa universalem totius humani generis pulchritudinem. Hos utiq; amores sibipsum in homine repugnare, & illum deorsum ad feruam & uoluptuosam depellere, hunc sursum ad angelicam uitam contemplatiuamq; attollere: hunc absque perturbatione uult esse, & in paucis reperiri: illum multis passionibus anxium, ac plurimos occupare. Ideo istum paucis uerbis absolutum, in alterius passionibus enarrandis prolixior. Quoniam uero eadem apertissime, quae & nos in superioribus narrauimus, hic explicat: ea in praesentia recensere

opus

opus esse non censui. Verum cognouisse sufficit philosophum hunc aliquam chaos in formam, qualem supra uos posuistis, in amoris procreatione miscuisse, dum diceret obscuram phantasmam illuminari, atq; ex illius obscuritate & huius luminis mixtione, amoris originem ducere. Amorem praeterea geminum illum caelestem atq; uulgarem quis in eius uerbis non uideat? Originem quinetiam illius primam in diuinorum, secundam in corporum collocauit pulchritudine. Solem namque, dei lucent: radii, corporum formam intelligit. Finem postremo suum uult eiusdem principis responderet, dum alios usq; ad formam corporis, alios usq; ad dei speciem amoris prouehit instigatio.

SOCRATES FUIT VERVS AMATOR ET CVPIDI-
ni similis. CAPVT II



DE amore haecenus. Ad Alcibiadem & Socratem ueniamus. Postquam conuiuie satis amantium deum laudauerant, reliquum erat ut dei huius cultores legitimi laudaretur. Maxime omnium legitime amasse Socrates ab omnibus perhibetur. Is cum per omnem uitam palam sine ulla profusa dissimulatioe in castris Cupidinis militasset, à nullis unquam notatus est quasi minus honeste quendam dilexerit. Huic uita serueritas & alienorum scelerum correptio frequens, multos & magnos uiros, ut solet ueritas, in sensos reddiderat. Anytum, Melitum, Lycoum ceteros in reprob. potentissimos: Thrasymachum, Polium & Calliam oratores. Aristophanem praeterea comicum acerrimum habuit insectatorem. Sed neq; ciues illi in accusatione, quae Socratem in iudicium traxere, in honestos amores inscripserunt, neq; oratores eius hostes tale quicquam Socrati obiecerunt, neq; Aristophanes Comicus, licet alia multa & absurda in Dionysijs colligat in Socratem maledicta. An censetis cum sit tam foeda se labe conquinasset, imò nisi fuisset ab huius criminis suspitione remotissimus, uenenosus talium detrahorum linguas enasurum fuisse? Nunquid optimi uiri illum in superioribus animaduertistis, quod dum Plato ipsum fingit Amorem, Socratis omnem pingit effigiem, ac numinis illius figuram ex Socratis persona describit, quasi uerus amor, ac Socrates simillimi sint, atq; ideo ille praeter ceteris uerus sit legitimusq; amator? Agite iam Amoris picturam in animum reuocate. Videbitis in ea Socratem figuratum. Socratis personam ante oculos ponite. Macilentum, aridum, squalidumq; uidebitis: hominem scilicet natura melancholicum ut fertur, atq; hisuitum. Excenuatū inedia. Incuria sordidum. Nudum praeterea, id est simplicem & ueteri operum palliolo. Sine calcibus incedentem. Ita semper solum incedere Socratem apud Platonem Phaedrus ostendit. Humilem perq; infima uolantem, Humi semper Socratis defixus erat aspectus, ut ait Phaedo. Loca insuper uilia frequentabat: aut enim in Simonis coriarij, aut in Cuisptorum officinis obuersabatur. Rusticis & incomptis utebatur uocabulis: quod illi obijcit Callicles in Gorgia. Ad deo praeterea mitis, ut multis laesitius iniurijs, saepe etiam pulsatus, ne commotus quidem animo fuisse tradatur. Sine domicilio. Interrogatus Socrates cuius esset Mundanus inquit. Ibi enim patria, ubi bonum. Sed neq; huc proprij lares, neq; mollis lectus, neq; delicatus uictus, neq; speciosa suppellex. Ad fores in uia sub diuo dormiens. Haec aperitum pectus & cor patens omnibus in Socrate nostro significant. Praeterea quod & uisu delectabatur atque auditu, quae fores animi sunt: quod etiam securus & intrepidus incedebat, iacebatq; etiam si oportuisset pallio obuoluitus ubiq; semper egenus. Quis nesciat Socratem sculptoris & obstetricis fuisse filium? & usq; ad senectutem in sculpendis lapidibus manu propria uictum quassasse, nec habuisse unquam unde se satis & filios aleret? Hic impiam suae mentis passim confitebatur, interrogans omnes, nihil scire se praedicans. Virilis: erat enim constantis animi, inuictaq; sententiae, qui etiam Archelaum Macedonem, & Scopam Cranium, Eurilochumq; Larissum aspernatus est alto animo: cum ab eis missas pecunias non acceperit: neq; ipse ad eos uoluit proficisci. Audax, serroxq;. Quanta eius fuerit in rebus bellicis fortitudo, Alcibiades in conuiuio explicat copiosissime: cui Socrates cum in Potidea uicisset, uictoriam sponte dicitur concessisse. Vehemens: erat quippe ut recte Zopyrus Physionomus iudicauerat, concitatisimus. Saepe uero inter loquendum agente id orationis uehementia iactare digitos solebat, & crines uellere. Facundus. Huic rationes in utraq; partem ferme pares dum differeret suppetebant. Hic licet incomptis uerbis uteretur, ut in conuiuio Alcibiades ait, magis tamen quam Themistocles & Pericles, comitibusq; ceteri oratores audientium animos commouebat. Pulchris & bonis insidiatur. Insidiatus sibi semper fuisse Socratem Alcibiades inquit. eorum quippe qui honesta indole praediti uidebantur, amore captus, eosdem rationibus suis ad philosophiam iudicia Socrates capiebat. Callidus sagaxq;. Venator. Socratem uenari solitum ex corporis forma diuinam speciem, in superioribus satis est dictum: & in Protagora Plato testatur. Machinator. Multis modis ut indicant Platonis dialogi, sophistas consuebat: adolescentes exhortabatur, modestos uiros erudiebat. Prudentie studiosus. Fuit enim tanta prudentia, & in praesagiendo tam perspicax, ut quisquis contra eius consilium quicquam auderet, perderetur, quod in Theaeteto à Platone narratur. Per omnem uitam philosophans. Hic in sua illa apud iudices defensione iudicibus edixit, si ea conditione eum morte absoluerent, ut nunquam postea philosopharetur, se mori malle quam philosophari desinere. Incantator, fascinator, ueneficus atq; sophista. Nam Alcibiades ait se magis Socraticis uerbis quam Marisae Olympiq; excellentiumq; musicorum melodia mulceri. Demone uero illi fuisse familiarem, & accusatores sui & amici testantur. Sophistam quoque Socratem Aristophanes comicus appellauit, atq; etiam sui accusatores. Quippe cui aequa esset hortandi & dehortandi facultas. Inter sapientium

M tiam

tiam & insipientiam modius. Cum omnes homines ignorantes sint, inquit Socrates, hoc ego tantum à ceteris differo, quòd meam ignorantiam non ignoro; cum alij prorsus ignorent. Ita erit inter sapientiam & ignorantiam mediū: quia licet res ipsas nesciret, suam tamen ignorantiam cognoscebat. Quas ob res Socratem amori simillimum ideò; uerissimum amatorem post amorem ipsum laudandum Alcibiades indicauit, ut in eius laude intelligamus omnes qui similiter amant, esse laudatos. Quae Socratis laudes sint hic audistis, & in Platonis uerbis Alcibiadis erò patent clarissime: quo etiam pacto amabat Socrates cognoscere potest qui Diotimæ doctrinæ meminertis. Ita enim amauit Socrates, ut supra Diotima docuit.

DE AMORE FERINO, QUOD INSANIAE SPECIES EST. CAPVT III



ERV M interroget forte quispiā: Quid hominum generi Socraticus amor iste conducatur tantis sit laudibus celebrandus, quid ob sit cōtrarius. Dicā e quidem alius aliquanto exorsus. Plato noster suorem in Phædro mentis alienationem definit. Alienationis autē duo genera tradit. Alteram ab humanis morbis, alteram à deo provenire existimat. Insaniam illam: hanc diuinum suorem nuncupat. Insania morbo infra hominis speciem homo deicitur: & ex homine brutum quodammodo redditur. Insaniae duo sunt genera. Vñū cerebri, alterum cordis uitio nascitur. Cerebrū saepe adusta bili, sepe sanguine adusto, nonnunq̄ ara bili nimia occupatur. hinc dementes homines quandoq; redduntur. Qui adusta bili uexantur: uel à nemine lacessiti uehementissime irascuntur: alte uociferantur: in obuios irruunt: seipos & alios cadunt. Qui sanguine adusto laborant, effusos nimium in risu prorūpunt: præter omnium cōsuetudinem se iactant: mirabilia de se pollicentur: cantu gestiunt, exultantq; tripudiao. Qui bili premuntur atra, moerent perpetuo: ipsi sibi somnia fingunt, quæ uel presentia ex pauescūt, uel futura formident. Atq; hæc quidē tres insanie species cerebri sunt defectu. Quando enim humores illi retinentur in corde, angustiam & sollicitudinē pariunt, non dementia: tunc uero ameniam, quando caput oppresserint, ideo cerebri uitio dicuntur contingere. Cordis autē morbo eam proprie insaniam fieri arbitrantur, qua affliguntur hi qui perditē amant. His falso sacratissimum nomen amoris tribuitur. Verū ne forte nimis cōtra multos sapere uideamur, dispositionis gratia nos etiā nomine ad istos utamur.

AMOR VULGARIS EST FASCINATIO QUÆ ADAM CAPVT IIII



OS autem aurium, ac mentis intentionem dicendis accommodat. Sanguis in adolescentia subtilis est, clarus, calidus atq; dulcis. Procedente enim etate subtilioribus partibus resolutus, fit crassior: propterea fit & obscurior. Nempe quod tenue rarumq; est, purū est atq; per lucidum: contrarium uero contra. Cur calidus atq; dulcis: quia uita, & uiuendi initium, ipsa scilicet generatio, in calore & humore consistit, ac semen prima uiuentium genitura calidum est & humidum: natura talis in pueritia & adolescentia uiget. In sequentibus etatibus paulatim in contrarias qualitates siccatatem & frigiditatem necessario permutatur. Ideo sanguis in adolescente subtilis est, clarus, calidus atque dulcis: quia subtilis, clarus: quia recens, calidus atq; humidus: quia calidus est, ideo dulcis esse uidetur. Dulcedo enim fit in calidi & humidū mixtione. Quorsum hæc: nempe ut intelligatis spiritus in hac etate subtiles & claros, esse calidos atque dulces. Et enim cum à cordis calore ex puriori sanguine generentur, tales in nobis sunt semper, qualis est & sanguinis humor. Quemadmodum uero spirituum uapor huiusmodi creatur ex sanguine: ita & ipse similis sibi radios per oculos quasi uitreas fenestras emittit. Atq; etiam sicut eorum mundi sol suo circuitu lumen, perq; lumen uirtutes suas ad inferiora demittit: sic corporis nostri cor, motu suo quodam perpetuo proximum sibi sanguinem agitans ex eo spiritus in totum corpus, perq; illos luminum scintillas, per membra diffundit quidem singula, per oculos autem maxime. Ad altissimas quippe corporis partes spiritus maxime cum sit leuissimus euolat: eiusq; lumen per oculos, cum ipsi perspicui sint atq; omnium partium nitidissimi, uberius emicat. Inesse uero oculis & cerebri lumen aliquod licet exiguum, animalia multa que noctu uident testimonio esse possunt, quorum in tenebris coruscant oculi. Ac etiam si quis certo quodam modo oculi angulum digito preserit, contorseritq; circulum quendam uidetur intra se lucidum intueri. Fertur & diuus Augustus oculos adeo claros & nitidos habuisse, ut cum acrius quemquam intueretur, cogeret eum quasi ad solis fulgorem uultum submittere. Tiberius quoq; prægrandibus fuisse oculis traditur, & qui quod mirum esset, noctu etiā & in tenebris uiderent: sed ad breues, & cū primo è somno patuissent, deinde rursus hebescebāt. Quod autē radius emissus ab oculis uaporē secum spirituales trahat, & uaporis sanguinē, ex eo perspicimus quòd lippi et rubentes oculi spectantis proxime oculos radij sui emissionē cogunt morbo simili laborare. Vbi apparet et radiū usq; ad obuiū illum protendi, & cum radio una uaporem corrupti sanguinis emanare: cuius contagione oculos spectantis inscit inquit. Scribit Aristoteles mulieres quando sanguis menstruus defluit, intuitu suo speculum sanguineis guttis saepe fedare. Quod ex eo fieri arbitror, quia spiritus qui uapor sanguinis est, sanguis quidam tenuissimus uidetur esse, adeo ut aspectum effugiat oculorum: sed in speculi superficie factus crassior, clare perspicitur. Hic si in rariorem materiam

nam aliquam eui pannum, aut lignum incidat, ideo non uidetur, quia in superficie rei illius non restat, sed penetrat. Si in densam quidem, sed asperam, sicut saxa, lateres, & similia, corporis illius inæqualitate dissipatur & frangitur. Speculum autē propter duriciem sicut in superficie spiritum: propter æqualitatem, lenitatemq; seruat infra: propter nitorem, spiritus ipsius radiū inuolat & auget: propter frigiditatem rarissimam illius nebulam cogit in guttulis. Eadem ferme ratione quoties hiantibus faucibus obnixè anhelamus in uitrum, eius faciem tenuissimam quodam saluæ rore cōspicimus. si quidem halitus à salina euolans, in ea materia compressus relabatur in saluam. Ergo quid mirum si patefactus oculus & intentus in aliquem, radiorū suorum aculeos in adstantis oculos iaculat: atq; etiam cum aculeis istis, qui spirituum uehicularum sunt, sanguineum uaporem illum, quē spiritum nuncupamus, intendit? Hinc uirulentus aculeus transfuerbat oculos; cumq; à corde percipientis mittatur, hominis perculli præcordia, quasi regionem propriā repetit: cor uulnerat: inq; eius duriori dorso hebescit, reditq; in sanguinem. Peregrinus hic sanguis à sauciū hominis natura quodammodo alienus, sanguinem eius proprium inscit in se: sanguis egrotat. Hinc duplex sequitur fascinatio. A spectu setidi senis, & mulieris menstrua patientis, puerum fascinat. A spectu adolescentis fascinat seniore. Quoniam uero senioris humor frigidus est atq; tardissimus, uix dorsum cordis attingit in puero: & ineptus ad transitū, cor nisi propter infantiam sit mollissimum, parum admodum cōmouet. Hæc ideo leuis fascinatio est: illa uero grauisima, per quam uulnifer transigit præcordia senioris. Hoc illud est amici optimi de quo Platonis Apuleius conqueritur. Causam inquit omnis, & origo presentis huius doloris, etiam medela ipsa, & salus unica mihi tute ipse es. Isti enim tui oculi per meos oculos ad intima delapsi præcordia, acerrimum meīs medullis commouent incendium. Ergo miserere tua causa peruenitis. Ponite obscuro ante oculos Phædrum Myrrhinusium, & Thebanū illum eius amore captum Lysiam oratorem. Lysias in Phædro uultum inhabitat: Phædrus in oculos Lysie scintillas suorum defigit oculorum, cumq; scintillis uena transmittit & spiritum. Radius Phædro radio Lysie facile copulatur: spiritui quoq; facile iungitur spiritus. Vapor huiusmodi à Phædro corde genitus Lysie statim petit præcordia: quorū hebetudine fit compactor, & in priorem Phædro relabatur sanguinem: ita ut Phædro sanguis, quod mirum est, iam in corde sit Lysie. Hinc ad clamorem admodum cōmouet: Lysias ad Phædrum: Cor meum Phædre, charissima uiscera: Phædrus ad Lysiam: O spiritus meus, o meus sanguis Lysia. Sequitur Phædrus Lysiam, quia cor suum poscit humorem. Sectatur Phædrum Lysias, quia sanguineus humor uas proprium postulat, suam exigit sedem. Verum Lysias Phædrum sectatur ardentius. Facilius enim cor sine minima humoris sui particula quam humor ipse sine corde proprio uiuit. Riuis fonte magis q̄ fons riuiuo indiget. Igitur ut ferrum qualitate magnetis accepta, ad lapidem hunc trahitur quidem, lapidem uero non attrahit: ita Lysias Phædrum magis quam Phædrus Lysiam sequitur.

QUAM FACILE AMORE IRRETIAMVR. CAPVT V



Ni potest dixerit quispiā, tenuis radius, leuissimus spiritus, pauculus sanguis Phædro, citò, tam uehementer, tam perniciosè totū Lysiam inquinare? Hoc utiq; mirū non uidebitur si ceteros morbos, qui cōtagione nascuntur, cōsiderabitis, si pruritū, si leprā, pleurēsimum, phthisim, dynteriam, lippitudinē, epidimiā. Amatoria uero cōtagio facile fit, & grauisima omnium pestis euadit. Quippe spiritualis uapor ille sanguisq; ab adolescente seniore prorsus iniectus, quatuor habet ut supra diximus qualitates. Clarus est, subtilis, calidus atq; dulcis. Quia clarus, oculorum & spirituum claritati in seniore maxime consonat, blanditur & allicit: quo fit ut aude ab illis hauriatur. Quia subtilis, celerrime conuolat in præcordia: inde facillime per uenas & arterias in corpus permanat uniuersum. Quia calidus, uehementer agit et mouet, et fortius senioris sanguinē inscit, cumq; in suā cōuertit naturā, quod Lucretius ita tetigit: Hinc in te primum Veneris dulcedinis in cor Stillauit gutta: & successit frigida cura. Præterea quia dulcis, fouet uiscera quodā modo, pascit atq; oblectat. hinc fit ut totus uiri sanguis in iuuenilis sanguinis naturam mutatus, iunioris illius appetat corpus, quo suas uenas inhabitat, & recentis sanguinis humor, uenas quoq; recentes & teneras illabatur. Fit etiam ut uoluptate simul & dolore æger hic tangatur. Voluptate propter uaporis illius, & sanguinis claritatem atq; dulcedinē. Illa si quidem allicit, hæc oblectat. Dolore propter eius subtilitatem atq; calorem, illa quippe uiscera diuidit & discerpit: hic homini quod suum est aufert, & in alterius mutat naturam. Per quam sane mutationem eum in se quiescere non permittit: sed ad eum semper à quo infectus est trahit. Hoc ita Lucretius inuuit. Idq; petit corpus mens unde est saucia amore. Namq; omnes plerunq; cadunt in uulnus: & illam Emicat in partem sanguis unde icimur ictu. Et si comminus est hostem ruber occupat humor. In his carminibus Lucretius nō aliter uult sanguinem hominis oculorū radio uulnerati in uulnerantem prolabi, quam hominis gladio cæsi sanguis prolabitur in cadentē. Huius, ut ita dicā, miraculi si rationem requiritis affe-

ram. Vulnerat Hector Patroclum, ac perimit. Patroclus Hectorē inspicit vulnerantē. Vnde eius cogitatio iudicat ulciscendum. confectum ad vindictam bilis accenditur, ab ea sanguis inflammatur, & ad vulnus euestigio properat, tum ut partem illam corporis foueat, tum etiam ad vindictam. eodem concurrunt & spiritus, quia leues sunt, ad Hectorē usque uolantes in eum migrant, eius calore seruantur ad tempus puta ad horas septem: eo ipso in tempore si Hector cadaveris vulnus cominus intensus inspicat, vulnus cruore uersus Hectorē eicit; potest enim cruor uersus hostem quodammodo effluere, tum quia nondum calor omnis extinctus est, nondum agitatio quiescit interior, tum quia pauloante in eum concitus fuerat, tum denique quia sanguis spiritus repetit suos, atque etiam spiritus suum attrahant sanguinem. Simili quodam pacto hominis amore saucij sanguinem festinare in ferientem & Lucretius innuit, & nos summopere comprobamus.

DE MIRO QUODAM EFFECTU VULGARIS AMORIS
CAPVT VI

DICAM ne uiri castissimi, quod sequitur, an potius praetermittam? Dicam certe postquam res ipsa postulat, & si dictu uidetur absurdum. At quis turpia non turpiter dixerit. Tanta permutatio senioris hominis ugens ad iunioris similitudinem facit, ut hic totum suum corpus in illum transferre & totum illius in se transfundere studeat, ut uel recens humor uasa recētia, uel uasa teneriora tenore consequantur humorem. Hinc multa inter se turpissime facere cōpelluntur. Cum enim genitale semen à toto corpore desinat, solo huius iactu, uel tractu totum corpus tradere se posse confidunt, & totum accipere. Id in seipso philosophus Epicureus ille praesensit Lucretius amantium omnium infelicissimus.

Sic igitur Veneris qui telis accipit ictus,
Sine puer membris muliebribus hunc iaculatur
Seu mulier toto iactans de corpore amorem,
Vnde feritur, eō tendit gestitque, coiret.
Et iacere humorem in corpus de corpore ductum.
Affigunt auide corpus iunguntque salius
Oris, & inspirant pressantes dentibus ora
Ne quicquam: quoniam nil inde abraderi possunt
Nec penetrare & abire in corpus corpore toto.
Nam facere interdum uelle & certare uidentur.
Vsq̄ adeo cupide Veneris compagibus haerent,
Membra uoluptatis dum nil labefacta liquefunt.
Hæc Lucretius Epicureus. Quod etiam totum in se capere amatum amantes cupiant, Artemisia Mausoli regis Cariae uxor ostendit, quæ supra affectionis humane fidem uirum suum amauisse dicitur: eiusque defuncti corpus redigisse in puluerem, & aquæ inditum ebibisse.

VULGARIS AMOR EST SANGVINIS PERTURBATIO
CAPVT VII

SSE uero hanc in sanguine passionem illud argumento est, quod æstus huiusmodi alterna requie caret. Continua uero febris à physicis in sanguine ponitur. quæ autem horas sex quieti relinquit, in pituita: quæ diem unum, in bili: quæ duos, in atrae bilis humore. In sanguine igitur illam merito collocamus. In sanguine uidelicet melancholico: ut in oratione Socratis audiuiſtis, hunc sanguinis contagionis semper affixio comitatur.

QUOMODO AMANTES FIUNT AMATI, SIMILES
CAPVT VIII

DE O nemo uestrum miretur si quem amantem audiuerit amati sui similitudinem aliquam uel figuram suo in corpore contraxisse. Pregnantes sepe mulieres uinum quod audissimè cupiunt, uehementer excogitant: uehementis cogitatio, spiritus mouet interiores, atque in his excogitate rei pingit imaginem. Isti sanguinem mouent similiter, & in mollissima foetus materia, uini imaginem expriment. Amator autem ardentius quam pregnantes, suas cupit delicias: uehementius quoque & firmitus cogitat. Quid mirum si usque haerentes & in fixi pectore uultus ab ipsa cogitatione purgantur in spiritu: à spiritu statim in sanguine infigantur: praesertim cum in Lysiae uenis iam mollissimus sanguis Phædri sit genitus, ut facillime possit Phædri uultus in suisque sanguine relucere. Quoniam uero membra corporis singula ut quotidie ardeant ita sumpto alimonie rore quotidie reuiuiscunt: sequitur ut in dies corpus cuiusque hominis, quod sensim exaruit, paulatim reficiatur. Reficiuntur autem membra à sanguine ex uenarum riuulis emanante. Ergo miraberis si certa similitudine pictus sanguis eandem membris impreſſerit: ut Lysias tandem Phædro in nonnullis uel coloribus uel lineamentis, aut affectibus, aut gestibus euasisse similis uideatur.

A QUIBVS PRÆCIPVE IRRETIAMVR, CAPVT IX



QVÆRET forsitan aliquis: à quibus praecipue & quo pacto illaqueentur, & quomodo soluantur amantes. Foeminae profecto uiros facile capiunt: facilius autem illæ, quæ masculam quandam indolem praese ferunt: & tanto facilius masculi, quanto similiores sunt uiris quam foeminae, & sanguinem spiritumque habent lucidiorem, calidiorem, subtiliorem: qua in re amatoriam consiſtit illaqueatio. Ex maribus autem illi uiros, seu mulieres uelocissime fascinoant, qui sanguinei sunt potissimum, & quadam ex parte cholericis, oculos amplos habent, glaucosque nitentes: praecipue uero si casti uiuant, & neque per coitum claro humorum succo exhausto serenos uultus sedauerint. Hæc enim ad ipsas sagittas proprie emittendas que cor uulnerant, ut supra tetigimus, requiruntur. Irretiuntur praeterea cito quibus nascentibus Venus fuerit in Leone, uel Luna Venerem uehementer aspexerit, & qui eadem complexionem sunt praediti. Phlegmatici in quibus dominatur pituita, nunquam: Melancholici, in quibus atra bilis, uix quidem capiuntur: sed capti, nunquam postea liberantur. Quando sanguineus deuinct sanguineus, leue iugum est, suauis uinculum, similis namque complexio mutuum creat amorem. Huius praeterea humoris suauitas spem & fiduciam praestat amanti. Quando cholericus cholericum, intolerabilior feruitus. Vicissitudinem quidem nonnullam beneuolentiae in his facit complexionis similitudo: sed igneus ille bilis humor crebra illos iracundia turbat. Quando sanguineus cholericum, aut contra, propter suauis simul et acris humoris commixtionem alternatio quaedam prouenit iracundiae & gratiae, uoluptatis atque doloris. Cum sanguineus melancholicum ligat, nodus perpetuus non miserrimus. Sanguinis quippe dulcedo melancholice amaritudinem temperat. Cum uero cholericus illaqueat melancholicum, pestis omnium perniciosissima. Acutissimus adolescentis humor senioris uiscera passim illabitur. Est mollis flamma mellullas. Vritur infelix amator. Cholera ad iracundiam caedensque prouocat. Melancholia ad mororem & perpetuam querimoniam. Is sepe idem qui Phyllidi, Didoni, Lucretio, amoris est exitus. Phlegmaticus autem seu melancholicus adolescens propter sanguinis & spirituum crassitudinem capit neminem.

MODVS ILLAQVEATIONIS, CAPVT X



QUO autem pacto fascinoentur amantes satis supra dixisse uidemur, si modo illud addamus, mortales tunc summopere fascinoari, quando frequentissimo intuitu aciem uisus ad aciem dirigentes, luminaria iungunt luminibus, & longum miseri combibunt amorem. Huius profecto morbi, ut Musco placet, causa omnis & origo est oculus. Ideo si quis nitore polleat oculorum, licet minus in reliquis membris cōpositus sit, sepius inueniētes ea ratione qua diximus insanire compellit. Qui contra dispositus est, ad moderatam quandam beneuolentiam inuitat potius quam ardorem. Reliquorum praeter oculos membrorum concinnitas non cause uim ad ægotationem huiusmodi, sed occasionis impulsam uidetur habere. Talis quippe compositio eminus prospicientem ut propius accedat hortatur, dein de cernentem cominus in ipsa sui consideratione diuissime detinet: immorantem uero solus ipse ferit intuitus. Ad moderatum autem amorem illum diuinitatis participem, de quo in hoc conuiuio ut plurimum disputatur: non oculus solus, ut causa: sed partium cunctarum concordia iucunditasque concurrunt.

CURATIO AMORIS, CAPVT XI



MACTENS quomodo & à quibus irretiamur tractauimus: restat ut quomodo soluiamur, paucis doceamus. Solutio uero duplex: altera quidem naturæ: altera diligentiae. Naturalis est quæ certis temporis interuallis perficitur. Quæ non ad hunc solum sed ad omnes attinet morbos. siquidem in cute pruritus eatenus permanet, quatenus tabidi sanguinis sex in uenis, aut falsedo pituita uiget in membris. Defecato sanguine & pituita demollita pruritus desinit: & scædæ curtis macule abolentur. Euacuationis tamen matura diligentia confert plurimum. Repentina euacuatio, uel unctio periculosissima iudicatur. Inquietudo quoque amantium tamdiu necessario perseuerat, quoad infectio illa sanguinis per fascinoationem iniecta uisceribus permanens graui cor premit cura. Uulnus dicit uenis: cæcis membra flammis adurit, à corde siquidem in uenas: à uenis in membra fit transitus. hæc denique, expurgata amantium, immo uero amentium cessat in quietudo. Id longum in omnibus requirit temporis spatium: in melancholicis uero longissimum: praesertim si Saturni influxu fuerint irretiti. adde & amarissimum: si Saturno retrogrado: uel Marti coniuncto: uel soli opposito mancipati sint. Aegrotant illi & diutissime: in quorum natiuitate Venus in domo Saturni fuerit: uel Saturnum Lunamque uehementer aspexerit. Addenda est naturali huic purgationi diligentissime artus in dustria. Cauendum in primis ne immatura euellere, uel amputare tentemus: neque summo cum periculo discindamus, quæ tutius dissuere possumus: consuetudinis intermissio faciēda. Summopere uero cauendum ne lumina oculorum luminibus coniungantur. Si quid in amati animo uel corpore uitij est, diligenter animo reuoluenandum.

Plurimus, uarijs, grauibus negotijs animus applicandus saepe minuendus sanguis est: uino utendum claro, non
 iunquam etiam ebrietate, ut ueteri sanguine uacuo nouus sanguis accedat, nouus & spiritus. Exercitatione se
 pe ad sudorem usq; uti praestat: per quam corporis meatus ad expurgationem faciendam aperiantur. Ea insuper
 omnia quae Physiici ad cordis praesidium adhibent & cerebri alimentum, profunt quamplurimum. Saep̄ etiam co
 eundem Lucretius praecipit.

Sed fugitare decet simulacra: & pabula amoris
 Absterrere sibi atq; aliud conuertere mentem,
 Et iacere humorem coniectum in corpora quaeq;
 Nec retinere semen conuersum unius amore.

QUAM NOXIVS VVLGARIS AMOR CARVT XII

SED ne diutius de insania loquētes insaniamus, sic breuibus cocludamus. Insaniae species quaedā est
 anxia illa sollicitudo, qua uulgares amantes diu noscēq; uexantur: qui amore durate bilis incendio
 primum, deinde atrae bilis adustione afflicti, in furias, ignemq; ruunt: & quasi caeci quod praecipiten
 tur ignorat. Quam perniciosus adulterinus hic amor tam amatis quam amantibus sit. Lysias The
 banus & Socrates apud Platonem in Phaedro demonstrant. Hoc itaq; furor homo in bestiae naturā deuoluitur.

QUAM UTILIS DIVINVS AMOR, ET DE QUATVOR
 eius speciebus. CAPVT XIII

DIVINO autem furore super hominis naturam erigitur, & in deum transit. Est aut furor diuinus
 illustratio rationalis animae: per quam deus animam a superioris delapsam ad infera, ab inferis ad supe
 ra retrahit. Lapsus animae ab ipso uno rerum omnium principio ad corpora, per quatuor gradus
 efficitur, per mentem, rationem, opinionem atq; naturam. Nam cum in omni rerum ordine sex gra
 dus existant, quorum summum tenet ipsum unum, infimum corpus, media uero sunt quatuor quae praediaimus:
 necesse est quicquid a primo ad ultimum labitur, quatuor per media cadere. Ipsum unum rerum omnium termin
 us & mensura, confusions & multitudinis expers. Mens angelica multitudo quidem idearum, sed stabilis &
 aeterna. Ratio animae multitudo notionū argumentationumq; mobilis, sed ordinata. Opinio autem inordinata, et
 mobilis imaginum multitudo: sed substantia punctisq; unita: cum anima ipsa in qua est opinio, una substantia sit
 nullum occupans locum. Natura, id est nutriendi uis ab anima, & animalis cōplexio similiter, nisi q; per corporis
 puncta diffunditur. Corpus autem in determinata partium & accidentium multitudo subiecta motui, & substan
 tia punctis momentisq; diuisa. Haec omnia respicit anima nostra, per haec descendit, per haec & ascendit. Ut enim
 ab ipso uno quod omnium principium est, producitur, unitatem quandam sortita est: quae omnem essentiam eius
 uires operationesq; unit: a qua & ad quam ita cetera quae in anima sunt se habent, sicut a centro & ad centrum
 circuli linea. Vnit uero non modo animae partes inuicem & ad totam animam: sed animā totam ad ipsum unum
 rerum omnium causam. Ut autem diuinae mentis radio claret, rerum omnium ideas per mentem actu stabili con
 templat. Ut seipsam respicit, rationes rerum uniuersales cogitat: et a principijs ad conclusiones ratiocinatione
 discurret. Ut corpora respicit, particulares rerum mobilium formas atq; imagines per sensus acceptas opinione
 uolunt. Ut materiam attingit, natura uelut instrumento utitur, quo unit materiam, mouet & format. Unde ge
 nerationes, augmenta, & eorum contraria proficiuntur. Ceruicis igitur ab uno quod super aeternitatem in eter
 nam multitudinem labitur: ab aeternitate in tempus, a tempore in locum atq; materiam, labitur in quam, quando
 ab ea puritate, qua nata est, longius corpus amplectendo discedit.

QUIBVS GRADIBVS DIVINI FVRORES ANIMAM EXTOL
 LVNT. CAPVT XIII

QUAPROPTER sicut per quatuor descendit gradus, per quatuor ascendat necesse est. Furor
 autem diuinus est, qui ad supera tollit, ut in eius definitione constitit. Quatuor ergo diuini furoris
 sunt species. Primus quidem poeticus furor. Alter mysterialis. Tertius uaticinium. Amatorius esse
 huius est quartus. Est autem poesis a musis, Mysteriorum a Dionysio, uaticinium ab Apolline, amor
 a Venere. Redire quippe ad unū animus nequit, nisi ipse unum efficitur. Multa uero effectus est: quia est lapsus
 in corpus in operationes uarias distributus, & ad corporalium rerum multitudinem respicit infinitā. Ex quo par
 tes eius superiores pene obdormiunt, inferiores alijs dominantur. Illae torpore, haec perturbatione afficiuntur. To
 tus autem animus discordia & inconcinnitate repletur. Poetico ergo furore primum opus est, qui per musicos
 tonos quae torpent suscitatur: per harmonicam suauitatem quae turbantur, mulceat: per diuersorum denique con
 sonantiam, dissonantem pellat discordiam, & uarias partes animi temperet. Nec satis hoc est. Multitudo enim
 adhuc

adhuc & diuersitas restat in animo. Accedit ergo mysterium ad Dionysium pertinens: quod expiationibus, sa
 crisq; & omni cultu diuino partium omnium intentionem in mentem, qua deus colitur, dirigit. Unde cum singu
 lae animi partes ad unam mentem redactae sint, iam totū quoddam unum ex pluribus factus est animus. Tertio ue
 ro ad hoc opus est furor, qui mentem ad unitatem ipsam animae caput reducat. hoc Apollo per uaticinium effi
 cit. Nam cum anima supra mentem in unitatem surgit, futura praesagit. Denum cum anima facta est unum, unum
 inquam quod in ipsa natura & essentia animae est, restat ut illico in unum quod est super essentiam, id est, deum
 se reuocet. Hoc coelestis illa Venus per amorem, id est, diuinā pulchritudinis desiderium, boniq; ardorem explet.
 Primus itaque furor inconcinnus & dissonantia temperat. Secundus temperata unum totum ex partibus efficit.
 Tertius unum totum supra partes. Quartus in unum quod super essentiam, & super totum est ducit. Plato in
 Phaedro, mentem diuinis deditam, in anima hominis aurigam uocat: Vnitatem animae, aurigae caput: Rationem,
 opinionemq; per naturalia discurrentem, equum bonum: Phantasiā confusam, appetitumq; sensuum, malum &
 quum: Animae totius naturam, currum. quia motus suus tanquam orbicularis a se incipiens a se denique redit,
 dum suis ipsius naturam animaduertit. Vbi consideratio eius ab anima profecta in eandem reuertitur. Alas animo
 tribuit, per quas in sublime feratur: quarum alteram putamus indagacionem illam esse, qua mens assidue ad uerit
 tatem annititur: Alteram boni desiderium, quod nostra uoluntas semper afficitur. Haec partes animae suam amittunt
 ordinem, quando perturbante corpore confunduntur. Primus itaq; furor bonum equum, id est rationem opinio
 nemq; a malo equo, id est, a phantasia confusa & sensuum appetitu distinguit. Secundus malum equum bono, bo
 num aurigae, id est, menti subijcit. Tertius aurigam in caput suum, id est, in unitatem mentis apicem dirigit. Por
 thremus caput aurigae in caput rerum omnium uertit. Vbi aurigae beatus est, & ad praesepe, id est, ad diuinam pul
 chritudinem sistens equos, id est, accommodans omnes sibi subiectas animae partes, obijcit illis ambrosiam, & su
 per ipsam nectat potandum, id est uisionem pulchritudinis, & ex uisione letitiam. Haec quatuor furorum opera
 sunt. De quibus generatim in Phaedro disputat, proprie uero de poetico furore in Ione, de amatorio, in Conui
 uio. Omnibus his furoribus occupatū fuisse Orpheum libri eius testimonio esse possunt. Amatorio maxime Sapp
 pho, Anacreontem & Socratem fuisse correptos accepimus.

OMNIBVS HIS FVROREBVS AMOR PRAESTAN
 tior est. CAPVT XV

MINIMUM potentissimus & praestantissimus est amatorius. Potētissimus inquam, propterea quod
 omnes alij ipso necessario indigent, neq; enim possum, neq; mysteria, neq; uaticinium sine ingenti stu
 dio, flagranti pietate, & sedulo diuinitatis cultu consequimur. Studium uero pietatem, cultum quid
 aliud dicimus q̄ amorem? igitur omnes amoris potentia constant. Est etiā praestantissimus, quoniam
 ad hunc tanquam ad finem alij referuntur. Hic aut proxime deo, qui nos copulat. Hos utiq; furores quatuor, to
 tidem adulterini affectus falso imitari uidentur. Poeticū quidem musica ista uulgaris, quae auribus duntaxat blan
 ditur, Mysterialē, uana multorum hominum superstitio. Fatidicum, fallax peritiae humanae coniectio. Amator
 rium, libidinis impetus. Verus enim amor nihil aliud quam nixus quidam ad diuinam pulchritudinem euolans
 di ab aspectu corporalis pulchritudinis excitatus. Adulterinus autem, ab aspectu in eactum precipitatio.

QUAM UTILIS AMOR SOCRATICVS. CAPVT XVI

QUAEVIS quid amor Socraticus conferat? Primo quidem ipsi Socrati plurimum ad alas illas recupe
 randas, quibus in patriam reuolet. Deinde ciuitati suae magnopere ad honeste felicitatē uiuendum.
 Ciuitatem profecto non lapides sed homines faciunt. Homines uero a tenera aetate quae admodum ar
 bores a tenerioribus curandi sunt, & ad frugem optimam dirigendi. Puerorum curam parentes ha
 bent & paedagogi. Adolentes autem limites parentum & paedagogorum non prius transgrediuntur q̄ iniqua
 uulgi consuetudine deprauentur. Superiorem quippe uiuendi normam domi imbibitam sequeuntur, nisi ab ea
 improborum hominum, eorum praesertim qui illis blandiuntur, usu, consuetudineq; destituerentur. Quid ergo So
 crates faciet? Num permittet ut flagitiosorum contagione adolescentia, quae futurae rei publicae semen est corrum
 patur? At ubi patriae charitas? Succurret itaq; patriae Socrates, filiosq; illius, suos autem fratres hac pernicie li
 berabit. Leges fortasse conscribet, quibus lasciuos uiros ab adolescentium consuetudine segregabit. Sed non omnes
 Lycurgus, aut Solones esse possumus. Paucis legum condendarum datur autoritas, paucissimi legibus latis obtem
 perant. Quid ergo? uim inferet, & manu iniecta seniores a iuuentute depellet? At solus Hercules cum monstris
 dicitur decertasse, ceteris periculosissima est huiusmodi uolentia. Forstian sceleratos homines monebit, cor
 ripiet, obiurgabit. Ceterum perturbatus animus monentis uerba contemnit, & quod deterius est, seuit in
 monitorem. Quia de causa ab alio pugno, ab alio calce, dum id tentaret percussus est Socrates. Vnica restat iu
 uentuti uia salutis, Socratis consuetudo. Huic ergo Graecorum ille sapientissimus charitate deinctus se miscet

ubiq; & magna incedit adolescentum comitante caterua. Ita uerus amator, utpote pastor, agnorum gregem à falforum amantium, seu luporum uoragine, ac peste tutatur. Quoniam uero pares cum paribus facillime congregantur, parem se facit iunioribus puritate uitæ, uerborum simplicitate, ludis, iocis, atque facetijs. Seq; ex sene puerum facit, in primis ut pueros quandoque reddat domestica & iucunda familiaritate seniles. Ad uoluptatem prona iuuentus sola uoluptate tenetur, rigidos effugit præceptores, hinc nostræ adolescentiæ tutor ad patriæ salutem rerum suarum administratione neglecta iuniorum suscipit curam, eosq; primum iucundæ consuetudinis captat suauitate. Ita illaqueatos, monet deinde seuerius. Postremo censura rigidiori castigat. Hoc pacto Phædonem adolescentulum lupanari publico prostitutum ab ea calamitate redemit, fecitq; philosophum. Platonem post deditum cogit tragicæ diæ igni tradere, & studia preciosa capessere. Xenophontem à uulgari luxu ad sapientum traduxit sobrietatem. Aeschinem & Aristippum ex pauperibus diuites, Phædrum ex oratore philosophum, Alcibiadem ex ignorante doctissimum reddidit. Charmidem grauem fecit & uerecundum. Theagem iustum, fortemq; in republica ciuem. Euthydemum ac Menonem à Sophistarum captiunculis ad ueram transiit sapientiam. Quo factum est, ut non tam iucunda quam utilis fuerit Socratis consuetudo, ac multo ardentius ab adolescentibus, ut Alcibiades ait, dilectus fuerit Socrates quam dilexerit.

QUOMODO AGENDÆ SVNT GRATIÆ SPIRITV SANCTO, qui nos ad hanc disputationē illuminauit atq; accendit. CAPVT XVII



Migitur Coniua optimi quid amor sit, quis uerus amator, quæ ue amantis utilitas ex uestraprimum, ex mea deinde disputatione feliciter comperisse uidentur. Huius autem inuentionis felicissimam causam & magistrum eundem ipsum amorem, qui & compertus est, fuisse proculdubio existimate. Amore nanque, ut ita dixerim, inueniendi amoris accensi, amorem quæsiuimus & inuenimus, ut eidem inquisitionis & inuentionis pariter habenda sit gratia. O miram numinis huius magnificentiam. O incomparabilem amoris benignitatem. Cætera siquidem numina uix tandem postquam diu quæseris se parumper ostendunt, Amor etiam quæsiurus occurrit. Quapropter huic multo magis quam cæteris homines se debere fatentur. Sunt autem qui diuinam potentiam sepe audeant execrari, scelerum nostrorum fulminatricem. Nonnulli etiam sapientiam oderunt nostrorum omnium exploratricem flagitorum. Amorem uero diuinorum bonorum omnium largiorem non amare non possumus. Nos autem amorem hunc adeo nobis propitium ea mente colimus ut ueneremur sapientiam & potentiam admiremur, ut amore duce totum, ut ita loquar, deum habeamus propitium, ac totum amoris flagrantia diligentes, toto etiam deo amore perpetuo perseruamus.

PLATONIS CONVIVIUM VEL DE

AMORE, A MARSILIO FICINO TRANSLATVM, AD

Laurentium Medicem ~~uicem~~ *uicem*.

PERSONÆ DIALOGI, APOLLODORVS, FAMILIARES
APOLLODORI, GLAVCO, ARISTODEMVS, SOCRATES,
AGATHO, PHÆDRVS, PAVSANIAS, ERYXIMACHVS,
ARISTOPHANES, DIOTIMA, ALCIBIADES.



VIDEOR mihi in his quæ petitis, satis præmeditatus esse. Heri enim cum domo ex Phalero in urbem redirem, quidam mihi notus à tergo me aspiciens, eminus uocauit, & inter uocandum iocatus: O Phalerge inquit Apollodore, non expectas? Ego autem expectaui. Tum ille: Quærebam te modo, aut dire cupiens qui de amore sermones habiti sunt in ea cœna, ad quam Agatho, Socrates, Alcibiades, nonnullique alij conuenerunt. Retulit quidem mihi & alius quidam, qui à Phœnice Philippi filio audierat, addiditq; te scire. Verum nihil certea de re asserre poterat. Quare tu mihi referas. Tua enim interest sermones amici tui narrare. Id autem primum dicas. Ipse affuisti cum disputarent, an non? Reuera, inquam, certi nihil retulisse tibi ille uidetur, siquidē cōuenisse illos adeo nuper existimas, ut ego potuerim interesse. Existimabam equidē, inquit ille. Vndenā istud, in quæ ego. Nescis o Glaucō multis iam annis huc Agathonē non accessisse? Ex eo uero tempore quo cū Socrate uersari assidue cœpi, eiusq; tum dicta tum facta diligentius obseruare, nōdum tres anni fluxere. Antea uero quocumq; cōtingebat oberrās, existimansq; aliquid agere, omnium miserimus eram

eram perinde ac tu nunc, qui quodlibet aliud agendum censēs potius, q̄ philosophādum. Nemordeas, inquit ille, sed quo tempore conuiuium celebratum sit, enarra. Ad hæc inquam. Dum pueri adhuc essemus, in primo tragicæ certamine uictoriam reportauit Agatho. Sequenti autem die post palmam, sacraq; uictoriæ gratia celebrata, parato conuiuio disputatio instituta fuit. Longum, inquit, certe id tempus est. Sed quis tibi narrauit? Nunquid ipse Socrates? Non per Iouem inquam, imò idem qui & Phœnici Aristodemus quidam Cydatheneus, qui exiguo corpore erat, & nudis semper pedibus ibat. Interfuit enim disputationi: quippe qui maxime omnium qui tunc erant, Socratem, ut mihi uidetur, amaret. Quinetiam Socratem ipsum de nonnullis quæ ille retulerat, percontatus sum, qui in his cum illo consentiebat. Cur ergo, inquit, mihi non refers? Aptaque inter eundem de illis uerba fecimus. Quapropter quemadmodum à principio dixi, in his rebus satis præmeditatus sum. Quod si iterum uobis recenseri hæc uultis, iterum recensēbo. Nam quoties uel ipse de philosophia sermonem habeo, uel dicentes alios audio, præter id quod prodesse mihi id putem, mirifice lætor. Quoties autem sermones alios audio, uestrōs præferim, qui cum ladis pecunijs studetis semper, & ipse angor, & uestri misereor, quod efficere aliquid existimetis, cum nihil efficiatis. Forte etiā uos in felicem putatis, quos & ipse de me uera putare arbitror. Ego autē uos nō puto quidem, sed certo scio, FAMILI. Semper Apollodore æque tibi ipsi & alijs detrahis, ac uideris, proculdubio te quidē in primis, deinde alios omnes præter unum Socratē infelices putare. Vnde uero infāni cognomen tibi exortū sit, nescio. Semper em loquendo te & alios improbas, Socratē unum probas. APOL. O dilectissime uir, ex eo infānare & delirare me constat, quod ita de me ac uobis existimē. FAMILI. De his in præsentia cōtendere Apollodore nequaquæ decet; sed precibus nostris obsequere, & qui sermones illi fuerint, nobis exponere. APOL. Tales utiq; tibi illi fuerunt. Imò uero à principio eodem ordine quo Aristodemus retulit, uobis ipse nūc recensere conabor. Inquit em Socratē se offendisse & lotum & calcis pedes ornatū, quæ ille raro faciebat; interrogasse uero quonā ita ornatus iret, & respondisse Socratē, Agathonis in domum cœnatū. hesternā uero cœnā uitasse, quod turba propter Agathonis palmā cōcursum ueritus esset, promississe autē sequenti die se affuturum. Ea uero de causa se ornasse, ut pulcher ad pulchrū iret. Quæfisse insuper, quonam pacto tu Aristodemē ad cœnam proficisceris non uocatus? Ut tu iusseris dicebam, inquit. Sequere igitur, inquit me, ut proverbium perdamus, illud in hunc modum mutantes, quod ad bonorum cœnas boni etiā non inuitati proficiscuntur. Homerus quidē uidetur non modo nō obseruare, sed & uiolare proverbium. Nam cum Agamemnonem in remilitari strenuū uirum finxisset, Menelaum uero mollē, cōuiuium celebrante post sacrificium Agamēnone, Menelaum adducit ultro ad mensam Agamēnonis ueniētē. Vbi deteriorē ad præstantioris uiri mensam nō accersitum uenire fecit. Hæc audiens forte & ipse o Socrates dicebam, inquit, nō talis, qualem tu inquis, uide quæadmodum induxit Homerus, uilis homunculus ad sapientis uiri cōuiuium, ultro uenire uidebor. Cum ergo me ducas, uide quam aduētus mei rationem assignes. Ego enim me sponte uenire nō confitebor, sed abs te inuitatum dicam. In ipso itinere, inquit, quid dicturi simus, duo cum simus fortasse cōsultabimus, sed eamus iam. Talia quæ dā inter se cum disputassent iussisse dicebat: & Socratem cogitandum lento nimis passu gradientem relicumq; cum expectasset, tandem iussisse, ut præiret. Cum uero adibus Agathonis appropinquaret, aperitam ianuam inuenisse & contigisse ridiculum quiddam: in ipso enim limine famulum quendam occurrisse, & eò ubi accumbebant alij, introduxisse, quos iam cœnatos reperit. Seq; ut uidit Agatho, O Aristodeme dicere, oportune uenisti ut nobiscum cœnes. Si uero aliud quicq; uis, in aliu tempus differas. Equidem heri te quarens inuitaturus renusquam uidi. Sed cur Socratem ad nos non ducis? Et ego, inquit, conuersus nusq; Socratem uidi, respondi q; Agathon: Equidem cū illo ueni ab eo uocatus huc ad cœnam. Recte, inquit, fecisti, sed ubinam Socrates? Post me modo incedebat. Quare ipse quoque admiror, & ubi sit, nescio. Quares Socratem puer dixisse Agathonem, & ad nos introduces. Tu autem Aristodeme iuxta Eryximachum accumbe. Heus tu dante huic manibus aquam, ut iam sedeat. Tunc ingressum puerum quendam nunciaisse dicebat

dicebat Aristodemus, Socrate ipsū in uestibulum proximū secessisse, & accersitū ingre-
di nolle. Absurdū quiddā narras inquit. Voca iterū, neq; dimittas quousq; uenerit. Nō
sic ὀ Agatho, respōdit ille dicebat Aristodemus, sed mitte illum, mos enim Socratis iste.
Nonnunq; desistens, ubicunq; accidit cōsistere solet. Veniet autē cito, ut arbitror. Ne tur-
betis ipsū, sed suo arbitratu uenire permittite. Ita si tibi uideret, dixisset Agathonem, a/
gendum est. Ceterū uos ὀ pueri, alijs epulas afferte, & quodcunq; lubet apponite. Vo/
bis siquidem nullus p̄sudet. Id quidem nunq̄ feci. Quapropter existimātes nunc me una
cum alijs conuiuio a uobis exceptū, curate omnia diligenter, ut uestrā operam comprobe-
mus. Post hęc addebat Aristodemus cōnare eos cōpisse, & Socratem Agathonis iussu
sape uocatum nō prius intrasse q̄ aliquantum se more suo exercuisset, mediāq; in cœna
uenisse. Ad quem, Agathonem qui ultimus sedebat & solus, Huc ad me Socrates dixisse,
ut te tangens sapientia illa sententia fruar quam in uestibulis excogitasti. Constat enim in-
uenisse illam te atq; habere. Neq; enim prius destitisses. Sedisse itaq; Socrate, dixissetq; Be-
ne se res nostre haberent Agatho, si sapientia talis esset, ut in uacuum hominem ex plenio
re ipso contactu profueret, quemadmodū aqua ex pleno calice in uacuum per lanam in-
fluens. Si enim sapientia ita se habet, permulti facio quōd apud te sedeo. Repleri quippe
abs te uberrima & praclara sapientia puto. Mea siquidē tenuis est & ambigua insonij
cuiusdam instar, tua uero luculenta admodum atq; prapollens, utpote quæ in adoleſcen-
tia tua heri in cōspectu plus q̄ triginta milium Græcorū, tam clare emicuit & effulsit. Con-
tumeliosus, inquit Agatho, es ὀ Socrates. Atqui hęc postea de sapientia ego ac tu diuidi-
cabimus Dionysio iudice. nunc autē cœna. Post hęc, inquit Aristodemus, Socrate simul
& alijs discumbentibus, libare inuicē & degustare uina sacrificantiū ritu, deumq; cantare
cōpisse, & alia quæ dā, ut mos est, facientes ad potū se conuertisse. Vnde Pausania ita lo-
quuntur. Videndum est ὀ uiri, quo pacto leuius suauisq; bibamus. Nam ut de me in pri-
mis uerum fatear, grauatum adhuc hesternō mero me sentio, & intermissione quadā indi-
geo. Opinor quoq; & plurimos uestrū similiter affectos esse. heri enim aduisti. Conside-
rate itaq; quomodo leuius salubriusq; bibamus. Eī mox Aristophanē respōdit. Scite lo-
queris Pausania, potui moderationē quadā adhibendam esse. Ego quoq; ex his sum qui
heri ingurgitarunt. Cū hęc audisset Eryximachus Acumeni filius, Probe dicitis, inquit.
Atq; hoc insuper a uobis audire desidero, quantum bibendo ualeat Agatho. Minime qui-
dem, Agathonem dixisse. Conferat id sane nobis, mihi inquam & Aristodemo & Phæ-
dro, atq; his alijs, quōd uos qui ad bibendū ualetis plurimū, nunc tanq̄ bibēdo defessi pro-
hibeatis. Nos enim semper imbecilles excepto Socrate, qui ad utrunq; idoneus est. Quo-
circa quodcunq; agamus, perinde erit. Hic Eryximachus dixisse. Postq; praesentium nul-
lus ingurgitare mihi uelle uidetur, forte si uera de ebrietate dixero, minus ero molestus.
Id siquidem ex medicinæ peritia apud me constat, graue quiddam esse hominibus ebrie-
tatem. Nec enim sponte superuacue bibere unquā uellem, nec alteri consulerem, praeser-
tim si quis hesternō mero adhuc foteat. Hic Phædrū Myrrhinusū dixisse Aristodemus
inquit. Equidē semper tibi fidem habui, in medicina praesertim. Nunc similiter, modo cæ-
teri quoq; cōsentiant. Hęc cum audissent omnes, cōcessisse inquit, nō ad ebrietatē in praes-
enti conuiuio, sed ad uoluptatē esse bibendum. Tū Eryximachus. Postq; uisum est in cu-
iufq; arbitrio fore quantum bibat, neminē uero supra q̄ uelit cogi, quod restat exponam.
Tibicinam quæ modo ingressa est, abigendā puto, sibip̄si tibia personantem, uel si uelis,
mulieribus quæ sunt intus. Nos autē confabulari inuicem debere hodie iudico. Qui uero
esse sermones nostri debeāt, si uultis aperiā. Ad hęc omnes explicare iusserunt. Eryxima-
chus deinde. Mei, inquit, sermonis exordium secundum Euripidis Melanippen erit. Ne-
que enim mea fabula est quā incepturus sum, sed Phædrī. Phædrus hic mecum saepe con-
queritur, absurdum quiddam asserens, quod cum in cæteros deos cantilenas & hyn-
nos poetæ sinxerint, in amorem tamen tantum talem ue deum nullus unquam ex tot poe-
tis laudem aliquam scripserit. Atqui si uis, inquit, ὀ Eryximache quærere, inuenies pro-
fecto Sophistas disertos soluta oratione Herculem aliosq; laudasse, quemadmodum per-
ritissimus Prodicus. quamquam hoc minus alicui mirum uideri debet. Sed ego legi quan-
doque sapientis uiri librum, in quo Sal ad uictus utilitatem miris laudibus extollebat: a-
liaq; huius generis multa reperire licet, laudibus celebrata. In his itaque studiose uersari
Amorem

Amorem uero tantum deum a nullo adhuc in hunc usq; diem pro dignitate laudari, sed
ubique contemni, cui non grauiſſimum uideatur. Mihi quidem oratio hęc Phædrī uera
uidetur. Quare & huic munus id conferre gratificariq; cupio, & deum hūc honorari a no-
bis decens esse cenſeo. Quod si & uobis uidetur, cōgrua disputatio inter nos orietur. Lau-
dandum quippe amorem ab uno quoque nostrum pro uiribus arbitror, ad dexteram al-
terum, alios deinceps alijs succedendo. Incipiat autem Phædrus, cum & primus sedeat,
& huius sit sermonis inuētor. Tum Socrates. Nullus tibi ὀ Eryximache, inquit, repugna-
ret. Ego enim qui istuc renuerem, cum nihil prater amatoria scire profitear. Nec etiam
Agatho & Pausanias aduersabūtur, & Aristophanes multo minus, cuius omne studium
circa Dionysium Veneremq; uersatur, nec alius ullus eorum quos nunc intueor. Quan-
quam non aqua fors nobis obtigit, qui extremi discumbimus. Nam si priores scite abun-
deq; depinxerint, sat nobis erit. Verum Phædrus felicibus auspicijs iam exordiat, A-
moremq; honoret. His omnes que Socrates dixerat, assensere, similiterq; iusserunt. Singu-
la uero singulorum dicta, nec Aristodemus memoria tenebat, nec ego quæ ille recensuit,
singula teneo. Eorum igitur orationem uobis nunc referam, qui memoratu digna dixer-
unt. Principio dixerunt Phædrum hunc in modum exorsum fuisse.

PHÆDRĪ COLLAUDATIO IN AMOREM.

AGNVS deus est amor, & apud deos hominesq; mirandus, cū propter alia mul-
ta, tum maxime propter eius originē. Cum em̄ ex antiquissimorū deorū nume-
ro sit, honore dignus appareat. Id autem ex eo cōstat, quōd parentes Amoris a
nullo uel poeta, uel alio quouis traduntur. Sed Hesiodus principio Chaos ex-
iitisse his uerbis asserit. Terra ampla stabiliſq; semper omnīū sedes atq; amor: post Cha-
os uidelicet asserens duo hęc extitisse, Terram atq; Amorem. Parmenides autem de ge-
neratione illius inquit. Ante deos omnes primū generauit Amorem. Acufileus quoque
cum Hesiodo sentire uidetur. Atq; ita p̄simum Amorem ex antiquissimis esse conceditur.
Cum uero talis sit, maximorū honorum nobis est causa. Nam quid melius accidere pos-
sit adoleſcenti, quā optimum amator: aut amatori quā amatus optimus, non inuenio.
Duo quidem sunt quæ a pueritia per omnē uitam ducere illum debent qui sit preclarus ui-
rius. In rebus turpibus uerecundia, honestis studiū, hęc autē nobis, neq; genus neq; di-
uitiæ, neq; honores prestare citius ac melius, q̄ amor possunt. Neq; absq; his duobus, aut
ciuitas unq; aut priuatus praclarum aliquid & magnificū perficere poterit. Assero equi-
dem amatorem, si turpe aliquid agere uel pati ab aliquo per ignauiam, nec repugnare &
alicui deprehendatur, seu a patre, siue ab amicis, siue ab alio quouis homine, haud tam ue-
hementer angī quā si forte ab amato deprehenderetur. Similiter adoleſcentē tunc maxi-
me erubescere cernimus, cum amator eum turpe quid cōmittentem offendit. Si quo pa-
cto fieri ciuitas uel exercitus posset partim ex his qui amant, partim ex his qui amantur,
supra quā dici possit fortiter agerent administrarentq; singula, dum per uerecundiam a
turpibus abstinerent, & ad honesta quasi quadam amulatione contenderent: talesq; ho-
mines uel pauci numero, uniuersos, ut ita dixerim, homines praelio superarent. Amator
sane uel deserere ordinem uel arma abijcere coram amato, uehementius quā coram cum-
ctis alijs hominibus erubesceret. Immo obire saepe numero mallet, quā dilectum dere-
linquere, & in periculis nō succurrere. Nec quisquam a deo ignauus est, quem amor nō in-
flammet, & ad uirtutem diuinum reddat, ut uiro fortissimo par euadat. Etenim quod Ho-
merus inquit, uim furoremq; a deo quibusdā heroum inspiratum, hoc amor a mantibus
dedit. Quinetiam pro alio mori amantes soli eligunt, nō uiri tantum, sed etiam mulieres. Alceste pro
Cuius sermonis testimoniū Græcis Alceste Pelia filia manifestū exhibuit, quæ sola elegit uiro amans
pro uitro suo perire, cum tamen & pater & mater illi adessent. quos illa propter amorem, perijt
pro uitro suo perire, cum tamen & pater & mater illi adessent. quos illa propter amorem,
charitate adeo superauit, ut eos extraneos & nomine duntaxat filio suo coniunctos esse
monstraret. Quod quidem facinus tam preclarū non tantum ab hominibus, ue rum etiam
a dijs est iudicatum, ut cum è multis qui multa & egregia gesserant, dij reuiuiscendi mu-
nus paucis admodum & praestantissimis attribuisent, hanc ab inferis continuo suscita-
rint, tam egregio facinore delectati. Tanti studium, uirtutem que circa amorem dijs aesti-
mant. Orpheum uero Oeagri filium uoti impotem ex inferis emisertunt. Neque enim fœ-
minam cuius gratia descenderat, restituere, sed illius phantasma monstrarunt, cum non-
auderet

auderet, ut Alceste, amoris gratia mori, sed utpote citharædus, mollitiæ quadam abstergeretur, & machinamenta quædam excogitaret, quibus uiuens ad inferna descenderet. Cuius delicti pœnas eum pendere de reuerunt, iusseruntq; à fœminis lacerari. Achillem autem Thetidis filium honorarunt, & in beatorum insulas miserunt, quia cum accepisset à matre, si Hectorem occidisset, statim sibi moriendum fore: sin minus, in patriam se rediturum, & senem deniq; moriturum: audacter elegit pro Patroclò amatore suo pugnare, & iusq; mortem ulcisci, nec pro illo mori solum, sed & perempto illo interfici. Quod quidem magnopere probâtes dii, insigni eum gloria decorarunt, quia tanti amatorem suum fecisset. Aeschylus plane delirat, cum Patroclum ab Achille dicit amatum, qui non Patroclò tantum, uerum etiam cunctis heroibus forma præstabat, eratq; adhuc imberbis, multoq; natu minor, ut inquit Homerus. Reuera uirtutem hanc in amore dii plurimi faciunt. Vehementius autem admirantur, delectanturq; ac maiora beneficia conferunt, quando amatus amatorem iutatur & diligit, quam cum amator amatum. Diuiniorem enim est amator amato, cum diuino furore sit raptus. Quâobrem Achillem magis quam Alcesten honorarunt: illum quippe in beatorum insulas transmiserunt. Ex his omnibus amorem assero deorum omnium antiquissimum, atq; summopere uenerandum, & maxime omnium ad uirtutem & beatitudinem consequendam hominibus tam uiuentibus quam defunctis conducere. Talem fuisse sermonem Phædrî narrat. Post Phædrum uero alios quosdam fuisse locutos, sed è memoria excidisse. Eos igitur prætermittens, hanc quam modo referam orationem Pausaniæ retulit.

PAUSANIAE COLLAUDATIO.



Idetur mihi Phædre haud satis recte sermo ille nobis esse propositus, quo amor simpliciter laudare iubemur. Nâ si unus esset amor, probe dicitur fuisse: Cû uero nō unus sit duntaxat, satius eum prius qui sit laudandus, exprimere, hoc itaq; emendare conabor. Primo enim quem amorē laudare deceat explicabo, deinde pro dei istius dignitate extollere nitar. Neminē profecto latet, absq; amore Venerē nuncq; esse. Quare si una esset Venus, unus & amor. Quoniam uero duæ sunt Veneres, geminū quoq; Amorē esse necesse est. Geminam autē deam hanc esse quis neget? Nōne una quædam antiquior est & sine matre Venus, cælo nata, quam cœlestem Venerem nuncupamus? Altera uero iunior è Ioue & Dione progenita, quam uulgarē cōmunemq; uocamus? Necessarium itaq; amorē Veneris illius comitem, cœlestē uocari, huius uero uulgarē. Laudare quidem deos omnes decet; sed utriusq; amoris opera distinguenda. Actiōnis cuiuslibet hæc est conditio, ut suapte natura neq; honesta sit, neq; turpis, ut ea quæ nunc nos agimus, bibere, canere, disputare. Nullum ex his se ipso turpe uel honestum. Sed agendi modus actiōni certū tribuit cognomentum. Quod enim bene recteq; agitur, honestum: quod nō recte, turpe resultat. Eadē ratione nō quilibet amor & quiuis amandi modus, honestus est & laudandus. Imò ille solus, qui honeste amare nos hortatur. Etenim uulgaris cōmunisq; Veneris amor, reuera est & ipse uulgaris, & quodcunq; contingit, peragit. Atq; is est, quo prauis abiectione homines amant. Amant porro fœminas non minus q̄ masculos, & corpora magis q̄ animos, & sine mente homines potius q̄ prudentes. Ad explendum sane desiderium inhiant: honeste uero nec ne expleant, omnino non curant. Quo fit, ut quodcunq; fors illis offert, exequantur, & bonum similiter atq; malū. Affectus em huiusmodi à Venere illa iuniorē, et utriusq; sexus in generatione particeps profluit. Amor autē qui cœlestē sequitur Venerem, quæ non fœminæ, sed masculi tantum sexus in generatione est particeps, ipse quoq; genus respicit masculum. Deinde quoniā antiquioris Veneris pudicæq; est comes, & ipse petulantia omnino est expertus. Quocirca quicunq; amore hoc inspirati sunt, genus masculinum natura robustius & generosius, & mentis magis particeps diligit. Et qui amore hoc sincere perfecte quæ sunt rapti, ex hoc perspicue dignoscuntur, q̄ pueros nō amant, sed adolefcētes, cum mente ualere iam cœperint. Huiusmodi uero genus exercēdæ menti propinquius est, ad eaq; exercendā familiaritas inter illos inuit. Parati enim sunt arbitror qui sic amare incipiunt, per omnē uitam simul & cōmuniter uiuere, neq; amatū decipere, neq; ab uno in alterum amandum abire, neq; enim pueros adhuc mentis expertes amant, quos deinde exoletos irrideant & relinquant. Oportet autē legibus institutum esse ne quis pueros amet, ne in

Geminus
amor
Gemina
ueneris

ne in re ambigua frustra tantum studium poneretur. Incertum enim est quò aut corpus aut anima puerorum tam secundum uirtutem quam secundum uitium postremo euadat. Probi quidem uiri legem hanc sibi ipsi sponte proponunt. Oportet quoq; eidem legi uulgares illos amatores adhibita necessitate subiicere, quemadmodum illos ipsos pro uiribus amare mulieres liberas prohibemus. Nam hi sunt qui occasionem conuicijs & quorundam sententia præbuerunt, qui amatori obsequi turpe dicunt: qui quidem de uulgariibus amatoribus ista loquuntur, quia importunitatem iniustitiamq; illorum agnoscunt & improbant. Nihil autem quod modeste & legitime fit, uituperare decet. Lex utique de amore in ciuitatibus alijs instituta, intellectu facilis est, quoniā simpliciter traditur. Apud nos autem & Lacedæmonios uaria extat. In Elide nanque & apud Bœoptios, & ubi dicendi arte homines carent, simpliciter lege statutum est, morem amantibus esse gerendum: nec apud eos quisquam aut iuuenis aut senex, turpe id prædicant. Quod quidem ea de causa ab illis arbitrari esse factum, ne in persuadendis adolefcētib; elaborandum illis esset, utpote qui ad orandum inepti sunt. In Ionia uero & apud alios multos qui Barbaris subiecti sunt, omnino turpe hoc lege censetur. Nam inter Barbaros quidem propter tyrannides turpe istud habetur, & sapientiæ præterea atq; gymnasticæ studium. Neq; enim tyranni conducunt ea studia, quæ subditorum mentes acutas, generosasq; reddunt, quæ ue amicitias inter eos indissolubiles societatesq; frequētes pariunt: quæ cum ab alijs, tum uel maxime ab amore digni consueuerunt. Hoc autem ipso euentu tyranni nostri didicerunt. Nam Aristogitonis amor & Harmodij amicitia confirmata illorum tyrannidem dissipauit. Atq; ita ubicunq; Amoris indulgentia funditus sublata est, prauitate illorum qui leges condiderunt, est uetita, principum quidem iniquitate & uiolentiâ, subditorum ignauiâ. Vbi uero penitus permixta est, propter eorum qui sic statuerunt securitatem & lenitatem est permixta. Hic uero multo rectius est institutum: sed ut dicebam, non facile cognoscitur. Concedi plane uidetur, si quis animaduertat quod dicitur, præclarius esse palam amare quam clanculum, eosq; præcipue qui generosi & optimi sunt, etiam si minus formosi quam alij uideantur. Fauet quoque amatori quamplurimum communis omnium cohortatio, quasi nihil turpe aggrediatur. Nam communiter si quis amatum capiat, pulchrum quiddam uidetur: si non capiat, turpe. Et lex ad amatum sibi conciliandum amatori mirâ quædam machinamenta concedit, laudariq; permittit: quæ si quis aliquando cuiusuis gratia tentare auderet, maximas apud philosophos uituperationes incurreret. Si quis enim accipiendæ ab aliquo pecuniæ, uel magistratus potentia gratia, aggrediatur illa quæ erga amatos amantes, passim occurrit, supplex oret, obfœctetur, ad fores noctu faciat, & sedula quadam obseruantia seruiat, & in omnibus obsequatur, quæ seruus aliquis agere nec uellet, nec etiam cogeretur, ab inimicis pariter & amicis obiurgabitur. Illi adulationes seruilesq; assentationes uituperabunt. Isti corripient, eosq; seruitutis amici sui pudebit. Amator autem dum ista facit, gratiam adipiscitur, & quasi præclarum aliquid agat, à lege absq; ulla infamia nota facere ista permittitur. Quod ue per maximum est, uulgo fertur, quod solis amatorijs periturijs dii dant ueniam. Venerem quippe iusiurandum nihil ualere aiunt. Itaq; tam dii quam homines omnem amanti licentiam præstiterunt, ut lex nostra testatur. Si ad ista quæ dicta sunt respiciamus, præclarissimum quiddam in hac ciuitate existimari uidebitur amor, quod ue amanti amatus indulgeat. Si rursus ea quæ dicā animaduertamus, turpissimum hoc apud nos haberi putabimus. Nam parentes pædagogis filios commendant, qui amatos cū amantibus loqui prohibeant. Socij quoq; & æquales quotiens tale quid uident, uituperant, eosq; dū talia carpunt, senes non reprehendunt, neq; eos quasi errent corripunt. Quapropter ita hoc habere se arbitrator, ut ipsum secundū se, sicut principio dictum est, neq; honestū sit, neq; turpe. Neq; enim simplex est, sed recte factum honestum, contra turpe. Turpe quidem est, prauo ac turpiter obsequi. Honestū uero bono, atq; honeste. Præuius autem est amator ille uulgaris, qui corpus magis quam animum amat. Neq; stabilis est, cum rem sequatur minime stabilem. Nam cū primum corporis species quæ cupierat deflorescit, abit nihil eorum quæ promiserat seruans. Bonorū uero morum amator, per omnem uitam in amicitia perseuerat, utpote qui rem stabilem seclabatur. Istos utiq; nostra lex diligenter examinare præcipit, & his morem gerere, illos fugere. Et hos quidem sequi iubet, illos fugere, diiudicans & examinans quæ quis amet, & quæ in

Solis amator
trij periturijs
dij dant ueniam
Venerem iusiurandum

quous amentur. Atque ob hanc causam primum facile, citoque capitur, turpe censetur, ut tempus intercedat, quod ad examinandos mores exigitur. deinde aut pecuniarum copia, aut magistratum potentia capitur, absurdum, siue timore quodam potius quam uoluntate irritatur, siue acceptis pecunijs ciuilibusque muneribus acquisitis non contemnat. Nihil enim ex ijs solidum firmumque esse uidetur, praeter id quod ab ijs amicis generosa oritur nequit. Vna itaque secundum legem nostram uia restat, qua amati amantibus iure gratificari possunt. Etenim quemadmodum apud nos de amantibus lex illa relata est, qua dicitur, nullum uoluntarium amatoris in amatum obsequium, adulatorium & infame putandum; sic & alia quaedam secundum legem uoluntaria seruitus restat, quae infamiam nullam subit. Haec autem est, quae circa uirtutem uersatur. Nam nostris legibus est institutum, si quis uelit aliquem colere, putans per illum uel sapientia quadam, uel in alia quauis parte uirtutis proficere, hanc rursus uoluntariam seruitutem neque dedecori seruenti fore, neque adulationem uocari debere. Oportet autem has leges in idem condiderunt, illam scilicet de amatoribus, & hanc de philosophia, aliaque uirtute conscriptam, si ulla ratione contingere debet, ut deceat amatos amatoribus obsequi. Quotiens enim in idem concurrunt amator atque amatus utriusque legem habentes, hic quidem obsecuturis amatis iuste in omnibus ministrare seruireque paratus, ille rursus scientiae morumque praecceptoris iuste in singulis paraturus; & hic quidem ad sapientiam, aliasque uirtutes conferre potens; ille autem eruditione & sapientia indigens, tunc sane in unum his legibus concurrentibus dumtaxat euenit, ut honestum sit amatos amatoribus morem gerere; alias autem nullo modo. In hoc utique falsum, turpe non est. In alijs autem omnibus, obsequium huiusmodi turpe censetur, siue obsequenter fallat opinio, siue non fallat. Si quis enim amatori tanquam diuiti diuitiarum causa gratificatus, fallitur, neque uoti compos efficitur, cum pauper sit amator, nihilominus uiruperatur. Videtur enim hic seruilem animi sui habitum ostendisse, quod pecuniarum gratia in singulis rebus cuius seruiret: quod quidem minime est honestum. Eadem ratione si quis tanquam bono gratificatus, ipse hac consuetudine sperans euadere melior fallitur, cum ille prauus esse deprehendatur, honesta quaedam deceptio est. Nam uidetur affectum suum demonstrasse paratum ad omnia ministeria uirtutis consequendae gratia toleranda. Quod sane praclarissimum iudicatur, hac itaque ratione uirtutis auditate gratificari atque seruire semper honestum. Hic autem est ipsius caelestis deae amor, caelestis & ipse, qui tam priuatum, quam publice preciosus est, & amantem pariter atque amatum uirtutis curam studiumque suscipere cogit. Caeteri uero amores ueneris uulgaris sunt comites. Haec in praesentia o Phadre uelut ex tempore de Amore uobiscum confero. Cum Pausanias pausam, id est finem dicendi fecisset, sic enim alludere uocabulo sapientes me docent: oportere inquit Aristodemus Aristophanem dicere, uerum singultu uel propter repletionem, uel propter aliam causam contingente, impeditum fuisse. Quocirca ad Eryximachum medicum continuo post ipsum sedentem, ita loquutum. O Eryximache tua nunc interest, aut singultum reprimere, aut pro me loqui donec cesset. Ad ea Eryximachum respondisse. Vtriusque efficiam. Equidem uicem tuam sumens pro te dicam, tu uero pro me postquam singultus abierit. Interim dum ipse loquor, si uis aliquandiu spiritum cohibere, singultus cessabit. Si minus id placet, saltem aqua multa intus allue fauces. Et si forte uehemens est, nares commode stimula ut sternutatio irritetur. Nam si id semel aut bis feceris, etiam si frequentissimus sit tolleretur. Antequam finem dicendi feceris, inquit Aristophanes, quae iubes efficiam. Eryximachum igitur ita loquutum.

ERYXIMACHI COLLAUDATIO.

Necessarium inquit mihi uidetur, postquam Pausanias recte exorsus, finem impositum minus sufficientem, quod deest a me nunc impleri. Distinctionem quidem illam qua in duo distributus est Amor, approbo. Verum nostra hac medicina atque te comperisse mihi uideo, non solum animis hominum erga pulchros Amorem inesse: uerum etiam ad alia multa, atque in alijs tum corporibus animalium omnium, tum his quae ex terra nascuntur, ac denique in omnibus ut ita dixerim, quae in rerum natura consistunt. Magnam quoque atque mirabilem hunc deum per omnia tam humana quam diuina latissime se porrigere. A medicinae peritia primo exemplum capiam, ut ante meam uenerer.

nerer. Corporum sane natura Amorem hunc geminum continet. Quod enim in corporibus nostris bene ualeat & quod male, aliud atque dissimile esse constat. Quod uero dissimile est, dissimile cupit & amat. Alius ergo qui in sano corpore Amor, alius qui in aegro. Et ut paulo ante Pausanias assererat, temperatis hominibus gratificandum esse, in temperatis uero nequaquam: ita & in ipsis corporibus bonis quidem sanisque obsequendum est, in quo maxime ratio medicinae consistit; malis autem aegrotisque, minime, si modo artificiosus quis uult medicus esse. Est autem, ut summam dicam, medicina scientia qua amatorij affectus corporis quo ad repletionem euacuationemue noscuntur. Et quisquis pulchrum & deformem in his amorem discernit, is medicus peritissimus sit. Qui uel ita permutare haec potest, ut pro altero amore nascatur alter; aut quibus abest Amor, adesse autem oportet, immittere ualeat, & insitum extirpare: eruditus sit artifex. Possit autem oportet, quae in corpore inimica maxime sunt, conciliare, & amorem illis inferere mutuum. Inimica uero maxime sunt quae contraria maxime, frigidum calido, amarum dulci, humido sicco, caeteraque huiusmodi. Cum Amorem his mutuum concordiamque inferere sciret noster ille progenitor Aesculapius, ut hi poetae testantur, quibus & ipse credo, artem nostram composuit. Medicina itaque omnis ea ratione qua loquor, ab hoc deo gubernatur. Similiter quoque agricultura atque gymnastica. Quod autem eadem sit & demusica ratio, perspicuum esse cuius potest, qui uel paulisper aduerterit. Quod Heraclitus forsitan sentit, uerbis tamen parum explicat. Vnum quidem, inquit, secum ipso discrepans conuenire, ut harmonia, arcus, & lyra. Atqui absurdum dictum est, harmoniam discrepare, atque ex discrepantibus quamdiu dissonant esse. Sed hoc forte significare uolebat, quod ex his quae prius discrepabant, graui scilicet & acuto, deinde per artem musicam consonantibus, harmonia conficitur. Nunquam enim ex graui & acuto dum discrepant, harmonia conflatur. Harmonia nanque concentus est. Concentus uero concordia quaedam. Concordia autem ex discrepantibus donec discrepant, fieri nunquam potest. Quod uero discrepat neque est concors, concinere nequit, quae admodum rhythmus ex ueloci & tardo antea discrepantibus postea uero concinentibus constituitur. Et quem admodum humoribus medicina concordiam, ita uocibus musica consonantiam tribuens, Amorem consensumque mutuum gignit. Atqui est musica scientia circa harmoniam & rhythmum affectus amatorios uiresque dijudicans. Sane in ipsa harmoniae & rhythmici compositione uis amatorija facile percipi potest: uerum geminus Amor nodum hic distinguitur, sed tunc demum, cum ad alios rhythmo & harmonia est uicium: uel fingendum, quam melodiae factionem uocant, uel utendo recte his quae facta sunt, melodijs & metris, quam disciplinam nominant. Vbi difficilis observatio est, & perito est opus artifice. Huc iam superior ille sermo reuertitur, quod uidelicet modestis hominibus & his qui nondum satis modesti sunt, ut fiant, gratificandum, horumque seruandus est amor. Atque hic est decorus ipse & caelestis Uraniae musae Amor. Polymniae uero musae, uulgaris. Cui summa cautio ne indulgendum est, ut uoluptate quidem homines hauriant, incontinentiam uero deuitent. Sicut in arte nostra arduum est, cupiditatibus quae ad suaves coquorum epulas nos alliciunt, recte uti adeo ut absque bonae ualitudinis detrimento, suauiter his uescamur. Quae ob rem & in musica, & in medicina, & in alijs omnibus, tam humanis, quam diuinis, utrunque amorem qui omnibus inest, pro uiribus obseruare debemus. Quinetiam anni temporum constitutio utriusque his plena est. Nam quotiens illa quae modo dicebam, calida & frigida, sicca & humida, congruum inter se sortiuntur amorem, & harmoniam temperiemque opportuna suscipiunt, salubrem & fertilem annum hominibus, animantibus omnibus, atque plantis afferunt, neque quicquam laedunt. Contra uero cum petulans & contumeliosus amor in anni temporibus praevalet, iniuria multa corrumpit. Pestes siquidem ex his orti consueuerunt, alijque morbi permulti & uarij brutis ac plantis innascenti. Quoniam pruina, glacies, grando, fegetumque rubigines, & putredines ex immoderato & excedente qualitate amore proueniunt: horumque & caeli motus & anni temporum scientia, astronomia uocata est. Preterea sacrificia omnia, & illa quibus uaticinium praestit, communionem uidelicet deorum hominumque inuicem, circa nihil aliud uersantur quam amoris curationem atque custodiam, omnis enim impietas tunc accidit, quando quis modesto amori haud indulget, nec illum honorans in omnibus ueneratur, sed circa amorem alterum peruagatur, nec officio congrue

erga parentes uiuos & defunctos, & erga deos utitur. Hos amores discernere atque curare uaticiniū propositum est. Est insuper uaticinium amicitiae inter deos & homines opifex, ex eo quod intelligit qui potissimum ex humanis amoribus fas aut nefas attingit. Atque ita multam & amplam, imò uero omnem uim summam quidem omnis continet amor. Sed qui circa bona cum temperantia & iustitia tam erga nos quam erga deos uersatur, uim summam habet, omnemque nobis beatitudinem exhibet. Nam & nos inuicem communi uita conciliat, & dijs humana natura praestantioribus amicos efficit. Forte & ipse multa quae ad laudandum Amorem pertinent, praetermittit, neque sponte tamen. Quod autem deest, tuum est Aristophanes adimplere. Vel si aliter hunc deum honorare uis, honora, cum singultus ipse cessauerit. Iam sedatus est dixisse Aristophanem, non tamen prius quam sternutamento repressus. Quo fit ut admiretur, si congrua corporis affectio huic semodi strepitu & titillatione indiget, qualis est sternutatio. Haec enim mox expulit. Vide ò bone Aristophanes quid agas, respondiſſe Eryximachum. Risum contra te moues dum alios irides, cum iam dicitur sis, & obseruatore me fieri cogis sermonis tui, siquid forte ridendum protuleris, cui loqui secure licuisset. Probe loqueris Eryximache, Aristophanem dixisse. Sint ista mihi non dicta, ne nobis insidieris obsecro. neque enim uereor ne quid quod risum moueat in medium afferam. hoc enim musae nostrae lucrum proprium est, sed ne deridenda proferam timeo. Emissio respondiſſe Eryximachum in nos iaculo Aristophanes auferere speras. At mentem dicendis adhibe, tanquam rationem dicatorum omnium redditurus: forte uero si uidebitur, te dimittam.

ARISTOPHANIS LAUDATIO



Liter de Amore, quam tu & Paulanias loqui cogito. Mihi plane uidentur homines Amoris uim omnino haecenus ignorasse. Nam si eam nosſent, delubra illi insignia, aras, & hostias dedicarent: quorum nihil his temporibus agitur, cum erga illum maxime omnium obseruare haec deceat. Est enim praeter ceteris dijs summopere generi humano beneficus, curator & tutor hominum, atque medicus, quibus sanatis, summam genus nostrum felicitatem nancisceretur. Conabor itaque uim illius uobis exponere. Vos autem quae à me hodie percipitis, alios deinde docebitis. Oportet in primis qualis hominum quondam natura fuerit, quae uel illius passionibus, animaduertere. Neque enim qualis nunc est, olim erat, sed longe diuersa. Principio tria hominum erant genera, non solum quae nunc duas & foemina, uerum etiam tertium quoddam aderat, ex utrisque compositum. Cuius solum nobis restat nomen, ipsum perijt. Androgynum quippe tunc erat & specie & nomine, ex maris & foeminae sexu commixtum. Ipsum profecto defecit, nomen solum infame relictum. Praeterea tota cuiusque hominis species erat rotunda, dorsum & latera citum habens, manus quatuor, totidemque crura, uultus item duos tereti ceruice connexos, & omnino consimiles. Caput utriusque uultibus contra uersis, unum. Aures quatuor, genitalia duo, & alia singula, ut ex his quibus conuenienter excogitare potest. Incedebat hic tunc & rectus, ut nunc, in utram uellet partem: & quotiens celerius ire contenderet, instar eorum qui prono capite cura sursum circumferentes circulearem choream exercent, tunc octo membris innixus celeri circulo ferebatur. Ob hanc uero causam tria genera & talia erant, quia masculum Sole genitum erat: Foemina, Terra: promiscuum denique, Luna. Vtriusque enim luna est particeps. Sphaerica uero erant & figura, & motu, quia parentum similia. Vnde & robusto corpore, & elato animo erant. Quare cum dijs pugnare tentabant, & in coelum ascendere, quemadmodum de Ephialto & Oto scribit Homerus. Iuppiter igitur unaqueque dii ceteri quid agendum esset consultauerunt. Qua in re non parua inerat ambiguitas. Nam neque fulminare homines illos ut gigantes placebat, extinto enim hominum genere humanus deorum cultus ueneratioque periret, neque in tanta insolentia perseverare illos permittendum censebatur. Tandem sententiam Iuppiter suam explicuit. Inueni, inquit, qua ratione fieri possit ut & sint homines, & modestiores sint. Idque erit si imbecilliores fiant. Vnum quoniam nunc duas in partes diuidam. Ex quo & debiliores erunt & nobis etiam magis id conducit. Numero siquidem plures erunt qui nos colent. Recte duobus

duobus cruribus ibunt. Quod si rursus impie insurgere uideantur, iterum in duo secabo, ut unico crure nixi, utpote claudi, saltare cogantur. Haec fatus bifariam partitus est singulos, instar eorum qui oua diuidunt ut sale condiant, uel qui capillo oua secant. Mandauitque Apollini, ut partitione statim facta, cuiusque uultum ceruicisque dimidium in eam partem qua factus est, uerteret, ut scissionem suam considerans modestior fieret, reliquis autem merderi iussit. Ille continuo uultum uertit, & contrahens undique cutem in eum qui nunc uenter uocatur, tanquam contracta marsupia & os unum faciens, medio in uentre ligauit. Quem quidem nexum umbilicum uocant. Et alias quidem rugas maxima ex parte leuigauit, per thoracem articulatum distinxit, organo quodam tali utens, quali coriarij cum corij rugas super pedis formulam poliunt: nonnullas uero circa medium uentrem umbilicumque reliquit, ut quasi cicatrices quaedam passionem nobis ueterem semper representarent. Postquam natura hominum ita diuisa fuit, cum quisque dimidium sui agnatum cuperet, inter se concurrerant, circumiacensque brachij se inuicem complectebantur, consari in unum affectantes. Vnde fame, & torpore deficiebant, eo quod nunquam se iungebant. Et cum dimidium unum moriebatur, restabatque alterum, quod supererat rursus aliud asciscerebat, similiterque congregiebatur, siue solus cuiusdam totiusque foeminae dimidium esset, quam foeminam nunc uocamus, seu uiri. Atque ita genus hominum deperibat. Quocirca miseratus Iuppiter, remedium aliud excogitauit, permittit genitalia, & quae prius retro erant, ad anteriores partes transtulit. Antea siquidem cum ad nates haec haberent, non inuicem, sed in terram spargentes semina cicadarum instar concipiebant, atque generabant. Cum uero ad anteriora transtulisset, per haec generationem in se inuicem fecit expleri: per masculum quidem in foemina, hac de causa, ut si in amplexu uir foeminae commisceretur, genita prole speciem hominum propagarent. Sin autem in masculo masculus, satietate ab amplexu amoueretur, & ad res gerendas conuersi uicium curarent. Hinc utique ex illo tempore mutuis hominibus innatus est amor, praefatae naturae conciliator, annitens unum ex duobus efficere, hominumque naturae mederi. Est igitur quisque nostrum, dimidium hominis, utpote factus, quemadmodum pisciculi qui Psettæ uocantur, scissi ex uno duo efficiuntur. Quærit autem sui quisque dimidium: quam obrem quicumque ex uiris promiscui generis portio fuit, quod olim Androgynum uocabatur, mulierosi sunt adulteriaque, ut plurimum, ex his patrantur. Ex hoc sane genere mœchi ducunt originem. Rursus quaecumque mulieres uirorum cupidæ mœcheque sunt, hac stirpe nascuntur. Quæ uero mulieres mulieris pars existunt, haud multum uiros desiderant, sed foeminas magis affectant, atque hinc foeminae quæ foeminas cupiunt nascuntur. At uero qui maris portio sunt, mares sequuntur. At dum parati sunt, utpote qui maris particula sunt, uiros diligunt, uirorumque familiaritate assidua congressuque gaudent: hiique sunt puerorum adolescentulorumque omnium generosissimi, quippe qui natura praeter ceteris omnibus sunt uiriles. Hos quidam impudicos falso appellant. Neque enim impudentia ulla, sed generositate, & fortitudine quadam mascula uirilique natura hoc agunt: nam simili suo congratulantur. Huius euidentis argumentum est, quod cum adoleuerint, soliti ad ciuilem administrationem conuersi, uiri praestantes euadunt, & in ætate uirili constituti, ipsos adolecentes diligunt, matrimonium uero filiorumque generationem natura spernunt, nisi lege cogantur. Celesus porro uita his placet. Omnino igitur uir talis mares diligit, amicorumque studiosus efficitur, cognato semper congratulatus. Quotiens itaque dimidium suum alicui cuiuscumque sexus auisus sit, occurrit, uehementissime concitantur, & obstupescunt, amicitiaque & familiaritate & amore ardent, neque momentum quidem, ut ita dixerim, se iungi à se inuicem patiuntur. Atque hi sunt, qui per omnem uitam amare pergunt, neque quid potissimum à se uicissim expectant, exprimere possunt. Neque enim uenerunt coitus id esse uidentur, cuius gratia alter alterius consuetudine tantopere delectatur. Aliud quiddam est profecto, quod animus utriusque cupit, nec exprimere ualet, sed uaticinatur potius conijctis, & affectum insitum uestigijs signat obscuris. Atqui si unam iacentibus illis superne Vulcanus cum suis instrumētis adstans interrogaret, quid est ò homines, quod à uobis uicissim exigitis: & ambigentibus illis iterum percontaretur. Nunquid hoc exoptatis, in unum idemque maxime congregi, adeo ut neque die neque nocte inuicem separemini: Si hoc affectatis, colliquefaciam uos confundamque in idem, ut ex duobus unum efficiamini.

& tam in hac uita, quam apud inferos unum semper perseueretis. Videte an hoc sit quod ardetis, satisque futurum sit uobis, si huius copotes efficiamini. Si ita in qua Vulcanus quereret, constat quod nemo renueret, aut aliud quam hoc expetere uideretur. Reuera enim quod olim cupierat, audisse se quisque putaret, congressu uidelicet comixtioneque cum amato unum ex duobus confici. Huius causa est, quia prisca hominum natura haec erat, intergrici eramus. Totius itaque reficiendi cupidus nixusque amoris nomen accepit. Olim quidem, ut supra narrabam, unum quisque nostrum erat. Deinde propter iniustitiam a deo scissi fuimus, quemadmodum a Lacedaemoniis Arcades. Verendum est praeter ea ne si minus modesti quam deceat in deos simus, iterum diuidamur, talesque efficiamur, quales quatin columnis figurantur, nates secti euadamus similes tenuissimorum quorundam animalium quae Lippae uocantur. Sed horum gratia unum quenque decet summa pietate deos colere, & alios ad hoc exhortari, ut haec uitemus, adipiscamur illa, quemadmodum nos dux noster amor & imperator admonet, cui nullus repugnare audeat. Repugnat autem huic, qui aduersatur dijs. Nam si deo reconciliati eum propitium habuerimus, singuli dimidium suum exoptatum reperiemus & consequemur. Quod quidem pauci his temporibus agunt. Neque sermonem hunc meum Eryximachus iste corripiat, quasi Pausaniam Agathonemque dicam, forte enim & isti ex his sunt, & natura ambo mares existunt. Affero equidem de omnibus uiris ac feminis, ita demum genus nostrum fore beatum, si quando amoris impetum expleamus, & suis quisque delitijs potietur, in antiquam naturam penitus restitutus. Si hoc felicissimum quiddam est, sequitur ut ex ijs quae nunc nobis tributa sunt, quod huic proximum est, id sit optimum: hoc est, ut quislibet eos qui natura ipsi cordi sunt, nanciscatur. Cuius utique causam deum laudantes, amorem iure laudare debemus, qui in praesenti tempore nos summo opere iuuat, dum in suum igniculum quenque conducit, & in posterum spem summam porrigit nobis deos pie colentibus, in ueterem figuram restituendo medendoque se nos beatissimos effecturum. Hic meus est Eryximache de amore sermo, a tuo diuersus: quem, ut supra orauit, ne carpas, ut audiamus quid quisque reliquorum afferat, imo quid uterque. Nam Agatho duntaxat & Socrates restant. Morem tibi geram, Dicere Eryximachum. Nam mihi oratio tua placet. Et nisi cognouissem Socratem, et Agathonem in amatorijs esse facundos, dubitarem ne uerba illis deficerent, eo quod multa uariarum sunt dicta. Verum adhuc illis confido. Strenue & ipse certasti o Eryximache, Socrates inquit dicebat. Verum si in eo gradu constitutus esses in quo nunc ego sum, imo in quo ero cum Agatho quoque scite dixerit, perinde ut ego nunc maxime formidares, & angustijs undique premereris. Incantationibus circuenire me uis o Socrates, Agathonem respondisse, ut in conspectu uestro pauescam, quod magna apud uos, tanquam in theatro de me expectatio sit, quasi elegantissime sim dicturus. Nimis o Agathon obliuiosus essem, dixisse Socratem, si te nunc coram paucis trepidaturum putarem, quem heri tam fortiter tamque generose ascendisse pulpitem tragicum una cum histrionibus uiderim, & sine ullo terroris motu coram tanta spectantium multitudine carminum periculum fecisse. Ne me adeo, dicere Agathonem, theatri studiosum eiusque fauori deditum putes, ut ignorem prudenti uiro paucorum sapientum magis iudicarem Agatho, Socratem dicere, siquid in te rusticum existimarem. Noui equidem, quod si quos offenderes tuo iudicio sapientes, magis eos quam uulgus curares. Sed uide ne ipsi tales minime simus. Interfuimus ibi & ipsi, uulgarium numero computati. Sin autem alijs occurreres sapientibus, nequid in eorum conspectu inepte faceres, formidares. Nunquid aliter dicis? Non. Vera enim refers, dicere Agathonem. Vulgus autem non metueres, dicere Socratem, siquid ineptum committere te putares. Hic Phaedrum o amice Agatho subiecisse, si Socrati respondere pergis nihil curabit quomodo cuncta caetera hic agatur, modo habeat quicum disputet, pulchro praesertim. Equidem libenter Socratem audio disputantem. Veruntamen curadum mihi est ut amor a singulis ordine certo laudetur. Laudate igitur & uos deum primo, postea arbitratu uestro inuicem disputabit.

Prudenti uiro
paucorum sapi-
entum magis
quam multo-
rum insipien-
tum iudicium
esse uerendum.

R

Reclare loqueris Phaedre, Agathonem dixisse, neque me quicquam dicere prohibet. Cum Socrate quidem saepe alias disputare licebit. Ego uero nunc primum quatenus dicendum sit monstrabo, postea dicam. Videntur mihi qui haecenus locuti sunt, non ipsum deum laudasse, sed beneficia quae felicitate ab illo conferuntur hominibus narrauisse. Qualis uero ipse sit qui horum bonorum causa est, nullus adhuc expressit. Recta autem laudandi ratio sola in omnibus illa est, qua illius de quo agitur natura prius ostenditur, postea quorum causa est declaratur. Sic & in praesentia qualis ipse sit amor primum ostendere decet, deinde munera illius exponere. Affero equidem cum dii omnes beati sint, amorem, si modo fas est & tolerabile dictu, esse omnium beatissimum quippe cum pulcherrimus omnium optimusque existat. Quod uero pulcherrimus sit, ex eo primum pater, quod deorum omnium maxime iuuenis est. cuius ipse euidentis argumentum praebet, cum senectutem fugiat, uel locum uidelicet, quae citius quam oportet aduentat, eamque amor natura odit, fugitque iuuenibus uero se miscet. Scite quidem ueteri Prouerbio fertur, simile simili semper haerere. Et cum multa Phaedro concedo, in hoc uno minime assentior, quod amor Saturno & Iapeto sit antiquior. Imo praeter ceteros dijs iuuenem esse aio, semperque iuuenem: prisca uero deorum gesta, quae Hesiodus Parmenidesque describit, necessitati potius quam amori attribuenda, si modo illi uera narrarunt. Neque enim castrari inuicem, & uinciri, aliisque uiolenta permulta dijs olim contigissent, si amor illis tunc adfuisse: sed beneuolentia, & pax summa regnasset, quemadmodum nunc, ex quo imperare dijs amor incepit. Ergo iuuenis est, & tener praeterea, mollisque. Opus autem est tali quodam poeta qualis Homerus extitit, ad teneram amoris molliem demonstrandam. Homerus quidem Aten, id est calamitatem deam inquit esse, & mollem. Vtque illius pedes teneros esse ostenderet, ait nunquam pauimenta calcare, sed per capita hominum incedere: per spicua sane coniectura quod tenera sit, usus fuisse uidetur, quia per dura non graditur, sed mollia tangit. Eodem nobis utendum est argumento, quod tener sit. Amor ostendere cupientibus. Neque enim per terram, & saxa uadit, quae aspera sunt, sed mollissimis omnium rebus se insigat atque permanet. In animis quippe deorum & hominum sedem suam locat. neque tamen in quibuslibet animis: nam si durum animi offenderit habitum, aufugit: sin autem mitem mollemque, inhabitat. Cum itaque mollissimarum rerum mollissimas semper partes pedibus totaque tangat, tenerrimum esse amorem necesse est. Quae propter & iuuenis est, & tener praeter ceteros amor. Quinetiam aqua instar liquidus est, & lubricus. Non enim undique per omnem animam circumfluere posset, & clam influere, & effluere clam, si durus ac rigidus esset. Aptae uero, compositae, flexibilisque formae, argumentum esse formositas potest, hoc est figurae concinnitas, qua amor omnium maxime proculdubio decoratus est. Inter deformitatem porro & amorem est pugna perpetua. Coloris quoque decorem assidua inter flores habitatio huius dei significat. In eo liquidem quod floribus caret aut defloruit, siue corpus, siue animus, seu quoduis aliud sit, Amor ipse non insidet. Vbiunque uero floridus, & odorifer est locus, gratissime conuiuiscit. De huius dei pulchritudine permulta in super afferrari possent, sed ista sufficiunt. Deinceps de uirtute amoris est dicendum. Quod in primis maxime faciendum est, Amor nec iniuriam infert deo, uel homini, nec a deo, uel homine iniuriam patitur. Non enim ipse qui patitur, si quid patitur. Nam uiolentia non tangit amorem. Neque ui facit, si quid faciat. Quisque enim sponte amori in singulis pareat. Quaeque uero uolens quisquam cum uolente ultro contra hit, iusta habentur, ut regiae ciuitatis leges statuunt. Nec iusticiae solum, uerum etiam summa est temperantiae particeps. Si quidem inter omnes conuenit, temperantiam esse, libidinis & uoluptatibus dominari, nullaque uoluptate esse amore potentior. Quod si uoluptates omnes amore imbecilliores sunt, ab illo utique superantur, ille uero dominatur. Amor itaque quoniam libidinis, & uoluptatibus dominatur, mirum in modum est temperans. Quod ad fortitudinem praeterea neque Mars equidem Amori resistit. Neque enim Mars amoris, sed amor Veneris, ut fertur, Martem detinet. potentius autem est quod detinet quam quod detine

Recta ratio
laudandi

Prouerbia
Simile simili
gaudet

Omnis uolup-
tates ab amo-
re superari

tur. Qui uero cæterorum fortissimo dominatur, omnium absque dubio fortissimus iudicandus est. De iustitia igitur, temperantiaq; & fortitudine huius dei satis est dictum. De sapientia deinceps dicendum restat, quod quidem pro uiribus est exequendum. Principio, ut & ipse artem meam perinde ac suam Eryximachus, honorem, hic deus poeta est adeo sapiens, ut alios quoque poetas possit efficere. Quilibet enim licet antea rudis, pœta euadit cum primum amor afflauerit. Ex quo perspicue conieciare licet amorem peritum esse poetam, omnesq; summam musicos poësis numeros continere. Nam quæ nec habet aliquis neque noscit, alteri dare, uel monstrare non potest. Quod utique per amorem sapientiam animalia cuncta gignantur atque nascantur, quis dubitet? Artium præterea facultatem, nõne ab hoc deo tradidimus? eumq; hominem cuius hic est præceptor, quauis in arte præcellere clarumq; euadere? contra uero eum qui ab amore non tangitur, in obscuro iacere? Sagittandi namq; medendi, & diuinandi peritiam appetitu atq; amore ducunt inuenit Apollo, qui est Amoris discipulus. Musicam similiter Musæ. Fabricam Vulcanus arariam. Texendi artificium Minerva; Iupiter deorum hominumq; gubernationem. Quocirca res deorum amore interueniente dispositæ sunt, amore inquam pulchritudinis: deformitatem quippe non sequitur amor. Antea uero, ut supra dicebam, permulta atq; atrocía inter deos propter necessitatis regnum, ut dicitur, contigerunt. Postquam uero deus hic ex pulchrorum desiderio natus est, bona omnia tam ad deos, quam ad homines prouenere. Ita mihi uidetur ô Phædre amor ipse primum pulcherrimus optimusq; esse, deinde talia quædam cæteris quoq; largiri. Succurrit mihi in præsentia metricum quiddam atq; concinnum. Hic deus est qui pacẽ largitur hominibus, qui mari tranquillitatem, qui uentis requiem, cubile uiuentibus omniumq; securum. Hic rusticitatem a nobis amouet, hic nos familiaritate conciliat, cœrus huiusmodi omnes congregans. In solennibus festisq; diebus, in choris, in sacrificijs, dux nobis, & præsidens. Mâsuetudinem quidem porrigens, exterminans feritatem, beneuolentię largitor, maleuolentię omnis expulso, propitijs, beneficus, spectandus sapientib; dijs placidus, exoptadus expertibus, participantibus possidendus atq; tenendus. Delitiarum, mollium illecebrarũ, gratiarum dulcis perfusionis & desiderij pater. Bonorum studiosus, malorũ spretor; in labore, in timore, in desiderio, in sermone gubernator, perfectus adiutor, seruatorq; præcipuus. Cunctorum deorũ atq; hominum decus, et dux pulcherrimus atq; optimus. Quẽ profecto sectari debet, præclarisq; hymnis uenerari uir quisq; cantilenæ illius particeps, quã Amor ipse concinit, mentem deorum hominũq; permulcens. Hæc igitur oratio mea Phædre deo uouetur, partim iocis, partim serijs rebus pro ingenij mei facultate referta. Dum hæc Agatho dixisset, quemadmodum retulit Aristodemus, conuiuẽ omnes summo quodam applausu orationem ipsam comprobauerunt: utpote quæ sicut & Agathone & deo dignum erat, habita uideretur. Quapropter Socrates ad Eryximachum cõuersus inquit. An non merito ô Acumeni fili Eryximache supra timuisse nunc uideor, quod reuera contigit uaticinatus, quod Agathon elegantissime loqueretur, unde mihi uerba de fore putabam? Vnum quidem, Eryximachum respondisse, recte uaticinatum te puto, scite locutum Agathonem: tibi uero defuturam facundiam, minime. Qui non, dixisse Socratem, & ipse ô beate, & alius quiuis à dicendo absterreatur, cui post tam luculẽtam copiosamq; orationem sit loquendum? Et cætera quidem quamuis apte composita non adeo miranda uidentur: elegantiam uero nominum atq; uerborum qua in orationis calce est usus, si quis animaduertit, protinus obstupescet. Quando quidẽ & ipse cũ intelligerem nõ posse me eloquentia prope accedere, parum absuit quin uerecundia motus hinc alio si quò licuisset, abirem. Etenim Gorgiæ me sermo admonuit, quod illud mihi Homerikum contigisset. Extimui nõne ne finẽ uerbis imponens Agatho, Gorgiæ facundi caput è sermone suo in meũ transmittens, mutũ me faciũ, lapidem pro homine redderet. Tunc demũ temere promississe me agnouĩ, amorẽ uobiscũ pro uirili mea collaudaturũ, & inepte amatoria professũ fuisse, cũ omnino nescirẽ qua quidq; sit ratione laudandũ. Putabã equidẽ ob ruditatẽ meã, de quocunq; quod laudat à nobis uera oportere referri, & hoc quidẽ a desse atq; licere, ex his autẽ pulcherrima seligentes q̃ decentissime ascribere nos debere. Quocirca ingenti quadam spe elatus sum, quali recte dicturus, quando quidẽ uerã laudandi rationẽ, ut uidebatur

Quæ quis nõ
habet nec no-
scit, alteri da-
re uel mini-
strare nõ pot.
Apollo Amo-
ris discipulus
Texendi ars,
Mineræ est

ut uidebatur, haberem. Tandem uero haud congruus laudationis hic modus apparuit. Oportere namq; uidetur, maxima queq; & præclarissima rei quam laudamus ascribere, si ue reuera illi adsint, siue nõ adsint. Nihil enim referre falsane an uera sint, cum propositũ sit non quomodo amor ipse laudetur, imò ut quisq; amorem laudare quàm maxime uideatur. Quapropter uniuersa amori tribuitis, talemq; eum esse, & talium tantorumq; causam affirmatis, ut quom pulcherrimus optimusq; appareat, ignorantibus uidelicet. Nunquam enim intelligentibus laus huiusmodi recta, & pura iudicaretur. Equidem laudationis huius modum penitus ignorabam. Nesciens itaq; uobiscũ conueni me quoq; inter alios collaudaturum. Lingua ergo pollicita est, mens uero nequaquam. Absit igitur à me ista laudatio. Neq; enim sic illum extollere possem. Veruntamen si uultis, ritu meo uera loqui cupio, & ad me ipsum respicere potius, quàm cũ orationibus uestris certare, ne risum moueam. Vide itaq; Phædre, utrum uobis placeat orationẽ huiusmodi nunc audire quæ de amore uera duntaxat enaret, uerborũ nominumq; utcumq; accidit compositione procedens. Phædrũ igitur, Mihi sane & alijs placet, dicere, ut tuo arbitrato loquaris. Concede mihi ô Phædre, dicere Socratem, ut pauca quædam Agathonem rogem, ut ab illo confirmatus loquar. Concedo equidem, Phædrum respondisse: Interroga modo, Socrate.

Reprehenditur
collaudatio,
in qua ut
cuncta & ma-
xima referantur,
falsa profertur.

SOCRATIS ORATIO

Ndẽ Phædrũ sic exorsum dicebat. Optima ô amice Agatho orationis tuæ fundamenta iecisse uideris, cum diceres primo quid amor sit ostendendum, postea illius opera numeranda. Hoc equidẽ principium ualde probo. Age itaq; postquam de amore cætera ornate atq; magnifice es elocutus, hoc insuper circa illius naturam mihi declara, utrum talis sit amor, ut alicuius amor sit, an nullius. Haud peto utrum matris alicuius patrisue sit. Ridicula namq; interrogatio esset, utrum amor patris matrisue sit amor. Verum si interrogassem, nunquid pater alicuius pater esset, an non, respondisses utiq; si modo congrue loqui uoluisses, patrem filij aut filia patrem esse. An non? Profusus, Agathonem dixisse. Nonne & matrem alicuius esse matrem. Et istud consensisse. Responde de præterea, Socratem dixisse, pauca quædam, ut quod sentio magis intelligas. Frater nunquid ipsum quod est alicuius est frater? Esse dicere. Nonne fratris aut sororis? Horum profecto. Conare similiter de amore nobis ostendere, num amor alicuius sit amor. Alicuius certe. Hoc itaque memoriter serua, cuius sit recordatus. Atq; ad hoc responde, utrum amor, illud ipsum cuius est amor, appetat, nec ne. Et maxime quidem. Nunquid hoc ipsum apud se habet, & tamẽ quod habet appetit atq; amat? An potius non habet quod & amat, & appetit? Verisimile est non habere. Aduerte præterea utrum pro eo quod uerisimile est, necessariũ sit ita quicquid appetit, id quo eget appetere: & si non eget, nec cupere. Mihi quidem mirum in modum hoc placet, ut necessarium sit. Tibi uero quid uidetur Agatho, dixisse Socratem. Quod & tibi, respondisse Agathonem. Bene loqueris. An uellet magnus quispiã magnus esse, & robustus aliquis, esse robustus? Ex his quæ supra concessimus fieri non posse mihi uidetur. Neq; enim indigus esset eorum quæ in seipso iam contineret. Vera dicis. Etenim si ille qui robustus est, uult esse robustus, & qui uelox, esse uelox, & sanus denique sanus, forte quispiã crederet, & hos, & alios quoslibet, ea quæ habet appetere. Ne igitur hic decipiamur. Hæc si diligenter anima duertas Agatho, necessariũ esse uidebis quæcunq; præsentia in tempore hi habent, eadem in tempore eodem habere, seu uelint, siue nolint, hoc ipsum uero quisquam cuperet? Cum uero quis addit: at ego sanus dum sum, uolo equidem sanus esse: & diues dum sum, esse diues: atq; idcirco, quæ habeo cupio: huic protinus respondemus. O bene uir, ipse diuitias, sanitatem, roburq; adeptus, uis hæc et in futuro tempore possidere; quoniam in præsentia uelis nolisque habes. Vides ergo cum dicis, quæ mihi adsunt cupio, nunquid aliud quàm hoc inferas, quæ mihi nunc adsunt, & in futuro adesse exopto. Censes hunc hominem Agatho hoc an aliud responsurum? Nihil aliud, dicere Agathonem. Amor profecto huiusmodi, illud respicit quod nõdum in promptu est nec habetur, ad esse uidelicet & seruari illa in tempore quod sequatur. Sic est omnino. Et hic igitur, & alius

& alius quicumque appetit, quod nondum expositum paratum est, appetit, quod uero non adest, nec habet, & quod ipse non est, quo uero indiget. Talia quædam sunt illa quorum est appetitus, & amor. Talia proculdubio. Age dixisse Socrate quæ supra dicta sunt repetamus. Primo quidem amor, aliorum dictus est amor, deinde illorum potissimum quibus indiget. Certe respondisse. Recordare præterea, quorum esse amorem asseruisti. Ego tibi in memoriam si uis reducam. Equidem ita dixisse te arbitror: A dijs omnia propter pulchrorum amorem fuisse disposita. Turpium quippe amorem omnino nullum esse. An non ita dicebas? Ita profecto. Probabiliter quidem loqueris de amice. Et si ita est, amor certe pulchritudinis amor est, turpitudinis uero minime. Consensio. Nonne concessum est, id quo eget nec habet, amare? Cōcessum plane. Ergo pulchritudine indiget amor, eamque non habet. Necessarium. Quid uero? Num pulchrum uocas quod pulchritudinis indigum est, nec eam habet? Nequaquam. Nunquid ulterius, si hec ita se habent, amorem pulchrum asseris? Nihil eorum quæ supra dixi intellexisse uideo. Recte dixisti. Sed responde dixisse parumper ulterius, nunquid ipsa bona pulchra esse uidentur? Mihi uero. Si igitur amor pulchris caret, bona uero pulchra sunt, bonis quoque caret. Repugnare tibi de Socrate nullo modo possem. Esto igitur, ut tu ais. Veritati quidem dicere nunquam de dilecte Agatho aduersari posses, Socrati uero facillime.

Merum Agathonem iam dimittam, uobisque de conuiuio, referam sermonem de Amore, quem olim accepi a fatidica muliere Diotima, quæ & harum rerum perita erat, & alia multa sapienter intelligebat, & Atheniensibus olim sacris decennio ante pestem peractis morbi dilatione dedit. Illa me in amatoria facultate instruxit. Quæ igitur illa dixit, conabor uobis ex me ipso secundum ea quæ inter me & Agathonem conuenerunt, exprimere. Oportet autem primo de Agatho, ut & tu exposuisti, quid, & quale sit amor ostendere, deinde opera illius enumerare. Præstat, ut mihi uideatur, eodem ordine uobis nunc referre quo hospes illa me examinans pertractauit. Ferme enim eadē ego illi quæ mihi Agatho, prædixeram. Magnum esse deum amorem, & ad pulchra respicere. Eisdemque rationibus me redarguit, quibus hunc ipse, quod neque pulcher esset amor, ut dicebam, neque bonus. Ad quam ego tunc. Quid ais de Diotima inquam. Turpis ne igitur ac malus est amor? Et illa: dic meliora quæso. an putas necessarium esse, ut quicquid pulchrum non est sit turpe? Maxime. Et quod non sapiens, ignorans? An non aduertisti, esse quoddam sapientie & ignorantie medium? Quid istud? Recte opinari, hoc est ueri absque certa ratione participem esse. hoc siquidem neque scientia est: nam scientia ratione scientia nunquam. Neque ignorantia rursus. Quod enim ueri compos esse, ignorantia non uocatur. huiusmodi quiddam est opinio recta, inter sapientiam, & ignorantiam medium. Vera dicebam ego narras. Nec cogas igitur inquit quod pulchrum non est, esse turpe: quod uero non bonum, esse malum. Eadem ratione quamuis amorem, neque pulchrum, neque bonum esse concedas, non tamen putare debes turpem necessario esse, uel malum, sed inter ista medium. At uero in hoc omnes consentiunt, magnum esse deum amorem. Ignorantes ne dicis inquit omnes? An scientes? Cunctos inquam. Quoniam pacto ridicule magnum esse deum hi confiterentur, qui nec deum quidem esse uolunt? Qui nam isti inquam ego? Unus quidem tu es inquit. Ego altera. Quoniam pacto dixisti se me hoc asseris? Facile tibi ostendam, dic age. Nonne deos omnes, pulchros ac beatos affirmas? Nunquid auderes deorum quempiam non pulchrum beatum uel dicere?

Non per Iouem. Beatos autem nonne illos uocas, qui bona pulchraque possident? Illos duntaxat. At qui amorem in superioribus admisisti propter pulchrorum bonorumque inopia hac ipsa quorum indigus est, appetere. Admisisti equidem. Quoniam igitur modo deus est inquit, qui pulchrorum bonorumque est expertus? Nullo pacto ut uidetur inquam. Vides ne quod & ipse amorem deum esse non putas? Quid ergo inquam? Num mortalis est amor? Minime. Quid igitur? Superiorum instar, mortalis immortalis uel medium. Quid inquam est de Diotima? Magnus de Socrate daemon. Etenim omnis natura daemonum inter mortales, deos uel media. Quam uim habet? Interpretatur inquit, & transiit humana ad deos, diuina ad homines: horum quidem preces, et sacrificia, illorum præcepta sacrosque solennes, institutiones, & ordinem. In utroque medio constituta totum complet

Diotima fatidica

Inter sapientiam & ignorantiam media est recta opinio

Qualis sit opinio recta. Amor est medium inter turpe & pulchrum

Natura demonum

Omnia officia daemonum

complet, ut uniuersum secum ipso tali uinculo connectatur. Per hanc uaticinium omne procedit, sacerdotumque diligentia circa sacrificia expiationesque, & incantationes, & diuinationem omnem, atque magicam. Deus quidem homini non miscetur, sed per id medium commercium omne atque colloquium inter Deos hominesque conficitur, & uigilantibus nobis, & dormientibus. Quicumque harum rerum peritus est *δαίμωνιος*, id est felix uir, & sapiens nuncupatur: qui uero alias artes, & facultates quæ manibus explentur, callent, mercenarij nominantur. Etenim uero hi demones multi atque uarij sunt. Ex his unus est amor. Quinam parentes inquam Amoris? Quamuis dictu prolixum sit inquit, exponam tamen. Quando nata est Venus, parato conuiuio discubuerunt dii cæteri, & *πυρριδος*, id est consilij filius *ωβριος*, id est affluentiae deus. Cum cœnati essent, *ωβριος* id est paupertas mendicata cibum utpote epulis illic abundantibus uenit, & circa fores obuersabatur. Porus quidem nectare ebrius, uinum nanque nondum erat, Iouis hortum ingressus est, & somno grauatus dormiebat. Penia uero inopia compulsa quo pacto filium quasi quibusdam insidijs ex Poro conciperet, excogitauit. Quare iuxta illum accubuit, Amoremque concepit. Unde natus est amor sectator cultorque Veneris, propterea quod in Veneris natalibus est progenitus. Quinetiam natura, pulchri desiderio capitur, cum Venus ipsa sit pulchra. Quoniam uero Pori ac Peniae amor est filius, sortem huiusmodi nactus est. Principio aridus est, & squalidus, nudis pedibus, semper humi uolans, sine domicilio, sine stramentis, & tegmine ullo, ad fores in uia sub diuo dormiens, naturamque matris seruans, semper egenus. Secundum uero patris stirpem, pulchris ac bonis insidiatur, uisilis, audax, & uehemens sagaxque uenator, noua semper machinamenta contexit, prudentiae studiosus, facundus, per omnem uitam philosophans, incantator, fascinoque potens, ueneficus atque sophista. Neque immortalis omnino secundum naturam, neque mortalis: sed interdum eodem die pullular atque uiuit, quotiens exuberat: interdum deficit, atque iterum reuiuiscit ob patris naturam. Quod uero acquiritur, continue subterfluit. Quocirca neque mendicus est amor unquam, neque etiam opulentus. Quinetiam inter sapientiam, & insipientiam constituitur. Sic enim res se habet. Nullus deorum philosophatur, aut sapiens fieri cupit. Est enim. Nec alius qui uis sapiens philosophatur. Neque omnino ignorantes philosophantur, neque sapientes fieri cupiunt: hoc enim habet ignorantia pessimum, quando qui nec pulcher bonus est neque sapiens, sufficienter hæc habere se censet. Nunquam igitur expetit illa quorum se indigum non aduertit. Qui ergo potissimum inquam Diotima philosophantur, si neque sapientes, neque ignorantes id agunt? Hoc profecto uel puer intelliget inquit, quod hi uidelicet qui inter istos sunt medij, e quibus est amor. Sapientia nempe pulcherrimum quiddam est, amor autem circa pulchrum uersatur. Ex quo necessario sequitur Amorem esse philosophum: cumque philosophus sit, medium ignorantis sapientisque tenere. Horum causa in eius genitura consistit. Nam ex patre sapiente & opulento est genitus, matre uero minime sapiente, & certe paupere. Natura itaque demonis de amice Socrates ista. Nec mirum est talem te amorem finxisse ex ea opinione, quam de natura eius habebas. Nam ut ex tuis dictis consicio, non amantem, sed amatum amorem esse putabas, & idcirco pulcherrimum tibi amorem esse uisum existimo. Amabile quidem ipsum reuera pulchrum est, delicatum, perfectum, & certissimum. Amans autem aliam talem ideam habet, qualem in superioribus figuraui. Esto inquam ut ais hospes, præclare enim loqueris. Cum uero talis sit amor, ad quid conducit hominibus? Hoc deinceps de Socrate docere conabor. Talis quidem est, & ita genitus amor. Est autem pulchrorum, ut ipse inquis. Verum si quis ita quaerat, cuius gratia amor pulchrorum est de Socrate atque Diotima? Imò sic clarius, qui pulchra amat, quid ab his potissimum expetit? Quid respondebimus? Adesse uidelicet sibi. At hæc responsio quaestione huiusmodi ultra requirit. Quid erit illi cui pulchra aderunt? Nihil in promptu quod respondeam habeo. Siquis uero inquit mutatis uocabulis, & bono pro pulchro utens percontetur. Qui amat bona, quid expetit? Adesse sibi inquam. Quid huic erit, cui bona aderunt? Facilius ad ista responsio inquam. Felix enim erit. Possessione sane bonorum beati sunt quicumque beati, neque requirere ulterius opus est, ad quid felix esse uelit, qui felicitate operat, sed finem iam responsio habere uideatur. Vera loqueris inquam. Nunquid hanc uoluntatem amoremque cunctis censet hominibus esse communem? omnesque uelle bona sibi semper adesse? Communem

Diuinitas & magica conce ditur per demones. Amor unus ex demonibus.

Communem

Communem plane. Cur ergo non omnes o Socrates amare dicimus, siquidē omnes & eadem & semper amant? sed quosdam amare, alios minime? Admiror & ipse. Sed ne mireris. Nam speciem quandam amantium feligentes, Amorem denominamus, totius nomen attribuentes. In alijs autem, nominibus alijs utimur. Exemplo inquam quodam declara. Ut ecce. Scis utique facere, amplum quiddam esse, facere siquidem generatim dicitur causa qua unumquodque ex non esse ad esse procedit. Quapropter omnes cuiusq; artis actiones, efficiōes sunt, & artifices oēs poētæ, id est factores. Vera narras inquam. Vides tamen quod non uocantur poētæ, sed alia nomina sortiuntur, ex omni uero factiōe, una selecta particula, quæ scilicet circa musicam carminaq; uerfatur, totius nomine nuncupatur. Poësis enim id est efficiō, hæc sola uocata est: quæ ue hanc efficiōnis particulam habent, poētæ. Vera hæc sunt inquam. Idem quoque circa amorem accidit. Nam summam quidem omnis bonorum felicitatisq; appetitio, maximus & insidiator amor est cuique. Verum qui ad bonum studio pecuniarum uel gymnasticæ uel sapientiæ proficiscuntur, nec amare nec amatores cognominantur. Qui uero secundum certam speciem ad id contendunt, totius nomen subeunt, amorem uide licet, & amare, & amatores. Recte loqui uideris. Nonnulli ferunt, eos qui dimidium sui perquirunt, amare. Ego autem, neq; dimidij, neq; totius amorem assero, nisi aliquo pacto sit bonum: quandoquidem & manus & pedes, si uideantur mala, uel à seipsis homines abscindere uolunt. Nō enim suum quisq; diligit, nisi forte quispiam quod bonum est, suum ac proprium cuiusq; uocet: quod uero malum, potius alienum. Quippe cum nihil aliud præter bonū homines amet, Nōne sic & tibi uidentur? Sic utiq;. Simpliciter ergo dicendum est, homines bonum amare? Proculdubio. An non addendū quod ad se se sibi bonū cupiunt? Addendum. Nec adesse solū, sed et semper adesse? Et semper. Est igitur summam amor appetitio qua bonum sibi semper esse quis cupit. Vera nimis um loqueris. Postquam huiusmodi quiddam semper uniuersalis est amor, potes ne dicere quæ potissimum appetendi conditio, quæ ue prosequendi modus, & in quali uel in actione uel studio, Amor proprie nominetur? Si id ostendere potuissim, nunquam sapientiam tuā admiratus essem Diotima, neq; discendi gratia ad te uenissim. At ego dicā. Est inquam hoc partus in pulchro, tam secundum animā quam secundum corpus. Vaticinio opus est ad id quod ais intelligendū. hoc enim nullo modo percipio. Dicam equidē planius. Omnium o Socrates hominum pregnans & grauidum corpus est, prægnans & anima. Et cum primum ad certam ætatem peruenerimus, parere nostra natura cupit: parere uero in turpi nequit, in pulchro potest. Viri sane mulierisq; congressu fetus partusq; prouenit. Est autem opus hoc diuinum, & in animali ipso mortali, immortale hoc est, conceptio scilicet & generatio. Hæc in eo quod sine proportione & dissonum est, expleri nequeunt. Dissonum autem est quod turpe, ab omni quod est diuinum: pulchrum uero diuino consonum. Parca igitur & Lucina generationi pulchritudo ipsa est. Quocirca quod turpe pulchro quod grauidum est adhæret, læticia gessit, hilaritate & uoluptate diffundit, pariterq; & generat. Contra uero cum turpi propinquat, tristitia quadam & dolore con trahitur, absterreturq; & cohibetur, nec gignit, sed foetum retinens angitur. Quapropter quod concepit & iam luxuriat, adultumq; ad generationem anhelat, circa pulchrū ut plurimum obuertatur, quoniam inde acri anxietate leuatur. Est enim amor non pulchri Socrates, ut tu putas. At cuius inquam. Generatiōis partusq; in pulchro. Reuera? Re uera inquam. Cur generatiōis? Quia amor sempiternum quiddā est & immortale, quæ admodum in ipso mortali generatio, immortalitē autē una cum bono appetere necesse est, ex illis quæ supra cōcessimus, quandoquidē amor est appetitio, qua bonum sibi quisque semper adesse desiderat. Ex his concluditur Amorem immortalitatis quoq; desiderium esse. Hæc omnia mihi Diotima tradidit, cum de amatoris sermonem habuit. nec nō sic in terrogauit. Quam huius amoris cupiditatisq; causam o Socrates arbitraris? An nō uides q; grauius afficiuntur animantes omnes, & quæ gradiunt, & quæ uolant, cum ad generationem toto impetu proferuntur, & amoris ardore infantiunt? Primo quidē generatiōis causa quam uehementer congregi concupiscunt. Deinde quantum circa natorum alimēta laborat. Horumq; causa imbecilla etiā animalia aduersus robustissima prælia poscunt, & pro illis occumbere parata sunt, ac fame defecere, mō filios nutriat, & aliud quodlibet audacter

Amor est im
mortalitatis
desiderium

audacter aggrediuntur. Homines quidem forte putaret quispiam rationis discursu hæc agere, brutis autem quænam amoris tam ardentis causa est? Assignare hanc potes? Minime inquam. Credis ne unquam inquit in amatoris peritus fore dum hæc ignoras? Ob hanc causam ad te o Diotima, ut supra dixi, confugio, quia præceptore me indigere cognosco. horum itaq; precor, & aliorum quæcunque ad amorem attinent, causam afferas. Si credis illius naturæ amorem esse cuius sæpe iam diximus, ne mireris. Ex hoc enim similiter ut ex superioribus, natura mortalis, semper & immortalis esse pro uiribus nititur: hoc autem generatione duntaxat assequitur, quoniam semper alterum iuuenem ueteris loco substituit. Enim uero eo ipso in tempore, quo animalium unumquodq; uiuere dicitur, idemq; esse, ut à pueritia ad senectutem, quamuis idem dicatur, nunquam tamen in se ipso eadem continet, sed nouum semper efficitur, & uetera exiit, secundum pilos, car-nem, ossa ac sanguinem, & uniuersum corpus. Neque in corpore solum, uerum etiam in anima id contingit. Mores, consuetudines, opiniones, cupidines, uoluptates, dolores, atq; timores, continue permutantur, neque quicquam ex istis idem, & simile perseverat, sed priora quidem abolentur, noua uero succedunt. Quinetiam quod mirabilis est, scientiæ quoq; non solum alia euanescent, alia surgunt, neque semper secundum scientias idem sumus, uerum etiam una quæuis scientiarum idem patitur. Quod enim dicitur meditari, quasi exierit scientia dicitur. Obliuio namq; scientiæ exitus est. Meditatio uero nouam memoriam semper abeuntis loco restituens, scientiam seruat ut esse eadem uideatur. Hoc utique pacto omne mortale seruat, non quia semper omnino idem sit, ut diuinum, sed quia quod tabescit, & abit, nouum & simile sibi relinquit. Hoc remedio Socrates quod mortale est siue corpus seu quodlibet aliud, particeps immortalitatis euadit: quod uero diuinum & immortale, alia ratione. Quam obrem mirari non debes si omnia germen suum natura charissimū habeant. Nam immortalitatis gratia nixus huiusmodi atq; amor cuiuslibet inest. Cum hæc audissem, admiratione commotus inquam: Siccine Diotima sapiens reuera de ijs iudicandum? Tum illa, ut perfecti sophistæ solent, Certo scito, inquit o Socrates. Etenim si gloriæ studium quod hominibus inest, considerare uolueris, admiraberis ruditatem tuam, quod ea quæ dixi non satis comprehenderis. Cernes quidem quam uehementer exoptent, nos sese omnibus exhibere, & in futurum immortalē gloriā consequi. Nā huius gratia magis quam filiorū, pericula subeunt, pecunias erogant, laboresq; nullos respuunt, ac deniq; sese morti exponunt. An censes Alcesten pro Admeto mori uoluisse, aut Achillem in ultione Patrocli occumbere, aut uestrum Codrum pro filiorum regno perire, nisi immortalem uirtutis memoriam, qualis apud nos extat, consecuturos se prælagissent? Longe abest inquam. Imò pro immortali uirtute & honesta opinione cuncta hæc, ut arbitror, agunt: & quo meliores homines sunt, eo magis ad ista cōtendunt. Nam immortalitatem amant. Quicunq; igitur corpore fecundi sunt, ad foeminas se magis conuertunt, atq; ita amant, & filiorum generatione immortalitatem, memoriam, felicitatem, per omne tempus assequi sperant. Sunt & qui animam grauidam atq; foecundā magis quam corpus habeant. hi sane concipiunt ea quæ animæ & concepisse & concipere cōuenit. Sed quidnam cōuenit? Prudentiam uidelicet aliasq; uirtutes, quarum rerum poëtæ omnes genitores sunt, nec non artifices illi qui inuectores dicuntur. Maxima uero, & omnium præstantissima prudentia est qua ciuilia & domestica gubernantur, cuius nomē est temperantia atq; iustitia. Quisquis ergo uirtutum huiusmodi natura plenus & grauidus est, ideoq; diuinus, ætate debita imminete parere tam generareq; affectat, & idcirco passim uagatur, quæritq; pulchrū, in quo generet. in turpi namq; minime generaret. Quapropter corporibus speciosis magis quam deformibus gratulatur, utpote prægnans. Quod si animā præterea pulchram, generosam, docilemque reperiat, utraq; pulchritudine cōcurrente mirifice delectatur, & coram homine illo confestim de uirtute loquendo facūdia pollet, qualis esse debeat uir bonus edifferens, quidūe sit eius officium, atq; hac doctrina imbueri illum studet. Adhærens quippe pulchro, eoq; familiariter utens, quæ quondā conceperat, parit & gignit, illius tam in absentia, quam præsentia memor: quod uē inde nascitur cum illo communiter nutrit atq; educat. Vnde augustiorem cōmunionem firmioremq; amicitiam uicissim contrahunt quædam mortalium filiorū parentes, utpote qui in filijs immortalibus magis pulchrioribusq; una cōmunicant, Etenim huiusmodi filios quilibet potius quam hu-

Assidua mutatio in corpore & anima

manos eligeret, præsertim qui Homerum Hesiodumq; consideret, & poetas alios amuletur, dum cernit quales filios reliquerunt: qui cum immortales sint, immortalem quoque gloriam memoriamq; parentibus præbuerunt: qualesq; Lycurgus Lacedæmonijs reliquit filios Lacedæmoniæ ac totius pene Græciæ seruatores. Honoratus & apud uos propter generationem legum ipse Solo, alijsq; permulti alibi apud Græcos & Barbaros, qui multa atque præclara opera demonstrarunt, uirtutem omnem progengerant. Quibus sacra ac templa multa, ob huiusmodi sæpe natos dicata sunt, ob humanos uero adhuc alicui nunquam. In his utique amatorijs ò Socrates ipse forsitan industria tua initiaberis. Vtrum uero ulterius procedas, ac perfecta demum amatoria, que ue sublime spectant, quorum gratia hæc sunt, animaduertas: Vtrum inquam pergere ualeas nec ne, ignoro. Dicam tamen omninq; studio tibi opitulabor. Tu uero pro uiribus sequi me nitere. Oportet eum qui ad hoc recto sit tramite progressurus, statim ab adolescentia pulchra corpora contemplari; & primum quidem si modo recte ducatur, unum corpus amare, ibiq; rationes pulchras producere, cogitare deinde pulchritudinem quæ corpori cui libet inest alterius corporis esse germanam. Et si sequi decet quod in specie pulchrum; absurdum est credere eam quæ omnibus corporibus inest, non unam eandemq; pulchritudinem esse. Et qui hoc aduertit, omnium simpliciter pulchrorum corporum amator euadere debet, amoris autem erga unum uehementiam hac ratione remittere, atq; unius speciem paruifacere. Post hæc pulchritudinem quæ animis inest, illa quæ in corpore præstantior est existimet, adeo ut si quis animi ingenui sit, quam uis forma corporis alijs quibusdã cedat, sufficere tamen arbitretur, & amet, curetq;, & rationes huiusmodi pariat, quæratq; sermones omnes qui reddere meliores adolescentes possint: ut hinc ad pulchritudinem quæ in officijs ac legibus reperitur, inspiciendam ducatur, intelligatq; illam omnem sibi ipsi uniformem cognatamq; existere, ut eam quæ circa corpus est, pulchritudinem paruifaciat. Post officia legesq;, ad scientias transeat, ut scientiarum pulchritudinem contempletur; dumq; id quod ampla exuberat pulchritudine contuetur, haud amplius tanquam mancipiũ unius puelli speciem admiretur. neque unius hominis uel officij pulchritudine sit contentus. Nam quisquis in hoc delinquit, exilis, & abiectus est seruus. Verum in profundum pulchritudinis se pelagus mergat, ubi ipso intuitu, multas, præclaras, atq; magnificas rationes intelligetasq; in philosophia abunde pariat, donec ibi confirmatus, & roboratus, scientiam iam unam talem intueatur, quæ pulchri talis existit. Aciem uero nunc mentis pro uiribus adhibe. Quicumq; hucusq; per amatoria gradatim deducit, recto ordine pulchra intuitus, ad finem iam amatorij affectus perueniens, subito quandam natura mirabilem inspiciet pulchritudinem: Hoc illud cuius gratia labores præcedentes subiuimus. Principio quidẽ semper est, nec fit, nec interit, neq; crescit unq;, neq; decrescit: præterea nõ hac ex parte pulchrum, ex illa turpe, uel tum pulchrum, tum minime. Neq; ad hoc quidẽ pulchrum, turpe uero ad illud. Vel hic pulchrum, ibi turpe, ut quibusdã pulchrum sit, quibusdã uero nequaquam. Neq; rursus imaginatione quadam ipsum pulchrum ita fingitur, quasi uultus pulcher, uel pulchre manus, aut aliud quiddã cuius corpus est particeps. Neq; ut oratio quædam, uel ratio, aut scientia quædam. Neq; in alio iacere putabitur, uel in animal, uel terra, uel cælo, aut alio quopiam, sed ipsum per se ipsum cũ semetipso unius forme semper existens. Cætera uero omnia que pulchra sunt, illius participatiõe pulchra, ea scilicet conditione, ut nascentibus & intereuntibus alijs, nihil subtrahatur illi; aut addatur, neque passionem ullam incurrat. Quando uero ab his aliquis legitime amando ascendens, illud ipsum pulchrũ suspicere incipit, ferme iam finem attingit. Hoc est profecto ad amatoria recte pergere, uel ab alio duci, quando uidelicet quis ab his pulchris gratia pulchri illius ascendere incipit, quasi quibusdã gradibus utens, atq; ab uno primum in duotransiens, & à duobus in omnia quæ pulchra sunt, corpora, ab his in omnia officia pulchra, à pulchris officijs ad doctrinas pulchras conuersus, à doctrinis deniq; multis in illã doctrinam perueniens, quæ non alterius est quàm illius ipsius pulchri doctrina: atq; ita demum quid ipsum pulchrum sit contemplatur. In hoc utiq; uitæ statu ò Socrates si usquam alibi homini uidelicet ipsum pulchrum spectanti uiuendũ. Quod siquidã uideris, supra quàm dici possit preciosius auro ornatisq; uestibus & pulchris pueris adolescentibusq; cælebis. Quos nunc, & tu, & alij multi, dum spectatis, nimium obstupescitis, & si fieri posset eligeretis

retis inter illos semper cibo potuq; neglecto uersari. Quam felix illud spectaculum fore putamus, sicuti contigerit, ut ipsum pulchrum intueatur, syncerum, integrum, purum, simplex, non humanis carnibus, coloribus, non alijs mortalibus nugis contaminatum, sed ipsum secundum se pulchrum diuinum inspiciat. Num uitam huiusmodi paruifaciat: hominis uidelicet ipsius qui illuc suspicit, qui tam præclarum spectaculum contuetur, qui illi cohaeret. Nõne cogitas quod tibi solum cernens ille eo oculo pulchrum quo percipi potest, non imagines uirtutis ulterius, sed uirtutes ipsas pariet: quippe cum non simulachrum, sed rem ipsam attingat. Cumq; uirtutem ueram pariat, atq; alat, deo amicus efficietur, & si quis alius hominum, is maxime immortalis existet. Hæc Socratem referebat, ò Phædre alijsq; conuiuæ, Aristodemus dixisse à sibi relata Diotima. Cui fidem adhibeo, atque alijs persuadere studeo, hominum naturam haud facile posse ad beatam immortalitatis possessionem quicquam legitimo amore conducibilis inuenire. Quam obrem honorandum amorem ab omnibus hominibus cenfeo. Equidem amatoria collo, meq; summopere in his exerceo, aliosq; exhortor. Et nunc quidem ac semper pro ingenij facultate amoris uim & fortitudinem laudo. Hunc ò Phædre sermonem, si uis, quasi laudationem quandam amoris existima: si autem aliter appellare placet, appella. Cum hæc dixisset, ut retulit Aristodemus, reliqui omnes probarunt. Aristophanes solus repugnare tentauit, quia mentionem sermonis illius supra fecerat. Sed repente uestibuli ostiũ percussum sonitum dedit, & clamor debacchantium iuuenum tibiaeque auditus. Tum Agathonem, uidete dicere ministri, quinam homines aduentarint, & si quis familiaris noster intersit, ad nos accersite. Si nullus, nos haud amplius bibere, sed iam quiescere nunciate. At paulo post uocem Alcibiadis audierunt, ebrietate insulantem, altiusq; in uestibulo clamantis. Qui ubi esset Agathonem flagitasse, ad seq; duci iussisse. Eum igitur tibiae alijq; contubernales ducebant, & ad fores uestibuli sistebant, corona quadam ex hedera uiolisq; conferta redimitum, uittisq; multis caput circūdatum, clamantemq;. Saluere uos iubeo uiri, ebrium ualde hominem compotatorem suscipite. Vel abeamus, Agathonem solum coronantes, cuius gratia uenimus. Heri equidem interesse nequiu, hodie uenit uitas ferens, ut à meo capite sapientissimi pulcherrimiq; caput, si ita dicam, reuincirem. An me uelut ebrium deridebitis: ego uero, rideatis licet, uera tamen loqui me scio. Responde te clare, nunquid ad hæc ingredi permittatis: compotetis, an non? Hic acclamasse omnes, iussisseq; ingredi, atque accumbere. Accersuit & Agatho. contubernales igitur adducebant, ille uittas tollens & Agathonis caput circūdaturus, Socratem licet in conspectu esset non uidit. Prope Agathonem igitur assedit, inter hunc & Socratem medius. Ei namq; Socrates cesserat. Cum sedisset, Agathon congratulatus est coronauitq;. Agatho, suscipite inquit Alcibiadem ueri, ut sic uelut tertius accumbat, prorsus dixisse Alcibiadem, & quis tertius conuiuæ esset interrogasse. conuersumq; Socratem uidisse, cumq; resisset, Pro Hercules dixisse, quid hoc est? hic etiam insidiatus mihi ò Socrates confediti? Sic semper soles, ubi minime omnium expectarem, protinus mihi occurrere. & nunc cur huc uenisti? Cur hic potius quàm apud Aristophanẽ sedes? aut si quis alius ridiculus hic esset, uideriq; uult: Sed callide excogitasti qui iuxta conuiuarũ pulcherrimum hic sederes. Socratem autem ad Agathonem conuersum Vide, dicere. Agatho si quo pacto mihi succurrere potes. Amor quippe huius hominis, haud leue quiddã mihi extitit. Ex eo namq; tempore quo hunc amare cœpi, nunquam mihi licet aut aspiciere pulchrum aliquem aut alloqui, quin iste zelotypus, id est amatoria suspitione captus & inuidens mira quædam tentet, conuicieturq;, imò uix se continet quin manus inferat. Vide igitur ne in præsentia tale quid agat, sed nos cõcilia: uel si uim inferre conetur, opitulare. Nam huius furor & amatorius impetus me maxime terret. Ad hæc Alcibiades, Inter me ac te conciliatio nulla cadit, sed horum causa alias ulciscar: nõ autem Agatho mihi aliquas ex his uittis impartias, ut & huius mirab ile hoc caput exornem, ne me succenseat quod te coronauerim, nõ ipsum qui omnes homines sermonibus superat, non heri tantũ ut tu, sed semper. Acceptis itaq; uittis coronauit Socratem, ac sedit, sedens autem inquit. Nimium mihi sobrijs conuiuæ uide mini, neque permittendum uobis id cenfeo. bibendum est enim. Nam inter nos id conuenit. Ergo bibendi principẽ donec satis biberitis me uobis propono. Ferri iube Agatho si quod adest amplũ potueri, sed nihil opus est, imò feras huc puer uas illud, quod plures

quàm octo pateras capere uideatur. Cū uas impleuisset, prior ipse bibit, Socrati deinde infundit, & inquit. Aduersus Socratem ò conuiuē dolo hoc nihil promoueo. Quantumcunque quis iusserit, ebibet, nec ebrium unquam uidebitis. Socrates cum infudisset, puer bibit. Tum Eryximachus, quid agimus Alcibiades? Ita nec loquimur quicquam super calicem, neque canimus, sed quasi sitientes ingurgitamus. Ad quem Alcibiades, Salue optime Eryximache optime & frugi admodum patre nate. Et tu salue, Eryximachus subiunxit. uerum quid nobis agendum? Quod inquit Alcibiades tu præceperis. Tibi quidem parendum est. Vir medicus multis alijs æquabitur unus. Impera ergo quodcumque lubet. Audi iam, inquit Eryximachus. Antequam ingrediereris, uisum fuit ab uno quoque præsentium factum in dexteram circuitu deinceps Amorem pro ingenij facultate laudandum. Nos quidem singuli diximus, tu quoque cum non dixeris, biberis autem, iure dicere debes: & cum dixeris, tunc demum Socrati quicquid uolueris imperabis. Socrates quoque illi qui ad dexteram succedit similiter, ceterique deinceps. Præclare loqueris inquit Eryximache. Sed non æqua ratio uideri debet, ut ebrius cum sobriorum oratione uerba sua conferat. Sed ò beate uir, persuasit ne tibi Socrates quicquam ex his quæ paulo ante narrauit. Vel scis contra esse omnino? Hic enim si eo præsentem quenquam laudauero uel deum uel hominem alium quàm hunc ipsum, manus non continebit. Bona uerba quæ so, dixisse Socratem. Nihil ad hæc dicas, respondisse Alcibiadem: per Neptunum enim neminem alium te præsentem laudarim. Sic agendum, inquit Eryximachus, uideatur, & si uis Socratem lauda. Quid ais, inquit Alcibiades Oportere uideatur Eryximache, hunc uirum aggrediar, & coram uobis ulciscar. Quid cogitas, dixisse Socratem, de ridiculis quibusdam me laudabis? An quid ages? Vera loquar inquit Alcibiades, permittisne? Vera quidem, dixisse Socratem, loqui permitto, ac etiam iubeo. Parebo inquit Alcibiades quamlibetissime, modo id assequi possim. Verum tu obserua, & siquid minus uerum refero interpella ut lubet, mendaciumque redargue. Nunquam enim sponte mentiar. Neque mireris, si aliud aliunde utcumque redit in memoriam reuoco. Nam haud facile est homini sic affectio mros tuos mores facunde certoque ordine numerare. Socratem ò uiri conuiuæ per imagines laudare conabor. Iste igitur forte suspicabitur, ne ad ridicula sermonem conuertam. Sumetur autem imago ueri non ridiculi gratia.

ALCIBIADES COLLAUDANS SOCRATEM.



Socratem assero persimilem Silenis istis, qui sedentes inter alias imagines à sculptoribus figurantur ita ut fistulas tibiasue teneant. Qui si bifariam diuidantur, reperiuntur intus imaginem habere deorum, Satyro quoque Marfyæ simile esse dico. Et quod aspectu quidem his es persimilis, ne tu quidem ò Socrates negabis. Quod uero in alijs quoque similitudinem eorum habes, deinceps iam audi. procax & cōtumeliosus es, an non? si non fateris, equidem testes adducam. An non tibi cenæ? Et tibi cenæ quidem Marfyæ longe præstantior. Ille enim instrumentis quibusdam homines demulcebat oris potentia, & nunc etiam si quis modulatione illius utitur. Nam illa quæ Olympus modulatus est, Marfyam qui docuit modulatum dico. Eius igitur harmonia seu uir quidam bene seu fœmina male utatur, sola animos attrahit, et quia diuina est ostendit quinam dijs mysterijsque indigeant. Tu autem in hoc duntaxat differs ab illo, quod sine ullo instrumento nudis quidem uerbis hoc idem efficias. Nos certe quotiens alium audimus alterius uerba referentem, & si nimum boni oratoris, tamen nullius, ut ita dixerim, illa facimus. At cum te quis audit, aut tua uerba quouis alio referente, quamuis ineptus ille sit qui refert, & siue uir seu fœmina, siue adolescentulus audiat, obstupescimus quidem ac mente corripimur. Equidem nisi suspicarer ne forte nimis ebrius uidear, iure iurando interposito affirmarem, qualia mihi aliàs ab huius uerbis cōtingerunt, cōtingantque etiam nunc quotiens hunc audio. Multo magis quàm hi qui Corybantum more deferuntur, cor in me concitatur ad huius uerba, lachrymasque effundo, uideoque multis alijs hoc idem contingere. Et cū Periclem audiebam, ceterosque oratores bonos, uidebantur illi quidem mihi præclare dicere, sed nihil tale mihi cōtingebat, neque cōcitabatur animus, neque seipsum quasi seruilius uiuentem condemnat. Sed ab hoc Marfyæ nostro sæpe ita inflector, ut existimem nullo modo

modo in hoc statu uitæ mihi esse uiuendum. Hæc ò Socrates ne negaueris. Quinetiam certo scio, si in præsentia aures illi præstare uelim, minime tolerarem, sed eadem illa mihi euenirent. Cogit enim me fateri, quod cum ipse ego in multis deficiam, tamen me ipsum negligo, remque populi Atheniensium curo. Vi ergo quasi aduersus Sirenas obturans aures hunc fugio ac uito, ne apud eum sedens confesescam. Patior autem erga hunc solum quod nemo existimaret, ut cuiusquam pudore ac uerecundia detinerer. Atqui hunc solum uereor. Conscius enim mihi sum defendere me non posse, quin sint agenda quæ iurebet: sed cum ab eo discedo, populari ambitione me superari. Fugio igitur hunc atque uito, & quotiens ipsum intueor, uerecundia me quia promissa non seruauerim caput, ut sæpe cupiam hunc eita decedere. Rursus uero si acciderit, scio me longe id iniquius toleraturum. Itaque quod me uertam, aut quemadmodum hoc utar, nescio. Et à modulationibus quidem Satyri huius talia mihique & multis alijs contigerunt. Cætera uero audite. ut si mihi sit his quibus ego similem esse dicebam, & uim quàm mirabilem habeat intueamini. Scitote neminem uestrum Socratem cognoscere. Sed ego uobis ostendam, quando quidem dicere iam incepi. Cernitis quàm uehementer Socrates erga pulchros afficitur: semperque inter eos uerfat, & obstupescit? ignorat omnia, nihil nouit. figura profecto hæc Silenis est persimilis. Scitote igitur eum hac habitus forma exterius amicitia, tanquam sculptum quendam Silenum. Intus uero si aperitur, mira ò uiri conuiuæ castimonia & integritas inest. Neque enim pulchritudinem corporis cuiusquam quicquam æstimat, neque diuitias, neque honores, neque cætera quæ uulgius admiratur, sed ea cuncta supra quàm existimari queat, longe spernit, ac pro nihilo ducit. Quocirca nullius non esse apud eum uobis assero: fingit tamen ironicus aliter, ac iocari palam de his rebus nunquam cessat. Serio autem agentis atque intus aperti, nescio utrum quicquam uestrum diuinas quæ intus latent imagines unquam inspexit. Ego certe quandoque eas conspexi, atque mihi uisæ sunt usque adeo diuinae, & aureæ, & formosæ, & mirabiles, ut nullo modo fas existimem aliter quàm Socrates præcipit, agere. Ego iam aliquando ò uiri conuiuæ Socratem arbitratus mea specie reuera admodum delectari, occasionem hanc mirificam felicemque ad id quod affectabam me natum esse putauit. Gratificari quippe Socrati constitui, ut quæcumque ille nouerat, mecum communicaret. Nam magnum aliquid & mirificum formositatē meam existimabam, eaque plurimum fidebam. Cumque antea nunquam sine comite cum eo loqui cōsueuissem, quandoque dimisso comite solus cum eo restiti. Vera uobis omnia aperienda sunt. Attendite obsecro. Si mentior Socrates, ipse redargue. Restiti equidem ò uiri conuiuæ solus cum solo, sperans eadem hunc mihi diciturum, quæ amatores amatis cum soli sunt, loqui solent. Qua spe ualde lætabar. horum uero nihil actum est, sed ut solitus erat, cum ad uesperam usque disseruissem, abiit. Post hæc ad palæstram hunc citauit, exercitumque, quasi in hac aliquid perfecturus. soli itaque sæpe nos simul gymnastica exercuimus. Quid multis opus est uerbis? Nihil mihi successit. Postquam uero hac nequaquam successerat, durioribus machinamentis uirum hunc aggredi statui, nec ab inceptis desistere. Audite quàm uehementer huic infidatus sum. Coenatum accersitui tanquam amator amatis infidatus. Is non facile nec primo paruit, tandem uero obsecutus est. Venit ergo: sed sumpto cibo confestum abiturus surrexit. Tunc ego pudore detentus abire permisi. Sed alias uehementiores insidias tendens, post coenam ad multam noctem sermonem protaxi: cūque uellet discedere, obiciens intempestam noctem, manere coegi. Quieuit igitur in proximo lecto super quem sedens cenauerat, nec alius præter nos ullus ibi ea nocte dormiuit. Quæ hæcenus dicta sunt sine rubore ubique proferri possunt. Quæ uero sequuntur, non prius audietis quàm pro uerbum illud recenauerim, Vinum & cum pueritia, & sine pueritia est ueridicum. Quinetiam iniustum uideatur, ut is qui Socratem laudat, superbum & iniustum facinus illius silentio prætereat. Præterea non aliter affectus sum quàm ille quæ uiperam mordet. Illum quippe ferunt qualis sit eius passio aperire nolle nisi his qui similitè agrotant, quasi hi soli utpote mali non ignari ignoscant, siquis cruciatu compulsus & loqui & agere cuncta non dubitet. Ego igitur præ cæteris astrictius uehementiori philosophiæ morsu, qui omnium est acerrimus, & siue cor, siue animus, siue quomodo uicque id appellandum sit, saucius cupiditate in philosophia sermonum, qui acris quàm uipera mordent, et occupant si quando attigerint iuuenilem animum qui non penitus ignauus sit,

compelluntque ad quicquid tandem sit, faciendum atque dicendum, nihil intentatum relinquere statui, quo Socratem ad explendam hanc situm mihi quam conuincissimum facerem. Non dicerem ea quae dicturus sum, nisi apud eos conuiuas loquerer, quos semper quasi uesano quodam philosophiae furore correptos bacchantesque prospexi, Phaedros, Agathones, Eryximachos, Pausanias, Aristodemos, Aristophanes, Socratem denique ipsum, & ceteros. haec enim mihi nisi saucijs, eodemque modo affectis narranda non essent. Quare uos audientes mihi ueniam dabitis pro his quae tunc a me facta, & nunc dicta fuerint. Famuli autem, & si quis alius adsit prophanus & agrestis, aures obstruant. Extincto lychno, famulisque absentibus, uisum mihi o uiri conuiuae haud amplius dissimulandum differendumque, sed ingenue quod sentirem aperiendum. Terigi itaque illum dicens, Socrates dormis? Nondum inquit. Scisne quid haecenus mihi uisum fuerit? inquam.

Qua de re, & quid rogas? inquit. Tu mihi solus amator me dignus extitisse uideris inquam, uerecundior tamen in amore fuisse. Equidem cum ita se res habeat, egoque talis sim, stultum esse ducerem, nisi in hoc quoque tibi gratificarer, & in ceteris omnibus, siue meis rebus, siue amicis indigeas. Mihi quidem nihil est antiquius, quam ut optimus uir uadam. Ad hoc nemo me magis quam tu iuuare potest. Ego autem tanto uiro non obsecutus, uehementius sapientum increpationes uererer, quam obsecutus insipientum uerba. quae cum audisset, solita ironia dissimulans ita respondit. O amice Alcibiades, uideris uera non ignauus uisus esse, si uera sunt quae de me refers, & inest mihi uis quaedam, per quam ipse melior effici possis, et miram in me pulchritudinem conspicis, tua forma longe praestantior. Si ista cognoscens, communicare tecum exoptas, & pulchritudine pulchritudine commutare, tanquam foenerator multo plus quam ego reportare contendis. Nam pro opinione, ueritatem pulchrorum lucrari conaris, & aurum pro orichalco recipere. Sed o beate, diligentius animaduerte, ne te mea conditio lateat, cum nullius sim precij. Tunc sane mentis oculus acute incipit cernere, cum primum corporis oculus deflorescit. Tu uero ab hac aetate es procul. Mea quidem talia sunt, qualia dixi inquam. Neque enim in ore unum, in corde aliud habeo. Tu autem ita delibera, ut & tibi & mihi melius fore censes. Probe, inquit, loqueris: ergo posthac inuicem consultantes agemus, quod uirisque tam in his quam in ceteris omnibus maxime conducturum putabimus. Cum haec audissem, & obiecissem, quasi iaculo quodam saucium existimaui, surgensque ne uerbum quidem ulterius loqui permisit: & hunc amicum quem uideris circundans, erat enim hyems, substrato huius pallio ueteri recubui: & hinc brachijs felicem hunc sapientemque uirum perhitusque mirandum amplexus, noctem sic totam quieui. Haec scio non negabis o Socrates. Is tamen formam qua ego maxime fidebam, spreuit omnino quali ridiculam, superbeque contemptis. Deos omnes deasque testor o Iudices, estis enim Socraticae superbiae iudices, me non aliter surrexisse, ac si cum patre, uel fratre natu maiore iacuissem. Quam mihi mentem post haec fuisse putatis, cum me quidem contemptum existimarem, eius autem ingenium, temperantiam, & fortitudinem admirarer, uirum talem nactus, qualem me prudentia, & tolerantia reperiturum esse nullum credideram: Quapropter qua ratione illi successe rem, ab eoque discederem, haud inueniebam, neque rursum quibus illecebris ipsum mihi coctilarem. Noueram equidem difficilius hunc pecunijs, quam Aiacem ferro domari posse, & id quo facilius irriteri illum speraueram, me fefellit. Ambiguus itaque, & huic uiro magis quam alius quisquam alteri mancipatus, circunuagabar. Haec omnia tunc a me facta sunt. Procedente post haec tempore militia illi simul mihique obuenerat aduersus Potidaeam, fuimusque Socrates & ego in eo exercitu contubernales. Primum quidem laborum patientia non me solum, sed alios omnes longe superabat: & si quo in loco, ut accidere solet in bello, commeatus deficeret, nulli pares huic reperiebantur ad famem sitimque perferendam. Rursus uero in abundantia rerum & comestatione mensaque militari, solus hic frui posse uidebatur. Et quamuis bibere nollet, tamen si cogebatur, omnes, protinus bibendo longe uincebat: & quod mirabile est, ebrium quisquam eum nunquam conspexit. Sed hoc mihi adhuc in posterum redargui posse uidetur. Aduersus autem hyemes & frigora, quae illis in locis asperima sunt, mirabilia faciebat. Quandoque enim gelu maximo intolerabilique facto, ita ut nulli exire de tabernaculis audeat, & si qui exibat, non nisi suffarinati admodum, pedesque & crura pellibus pannisque laneis diligenter circunuoluit: Socrates per hoc ipsum tempus ita

ita exibat eum ceteris militibus, ut nihil ad eam uestem adiungeret, quam primo ferreo litus erat. Nudis uero pedibus per glaciem facilius incedebat, quam cum calceis alij. Milites uero haec intuentes, se contemni ab eo suspicabantur. Et in his quidem talis erat Socrates. Quid autem fecerit tolerantissimus uir in eodem exercitu, operae precium est audivere. Nam cum aliquando cogitatio quadam incidisset, stetit cogitans eodem uestigio a matutino tempore: cumque explicare id quod cogitabat non daretur, perstabat cogitans, nec dimittebat. & iam meridies erat, militesque id senserant, ac mirabantur, alterque narrabat alteri Socratem ab aurora stetitisse cogitantem. Demum uero ab Ionia quidam fuerunt, iacueruntque sub diuo illum obseruantes, an per noctem quoque perseveraret. Socrates uero stetit usque ad auroram sequentem, ac solis exortum. Postea uero abiit, cum iam solem nascentem salutauisset. In praesentibus quoque qualis fuerit, non est silentio praeteriendum. Nam cum ea pugna fuit, ex qua me quasi optimum pugnatorum duces exercitus donauerunt, nemo alius me seruauit quam Socrates. Videns enim me grauius uulneratum, nequaquam deseruit, sed ante me profiliens, me ipsum atque arma mea protegit, ab hostibusque seruauit. Atque ego tunc ista praedicans conatus sum, ut non mihi, sed Socrati huic, a quo seruatus eram, dona illa traderentur. Neque ista confutaueris, neque ueluti falsa negaueris Socrates. Tunc sane duces ad meam respicientes dignitatem, donare me maluerunt, te in primis o Socrates obsecrante, ut mihi non tibi honor exhiberetur. Illud quoque dignum est memoratu, quemadmodum fuga nostrorum apud Delium facta, se Socrates gessit. Nam interfui quoque huic praesidio, & quidem ex equo pugnans, cum Socrates ipse pedes esset. Profligatis igitur nostris, ac fuga iam omnium facta, Socrates una & Laches pedem referebant. Atque ego cum in hoc casu incidissem, bono animo esse iussi, meque nunquam deserturum eos dixi. Hic igitur eo melius aspicere potui Socratem quam apud Potidaeam, quo ipse confisus equo, minus formidabam. Primum igitur intueri licebat, quanta cautione ac praesenti animo Lachem superaret. Deinde mihi uisus est o Aristophanes, quod & ipse ais, tibi non aliter quam hic incedere, superbus, & oculis quiete omnia circumlustrans, cauteque examinans singula. Hostes siquidem ciuesque uicisum respiciebat, oculis & aspectu praefrens, ostendensque uel remotioribus, si quis eum inuadat, non esse id impune faciendum. Itaque tute abibat & ipse & alter. ferme enim qui ita incedunt, nemo eos inuadit, sed eos qui effusa fuga deseruntur. In multis quidem alijs mirifice laudari Socrates potest, sed talia sunt, ut ceteri quoque forsitan nonnulli eandem laudem mereantur: uerum illa praecipua in hoc, per qua nemini aliorum hominum, neque antiquorum, neque nouorum esse similis reperitur. Nam qualis Achilles fuit, talem coniectet forsitan aliquis fuisse Brasidam, & alios quosdam: & qualis Pericles, tales Antenorem atque Nestorem. Sunt alij quoque qui hoc modo conferrunt in uicem possunt. Sed qualis Socrates est, qualisque eius mira dicendi ratio, nemo proprie ad eius similitudinem accedit, neque ueterum, neque eorum qui nunc sunt, nisi ut ego nunc dixi, atque assimulauit. Quippe nulli hominum, sed Silenis & Satyris similis ipse est, eiusque sermones. Nam & hoc a me praetermissum erat prius, sermones eius per similes esse imaginibus Silenorum ab artificibus factis, deinde apertis. Siquis enim huius sermones audiat, uidentur prima, ut fertur, facie nimium esse absurdi. Nomina quippe & uerba exteriori aspectu Satyri cuiusdam contumeliosi habitum praeseferunt. Asinos enim fabrosque aetarios, & sutores calceorum, coriariosque semper habet in ore, eademque semper dicere de eisdem uidetur, ut omnes fere qui minus experti peritiae sint, uerba illius irideant. Verum si intus aspiciat quis eius sermones, primo quidem reperiet sensuum profunditatem habere solos aliorum omnium, & insuper diuinissimos esse, ac plurimas uirtutum speciosissimas imagines continere, atque ad plurima sese extendere: imò omnia praecipua comprehendere, quibus instrui debet is, qui sit honeste beneque uicturus. Haec sunt o uiri conuiuae in quibus Socratem laudo, ac etiam de quibus conuoror. Audistis enim interim quas mihi iniurias intulit. Nec aduersus me solum ita se gessit, uerum etiam aduersus Charmidem filium Glauconis, & aduersus Euthydemum Diocle natum, aliosque permultos eadem fecit, quos ipse sub specie amatoris sefellit: nam pro amatore amatus euasit. Quam obrem te quoque Agatho admoneo, ut huius simulationes dissimulationesque caueas, & ex his

quæ ego sum passus, hunc cognoscens, rem tuam cures, neque secundum proverbia, infantium instar accepto incommodo sapias. Cum hæc Alcibiades dixisset, eius audacia & loquendi libertate risum omnibus concitatum esse Aristodemus narrabat, quoniam uisus est & amore Socratis esse captus. Sobrius mihi uideris ô Alcibiades, Socratem dixisse. Alioquin nunquam ita artificiose longo uerborum circuitu factio occulte id studuisses cuius gratia cætera omnia dixeras: quod in orationis calce, ut præter propositum proferre uidereris, tandem apposuisti, quasi non omnia idcirco dixeris, ut me ab Agathone disiungeres. Arbitraris me neminem præter te unum amare debere, Agathonem uero à nullo alio quam abs te amari. Verum non latuit nos quid sibi uellet tuum illud Satyricum Silenicumque figmentum. Sed ô amice Agatho danda opera est, ut nec isti sua machinamenta proficiant, nec ullius calumniæ inter me ac te facta dissidium faciant. Vera ô Socrates, Agathonem respondisse, loqui uideris. Nam ut nos seiuingeret, inter te ac me se medium interposuit. Sed nihil hoc illi proderit. hinc enim surgens, prope te sedebat. Sic agendum profecto, dixisse Socratem. hic infra me sede. Pro Iupiter exclamasti Alcibiadem. Qualia perpeti me uir cogit. In omnibus superare me uult. Medium saltem hic Agathonem sedere permitte. Nequaquam decet, respondisse Socratem. Tu enim me laudasti. Oportet autem me nunc ad dexteram hunc sedentem laudare. Si ergo post te maneat Agatho, haud me rursus laudabit, prius quam à me laudetur. Sed dimitte uir felix, neque huic meas laudes inuideas. Equidem laudare illum uehementer desidero. Huius Alcibiades, Agathonem tibi dixisse. Quid hic moror? Hinc iam discedo ut me Socrates laudet. Mosis Socratis est, Alcibiadem respondisse, ut eo præsentem mihi liceat alteri formosos sibi conciliare. Vide nunc obscuro quam facile & quam probabili ratione hunc ad se traxerit. Surrexit ergo Agatho, ut apud Socratem requiesceret. Tunc subito debacchantes multi patentes fores nacli, nam paulo ante quis contra exierat, ingressi sunt, & circa illos confederunt. Quorum strepitu turbata sunt omnia, nec ullus post hæc modus in cirba ibendo seruatus. Eryxima chum, ac Phædrum, aliosque nonnullos abijisse, Aristodemus recensuit, sedque diu dormisse, nam longæ tunc noctes erant, & circa auroram gallis iam cantantibus surrexisset. Somno excitum inuenisse, quod alij quidem partim dormiebant, partim discesserant. Agatho uero, & Aristophanes, atque Socrates soli ad huc uigilabant, bibebantque ampla quadam phiala facti in dexteram circuitu sibi inuicem succedentes. Socrates autem assidue differebat. Neque aliorum se recordari Aristodemus inquit, neque enim ab initio adfuisse, & somno fuisse grauatum. Summam uero disputationis illius extitisse, quod Socrates illos fateri cogebat, eiusdem uiri officium esse tragediarum, comœdiarumque componere, eumque qui arte tragicus esse quoque comicus. Cum hæc illi coacti potius quam persuasi concessissent, se somno dedidisse Aristophanem primo, Agathonem deinde exorta iam luce, Socratem uero dormientibus illis in Lyceum, ipso ut consueuerat comitante, fuisse profectum, & lotum solito se more diem totum exercuissse, ac demum ad uesperam domi requiescisse.

ARGUMENTVM MARSILII FICINI IN PHAEDRVM.

PLATO noster poetice musæ, quam à tenera ætate, imò ab apollinea genitura sectatus est, furore grauidus, primum peperit liberum totum pene poeticum, & candidissimum candidissimus, & de pulchritudine simul atque Amore uir pulcherrimus, omniumque amore dignissimus, ut merito ceteros quoque liberos deinceps ediderit uenustatis & gratiæ plenos à uenerca Musa exordium felice auspiciatus, solusque omnium uenustatem ubique cum dignitate coniunxerit. Quoniam uero plurima huius libri mysteria in Theologia & libro de Amore exposuimus, argumentum eius breuissime perstringemus. Symposium de Amore quidem præcipue tractat, consequenter uero de pulchritudine. At Phædrus gratia Pulchritudinis disputat de amore. Neque ab re omnino inserta est oratio Lyse, atque oratoria disputatio. Pulchritudo enim & ad mentem, & ad uisum, auditumque pertinet. Quo fit, ut ubi de animorum numinumque pulchritudine agitur, itemque de pulchritudine corporis, merito de orationis pulchritudine disputetur. Statur uero in ipso exordio Socrates inter iocandum seria nimum tradit præcepta, Omnia ob sapientiæ studium penitus contemnenda, Potissimum sapientiæ studium considerare seipsum. Inter hæc artificiosissima loci descriptio allegorice significat Academiam. Platonem, Platonem: Castum arbutum, amoris Platonici & Socratici castitatem: Fons, in communicanda sapientia largitatem: ornata cætera oratorios poeticosque flores quibus Academia Platonis abundat. Reprehenditur

iure

iure Lyse quod qualis sit amoris affectus inquirat, neque prius amorem ipsum definerit neque distinxerit. Cetera sidera inter hæc amoris Socratici pudicitiam, nonnulla enim minus honesta pronuntiaturus obuoluto capite exorditur. Mox inuocat Musas, ut rem minus honestam ipse suo saltem splendore elocutionis honestent. Sed ante quam turpi uideatur amorem, ne in eodem sit quo Lyse crimine, turpem amorem definit esse cupiditatem quamdam siue libidinem à ratione rebellem, que superet opinionem ad recta tendentem, & ad formæ rapit uoluptatem. Sed dum ad definiendum pergit, duos nobis tribuit duces, unum quidem appetitum uoluptatis ingentem, alterum uero legitimam quamdam opinionem acquisitam paulatim per disciplinam, & ad honesta ducentem. Verum hos nobis intrinsecos duces, extrinseci duo mouent, Demon quidam acreus opinionem, aqueus uero libidinem. Postquam uero definiuit, multis rationibus adolentes à turpibus amatoribus segregat. Tum uero interea mirabile nota mysterium, Mosaisco mysterio simile, Malorum plurimis in ipso statim principio, demon alius, quis inmiscuit uoluptatem. Quoniam uero non tam philosophicam quam poeticam agit personam, subdit se correptum à demone, quod Amorem dei hominem uituperauerit. Idque facit, ut distincturus Amorem, poetico potius quam dialectico more distinguat. In his animaduertes grauissimum peccatum esse in dei nomen delinquere. Rursus in animo esse præsagium. Deinde poeticis quibusdam ambagibus artem à furore seernit. Furorem in diuinum diuidit & humanum. Diuinum in quatuor, scilicet in uaticinium, mysterium, poësim, atque amorem. Prouidentiam religiosemque confirmat. Sapientiam diuino furore infusam humanæ sapientiæ longissime anteponeit. Antequam peragat animarum tractatum particularium, animas in medium communes adducit, scilicet mundi animam, quam nominat Ionem, atque sub ea duodecim animas sphaerarum duodecim mundanarum, quibus subdit totidem ordines demonum, totidemque particularium animarum. Singulis uero currus accommodat, id est celestia corpora atque sempiterna. De rationalibus animabus disputat, diuinis atque humanis, de circuitu utrarumque, & qua ratione hominum anime tam in celo animarum celestium contemplationem comitentur, quam super caelum angelicum sequantur intuitum. Quid uero in anima Currus uehiculum, ala, aurigæ, equi, fætum, casusque in corpore, quid iterum Iupiter in celo magnus, cæterique dissequentes, in Theologia exponimus. Satis uero tibi fuerit in præsentia intelligere, geminas alas esse geminum instinctum menti ingentium, ad superna animam eleuantem: in intellectu quidem instinctum ad diuinum uerum, in uoluntate uero instinctum ad diuinum bonum pro uiribus conuertentem. Quando uero hi quidem remittuntur, inclinatio autem uegetalis naturæ intenditur ad corpora gubernanda, animas fractis iam aliis in elementa descendere Pythagorici putant. Post hæc cadentem de celo animam in nouem distribuit gradus. In his omnibus & poetica licentia uititur, & Pythagorica potius quam propria narrat. Inter hæc animam uerte similem animarum describit casum à Pythagoricis, atque demonum, à prophetis. Numerum quoque nouem, narium, tam choris angelicis, quam lapsis inde demonibus conuenire. Mitto nunc quod similem quendam casum Pherecydes Syrus narrat demonibus accidisse. Additque Ophioneum, id est serpentem demonicum fuisse caput exercitus rebellantis à mente diuina. Huic & simile, quod in mysterijs diuinis continetur, Iouem scilicet inferos demones ad inferos deturbasse. Sed ad dialogum redeamus. Denique uirum purgata mente deo deditum, omnibus inde bonis impleri, solumque sapientem esse, quamuis quasi extra se positus, uulgo deridetur uelut infans. Post hæc descendit ad diuinum legitimi amoris furorem, quem accendi putat in animo quando pulchram aspiciens corporis formam, diuinæ pulchritudinis, quæ quondam contemplatus fuerat, facile recordatur, illiusque recuperandæ desiderio inflammatur, & furit. Sed contrarium huic describit furorem quasi ferinum, à forma corporis non ad diuinum intuitum ascendentem, sed ad uenerum congressum turpiter descendentem. Describit rursum humanum quendam furorem inter diuinum atque ferinum, in eius accensum animo qui admiratione formæ corpore occupatus, neque subliuioni diuinam tradit omnino, neque penitus recordatur. Quo fit, ut neque intemperatus sit omnino, neque etiam temperatus, sed modo quasi incontinens, modo continens uideatur. Querens postea causas ob quas alij alios, aut magis minus uent ament, confugit ad sidera, quorum ab initio sint comites anime. Tot enim animarum ordines humanarum in Timeo disponit, quot in celo sunt stelle. Hinc reuertitur iterum ad uires anime diuidendas, & rationem quidem aurigam uocat, geminos uero appetitus equos geminos: appetitum rationalem equum bonum, appetitum irrationalem equum malum. sed in hoc genere appetitum urgentem ad iracundiam, minus malum: declinantem uero ad concupiscentiam, magis malum. Deinde passionem emantium tam constantium quam incontinentium, mutuumque amorem quasi poeta depingit. Quo fit, ut non aliter his allegorice indutgendum sit, quam canticis Salomonis. His actis, cum de pulchritudine quæ ad mentem, & quæ ad uisum pertinet, tractauisset, iam ad examinandam orationem Lyse pergit, atque oratoris officium demonstrandum, ut pateat qualis orationis pulchritudo sit, quæ pertinet ad auditum. Pulchritudine orationis in ordine colloca, uidelicet ut caput habeat à fine differens, habeat & media, capiti & fini & inuicem necessario copulata. Huiusmodi ordinem in primis oratore præcipit obseruari. Probat autem neminem oratorem uerum esse posse, nisi rerum præsertim humanarum, animorumque scientiam habeat. Quo autem orator id assequi possit, præcipit ut à dialectico facultatem discat diuidendi atque

compò

componendi, quem esse uult præcipuum ueritatis indagandæ instrumentum, & in Philebo dei nomen eupat donum, propterea quod sicut in mundo perpetuum dei officium est diuidere atq; componere, ita & dialectici est in arte, ideoque consummatum dialecticum, id est metaphysicum iudicat tanquam deum esse colendum. comparat post hæc inuicem oratores, uituperatq; eos, qui uerisimile uero anteponeutes, populum fallunt atque seiplos, stulteq; confidunt quid ueri potissimum simile sit etiam absq; ueri ipsius notitia posse cognoscere. Mox optima quædam nota præcepta. Tria primū oratori necessaria sunt, ingenium, Doctrina, Exercitatio. Philosophia opus est ad ipsam maximæ cuiusq; artis perfectionem: Ab exercitatione dialectica, rerumq; contemplatione subtilium, tandem mentis sublimitas uisq; ad agendū efficacior comparatur. Quæ quidem duo in artium maximarum perfectione magnopere necessaria sunt. Deinde comparat oratorem non legitimum coquis, adulatoribusq; quem admodum in Gorgia legitimum uero medico. Proinde regulam tradit qua tam animi quam corporis, imò rei cuiusq; natura sit cognoscenda, statimq; redit ad oratoris officium. Subdit ob ipsam scribendi officium literas in Aegypto à demone quodam Teuthi unā cum cæteris disciplinis inuentas fuisse. Deridet præterea scribendi studium, in eo uidelicet qui per literas indubitata posteris confidat patefacere ueritatem. Atque Pythagoreorum more probat contemplationem traditionemq; ueritatis in animos, potius quam in libros. Quod in epistolis quoq; confirmat. Deniq; solum oratorem laudat, qui ingenio sit studioq; philosophus. Concludit uero dialogum oratione, uotisq; pulchritudinem animi à deo petentibus. In qua considera Socratem cæteris omnino spretis sola pulchritudine animi, id est sapientia esse contentum, ueruntamen indicare, hanc ipsam non tam humano studio, quam diuino munere comparari.

PHAEDRVS VEL DE PVLCHRO A

MARSILIO FICINO TRADUCTVS, AD LAV-
rentium Medicem

DIALOGI PERSONAE.

SOCRATES ET PHAEDRVS



AMICE Phædre, quoniam & under PHAE. A Lyfia ô Socrates Cephalifilio. Pergo autem deambulandi gratia extra urbem. Plurimum enim tempus cum eo sedens à matutino ad hanc usque horam illic constitui. à tuo autem meoq; sodali Acumeno persuasus deambulando exerceor. quod quidē exercitationis genus facilius salubriusq; ille quam currendi certamē existimat. s o c. Probe ille quidem ô amice monet. At enim Lyfias erat, in urbe. PHAE. Erat. Nam apud Epicratē diuertit in hanc Olympio proximā Morychi domum. s o c. Quid rei agebatur illic? An uidelicet orationis epulo Lyfias uos accepit? PHAE. Scies, modo tibi otium sit obambulantem unā mecum audire. s o c. Quid uero? nōne putas me iuxta Pindarum negotio etiam anteferre tuam & Lyfiae colloquationem audire? PHAE. Perge igitur. s o c. Dicas modo. PHAE. Atque disputatio illa ô Socrates tuis auribus congrua. Sermo nāq; fuit qui habitus est, nescio quo modo, amatorius. scripserat enim Lyfias sollicitatū ex pulchris istis quendam, sed nō ab amatore, in eoq; ipso se ostentauit, quod probet non amanti magis quam amanti gratificandum esse. s o c. O generosum uirum. Utinā scriberet inopi potius quam opulento, & seni quam iuueni, & in cæteris omnibus ita affecto ut ego & nostrum complurimi sumus, esse gratificandum. Si quidem urbana & publice utilis foret oratio. Me tamē cupido tāta coepit audiendi. ut si Megaras usq; deambulando proficiscare, atq; Herodici more ubi ad murum accesseris protinus inde recedas, non te relinquam. PHAE. Quid ais optime Socrates? An putas quæ Lyfias multo tempore per otium composuit disertissimus omnium qui nunc sunt scribendi, ea me rudem ita ut illo dignū est commemoraturum? permultū certe absurdum. atqui mallem equidē id mihi quam multū auri adesse. s o c. O Phædre, si ego Phædrū ignoro, mei quoq; oblitus sum, sed horū sane neutrum est. Id em̄ certe scio, qd nō semel tantū ille Lyfiae sermonē audiuit, sed iussit sapius recenseri. Lyfias autē parebat libens. Nec uero Phædro id satis fuit, uerū sumpto demū libro, quæ maxime cupiebat considerauit. Qd cū fecisset illic à matutino usq; sededo fatigatus, deambulātū abscellit, p̄ Canē ut equidē reor, memorię mandās, nisi forte prolixior

prolixior erat oratio. Tendebat autem modo extra muros, ut ea ipsa meditaretur. Obuians uero homini sermonum amore insanō, eo conspecto latatus est, quia congaudentem coexultantemq; foret habiturus, ac pergere unā iussit. Deinde uero ab homine ipsio sermonum auido rogatus dicere simulabat grauari, quasi non cuperet referre: tandem uero & si nemo sponte audire uellet, erat ad audiendum illata uicoacturus. Te ergo Phædre rogarim, quod etiam non rogatus facturus es, mihi nunc ut facias. PHAE. Satius est igitur utcunq; possum dicere. Videris enim non prius me dimissurus, quam pro uiribus dixerō. s o c. Vere nimium tibi uideor. PHAE. Sic igitur faciam. Sed enim uerba quidem ipsa ô Socrates non edidici: sententias autem pene omnium, quibus amantem ostendit à non amante differre, teneo equidem, easq; breuiter referre tibi per ordinē pergo. s o c. Ostende amabo prius quid in sinistra habes sub pallio. Suspicio enim te librū ipsum habere. Id si sic est, ita cogita, me quidem te magni facere, attamen præsentē Lyfias me tibi auditorem præbere non est consilium. sed age ostende. PHAE. Desistas. Magna de spe me deiecisti ô Socrates, quam in te habui, nempe ingenium unā tecum exercitaturus. Sed ubi uis sedentes legamus? s o c. Huc circa Ilyssum fluuium diuertamus, postea ubi uidebitur, sedentes requiescemus. PHAE. Per oportune decalcatus sum: nam tu quidem semper. Facile igitur erit nobis per aquulam ipsam uadere, & non iniucundum, præsertim hac anni hora, atq; diei. s o c. Perge igitur, & simul cōspice ubi sedeamus. PHAE. Vides illam altissimam Platanum? s o c. Video. PHAE. Ibi & umbra, & uentus mōdicus, & mollis herba, ubicunq; federe uel etiam recumbere uelimus. s o c. Perge igitur. PHAE. Dic mihi ô Socrates. Nonne hic olim fertur Boreas ab Ilyssio Orithyam rapuisse? s o c. Fertur quidem. PHAE. An non sic grata, pura, & nitida apparet aquila, puellarūq; apta ludis? s o c. Nequaquam, sed paulo inferius ad duo uel tria stadia, ubi Dianæ templum offendimus, atq; ibidem ara quædam est Boreæ. PHAE. Non adeo noui. Sed dic per Iouem Socrates, tu ne hanc fabulam putas ueram fuisse? s o c. Iam si non putarem, ut sapientes, absurdus non essem: deinde rem commentans uentum Boreæ dicerem proximis è petris cum Pharmacia ludentem Orithyam deiecisse, atq; ita mortuā, raptam hinc à Borea fingi, uel ex Areopago. Est enim & alia fama non ex hoc loco, sed ex illo raptam fuisse. Ego autem ô Phædre iucunda quidem hæc existimo, sed curiosi nimium atq; anxij, nec porro fortunati uiri, non ob aliam causam quam quod ei necesse sit Centaurosum & Chimææ formam interpretari. Atque etiam confluit turba Gorgonum & Pegaforum, aliarumq; monstrosarum multitudo formarum: Itaq; si quis hæc non ita ut narrantur, esse credat, sed ad conuenientem sensum singula uelit traducere, rustica quadam sapientia fretus, otio nimium indigebit. Mihi uero ad hæc otium non est ob eam ô amice causam, quia nō dum quo secundum Delphicum præceptum me ipsum cognoscere. Ridiculum igitur pu-
Ridiculi est, cum quis sua ignoret alie
na scrutari
to, cum mea ipse ignorem, aliena perscrutari uelle. Quare his dimissis, atque existimatio-
ignoret alie
niquam de his paulo ante narrabam fide adhibita, non ipsa quidem, sed me ipsum con-
na scrutari
dero, utrum ego sim bestia aliqua Typhone multiplicior, ardētiorq; & furiosior, siue placatus quoddam & simplicius animal diuinæ cuiusdam mitisq; sortis natura particeps. At ô amice nonne hæc ad quam inter loquendum peruenimus, ea erat arbor ad quam nos ducebas? PHAE. Hæc certe ipsa. s o c. Per Iunonem præclara diuersio. Nā Platanus ista patulis admodum ramis & procerâ est, & altitudo uiticis illius, opacitasq; pulchra nimium & amœna, ac præcipuum nunc habet florescendi tempus, ut omnis circum locus suauitate compleatur odoris. Fons quoq; nitidissimus sub platano fluit aqua nimium frigida, ut ex tactu pedis coniectare licet: quem nymphis & Acheloo sacrum esse à puppis & imaginibus istis coniecto. An non aduertis præterea quam iucunda & dulcis hic aura spirat? Aestiuum insuper quiddam & canorū cicadarum subresonat choro. Sed omnium scitissimum est, herbam ipsam aspiciere, ut in prato suauiter accliuū recumbentis caput sit molli ter suscipere apta. Itaq; tu per quam optime me quasi hospite deduxisti ô amice Phædre. PHAE. O admirabilis uir, absurdissimum quidā uideris: & profecto quod ais, hospiti cuiusdam deducto, non incolæ similis es: ita neq; fines nostros transisse unq; neq; extra mœnia ipsa egressus appares. s o c. Ignosce mihi optime Phædre. Nam discēdi cupidus sum, agri
inter arbores uiuendum
uero & arbores nihil docere me possunt, sed homines qui in urbe uersantur. Tu autem uir, inter arbores
fructus
deris mihi exeūdī incitamentum inuenisse. ut enim famescentibus animalibus frōdes aut fructus

Oratio Lysiae
contra amatores.

fructus porrigentes ea ducunt, ita tu mihi librum porriges, per totam Atticam & alio quod uelis, perduceres. Jam igitur cum huc peruenerimus, recumbere mihi placet. Tu autem in qua potissimum figura uidebitur commodissime posse legere, ea assumpta leges. PHAE. Audi igitur. Mearum quidem rerum status sic se habet, & id maxime nobis, ut audisti, conducurum puto. Arbitror autem me non minus ob id abs te siquid petiero cōsequi debere, quod amore tui capius minime sum. Nam amatores cum primum libidinē expleuerūt, collati beneficij pœnitet: eos uero qui amore irretiti nō sunt, non est cur pœnitere conueniat unquam. non enim coacti, sed sponte cum optime de suis rebus consulta uissent, pro rerum suarum facultate beneficia contulere. Præterea amatores mente quandoque reuoluunt quā negligenter res suas propter amorem administrauerint, & qua suo damno contulerint beneficia, quos uel labores subierint, ideoq; dignam amatis gratiā retulisse existimant. Sed hi qui amore decepti non sunt, neque rei domesticæ negligent, am, neque labores præteritos, neq; propinquorum discordias se incurrisse amici causa cōqueruntur. Quamobrem tantis malis sublatis, nihil aliud restat, nisi ut prompti sint ad omnia quæ grata illis fore existimant, peragenda. Aiunt plerique, amatores idcirco pluris facere oportere, quod maxima erga amatos charitate deuincti sint, semperq; parati, tum dictis, tum factis amatis obsequi, etiam si ex hoc cæteros omnes offenderint. Quorum sententiam ueram non esse hinc facile coniectamus, quod translata ab alijs in alios beneuolentia, posteriores amatos prioribus anteponunt: ac si recentiores iusserint, superiores hostiliter insequuntur. Atqui quā ratione decet tale quid illi concedere, qui ea calamitate affectus est, quam nūquam expertus quisquam concesserit. Enim uero & ipsi insanire potius quā sapere consentent, & nosse præterea insaniam suam, sed continere se minime posse. At uero qui sapiunt, quoniam pacto eorum quæ sic affecti sunt, cōsilia uoluntatesq; probabunt. Præterea si ex amantibus optimum eligere uelis, ex paucis tibi optio dabitur: si uero ex alijs commodissimum tibi sodalem quæsiueris, ex multis sane licebit eligere. Maior uero spes est, hominem amicitia tua dignum inter multos quā inter paucos reperituri. Si igitur ex legum constitutione publicam uereris infamiam, meminisse oportet, amatores qui ita se amandos censent ut ipsi alios amant, solere palam quod nō frustra inuigilauerint, gloriari. Eos uero qui non amant, quoniam cōtinere se possunt, solere quod optimum est, potius quā rumore multitudinis quærere. Adde quod uulgus cum sentiat amatores amatos sequi assidue, atq; hoc operæ pretium putare, suspicatur ne turpis eos cupiditas ceperit, aut forte iam capiat. Non amantium uero familiaritatem improbare non audeat: Scit enim necessarium esse homines inuicem uel amicitia uel commoditatis alicuius causa sæpe uersari. Proinde si te metus inuaserit putantem difficile fore ut maneas amicitia, imò similitate orta accidere communem utriusq; iacturam: te uero concedente ea quæ multi facis, maxime læsum iri: non iniuria amatores ualde timebis. multa enim illos offendunt, atque omnia in sui detrimentum accidere arbitrantur. Quapropter amatos uersari inter alios prohibent, metuentes ne diuites eos opibus superent, aut docti uiri intelligentia præsentent: atque omnino si qui egregium aliquid in se habere uideantur, ab ijs amatos procul arcere conantur. Ita ut ab ijs abstineant persuadentes, amicis omnibus priuant. Tu uero si rerum tuarum ratione habita melius quā illi deliberaueris, ab eis dissenties atq; abibis. Qui autem amore tui capti non sunt, sed propter uirtutem qua oportet efficiunt, aliorum tibi familiaritatem minime inuidebunt: sed potius oderint eos qui tibi herere noluerint, arbitantes ab illis quidem te despici, à familiaribus uero inuari. Quamobrem multo maior spes est amicitias ex hoc commercio quā inimicitias provenire. Accedit ad hæc quod amantium plurimi prius corpus cupiunt, quā aut mores aut alia quæ uis ad amatum pertinentia nouerint. Quo efficitur, ut dubium sit an extincta cupiditate in amicitia perseuerent. Non amantibus autem, qui cum prius etiam amici essent, non agebant oblectamenti gratia omnia, consentaneum est non adeo ardenter cōsiliari beneuolentiam, sed ipsorum officia monumenta futurorum accipi. Quinetiam melior euades si mihi credideris, quā si amatori præbueris aures. Nam amantes præter modum dicta & facta tua laudibus efferunt, partim quia uerentur ne te offendant, partim quia propter cupiditatis ardorem in iudicando falluntur. Talia enim quædam amor designat. infortunatos quidem, ea etiam quæ alijs molestiam nullam præbent, tristitia putare cōpellit: fortunatos

natos autem & uoti sui compotes, quæ lætitia digna non sunt, cogit tanquam iucti dā laudare. Quapropter miserari eos magis oportet quā diligere. Quod si mihi credideris, primo quidem non ob præsentem uoluptatem, sed ob futuram utilitatem a dero tibi, non a mori mancipatus, sed mihi ipsi imperans: neq; ob minimas causas, aliquando graues inimicitias suscitabo, imò uero ob maximas uix tandem commotus, inuoluntarijs erratis ignoscami, uoluntaria emendare & deuitare conabor. Hæc sunt duraturæ amicitia argumenta. Si autem tibi uidetur non posse firmam nisi amore amicitiam nasci, animaduerte: re debes, quod hac ratione neq; filios multi faceremus, neq; parentes neq; filios eos haberemus amicos, qui non ex amoris huius ardore, sed alijs quibuslibet studijs facti essent amici. Ad hæc si egenis gratificandum est maxime, conuenit omnino non meliores homines, sed pauperimos iuare. maximis enim liberati malis gratias ingentes habebunt. In proprijs quoq; & priuatis sumptibus non conuocandi amici erunt, sed esurientes & supplices. hi enim beneficium maximi facient, te sectabuntur, ad fores opperientur, applaudent, gratias ingentes agent, uota pro te fundent. Cæterum decet forsitan non egenis maxime indulgere, sed his potius qui referre gratiam possunt: neq; amantibus solum, sed beneficij dignis: neq; his qui forma tua delectantur, sed qui tibi etiā seni futuri sint: nec illis qui uoti sui compotes facti palam sese iactabunt, sed qui uerecundi tacebunt: neq; illis qui breue ad tempus te colent, sed qui per omnem uitam similiter diliget: neq; illis qui extincto cupiditatis ardore inimicitiarum occasiones inquirēt, sed qui forma deflorescentem uirtutem suam constantiamq; ostendent. Tu igitur quæ dixi memento, atq; id cogita, quod amantes ab amicis increpantur quasi turpe quiddā sit amor. At eos qui non amant nullus familiarium ob id uituperat, quod hoc pacto male sibi ipsi consulant. Forsitan me rogabis, nunquid omnibus nō amantibus obtemperare te moneam. Ego autem puto neque ipsum quidem amatorem iussurum esse te erga omnes amātes hanc eandem mentem habere. Neq; enim accipienti, id pari gratia dignum, neq; tibi cæteros latere uolenti, similiter facile. Oportet autem iacturam quidem ex hoc nullam, utilitatem uero ad utroque aliquam provenire. Ego iam dicta sufficere arbitror: siquid autem tibi addendum uideatur, interroga. Quid tibi uidetur ò Socrates? Nonne mirifice oratio hæc & cæteris rebus & uerbis composita est? Mirum in modum ò amice, ita ut obstupuerim, atq; ita ò Phædre propter te affectus sum, dum te respicerem, quia mihi uidebare in legenda oratione gestitare. Putans ergo te talia magis quā me cognoscere, tibi obsecutus unā tecum ò diuinum caput ipse quoq; bacchatus sum. PHAE. Siccine tibi uidetur iocandum? s. o. c. Ego tibi iocari uideor: An non serio loquitur? PHAE. Nullo modo ò Socrates. sed uerum dic per eum qui amicis præest Iouem; putas quenquam Græcorum hac ipsa de re plura atq; maiora dicere posse? s. o. c. Quid uero? laudandum scriptorem eo solum censemus, quia ea dixerit quæ oportuerit: ac non eo solum, quia dilucide & rotunde & eleganter singula uerba posuerit? Si enim uis, tui gratia cōcedendum est: nam me quidem ob ignauiam meam & imperitiā latuit. Eloquentiæ enim dicentis solum intendi. ad id uero nec Lysiam quidem ipsum sufficere se existimare putabam. Profecto mihi uisus est ò Phædre, nisi tu aliud dicas, bis & ter eadē repetisse, quasi deesset illi copia eadē de re multa dicēdi, uel quasi nulla sibi de hoc cura esset. Ac mihi uisus est sese ostentare, quod posset eandem rem aliter & aliter dicendo utroq; modo luculenter dixisse. PHAE. Nihil ais ò Socrates, hoc enim maxime oratio habuit. Nam quæ erant in re de quibus commode dici posset, eorum nihil prætermisum est, ut præter illa quæ ab hoc dicta sunt, nemo eadem de re plura aut probabiliora dicere possit. s. o. c. Id ego non iam amplius confiteri possum. præci enim sapiētēsq; uiri & mulieres qui de his dixerunt scripseruntq;, redarguent me, si tui gratia concessero. PHAE. Quinam isti? & ubi tu melior audisti? s. o. c. In præsentia quidem non satis meministi. Sed profecto alicubi audisti, uel Sapphus pulchra, uel sapientis Anacreontis, uel scriptorum aliorum. Vnde uero hoc ipse coniecto? quia plenum ò beate mihi sentio pectus aliorum & non deteriorū quæ dici possunt. quod uero ex me ipso nihil tale cognouerim, intelligi, meæ inscitia concitius. Restat igitur me instar uasis hæc ex aliorum fontibus hausisse, sed iterum ob ruditatē meā & quomodo & à quibus perceperim, oblitū esse. PHAE. Optime ò generose dixisti. A quibus acceperis & quomodo, neq; etiam si iussero dicas. At illud dicas quod profiteris, rursus habere te plura & præstantiora his quæ à Lysia

scripta sunt. quod si feceris ab istis abstinens, auream tibi promitto in Delphis statuam æquilibræ, quod nouem illi principes solent, non meam solum, sed tuam etiã ponere. s. o. Amicissimus es, & reuera aureus ò Phædre, si me dicere putas Lyssiam omnino aberrauisse, ac posse præter hæc omnia meliora alia dici. Hoc enim me deterrimo quidẽ scriptori arbitror euenire. Principio, quantum attinet ad id de quo sermo habebatur, putasne aliquẽ probare uolentem non amanti magis quam amanti gratificandum esse, nisi probauerit non amantem prudentem esse, amantem uero insanẽ, & illum quidem laudauerit, hunc uituperauerit, quæ sane necessaria sunt, alia deinde quæ dicat habiturum? Sed existimo, hæc talia sinenda & scriptoribus concedenda esse, nec inuentionem horum sed dispositionem esse laudandam. at illorum quæ non sunt necessaria & difficulter reperiuntur, non dispositionem solum, sed inuentionem etiam laudandam puto. P H A E. Concedo quod ais. tolerabiliter enim dixisse uideris. faciam igitur & hoc ipse modo. Amantem enim quam nõ amantem magis ægrotare, præsupponere tibi permittam. In alijs autem si plura & præstãtiora quam Lyssia dixeris, iuxta Cypselidas in Olympia aureus stabis. s. o. C. Serio id accipis ò Phædre, quod uirum mihi dilectissimum reprehendi. Ego uero tecum iocabar. Ac me putas reuera hoc aggressurum esse, ut aliud quiddam præter illius sapientiam ornatius dicam. P H A E. Hac de re ò amice in eadem ansas peruenuisti, dicendum tibi omnino est, utcumq; poteris. Ac ut ne molestam illam rem comedorum sapius inuicem respondere compellamur caue, ne uel illud me dicere cogas: Si ego ò Socrates, Socrate ignoro, mei quoq; ipsius oblitus sum. Et cupiebat quidem, sed simulabat gratuari. Demum ita cogita, non esse nos prius abituros hinc, quam tu dixeris quæ habere aiebas in pectore meliora. Sumus enim soli, & quidem in solitudine. ego autem iunior & robustior. Ex his omnibus intellige quid dicam, nec uelis coactus potius quam sponte loqui. s. o. At enim ò beate Phædre, ridiculus ero si ipse rudis cum optimo illo scriptore contendero, ac de rebus eiusdem ex tempore disputauero. P H A E. Scis ut se res habet? Missa isthæc facias mecum. Ferme enim inuenit per quæ te compellam. s. o. C. Ne dicas obsecro. P H A E. Ne dicã: Imò uero iam dico. Ad iurandum me uertam. Iuro enim tibi per aliquem deum, uel si uis per hanc platanũ, nisi tu dicas in eius conspectu, me nunq; posthac cuiuscumq; orationem tibi ostensurum esse, uel nunciaturum. s. o. C. Papæ ò inueniste, q; pulchre repperisti qua arte uirum orationis audium, ad quiduis agendum compelleres? P H A E. Quid ergo cum talis sis, tergiuersaris? s. o. Minime amplius, quando quidem tu ita iurasti. Qui enim quirem ab his epulis abesse? P H A E. Dic igitur. s. o. Scis quid agam? P H A E. Qua de re dicis? s. o. C. Obuolutus dicam, ut celeriter transcurram sermonem, nec ad te respiciens, ob pudorem impediã. P H A E. Dicam modo, cætera ut uis, sic facito. s. o. Iam agite ò Musæ dulces, siue propter cantus speciem, siue propter musicum genus illud suauium & stridularum cognomen habetis, meum adiuuate sermonem, quem me dicere optimus iste compellit, ut eius sodalis qui primo huic sapiens uidebatur, nunc magis etiam am uideatur. Erat puer quidam, imò uero adolescentulus egregia indole præditus: huic autem erant amatores complurimi: quorum unus uir sane uersutus cum nihilo quam cæteri minus eum amaret, persuasit puero se non amare. Cumq; flagitaret aliquando ipsum illud ipsum non amanti potius quam amanti gratificandum esse persuasit, atq; ita inquit. In omnibus ò puer unicum principium ijs qui bene consulere uolunt, est intelligere quid illud sit de quo consultatur, uel omnino aberrare necesse. pleroseq; uero latet quod nec sciunt rei substantiam. Tanquam igitur scientes, in dispositionis principio non declarant, procedentes uero quod par est consequitur, ut nec sibi, nec alijs consentanea loquantur. Tibi igitur & mihi ne accidat quod in alijs damnamus, postquã nobis discrepatio est utrũ cum amante potius quam non amante, amicitia sit inuenda, quid amor ipse sit, & quam uim habeat, definitione ex consensu posita cognoscamus: atq; ad id respicientes referentesq; consideremus, emolumentumne an detrimentũ afferat. Quia igitur cupiditas quædam sit amor, omnib. manifestũ: quod uero etiã qui nõ amant, pulchra seu bona cupiunt, non ignoramus. Vt igitur quo amans à nõ amante discernitur, intelligamus, scire oportet duas in unoquoq; nostrum ideas esse dominantes atq; ducentes, quas sequimur quocumq; ducunt. Altera quidem est innata nobis uoluptatũ cupiditas. Altera uero acquisita opinio optimi affectatrix. Hæc autem in nobis quandoq; consentiunt, quandoq; in seditione & discordia

dia sunt: & modo hæc, modo altera peruincit. Quando igitur opinio ad id quod optimum est, ratione ducit ac superat, hæc ipsa uiuendi potestas temperantia nominatur. Quando uero cupiditas absq; ratione ad uoluptates trahit, nobisq; imperat, imperium hoc libido uocatur. Libido autem cum multiformis sit, multarumq; partium, multas utiq; appellationes habet, & harum formarum quæ maxime in aliquo exuberat, sua illum appellatione nominatum reddit, nec ullum suis decorum aut dignum tribuit cognomentum. Circa eos enim superatrix rationis & aliarum cupiditatum cupiditas, ingluuiens appellatur: & eum qui hanc habet, hac ipsa appellatione nuncupatum reddit. Rursus quæ circa ebrietatem tyrannidem exercet, ac eum quem possidet hac ducit, patet quod habebit cognomen atq; alia horum germana, & germanarum cupiditatum nomina ubi aliqua maxime dominatur, quomodo ponenda sint, manifestum est. Cuius autem gratia superiora omnia diximus, fere iam patet: siue tamen dicatur siue non, magis quam si prætermisum sit, patebit. Nam cupiditas absq; ratione quæ superat opinionem ad recta tendentẽ, rapitq; ad uoluptatẽ formã, & à cognatis cupiditatibus circa corporis formam uehementer corroborata peruincit & superat, ut *αὐτὸν εἰς πόρνος*, id est robore & uehementia, *ἔργων*, id est amor appellata est. Num tibi ò amice Phædre, quemadmodum mihi, uideor diuinũ quiddam passus fuisse? P H A E. Profecto quidem ò Socrates præter solitum profluens quædam amplitudo te cepit. s. o. Silentio igitur me audi. Nam reuera diuinus hic uide tur locus. Quare si sapius nymphis procedente sermone corripior, ne mireris. Ea certe quæ modo canebam, à dithyrambis non multum distant. P H A E. Verissima narras. s. o. C. Horũ equidem tu causa es, sed audi cætera, ne abeat id quod superuenit. At uero deo curæ erunt, nos disputando ad puerũ reuerramur. Age igitur ò optime, quid sit id de quo consultatur, dictum & definitũ est. Respicientes ergo ad hoc quod reliquum est, uideamus quid emolumentũ uel damni ab amante & non amante, ei qui obsequitur sit merito prouenturũ. Hominem libidini mancipatum & uoluptatibus seruientem necesse est amatum suũ pro uiribus sibi quam iucundissimum reddere. Ægrotanti uero quicquid non repugnat, iucundum: quod uero melius, aut æquale, molestum. Quare neq; præstantiorem, neq; parẽ amator amatum sponte unquam patietur esse. Inferiorẽ autem indigentiorẽq; quoad poterit, semper efficiet. Deterior ignorans sapiente, forti timidus, ineptus ad dicendum rhetoricus, habes acuto. Hæc & plura insuper animi mala cum natura insunt uel sunt amato, gaudet amator, atq; alia insuper inferre conatur. Alioquin uoluptate priuatur. Inuideat ergo necesse est amator amato, atq; eum ab omni cõsuetudine studioq; unde uir excellens euade re possit, amouens, uehementer officiat. Maxime tamen ex priuatione illius obest, quod prudentissimum efficit. Prudentissimum uero diuinã facit philosophia, à qua amator procul abducere amatum compellitur, metuens ne ab eo sifiat sapientior, contemnatur. Denique omnia efficit, quibus ille omninũ ignarus euadat, admiraturq; amãtem. Qualis cum fuerit, amatori quidem iucundissimus erit, sibi autem ipsi perniciosissimus. Atq; ita in his quæ ad intelligentiã pertinent, noxia est cum amatore cõsuetudo. Posthac uidentũ quod pacto is qui bono dulce antepõnere cogitur, corpus illius quẽ amat, si comissum sibi fuerit, sit curaturus. Optabit profecto corpus nõ solidum, sed molle & delicatum, nõ sub sole sed umbra nutritum, quod procul à periculis & laboribus siccisq; sudoribus, muliebri & delicato uictu fuerit educatũ, coloribus alienis extraneisq; ornamenti ex priorũ defectu ornatum, cæterisq; horũ similibus consuetum. Quæ omnia cum prolixius recense re indignum sit, summam in præsentia cõcludemus, ut reliqua prosequamur. Talẽ sane corporis habitũ in prælijs & quauis alia ingenti necessitate, hostes quidem audacter inuadunt, amici autẽ ipsiq; amatores huic maxime metuit. Sed hoc iam tanquã manifestum, dimittendum est. Deinceps uero dicendũ quid nobis emolumentũ uel damni in rebus externis amantis familiaritas & custodia præbeat. Atqui hoc omnibus amatori præsertim est manifestũ, quod amicissima charissimaq; & diuinissima possessione orbũ fieri amatũ desiderat. Parentibus enim, necessarijs, amicis, priuari eum exoptat, existimans eos dulcissimã ipsius cũ amato cõsuetudini impedimento fore. Puerũ præterea uel aurũ uel cuiusuis possessionis ditissimum, neq; facile capi posse putat: neq; si captus fuerit, detineri. Quamobrẽ necesse est amatorẽ tanq; inuidũ amatũ prosperitate dolere, ad uicissitudinem gaudere. Quinetiã sine uxore, sine filijs, sine domo, diu exoptat uiuere adolescentem, cupiens

Proverbum

plurimum tempus propria dulcedine perfrui. Sunt alia quoque mala, sed horum plurimum in ipso statim principio daemon aliquis uoluptate immiscuit; ueluti adulatori grauissime bestia maximaeque calamitati inferuit natura oblectamentum aliquod inconcinnum. Vituperabit quoque scortum aliquis utpote noxium, & alia huiusmodi animalia atque studia, quae nos ad praesens delectare consueuerunt. Amans uero praeter quae quod noxius, effectus sua consuetudine omnium molestissimus. Pares enim cum paribus ueteri proverbio iucundissimae congregantur. Nam aequalitas temporis cum ad aequales uoluptates propter similitudinem trahat, amicitiam parit. Veruntamen his etiam nimiam fatiatur affert, proinde necessitas omnibus in rebus cuique grauis est, quae quidem simul cum dissimilitudine in amante ad amatum est maxime. Iuniori enim senior adhaerens, neque die ulla, neque nocte ab eo sponte recedit, sed necessitate & furore rapitur, qui illum quidem uoluptatum illecebris trahit uidentem, audientem, tangentem, & omnino amatum sensu quolibet attingentem, ita ut ingenti cum uoluptate illi assidue obsequatur. Amatum uero qua uoluptate quod uelatio aequale tempus adeo detinebit, ut extrema molestia non uexetur, cum facie senilem deformemque aspiciat, caeteraque similiter, quae non factu solum, uerum etiam auditu molesta sunt, necessitate quadam ad ipsum captandum semper proposita, dum se dulcis passim insidijs obseruatur, auditque importunas immoderatasque tum laudes, tum uituperationes, quibus amans ipsum prosequitur; quae in sobrietate quidem intolerabiles sunt, in ebrietate uero non intolerabiles solum, uerum etiam ob nimiam aperte loquendi licentiam turpissimae. Praeterea dum amat, perniciosus & importunus est. Cum uero amare desierit, in posterum infidus aduersus illum, quem multis iuramentis, precibus atque promissis uix tandem induxerat ut premiorum spe infestam eius consuetudinem sustineret. Demum cum rependere deceat, principem alium in se ac praesidem accipit, mentem temperantemque pro amore atque infania, factusque iam alius amatum fallit. Tunc amatus eorum quae dicta quondam & facta sunt memor, beneficiorum gratiam exigit, putans cum eodem uerba se facere. Sed alter ob uerecundiam, neque aude mutatum esse se consistit, neque inuenit qua ratione prioris illius principatus infanti iuramenta & promissa persoluat, mentis iam & temperantiae compositus effectus, ne si eadem quae & antea fecerit, similis idemque ac fuerat ante, rursus euadat. Hinc efficitur, ut qui ante amauerat, iam aufugiat, mutatusque abeat, quasi testa in aduersum cadente; alter uero persequi cogatur, grauius ferens, ad imprecationesque conuersus. Qui sane ab initio deceptus est, cum ignorauerit non decuisse, amanti necessario amenti gratificari, imò homini multo magis ab amore libero mentemque habenti. Alioquin necessarium fore seipsum committere homini infido, moroso, inuidio, molesto, pernicioso ad rerum possessionem, pernicioso ad corporis habitum, longe uero ad animi disciplinam perniciosissimo, qua nihil apud deos & homines reuera aut est, aut erit unquam uenerabilius. Haec o puer consideranda sunt, atque illud insuper animaduertendum, amatoris amicitiam non beneuolentia ulla, sed auaritate quadam expletionis quasi fame consistare. Vt lupus ipse agnum, puerum sic ardet amator. Hoc illud est quod praedixerat o Phaedre. Nec dicentem me ulterius audies, sed iam sine habeat sermo, quamquam putabam dimidium disputationis transactum esse, ac restare tantum de non amante dicendum, quod illi potius indulgere deceat, ad idque quot illi bona in sunt enumeranda. P H A E. Cur ergo desistis o Socrates? S O. Animaduertisti Phaedre carmina me iam non dithyrambos amplius canere, quibus in uituperando mea uersetur oratio; quod si laudare alterum pergam, quid facturum me putas? An non sentis a nymphis, tum opera tua, tum diuina prouidentia me afflari? Quare sum matrem dico, tot bona inesse alteri, quot mala in altero numerauimus. Sed quid multis uerbis? De utriusque enim sufficienter dictum. Atque ita quod decet, fabula patet. Ego iam transmissio flumine abeo, prius quam ad manus aliquid abs te compellat. P H A E. Nondum o Socrates, prius quam astus abscedat. An non uidet ut iam plane meridies sit, in qua hora intensus est calor? Sed interim morantes ac de his quae diximus colloquentes, cum primum refrixerit, tunc abeamus. S O. Diuinus es circa sermones o Phaedre, ac uere mirabilis. Arbitror equidem orationum quae his temporibus habentur, neminem pluribus autorem causamque fuisse quam te, siue ultro dicendo, siue quoquo modo alios compellendo. Similia Thebanum excipio. Alios uero longe antecellis. Et nunc uideris in causa fuisse, ut aliqua de me oratio habeatur. P H A E. Non tu bellum sane denuncias, sed quoniam modo? & quae oratio? S O. Cum flymen transurus essem, demonium & solitum mihi fieri signum factum est; quod sane quod

tians

tians accidit, quod facturum eram agere prohibet. hinc uocem audire uisus sum, quae abire me uetat, antequam expiauerim, quasi aliquid deliquerim erga deum. Sum igitur uates quidem, at nequaquam bonus, sed quemadmodum qui male sciunt literas, quantum ad me ipsum sufficiens. Clare itaque iam intelligo delictum meum. Siquidem o amice praesagij quidam etiam est in animo. Me enim commouit & antea dum loquebar, unde quodammodo uerebar, ne cum forte secundum Ibycum apud deos deliquerim, apud homines gloriam consequar. Nunc sentio in quo deliquerim. P H A E. Quid est? S O C. Graue o Phaedre grauem inquam sermonem & tu attulisti, & me dicere compulisti. P H A E. Quo nam pacto? S O C. Stultum & quodammodo impium: quo quis grauior esse potest? P H A E. Nullus, si tu uera harras. S O C. Quid enim Amorem? nonne Veneris filium, & deum aliquem putas? P H A E. Dicitur quidem. S O C. Non tamen a Lysia, neque ex sermone tuo, qui per os meum abs te quasi quadam incantatione deductus, prolatus est. Si autem est, ut certe est, deus aut diuinum quiddam amor, malum utique non esset. At sermones de illo quasi malum esset, habitus sunt. In hoc ergo aduersus Amorem deliquimus. Atqui ualde ineptae disputationes haec nostrae uidentur, quamuis urbanae: quae cum nihil syncerum uerumque contineant, gloriantur tamen tanquam plurimum ualeant, si homunculis nonnullis deceptis approbentur. Mihi igitur o amice expiari necesse est. Est autem his qui consabulando peccant, expiatio quadam uetus, quam Homerus non nouit, sed Stesichorus. Oculis enim priuatus ob Helenae uituperationem, non ignorauit caecitatis causam ut Homerus, sed ut pote musicus eam agnouit. Itaque statim illa fecit carmina:

Non uerus sermo ille fuit, nec nauibus altis
Existi fugiens, nec adisti Pergama Troia.

Atque ita edito poemate, quam *παινοδία*, id est, recantationem, uocant, confestim uisum recuperauit amissum. Ego autem in hoc ero utriusque sapientior, quod antequam accidat mihi quicquam mali ob Amoris uituperationem, conabor illi palinodiam reddere, & quidem aperto capite non ut supra ob uerecundiam uelato. P H A E. His uero o Socrates nihil mihi gratius efficere posses. S O. Etenim meministi o Phaedre quam impudenter ex libro lectum est, & a me ipso quoque de amatore dictum. Quod si generosus aliquis uir & modestus, qui similis sibi alium amat amauerit uel, nos audiat cum dicimus amantes ob minimas saepe causas maximas inimicitias suscitare, & inuidiosos amatis perniciososque esse homines, audire se arbitrabitur in nauibus educatos, qui liberalem aliquam amorem nunquam inspexerint, neque ullo modo nobis concedet, quae in amoris uituperationem adducimus. P H A E. Forte per Iouem o Socrates. S O. Hunc ego hominem ueritatis, & Amorem ipsum metum, cupio ueluti potabili oratione saluum illum auribusque nostris noxiu sermonem diluere. Consulo quin etiam Lysiam, ut quam primum scribat amanti potius quam non amanti ex similibus indulgendum. P H A E. Ita futurum certo scito. Nam postquam tu amator laudaueris, necesse erit Lysiam ut eadem scribat a me compelli. S O C. Istuc equidem credo, quando tu qui nunc es fueris. P H A E. Dic age fortissimo. S O. Eia ubi mihi puer ille adest, ad quem superior sermone habui, ut hunc etiam audiat: ne si minus quam audierit, temere non amanti obtemperet. P H A E. Is tibi proximus semper adharet, quoad cupis. S O. Sic ergo o egregie puer cogita, priorum sermonem Phaedri Pythocle geniti Myrrhinulij fuisse; sequentem uero Stesichori Euphemi filij, uiri amabilis, fore. huius hoc erit exordium. Non uerus sermo ille est, qui praesente amatore non amanti magis iubet gratificari, quia amans furit, non amans uero sanus est. Si enim simpliciter uerum esset, furor esse malus, recte a nobis dictum fuisset. Nunc autem maxima bonorum nobis sunt per furorem diuino quodam munere concessum. Nam & quae in Delphis futura praedicat uates, & quae in Dodona sacerdotes, fureres quidem multa ac magna comoda priuatum & publicis Graecis hominibus attulerunt; sane uero dum sunt, exigua aut nulla. Quae si referamus Sibyllam & alios quicumque diuino uisus sunt uaticinio, quam multa praedicientes in futurum profuerint, prolixum nimis extenderemus sermonem, & rem manifestam omnibus, proferremus. Illud tamen dignum est testificari, quod ueteres qui nomina rebus imposerunt, non turpe quiddam, neque ignominiosum putauerunt furor. Non enim praclarissima aiti qua futurum discernitur, hoc nomen annexerunt, eam *μακίχη*, id est furorem nomi nassent, sed tanquam bonum quiddam sit furor, quando diuina forte prouenit, honestae arti nominem huiusmodi indiderunt. At nunc cuniorum isti interiecta littera imperite nimium, *μακίχη*

Maxima bonorum
sunt per
furorem diuini
concessum

P 3 dixerunt

dixerunt. Sane inuestigationes futuri sanorum hominū per aues & alia ostenta, utpote à cōiectura humanæ intelligētiē procedentes, mentē historiamq; auguralē cognominarūt. Quā deinde posteriores o parūt in magnū uertētes honestiori uocabulo exornāt. Quanto igitur perfectius præstantiusq; uaticiniū augurali cōiectiōne, & nomē nomine, opusq; opere, tanto testificatur antiqui furorem ex deo profectum q̄ humanā prudentiam præclarior esse. Atqui aduersus morbos & labores maximos ob antiqua delicta quandoque diuina indignatione mortalibus imminentes gentibus quibusdam alicunde furor adueniens ac prædicens quibus opus erat remedia adinuenit, cōfugiens ad uota cultusq; deorum: unde expiatiōnes propitiatiōnesq; consecutus incolumem reddidit possidentem & in præsens tempus & in futurum, ab solutionem præsentium malorum recte furenti occupatoq; adeptus. Tertia uero à Musis occupatio & furor suscipiēs teneram intactamq; animam, suscitāt illam atq; afflat. Vnde per cantus aliamq; poesim infinita antiquorum gesta exornans, posteros instruit. Qui autem absq; furore Musarum poeticas ad fores accedit, confidens arte quadam poetam se bonum euasurum, inanis ipse quidem atq; eius poesim præ illa quæ ex furore procedit: qua quidem hæc quæ ex prudentia fit, euasit. Tot equidem, ac etiā plura diuini furoris præclara opera referre possum. Quare hoc ipsum ne formidemus, ne uella nos ratio absterreat, ostendens prudentem & sanum potius quam cōcitatam amicum esse diligendum. At ille insuper ostendat si potest, ac uicioriam reportet, non pro utilitate amantis & amanti amorem à dijs esse concessum. Nobis uero nunc ostendendum est contra pro felicitate maxima huiusmodi furorem à dijs hominibus esse datum. Demonstratio autem erit contentiosus quidem incredibilis, sapientibus uero contra. Oportet autem nos prius de natura animæ diuinæ & humanæ, affectus & opera inuentus, uera nouisse. Hoc uero demonstrationis huius principium sit. Anima omnis immortalis, quod enim semper mouet, immortale est. quod uero aliud mouet, ab alioq; mouetur, cum terminum habeat motus, terminum habet & uitæ. Solum ergo quod seipsum mouet, quia nunq; se deserit, nunquam cessat moueri. Imò uero & alij quæcunq; mouentur, id fons & principium est mouendi. Principium autē sine ortu est. Ex principio enim necesse est quicquid generatur oriri, ipsum autē ex nullo. Nam si principium oriretur ex aliquo, ex principio utiq; nō oriretur. Cum uero sit absq; ortu, & absq; interitū sit necesse est. Nam si principium interiret, neq; ipsum ex alio, neq; ex ipso aliud nasceretur. Si quidem ex principio omnia oriuntur oportet. Sic ergo principium motus est, quod seipsum mouet. Hoc autem neq; mori, neq; nasci potest. Alioquin omne cœlum omniscq; generatio concidat desinatq; necesse est, neq; rursus unq; constare possit, unde hæc motum nata oriuntur. Cum igitur appareat immortale esse quod seipsum mouet, animæ substantiam & rationem hanc ipsam qui dixerit, non erubescet. Omne enim corpus cui motus extrinsecus incidit, inanime est. Cui uero intus ex seipso id inest, animatū, tanquam hæc anime natura sit, quod si ita est, ut nō sit aliud quicq; quod seipsum moueat præter animā, necessario ingenta & immortalis est anima. De immortalitate animæ satis est

De idea dictū, De idea uero ipsius in hunc modū est dicendū. Quale id omnino sit, diuinæ penitus anima proluxa q; narrationis foret: similitudinem uero eius quandoq; describere, humanæ & breuioris. hoc igitur modo dicamus. Similis esto cognatæ potentia subalati currus & aurigæ. Deorum equi & aurigæ omnes boni sunt atq; ex bonis, aliorū uero permixti. Principio quidem nostri princeps bigas habent moderatur: deinde equorū alter bonus & pulcher & ex talibus, alter cōtrarius & ex cōtrarijs. Quo fit ut dura & difficilis necessario sit uictrura nostra. Qua uero ratione mortale & immortale animal appellatū est, conandum est

Quo pacto sit dicere, Omnis anima totius inanimati curam habet, totumq; percurrit cœlum, aliā uide animal licet alias sortita species. Perfecta quidē dum est & alta, sublimis incedit, ac totū gubernat mundum. Cui uero alæ defluerint fertur quoad solidū aliquid apprehēderit, ubi habitaculum sortita, corpus uel terrenū suscipit, sese mouere apparens propter illius potentiam: animalq; totū uocat, anima simul corpusq; cōpactum, & mortale animal cognominatur. Immortale autē ex nulla ratione discursu percepta, sed quæ fingitur: quippe cum neq; uide rimus, neq; satis intellexerimus deum, immortale quoddā animal, habēs quidē animā, habens etiā corpus naturaliter omne tempus cōiuncta. Sed hæc iam uti deo placet, ita se habeant & dicatur: per quā uero causam alē abijciatur decidantq; ab anima, nunc dicamus.

Est

Est autem talis quædam, naturalis alarum uis est, graue in sublimē attollere, ubi deorū inhabitat genus. Omnium uero quæ sunt circa corpus, maxime particeps diuini est animus. Diuinū autem pulchrum, sapiens, bonum, & quicquid tale dici potest. His utiq; aliter maxime, augeturq; ipsa alatio animi: turpi autē & malo contrarijsq; huiusmodi deficit atq; interit. Magnus utiq; dux in cœlo Iupiter citans alatum curruū primus incedit, exornās cuncta, prouideq; disponens. Hunc sequitur deorū dæmonumq; exercitus per undecim partes ordinatus. Permanet autem Vesta in deorum æde sola. Aliorū uero deorum quicunq; in duodecim numero censentur, suæ quisq; functioni præest ut quisq; est ordinatus. Permulta igitur beatæq; spectacula discursusq; intra cœlum existunt, quibus deorum genus beatorum intendit suum quisq; officium peragens. Sequitur autē semper uolens & potens. Liuior enim à diuino choro procul abest. Cum uero ad conuiuium ac dapibus uadunt, in summū cœli fastigium sublimes eunt. Deorū quidē uehicula apta habentis a qua literq; libra facile gradiuntur, aliorum uero agre. Grauat enim prauitatis particeps equus, ad terram uergens, atq; trahens, cuiusq; aurigarum equus non bonus nutritus fuerit. Vbi itā labor & certamen extremū animæ proponitur. Quæ enim immortales uocantur, cum ad summū peruenerint, extra progressæ in cœli dorso consistunt. Ibi constitutas circumferentia ipsa circumfert, atq; illæ intuentur, quæ sunt extra cœlum. Locum uero supercœlestem neq; quisquā nostrorū laudauit adhuc poetarum, neq; unquam pro dignitate laudabit, habet se uero in hunc modum. Audendum est enim uerū dicere, præsertim de ueritate loquēti. Sine colore, sine figura, sine tactu, essentia uere existens, animæ gubernatore solo intellectu contemplante uirtutē, circa quā ueræ scientiæ genus hunc habet locū. Vtpote igitur dei cogitatio intellectu & scientia immaculata se uertens, cogitatio quoque omnis animæ quæcunq; conuenientē sibi conditionē susceptura est, intuitu per tempus id quod est, contenta ueritatis contemplatione nutritur & gaudet, donec circulo in idem circumferentia referat. In hoc autem circuitu conspicit ipsam iustitiam, cōspicit temperantiam, conspicit scientiam, nō qua adlit generatio, nec qua alta alicubi sit in alio, quales uidelicet sunt eorū quæ nos entia nunc appellamus: sed illā quæ in eo quod est ens uere, scientia est: & alia eodē modo quæ uere sunt speculata atq; his enutrita, subiens rursus intra cœlum, domū reuertitur. Cum autē redierit, auriga ad præsepe sistens equos obijcit illis ambrosiam, & post ipsam necsar porandum atq; hæc deorū est uita. Ceterarum uero animarū alia optime deum secuta similisq; effecta, extulit in supercœlestem locū aurigæ caput, & cum ipsa circumferentia simul delata est, sed perturbata ab equis, & uix ea quæ uere sunt, intuita. Alia uero modo caput extulit, modo submisit: at ob uolentiam equorum, partim uidit quidem, partim uero nō uidit. Alia autē animæ affectantes quidem omnes superiorē locū sequuntur: cum uero nequeant, submersæ circumferuntur, calcantes sese in uicem atq; incumbentes, alia aliam præire contendens. Tumultus igitur & certamen & sudor sit extremus. Vbi quidem aurigarum uitio, multæ claudicant, multæ multas penas cōstringunt, omnes uero magno implicatæ labore, expertes eius quod uere est intuenti, discedunt: post discessum uero alimento utuntur opinabili. Cuius quidem gratia multus inest conatus, ueritatis campus ubinam sit, intueri. Nam ex huiusmodi prato optima uis animæ conuenientem accipit alimoniam, & alarum natura qua anima eueuatur, hoc aliter. Regulæ Adrastæ deæ, id est inuitabilis numinis hæc est, ut quæcunq; anima deū comitata aliquid uerorum inspexerit, ea usq; ad circuitū alium sit indemnis: & si semper hoc facere queat, sit semper illæsa. Si uero impotens assequendi non inspexerit, & casu aliquo uisa, repletaq; obliuione & prauitate grauetur, grauata autem pennas confregit, in terramq; reciderit, tam prohibet lex hanc in prima generatione in aliquam brutalem ire naturam: sed iubet eam quæ plurima uiderit, in genituram uiri philosophi aut pulchritudinis cupidū, aut musici, atq; amatorij: eam uero quæ secundo loco, in regē legitimū, aut bellicosum uirū & imperatorij descendere. Tertio in gubernatorē respub. aut rei familiaris dispensatorē uel quæstuarij. Quarto in laboriosum gymnasticū, aut circa medelā curramq; corporis uersaturū. Quinto in eos qui uates futuri sunt, & circa mysteria quædam. Sexto in poetam uel alium quemuis eorum qui apte in imitatione uersantur. Septimo in artificē uel agricolam. Octauo in sophistā & popularem. Nono in tyrannicum. In his autem omnibus quicunq; iuste uitam egerit, fortem postea nanciscitur meliorem: qui uero

P. 4

Vide ut Plato ponit aliqua extra cœlum Intellectus aut nime gubernator

no op

Nouem animarum conditiones

Ad idē reuer-
titur anima
post decem mi-
lia annorum

iniuste, deteriore. In idem enim unde profecta est cuiusque anima, annis decem milibus non reueritur. Nam alas ante hoc spatium non recuperat, præter illius animam qui philosophatus est sine dolo, uel una cum sapientiæ studio pulchritudinē amauit. Hæc quidem tertio ambitu mille annorum, si ter hanc ipsam deinceps elegerint uitam, sic recuperatis alis post tria milia annorum euolant abeuntes. Alia uero anima primæ uitæ finem consecuta, iudicantur. Iudicatae autem alia sub terra in iudicij locum euntes, meritas illic penas sustinent. Alia in coeli quendam locum per iudicium eleuatae, ita degunt, ut dignum est ea uita qua in hominis figura uixerunt. Millesimo anno ambæ redeuntes fortem & electionem secundæ uitæ suscipiunt, deligit unaquæque eam uitam quam uelit. Hic & in bestia uitam humana anima transit, & ex bestia rursus in hominem; si modo anima quandoque prius fuerit hominis. Nam quæ nunquam ueritatem inspexerit, in hanc figuram uenire non poterit. Oportet uero hominem intelligere secundum speciem, ex multis procedentem sensibus in unum ratiocinatione conceptum. Hoc autē est recordatio illorum, quæ olim uidit anima nostra cum deo perfecta, & illa despicimus quæ nunc esse dicimus, & ad id quod uere est sursum reflexa. Quapropter sola philosophi cogitatio merito recuperat alas. Nam illis semper quantum fieri potest memoria inhæret, quibus deus inherens diuinus est. Talibus autem commentationibus qui recte utitur, perfectisq; mysterijs semper imbuatur, perfectus reuera solus euadit. Ab humanis autem studijs segregatus, diuinoq; inhærens, carpitur à multitudine quasi extra se positus, sed ipse deo plenus multitudinē latet. Tendit igitur huc totus sermo, qui est circa quartū furorem, quo quando quis uisa hic pulchritudine aliqua ueræ illius reminiscens, alas recipit, receptisq; euolare nititur. Cum uero id facere nequeat, tanquā auis superna suspiciens & inferiora cōtemnens, crimen reportat quasi furore correptus. Hæc itaq; diuina alienatio omnium alienationum optima, atq; ex optimis fit & habenti, & participati: & qui hoc tenetur furore, cum amet pulchra, amator uocatur. Ut enim dictum est, omnis anima hominis, ea quæ uere sunt, in ruita est, alioquin in hoc animal nō uenisset. Recordari uero ex his quæ hic sunt, illorum, non facile est omnibus, nec quot ex illis breue tempus illic inspexerunt, neq; quot huc descendentes infortunatae fuerunt, ita ut quibusdam cōsuetudinibus deprauate, sacrorum quæ aliquando inspexerant, obliuionē susceperint. Quamobrem paucae restant, quibus satis memoriæ super sit. Hæc uero quando hic similitudinē aliquam eorum quæ illic inspexerant, intuentur, obstupescunt, & quasi extra se ponuntur: quæ tamen sit hæc affectio ignorant, quia non satis omnino persentiunt. Iustitiæ quidem & temperantiæ & aliorum quæcumq; in animis pretiosa sunt, splendorē nullum in his imaginibus cernimus, sed per obscura quædam instrumenta uix & per pauci in eorum imagines accedentes eius quod repræsentatur genus aspiciunt. At pulchritudinē tunc licebat uidere clarissimam, quando cum beato illo choro felicem uisionē cōtemplationemq; secuti cū Ioue quidem nos, alij uero cum alio quodam deorum, uiderunt & initiati sunt sacris, quæ fas est dicere sacrorum omnium beatissima: quæ operamur integri quidem nos & malorum expertes quot in posterum manebant, integra quoq; & simplicia immobilisq; & beata spectacula initiati inspectantes pura in luce puri & immaculati, solutiq; ab hoc quod nunc circumferentes, corpus uocamus, in modum ostreae huic alligati. Hæc autē memoriae sunt accepta ferenda, propter quam desiderio illorum quæ quondam uidimus, nunc sermone extendimus. Pulchritudo autem quemadmodum diximus, & cum illis progrediens effulgebat tunc, & huc profecti percepimus eam per sensuum nostrorum perspicacissimum clarissime resurgente. Uisus enim nobis peracutissimus est sensuum omnium, qui per corpus fiunt, quo sapientia non cernitur. Ardentes enim excitaret amores, si quod tale ipsius simulacrum manifestū oculis proueniret. Eadem est de cæteris quæ sunt amabilia, ratio. At uero pulchritudo sola hanc habuit fortem, ut maxime omnium & perspicua sit & amabilis. Qui ergo nō est mysterijs nuper initiatus, aut potius est deprauatus, haud celeriter hinc illuc ad ipsam pulchritudinem excitatur, similitudinem hic quandam quæ ab illa denominatur aspiciens. Quapropter non ueneratur dum aspicit, sed quadrupedis ritu deditus uoluptati aggredi & concumbere nititur: petulanterq; congregiēns, nec timet, nec erubescit uoluptatem præter naturā sectari. Sed qui nuper expiatus est sacris, qui uel aliquando est plurima cōtemplatus, quædo uultū diuina forma decorum uidet, apte ipsam pulchritudinem imitatur, uel

Pulchritudo
sola maxime
omnium amabilis

uel aliquam corporis speciem, primo quidem horret, metusq; uetus aliquis in eum reuoluitur: deinde inspiciens tanquam deū colit: ac nisi ueretur uehementis insanitiæ crimine, sacra amatis non aliter quam dei statuae faceret. Intuentem uero ipsum uelut ex horrore, permutatio, sudor, & ardor insolitus occupat. Quando enim pulchritudinis influxū per oculos accipit, calescit, quo pennarum natura irrigatur: postquam uero incaluit, liquecūt quæ ad pullulandum spectant, quæq; diu præ duritiæ compacta exitum germinis cohibebant. Vbi autem influxerit alimonia, pennarū germina iam ab ipsis radicibus tumescencia impetu quodam per animæ speciem totā nituntur erumpere, tota enim erat olim penitis suffula. Feruet itaq; tunc omnis & profluit: atq; ut infantes cum dentes emittunt, priuiritu & dolore gingiuarum uexantur: ita & pennas emittentis anima feruet, & titillatione, molestiaq; afficitur. Itaq; cum pueri speciem intuetur, cupidinemq; inde effluentem imbens irrigatur calescitq; dolere iam desinit atq; lætatur. Cum uero procul abfuerit, exarte ritq; meatus qua parte scaturire nititur ala, aridi & cōstricti, pennarū germen cohibent, hoc intus unā cum cupidineo illo influxu occlusum tumescentiq; more resiliens, ipsum sibi met suos meatus undiq; obstruit, pungitq;. Tota igitur anima undique faucia stimulo cōcitat, & angitur, rursusq; memorem pulchritudinis delectatur. Ex utriusque permixtis passionis huiusmodi uehementia & nouitate uexatur, & anxia furit, atq; insanit. Sic affecta, præ furore neq; nocte dormire potest, neq; die usquam consistere, sed passim discurret desiderio pulchri uidendi percussa. Videns autem, & influxum illum cupidineū hauriens, abstracta prius & conclusa, iam aperit & resoluit. Cum uero iam respirauerit, stimulus angustisq; liberatur. Hac utiq; suauissima uoluptate in præsentem usq; adeo delinitur, ut nunquam ab eius illecebris sponte discedat, neq; quenquam pluris facit quam amatū, sed parentes, fratres, amicosq; omnes obliuioni tradit, ac dissipato per incuriā patrimonio minime commouetur, patrias quoq; consuetudines & dignitates quibus gloriari solebat penitus aspernatur, & seruire & iacere parata ubicunq; permittitur, modo igniculo suo inhæreat. Non enim colit solummodo & ueneratur formosum, sed medicum etiā hunc grauissimorum morborum sibi solum inuenit. Hunc utiq; affectum ingenue adolecens, ad quem meus est sermo, homines *ἔρωτες*, id est amorem appellant. Quo autem modo dii nominant si audieris, merito propter iuuentutem ridebis. Tradunt Homerici quidam, ut arbutor, ex reconditis carminibus, in Amorem carmina duo, quorum alterum ualde petulant, neq; satis cōcinnum. Sic autem aiunt. Hunc quidem mortales *ἔρωτες*, id est amorem uocant uolatilem: immortales autem alatum, propter uolandi necessitatem. His partim licet credere, partim non licet. Atqui causa affectioq; amantium hæc ipsa est. Quoruncunq; igitur ex Iouis pedisse quis capti fuerint, grauius, constantiusq; alati illius onus ferre possunt. Qui uero Martē coluerunt, cumq; illo circumuagati sunt, amore illaqueati, siquam ab amato sibi inferri iniuriam putant, in eadem facile prouolant, præcipitesq; tum ad se ipsos, tum ad amatos necandos feruntur. Atq; ita secundum quenq; deorum cū quo quilibet chorum egit, eundem honorat, imitaturq; semper in uita pro utribus quoad permaret incorruptus, & hoc pacto primam hic uitæ generationē ducit, talemq; se ipsum ad amatos & alios exhibet. Amorem ergo pulchrorū ex suo quisq; deligit more, & tanquam deus sibi ille sit, quasi statua fabricat & exornat utpote honoraturus, atq; sacrificaturus. Iouis itaq; cultores eum sibi amandum quæruunt, cuius Iouialis sit animus. Quare considerant utrum ad philosophiam & imperium natura sit aptus: & quando illum amant inuentū, omni opere contendunt quo ille talis euadat. Ac nisi prius quod exoptant ingressi fuerint, studio suo tunc contendunt admodum, discuntq; undecunq; aliquid possunt, atq; ipsi etiā ad hoc opus progrediuntur. Inuestigantes ex seipsis dei sui naturā, uoti tandem composites fiunt, ex eo quod summa quadā attentione mentis aciem in deum erigere compellantur: deinde cum per memoriā illum attingāt, diuinitate afflantur, atq; ex eo mores & studia, quatenus homini licet dei participem fieri, capiunt. Quoniā uero horum omnium causas referunt in amatū, dilectione ardentius accenduntur. Ac si ab Ioue hauriāt, bacchantium sacerdotum more, in amati animum transfundentes proprio deo quoad possunt simillimū reddunt. Quicunq; uero Iunonem secuti sunt, regium quæruunt, quo in uento similiter affecti eadem erga illum omnia faciunt. A pollinis prætere reliquorum uel cultores deorum singuli deos singulos imitantes, eodē modo affectum natura adolecētem quæruunt

quarunt, eoque comparato & ipsi imitantes & adolescentibus persuadentes moderatesque in numeris ipsius studium & ideam pro uiribus agunt. Non inuidia, non illiberali maleuolentia in adolescentem suos utuntur, sed omni studio illos ad perfectam tum sui, tum dei quem colunt similitudinem, formare conantur. Cura igitur finisque uere amantium, si modo quod cupiunt fuerint assecuti, talis est profectio, qualem descripsiui: & insignis admodum felixque ab amico propter amorem furentem, dilectio suo, si captus fuerit, prouenit. Comprehenditur autem quisquis capitur, hoc pacto: Quamlibet animam ab initio huius fabulæ trifariam diuisimus: atque equorum quidem formas geminas, duas quasdam species posuimus: aurigam uero specie tertiam: eademque nobis in presentia maneat. Equorum autem alter bonus, alter non. Quæ autem aut boni equi uirtus, aut mali prauitas sit, nondum plane diximus, nunc uero dicendum. Bonus excellentiori habitu est, specie rectus, membris expressus, ardua ceruice, naribus modice aquilinis, nitido colore, nigris oculis, honoris cupidus, temperantiæ pudorisque particeps. ac ueræ opinionis amicus, nullis suis multis indigens, sed cohortatione sola rationeque regitur. Alter intortus & multiplex temereque delatus, fususque & confuse compositus, rigenti & dura ceruice, atque demisso collo; sumo uultu, fusco colore, oculis caelis sanguineque suffusus; morosus & contumax, hirsutus autibus atque surdis, uix flagello stimulisque obtemperans. Quando igitur auriga amatorium aspiciens uultum, totamque sensu inflamman animam utillationis & desiderij stimulis concitatur, tum qui aurigæ obediens est equorum, ut consuevit, pudore cohibitus se ipsum continere ne prosiliat in amatum. Alter neque stimulis, neque uerberibus coerceri potest, sed exultat, ac uiolentiâ delatus coniunctum sibi equum, aurigamque perturbat, rapitque ad Veneris uoluptatem. At illi ab initio aduersantur, indignati quod ad grauiam & iniquam trahantur. Tandem cum malum id minime cesset, compulsi feruntur, eduntque iam & consentiunt quod iussi sunt facere. hinc hærent igniculo, aspectumque ipsius coruscum inspicunt. Quem intuitus auriga, pulchritudinis ipsius naturam memoria repetit, rursusque ibi lam cum temperantia cernit, in casto fundamento firmiter collocatam. Videns autem motuit, ac præ reuerentia recidit resupinus: ubi simulque cogitur usque adeo habenas retrahere, ut equi ambo femoribus, aut naribus humi resideant, sed alter quidem sponte, quia minime reluctatur, procax autem equus alter prorsus inuitus. Longius uero discedentes, alter quidem propter uerecundiam admirationemque sudore totam animam madefacit, alter uero à dolore liberatus, quem ut frenum & casus incusserat, uix tandem respirat, atque respiciens indignatione motus aurigam equumque coniunctum increpat, quod timidine atque ignauia constitutum ordinem deseruerint. Rursusque nolentes accedere cogens, uix tandem concessit illis differri in posterum exorantibus. Accedente autem statuto tempore, cuius esse immemores illi quidem simulantes, hic uero illis commemorat, uergens hinniensque & trahens, compellit iterum ipsidem uerbis amatos affari. Postquam uero prope accesserunt, inflexus extensa cauda frenum mordet, & impudentissime rapit. Sed auriga multo magis eadem passus, & quasi à carcere statim humi decumbens habenas longe uehementius trahit, & dentes equi flagitiosi reprimat, atque impuram linguam, maxillasque cruentans, crura natesque humi defigit, ac pœnas dare compellit. Quod cum sæpe iam prauus equus ille perpressus est, lasciuire destitit, mansuetus iam aurigæ obtemperat prouidentique, atque etiam cum uidet pulchrum formidine contremiscit, adeo ut quandoque contingat amatoris animam iam cum reuerentia quadam & metu adolescentum uestigia sequi. Vt pote igitur omnino cultu, tanquam deo æqualis adolescens obseruatus ab amatore, haud quidem simulante, sed reuera sic affectio, præsertim cum & ipse honoratus natura colentis sit amicus, in idem postremo cum amatore conspirat: ac etiam si antea à familiaribus suis condiscipulisque & alijs per calumniam deceptus fuerit, dicentibus turpe esse amari herere, ideoque amantem reiecerit, tandem uero procedente tempore ætas & naturæ debitus ordo eum in consuetudinem amantis inducunt. Nunquam enim fato decretum est uel malum amicū malo, uel bonum bono non amicum esse. Ergo cum adolescens colloquio & consuetudine receperit amatorem, tunc amantis illius beneuolentia iam facta propinquior, amatum ipsum admirari compellit, animaduertentem necessarium amicumque omnium aliorum beneuolentiam, si cum amico diuinitus afflato conferatur, nullius fore omnem: ac si senior ille diu sic pergat, hæreatque, & in gymnasijs cæteris ue similibus tangat, tunc iam fluxus liquorisque

illius

illius fons, quem *μυσογ*, id est cupidineum influxum Iupiter Ganymedis amore captus uocauit, qui in amantem uberrimus influxit, partim in ipsum infusus est, partim foris effluit cum exuberauit. ac ueluti aer & Echo à leuibus solidisque repulsa corporibus eodem modo uenerunt, iterum reflectuntur: ita pulchritudinis ille fluxus rursus in pulchrum per oculos refluens, quæ penetrare in animam consuevit, a deo pennarum meatu irrigat, atque possint iam & incipient pullulare, atque ita amati animum mutuo implet amore. Amat igitur, quid uero amet ambigit, affectumque suum nec nouit, nec eloqui potest: sed perinde ac Silippi alicuius aspectu oculos similiter sit infectus, presentis morbi assignare causam nescit, nec anima duertit quod se ipsum in amatore tanquam in speculo respicit. Itaque presentem illo, dolere ut ille similiter desinit, absente uero desiderat uicissim desideratus, mutuum amorem tanquam Amoris simulacrum possidens, nec amorem ipsum, sed amicitiam & uocat & putat. Cupit ergo ferme ut ille, quamuis moderatius, uidere atque assidua consuetudine perficiat, & ut par est posthac protinus hæc facit. In ipsa igitur consuetudine amatoris quidem intemperans equus aurigæ compellans breuè efflagitat pro multis laboribus uoluptatem: adolescens autem equus eadem quid dicat ignorat, sed percitus anxiusque amantem mutua prosequitur beneuolentia, amantissimo suo congratulatus, atque in ipsa familiaritate paratus est pro uiribus amatoris desiderio obtemperare. Coniugatus autem equus simul & auriga cum pudore & ratione his in rebus huic aduersantur. Quare si secundum rectam uitæ institutionem & philosophiæ studia meliores cogitationis partes obtineant, beatamque concordem presentem uitam agunt, suis ipsorum dominum, atque modesti ea parte subiecta cui animæ uirtuti inest, ea contra liberata ad quam probitas pertinet. In huius autem uitæ sine recuperatis alijs præpetes euolant, cum trium certaminum uere Olympicorum unum peruerint. Quo quidem nullum præstantius bonum aut humana temperantia aut diuinum furor hominibus afferre potest. Quod si impudentiore quamdam uitam, philosophiæ experte, alioquin ambitiosam sequuti sint, forte in ebrietate aut alia quauis desidia licentia, intemperati illorum equi incautas animas inuadunt, easque in idem illud oblectamenti genus conducentes, sectari compellunt quod uulgo beatissimum iudicatur, inque eius desiderij expletionem iam deinde uersantur. Hac tamē idcirco raro utuntur, quia non omnis in hoc contenti animi cogitatio. Amici ergo & isti, licet minus quam illi superiores, tum feruente amore, tum restincto degunt, fidem sibi in uicem firmissimam & dedisse & accepisse putantes. nefas enim esse ducunt fidem frangere, & inimicos quandoque ex amicis euadere. Demum cum naturæ concesserint, sic affecti abeunt, ut alati quidem nondum sint, sed pennas emittere quodammodo coeperint. Quamobrem præmiū amatorij furoris non paruum reportant. Nam in tenebras locumque sub terrâ descendere illos qui iam iter sub cœlis agere coeperat, lex prohibet: sed claram uitam agentes beatos fieri iubet, dum unâ pergunt, & simul alas emittunt. atque hæc amoris gratia fiunt. Tot igitur ac talia o puer tamque diuina, amatoris tibi amicitia conferet. Eius autem qui non amat, familiaritas temperantiæ mortali coniuncta, mortalibusque & exilibus ministerijs dedita, illiberalitate illa quæ uulgo uirtus habetur, in sodalis sui animo generabit, efficietque ut nouè annorum milia super terram, & sub terrâ demens pererret. Hanc tibi o dilecte Amor quam pulcherrime optimeque ualimus poeticis tum uerbis tum figuris impulsu Phædri palinodia cecinimus. Quare & ante dictis ignoscens, & hæc grata nobis accipiens, benignus propitiisque mihi adstites: amatoriam arte abs te concessam, neque auferas indignatione aliqua, neque etiā minuas. Quinetiam da ut magis quam nunc apud nos stros in pretio sim. Tum si quid numine tuo indignum à Phædro & à me dictum sit, Lysia disputationis huius auctorem accusans, ab huiusmodi sermonibus desistere facias, & ad philosophiam quemadmodum frater eius Polemarchus uersus est, ita illam conuertere, ut & hic eius amator Phædrus haud amplius ut nunc, modo huc, modo illuc se transferat, sed in Amoris simul & sapientiæ studio prorsus uita agat. P. H. A. E. Hæc ego quocumque si præstat ita fieri o So crates, deum oro. Tuum uero sermonem iam pridem admiror quod longe superiorē antecellat: ut iam uerear, ne Lysias mihi humilis uideatur, si se cum alio conferre studeat. At qui eum nuper cuius quispiam o uir mirifice hoc ipso nomine uituperauit, tota accusatione quædam orationem compositoris uocans, forte igitur uel ob ambitionem à scribendo deinceps abstinebit. s. o. R. idicula hæc o adolescens sententia est, & ab amici mente longe aberras, si eum usque adeo meticulosum putas, forte uero obtreclatorem eius existimas recte dixisse quæ dixit.

P. H. A. E.

Prouerbiū

P. H. A. E. Ita profecto uisum est Socrates: neque te fugit potentes in republica prestantesque uiros uereri orationes componere, suaque scripta relinquere, ne sophista fuisse posteris uideantur. s. o. c. Prouerbiū illud, dulcis cubitus Socrate relinquitur, a longo cubito qui prope Nilum est, ductum fuisse, neque id solum, sed illud quoque te fugit, quod excellentes prudentia ciues in conscribendis posteritatisque relinquendis orationibus summopere student, qui usque adeo laudatores suorum operum diligunt, ut primos eos adscribant, qui scripta ubique laudent. P. H. A. E. Quomodo id ais? Non enim intelligo. s. o. c. Nescis quod in exordio libri à ciuili uiro compositi, primus est laudator adscriptus? P. H. A. E. Quo pacto? s. o. c. Probatur enim inquit scriptum senatus, aut populo, aut utriusque: & ille dixit seipsum, ambigiose nominans extollensque sententiae autorem. deinde etiam dicit posthac, suam ostentans laudatoribus sapientiam. Idque saepe postquam prolixam orationem habuerit. An illud quicquam tibi istud uidetur, quam scripta oratio? P. H. A. E. Non aliud certe. s. o. c. Quod si approbetur, gestiens ex theatro discedit tanquam poeta: si autem reproberetur excludaturque à scribenda sententia, neque dignus cuius sententia mandetur literis habeatur, moerent ipse, eiusque amici. P. H. A. E. Et maxime quidem. s. o. c. In hoc plane demonstrant se minime aspernari studium huiusmodi, sed multi facere. P. H. A. E. Summopere. s. o. c. Quid uero si orator quispiam, aut rex eam natus sit facultatem, ut quemadmodum Lycurgus, aut Solon, aut Darius immortalis in ciuitate scriptor haberi possit, an non & ipse equalem se deo adhuc uiuentem existimat? & posterum monumenta eius considerantes, de illo similiter iudicant? P. H. A. E. Vehementer. s. o. c. An igitur censet talium quempiam, uel quantumcumque male uolum Lysiae studium eius hoc scribendi uituperaturum? P. H. A. E. Ex his quae tu dicis id consentaneum non uidetur: nam suum quoque studium, ut uidetur, uituperaret. s. o. c. Ergo ex hoc perspicuum esse cuique potest, non ob hoc ipsum quod scribat, quenquam esse uituperandum. P. H. A. E. Quid enim? s. o. c. At illud est, ut arbitror, turpe, turpiter ac male & loqui & scribere. P. H. A. E. Manifestum id quidem. s. o. c. Quenam igitur & bene, & non bene scribendi ratio est? Nunquid opus est nobis Socrate de his, à Lysia, uel ab alio sciscitari, qui uel quandoque scripserit aliquid, uel sit scripturus, seu ciuile publicum opus, siue priuatum, aut carmine ut poeta, aut tanquam priuatus oratione soluta? P. H. A. E. Rogas an opus sit? Cuius enim gratia, ut ita dicam, uiuat quispiam, nisi huiusmodi uoluptatum? Non enim illarum gratia, quas dolor necessario antecedit, alioquin uoluptas minime prouenit: quod omnes pene uoluptates corporis habent. Quare seruales non inuiriaria sunt appellatae. s. o. c. Otio utique abundamus, ac etiam mihi uidetur uelut in aestu super caput nostrum cicadae canentes, & inuicem disputantes non contueri. Si ergo nos uiderent quemadmodum & alios multos in meridie non disputantes quidem, sed dormitantes, ab ipsis ob mentis desidiam delinuitos, merito deriderent existimantes mancipia quaedam ad eas illuc diuertisse, inque ipso secessu tanquam pecudes sub umbra secus fontem meridiano somno teneri. Si autem uiderint differentes nos, minimeque ab illarum quasi Sirenum illecebris captos quo minus portum uersus enauigaremus, forte nobis libentissime praemium illud tribuerent, quod deorum concessione traducere ad homines possunt. P. H. A. E. Quidnam muneris istud est quod possident? Nunquam enim audisse uideor. s. o. c. Non tamen decet Musarum studiosum uirum rerum huiusmodi ignarum esse. fertur autem hos olim homines ante Musas fuisse. Natis deinde Musis cantuque monstrato, illorum nonnullos uoluptate cantus usque adeo delinuitos fuisse, ut canentes cibum potumque negligenter imprudenterque perirent: ex quibus deinceps cicadarum genus sit natum, munus hoc à Musis actum, ut alimonia non indigeat, sed absque cibo potumque quandiu uixerit cantet, postea uero ad Musas proficiscatur, quam quis hominum Musam hic colat, renunciaturum. Ergo Terpichorae nuntiantes qui praecipue illam in choris coetibusque celebrauerint, eam ipsis propitiā reddunt. Erato autem eos qui in rebus amatorijs honorauerint: atque alijs eodem modo pro sua cuiusque uenerationis specie. Calliope autem antiquissima, eamque sequenti Urania, eos qui in philosophia uiuunt coluntque ipsarum musicam, referunt: quae praeter ceteras Musas circa coelum, atque sermones tam diuinos quam humanos uersantur, uocem pulcherrime modulantes. Itaque multis de causis dicendum est aliquid, neque in meridie dormitandum. P. H. A. E. Dicendum certe. s. o. c. Igitur quod modo statueramus, iam differendum est, qua uidelicet ratione quis recte, aut non recte, & loquatur

Fabula de oratione & beneficiis Cicadarum

tur & scribat. P. H. Proculdubio. s. o. An non necesse est eum qui recte diciturus sit, ueram in ea re de qua loquatur, intelligentiam habere? P. H. Audiu equidem Socrates amice, non esse futuro oratori necessarium quae reuera iusta sunt discere, sed quae iudicantium multitudini uideantur: neque reuera bona, aut honesta, sed quae sic apparent. ex his enim potius quae ex ueritate posse persuadere. s. o. Nunquam Socrate sapientium contemptenda sunt dicta, imò diligenter quid sibi uelint consideranda. Itaque quod modo dicebas, praetereundum esse non arbitror. P. H. Probe loqueris. s. o. Sic igitur istud consideremus. P. H. Quo pacto? s. o. Hoc plane. Si tibi suaderet, hostes te equo expugnaturum, utriusque equum ignoraremus, sed ego id tantum de te scirem, quod Phaedrus equum putat esse illud animal quod ex omnibus domesticis auriculas maximas habet. P. H. Ridiculum id quidem esset, Socrates. s. o. Nondum istud, sed quando obtinere tibi persuadere conarer oratione in alii laudes composita equum illum uocans, affirmansque praestantissimum animal esse, utile domi & foris, ad bellum promptissimum, ad sarcinas fetidas aptum, & ad multa alia commotissimum. P. H. Valde id absurdum. s. o. Nonne praestat ridiculum amicum esse, quam grauem & inimicum? P. H. Videtur. s. o. Quando igitur orator boni malique ignarus ciuitati similiter affecta suadeat, non oratione quidem in umbram alii laudem tanquam equus illa sit composita, sed de malo tanquam bonum id sit differens, uulgique opinioniones occupatus, mala facere pro bonis inducat, qualem putas oratorem huiusmodi segetem quati se, uit messurum? P. H. Haud sane bonam. s. o. Num, Socrate, bone uiri, rusticus quam deceat dicendi artem uituperauimus? Illa uero forsitan dixerit: Quid, Socrate, uiri mirabiles, deliratis? Ego enim neminem ueritatis ignarus discere orare compello, sed si quis consilio meo usus, percepta ueritate non capiet. Hoc sane affirmo esse maximum, quod absque me etiam si quis res nouerit, nihilo magis persuadendi uim tenebit. An non iure haec dixerit? P. H. Fateor equidem, si modo sequentes rationes artem esse illam testentur. Audire namque mihi uideo rationes nonnullas quae afferunt, mentiri eam, neque artem esse, sed aliquem sine arte usum. Veram autem dicendi artem absque ueritate, inquit Laco, neque esse aliquam, neque unquam fore. Has rationes, Socrate, sed huc eas adducens, quid dicant, & quomodo discute. s. o. Adesse animalia generosa, ac Phaedro honesto adolescenti persuadete, nisi sufficienter, ueritate ter philosophetur, eum nunquam aliqua de re sufficienter esse dictum. Respondeat Phaedrus Socrati interroganti. An non rhetorica omnino ars erit alliciens animam per sermones, non in iudicijs modo ceterisque publicis coetibus, uerum etiam in priuatis congressibus eadem de magnis quibusque rebus & paruis? Nihil enim honorabilius in magnis quae in exitu ex recta artis ratione se gerere. Nunquid tu haec audisti? P. H. Non ita prorsus per loquem. Verum circa iudicia praecipue ars ista dicitur, scribiturque, necnon circa conciones, ultra uero eam porrigi non audiui. s. o. c. Nunquid attem dicendi qua Nestor & Ulysses apud Ilium uisunt, audisti? eam uero qua Palamedes, audisti nunquam? P. H. Et per loquem Nestoris orationes audiui: nisi forte Gorgiam, Nestorem fingis esse, aut Thrasymachum Theodorumque Ulysses. s. o. Forasan, sed hos mittamus. Tu uero responde. Quid in iudicijs aduersarij faciunt? Nonne contradicunt? An quid aliud dicemus? P. H. Hoc ipsum. s. o. c. Num de iusto atque iniusto? P. H. Ita. s. o. c. Nonne qui arte id agit, efficiet ut idem eisdem tum iustum, tum iniustum appareat? P. H. Quid prohibet? s. o. Et in concione, ut eadem ciuitati modo bona, modo contraria uideantur? P. H. Certe. s. o. Enim uero Eleatem Palamedem artificio suo efficere solitum accepimus, ut eadem audientibus similia & dissimilia, unum & multa, manentia & fluentia uiderentur. P. H. Maxime. s. o. c. Facultas ergo contradictoria, non in iudicijs solum & concionibus, uerum etiam in omnibus, ut apparet, quae dicuntur, quando quidem una quaedam ars est, uersatur: qua quis poterit omnia omnibus, & quae possunt, & quibus possunt, similia fingere, & alio similia ista occulente in lucem educere. P. H. Quoniam pacto id ais? s. o. c. Hoc equidem. Num deceptio in his quae multum, an quae parum differunt, accidit? P. H. In his quae parum. s. o. c. Atqui si paulatim transieris, latebis magis dum ad contrarium uenies, quam si subito transieris? P. H. ijs quae parum differunt. Quid nunc? s. o. c. Oportet igitur eum quicumque deceptor sit alium ipse minime decipiendum, similitudinem & dissimilitudinem rerum exquisite discernere. P. H. Necessarium est. Deceptorum s. o. c. Nunquid igitur singulorum ueritatis inscius poterit eius quod ignorat similitudinem in uniuersis paruum aut magnam iudicare? P. H. Impossibile id quidem. s. o. Ergo nosse debeant illos

Praestat ridiculum amicū esse quam grauem & inimicum

Ars recte dicendi non absque ueritate

Circa quae ueretur recta ratio dicendi

Deceptio in latum transieris, latebis magis dum ad contrarium uenies, quam si subito transieris

Deceptorum quid alium quid alium

illos qui præter rerum naturam opinantur falsiq; sunt, constat propter similitudines alij quas sic esse affectos. P H. Sic accidit. s o c. Num igitur poterit quisquam si rem quam, cumq; ignorauerit, artificiose aliquem sensim q; à uero in contrariū per similitudines ali, quas sigillatim traducere, aut errorem hunc in seipso uitare? P H. AE. Nunquam. s o c. Quamobrem, ò amice, quicunq; ueritatem ignorat, & opinionibus ducitur, dicendi quo que facultatem, ut uideatur, inertem exhibet atq; ridiculam. P H. AE. Ita uideatur. s o c. An uis in oratione Lysia quam in manibus habes, & in nostra disputatione uidere ubi artificiose, & ubi sine arte agitur? P H. AE. Maxime omnium. Nuda enim in præsentia loquimur, cum exemplis perspicuis careamus. s o c. At enim fortuna quadam rationes dictæ sunt, ut uideatur, exemplo monstrantes, compotem ueritatis uirum dum uerbis iocatur trahe, re auditores. Atq; ego ò Phædre, locales deos huius rei causas arbitror. Forte etiam Mu sarum interpretes super capita nostra cantores munus hoc nobis inspirauerunt. Ego enim dicendam artem habeo nullam. P H. Esto ut ais. Solum quod dicis ostende. s o c. Age itaque, proœmium orationis Lysia lege. P H. Meorum quidem rerum status sic, ut intellexisti, se habet itaq; cum ita sit, quædam nobis conducere putem audisti. Arbitror equidem me nō minus ob id abs te siquid petiero cōsecuturū, quod amore tui captus minime sum. Nam amatores cum primum amare desierint, collati beneficij pœnitent. s o c. Desine. In quo iste delinquit, & quid sine arte faciat, dicendum. Nōne? P H. Profectio. s o c. An non constat cuiq;, quod in alijs, dum loquimur, idem sentimus omnes, in alijs uero non idem? P H. Quamuis quod ais intelligere uideor, planius tamen ut dicas cupio. s o c. Quando quis ferri nomen, uel argenti pronunciat, idem omnes protinus intelligimus. P H. Pror fus. s o c. Quid cum iusti, uel boni nomen, nōne alius aliò fertur, atq; cum alijs, & nobis cum ipsi ambigimus? P H. Magnopere. s o c. In alijs ergo consentimus, in alijs dissenti mus. P H. Sic est. s o c. Vbi nam facilius falli possumus? & in quibus horum rhetorica plu rimum ualeat? P H. Patet, in quibus ambigimus. s o c. Oportet igitur eum qui rhetoricam sit assecutus, primum hæc ordine discere, & quæ utriusq; speciei figurae sint perce pisse, & ubi maxime falli ambiguitate multitudo potest, ubi non potest. P H. Præclaram quandam, ò Socrates, agnosceret speciem, qui cogitatione id caperet. s o c. Deinde oportet re arbitror, eum nihil latere, cum ad singula uenerit, sed acute persentire, id de quo dictu rus sit, utrius sit generis. P H. Cur non? s o c. Quid porro amorem, utrum ambigui generis, an alterius esse dicemus? P H. AE. Ambigui prorsus. s o c. An putas eum tibi illa de se dicere concessurum quæ supra dicebas? quod uidelicet amato simul atque amanti perniciosus est, ac rursus quod omnium maximum est honorum? P H. Scite loqueris. s o c. Sed id quo que dicas, ego enim propter diuinam illam occupationem non admodum memini, num amorem in disputationis principio definiertim. P H. Per Iouem mirifice. s o c. O quanto sor tertiores Acheloi nymphas, & Pana Mercurij filij Lysia Cephali filio ad orationes com ponendas esse demonstras. An uero nihil dicor, sed Lysias quoq; in amatorij sermonis ex ordio coegit nos intelligere Amorem, certum aliquid esse quod ipse uolebat, atq; ad id se quentia referens orationem omnem peregit? Vis ne principium rursus legamus? P H. Ut lubet quamuis ibi quod quæris, minime sit. s o c. Lege, ut illum ipsum audiam. P H. Meo rum quidem rerum status, sicut intellexisti se habet, atque cum ita sit, quemadmodum no bis conducere putem audisti. Arbitror equidem nō minus ob id abs te siquid petiero con secuturum, quod amore tui captus minime sum. Nam amatores cum primum amare de sierint, collati beneficij pœnitent. s o c. Permultum abesse uideatur, ut quod quærimus, fa ciat, siquidem non à principio sed à fine modo quodam conuerso, & resupino sermonem transigere nititur, incipitq; ab illis quæ amator extendit amore adulescētibus obijcit. An forte nihil dixi, ò Phædre mi lepidum caput? P H. Finis est profectio, ò Socrates, de quo ser monem habet. s o c. Quid alia? nōne sparsim dissecta omnia uidentur? An censes quod secundo loco positum est necessitate quadam ita esse subiunctū? aut aliquid aliud ab illo dictorum? Nam mihi quidem utpote omnium ignaro uideatur non ingenerose quicquid incidit à scriptore dictum fuisse. Tu uero necessitatem scribendi aliquam habes, per quam ille sic ea inuicem deinceps disposuit? P H. Optimus es, ò Socrates, siquidem me putas scripta adeo subtiliter posse diiudicare. s o c. Sed hoc arbitror te dicturum, oportet re orationem omnem tanquam animal quoddam constitui, ut suum quoddam habeat corpus

Concluditur
oratoriā sine
ueritate esse
deridendam

corpus, quod neque sine capite sit, neque pedibus careat, sed habeat media atque extre ma sibi inuicem & toti convenientia. P H. AE. Quid nō? s o c. Considera quæso, utrum amici tui oratio sic se an aliter habeat. Reperies eam nihilo ab eo epigrammate discrepare, quod Midæ Phrygio inscriptum nonnulli fuisse tradunt. P H. AE. Quid istud, & quale? s o c. Audi.

Aenea uirgo, Midæ regis sum imposita sepulchro,
Dumq; fluunt fontes, arbos dum celsa uirescit,
Aeternum durans lugubre insisto monumentum,
Atq; Midam uiatori natro hic esse sepultum.

Quod uero nihil inter est quamlibet eius partem ut primam, uel ut ultimam ponere, ut at bitror, tu ipse uides. P H. AE. Orationem nostram mordet, ò Socrates. s o c. Hanc ergo ne nobis succenfeas dimittamus, quamuis in ea multa reperiri posse exempla uideantur, qui bus inspectis utilitas nobis ex hoc prouentura sit, ne talia imitemur. Verum ad orationes alias descendamus: habebant illæ quidem non nihil, ut arbitror, quod à uiris dicendi stu diosis sit obseruandum. P H. Quid illud? s o c. Erant utiq; contraria: altera siquidem a manti, altera non amanti inhærendū asseuerabat. P H. AE. Ac strenue quidem. s o c. Quod uerius est, te responsurum putaram, uidelicet ac furiose quidem. Cæterum quod quære bam id ipsum est. Furoris quendam Amorem uocauimus. An non? P H. AE. Certe. s o c. Furoris autem duas species ponimus. Alteram ab humanis morbis. Alteram ex aliena tione diuina, qua extra consuetam uitæ constitutionem quis rapitur. P H. AE. Omnino. s o c. Diuina autem partes quatuor, ut etiam dii præsumt quatuor. Et uaticinij quidem inspirationem Apollini, mysteria Dionysio, poeticam Musis, amatorium furorem Veneri & Amori omnium optimum tribuimus. Ac nescio quo modo, dum amoris affectum per imagines quasdam effingeremus, ueritatem forte aliquam attigimus, forte etiam aliò transgressi sumus. Ideoq; miscentes orationem non penitus improbabilem, fabulosum quendam hymnum composuimus, & quasi ludentes meum actuum, ò Phædre, domi num Amorem pulchrorum præsidem puerorum, modeste laudauimus. P H. Hæc mihi auditu non iniucunda. s o c. Hoc itaq; inde accipiamus, quo pacto à uituperatione ad lau des disputatio pertransiuit. P H. Quonam modo id ais? s o c. Mihi quidem uidemur cætera reuera luisse. At si quis duarum specierum in quas modo fortuna incidimus, uim arte comprehenderit, ideam non ingratum fuerit consecutus. P H. AE. Quas species dicis? s o c. Vt in unam ideam conspiciens passim dispersa conducatur quo singula defini ens, manifestum reddat semper id de quo agitur. Quemadmodum nos in præsentia quid Amor sit definiuimus, siue bene siue male id factum sit. Certe hinc disputatio nostra clari tatem in se habuit, constantemq; sibi ipsi concordiam. P H. Alteram uero speciem quam dicis, ò Socrates? s o c. Vt rursus secundum species articulatim pro rerum natura inci dat, neque imperitū coqui ritu ulla membra confringat, sed perinde faciat, ut superiores sermones fecerunt, qui concitationem mentis unam communem speciem acceperunt. Quemadmodum uero in uno corpore membra gemina eodem nomine nuncupantur, dex trum unum, sinistrum alterum, sic & concitationis speciem in nobis natura unam ser mones illi existimauerunt. Et prior ille quidem partem sinistram diuidens, ac rursus hanc partem non prius destitit, quam ibi sinistrum quendam reperiret amorem, inuentumq; ut par est, improbaret. Sequens alter in dextram furoris partem nos duxit, ubi Amorem nomine priori similem, sed diuinum inueniens, & amplificans laudauit tanquam bono rum nobis causam maximorum. P H. Verissima loqueris. s o c. Huiusmodi ergo diuisio nes collectionesq;, ò Phædre, amo, quo & intelligendi, & loquendi sim compos. Ac si quem alium unum & multa pro rerum natura perspicere posse arbitror, eius ego uestigia uelut numinis cuiusdam sequor. Atq; eos qui id facere possunt, recte ne at contra cogno minem, deus ipse nouit. Voco autem hæcenus dialecticos. Nunc uero dic obscuro quo is dialecticus nomine tua Lysiaq; sententia nuncupari oporteat. An hæc dicendi ars est, qua Thrasymachus, alijsq; uis, sapientes & ipsi in dicendo fuerunt, cæterosq; reddiderunt tales, quicunq; illis tanquam regibus offerre munera uolunt? P H. Regij quidem illi uiri, non tamen ea rum rerum periti, de quibus interrogas. Sed hanc speciem recte sane dialecticam appella re uideris, rhetorica uero adhuc nos fugit. s o c. Quomodo istud ais? Pulchrum ne ali quid

Furoris spe
cies
Diuini furo
res quatuor

Qui diuidere
potest pro rer
um natura,
is dialecticus
est, id est Me
taphysicus

quid erit, quod ab ijs alienum, arte tamen percipiatur: Haudquaquam spernendum id tibi mihiq; est, sed dicendum quid sit reliquum in rhetorica. PHAE. Permulta o Socrates, in libris de arte dicendi compositis tradita. SOC. Opportune commemorasti. Prooemium arbitror primam orationis partem esse uocandam. Talia quaedam egregia illa ornamenta artis appellas? PHAE. Saue. SOC. Sequitur secundo loco narratio, testimoniorumq; assertio. Tertio coniectura. Quarto uerisimilia. Probationem quoque & approbationem, ut arbitror, optimus orationum faber Byzantius uir induxit. PHAE. Eximium dicis Theodorum? SOC. Equidem. Hic etiam inuenit quo pacto in accusatione & defensione fieri, & geminari redargutio possit. Egregium autem uirum Euenum Parium cur in medium non adducimus? qui subdeklarationes primus inuenit, collaudationes praeterea, nec defunt qui dicant uituperationis huiusmodi quasdam carminibus memoriae gratia illi inferere. Vir em sapiens est. Lysiam uero Gorgiamq; ualere sinemus, qui uerisimilia ueris anteposuerunt, ac ueris orationis efficiunt, ut parua esse magna, & magna uicissim parua, uetera item noua, & nouissima uetera uideantur. Breuitatem quoque loquendi concisam, rursusq; infinitam uerborum prolixitatem adinueniunt. Quae cum olim ex me audiret Prodicus, risit, sed solum inuenisse asseruit, quibus uerbis ars illa indigeat. Egere autem neq; paucis neque multis, sed mediocribus. PH. Sapientissime respondesti Prodice. SOC. Hippiam uero nequaquam commemoramus. Arbitror enim cum ipso Ellenem quoque hospitem consentire. PH. Cur non? SOC. Quid porro de mulca Poli concinnitate dicemus? Qui geminationem uerborum, insignes sententias, comparationes, similitudinesq; inuenit, nominumq; usum ad orationis splendorem, prout a Lycymnionem didicit. PH. Protagorae autem scripta nonne talia quaedam erant, o Socrates? SOC. Recta sane ac propria, o puer, Protagorae eloquutio, & multa in stylo praeterea. In commiserationibus autem a senectute & paupertate commouendis Chalcedonius orator excelluit, in ira item concitanda & sedanda potens, quasi incantatione, ut inquit, mulceret, in conficiendis soluendisq; calumnijs unde opus fuerit, summus. De fine autem orationis omnes conuenire uidentur, sed hunc alij repetitionem, alij aliter nominant. PHAE. Finem dicis summamq; supradicta omnia in orationis calce in memoriam auditoribus reuocare? SOC. Haec inquam, & siquid tu aliud habes quod de hac arte dicas. PH. Exigua quidem habeo, neque memoratu digna. SOC. Mittamus exigua, sed haec in lucem potius educamus, ut quam, & quando artis uim habeant uideri possimus. PH. Et maximam quidem, o Socrates, in hominum ceteribus potentiam habent. SOC. Habent profecto. Sed, o beate, tu etiam uide utrum tibi horum uestis quemadmodum mihi rara dissutaq; uideatur. PH. Ostende modo. SOC. Dic age. Si quis amico tuo Eryximacho, uel patri eius Acumeno dicat in hunc modum: Ego quidem illa scio corpori admouere, quibus & caleseat pro arbitrio meo, & frigeat, uomitum quoque rursusq; deiectionem, & expurgationes alias prouocare, ceteraq; huiusmodi multa teneo, quibus cognitis, & medicum me esse profiteor, & alium quemlibet medicum me facere posse: quid illos responsuros existimas? PH. Quidnam aliud quam percontaturos, nunquid etiam sciat quibus, quando, quousque singula horum sint adhibenda? SOC. Ergo si dicat nullo modo se id intelligere, sed oportere eum qui ab ipso didicerit talia quaedam facere posse, quid respondebunt? PH. Certe huiusmodi hominem insanite, qui cum ex aliquo medicorum libro audiuerit quandoq; aliquid, & in medelas nonnullas inciderit, neque quicquam artis intelligat, medicum euasisse se putat. SOC. Quid uero si ad Sophoclem, & Euripidem diceret quis, scire se parua de re prolixam orationem habere, & contra de magna breuissimam, & quotiens uelit misericordiam mouere, atque eius contrarium, hororem, & minas incutere, ceteraq; similia, atq; his docendis tragicam poesim se docere putaret? PH. Et hi, o Socrates, ut opinor, illum riderent, qui tragaediam aliud quicquam putaret esse, quam horum compositionem, & partibus inuicem, & toti conuenientem. SOC. Non tamen rustice, ut arbitror, increparent, sed facerent perinde ac musicus aliquis offendens hominem, credentem se musicum esse ex eo quod sciat quo pacto fides tum grauisimae reddantur, tum acutissimae. hic enim non acerbe quidem diceret, O miser insanis: sed utpote musicus sic mitius admoneret, O uir optime, necesse est omnino haec illum tenere qui futurus sit musicus. Nihil autem prohibet eum, qui sic affectus est ut tu, de haec

λογος δὲ
δὲ αὐτῷ

De uis dicendi
& tempore

monia nihil penitus intelligere, nempe quae ante harmoniam necessaria sunt agnoscis, harmoniam prorsus ignoras. PHAE. Rectissime. SOC. Sic & Sophocles illum sibi obuium, quae tragaediam antecedunt potius quam tragaediam habere diceret: & Acumenus medicus medicinae praecedentiam, non medicinam. PHAE. Ita prorsus. SOC. Quid uero: si mellissus Adrastus, aut Pericles audirent, quae nunc ipsi referebamus egregia uerborum artificia, breuiloquia, similitudines, & reliqua illa quae in lucem producta consideranda iudicabamus, nunquid censemus illos quemadmodum nos praerusticitate asperime illis succensus qui talia scripserint docuerintq;, tanquam rhetoricam facultatem? An potius utpote nobis sapientiores, nos ita increpaturos? O Phaedre atque Socrates, non succensendum est, sed ignoscendum, si qui differendi ignari definire quid rhetorica sit non possint: atque ita affecti, dum artem antecedentia possident rudimenta, rhetoricam inuenisse se iactent, & ea docentes oratoriam artem absolutam tradere profiteantur. Singula uero istorum ad persuasionem disponere, totamq; orationem contexere, quasi in his praepatore opus non sit, oportere discipulos suos propria industria comparare. PHAE. Talis profecto, o Socrates, ars illa uidetur esse, quam isti tanquam rhetoricam docent, & scribunt. Ac mihi uideris uera dixisse. Verum oratoris persuasorisq; ueris artem quonam pacto, & unde nobis uendicare poterimus? SOC. Contentaneum est, o Phaedre, forte etiam necessarium, quemadmodum in ceteris, ita & in hoc certamine peragendo perfectum esse. Quippe si tibi natura ut sis orator tribuerit, accedente doctrina & exercitiatione excellens eris orator. Si quid uero tibi horum defuerit, mancus eris. Quanta uero ars huiusmodi sit, non ea uia quam Gorgias & Thrasymachus sequuti sunt, sed alia potius constare uidetur. PHAE. Quanam maxime? SOC. Videtur, o uir optime, non iniuria Pericles oratorum omnium perfectissimus extitisse. PHAE. Cur? SOC. Magnae quae libet artes exercitiatione dialectica, contemplationeque sublimium in natura rerum indigent. Ipsa enim mentis sublimitas, & uix efficax in quauis re perficienda, hinc quodammodo proficisci uidentur. quod Pericles ad ingenij acumen adiunxit. Anaxagorae contemplationisq; & dementiae naturam illam comprehendit, de qua Anaxagoras diffuse disseruit, unde ad dicendi artem quod ipsi conducere uidebatur, traduxit. PHAE. Quomodo id ais? SOC. Medendi artis atq; dicendi eadem ferme ratio est. PHAE. Quonam pacto? SOC. In utriusq; partem naturam oportet, corporis quidem in una, in altera anima: si modo non exercitiatione solum & usu, uerum etiam arte corpori medicinas, & alimenta ita sis praebiturus, ut & sanum & robustum efficias: animae autem per rationes legitimasq; institutiones persuasionem assatim uirtutemq; adhibiturus. PHAE. Ita uerisimile est, o Socrates. Anima uero naturam absq; totius natura sufficienter cognosci posse existimas? PHAE. Si Hippocrati Asclepij successori credendum est, neq; etiam corporis naturam sine doctrina huiusmodi comprehendendi posse putabimus. SOC. Scite loquitur, o amice. Oportet autem praeter Hippocratem considerare utrum disputationis nobis ratio consonet. PHAE. Assentior. SOC. De natura igitur perscrutatione quid Hippocrates, & uera ratio dicat, attende. An non ita cuiusq; natura cogitanda est: Primo quidem utrum simplex illud sit an multiplex, de quo & ipsi habere artem, & alijs dare posse desideramus. deinde si est simplex, inuestigandum: quam, & ad quid agendo: rursusq; quam, & a quo patiendo natura uim habeat. Quod si species habet multas, his dinumeratis in singulis similiter ac in uno naturalis & agendi & patiendi uis inquirenda. PHAE. Sic apparet, o Socrates. SOC. Sine his uero progressio tanquam caeci iter esse uidetur. Non tamen caeco uel surdo, qui arte tractat aliquid, est comparandus. Sed patet quod quisquis arte aliquid sermone accommodat, naturam substantiae illius exquisite monstrabit cui sermone adhibet, id autem est anima. PHAE. D. Absque dubio. SOC. Nonne ad id studium illius omne contendit, ut huic penitus persuadeat? PHAE. D. Prorsus. SOC. Constat igitur quod Thrasymachus & quicumq; alius tradenda incumbit rhetoricis, primo quidem summa diligentia describere declarareq; debet, utrum anima naturaliter unum, & quidam simile sit, an secundum formam corporis multiplex, hoc enim esse dicimus naturam ostendere, PHAE. Omnino. SOC. Secundo quid facere cuique, quid ue a quoque patiat, ostendere, PHAE. D. Certe. SOC. Tertio distinctis sermonum animaeq; generibus

///

Quando excellens orator

Magna artes exercitiatione dialectica, & Pericles Anaxagora audio

}
}

Utrum oportet at praeter autem ris sententiam & rationem De natura ratione

deponere lib
fa culta de del
anima

bus atque affectibus causas omnes percurrere, singula singulis accommodans, docensque qualis anima, qualibus sermonibus, quamue ob causam necessario hæc quidem mouetur illa uero nequaquam. PHAE. Præclarissimum, ut uidetur, hoc esset, SOC. Neque igitur hoc, ô amice, neque aliud quicquam si aliter tractetur, artificiose unquam tractabitur. Nostri uero in hac arte scriptores, quos ipse audisti, callidi sunt, & animæ naturam pulcherrime cognoscentes nos celant. Nos uero prius quam hoc modo loquatur, & scribant, nunquam ex arte eos scribere confitebitur. PH. Quem dicis modum? SOC. Verba quidem ipsa non facile dixerim. Quo autem modo scribere oporteat, si arte scripturimus, quoad fieri potest exponam. PHAE. Dic obsecro. SOC. Postquam dicendi facultas quedam animi tractio & oblectatio est, futurum oratorem necesse est quot species animus habet cognoscere, hæc uero totalesque sunt, unde tales alij, alij tales efficiuntur. His ita distinctis sermonum quoque totalesque sunt species. Tales igitur animi, talibus quibusdam sermonibus certa quadam de causa ad talia quadam facile persuadentur; aliter uero affecti aliquam ob causam, minime. Oportet itaque eum qui hæc satis perpenderit, postea in ipsis negocijs animaduersa deprehensaque momento posse signare, & sensu consequitalio, quin nondum quicquam plus quam uerba sibi quondam a doctoribus tradita habet. At cum sufficienter potest dicere, quis quibus sermonibus capiatur, presentemque hominem acute perferent eo ingenio præditum esse, de quo antea fuerit disputatum, sicque ipsum esse talibus sermonibus ad talia compellendum: is ita instructus tunc demum perfecte artem hanc erit consequutus, cum ad superiora hæc adiunxerit, ut opportunitatem loquendi tacendique calleat, & usum ab usum ue breuiloquij, commiserationis, uehementiæ actoris, amplificationisque, cæterarumque partium orationis à præceptoribus traditarum recte cognoscat, antea uero nequaquam. Eum uero qui horum quocunque caruerit dicendo, aut docendo, aut scribendo, dixeritque ex arte uerba se facere, qui non persuadetur, exuperat. Cæterum scriptor ita forsitan nos compellabit. O Phædre atque Socrates, itane prorsus an aliter dicendi artem capeßendam esse censetis. PHAE. Impossibile est ô Socrates, aliter, quamuis non paruum id opus appareat. SOC. Vera loqueris, atque horum causa oportet omnibus sursum deorsumque sermonibus reuoluitere perquirere nunquid uia ad illam ulla facilius breuiorque occurrat, ne temere per longam & asperam pererremus, cum liceat per breuem & planam incedere. Quare siquam tu opem afferre potes per ea quæ à Lysia, uel aliquo alio accepisti, reuoca in memoriam, & expone. PHAE. Experiundi causa possem quidem, non tamen ad præsens. SOC. Visne ego tibi & sermonem recenseram, quem aliquando de huiusmodi rebus audiui? PH. Quid nunc? SOC. Igitur quod uulgo dici solet, dicendum est etiam si supus sit eius quod dicimus autor. PH. Ac tu ita facias. SOC. Aiunt itaque nihil opus esse hæc adeo tollere; neque ab alto nimisque procul disputationem repetere. Quippe sicut disputationis principio diximus, oratorem futurum non oportere ueritatem nosse de iustis, & bonis, siue rebus, siue hominibus, natura, uel educatione talibus. Nam in iudicijs nulli prorsus horum ueritatem unquam, sed persuasio nem curæ esse solere. Id autem esse uerisimile, ad quod mentem intendere debeat, qui sit arte diciturus. Neque facta dicenda esse aliquando, nisi probabile sit facta fuisse, sed tam in accusatione quam in defensione semper uerisimilia inducenda; & omnino dicentem, uerisimile quidem persequi, uerum autem negligere. hoc enim si in omni oratione seruetur, perfectam artem oratoriam exhiberi. PH. Ea narraßti, ô Socrates, quæ dicunt qui artem rhetoricam profitentur. Memini enim id nos in superioribus breuiter attigisse. Videtur autem hoc magnum quiddam esse his qui in hac arte uersantur, Sed & Tisiam ipsum gra uiter pessum dedisti. SOC. Dicat ergo id quoque nobis Tisias, nunquid aliud probabile, & uerisimile nuncupet, quam quod uulgo uidetur. PH. Quid nam aliud? SOC. Hoc præterea scitum, & artificiosum inuenisse & scripsisse uidetur, quod si quis imbecillis & audax cum robustum quendam timidumque uerberibus cesum spolauerit, in iudicium deducatur, neutrum horum uerum confiteri oportet: sed timidum quidem dicere non à solo audace illo esse se casum: audacem uero hoc refellere, solos fuisse monstrantem, atque ad tale quiddam confugere. Quoniam pacto imbecillis cum sim, robustum hunc inualissem? Ille autem timiditatem suam non dicet, sed falsum aliquid excogitans forte aduersarium arguet. Atque in alijs etiam talia quadam sunt quæ arte dicuntur. An non sic est ô Phædre

Quo modo ar
te dicendum

Prouerbium

dre? PHAE. Ita prorsus. SOC. O quam callide abstrusam artem adinuenisse uidetur Tisias, uel quicumque alius fuerit, uel quocunque alio cognomine delectetur. Sed nunquid hoc, ô amice, dicemus, an non? PHAE. Quid istud? SOC. O Tisias iam pridem antequam accederes affirmabamus probabile istud, & uerisimile uulgo non aliter quam per ueritas similitudinem fieri. Similitudines autem ueri ab eo qui ueritatem nouit aptissime ubique reperiri posse asserabamus. Quapropter si aliud quicquam de hac arte dixeris, aut sculabimus quidem: sin minus, his quæ paulo ante diximus, fidem præstabis, quod uidelicet nisi auditorum quis ingenia nouerit distinxeritque, atque res ipsas in species suas distreuerit, rursusque singula idea una comprehenderit, nunquam dicendi artem quoad homini licet, adipsicetur. Hæc autem sine longo studio assequetur nunquam. In quo non ideo insudabit uir prudens, ut dicere & agere ad homines possit, sed ut ea potius & loqui & facere quæ dijs grata sint ualeat. Viri enim nobis sapientiores, ô Tisias, uirum mentis compositam aiunt non id meditari debere, ut conseruis tuis, nisi prout contigerit, obsequatur, sed ut dominis bonis atque ex bonis obtemperet. Quamobrem si longior sit circuitus, ne mireris. Non enim ut ipse putas, sed magnarum rerum gratia circumeundum. Erunt autem, ut ratio dicat, si quis uoluerit, hæc pulcherrime ex illis effecta. PHAE. Perpulchre admodum dici hoc uidetur, ô Socrates, modo aliquis assequi possit. SOC. At præclarum est ad præclara semper anniti, & quicquid contigerit tolerare. PHAE. Valde. SOC. De ar De scribendi decore scribendo quid deceat, quid dedecet dicamus. PHAE. Plane. SOC. Scisne quo pacto maxime de sermonibus dicendo, uel agendo deo placere potes? PHAE. Minime. Tu uero? SOC. Audiui equidem nonnulla à ueteribus tradita: uerum autem ipsi intelligunt. Id uero si nos inueniremus, nunquid humanarum deinceps nobis opinionationum cura nulla futura sit? PHAE. Ridicula sane interrogatio, sed quæ audisse dicis recense. SOC. Audiui equidem circa Naucratim Aegypti priscorum quendam fuisse deorum, cui dicata sita uis quam ibim uocant, daemoni autem ipsi nomen Theuth, hunc primum omnium numerum, & numeri computationem inuenisse, geometriamque, & astronomiam, talorum rursus alearumque ludos, & literas. Erat tunc totius Aegypti rex Thamus, & in eminentissima amplissimaque ciuitate, quas Græci Aegyptias Thebas appellant, deumque ipsum Ammonem uocant. Ad hunc Theuth profectus, artes demonstrauit suas, dixitque eas distribui deinceps Aegyptijs cæteris oportere. Verum ille quæ cuiusque utilitas foret, interrogauit: & ipso referente, quod bene dictum uidebatur, probabat quidem: quod contra, uituperabat. Vbi multa de qualibet arte in utramque partem Thamus fertur Theuthi ostendisse, quorum singula si enarrare pergamus, prolixior erit oratio. Cum uero ad literas descendissent, Disciplina hæc, inquit Theuth, ô rex, sapientiores & memoria promptiore Aegyptios faciet. Memoriae namque & sapientiæ remedium id est inuentum. At ille, O artificiosissime Theuth, inquit, alius quidem ad artis opera fabricanda idoneus est, alius ad iudicandum promptior quid emolumentum damni ue sint utentibus allatura. At qui & tu literarum pater propter beneuolentiam contrarium quam efficere ualeant affirmasti. Nam illarum usus propter recordationis negligentiam obliuionem in animo discentium pariet: quippe qui externis literarum consiliis monumentis, res ipsas inueni animo non reuoluent. Quamobrem non memoriæ, sed monitionis remedium inuenisti. Sapientiæ quoque opinio nem potius quam ueritatem discipulis tradis. Nam cum multa absque præceptoris doctrina perlegerint, multarum rerum periti uulgo cum ignari sint, uidebuntur. Consuetudine quoque molestiores erunt, utpote qui non sapientiâ ipsa sint præditi, sed opinione sapientiæ subornati. PHAE. Facile tu, ô Socrates, Aegyptios, & alios cuiusuis gentis sermones facis. SOC. At ô amice, qui in Iouis Dodonæi templo uersantur, ex quercu sermones primos fatidicos erupisse asserunt. Priscis itaque illis, utpote qui non ita ut uos recentiores, sapientes erant, satis erat ob eorum inscitiam perras & quercus audire, modo uera promerent. Tu forsitan interesse censetis, quisnam cuiusue sit, qui dixerit. Non enim id solum consideras, uerâ ne an falsa dicantur. PHAE. Recte admodum increpuisti, ac mihi uidetur ita in literis euenire, ut Thebanus ait. SOC. Igitur quicumque se putant sic artem aut mandare literis, aut mandatam suscipere, ut certum quiddam & firmum ex literis sit su

turum, admodum ineptus est, ac reuera Ammonis uaticinium prorsus ignorat, cum plus aliquid in scriptis esse credat, præter id quod scienti res ipsas quæ in literis significantur, commemorant. PHÆD. Rectissime. S O C R. Graue id habet, ô Phædre, scriptura, & pictura reuera persimile. Pictura namque opera tanquam uiuentia extant: siquid uero rogaueris, uerecunde admodum silent. Non aliter sermones uentibus fortasse quasi aliquid ipsos intelligentes dicere. Verum si sciendi audis ab ijs dictorum aliquid sciscitarberis, idem in his semper, & unum significatur: omnisq; sermo cum semel scriptus est, passim reuoluitur æque apud intelligentes, atque alios, inter quos minime decet, nec citiq; dicere quibus oportet, & quibus non oportet. Iniuria uero immerito contumeliaq; affectus patris semper eget præsidio. Ipse enim neque aduersario repugnare, neq; opem ferre sibi ipsi potest. PHÆD. Hæc quoq; recte abs te dicta uidentur. S O C R. Quid porro? Alium uidemus sermonem huius fratrem, quem admodum legitimus sit, & quanto melior atq; potentior quam is nascatur? PHÆ. Quem istum? & quomodo fieri dicis? S O C. Eum, inquam, qui in animo discantis cum scientia scribitur, quia sibi ipsi auxiliari potest, intelligitq; apud quos loquendum sit, apud quos tacendum. PHÆ. Scientis sermonem dicis uiuentem, & animatum, cuius oratio scripta simulacrum quoddam non iniuria nuncupabitur. S O C. Omnino. sed hoc quoq; mihi dicas. Mentis compos agricola nunquid charissima sibi femina, quorum fructus expectat, ut octo diebus speciosos inde flores aspiciat? An potius si quando id egerit, festi cuiusdam diei ludicq; gratia faciet? At ubi serio agens agriculturæ studium adhibuerit, feret quidem ubi conuenit, & satis se consecutum putabit, si octo mensium in teruallo satio sua ad fruges peruenerit? PHÆ. Ita prorsus, ô Socrates, illa quidem ioco, ut ais, hæc autem serio faciet. S O C. Hominem uero iustorum, honestorum, bonorumq; scientiam possidentem agricola imperitiorum ad semina sua spargenda putabimus? PHÆ. D. Minime omnium. S O C R. Non igitur in aqua nigra studiosè ipsa calamo cum sermonibus seminabit, cum succurrere illis periclitantibus nequeat, nequeat & ex ipsa ueritatem sufficienter ostendere. PHÆ. D. Certe id non est consentaneum. S O C R. Non sane. Cæterum hortos quidem literarum, ut ludi causa, ut uideat, feret, atque describet, & postquam scripserit tanquam monumenta thesaurorumque ad senectutis futuræ obliuionem, tam sibi, quam cæteris uestigiorum eorundem sectatoribus, lætabitur utique natos iam tenellos suos fructus inspiciens: cæterisq; hominibus ludos alios sequentibus, & conuiuia horumq; similia celebrantibus, ipse interim his omiſſis in sermonum oblectamentis uitam ducet. PHÆ. Præclarissimum præ aliorum uilissimo narras, ô Socrates, eius ludum, qui potest in sermonibus ludere, ac de iustitia, & alijs quæ tu dicis, confabulari. S O C R. Est ita profecto, amice Phædre, sed multo mea sententia in his præclarior studium, quando quis arte dialiectica utens animam actus idoneam sermones cum scientia plantat, & seminat, qui & sibi ipsi, & satori suo afferre opem possunt fructusque producunt, & semina reddunt. Vnde alij in moribus alijs nati id semper munus immortale feruare possunt, atq; eum qui hæc habet, beatissimum quoad homini licet, efficiunt. PHÆ. Multo id quoq; præclarior. S O C. Nunc iam illa, ô Phædre, his concessis discernere possumus. PHÆ. Quænam? S O C. Ea uidelicet quorum cognoscendorum gratia hucusque descendimus, ut uituperationem Lysia discuteremus in ipsa scribendi arte, sermonesq; ipsos, qui uel arte, uel sine arte scribuntur: artificiosum quidem, & artis experts, satis iam declarasse uidemur. PHÆ. Sic apparet. S O C. Meminisse rursus oportet non prius posse aliquem dicendi artem ad summum callere ad persuadendum atq; docendum, ut ratio superior nobis ostendit, quam ueritatem earum rerum quas dicit aut scribit cognouerit, uniuersamq; rem definire, & definitione posita rursus secundum species usq; ad indiuidua diuidere nouerit; atq; hac ratione animam contemplatus, & quid cuiq; ingenio congruum est aucupatus, ita maxime disponat exornetq; sermonem, uariæ quidem animæ uarios, & harmonia multiplices, simplici uero simplices sermones accommodans. PHÆ. Sic prorsus apparuit. S O C. Quid autem de illa quæstione dicemus quam supra tetigimus? honestum ne an turpe sit orationes componere, & quomodo studium hoc iure uituperari queat, quomodo nequeat. Num superiora nobis hoc satis declarauerunt? PHÆ. Quænam

nam illa? S O. Quippe, siue Lysias, siue alius quispiam scripsit quandoque, aut scribit, scribetq; priuatim quicquam, uel publicè ciuiles quasdam constitutiones, ita ut suis in scriptis magnam quandam stabilitatem & certitudinem putet inesse, turpe id esse scriptori, siue dicatur a quoquam, siue non dicatur, putandum est. Siquidem ignorare quid uerum sit, quid falsum, de iustis & iniustis, de bonis & malis, etiam si uulgus uniuersum lauclauerit, fieri nunquam potest quin sit reuera turpissimum. PH. Turpissimum. S O C. Contra qui in oratione quacunque de re scripta ludum iocumq; necessarium putat, orationemq; nullam aut solutam, aut astrictam numeris magno componendi studio dignam esse ducit, inſtar eorum qui sine dijudicatione & doctrina persuadendi tantum gratia carmina recitare consueuerunt: sed reuera sermonum illorum optimos componendi peritros causa compositos fuisse: in sermonibus autem his, qui docedi discendiq; causa dicuntur, ac uere in animo de iustis, honestis, & bonis scribuntur, duntaxat perspicuitatem perfectionemq; inesse, eos que solos studio dignos existimat: iudicatq; sermones huiusmodi filios suos legitimos esse uocandos, eum ante omnia qui ipsi inest si modo sit inuentus, de inde quicunque ex hoc foetu filij, fratresq; uel in ipsius, uel in alijs aliorum mentibus, sic ut decet nati sunt, reliquos autem omnes postponit: hic uir, inquam, talis, ô Phædre, uideatur esse, quales esse nos exoptarem. PHÆ. Equidem ut dicis, cupio prorsus, & uoto precor. S O. Sed hæc iam satis à nobis de arte dicendi, quasi iudentibus dicta sint. Quare Lysia dicas, nos ad nymphæ fontem Musarumq; cœtum profectos, sermones quosdam audisse, qui dicere iusserunt Lysia, cæterisq; orationum scriptoribus, Homero præterea, & siquis alius nudam poesim, uel cantu exornatam composuit, Soloni postremo, & omnibus qui ciuiles institutiones literis mandauerunt: quod si ueritatis concij talia composuerunt, possunt que sua in discussionem tracta defendere, ac dicendo efficere, ut præ uerbis scripta uileſcant, non utique ab his quæ calamo luserunt, sed ab illis potius quæ serio excogitantur, cognominandi uidentur. PHÆ. Quænam cognomina, & quo pacto ac commodas? S O. Sapientis cognomen, ô Phædre, magnum soliq; Deo conuenire uideatur. Philosophi uero, aut similibus alicuius cognomine eiusmodi uiros quales modo descripsimus, conuenientius modestiusq; nuncuparemus. PHÆ. Certe non dedecet. S O C. Eum igitur qui nulla habet in se præstantiora ijs quæ conscripsit, & sursum deorsumque retorquens diurna emendatione addendo uel subtrahendo composuit, iure poetam uel orationum legum uel scriptorum cognominabis? PHÆ. Quid nî? S O C. Hæc itaque amico referas tuo. PHÆ. Tu uero quid facies? neque enim amicus tuus prætermittendus. S O C. Quis iste? PHÆ. Isocratem probum inquam. Quid illi nunciabis? ô Socrates. Quem esse dicemus? S O C. Iuuenis adhuc Isocrates est, ô Phædre. Quid autem de illo præ sagiam, non præteribo. PHÆ. Quid nam? S O C. Videtur mihi præstantiori ingenio esse, quam Lysiam sua scripta demonstrarent. Præterea moribus generosioribus præditus. Quamobrem nihil mirum putarim, si crescentibus annis in arte dicendi cui nunc incumbit, magis quam uiri pueris, omnibus qui eloquentiæ unquam se tradiderunt, excellat, atque his etiam studijs non contentus ad maiora diuiniore quodam instinctu feratur. Inest enim, ô amice, ex ipsa natura philosophia quadam illius ingenio. Hæc ego ab ijs dijs accepta, Isocrati mihi dilectissimo nuntio. Tu illa Lysia tibi charissimo. PHÆ. Ita fiet. Sed abeamus hinc, cum æstus non nihil iam efferverit. S O C. Vota prius his faciendæ sunt quam abeamus. PHÆ. Quid nî? S O C. O amice Pan & alij omnes qui locum hunc colitis dij, date mihi ut pulcher intus efficiat: & quæcumq; extrinsecus habeo, inſtrincis sint amica. Diuitem autem sapientem solum existimem. Tantum uero mihi sit auri, quantum nec ferre nec ducere queat alius, nisi uir temperans. Nunquid aliud orandum censes? ô Phædre: mihi enim satis est precatum. PHÆ. Mihi quoque eadem opta.

Amicorum enim communia omnia.

SOCRAT. Abeamus.



NTI QVI gentium Theologi in tris diuisi sunt sectas. Alij quidem demonibus solum sacrificabant, dissidentes, ut arbitror, nota hominum ad coelestia peruenire. Alij uero coelestia quoque colebant, putantes illa non uiuere solum atque intelligere, sed etiam radijs suis circumspicere, recumbere atque audire, ideoque tam sacrificiorum ritus ab eis prospici, quam supplicium laudes preceseque exaudiri; ueruntamen animorum in corporibus his uiuentium nota, ad deos illos qui nullum cum corporibus commercium habeant, peruenire non posse. Alij denique hos ipsos deos in primis uenerabantur, iudicantes à summis rerum causis effectus omnes etiam humanos tam cognitione quam uirtute perfectissime contineri. Deos uero uocabant tum uisibiles, id est, coelestes, tum inuisibiles, id est, supercoelestes, quos nostri uocant angelos, et ipsi deos quasi proximos summi dei contemplatores atque ministris. Præterea triplicem hi prouidentiam esse putant. Vniuersalem quidem in deo, per quam omnibus quidem consulant, non omnia tamen munera, sed quaedam omnibus exhibentes. Particularem denique in demonibus, qua uidelicet quaedam quibusdam iam largiantur. Et demones quidem in totidem distribuunt ordines, quot in celo sunt stellæ, ut alijs Saturnij sint, alijs Iouiales, alijs que similiter. Cunctos autem ordines et in igne collocant, sed ignea ratione, et in aere puro, sed ratione aerea, et in aere crasso, ratione uidelicet aquea. Hos aqueos arbitratius alios alijs speciebus uiuentium præsidere, sensuali; et uegetali ubique naturæ fauere. Quos Plato, inquit, statim ab initio malorum plurimis uoluptatem immiscuisse. Aereos autem demones rationali potius fauere potentia, eamque à uegetali sensuali; natura quodammodo segregare. Igneo tandem discursum rationis ad subtiliora contemplanda conuertere. Atque hoc pacto uoluptuosæ uitæ demones aqueos, actiue aereos, contemplatiue igneos dominari. Cum uero deos immortales atque impatiibiles arbitrentur, homines uero mortales atque patibiles, demones omnes quidem esse etu patibiles, superiores uero medios que etiam immortales, infimos uero longæuos. Præterea in omnibus affectus erga corporea collocant: sed in primis secundum quandam tranquillæ prouidentia morem: in secundis humanos quidem, sed moderatos: in tertijs ad perturbationes nostras iam declinantes. Item demones alios naturales ab initio constitutos, alios peregrinos, scilicet hominum animos in aerea translatos corpora, homines que ea qua antea consueuerant ratione curantes. Præterea alios demones plagis terræ maioribus, alios angustioribus urbibus que præesse. Quosdam etiam homines singulos gubernare, quos animæ labentes in corpus fuerint pro uitæ electione sortita, deinceps electæ uitæ duces et exploratores et iudices. Proinde animas hominum alias Saturniorum demonum, alias Iouialium, alias aliorum tum siderum tum demonum naturis accommodari. Corporum quoque nostrorum complexiones simili quadam ratione distingui. Animalia item et plantas, metallâ que et lapides ad siderum similiter demonumque uarietatem inter se natura discerni, ut alia inter hæc solaria sint, alia uero lunaria, ceteraque similiter. In his que diximus, Platonicum omnem sacrificiorum, oraculorum, diuinationum uim consistere arbitrantur. Profecto et ipse Plato antiquiores theologos imitatus, et Platonicus omnes oraculorum historia ubique tanquam ueram accipiunt, rationibusque confirmant. Mitto quantum his in Phædro adhibeat fidem, quantum et in Timæo, in Phædro quidem humanam sapientiam præ illa que ab oraculis furoribusque diuinis habetur nihili pendens: in Timæo autem dicens eatenus à philosopho de rebus diuinis affirmandum esse, quatenus diuinis oraculis confirmantur. Mitto quam plurima apud Platonem similia, certe in Apologia totam Socratis sui defensionem ab oraculis uaticinijsque aspiciatur: immo uero, quod maximum est, totam Socratis et sapientissimi et iustissimi uitam asserit tum ad Apollinis oraculum, tum ad sui cuiusdam demones uaticinium institutam. Si queras qualis Socratis demon fuerit, respondebitur igneus, quoniam ad contemplationem sublimium erigebat. Item Saturnius, quoniam intentionem mentis quotidie mirum in modum abstrahabat à corpore. Attributus quoque ab initio, non acquisitus. Nam sibi à puero dicit aspirauisse. Non prouocabat unquam, quia non Martius, sed sepe ab actionibus reuocabat, quia Saturnius. Item non adhibebat calcarea uiro satis per se ad honesta propenso, sed cohibebat freno, ubi in eligendis ad finem uis ob coniecturam fallaciam posse decipi uideretur. Aspirabat menti, ostenta oculis, uoces auribus suggererat. Sed quibus oculis atque auribus? uisui uidelicet atque auditui, qui per omne eduntur corpus seruens sub manifesto hoc corpore latens. Poterat autem Socrates per æthereos sentire sensus, ab elementalibus sensibus se facile seuoans. Ostensa cernebat per eisdem sensus et somnians pariter atque uigilans. Similiter Auicenna probat prophetas angelorum et species cernere et uoces audire. At cur Socrates pauci que similes demonem suum animaduertunt? Quoniam pauci uel genitura uel disciplina demonici sunt, plures humani, plerique ferini. Cur item alius demonem, alius deum uocat? Quia sublimis demon Socratem quasi dei interpres nuncius que afflabat. Sed nunc quid ipsum Socratis intellectum possimus demonem nuncupare? Possimus certe. Nam Timæus inquit deum nobis supremam animi partem tanquam demonem tribuisse. Rursus in Symposio ipse mentis amor ad diuinam pulchritudinem contemplandam, demon cognominatur. Verum præter hæc necesse est superiorum nobis

nobis substantiam demonis præsidere, propterea quod ut in Symposio Legibus que probatur, humanum genus upote à diuinis maxime distans, media quadam natura indiget, qualis est demonica, quasi conciliatrice. Neque iniuria diuina prouidentia, ut in Politico Protagora que probatur, demones nobis præfecit propinquoque res quasi pastores, siue ut in Critia dicit gubernatores. Homo siquidem in hac ignorantia caligine constitutus, innumeris que fortunæ uel malis agitur uel distractus illecebris, ad constitutum sibi à Deo finem absque perpetuo dei auxilio peruenire non potest. Hinc probat Deum nos demonibus purioribus quasi rectoribus commendasse, qui uaticinijs, augurijs, somnijs, oraculis, uocibus, sacrificijs, inspirationibus adiuuauerit. Horum uero ex numero esse uult familiarem Socratis demonem à mente Socratica differentem. Hæc enim Socratem sepe prouocat, ille uero prouocat nunquam. Item hæc nisi loquatur aut scribat, docere non potest. Ille uero ut in Theage probatur, multos etiam silendo docebat. Præterea quod et uoce et signis Socratem corrigat, significat demonem hunc aliquid esse præter mentem. At si minus tibi placet et familiarem hominis ducem demonem appellare, saltem, ut placet nostris, bonum angelum appellato. Post hæc Apologia nos cogit nonnihil de oraculis status que tractare. Principio si queras quam ob causam demones solita illa quondam miracula nostris seculis non efficiant: respondebitur, Christum et demones malos suo illo imperio priuauisse, et hominibus tum omnem demonum cultum, tum artem demoniam sustulisse. Si rursus interroges, qua ratione uel in status uel in homines demonum trahatur influxus, diligenter attende. Trahitur quotidie aliquid naturale per artem: ceu quotiens lignum quod propter densissimam crassitudinem accendi à tenui quadam flamma non poterat, uel oleo illinunt, uel inficiunt sulphure, rapiunt que in fomite flammam. Trahitur et quotidie diuinum aliquid per naturam, quando factus tener in alio certo affectus figuratus que modo sic per naturam à deo humanam haurit animam, ut per magicam statu à mundo accipit demonem. Vnde Aegyptij naturam quoque magam appellauerunt, uim ipsam magicam in attractu quodam similitum per similia, uel conuenientium saltem per conuenientia collocantes. Emittis quotidie uocem, emitis et tui uultus imaginem. At non ubique uox in te tua et imago re mittitur. Paries duntaxat ita dispositus sic oppositus uocem per echo reflectit, et speculare corpus tuam tibi red dit imaginem. Esto igitur specularis et ille paries, subito totus, ut ita dixerim, eris in illo. Ibi enim uideberis, audieris, intelligeris, ferme ut in Statua demon. Si Trismegistum consulueris, discis ex proprijs mundi materijs certo cuidam demoni congruentibus compositam rite statuam seorsim per demonem congruum animari. uel per demonem, inquit, uel per angelum. intellige uel per impuriorem uel per puriorem spiritum afflari solere. Audies quoque Mercurium hunc ueteres plerosque damnantem, quod dissidentes uel esse numina super eolum, uel terrenorum uota ad coelestia superioraque peruenire, fabricauerit statuas habitacula demonum, quos quasi familiares colerent deos. Putabat sane, quamuis interdum in delubra demones salutare aduocarentur, sepe tamen descendere noxios. Audisti paucis tractum demonum in corpora statuarum. Audi quoque paucis raptum in corpora hominum. Quando uel per atram bilem uel aliquid simile aut uitium totus in imaginationem conuertitur animus, facile sit inferiorum demonum domicilium, quorum presentia et insanat, et animo simul uexatur et corpore. Quando per philosophicam purgationem transfertur totus in rationem, euadit ædes demonum mediorum, à quibus humanarum rerum sepius, quandoque etiam naturalium miras accipiat rationes. Quando per pietatem erigitur totus in mentem, sublimium demonum sit spiraculum, seu potius angelorum, quibus utique que ducibus mirum in modum arcana penetret diuinorum. Optas uideo intelligere, quibus potissimum oraculis siue per status siue per homines editis Plato confidat. Scito his duntaxat, qua certa ratione comprehensum sit non per fallaces demones, sed per ueridicos, siue per angelos potius promississe. Nam et ab ipsis Aegyptiorum mysterijs acceperat: Iouem impuriore demones ad inferos deturbasse, qui et homines similiter pro uiribus ad ima detorqueant: et à Pherecyde Syro, multos ab Ioue demones rebellasse, quorum exercitus Ophioneus duxerit serpentinus. Ab his ergo maleficis cauendum esse diligentissime iudicabat. Socrates autem proprijs rationibus atque singulis adductus, et oraculo cuidam, et suo cuidam demoni se committebat pro arbitrio perducendum. Denique utcumque sit, ita suam ad hæc instituit uitam, ut æterna semper temporalibus anteponeret inuitiam magis timeret, quam mortem: pro ueritate, pro pietate, pro charitate, non dubitaret labores, penuriam, contumelias, iniurias, uerbera, mortemque subire. Hæc apud homines ueritas falsas calumnias peperit, charitas odium, pietas accusationem impiam atque mortem. Sed hæc omnia immo nihili pendit, sperans apud diuinum iudicem pro bonis bona mereri. Ergo hæc spe et fiducia fretus, et libenter accessit ad iudices, ne que excusauit se, sed iudices accusauit atque tanquam uates, quod euenire ait his qui sunt prope mortem, penitentiam illis penam que prædixit post falsum iudicium secururam, et ipse interim mira mentis leuita et uultus alacritate ad iudicem migravit æternum. Statueram hic satis honestum argumento seu potius commentariolo finem imponere. Sed duo parumper me dubia remorantur. Primum Socraticum illud et hic et sepe a tibi repetitum: Hoc equidem unum scio quod nihil scio. Multa tamen et hic et alibi affirmat quasi sciens. Sed hoc illi simile est: Ego dixi in excessu meo omnis homo mendax. Ait itaque Socrates: Ego abstractus à corpore, raptus à demo-

ne, illustratus à deo, scio e quidem in diuino lumine hoc unum, uidelicet quod aliquin coniunctus corpori nihil in lumine naturali scio. Nescio, inquam, in naturali lumine res ipsas per ipsum affirmationis modum. Eiusmodi enim scientia, dei propria est, qui & naturas ipsas & naturarum causas comprehendit, cum ipsemet fecerit. Scia tamen multa per quendam negationis modum. Veluti quod deus non sit corpus, potius quàm quid sit. Item quod anima non sit mortalis, magis quàm quid sit. Rursus quod bonum absolutum non hoc est, aut illud bonum, potius quàm quid sit. Atque hoc pacto Socrates & scit & docet multa. Hoc illud insuper quod demone eum reuocat, non prouocat, id est, ad negandum illuminat eum potius quàm affirmandum. Nonnunquam uero affirmat quædam, & illa quidem magna, tanquam uidelicet non à demone tantum raptus, sed deo iam plenus. Affirmat quoque ubi sanctorum adducit ueterum testimonia, uel animas hominum à mortuis resurgentium citat in testimonium. Sequitur altera dubitatio: quam ob causam Socrates, cum nunquam soleat dubitare, quin animus sit immortalis, in fine tamen Apologie hac utitur disunctione: Aut nullus post mortem superest sensus, aut superest aliquis. Responde primo quidem, non de omni sensu, id est de omni cognitione, sed de nostrarum rerum sensu, uel nostro simili dubitare. Quod quidem significatur per illa quæ in parte disjunctionis altera deinde subduntur, ubi idem quod & in Republica dicit, separatas uidelicet animas eodem pacto sese illic, quo & hic solebant agnoscere. Vbi considera dictum contra illos qui dicunt animas de corporibus in corpora transmigrare. Deinde tutius quos que ita responde. Socrates hac in presentia disunctione non uti, quia de illo censet dubitandum, quod ubique tum per scientiam negatiuam, tum per diuinam inspirationem approbationemq; constantissime tenet, sed aduersariorum suorum personas in presenti respicere, qui cum obesse illi omnino studebant, inferebant ei mortem tanquam proculdubio malam. Socrates ergo contra infert, nullo modo esse malam, siue sic, siue aliter se nostra res habeant. Vbi illud quod de mortalitate apparet ambiguum, propter illos est adiunctum, qui tanquam tyranni Epicureo more decidere Socratem potuissent, quasi facile posset decipi, si ex eo solo affirmauisset mortem non esse malam, quod post hanc uitam alia super sint bona. Quæ quidem eterna bona, etsi constabant Socrati, illis tamen nullo modo constabant neque in angusta illa temporis breuitate poterant demonstrari, quæ in Phedone & sepe alibi demonstrantur. Tu uero nota certam Socratis nostri fiduciam amicis prope finem Apologie, dicentis: Bene de morte sperare debetis. Nihil enim mali bono uiro uel uiuenti uel defuncto potest accidere. Reuerentim hominis quodammodo deo similis à deo non negliguntur. Quod autem extrema ad iudices uoce clamauit: Ego quidem hinc abeo moriturus, uos uero uicturi: uiri uero nostrum in melius eant, soli deo est certum: intellige non dubitare illum quod paulo ante affirmabat, sed dicere soli deo certum esse per seipsum affirmationisq; rationem: posse tamen homini certum fieri per ipsum deum negationisq; rationem. Adde quod affirmare non uult se tam purgato tunc animo emigrare, ut presentem migrationem affirmet omnino animum suum statim carlesti patriæ reddituram.

APOLOGIA SOCRATIS



QUA uos ratione, ô uiri Athenienses, affecerint accusatores mei, nescio equidem: me certe sic affecerunt, ut mei ipsius pene oblitus fuerim, tanta persuasione dicere uisi sunt, quamuis nihil, ut ita loquar, ueri ad uos detulerunt. Sed ex multis quæ falsò asseuerabant, id sum potissimum admiratus, quod uobis cauendum esse monuerunt, ne à me quasi eloquentem deciperemini. Quod enim asserere id minime erubuerint, cuius ego mox redargutionem opere ipso facturus eram, quando quidem in presentia uobis appareo longe ab eloquentia alienus: hoc, inquam, mihi super omnia uisum est impudentissimum, Nisi forte eloquentem, isti uocant uera dicentem. Si enim ita dicant, profiterer equidem me, quamuis non eorum more, rhetorem esse. Quippe cum hi, ut equidem dico, ueri nihil dixerint, à me uero uos uera omnia audituri sitis. Neque uero per Iouem, ô uiri Athenienses, fucatam à me orationem, quemadmodum ab istis, uerborum nominumq; elegantia, neque aliter exornatam, sed ex improuiso ut coaceruatam audietis. Cõfido enim me iusta dicurum, neque quicquam uestrum speret me aliter esse dicurum: alioquin neque etatem hanc, ô uiri, deceret, adolescentulorum more uerbis studiose formatis huc ad uos ingredi. Quinimo uehementer, ô uiri Athenienses, id oro, & obsecro, ut si ipsidem me uerbis in respondendo utentem audietis, quibus & in foro apud argentariorum mensas, ubi pleriq; uestrum me nonnunquam audierunt, & alibi, uti soleo, ne admiremini, neue gra-

uiter

uiter id feratis. sic enim res se habet. uenio equidem nunc primò in iudicium, plures quàm septuaginta annos natus. ex quo fit ut in hac iudiciali causa reuera sim peregrinus. Et profecto quemadmodum si peregrinus Athenas uenissem, ignosceretis utiq; mihi peregrina uoce & forma loquenti, pro educationis meæ cõsuetudine: ita & in presentia uos precor, neque id quidem iniuria, ut loquenti formam minime attendatis, quæ prout contingit, tum melior, tum deterior esse potest, sed id ipsum consideretis, huc mentem adhibeat, ista ne, an iniusta dicam. Hoc enim iudicis officium est. rhetoris autem officium, uera loqui. Iustum est autem ô uiri Athenienses me primo quidem ad accusationem primam falso confictam, & ad primos accusatores respondere: deinde ad nouissimam atque nouissimos. Me quidem multi iam multis annis falso apud uos accusarunt, quos equidem magis formido, quàm Anyti astipulatores, quanquam & hi sunt in persuadendo potentes. Sed illi potentiores ô uiri, qui pleròq; uestrum à pueritia occuparunt, accusantes me procul à ueritate, atque uobis persuadentes: esse uidelicet Socratem quendam sapientem, eorum quæ super aerem, quæq; sub terra fiunt, persecutorem, qui soleat causam deteriorem, differendo meliorem efficere. hi profecto ô uiri Athenienses, qui hunc de me rumorem diuulgauerunt, mei accusatores potentissimi sunt. Qui enim hæc audiunt, opinantur harum rerum persecutores non credere deos esse. Profecto accusatores huiusmodi & per multi sunt, & longo iam tempore me accusant, & in ea ætate uobis suaserunt, in qua pleriq; uestrum pueri aut certe adolescentuli per facile credidistis, deserta in causa, nemine me defendente. Atque id quod à defensionis ratione omnium alienissimum est, neque nomina quidem illorum scire licet, atque proferre, præterquam si quis illorum comcedus sit. Quotcunque uero per inuidiam & calumniam hæc uobis rursus persuaserunt, quæ ipse ipsi persuasi persuaserunt alijs, hi omnes infiniti omnino sunt, nec eorum quenquam in iudicio traducere, nec redarguere licet, sed necesse est aduersus istos tanquam in nocte pugnam defendendo, atq; refellendo nemine respondente. Existimate ergo & uos, quemadmodum dicebam, accusatores meos duplices extitisse, & qui nuper accusarunt, & qui iam diu, quales modo describebam. Atque iudicate me quidem oportere prius respondere illis, quos & ipsi prius, multoq; magis audiistis. Sed iam respondendum mihi est ô uiri Athenienses illis criminibus, conandumq; in hoc tam breui tempore opinionem istam eximere, quam uos per calumnias decepti, longo iam tempore contra me concepistis. Opto autem ita demum aduersarios refellere, atq; obtinere, si modo id uobis & mihi melius sit futurum. Quanquam difficile id fore arbitror. Neque admodum quale id sit, me lateat. Verum ut deo placet ita succedat. Nos autem legi parere oportet, ac defensionem pro nobis afferre. Repetamus igitur ab initio quæ sit accusatio, ex qua aduersus me nata est ista calumnia, qua cõfusus Melitus mihi diem dixit. Quid ergo aiunt accusatores mei: tantam enim si in iudicio adessent, eorū recitetur accusatio, in qua cõtra me iurant, quæ & uicissim à me extigit iuramentum. Socrates iniuste agit, atq; nimium curiose perquirat quæ sub terra & quæ in cælo sunt, inferioremq; causam reddit superiorè. Præterea alios eadem docet. Talis utiq; est accusatio. Nempe talia quædã & uos uidistis in Aristophanis comœdia: Socrates enim imbecilla persona circumfertur, affirmans se per aerem peruagari: & cõplures eiusmodi nugas. Quarum ego rerum neque multum neque parum quicquam scio. Neque hæc dico, quasi harum rerum scientiam paruifaciam, si quis in huiusmodi rebus sit sapiens, quo minus tanti criminis reus à Melito accuset: sed quia reuera ô uiri Athenienses horum nihil scio. Testes autem huius pleròq; uestrum adduco. Oro uos docere & exponere inuicem uelitis, quot me colloquentem aliquando audiistis. audiistis autem pleriq; uestrum. Recensete igitur inuicem nunquam uestrum aliquando ipsi de rebus quicquid siue multum siue parum audiuerit disputantem: atq; ex hoc deniq; cognoscetis eiusmodi esse cetera, quæ multi de me circumferunt. At enim horum nihil est uerum. Quinetiam à quopiam at diueris, me homines docere, atq; inde pecunias cumulare. neque id quid uerum est. Atqui præclarum id mihi uidet, si quis docere homines possit, quemadmodum Gorgias Leontinus, & Prodicus Chius, & Hippias Eleus. Quorum unusquisq; eam facultatem habet, per quã ad singulas profecti ciuitates, adolecentibus quibus liceret in patria suorum se ciuium discipulæ gratuito cõmendare, persuadent ut se aliorum disciplina relicta sectentur, ac data pecunia gratiam insuper habeant. Est & alius quidam uir hic sapiens Parius, cuius ego ad nos

R aduentu

aduentu sum admodum delectatus. cōtigit enim, ut in eum aliquando uirum incidere, qui plus pecuniarum in Sophistas expendit quam ceteri omnes. Calliam inquam Hipponici filium. Hunc ergo ita interrogavi. Duos enim habet filios. O Callia inquam, si filij tui pulli equini aut taurini essent, haberemus aliquem, quem illis mercede adhibita præficeremus, qui eos pulchros & in suo utrunque genere excellentem efficeret. Effet uero talis aut equestrium aliquis, aut agricolarum. Nunc uero cum filij tui sint homines, quemnam cogitas illis præficeret? Et quisnam huius humanæ civilisq; uirtutis scientiam habet? Arbitror id te cum filios habeas cogitauisse. Est ne inquam talis aliquis, an non? Est profecto, inquit ille. Quis inquam est? & unde? & quanta mercede docet? Euenus, inquit, est ò Socrates Parius, merces uero quinq; minæ. Atq; ego Euenū felicē iudicavi, si reuera hanc habet artem, atq; adeo diligenter docet. Nam et ipse quoq; si talia scirem, admodum gloriarer, & magni me facerem. Sed certe ò uiri Athenienses hæc equidem nescio. Requirit igitur forsitan aliquis, quidnam ò Socrates tuum est opus? Et unde aduersus te exorta sunt hæc calumniæ? nisi enim aliquid præter aliorum consuetudinem ageres, nunquam tantus de terumor concitatus esset. Nam unde de te sermo tam frequens nisi egisses aliquid à cæteris alienum? Dic ergo nobis quid tandem id sit, ne nos de te remere aliquid iudicemus. Iusta sane hæc mihi uidetur interrogatio: atq; ego uobis conabor ostendere quidnam id sit, quod mihi & nomen hoc, & calumniam peperit. Sed audite iam, & si uereor ne forte quibusdam uestrum iocari uidear. Veruntamen existimate me uobis uera omnino dicenturum. Equidem ò uiri Athenienses non ob aliud certe quam ob sapientiam quandam eiusmodi nomen nactus sum. Sed ob quam sapientiam? Forte ob eam quæ humana sapientia est. Nam hac reuera sapiens esse uideor. Illi uero quos paulo ante commemorabam, maiorem forte quadam humana, sapientiam habent. uel quid dicā nō habeo; neq; enim ego ea præditus sum. Quod si quis me hanc possidere dicat, mentitur, & in meam calumniam hæc dicit. Sed ne uobis molestum sit ò uiri Athenienses siquid uobis magnum dicere uidear, neq; enim ex me dūtaxat dicam, sed testem uobis afferam fide dignum. Profecto si qua mihi est sapientia, qualis ea sit, testem adhibebo uobis Delphicum deum. Chærophōtem certe nouistis. Ille familiaris mihi erat ab iuuentute, & Atheniensi populo amicus, ac unā uobiscum fugit, & simul in urbem reuersus. Nouistis plane qualis erat Chæropho, q̄ uehemens quancunq; ad rem se conuertisset. Hic ergo quandoq; profectus in Delphos uaticinium id experiri ausus est. Ne grauius feratis ò uiri quod in præsentia sum dicturus. Interrogauit utiq; an esset ullus me sapientior. Respondit Pythia sapienterem esse neminem. De his quidem ipsius hic frater uobis testificabitur: nam ipse Chærephon uita functus est. Considerate uero quorum gratia hæc dicam. Debeo enim uobis aperire unde hæc aduersum me calumniæ sit exorta. Profecto cum hæc audissem, uia mecum ipse reputaui. Quidnam deus ait? aut quid hoc sibi uoluit? Ego enim mihi conscius sum, neq; in magnis neq; in paruis esse me sapientem. Quid igitur sibi uult cum me asserit sapientissimū? Deū quidem mentiri non est credendum, neq; enim id fas est deo. Atq; ita diu ambiguus scrutabar quid oraculum innuisset. Ac uix tandem post longas ambages uiam eiusmodi inueni. Aggressus enim quendam ex his qui sapientes uidentur, sperans, si usquam, in hoc uaticinium cogui posse, oraculoq; ostendi, non me quidem quem præfecerat, sed illum esse sapientia præferendum. Dum ergo illum examinarem, huius uero nomen promere non est necessarium, unaq; differerem ò uiri Athenienses, hunc in modum affectus sum: uisus mihi est uir ille uideri quidē sapiens tum alijs, tum uel maxime sibi ipsi, esse uero nequaquam. dein de conatus sum illi ostendere, putare quidem eum esse se sapientem, sed minime esse. Quapropter & ille infensus mihi redditus est, & multi qui aderāt grauius id tulerunt. Itaq; ad me ipsum reuersus ita mecum ipse reputaui, Ego profecto sum hoc homine sapientior. Apparet enim neuter nostrum pulchrum bonumq; aliquid nosse. Sed hoc inter est, quod hic quidem cum sciat nihil, scire putat aliquid: ego uero quemadmodū nescio, ita nescire me puto. Uideor ergo in hac tantula re hoc homine sapientior esse, quod quæ ignoro, neq; scire me arbitror. Post hæc alium audiui, ex his qui illo insuper sapientiores habentur, in eodē cōsiderando omnino similiter iudicauit, atq; illi aliosq; multos mihi reddidi infensos. Proinde similiter deinceps processi ad alios, nō ignorans quantum aduersus me odium cōcitarem

tarem, ideoq; non absq; dolore quodam timoreq; procedebam. Veruntamen necessarium mihi uisum est oraculum diuinum omnibus anteferre, passimq; progredi perscrutatum quid sibi uelit oraculum, huiusq; gratia omnes quotcūq; aliquid scire uident adire. Et per Canē ò uiri Athenienses oportet enim uobis uera fateri, tale aliquid mihi contigit hæc ex diuino oraculo perquirenti; ut qui opinione hominum maxime probabantur, eos quasi omnium imprudentissimos inuenirem: qui uero inferiores habebantur, eos quantum ad prudentiam spectat, probabilius se habere. Operæpretium est referre uobis errores laboresq; meos, quos equidem propterea sustinui, dum à me oraculum adeo probaretur, ut redargui iam deinde non posset. Post ciuiles homines ad poetas me contuli tragœdiarum & dithyramborum aliorumq; carminum auctores, quasi hic perspicue admodum deprehensurus, esse me his rudiorum. Acceptis itaq; eorum libris in quibus elaborauisse maxime uidebantur, sciscitatus sum eorum sensa, ut non nihil ab ipsis perdiscerem. Erubescō ò uiri uerum hic uobis aperire. dicendum est tamen. Alij pene omnes præsentis, ut ita dixerim, melius de rebus his loquerentur, de quibus ipsi poemata conscripserunt. Deprehendi igitur breui id in poetis, eos uidelicet non sapientia facere quæ faciunt, sed natura quadam ex diuina animi concitatione, quemadmodum & hi qui diuino furore afflati uaticinantur. Nam & hi multa quidem dicunt atq; præclara: sed eorum quæ dicunt, nihil intellegunt. Tali quodam pacto poetæ affecti fuisse mihi uidentur, & simul animaduerti eos in alijs quoq; propter poësim omnium se sapientissimos iudicare, in quibus non sunt sapientes. Abij ergo & hinc eadem omnino sententia, qua & à ciuilibus uiris abieram. Tandem uero me ad artifices contuli, utpote bene mihi conscius, quam nihil istis, ut ita dicam; scirem, hos autem noueram multa & pulchra scire, neq; in hoc equidem deceptus sum. Sciebant enim quæ ipse nesciebam, & hac in parte me sapientiores erant. Sed ò uiri Athenienses in eodem errore quō & poetas, peritos artifices deprehēdi. Nā ob hoc ipsum quod sua rite perfacebant, unusquisq; eorum se in cæteris quoq; uel maximis sapientissimū esse putabat. Atqui hic error illam quoq; quæ ipsis inerat sapientiam offuscabat. Quamobrem si me ipsum oraculi loco interrogarem, utrum eligam, ita neme habere ut habeo, uide licet neq; scientem quæ illi sciunt, neq; meam inscitiam ignorantem; an utraq; habentem quæ illi habent, plane mihi ipsi simul atq; oraculo responderem, præstare ita ut habeo me habere. Ob hanc utiq; inquisitionē meā ò uiri Athenienses inimicitij multæ difficillime, atq; grauissimæ aduersus me coortæ sunt, ex quibus multæ sunt calūniæ consecutæ. Nomen uero sapientis mihi propterea exortum est; quod præsentis plurimum illa me putant scire, in quibus alios refello. Videt aut ò uiri Athenienses reuera solus deus sapiens esse, atq; in hoc oraculo id sibi uelle, humanam uidelicet sapientiam, parui imò nihili pendendam esse. Quod uero Socratem nominat sapientem, ob id facere, quo nomine meo tanquam exemplo quodam utens, quasi sic dicat: Is ò uiri sapientissimus est, qui quemadmodum Socrates, nouit reuera sapientiam suam esse nihili pendendam. Hæc igitur ego sic affectus & nunc perquirere passim deo obsecutus, & perscrutari nō desino, conueniens quæcunq; aut ciuium aut peregrinorum esse existimō sapientem. Ac si quando mihi ille talis nō uideatur, tunc ipse deo suffragatus, illum sapientem non esse demonstro. Atq; ob occupationes eiusmodi nullum mihi ferme relinquitur otium uel ad publicum aliquid agendum, uel priuatum, sed in extrema paupertate ob dei cultum sum constitutus. Præterea adolentes maxime opulenti, quæ à negotijs uacant, me ultro sequentes delectantur cum refelli à nobis homines spectant. Quinetiam ipsi nonnunquam me imitati alios deinde corinfutare contendunt. Qua quidem in re plurimam reperiunt turbam hominum aliquid se scire putantium, cū aut nihil sciant, aut perparum, qui uero ab his conuincuntur, non tam illis quam mihi redduntur infensi, clamantq; esse Socratem quendam celestissimum iuuentutisq; corruptorē. At si quis ab eis sciscitet, quidnā uel agendo uel docēdo corruptus, nihil quidem asignare possunt, imò prorsus ignorant. Sed ne deesse illis materia uideatur, ad ista confugiunt quæ communi uoce facile philosophantibus obijci solent, eos scilicet neque sublimia super terram, neque profunda sub terra, neque deos esse putare, ratio nemq; inferiorem quasi superiorem ostendere. uera enim, ut puto, fateri nolunt, se sciscitet indignatos propterea quod cōiucii fuerint simulare se illa scire quæ nesciunt. Vtpote igitur ambitiosi, & uehementes, & multi, ac uelut ex composito atq; obnixæ diligentisq; per-

suasionis studio me criminantes uestras aures impleuerunt, & iam diu, & nuper calumnijs in me sedulo confictis. Ex his autem Melitus, & Anytus, & Lycon contra me surrexerunt. Melitus quidem ob poetas mihi infestus, Anytus uero ob artifices atque reipublicae gubernatores, Lycon denique gratia rhetorum. Quam obrem quemadmodum ab initio dicebam, admirarer equidem, si opinionem istam tantis conceptam calumnijs tam inueteratam nunc in tam breui tempore amouere a uobis possem. Haec equidem o uiri Athenienses uera uobis loquor, neque celo, neque subtraho aut magnum quicquam aut paruum, quamuis ferme norim in his dicendis me eisdem fore molestum. Quod quidem argumentum uobis est me uera loqui, atque hanc esse calumniam contra me exortam, eiusque causas eiusmodi esse. Et siue in praesentia siue in posterum haec inquiretis, ita esse inuenietis. Ad illa igitur quae primi accusatores detulerunt, haec mihi sufficiens apud uos sit defensio. Ad Melitum uero bonum, & ut ipse ait patriae amatorem, reliquosque accusatores deinceps respondere pergam. Ac rursus tanquam alij quidam accusatores sint, accusationem iuramento calumniae uitandae gratiae praestito susceptam in medium adducamus. Habet uero in hunc ferme modum. Socrates iniuste agit iuuentutem deprauans, ac deos quos ciuitas putat, ipse non putans, sed alia quaedam noua daemonia. Accusatio quidem est eiusmodi, huius autem accusationis unamquamque partem discutiamus. Iuuenes deprauare me obijcit, atque in hoc iniuriam facere: ego uero o uiri Athenienses contra iniuriari Melitum dico, propterea quod serio ludit, tam facile homines in iudicium trahens, simulansque serijs se rebus incumbere, earumque rerum habere curam, quae ipsi nunquam cura fuerunt. Hoc autem ita esse conabor & uobis ostendere. Heus Melite responde mihi, nunquid ipse maxime cures, ut quam optimi adolescentes euadant. Curo equidem. Age ergo his nunc dicas, quisnam iuuenes meliores efficiat. Constat enim scire te, cum tibi id cura sit. Me certe corruptorem eorum, ut ais, iam deprehendisti, accusasti his, in iudicium traxisti, ergo age & eum qui efficit meliores dic his, & quisnam sit ostende. quidnam o Melite taces? Vides ne nihil te habere quod dicas? Atqui nonne turpe id tibi uidetur esse, ac sufficiens argumentum eius quod ipse dico, te haec nunquam curasse? Verum dic iam bene uir. Quisnam eos efficit bonos? Leges. At uero nonne istud interrogo o uir optime, sed quis homo, qui & primum ipsum noris, leges scilicet, quibus illi meliores fiant. Hi o Socrates iudices. Quid uero o Melite ais? Isti ne erudire iuuenes possunt bonosque reddere? Et maxime quidem. Vtrum omnes? An alij quidem possunt, alij uero nequaquam? Omnes. Bene per Iouem loqueris, & magna eorum qui profint iuuenibus copia. Verum quidnam hi qui audiunt? Faciunt ne & ipsi meliores, an non? Ipsi quoque. Quid uero fenatores? Et fenatores. Sed enim o Melite cauendum est ne concionatores forte adolescentes corrumpant. An uero & hi omnes similiter faciunt meliores? Hi quoque. Omnes igitur ut uidetur Athenienses honestos bonosque reddunt praeter unum me. Ego enim corrumpto solus. Itane ais? Ita certe, & quidem uehementer.

Magna tu quidem me damnas infelicitate. Proinde mihi responde, an & de equis idem putes, omnes scilicet homines equos bonos efficere, unum uero duntaxat esse qui eos corrumpat. An omnino contra unum esse, uel certe per paucos equitandi peritos reddere meliores equos: quam plurimos autem esse, qui si inter equos uersentur, illisque utantur, deprauant? Nonne ita se res habet o Melite & de equis & de caeteris omnibus animantibus? Penitus ita, siue tu & Anytus non consisteamini, siue consisteamini. Etenim permagnam iuuenes nacti essent felicitatem, si unus duntaxat eos posset peruertere, caeteri uero omnes prodesse. Caeterum o Melite satis demonstrat te nullam iuuentutis curam habuisse unquam, ac plane declaras incuriam tuam, teque nunquam meditatam fuisse ea de quibus me accusas. Praeterea obsecro te per Iouem o Melite responde nobis, utrum melius uersari possimus inter bonos ciues, an inter malos. Responde amabo. Nihil enim difficile te rogo, nonne mali semper mali aliquid agunt his quibus conuersantur: boni autem bonum? Proculdubio.

Est ne ullus qui detrimentum suscipere potius quam emolumentum uelit ab his quibus familiariter utitur? Responde o bone uir. Lex enim respondere te iubet. Est ne quisquam qui damnum pati uelit? Nullus. Age ergo tu me huc in iudicium uocas quasi iuuentutis deprauatorem, an dicis me id uolentem facere uel nolentem? Equidem uolentem dico. Nunquid tu o Melite longe minor natus uel quae deo me grandiori sapientior es, ut plane

plane cognoscas tu quidem malos obesse familiaribus, bonos uero prodesse: Ego autem in tantam insaniam prolapsus sum, ut neque id cognoscam, si quem ex familiaribus peiorem reddidero, periclitaturum me ne quid ab eo mali perpetiar, atque hoc tantum mihi ipsi malum ut ais uolens inferam? Haec equidem tibi o Melite non credo. Arbitror quoque neminem tibi alium concessurum. Sed aut non deprauo adolescentes, uel si deprauo in uitis facio. Quapropter tu in utroque mentiris. At si inuitus corrumpto, non huc in iudicium inuoluntaria delicta lex trahi iubet, sed priuatim doceri atque castigari. Constat enim si didicero, non amplius me id facturum, quod per ignorantiam faciebam. Tu autem familiariter me emendare noluit, sed in iudicium rapis, quod eos trahi lex iubet, qui poena indigent potius quam disciplina. Iam uero ex his manifestum est o uiri Athenienses quod modo dicebam, nullam huic Melito aut magnam aut paruam erudiendam iuuentutis curam fuisse. Nunc age dic qua ratione me asseras o Melite peruertere iuuentutem. An uidelicet quemadmodum in accusatione scripsisti, quia doceam non putare deos quos ciuitas putat, sed alia quaedam noua daemonia? An non in his docendis affirmas iuuenes me corrumpere? Omnino quidem ac uehementer haec assero. Per deos ipsos o Melite de quibus nunc nobis est sermo, apertius & mihi & his enarra. Nam ego quidem nondum plane intelligo utrum dicas docere me iuuenes ut putent aliquos quidem deos esse, quod si ita est, ego deos esse puto, neque omnino sum absque deo, neque in hoc iniuste ago, quamuis non eos quos habet ciuitas, sed alios esse doceam. Vtrum inquam hoc est in quo me criminaris, quod uidelicet deos alios introducam? An me ais omnino negare deos, rursusque ut negent alios quoque docere? Assero equidem te omnino negare deos. O admirabilis Melite, cur nam ista dicis? Neque solem igitur neque lunam esse deos credo ut homines alij. Per Iouem ita o iudices. Nam solem quidem lapidem esse dicit, lunam uero terram. Anaxagoram tu quidem o amice Melite accusandum censens, atque ita hos paruifacis, existimans eos literarum ignaros esse, quasi nesciant libros Anaxagorae Clazomenij eiusmodi opinionibus esse plenos. Iuuenes ais haec a me discere, quae liceret interdum etiam si multa sint, unius drachmae precio emere ex Orchestra? Socratemque deridere si sua esse iungeret, praesertim cum tam absurda sint? Sed per deum o Melite putas ne reuera nullum me deum existimare? Nullum per Iouem. Incredibile est o Melite quod dicis: & quidem ut mihi uidetur etiam tibi ipsi. Mihi enim o uiri Athenienses nimis contumeliosus ac petulans iste uir, ipsamque accusationem contumelia quadam & petulantia & iuuenili temeritate proculdubio conscripsisse apparet. uidetur enim ceu aenigma quoddam componere, tentans an Socrates sapiens deprehendat ipsum quasi ludentem, sibi ipsi contraria proponentem, uel Socrates una cum auditoribus ipsis decipiatur. Hinc namque repugnare sibi met in ipsis accusationis uerbis mihi uidetur, ceu si dixerit, Contra leges agit Socrates deos non putans, sed deos putans. Quae quidem iocantis nugae esse uidentur. An imaduertite o uiri quo pacto Melitus mihi uidetur haec dicere. Tu responde nobis o Melite. Sed uos quod ab initio orauit, ne aegre feratis si pro more meo uerba facio, estne quisquam o Melite qui humana quidem esse putet, homines uero nequaquam? Respondeat mihi o uiri, neque modo in his, modo in illis perturbet, est ne aliquis qui eos quos non putet esse, sed equestris? uel tibicines quidem non esse, sed tibicinum officias? Non est quisquam o uirorum optime. Ego enim pro te & tibi & his alijs respondeo. si quidem ipse non uis respondere. Sed ad hoc saltem quod magis ad rem pertinet, responde. An est quisquam qui daemorum quidem opera opinetur esse, daemones autem minime? Nullus. Quam tarde & uix respondisti ab his coactus? Nonne igitur daemorum opera confiteris me & putare & docere siue noua, siue antiqua sint? omnino enim ut confiteris daemonia ego assero, atque haec quidem in responsione iurabo. Quod si daemonia putato, necessarium est omnino putare me daemones quoque esse, an non ita se res habet? Ita certe. Pono enim te confitentem, quando quidem respondere non uis. Daemones autem nonne aut deos arbitramur esse, aut deorum filios? Fateris ne hoc, an negas? Profusus. Nonne si daemones esse arbitror ut ipse concedis, daemonesque diij quidam sunt, id euenit quod modo dicebam? aenigma proponere, & quasi nugari dicendo me deos non existimantem, deos tamen rursus existimare, quando quidem daemones esse ducos?

Rursus si daemones deorum filij sunt, spurij uidelicet quidam aut ex nymphis aut ex alijs quibusdam, ut fertur, quisnam hominum filios quidem deorum esse putet, deos uero neget? Perinde enim id absurdum foret, ac si quis equorum quidem filios uel asinorum mulos esse putet, equos autem & asinos esse non putet. Sed o Melite uideris proculdubio accusationem istam idcirco ita instituisse, uel ut ingenij nostri periculum faceres, uel quia in quo reuera me criminareris nihil haberes. Tu uero quam ratione persuaderes alicui uel minimum quidem mentis habenti, non esse eiusdem uiri daemonia simul & diuina putare, ac rursus eiusdem neque daemones, neque deos, neque heroas? Nulla certe ratione fieri posse aliter ostendi potest. Caeterum o uiri Athenienses, quod quidem ego non deliquerim quemadmodum Melitus accusat, haud magna mihi purgatione opus esse uidetur, sed ea quae dicta sunt, sufficere iudico. Quod autem ab initio dixi, malevolentiam plurimam esse contra me apud plurimos concitatum, id profectio uerisimum est, & hoc me perimet si quidem perimar, non Melitus, neque Anytus, sed multorum calumnia & inuidia. Quae quidem alios quoque multos uiros bonos peremit haecenus, & ut arbitror perimet. Nihil enim graue uel mirum si in me obesse non desinat. Forsitan uero ita me quispiam interrogabit. Nonne te pudet o Socrates, tale quiddam exercere, ex quo continuo in periculum uentis moriendi? Equidem huic obiectio, ni iustam hanc responsionem dabo. Haud recte o uir loqueris, si putas magnam aut uitae aut mortis habendam esse rationem homini cuius uel parua quaedam utilitas sit: ac non illud potius duntaxat considerandum, quotiens aliquid agit, utrum iusta agat, an iniusta, aut boni uiri opera siue mala. Alioquin ex hac ratione tua spernendi fuissent semidei omnes quotcunq; apud Troiam occubuerunt, & alij, & in primis ipse Thetidis filius; qui usque adeo mortis contempsit periculum, ne turpem subiret infamiam, ut cum sibi dea mater properant ad Hectorem occidendum praedixisset his ferme, ut arbitror, uerbis: O fili si pro uindicta Patrocli amici tui ab Hectore interfecisti Hectorem interfeceris, ipse peribis. inquit enim. Subito post Hectorem infelix tibi fors imminet. Cum inquam ab ea haec accepisset, usque adeo discrimen mortemq; contempsit, ut multo magis timuerit turpem uitam amicorum inultis iniurijs quam mortem: statimq; responderit mori se male pro iusta amici uindicta, quam moras trahentem apud naues ridiculum contempturnq; uiuere. Hunc ergo periculi mortisq; curam habuisse, quisnam dixerit? & profectio ita res se habet, o uiri Athenienses. Quo quisque in loco uel seipsum constituit arbitratus id optimum esse, uel a superiore iubetur consistere, in eo ut mihi uidetur permanere oportet, periculumq; subire, neq; mortem, neq; aliud quicquam magis quam turpitudinem formidantem. Equidem o uiri Athenienses grauius aberrarem, si cum illis paruerim praefectis, quos ipsi mihi praeposuerunt & in Potidaea, & in Amphipoli, & in Delio: tunc enim ubi illi me consistere iusserunt, ibi constitui ut quisquam alter, mortisq; discrimen subiret: ubi deus me posuit permanereq; uoluit, ut opinatus sum atq; existimaui, uidelicet philosophantem me uiuere, ac me ipsum aliosq; scrutari, ibi ob mortis alteriusue rei metum, ordinem desererem. Per graue inquam id esset delictum, & tunc reuera me iuste quis in iudicium traheret, quasi deos non putantem, uidelicet oraculo non parentem, atque mortem timentem, putantemq; me sapientem esse cum sapiens minime sim. Nam mortem timere o uiri nihil est aliud quam sapientem uideri eum qui non sit sapiens. Quippe cum id sit scire uideri quae nesciat. Nemo enim scit utrum mors summum bonorum omnium contingat homini. metuunt autem perinde ac si eam scirent maximum esse malorum. Cui uero dubium esse debet, quin haec ipsa inscitia sit maxime uituperanda, per quam aliquis se putat scire quae nescit? Ego autem o uiri in hoc forsitan a multis hominibus differo: ac si qua in re sapienterem me aliquo esse dicerem, in hac utique dicerem, quod cum haud sufficienter quae sunt apud inferos norim, similiter me non nosse cognosco. Iniurias autem inferre, superioriq; non obedire uel deo uel homini, malum turpeq; esse scio. Haec igitur quae nescio utrum bona sint, nunquam magis timebo atq; fugiam quam illa quae mala esse cognosco. Quamobrem si me nunc absoluat non credentes Anytus, qui dixit aut me in iudicium ab initio uocandum non esse, aut uocatum necessario esse danandum. Nam si a uobis absolueret, fore ut filij uestri Socratis securi uestigia omnes omnino corrumpere

rentur

rentur. si inquam ad haec uos ita dicatis: o Socrates Anyto non credimus, teq; sententij nostris absoluius, hac tamen conditione, ut nunquam posthac in hac inquisitione philosophiaq; uerferis: ac si id facere deprehendere, mortem obeas. Si igitur ut dicebam his conditionibus dimittere me uelitis, respondebo utique uobis: o uiri Athenienses, diligo uos equidem atque amo, deo tamen parere malo quam uobis. Et quamdiu spirabo, uires que suppetent, philosophari non desinam, exhortans & docens quemcunq; nactus fuero sicut soleo hunc in modum. Quid tu o uir optime, cum ciuis sis Atheniensis, ciuitatis amplissimae ac sapientia & potentia praestantissimae, non erubescis in eo omnem operam ponere, quo tibi pecuniarum & gloriae & honoris quamplurimum sit: ut autem prudentia & ueritas & optimus animi habitus in te sit, neque cogitas, neq; curas? Ac si quis uestrum mecum contederit, id se curare asseuerans, haud statim dimittam illum, neque recedam, sed sciscitabor, examinabo, redarguam. Quod si mihi non uideatur possidere uirtutem, attamen profiteri, obiurgabo quod ea quae plurimi precij sunt nihili pendat, uilissima uero plurimi faciat. Hoc equidem officium praestabo iuniori & seniori quemcunq; uenatus fuero, rursusq; peregrino & ciui, magis autem ciuibus, quanto mihi genere propinquiores estis. Hoc enim deus ipse iubet. Reor autem quod & uos latere non debet, nullum adhuc bonum uobis in hac urbe maius contigisse quam hoc meum ministerium quod deo parens exhibeo. Nihil enim aliud agens circumeo, quam suadens iunioribus, senioribusq; uestrum, neque corporum, neque pecuniarum, neque aliarum omnium rerum curam prius uehementiusq; quam animi habendam esse, ut quam optimus sit, docens non ex pecunijs uirtutem, sed ex uirtute pecunias aliaq; bona omnia & priuatum & publice hominibus prouenire. Si igitur hac docens peruerto iuuenes, essent certe perniciosa. At si quis dicat me alia quam haec docere, nihil dicit. Horum gratia o uiri Athenienses profiteor equidem siue credatis Anyto siue non credatis, siue dimiseritis me, siue non dimiseritis, profiteor me nihil aliud esse facturum nec si mihi sit pluries moriendum. Ne conturbemini o uiri Athenienses. Sed quemadmodum ab initio rogauit, me a quo animo audiat: erit enim uobis ut arbitror utile si quae nunc dicturus sum audietis. Equidem uobis nonnulla dicturus sum, quae audientes forsitan ad clamorem in praesentia prodocemini, ego uero silentium a uobis exposco. Scitote si me occideritis talem qualem uobis modo dicebam, non me laeturos esse uos magis, quam uos ipsos. Me quidem neq; Melitus neque Anytus unquam laedet. Neq; enim posset. Si quidem nefas est ut arbitror, meliorem uirum a deteriore laedi. Interficere tamen potest uel pellere uel cotumella quadam afficere, atq; haec iste quidem & alius aliquis ingentia putet esse mala. ego uero non puto, sed multo peius esse illa facere, quae nunc iste facit, aggrediens iniuste uirum occidere. Quamobrem o uiri Athenienses non tam mihi nunc opus est defensionem pro me ipso meditari, ut aliquis existimaret, quam uobis ne quid me condemnantes contra id munus quod deus uobis tribuit delinquatis. Si enim me interfeceritis, haud alium talem reperietis, uero quidem, & si forte id dictum ridiculum est, ciuitati uestrae a deo adhibitum, uelut ego cuiusdam magno & generoso, sed ipsa mole pigriori, atq; a tabano aliquo excitari indiget: qualem uidetur me deus ciuitati addidisse, qui singulos exuscitans & monens & obiturgans non cesso diem totam ubiq; uobis assistere. Talem uero alterum non facile nanciscemini o uiri Athenienses. Ergo si mihi credideritis, me uestris sententij absoluetis. At uero si forte dormitantium more grauius ferentes uos exuscitari, me ut uult Anytus temere occideritis, reliquum omne tempus dormietis, nisi forsitan deus uobis prospiciens alium quendam miserit. Me uero esse tale ut a deo ciuitati tributus fuisse uidear, hinc potestis animaduertere. Non humanum certe id esse uidetur, quod ego mea quidem omnia omnino neglexerim, atq; in hac rei familiaris negligentia tot annos iam perseuerem, uestro semper intentus bono, dum singulos adeo tanq; pater, aut frater natu maior, suadens curam uirtutis habere. Quod siquam pro officio meo mercedem reciperem, humanam quaedam id rationem haberet. Nunc uero quod & uos plane uidetis, accusatores isti mei quantq; impudetissime alia contra me omnia coaceruauerunt, hoc unum tamen solita illa impudentia nequaquam ausi sunt petere, testesq; adhibere qui probent me unquam pro his mercedem ullam exegisse aut petisse. Huius autem rei sufficientem uobis ut arbitrer testem afferro, paupertatem meam. Sed forsitan absurdum alicui

R 4 uideri

uideri potest, me priuatim hæc consulere singulis anxie nimis circumeuntem, publice uero in concionibus ausum non fuisse hoc idem ciuitati consulere. Huius autem causa est de qua sæpe me passim dicentem audistis, diuinum uidelicet quiddam atque demoni- cum in uoce quadam mihi adesse. Quod quidem Melitus in accusatione derisit, sed mihi quidem ab ipsa pueritia hoc adest, uox scilicet quædam, quæ quotiens fit, me prohibet agere quod acturus eram, prouocat uero nunquam, hoc inquam est quod mihi repugnet quo minus me ad publica conferam. & recte admodum mihi aduersari uidetur. Constat enim ò uiri Athenienses si quondam negotia publica aggressus fuisset, iamdiu mihi fuisse pereundum; itaq; nullam uel uobis uel mihi attulisset utilitatem. Ne mihi succenseatis, oro, uera dicenti. Nemo enim diu saluus esse potest si aut uestro aut alteri cuiquam populo legitime aduersetur, quo multa iniusta atq; iniqua quæ fieri solent in ciuitate, prohibeat. Sed necesse est eum qui reuera pro iustitia pugnat, si modo breui saluus futurus sit, priuatim degere, neque rempublicam attingere. Horum equidem magna uobis afferam argumenta, nõ uerba quidem, sed quod uos multi facitis facta. Audite iam quæ mihi contigerint, ut planius perspiciatis, nulli me quicquam contra iustitiam ob mortis metum concessurum fuisse, atq; non concedentem, simul fuisse periturum. Referam uobis et quidem molesta quædam atq; iudicialia, uera tamen. Ego enim ò uiri Athenienses nullo adhuc publico functus sum munere, nisi quod ad consilium sum electus. Contigit autem tribum meam Antiocheam eo tempore præsidere quo uos decem illos exercitus duces, quia nauali pugna interemptos non sustulissent, damnare simul omnes properastis, iniuste quidem, ut cunctis postea uobis notum fuit. Tunc ego solus ex omnibus præfectis me uobis opposui, nequid ageretur præter leges, meisq; suffragiis restiti. Quo in tempore ceteros oratores multi parati essent deferre meum nomen, atq; in iudicium trahere, uosq; ipsi ingentem clamorem iuberetis, existimaui oportere me magis pro lege atq; iustitia subire periculum, quam uobiscum sentire non sentientibus iusta ob metum carceris aut mortis. Et hæc quidem facta sunt ciuitate adhuc sub libertate populi constituta: Postquam uero ad pauperum potentiam deuentum est, rursus triginta illi qui rempublicam occuparunt, uocantes me una cum alijs quatuor in Tholum, iusserunt Leotam Salaminium ex Salamine adducere quo ille necaretur, qualia uidelicet multa illi, & alijs multis eo tempore mandabat, ut complures criminibus suis inuoluerent. Tunc ego non uerbis quidem, sed re ipsa rursus ostendi, nihil omnino, quamuis dictu rusticius uideatur, curare mortem: illud uero omnino curare, nequid iniustum neue impium facerem. Me uero potestas illa terribilis nequaquam ita conterruit ut iniuste aliquid facerem. Sed ubi Tholo egressi sumus, reliqui quatuor in Salaminam aduentantes captum Leontam duxerunt, ego uero domum abiui: ac forsan propterea me illi interfecissent, nisi breui eorum potestas dissoluta fuisset. Atque horum testes uobis erunt permulti. An ergo putatis tot annos me uiuere potuisse, si publica tractauissem, boniq; uiri officio fungens iustitiæ suffragatus essem, atq; ut oportet unum id officium omnibus prætulissem? Permulum abest ò uiri Athenienses, neq; enim alius quisquam hominum, ita se gerens diu saluus esse potuisset. At ego per omnem uitam sicuti publica tractaui negotia, talem me præstiti, & priuatim idem ipse nemini unquam præter id quod iustum est concedens, uel alijs, uel horum alicui quos ij qui me criminantur, meos affirmant esse discipulos. Ego autem nullus unquam præceptor fui. Sed si quis dicentem me ac tractantem audire desiderauit, siue iunior, siue senior, nulli unquam id negaui. Neque uero is ego sum, qui pecunijs acceptis disputem, non acceptis uero taceam, sed pariter diuiti, atq; pauperi interrogandum me præbeo, ac etiam si quis respondendo audire uelit quæ dico. Et si quis horum probus fiat uel non, haud iuste crimen subire: quippe cum nulli unquam doctrinam uel tradiderim ullam uel promiserim. Quod si quis dixerit priuatim à me quicquam uel didicisse uel audisse, quod nec alijs omnibus comune fecerim, non uerum dicit. Sed quam ob causam quidam mea consuetudine oblectentur ò uiri Athenienses audite. Omnino uerum est quod uobis supra dicebam, delectari homines cum redargutioni eorū adfunt, qui se cum non sint existimant sapientes. Est enim res non iniucta: mihi uero, ut dixi, à deo iniuncta & per uaticinia, & per somnia, & per omnem modum, per quæ aliqua alia fors diuina homini quicq; mandarit agendū. Hæc ò uiri Athenienses, & uera sunt

sunt, & facile arguenda. Enim uero si ego iuuenum alios quidem nunc corrumpo, alios uero iamdiu corrupti, consentaneum esset ut nunc illorum aliqui seniores facti, quoniam intelligerent me sibi adolescentibus male consuluisse, contra me insurgerent, ac pœnas depolcerent. At si ipsi nollent, saltem necessarios illorum aliquos, patres & fratres, & alios cognatos, siquid mali à me eorum necessarij passi fuissent, commemorare nunc, & pœnas exigere. Sed adfunt hic quos cerno illorum permulti. Primum quidem Crito iste æqualis meus atque contribulis Critobuli huius pater. Deinde Lysanias Sphettius Aechini huius pater. Præterea Antipho Cephisius pater Epigenis: Adfunt & alij, quorum fratres familiariter me uisi sunt, Nicofratus Zotidi filius Theodoti frater. Et Theodotus quidem defunctus est ut fratrem precari non possit. Et Paralus hic filius Demodici, cuius Theages frater erat. Adimantus quoque filius Aristonis, cuius frater est iste Plato. Denique Aeantodorus, cuius Apollodorus hic est frater. Alios permultos referre possum, quorum unum aliquem præsertim in eius oratione oportuit à Melito testem produci. At uero si tunc oblitus est, nunc saltem producat, ego permittam. afferat inquam si quid tale habet in medium. Sed contra omnino se res habet, ò uiri Athenienses. Omnes enim ut uidetis conuenerunt libenter ad opem mihi ferendam, qui corrupisse eorum necessarios detrimentumq; attulisse, à Melito Anytoq; accusor. Quod si ipsi qui deprauati sunt, mihi opularentur, nihil mirum esset, at propinqui eorum seniores à me nunquam deprauati, qua tandem ratione mihi suffragantur, nisi recta quadam & iusta? Quippe cum & Melitum mentiri, & me uera loqui cognoscant, quæ igitur pro defensione mea ò uiri Athenienses habeo, ferme hæc sunt & alia forte similia. Sed forsan uestrum aliquis ad se moresq; solitos se recipiens grauius ferat, quod cum leuioribus etiam in causis reus multis cum lachrymis soleat deprecari atq; supplicare, ac filios in iudicium producere, ut commiserationem commoueant, & alios domesticorum amicorumq; permultos, ego nihil horum faciam, quamuis in extremo ut uidetur discrimine constitutus. His ergo offensus aliquis contra me pertinacius irriteretur, atq; ipsa in ira sententiâ contra me ferat. Siquis ergo inter uos eius mentis est, ego tamen non cenfeo obsecrandum, sed hæc ratione potius æque me hunc allocuturum. Sunt & mihi ò uir optime cognati quidam. Neq; enim, ut inquit Homerus, ex queru uel petra, sed ex hominibus natus sum. Itaq; & cognatos habeo ò uiri Athenienses, & filios tres, quorum unus iam adolefcit, duo autem sunt paruuli. Nullum tamen eorum huc adducam, supplicaturus eo pacto à uobis absolui. Curnam igitur nihil horum faciam? Non pertinacia ulla neq; cõtemptu uiri Athenienses: utrum uero audacter me habeam erga mortem, an non, alia ratio est. Ad existimationem tamen & mei & uestri & ciuitatis totius non arbitror pertinere, ut hæc faciam hac ætate & hoc nomine quod nactus sum, siue id uerum sit siue falsum. Attamen iam opinione hominum persuasum est Socratem inter multos præcipuo quodam excellere. Si ergo hi qui inter uos sapientia, uel fortitudine, uel quauis alia uirtute præstare existimantur, tales erunt quales sæpe quosdam cum de illis iudicaretur uidi, turpe nimium erit. Qui cum esse alicuius precij existimarentur, at tamen in iudicio mirum in modum commiserationi studebant, quasi graue aliquod passuri, si ex hac uita decesserint, perinde ac immortales essent futuri si uos illos non occidatis. Atqui hi mihi uidentur ciuitati dedecus afferre, propterea quod existimare peregrinorū aliquis potest eos qui inter Athenienses uirtute præstant, in magistratibusq; ceterisq; honoribus superiores habentur, nihil à mulieribus differre. Hæc autem ò uiri Athenienses nec uos qui alicuius auctoritatis esse uideamini, facere decet, neq; etiam si nos facere uelimus, permittere: sed hoc ipsum ostendere, uos eum multo magis damnaturus esse, qui commiserationes eius modum introducens ridiculam reddiderit ciuitatem, quam illum qui quietus iudicium expectauerit. Proinde ò uiri Athenienses accedit ad ea quæ de ciuitatis existimatione dicta sunt, quod nec iustum mihi uidetur esse iudicem precari, neq; precando absolui, sed docere atq; suadere. Non enim ad hoc sedet iudex, ut per gratiam cõcedat, sed ut iudicet secundum leges. Atq; id iureiurando promisit, non per gratiam cuiuscunq; libuerit condonare, sed iudicare secundum leges. Non igitur licet uel nobis assuefacere uos, deierare, uel uobis assuefieri. Neutri enim nostrum religionem seruarēt. Nolite ergo ò uiri Athenienses exigere talia me apud uos agere, quæ neque honesta, neq; iusta, neq; sancta esse puto: & id quidem omnino, præsertim uero per Iouem, cum impietatis erga deum à Melito

à Melito hoc accuset. Profecto si pergerem persuadere uobis, precandoq; flectere cum iraueritis, docerem utiq; uos non putare deos esse, ac reuera dum pro me defensionem parero, me ipsum interim accusarem quasi deos nequaquam existimantem. Sed multum abest ut ita se res habeat. existimo nanque esse deos ò uiri Athenienses, magis quam quiscquam meorum accusatorum, ac uobis deoq; permitto de me iudicare, ut & mihi & uobis sit cōducturum. Quod uero non grauiter feram ò uiri Athenienses meā uobis esse damnatum, & alia multa faciunt, & illud in primis, quod non præter spem id accidit, uerum multo magis admiror utrorumque numerum calculorum. Siquidem non putabam tam pauco calculorum numero ab absolute abesse. Nunc autem ut uidetur si res solum calculi aliter cecidissent euadebam. Melitus certe nunc euasisse uideo, neque euasisse solum, sed unicuique constat nisi surrexissent Anytus & Lyco me accusantes, mille drachmas illum fuisse pensurum, quoniam partem quintam calculorum non accepisset. Capitis igitur uir iste reum me facit, esto, sed ego ò uiri Athenienses cuius me reum existimem? An non uidelicet eo quo dignus sum? Quid ergo? Quidnam dignum est pati me aut pendere, ob id quod quæ didici, non siluerim, sed neglexerim quæcumque multifacit uulgus, quæstum, rem familiarem, præfecturas, conciones, cæterosq; magistratus; præterea uitauerim coniurationes atque seditiones, quæ in republica contigerunt, arbitratus me ipsum reuera ad æquiora officia esse natum, quàm ut ab his salutem meam pendere existimarem? Ad hæc inquam me non contuli, quibus occupatus, neque uobis, neque mihi ipsi profuturus erā, sed uni huic officio duntaxat incubui, ut priuatim unumquenque uestrum salutans maximam ut equidem existimo afferrem utilitatem, suadens uidelicet unicuique nihil ex rebus suis prius, quàm se ipsum esse curandum, ut quam optimus prudentissimusq; euadat; nec res ciuitatis curandas esse prius, quàm ciuitatem ipsam, & aliarum item rerum curam eadem ratione esse habendam. Quid igitur cum sim talis à uobis reportare dignus sum? Bonum certe ò uiri Athenienses, si modo pro dignitate reuera existimetis, ac tale quidem bonum, quale mihi conueniat. Quid igitur conuenit uiro egeno beneficoq;, cui uacare à cæteris occupationibus expediat, quo uos ad uirtutem cohortari queat? Nullum certe est aliud præmium ò uiri Athenienses quod magis uirum talem deceat, quàm in Prytaneo publico sumptu nutriri, & multo quidem magis quàm si quis uestrum equo aut bigis, aut quadrigis Olympia uicerit. Nam ille quidem fecit ut felices uideamini, ego uero ut sitis. Præterea ille, nutritione non indiget, ego indigeo. Itaque si pro dignitate ac iustitia astimari oportet, ego me hoc dignum existimo, alimonia scilicet publice in Prytaneo mihi exhibenda. Forte uero hæc uobis dicens ita proteruus uideo ut in superioribus uisus sum, ubi commiserationes, supplicationesq; detestabar, id autem haud tale est, sed eiusmodi potius ò uiri Athenienses. Persuasum est enim mihi ut nemini spõte iniuriam faciā, quod quidem idcirco uobis nō persuadeo, quia breue tempus habuimus colloquendi. Verum si lex talis apud uos esset qualis apud cæteros, ut ubi mors pœna sit, in eo iudicio nō diem unam, sed plures disceptetur, uobis ut arbitror, persuasissem. Nūc uero haud facile fuit in tam breui tempore calumnias magnas diluere. Cum igitur mihi persuasum sit, nemini faciendam esse iniuriam, permultum abest ut mihi ipsi sim facturus. Quid ergo? nunquid ueritus ne id subeam quo Melitus me dignum censet, quod equidem aio nescire me utrum bonum sit, an malum, ut hoc deuitem eligam eorum aliquid, quæ plane mala esse scio, atque hoc me dignum esse censebo? Vtrum ergo uincula? Ecquid oportet me in carcere uitam agere, semper undecim uiris seruentem? Vtrum pecunias soluere, atq; donec soluta sint, in uinculis permanere? At uero id tandundē est atq; quod supra dicebā, cum mihi de sit unde pecunias persoluam. An forte exilium? forte enim hoc dignus esse censebo; nimia tamen ò uiri Athenienses me cupiditas uitæ teneret, si adeo imprudens essem, ut si uos ciues mei consuetudinem meam sermonesq; perferre non potuisset, sed usque adeo grauis inuidiosaq; uobis fuit mea consuetudo atq; oratio, ut mox liberare uos ab illa iam decreueritis, alios tamen facile me putē toleraturos. Permultum abest ò uiri Athenienses. Præclara scilicet mihi uita foret in hac ætate exulanti, & alia ex alia ciuitatem permurātī, & in cōtinua repulsa uiuenti. Equidē ut plane intelligo, quocumq; proficiscar, audituri me sicut et hic sequentur adolefcentē, ac si eos repellā, ipsi uicissim senioribus id persuadentes me repellēt. Si nō repellā, eorū patres & cognati ob hos ipsos me expellēt. Forsitā uero dicit aliquis

aliquis: nonne potes ò Socrates in exilio silentium & quietem agere? At hoc omnium est difficillimum aliquibus uestrum persuadere. Siue enim respondero, id esse nō parere deo; proptereaq; me non posse quiescere, non credetis mihi quasi per ironiam loquenti; siue dixerō me ab hoc officio nolle uacare, quia id homini maximum contingit bonum, diebus uidelicet singulis de uirtute uerba facere, atq; de alijs de quibus me quotidie loquentem uos auditis, atque ita me ipsum aliosq; scrutari, uitāq; inconsideratam respuendam esse censere, hæc etiam multo minus mihi credetis. Hæc uero ò uiri Athenienses ita ut dico se habent, sed haud facile persuaderi possunt. Et simul nunquam malo dignati me consueti. Quod si mihi forent pecuniæ, iudicium pecunijs liceret quantumcunque soluere possem, neq; oboeset mihi illas amittere. Nunc uero non adsunt, nisi forte quantum ualeo soluere, tanti aestimari uelitis. Possum uero ferme argenti minam. Tanti ergo iudicium liceo. Plato autem hic ò uiri Athenienses, & Crito, & Critobulus, & Apollodorus iubent me triginta minis liceri. Ipsi uero tantum uobis promittere parati sunt. liceo ergo tanti. Promissores uero argenti huius hi uobis erunt sufficientes. Non multi temporis gratia ò uiri Athenienses criminandi materiam præbuitis uolentibus ciuitatem uituperare, quia scilicet Socratem occideritis uirum sapientem. Dicent enim illi licet non sim, me sapientem, qui uos uituperare uolent. Si ergo breue tempus expectauissetis, absq; uestra opera me contingebat mori. Videte ætatem meam quàm procul iam sit à uita, morti uero propinqua. Neq; uero hæc aduersus uos omnes dico, sed aduersus eos tantum quime morte damnant. Dico etiam hæc ad hos ipsos. Forsan putatis me uiri Athenienses in iudicio concidisse talium uerborum inopia, quibus utiq; persuasissem uobis, si omnia faciēda dicendaq; putauissem, quibus à uobis absoluerer. Lōge uero se res aliter habet. Certe ob paupertatem damnatus sum, non uerborum quidem, sed audaciæ atq; impudentiæ, & quia talia apud uos dicere nolui, qualia uobis auditu gratissima contigissent, audientibus uidelicet me deflentem atque lamentantem, & alia facientem multa atque dicentem, ut dixi, me indigna, qualia frequenter ab alijs audire consueuistis. Sed neq; ab initio censeui decere ob periculum deuitandum illiberale aliquid facere, neq; nunc me poenitet hæc defensionis ratione usum fuisse. Malo equidem tali quadam defensione fretus mortem obire, quàm contraria superuolere. Neque enim in iudicio neq; in bello uel mihi uel alteri, omnia quibus uitemus mortem sunt faciēda. Nam in prælijs saepe constat interitum uitari si quis abiectis armis supplex ad insequentes se conuertat. Alia quoq; in singulis periculis machinamenta sunt, quibus interitum quis effugiat, si quem nō pudeat facere quæ libet atq; dicere. Sed considerate ò uiri Athenienses haud id quidem difficile esse, mortem effugere, sed multo difficilius prauitatem. Velocius enim illa currit quàm mors. At qui ergo nunc utpote ob senectutem tardior à tardiori captus sum, accusatores autem mei utpote uehemētes atq; ueloces ab ea quæ uelocior est prauitate. Et nunc quidē ego ab eo dānatus à uobis mortem subiturus; isti uero à ueritate ipsa damnati prauitati inuisititāq; obnoxij. Atq; ego quidem pœnæ acquiesco, & isti. Hæc igitur forte sic oportebat se habere, arbitrorq; ea habere se mediocriter. Post hæc autem uobis qui me condemnastis, cupio dāuinare. Nam illuc mihi iam peruentum est, ubi solent homines diuinare, quādo uidelicet sunt prope mortem. Prædico enim equidem uobis ò uiri Athenienses, si me interfeceritis, supplicium uobis statim post mortem meam esse uenturum, ac per Iouē multo durius eo, quo me affeceritis. Nunc enim id egistis, putantes liberare uos, quo minus rationē uite uestra redarguenti cuiquam reddere compellamini. Id uero contra omnino uobis accidit. Nā plures futuros arbitror qui uos redarguant, quos ego compecebā, & si uos id nō sentiebatis; tantoq; illi infestiores erunt, quanto & iuniores, ideoq; uos grauius id feretis. Profecto si putatis per interfecionē hominū à uituperatione uos absolue, nimum aberrat. Nō enim est hæc liberatio uel ualida satis uel honesta. Sed illa tā facillima q; optima est, nō disturbare quemlibet alios, sed seipsum comparare ut q; optimus euadat. Hæc ergo uobis qui me condemnastis uaticinatus, sinem facio. Vobis autē qui me absoluitis, libenter de huiusmodi re quæ contigit uerba facerem, quamdiu magistratus negotio destinant, necdū eo uado ubi me oportet mori. Sed ò uiri assitite mihi id tēpus. Nihil em̄ prohibet inuicē dū licet cōfabulari. Nemp̄e uobis tanq; amicis demōstrare uolo quod mihi mō accidit, quidnā mēti significet. Mihi quidē ò iudices uos em̄ iudices recte appellare possū, mirabile

mirabile quiddam contigit. Vox enim illa dæmonis uaticinatrix, mihi semper in superio-
re tempore frequenter omnino offerre se consuevit, & in rebus quidem leuissimis se op-
ponens siquid minus recte facturus fuisset. Nunc autem ea mihi quæ uidetis acciderunt,
quæ profecto putaret aliquis atque existimaret extrema esse malorum. Sed mihi neque do-
mo exeunt mane dei signum aduersatum est, neque dum in iudicium ueniebam, neque in
aliqua sermonis parte dum uerba faciebam, quamuis alias frequenter dum loquerer in
medio sermonis cursu consueuerit cohibere. Nunc autem in hac re nusquam uel agentis uel
loquentis est aduersatum. Quam uero huius rei causam esse putem, uobis aperiam. Ap-
paret enim mihi quod contigit bonum esse. Nec recte ullo modo iudicatur à nobis, qui-
cunque mortem opinamur esse malam. Cuius quidem rei magna apud me hæc est conie-
ctura, quod signum mihi ut consuevit repugnauisset, nisi bonum quid acturus fuisset. Co-
gitare autem hoc pacto possumus: spem multam esse id esse bonum. Duorum enim alterum
mors est. Nam aut tãquam nihil omnino sit, sensum nullum ullius rei retinet is qui dece-
dit: aut quemadmodum dicitur, permutatio quædam & transmigrationis animæ ab hoc
in alium locum. Si uero ergo nullus remanet sensus, sed tanquam somnus quidam est in quo
quis somnium cernit nullum, admirabile lucrum erit in morte. Reor equidem, si quem or-
porteat ad eam noctem quam tanta transigit quiete, ut ne in somnium quidem ullum ui-
deret, alias noctes diesque uitæ totius conferre, atque dicere quot ipse noctes atque dies in ui-
ta melius dulciusque peregerit: reor inquam nedum priuatum aliquem, sed nec magni qui-
dem regem, aliquas numerare posse. Si ergo tale quiddam est mors, lucrum esse equidem
dico. Et enim nihil plus hoc pacto totum tempus quam nox una esse uidetur. Sin autem mors
est tanquam transmigrationis quædam hinc in alium locum, ac uera sunt quæ dicuntur, uide-
licet in alio seorsum à nobis loco omnes defunctos esse, quidnam melius quam hoc esse po-
test? Iudices: Si quis enim illuc profectus liber ab istis qui se proficere iudices esse, ueros re-
perit iudices qui iudicare illic perhibentur, Minœ, Rhadamanthum, Aëacum, Tri-
ptolemum, aliosque quotcumque semidei iuste uixerunt, nunquid eiusmodi transmigrationis par-
uipendenda censetur? Rursus Orpheum Museumque conuenire, & Hesiodum, & Ho-
merum, quam multo aliquis nostrum redimeret: equidem si hæc uera sunt, sapiens mori ue-
lim. Quippe cum mihi in primis mirifice grata sit futura habitatio illa atque consuetudo: quã
doquidem unã cum Palamede futurus sum, & Aiace Telamonis filio, & alijs antiquorum
quiscumque falso damnati iudicio decesserunt: uita: apud quos meos casus cum illorum ca-
sibus conferre utrinque, ut arbitror, non iniucundum foret. Illud præterea maximum, illic de-
gere scrutantem singulos atque examinantem quemadmodum hic feci, quisnam illorum sa-
piens sit, & quis cum non sit, se tamen existimet sapientem esse. Proinde quanti faciedum
iudices perscrutari ducem qui tantum ad Troiam duxit exercitum: uel Ulyssim, uel Si-
siphum aliosque quam plurimos quos referre quis potest uirosque & mulieres, quibus cum
loqui atque examinando uersari, inestimabilis prorsus felicitas esset: Si quidem huius causa
qui illic degunt haud amplius moriuntur, suntque illi nobis & in rebus alijs beatiore, & in
eo insuper, quod reliquum iam tempus permanent immortales, si quidem uera sunt quæ
dicuntur. Vos quoque iudices bene de morte sperare debetis, idque unum cogitare uerum
esse, uero uidelicet bono nihil mali accidere posse neque uiuenti neque defuncto, neque res illi-
us à dijs negligi. Neque uero mea nunc casu aliquo acciderunt, sed mihi id constat, mori
& à laboribus liberari, mihi melius extitisse, atque hanc ob causam diuinum illud signum mi-
hi non obstitit. Equidem haud admodum his indignor qui accusarunt me uel condemna-
runt, quamuis non hac mente accusauerint me atque damnauerint, sed quia detrimentum
mihi inferre sperabant. Ob hoc utique illis est succensendum. Sed iam ad eosdem illos reuer-
sus, sic eos alloquor. Tantum tamen uos precor o uiri, ut meos quoque filios cum adoleuer-
int, si ipsi similiter atque ego uobis molesti sint, poenis similiter afficiatis, præsertim si uideã-
tur uobis uel pecuniarum uel alterius cuiusquam rei maiorem quam uirtutis curam habe-
re: atque si uideri uelint putent uel se alicuius esse precij cum nullius sint, illos obiurgatis, quæ
admodum ego uos, quod non illis incumbant quibus est incumbendum, ac existimetis
nullius precij sint, se aliquid esse. Quod si hæc feceritis, iusta à uobis passus fuero egoque
filij. Sed iam hora est hinc abire, me quidem ut moriar, uos autem ut uitam agatis. Virtue-
ro nostrum in melius eant, omnibus præterquam deo est incertum.

Immortalitas
animorum

ARGUMENTVM MARSILII IN CRITONEM AD
Laurentium Medicem uirum magnanimum.



QVEM AD MODVM Apologia ita Critonis quoque tam ordinata tam plana dispositio est
ut argumento non egeat. Aduerte tamen in primis Socratem, sicut in Apologia uigilans uati-
cinatus est, sic in Critone dormientem uaticinari, ut cognoscas sapientem proque uiro deum & ui-
gilanti & dormienti semper adesse. Ex omnibus autem collige euangelicæ doctrinæ confirma-
tionem. Approbationem martyrum. Exemplar iustitiæ. Incomparabilem fortitudinem. Contem-
ptum mortalium. Desiderium æternorum. Religionis denique fundamentum. Quid memorem, uulgi opinionem cõ-
temnendam esse, sapientis duntaxat sententiam, immo ueritatem ipsam esse colendam? Quid rursus, non uiuere
quidem, sed bene uiuere exoptandum? Item inimicis malefaciendum esse nunquam, neque iniurias ulciscendum?
Rursus & periculum mortis interitumque subeundum potius quam peccandum? Quid referam, obseruantiam le-
gum singulare? & inextimabilem patriæ charitatem? Quam & parentibus & uita proculdubio antepo-
nit, ob hanc, ut ipse inquit, rationem, quo in alteram profectus uitam, ualeat æterno iudicio æquam anteactæ uitæ red-
dere rationem, neque leges quæ illic imperant humanarum legum sorores expãuscere compellatur. Concludit
denique rationes iustitiæ fauentis mentis suæ auribus usque adeo insonare, ut alia audire non possit, frustra-
conaturum, quicumque pergat dissuadere. Addit ea solum uia esse pergendum, qua deus, id est, ratio diuinitus
in sua, perducit.

CRITO VEL DE EO QVOD AGENDVM

SOCRATES CRITO



Vr hac hora uenisti, Crito? An non ualde adhuc est ante lucem? C R. Valde quidem. S O C. Quando uero maxime? C R I. Profunda aurora. S O. Admiror quemadmodum ipse custos carceris tibi obtemperare uoluerit. C R I. Familiaris iam mihi est, o Socrates, ob crebrum huc aduentum meum. Præterea beneficij à me non nihil accipit. S O C. Venisti ne modo? an iam est dudum? C R. Satis dudum. S O C. Proinde cur non statim me excitasti, sed silentio affedisti? C R. Nunquam per Iouem, o Socrates, excitasti. Neque enim ipse uellem in tanto dolore euigilare. Sed te iam dudum admiror, sentiens quam suauiter dormias. Et consulto non excitauit te, ut quam placidissime degeres. Equidem & per omnem uitam ob huiusmodi morem beatum te iudicauit, maxime uero in presenti calamitate, quod eam tam facile ac placide feras. S O. Per absurdum esset o Crito, si quis tam grandis natu imminentem mortem moleste ferat. C R. Sed & alij, o Socrates, æque senes similibus calamitatibus opprimuntur, quos tamen atas ab afflictione quã fors præsens affert secum, non liberat. S O. Ita est. Sed cur nam adeo mane uenisti? C R. Nuncium, o Socrates, ferens acerbum: non tibi quidem, ut mihi apparet, sed mihi potius & familiaribus tuis omnibus & acerbum & grauem. Quod equidem inter grauissima, ut arbitror, numerauerim. S O C. Quid nam hoc? Nunquid nauis ex Delo iam redijt? qua reducta mihi est moriendum. C R. Nondum redijt quidem, sed reditura uidetur hodie, quemadmodum nunciant nonnulli. Sumio uenientes, qui tibi eam reliquerunt. Cõstat ergo ex his nuncijs, hodie esse uenturam, ideoque necessarium fore te cras, o Socrates, è uita decedere. S O. Bona o Crito, fortuna. Si ita dijs placet, ita esto. nõ tamen existimo illam hodie redituram. C R. Vndenam id coniectas? S O. Dicam equidem, siquidẽ postridie quam nauis redierit, mihi est obeundum. C R. Sic utique aiunt hi, penes quos rei huius potestas est. S O C. Itaque non hac die uenturam puto, sed altera. Coniecturam uero ex somnio quodam accipio, quod paulo ante hac ipsa nocte mihi uisum est, oportuneque uideris somnum mihi non perturbasse. C R. Sed quale id somnium erat? S O. Videbatur mihi mulier quædam adueniens pulchra & aspectu grata, uestes habes candidas, uocare me, atque dicere, O Socrates, tertia hinc die Phthiam peruenies latiglebam. C R. Quam mirum id in somnium, Socrates. S O. Manifestum tamen, ut mihi uidetur. C R. Manifestum certe. Sed, o beate Socrates, etiam nunc crede mihi, ac saluus esse uelis. Mihi enim si tu obieris, non una tantum calamitas imminet: sed præter id quod te orbatu fuero tali necessario, qualem alterum nunquam reperiam, uidebor utique multis qui neutrum nostrum satis nouerint, cum potuissent te seruare si minus per-

cum ijs pepererem, te penitus neglexisse. Atqui quænam maior potest esse infamia, quam
 uideri pluris fecisse pecunias quam amicos? Nō enim poterit persuaderi compluribus te
 hinc abire noluisse, nobis quo id ageres omni studio contendentibus. s o c. Quid uero
 nobis, o beate Crito, tanti uulgi opinio extimatur? Probatissimi enim uiri, quorum magis
 habenda ratio est, hæc ita gesta esse ut gesta sunt, arbitrabuntur. c r i. Attamen uides, o So-
 crates, compelli nos opinionem quoque uulgi curare. Præsentia enim hæc declarant posse
 uulgus non minima malorum, immo fere maxima, si quis in populo calumnijs agitetur, in-
 ferre. s o c. Utinam, o Crito, posset uulgus maxima inferre mala, ut uicissim maxima
 posset bona. & bene quidem se res haberet. neutrum uero potest, quippe cum neque pru-
 dentem, neque imprudentem efficere ualeat. Faciunt uero quod libet, ut cunque contingit.
 c r i. Hæc quidem ita se habeant, Ad id uero Socrates mihi responde, num forte mei cate-
 rorumque necessariorum tuorum respectus te retinet, ne si hinc euaseris, calumniatores nos
 postea uexent, quasi te hinc furati fuerimus, cogamurque uel totum patrimonium, uel per
 multas pecunias amittere, uel præter hæc aliud quippiam pati. Siquid tale times, curam
 eiusmodi pone. Iustum nanque est, nos tuæ salutis gratia non hoc solum, uerum etiam si
 oportuerit manus aliud subire periculum. Verum mihi obtempera, neque aliter facias s o.
 Et hæc equidem & alia multa, o Crito, considero. c r i. Ne igitur hæc uereare. Neque enim
 multum est argentum quod postulant hi qui seruare te atque hinc educere pollicentur. Vi-
 des præterea quam tenues sint calumniatores tui, ut non magna ad eos placandos largiti-
 one sit opus. Tibi uero pecuniæ adsunt meæ ad hoc, ut opinor, sufficientes. Proinde si quo
 mei respectu adductus non putas meas pecunias erogandas, adsunt hospites hi parati per-
 soluere, quorum unus etiam huc attulit sufficientem pecuniam ad hoc ipsum paratam. Sim-
 mias Thebanus. Ad hoc ipsum promptus est & Cebes, alijque permulti. Quamobrem, ut
 modo dicebam, nihil tale metuas, quo minus serues te ipsum. Sed neque etiam illud quod
 in iudicio dixisti, te remoretur, si hac urbe exires, quò te ipsum uerteres te minime habitur-
 rum. Alijs enim multis in locis quocunque profectus fueris te homines colent: ac si uelis in
 Thessaliam te conferre, reperies illic hospites meos, qui te libentes libentissime comple-
 scientur, tutumque præsidio suo adeo reddent, ut nemo in Thessalia tibi iniuriam sit factu-
 rus. Accedit ad hæc, o Socrates, quod rem minime iustam aggredi uideris, si cum saluus
 esse possis teipsum perdas, taliaque contra te facere studeas, qualia inimici ipsi tui contende-
 rent, contenderuntque te perdere properantes. Proinde filios quoque tuos perdere mihi uide-
 ris, quos cum liceat tibi educare atque erudire, deseris omnino, & quatum in te est, eorum mo-
 res fortunæ committis. Accident uero eis uerisimiliter qualia euenire orphanis consue-
 runt. Profecto oportebat non genuisse filios: aut in eis educandis erudiendisque laborē nō
 reculare. Tu uero mihi uideris quæ elegisset uir legnis ac piger, nunc elegisset: decebat uero
 tem contra uiri boni fortisque eligere, præsertim te per omnem uitam uirtutis studium pro-
 fitentem. Itaque non possum tua nostraque uice familiarium tuorum non erubescere, ueritas
 ne tota hæc res tua ignauia quadam nostra sic tractata fuisse uideatur. Et primum quidem
 ille tunc in iudicium ingressus cum liceret non ingredi, deinde concertatio ipsa iudicij si-
 militer acta, & extremus hic finis, tãquam ridiculum quiddam per ignauiam segnitiamque
 nostram effugisse nos uidebitur, quod nec nos te seruauerimus, neque tu ipse te, cum id fie-
 ri absque magna difficultate potuerit, si uel parum in nobis usus industriaque fuisset. Hæc
 igitur, o Socrates, considera, ne præterquam quod mala sunt etiam dedecori tibi nobisque
 sint, sed tibi consule. Immo uero non tam amplius consulendi tempus, sed consilium iam
 esse oportuit. Vnicum uero consilium est, uidelicet uenienti hac nocte cuncta hæc facta
 esse oportere. Sin autem ultra tardamus, nihil omnino fieri ulterius poterit. Quamobrem
 omnino mihi adhibe fidem, o Socrates, nec ullo modo aliter facias. s o. O amice Crito
 studiū hoc tuum permulti faciendum esset, si qua ratione recta susceptum esset. Sin minus,
 quanto uehementius est, tanto molestius. Considerandum est igitur, agenda ne hæc no-
 bis sint, an non. Nam ego is sum non modo nunc sed et semper, qui meorum nulli paream
 præterquam rationi quæ ratio cinati mihi optima uideatur. Rationes itaque illas quibus
 superioribus temporibus usus sum, nec nunc quidem postquam in hanc fortunam incidit
 rejicere possum, sed similes mihi ferme apparent, eademque in præsentia quas & prius ue-
 neror

neror atque profiteor, adeo ut nisi nunc meliores afferre possimus, plane scire debeas me
 tibi non concessurum, non si etiam plura quam nunc multitudinis potentia comminata
 nos tanquam pueros laruali terribilique facie perterrere conetur, poenam; & damna, ca-
 tenas, caedes obijcens. c r i. Quam nam igitur ratione paululum considerabimus? s o c.
 hac utique, si id quod tu de opinionibus paulo ante dicebas, resumamus, utrum semper
 recte se habeat nec ne, oportere scilicet quarundam opinionum rationem habere, quar-
 undam uero minime. An forte prius quam in periculum mortis inciderem, recte id dice-
 batur: nunc uero constat frustra disputationis gratia ita dictum fuisse, cum reuera loco
 cuidam nugisque esset addictum. Cupio equidem, o Crito, unam tecum considerare, num
 quid sermo ille prior alienus appareat mihi nunc in hac fortuna constituto, an profusus
 dem qui & prius: atque utrum dimittendus sit a nobis, uel ipsi obtemperandum. Consi-
 dera igitur an non sufficienter tibi dici uideatur non oportere omnes opiniones hominum
 sequi, sed alias quidem sequi, alias uero negligere, neque omnium quidem, sed dunta-
 xat quorundam. Quid ergo dicis? hæc non recte dicuntur? c r i. Recte. s o c. An non
 bonas honorare decet, malas uero contemnere? c r i. Ita decet. s o c. Bonæ autem
 nonne prudentum? Malæ contra sunt imprudentum? c r i. Quid nī? s o c. Age
 uero quoniam modo rursus talia dicebantur. Qui in gymnasijs se exercet, utrum cuius-
 libet hominis laudi uel uituperationi mentem adhibebit, an illius tantum qui medicus
 sit aut gymnasijs magister? c r i. Huius solius. s o c. An non timere decet uitupera-
 tiones, & optare laudes illius unius potius quam multorum? c r i. Proculdubio. s o c. Hæc
 itaque ratione illi agendum est exercendumque & edendum atque bibendum, qua il-
 li unico uideatur qui præsideat intelligatque, potius quam ut uideatur uulgo. c r i. Ve-
 ra hæc sunt. s o c. Quid uero si illi uni non pareat, opinionemque eius & commen-
 dationes nihil pendat, honoret uero multorum ignorantumque commendationes, nun-
 quid a malo tutus erit? c r i. Minime. s o c. Quid autem est id malum, & quoniam
 tendit, & in quam non obedientis partem? c r i. In corpus uidelicet, hoc enim corrup-
 pitur. s o c. Recte dicis. Nonne & de alijs, o Crito, eadem ratio est? Ne omnia per-
 curramus, de iustis inquam iniustisque, de turpibus & honestis, bonisque & malis, de qui-
 bus in præsentia nobis consultatio est utrum multorum opinionem sequi uereturque debea-
 mus, an unius potius qui intelligat, quæ decet & uenerari & timere magis quam cunctos
 alios. Cui nisi obtemperauerimus, lædemur & corrumpemur in eo quod iusto quidem
 melius fieri, iniusto autem corrupti solet. An nihil id est? c r i. Id quidem, o So-
 crates, arbitror. s o c. Age uero, si id quod a salubri quidem sit melius, ab insalu-
 bri uero corrumpitur, corruerimus imperitorum potius quam peritorum sequuti iudi-
 cia, an nobis eo destructio uiuendum erit? Est autem id corpus. nonne? c r i. Corpus.
 s o c. Nunquid ergo uiuendum nobis cum deprauato corpore atque destructo? c r i.
 Nullo modo. s o c. An forte cum illo uiuendum est nobis corrupto, quod iniusto quidem
 læditur, iusto uero iuuatur? Nunquid uilius illud quam corpus existimamus, quicquid
 illud est è nostris, circa quod iustitia iniustitiaque uersatur? c r i. Nullo modo. s o c.
 Sed preciosius? c r i. Valde. s o c. Non igitur, o uir optime, admodum nobis tu-
 randum est, quid de nobis multi loquantur, sed quid dicat is unus qui intelligit iusta & ini-
 iusta, atque ipsa ueritas. Quamobrem primo quidem non recte adduxisti, opinionem uul-
 garem de rebus iustis & honestis & bonis harumque contrarijs esse alicuius existimandam.
 At uero dicit aliquis, posse uulgus nos interficere. c r i. Nimirum dici id potest, o So-
 crates. s o c. Vera loqueris. Sed, o mirabilis, hæc ratio quam percurrimus superior
 similis esse uidetur. atque hanc rursus considera, utrum nobis maneat nec ne, uidelicet nō
 multi faciendum esse uiuere, sed bene uiuere. c r i. Manet quidem. s o c. Sed
 hoc quoque manetne? bene & honeste & iuste uiuere idem esse? c r i. O. Constat. s o-
 c. Igitur ex his quæ confessi sumus, hoc considerandum, utrum iustum sit conari
 me hinc exire Atheniensibus non dimittentibus, uel iniustum: ac si appareat iustum esse,
 tentemus, si minus, omittamus. Quas uero tu affers considerationes de pecuniarum sum-
 ptu, de uulgaris opinione, de filijs educandis: cauendum est, o Crito, ne excogitationes re-
 uera horum multorum sint, qui facile interficiunt, atque eorum qui similiter inquam, si
 possent, reuiscerent, & id quidem absque mente. Nobis uero quandoquidem sic exigit

ratio, nihil aliud attendendum est quam modo dicebamus, utrum agemus iusta peccatis largiendo, gratiamque habendo his qui me hinc educant: utrum inquam in hoc agamus iusta nos quidem educi, illi uero educentes, an potius utrinque in his omnibus agendis agamus iniuste: atque si appareat nos iniqua aggredi, ne excogitandum quidem id est, sed mansuete subire decet & mortem & quoduis aliud supplicium prius quam quicquam agamus inique. CRI. Recte loqui uideris Socrates. Considera tamen quid agamus. S O. Consideremus, o bone uir, una. Ac si qua in parte me dicentem redarguere poteris, redargue. ego enim assentiar. Sin minus: desine quaeso, o uir beate, tam totiens eadem uerba repetere, oportere scilicet me hinc Atheniensibus inuitis abire. Equidem multi facio persuaso te haec agere, non autem inuito. Attende itaque nunquid considerationis initium tibi sufficienter dictum sit, conareque quod rogatus sis ita respondere, ut maxime censeas respondendum. CRI. Conabor equidem. S O C. Dicimus sane nullo modo sponte esse iniuriandum. An forte quodam pacto iniuria facienda est, aliter uero nequaquam: uel potius iniuriari nullo modo uel bonum est, uel honestum, quemadmodum in superiori tempore saepe confessi sumus: Quod quidem & nuper est confirmatum. An forte omnes illae superiores conuentiones nostrae in paucis his diebus prorsus euauerunt, ac iam diu nos tam grandes natu homines, o Crito, tamque studiose inuicem differentes latuit nihil a pueris nos differre? An potius sic prorsus res se habet, ut iam diu dicebamus, siue affirmet id multitudo, siue neget, & siue grauiora presentibus, siue leuiora subire cogamur? Attamen iniuriam facere, omnino malum turpeque esse fatemur illi ipsi qui facit, an non? CRI. Fatemur certe. S O. Quamobrem nullo modo iniuriandum est. CRI. Nullo quidem. S O CRI. Neque si iniuriam passus fueris, ulciscendum, ut uulgus putat, siquidem nullo modo iniuriandum. CRI. Ita uidetur. S O C. Quid uero? mala alicui facere decet o Crito, an non? CRI. Non certe, o Socrates. S O C. Quid autem qui mala patitur, num mala uicissim referre illi debet qui intulit, ut uulgo uidetur? Iustum ne id esset an iniustum? CRI. Iniustum. S O C. Nempe mala inferre hominibus non discrepat ab iniuria. CRI. Vere loqueris. S O C. Neque igitur ulcisci decet, neque malefacere cuiquam hominum, quodcumque ab alijs ipse passus fueris. Et uide, o Crito, ne quid dum haec concedis, praeter sententiam tuam nobis assentiar. Per paucos enim, scio quid loquar, sic uel apparet uel apparebit. At uero quibus sic apparet, & quibus aliter, his non est communis deliberatio, sed necesse est eos cum ultro citroque consilia sua respiciunt, inuicem se despiciere. Animaduerte igitur & tu diligenter, utrum tibi mihique communis sit haec opinio, necumque sentias, atque utrum ab hoc principio exorsum deliberemus, quasi nunquam restitui sit uel iniuriari, uel ulcisci iniuriam, uel malum referre in eum qui intulit. An hic discedis uel nobis in hoc principio non consentiens? Mihi quidem & iam diu, nunc ita uidetur. Quod si tibi apparet aliter, dic, & doce. Sin autem in superioribus permales, iam quid sequatur audi. CRI. Consentio equidem & permaneo, dic igitur. S O. Dico ergo deinceps, immo potius interrogo, utrum quae quis confiteatur alicui iusta esse, facere debeat, an fallere? CRI. Facere. S O C. Ex his iam ita considera. si nos hinc abeamus praeter ciuitatis consensum, utrum male aliquibus faciemus, & his quidem quibus minime decet, uel non: & utrum in his permanebimus quae iniusta esse conuenimus, uel contra. CRI. Neque equidem, o Socrates, ad haec respondere. Neque enim intelligo. S O C. Verum ita considera, perinde ac si uolentibus nobis hinc siue aufugere, siue quomodo cumque hoc uocandum est, ueniant leges, ciuitatisque huius reipublica, & instantes nobis sic inquam. Dic nobis, o Socrates, quidnam cogitas facere? An non intelligis hac re quam aggredieris, te nobis legibus, totique patriae quantum in te est interitum machinari? An putas ciuitatem ullam amplius stare posse, ac non subuerti in qua iudicia publica nullam uim habeant, sed a priuatis hominibus contemnantur atque frangantur? Quid ergo dicemus ad haec o Crito aliaque huiusmodi? Per multa enim in hanc sententiam afferre quis potest, praesertim orator pro lege ita soluta declamans, quae quidem sententias publico iudicio latas iubet ratas esse. An respondebimus illis ciuitatem non recte iudicando nobis iniuriam intulisse? Itane aliter? CRI. Ita per Iouem, o Socrates. S O CRI. At enim leges ipsae sic responderent. O Socrates nonne nobis tecum id conuenit, standum tibi esse iudicium, quae ciuitas tulerit? Quod si leges ita loquentes admiraremur, forte dicerent: Noli Socrates

Socrates quae modo diximus admirari. immo responde, cum tibi & interrogare & respondere sit consuetum. Dic age quid nam nobis ciuitatis succenseas, quo dissoluere nos contendas. Principio nonne te genuimus: atque per nos pater tuus matrem accepit tuam, & produxit te? Dic ergo, an has inter nos leges quae sunt circa coniugia improbes, atque his aliqua in parte quasi minus rectis succenseas. Nihil succenseo dicerem. Sed an his legibus quae educationi eruditionique natorum prouident, in qua ipse quoque eruditus es: an non recte disposuerunt haec leges ad hoc officium condita, cum iuberent patrem tuum in musica te & gymnastica erudire? Recte disposuisse concederem. Age ergo, postquam per nos genitus es educatusque ac eruditus, primo quidem num potes negare te nostrum esse & natum & seruum, ipsumque te & progenitores? Deinde cum id ita se habeat, an putas ius ex aequo tibi atque nobis esse, & quae nos tibi facere aggrediamur, eadem uicissim in nos abs te referri iustum esse iudicas? An cum nec ad patrem, nec ad dominum si eum habeas, tibi ius ex aequo sit, ut quae ab illis patiare in eos referre possis, neque si iurgio hi te laessant, contra iurgare, neque si te uerberent, uicissim uerberare, neque alia eiusmodi in eos tentare liceat: contra patriam uero ac leges tibi licebit? Adeo ut si nos iudicantes id esse iustum, interficere te uelimus, tu uicissim nos leges & patriam pro utribus coneris occidere, dicasque te in his agendis iusta facere, qui uitae curam reuera habere profiteris. An sices sapiens ut te latuerit & patri & matri & progenitoribus omnibus patriam esse anteponendam: atque esse uenerabilius quiddam sanctiusque: & in superiori forte, tum apud deos, tum apud homines mentis compotes esse patriam collocandam, colereque eam oportere magis, eique obedire, ac rigidius se gerenti mitius assentiri quam patri, & siquid iubeat uel dissuadere illi quantum liceat, uel facere, & patientissime sustinere quicquid iusserit patiendum? Ac siue mandauerit uerberare, siue in uincula conijci, siue in praedium miserit ad uulnera excipienda mortemque subeundam, obediendum est omnino. Ius enim ita dicitur, & neque tergieris sanidum, neque fugiendum, neque ordinem deferendum, sed & in bello, & in iudicio, & prorsus ubique ea sunt quae reipublica patriaeque iusserit, facienda: aut certe uerbis quatenus iustum est, ut licet ad persuadendum illi, eamque placandam. Vi autem uti nefas est, uel contra matrem, uel contra patrem, maxime uero omnium contra patriam. Quid nam ad haec dicemus Crito, uerane loqui leges, an contra? CRI. Mihi quidem uidentur. S O CRI. Proinde leges forte dicent. animaduerte, o Socrates, utrum uere dicamus te iniusta contra nos aggredi. Nos quidem quae te & alios ciues genuimus, educauimus, nutriuimus, particeps bonorum omnium quae in nostra erant potestate effecimus: tamen permittimus cuiuslibet Atheniensium cognitum iam ciuitatis moribus legibusque & reipublica gubernandae forma, si cui non placeamus, licere acceptis suis quocumque placuerit hinc abire. Nec ulla ex nobis legibus impedit aut denegat, siue quis uestrum cui nos ciuitasque minime placeamus, in coloniam aliquam hinc uelit discedere, siue habitationem alio transferre cupiat, quo minus id pro arbitrio facere ualeat, secum que sua perferre. At uero quicunque ex uobis, postquam cognouerit quemadmodum nos iudicia disponimus, & in caeteris omnibus regimus ciuitatem, permanserit tamen, hunc iam asseueramus opere ipso conuenisse nobiscum quaecumque iusserimus se facturum. Atque etiam qui non paruiter, tripliciter iniuriari censemus, & quod genitricibus nobis non obtemperat, & quod nutricibus non obsequitur, & quod pactus nobis obedire, neque obedit, neque periuadere nobis studet, si quid minus recte facere uideamur. Cumque praecipua nostra libere proponamus, neque mandemus rigide, sed permittamus alterum e duobus, aut uerbis persuaderi nobis, aut mandata explere, tu horum neutrum facis. His ergo criminibus te, o Socrates, obnoxium iudicamus fore si quae cogitas feceris, nec minime Atheniensium te, sed maxime omnium. Ac si causam requiram ob quam praeceteris sim obnoxius, forte iuste me remorderent, dicentes me maxime omnium Atheniensium ciuitatis legibus consensisse. sic enim inferrent. Magna nobis, o Socrates, horum sunt argumenta, tibi nos ciuitatemque placuisse. Nunquam enim maxime omnium Atheniensium contra quas in ea moras traxisses, nisi tibi mirifice placuisset. Ita que nec spectaculi gratia, urbe unquam egressus es, nisi semel in Isthmum, nec alio usquam nisi in militia, neque aliam fecisti

Num ulcisci
licet

Abindictm omnino ab
inueniendy

pergrinationem unquam, quemadmodum ceteri solent, neque alterius ciuitatis te cepit cupiditas altarum ue legum: sed nos tibi nostraque ciuitas satisfecimus, usque adeo ue hementer probasti nos, nostrisque moribus uicturum te consensisti, tum in ceteris rebus, tum quia in ea filios procreasti, utpote quae tibi placuerit. Quinetiam licebat tibi in ipso iudicio exilium postulare si uoluisses, atque quod nunc inuita ciuitate aggredieris, tunc ea uolente poteras facere. Tu uero uerbis tunc te extulisti, quasi non grauius ferres si mori te oporteret. Quinimmo mortem ipsam, ut dicebas, potius quam exilium elegisti. Nunc uero nec uerba illa tua erubescis, neque nos leges uereris, sed nobis interitum machinaris. Facis autem quod deterrimus faceret seruus, fugam arripere tentans contra pactiones conuentionesque, in quibus conuenisti nobiscum nostris te praebens institutionibus gubernandum. Primum responde nobis, num id ipsum uere dicamus, consensisse non uerbis sed re ipsa moribus nostris gubernari debere. An non uera haec sunt? Quid ad haec dicemus Crito, an non confitebimur? CRITO. Necessesse est, o Socrates, socrate. Nonne igitur, leges inquit, conuenta nobiscum & pacta transgredieris, quae neque coactus es nobiscum intrare, neque ad breue tempus deliberare ad haec eligenda es compulsus, sed annos septuaginta deliberare licuit? Quo in tempore licuit & abire, nisi tibi placuissent, conuentionesque iustae tibi uisae fuissent. Tu uero nec Lacedaemonem, neque Cretam nobis anteposuisti, quas ipse urbes assidue praedicas recte gubernari, neque aliam ullam, uel Graecarum ciuitatum, uel Barbararum. Immo ex hac rarius peregrinatus es quam claudi & caeci manci que alij soleant. Vique adeo Atheniensis tibi praeceteris ciuitas placuit, atque nos, uidelicet leges. Cui enim placeat potest ciuitas, cuius non placeant leges? Nunc uero non permanes in his, in quibus iam diu nobis tibi que conuenit. Permanebis certe si nobis credideris, ne egrediens urbe de ridendus euadas. Considera rursus si haec transgressus fueris, & ea quae inique cogitas perpetraueris, ad quid tandem id uel tibi, uel necessarijs tuis conducet. cuique enim constat in periculo necessarios tuos fore, ne ipsi quoque in exilium expellantur priuenturque ciuitate, & patrimonio suo expolientur. Tu autem siquam in ciuitatem finitimam te cotuleris, uel Thebas, uel Megaras, utraque enim gubernatur recte, hostis primum re publica illius accedes, & omnes quibus cura est patria, despicient abominabunturque te, corruptorem legum existimantes. Ideoque confirmabis eorum qui te damnarunt opinionem, ut recte contra te tulisse sententiam uideantur. Quisquis enim corruptor est legum, is potissimum & iuuenum imperitorumque hominum uidebitur esse corruptor. Quid ergo? ciuitatesne quae recte gubernantur, & modestissimos quosque homines deuitabis? Atqui si id feceris, uitane dignus eris? an forte impudenter te his admiscebis, nec erubescas de eisdem apud eos differere, de quibus apud nos consueuisti uirtutem uidelicet & iustitiam, legesque, & instituta legum plurimi esse existimanda? neque putas absurdum, & ab his dissonans apparere Socratis factum? Proculdubio putandum est. Forte uero ciuitates has declinans in Thessaliam ad Cironis hospites abibis. Illic enim absque ordine & temperantia uiuunt. Ac forsitan libenter illi te audient, narrantem quemadmodum e carcere ridicule fugeris: ut facem quandam tibi superimponens, aut corio tegens, uel alijs quibusdam te inuoluens, quemadmodum solent qui fugam surripiunt, & in alteram figuram te transmutans illinc aufugeris. Quemadmodum uero uir fenex paruo admodum tempore ut uersimile est uidetur, ausus fueris ob uiuendi cupiditatem in tam fordida inopia uiuere, maximas transgressus leges, nullusne dixerit? Forte si neminem offenderis. Alioquin multa, o Socrates, atque indigna te audies. Viues autem obnoxius cunctis hominibus atque deseruiens. Quid uero facies in Thessalia? Conuiuia ne frequentabis? utpote qui in Thessaliam quasi ad coenam aliquam aduentaueris? Disputationes uero illae de iustitia, ceteris que uirtutibus ubinam ulterius nobis erunt? Ernim uero filiorum gratia uiuere cupis, ut nutrias eos atque erudias. An ergo in Thessaliam eos perduces, ut illic nutrias eos, atque erudias, hospites eos efficiens, ut hoc in supercommodi abs te reportent? An id quidem non facies, hic uero relictum melius te uiuo alteratur, atque erudientur a necessarijs tuis te absente? Vtrum uero si in Thessaliam abibis, tui id curabunt: sin autem in alteram transibis uitam, non curabunt? Perfecto siquid opus est in his

Qualis sit corruptor legum

est in his qui aiunt se tuos necessarios esse, credendum est curaturos. Ceterum, o Socrates, fidem nobis adhibens nutricibus tuis, neque filios tuos, neque uitam, neque aliud quicquam pluris facias quam iustitiam, ut cum in uitam alteram transmigraueris, ualeas illic praedibibus horum omnium reddere rationem. Nempe si leges transgressus haec feceris, neque melius, neque iustius, neque sanctius id uel tibi continget, uel tuis, neque illuc tibi profecto conducet. Quin potius iniuriam passus abito, si abieris, non a nobis quidem legibus, sed ab hominibus. Verum si adeo turpiter aufugeris, etiam uerba uice iniurias male referens, conuentiones nobiscum initas & promissa transgressus, atque laedens eos quos minime oportebat, te ipsum scilicet & amicos & patriam, nos que leges, nos utique & iuuenti tibi insensae hic erimus, & in altera uita leges quae illic sunt nostrae sorores, haudquaquam te benigne recipient, scientes te nos pro uiribus disperdere conatum fuisse. Quamobrem ne Crito aliter tibi quam nos persuadeat, caueto. Haec equidem o dulcis amice Crito, audire uideor, quemadmodum Corybantes tibias audire se putant. Atque in me sermonum eiusmodi sonitus adeo reboat, ut alia audire non possim. Vides quae in praesentia mihi apparent: quibus siquid contradicere aggrediaris, frustra conabere. Veruntamen siquid te profecturum confidis, dicas. CRITO. Ego uero quod dicam, o Socrates, nihil habeo. SOCRA. Desine ergo Crito, & pergamus haec quandoquidem habet nos Deus ipse ducit.

ARGUMENTVM MARSILII FICINI
IN PHAEDONEM



OSTER de religione liber rem satis per se notam probat, Christi uitam esse uirtutis totius ideam. Octauus autem Epistoliarum nostrarum liber, Socratis uitam, uita Christianae imaginem quandam, aut saltem umbram esse demonstrat: & testamentum quidem uetus per Platonem confirmat, nouum uero per Socratem. Quod autem ad Socraticam hanc spectat similitudinem, si quis dubitat, Xenophontem atque Platonem legat, & ceteros qui dicta simul atque Socratis conscripserunt, praecipue Platonis Gorgiam, & apologiam, Critonem atque Phaedonem. Huius ergo Phaedonis deinceps argumentum passu, immo saltu celeri percurreremus. Eius enim mysteria satis in theologia exposuisse uidemur. Vnum hoc in primis admonebimus, ne quis admiretur Socratem inter argumentationes ad immortalitatem animae pertinentes praetermississe hic illam, qua sola confidit in Phaedro, Animam scilicet esse principium motionis, unde sequatur eam per se perpetuo que moueri, semperque uiuere. Id enim ideo factum est ad Socrate, quoniam eiusmodi ratio non solum nostris, sed celestibus etiam, atque demonicis animis est communis. In Phaedone uero rationes nobis magis propriae requiruntur. Sed iam ad dispositionem dialogi breuissimam ueniamus. Principio obseruandum est, quam mirifice Socrates consoletur amicos, qui eo praecipue die quo uenenum bibiturus erat, in carcere quasi consolaturi eum salutarum uerunt. Deinde quam religiose obseruet uel somniorum praeccepta quasi quaedam oracula: & quam in eo apud prime cautus sit, ne minimum quid circa diuina mandata delinquat. Tertio memorie mandandum est, homines sub assidua Dei esse custodia, neque licere nisi quando Deus uoluerit, hinc emigrare. Quarto aduertendum est diligenter quid sibi uelit, ubi ait sperare quidem se in obitu ad bonos uiros, deosque alios bonos iturum: sed magis affirmare ad bonos deos quam ad bonos uiros iturum. Primo quidem quod dicit deos alios atque ualde bonos, intelligit praeter sphaerarum animas esse mentes angelicas sphaeris sublimiores. In quarum familiaritatem animas quoque nostras quandoque admitti posse sperat: neque tamen audeat asserere, propterea quod plerisque sapientibus uidebatur satis fore animae factum, si ad consortium animarum celestium quandoque recipiatur. Immo uero dubitatio proprie super eam partem cadit, quae bonos appellat uiros. Non enim audeat deinde hominum animos affirmare eadem ratione bonos, quae deos dixerat bonos. Post haec seipsum simul amicosque sub persona philosophantis consolaturus, ait. Cum totum philosophantis studium sit quaedam a corpore separatio, per eamque perficiatur quotidie, nimirum separationem a corpore quae fit per mortem, non modo non timere debet, sed optima cum spe latitiaeque expectare. Mox duobus modis ostendit

philosophum à corpore animi separare. Primo quidem à perturbationibus per morales disciplinae purgationem, deinde à sensibus atque ipsa imaginatione per contemplationis ipsius intentionem. Medici sapientes dupliciter utuntur purgatione, Prima quidem leniendo. Secunda uero soluendo: scientes neque satis esse lenire, neque tutum soluere antequam lenias. Similiter apud philosophos moralis antecedit purgatio quasi leniens, non enim interiores imaginationis morbos, id est, deceptiones excirpat. Sequitur purgatio speculatrix imaginationis quoadque pro uiribus discutiens nebulas. Ante uero moralem purgationem aggredi speculationis officium non est tutum, nequis uitiorum morbis infectus ipso speculationis acumine abutatur ad iniustitiam impietatemque defendendam. Ex his concludit philosophum mentis aciem quatenus à corporeis segregat, eatenus incorporeis rationibus ideisque coniungere. Sed cum multa quae à corpore animo inferuntur incommoda numerasset, subiunxit extremum maximumque malorum esse fallaciam illam, qua imaginatio mentem ad incorporea se eleuantem, interim ad imagines quasdam corporum sepiissime distrahit, cogitque ipsa modo quodam corporeo cogitare. Post haec ex eo quod animus ipsam separatarum rerum ueritatem quam naturaliter appetit, corpori coniunctus assequi nequit, per disunctionem infert, aut nunquam assequi, aut post mortem. Nunquam uero assequi non est consentaneum: Quippe cum ab omni mente perpetuo appetatur. Proinde improbat illos, qui temperantiam esse se putant abstinere à minoribus corporis uoluptatibus, ut maiores deinde uoluptates corporis consequantur. Rursus qui fortitudinem definiunt, superare timores quosdam eorum timorum gratia qui nos iam superauerint. Vult enim omne moralis uirtutis officium in quadam animi purgatione uersari sapientiae gratia. Alioquin nullam esse uirtutem. Immo uero humanam quoque sapientiam nominat purificationem quandam, perinde quasi existimet nihil aliud sapientiae nostrae meditatione nos consequi, quam puritatem quandam, quam mox illuminatio diuina sequatur, quae proprie sapientia sit. Significat praeterea non tam habitum aliquem nostris laboribus acquisitum, quam purificationem ipsam nos deo coniungere. His actis immortalitatem animae probaturus ait, ex uno contrariorum genere in alterum progressionem fieri, atque uicissim regressionem. Ideoque sicut ex uiuentibus fiunt mortui, sic ex mortuis uiuentes quandoque resurgere. Vbi uidetur mortuorum resurrectionem uaticinari, quam et in Politico comprobatur. Praeterea per longas ambages innuere, sicut et substantia caeli et elementorum materia in fine de dispositione alia uicissim pertransit in aliam: sic et animam rationalem, quae principium motus et uitae generationisque est, posse in fine coniungi corpori uicissimque separari. Si quidem et uoluntate natura substantiae diuturna uicissitudine qualitates mutant, et ubique uirtute animae fit circuitus sempiternus. In sequentibus tandem ingenti quadam fiducia resurrectionem quam innuerat, asserit. Aggreditur deinde rationem de reminiscencia, idem quod et paulo ante probantem, animam et ante corpus uiuere, et post corpus. Tu uero eiusmodi rationes esse intellige Pythagoricas. Atque ex illis quod ad ueritatem magis conuadit eligito. Ait ergo si disciplina reminiscencia est, uixerunt animae ante corpus. Reminiscenciam uero esse, duobus praecipue probat modis. Primo quia recte interroganti, saepe uera de his quae nunquam didicimus respondemus. Deinde quoniam ex notitia eorum quae sentiuntur, subita quadam abstractione notitiam ascendimus idearum, seu cognoscendo haec aequalia in ipsis aequalitatis cognitionem. Vbi cognoscimus deficere haec ab illis, atque aniti similia fieri: rursus quantum accedant, et quae magis, quaeue minus. Cumque id per omnem agamus uitam, necesse est ideam ipsam ante ortum nos habuisse. Non enim perfecte rei notitiam subito ex imperfectis accipimus. Ostendit autem duobus modis ideas esse. Primo. Quodlibet subiectum quod appellatur aequale, potest etiam dum per substantiam manet idem, inaequale et fieri et uideri. Aequalitas autem nequit unquam inaequalitas uel fieri uel uideri. Praeterea aequalia haec uelut imperfecta inaequalitatem participant, aequalitas uero ipsa nequaquam. In sequentibus nota quanta asseueratione asserit ideas, addatque idearum essentiam esse nostram. Atque cum animus noster singula referat ad ideas, ipsum ostendere se una cum idearum essentia sempiternum esse, atque eam agnoscere tanquam suam. Nota insuper nulla in re magis elaborandum esse, quam ut per immortalitatis demonstrationem mortis metum, quasi morbum grauissimum, expellamus. Confestim aliam aggreditur rationem à proportionem intellectus ad intelligibile ductam. Intelligibile uero ipsum, ideam ipsam incorpoream sempiternamque appellat. Cumque intellectus cum ipsa uelut obiecto proprio congruat, concludit hunc intellectum incorporeum sempiternumque esse, praecipue cum dominetur corpori, mortalibusque repugnet. Proportionem uero mentis cum idea confirmat ex eo, quod quotiens non impeditur ad eam se conferre, eiusque commercio gaudet, atque perficitur. Quod autem postquam dixit animam esse omnino indissolubilem, subiunxit, uel rei omnino indissolubili propinquam, hoc additum intellige, quoniam in Timaeo probatur, deum solum omnino indissolubilem esse: caetera uero si comparentur ad deum, dissolubilia quodammodo iudicari, quia quodammodo et composita, quamuis illa quae optime composita sunt, id est, seorsum ab elementalibus materia, non dissoluantur unquam. Animae igitur tam nostrae quam diuinae indissolubili deo propinquae sunt, ipsae quodammodo solubiles, sed dissoluede

dissoluede nunquam. Praeterea uocat id omnino indissolubile, in quo neque essentiae, neque actionis partes ulla sparguntur. Anima igitur et secundum essentiae partes non spargitur, tamen per actionis partes diffunditur. Tempore enim et mobilitate agit. Proinde subdit puram animam post obitum ad pura et aeterna redire, impuram uero terrenis; in se ipsam ad similia retrahi atque terrena, saepeque uideri. Profecto affectio erga corpora in anima remanens, non per se proprie facit ut anima uideatur, cum affectio non sit uisibilis: efficit tamen ut anima non nihil uisibile secum trahat, id est in uoluerum quoddam uel aereum, uel ex spiritibus uaporibusque corporis sui constitutum, ut uult Proclus, uel nuper ex circumsuso aere congregatum. Certe hic Plato significat quod uult Proclus, scilicet inter corpus aethereum, quod et immateriale est et simplex et sempiternum, atque corpus terrenum, quod est materiale, compositumque, et ad breue perdurans, esse corpus aereum, materiale quidem, sed quodammodo simplex et longioris aui, in quo animae diutius habitent etiam post discessum: quod hoc dissoluto, corpus iterum compositum induantur, uidelicet si purgatae non sint: si uero purgatae, cum solo aethereo caelum petant. Quod animarum transitum narrat in bestiis, Pythagoricum est. Idque intellige, uidelicet animas nostras non tam uiuificare corpora bestiarum, quam purgatorij gratia per brutam imaginationem suam quodammodo brutorum imaginationi misceri, quemadmodum impuros aiunt demones insanorum imaginationi saepe permixtos. Sic utique excepto Plotino plerique exponunt Platoniorum, quod quidem patet ex eo, quod non dicit animam fieri bestiam, sed induere, subire, transire. Concludit solos in deum recipi, qui per ueram philosophiam purgati discesserint. Audi praeterea uinculum animae cum corpore nihil esse aliud quam amorem, scilicet naturaliter pro uidentem. Item quoties anima per instrumentum agit circa formas in subiecto iacentes, nihil lynece cognoscere, sed solum quando per se ipsam conuertitur ad formas in seipsis simpliciter existentes. Disce hic quoque animam ex eo quod rebus corporeis oblectatur et pascitur, euadere corporealem: atque hinc usque adeo falli, ut sola corporea iudicet esse uera, cum omnino sit contra; fallaciam cuiusmodi malorum omnium esse grauissimum. Accedit quod anima iam facta corporea post obitum quoque, ab incorporeis seorsum circa corporea labitur. Conclude animam suae puritati penitus restitutum, nullo modo suae immortalitati diffidere. Cygni fabula Pythagorica est, atque allegorica. Pythagorica quidem, ubi dicit cygni animam superuiuere. Allegorice uero intelligitur cygnus in numero solarium animalium contineri, et Socratem solarem esse, tum quia Phaei oraculo approbatus est, tum quia mentibus hominum medebatur. Adde uaticinium esse quadruplex, diuinum, demoniacum, humanum, naturale. Idque uultimum in bestiis fieri quodam instinctu nature. Intellige etiam cygnos innocentes sine philosophia homines: qui cum mortem saepe minime timeant, significant philosophos absolutos timere eam nullo pacto debere. Animaduerte deinde difficillimum esse in hac uita substantiam animae intelligere, quoniam uidelicet sub corpoream speciem intuemur. Ideoque tutissimam rationem ad animam comprehendendam esse, tum moralem purgationem, tum metaphysicam abstractionem. Vbi uero minus id sufficiat, opus esse diuino quodam uerbo, id est, reuelationibus diuinitus factis atque miraculis. Nos uero hic diuini uerbi mysterium à Platone significatum considerare debemus. Tradit deinde duo in disputando precepta. Primum, ne rationibus ullis absque longa examinatione credamus. Postquam uero rationi cuidam sufficienti examine crediderimus, ne facile inde ob quaslibet obediencies similitudinesque amoueamur. Secundum, ne aut propriam, aut alienam in disputando personam, sed rationem duntaxat ueritati consonam cogitemus. Sequuntur dubia contra animam, ne forte consonantia quaedam sit humorum, atque uel prius corpore, uel una cum ipso, uel inde ad tempus aliquot dissoluetur. Quae quidem dubia Socrates ita soluit. Si disciplina reminiscencia est, ideoque ante corpus uixit anima, nequit anima esse corporis consonantia, quippe cum consonantia partes ex quarum concursu fit, non antecedit, sed consequatur. Si eadem est consonantiae ratio, atque anima, sicut altera anima non magis anima est, quam altera, ita neque consonantior erit, temperans igitur anima nihilo plus consonabit quam intemperans. Si consonantia necessario ea sequitur, ab eisque ducitur ex quibus ipsa constat, non potest anima corporis consonantia esse, quod quotidie ducit, cui saepe repugnat. Caeterum antequam dubitationes absoluat, rationes quae immortalitatis omnino perficiant, longo discursu damnat illos qui in rerum causis assignandis ad materias quasdam et instrumenta confugiunt, asserens totam historiam naturalem insufficienter per eadem naturalia confirmari quippe cum haec omnia omniumque motus à diuinis causis efficientibus finalibus idealibusque omnino dependeant. Optat in primis finalem cuiusque rei causam atque uniuersam, id est, bonum cuiusque, et uniuersi bonum, cuius quidem boni potestatem causam esse dicit efficientem. Quoniam uero ipsam boni amplitudinem comprehendere nequit, secundo eligit loco ideales diuinae intelligentiae rationes, ad quarum similitudines in mundi materiae am expressa sunt omnia. Inter haec nota Mosaiici mysterij confirmationem, sicut et in Timaeo. Vidit deus singula esse bona, etiam cuncta ualde bona. Ita omnia ipso bono connecti. Rursus animum corpoream intuentem, interim ad incorporeum intuitum obsecari. Neque posse ueritatem rerum haberi, nisi ad ideas confugiamus. Praeterea formulas idearum inesse mentibus nostris, ad quarum congruitatem uel con-

tra, si gula uera esse, uel contra censentur. Socratem nunquam certam idearum contemplationem intermittere conuulsisse, solasq; affirmare solere. Certam rerum causam in ideis esse sitam, immortalitatem quoq; animae ab ideis potissimum demonstrari. Processum inter ideas à minus communi per medias ad communissimam fieri. Atque descensum ab ideis ad effectum earum. Demum rationem disponit immortalitatis ex eo quod rationalis anima corpori praestat uitam, non ut accidentalis forma inherens corpori, sed ut substantialis in seipsa perma-nens, ex se formaliter uiuens quasi quaedam uita corporalis idea, atque per se efficienter corpus uiuificans. Ideo, quae concludit animam non posse suscipere mortem, cum mors uita opposita sit, anima uero et uitam propriam habeat, et maneat in seipsa, adeo ut neque per se proprie, neque per subiectum aliud mortem suscipere ualeat. Post haec ex eo quod anima sit immortalis, cohortatur omnes ad moralem speculatiuamq; disciplinam, ut animus et per uoluntatem et per intellectum purgatus atque perfectus, his quasi duabus alis in caelestem patriam reuolet. Confirmat interim esse animam immortalem, quia neq; uirtus tandem obesse, neq; uitium prodesse debeat. obesse autem laboriosa uirtutis uia bonis, atq; contra prodesse uoluptuosa malis uita, nisi foret animus immor-talis. Ac ne quis fortasse neget posse post hanc uitam uel uitium obesse, uel prodesse uirtutem, subiungit ani-mam affectiones et habitus tam uoluntatis quam intelligentiae comparatos, siue bonos, siue malos secum ferre, subito uel laesos uel profuturos. Demonem namq; ducem omnes ad diuinum iudicem uita repente perducere in locum communi iudicio deputatum, in aera scilicet minus puros, et in aethere puriores, ibiq; iudicatos ab alio rursus daemone per triuuium ad sua, id est, sibi similia singulos trahi. Per triuuium inquam, quid alij mittun-tur in caelum, alij in tartarum, alij uero in medias regiones. Ducit autem eos demon, in bonis quidem intelligen-tiam mouens, in malis autem imaginationem affectumq; perturbans. Quod autem dicit iniquos absq; duce errare, absque benefico intellige duce. Adde quod neque quod trahantur agnoscent, et uiolentia rapiuntur. Caeterum antequam animarum distribuat sortes, orbem terrae describit, dicens esse quasdam terrae plagas, atque il-las quidem amplissimas, et usque adeo altas, ut uentis et imbribus non pulsantur. Vbi temperatissimus aer sit, sub quo preciosissima quaeq; nascuntur, homines acutissimi sensibus, uitaeq; longeni. Sunt qui uelint et homines et alia illic nascantia quamplurimum ex aethere aereq; componi, quam minimum uero ex crassioribus elemen-tis: ut hominum corpora quasi aerea sint, fructibusq; maxime aereis nutriantur. Quod ne quis tanquam impossibi-le neget, Olympiodorus Aristotelis adducit historiam, in qua Aristoteles uidisse inquit hominem qui solo aere nutriebatur et sole. Quod autem terrae sublimis faciem in duodecim diuidit plagas, inde prouenit, quia duodecim congruit zodiaci signis, duodecim sphaerarum regitur animabus, et duodecima est mundi sphaera, atque ueluti totius fundamentum duodecaedram illam sibi usurpat figuram, quam Timeus attribuit mundo. Sed de hac ipsa figura, deq; alijs terrae proprijs questionibus, in Timeo dicemus. Tu uero terrae huiusmodi ha-bitationem terrestri Moysi paradiso similem esse memento. Proinde flumina sub terra describit, quibus anime nutriuntur. Quae quisquis secundum nostri corporis humores animiq; perturbationes in hac uita nos affligent-tes exponit, non nihil adducit simile uero, ueruntamen ueritatem integram non assequitur. Plato enim et hic et in republica significat premia uirtutum et supplicia uitiorum ad alteram uitam potissimum pertinere. Acheron igitur sub terra flumen locus est purgatorius, atque ad curam pertinet et moerorem. respondet quoque aeri, parti que mundi meridiana. Phlegeton igni respondet atque orienti, uimque puniendi conuul-si nei per calorem, et ira cupiditatisque feruorem punit. Styx Cocytusque respondet terrae atque occidui, odiumq; per luctum stumq; puniunt. Differunt uero hoc inter se solum, quod Styx exoriens appellatur, Cocytus uero progrediens. Tartarum infimum tenere uult inferni locum, in quo secleratissimi non medicit-nae, sed exempli gratia affligantur, quemadmodum hic et in Republica legitur et Gorgia. Addunt qui-dam ad haec flumina Oceanum quoque quodammodo pertinere, aquae septentrioniq; respondentem, in quo distinguendi definiendiq; uirtus intelligatur. Tu uero quod de fluminibus dicitur, potissimum de demoni-bus numinibusq; intellige, flagitiosos tali quodam ordine punientibus. Profecto peccata facile sanabilia sunt, quae nondum in habitum sunt conuersa. Difficile uero sanantur quae iam habitum genuerunt. Verum tamen una cum quadam rationis repugnantia committuntur, et committentes afficiunt poenitentia. Insanabilia uero sunt omnino, quorum habitus et repugnantiam et poenitentiam procul fugat. Prima pun-gantur in Acheronte. Secunda, si ad prima uergant, puniuntur in Phlegetonte: si ad tertia, in Styx-ge, atque Cocyto. Tertia affliguntur in Tartaro, ex quo, ut Plato inquit, nunquam egrediuntur. Quo uero pacto alij aliter id exponant, in praesentia libentius praetermitto. Affligi uero possunt anime non tantum per imaginationem infeliciter à demonibus agitatas, sed per aerea quaedam corpora, quae uel hiculi et cymbae nomine designantur. Praemia uero sic Plato distinguit. Anima quae iuste et sancte siue philosophia uixerunt, sublimia terrae, qualia supra descripsimus, ascendentes, in tenuissimis spiritalibusq; ibi corporibus habitant. Quae uero ciuilibiter propterea philosophata sunt, cum splendis caelestibusq; corpori-bus

bus caelum colunt. Sed quae per exactam philosophiam perfecte purgatae sunt, in locum supercaelestem euolant, ubi absq; corporibus omnino, ut Plato hic inquit, totum per tempus uiuunt. Quae uero id ratione exponant non nulli, consulto non recensebo. Porphyrius certe atque Iamblichus tradunt animas deo perfectissime reseruitas nunquam cadere. Quod quidem congrue respondet oppositis, quae ex tartaro nunquam emergere iudicantur. Quod quidem si ita sit, circuitus iam infiniti tollentur: Temporales uero circuitus adhiberi purgationis cuiusdam gratia uidebuntur. Socrates tandem gallum Aesculapio sacrum se debere fatetur, reddiq; diligentissime iur-bet. Prisci Aesculapio medico Phaebo filio gallum sacrificabant dicit solisq; nuncium, id est, diuinae beneficentiae morborum omnium curatrici, quae diuinae prouidentiae filia nominatur, diem, id est, uita lumen debere se fateban-tur. Eiusmodi medicum in superioribus perquirere iusserat morborum animi curatorem. Et quasi iam omni du-bitationis metuq; morbo liberati sint, gratiam uictimamq; deo referri iubet. Praeterea oracula priscorum tra-dunt, animas remeantes in caelum, paeana, id est, triumphalem cantilenam canere Phaebo. Reddit ergo deo no-tum, ut alacer Paeana canens caelestem patriam repetat.

PHAEDO VEL DE ANIMI IMMOR-TALITATE, VEL DE ANIMA AD LAURENTI-um Medicum

DIALOGI PERSONAE

ECHECRATES, PHAEDO, APOLLODORVS, SO-CRATES, CEBES, SIMMIAS, CRITO, MINISTER VNDECIM VIRORVM.



PSENE, o Phaedo, affuisti qua die Socrates uenenum bibit in carce-
re, an ab alio audiuit? PH. Equidem, o Echeocrates, affui. ECH. Quanam sunt ea quae uir ille antequam moreretur, locutus est? Et quomodo e uita discessit? Libenter enim audirem. Nam neq; quisquam Philaistorum ciuium frequenter proficiscitur nunc Athenas, neq; iam diu hospes aliquis inde ad nos accessit, qui certum aliquid ea de re nunciare nobis posset, nisi illum potato ueneno e uita mis-grasse. De caeteris uero nihil quid referrent habebant. PH. Nec ergo quae ad iudicium pertinebant, quo pacto tractata fuerint audiuitis? ECH. Audiui-mus. haec enim nobis quidam reulit. Et admirati profecto sumus, quod iam peracto iudi-cio, diu postea obiisse uideatur. Quid nam in causa fuit, o Phaedo? PH. Sorte quadam id Socrati, o Echeocrates accidit. nam pridie quam iudicaretur, ornari contigit puppim na-uis eius, quam mittunt Athenienses in Delum. ECH. Id uero quidnam sibi uult? PH. Haec est illa nauis, ut aiunt Athenienses, in qua Theseus olim bis septem illos secum tulit in Cretam, seruauitq; illos, & ille seruatus est. Vouerat autem, ut fertur, Apollini, si serua-
rentur, quotannis in Delum spectaculum quoddam mittere. Quod quidem nunc etiam ac semper ex illo tempore singulis ad deum mittunt annis. Cum igitur spectaculi princi-pium agitur, ex lege interim lustrant urbem, neminemq; eo tempore publice necant, do-
nec Delum peruenerint nauis, rursusq; Athenas reuertatur ex Delo. Id uero non nunquam longo peragitur tempore, quando eos occupant uenti. Initium uero spectaculi est post-
quam Apollinis sacerdos nauis illius coronauerit puppim. Id uero, ut modo dicebam, pri-die quam iudicaretur, factum erat. Quam obrem longum tempus Socrates fuit in carce-
re iudicium inter atque mortem. ECH. Circa uero mortem ipsam, o Phaedo, quae nam sunt ab eo dicta, quae facta, quae familiarium aderant? An forte magistratus adesse non permittebant? atque ita orbatus decessit amicis? PH. Permittebant quidem. Ideoq; aderant aliqui, & quidem multi. ECH. Hae igitur omnia para te quam planis-sime nobis referre, nisi quid negotij te impediatur. PH. Otiosus equidem sum, atque enarrare uobis conabor. Quippe cum meminisse Socratis siue ipse loquar, siue loquen-tes alios audiam, mihi semper omnium sit dulcissimum. ECH. Similiter, o Phaedo, hos qui te audituri sunt, affectos habebis. Sed iam pro uiribus diligentissime refer-
pinnia. PH. AEDO. Atqui mira quadam ratione, o Echeocrates, illic praesens affectus
eram

eram. Neque enim misericordia me habebat, ut familiarissimi uiri morti presentem. Sa-
ne beatus uir ille mihi, o Echecrates, uidebatur, tum animi illius habitum, tum oratio-
nem consideranti: adeo intrepide generoseque migrabat e uita, ut uideretur mihi illum in
uitam alteram, non absque diuina sorte migrare, sed illic quoque beatum fore, si quis un-
quam alter. Quamobrem neque admodum commouebam, ut consentaneum uideretur ho-
minem rei presentem lugubri commoueri: neque rursus afficiebar laetitia, quem admodum
solebamus alias cum in philosophia uersabamur. Nam sermones quidem eiusmodi er-
rant, sed reuera affectus quidam mirus atque insolita uoluptatis dolorisque permixtio me
inuaserat, considerantem illi paulo post moriendum fore. Et quicumque aderamus fer-
me similiter eramus affecti, alias quidem ridentes, alias uero lachrymantes. Vnus au-
tem praeter ceteris Apollodorus: nostri enim uirum, eiusque morem. E C. Quid nisi? P H. Il-
le igitur ita prorsus erat affectus, atque ego ipse alijque omnes distractum similiter pertur-
batione animum habebamus. E C. Sed quinam forte aderant, o Phaedro? P H. Cuius qui-
dem & indigenae aderant, ipse Apollodorus, & Critobulus, paterque eius Crito: rursus
Hermogenes, Epigenes, Aeschines, Antisthenes. Aderat & Cressippus Paeaneus, &
Menexenus, atque alij quidam indigenae. Plato autem, ut arbitror, aegrotabat. P C. Sed
num aliqui aderant peregrini? P H. Aderant & peregrini, Simmias Thebanus, & Ce-
bes, & Phaedonides: Megarenses uero Euclides, & Terpsion. E C. Aristippus autem &
Cleombrotus nunquid aderant? P H. Non. In Aegina enim dicebantur esse. E C. Ade-
rantne insuper alij? P H. Hos ferme quos narraui interfuisse existimo. E C H. Dic uero
quales fuerunt sermones? P H. Conabor equidem a principio tibi omnia enarrare. So-
lebamus quotidie diebus superioribus ad Socratem proficisci ego atque alij, conuenien-
tes mane in illa curia in qua & iudicium factum fuerat. Carceri enim erat proxima. Col-
loquentes igitur inter nos opperiebamur semper illic quoad carcer aperiretur. aperieba-
tur enim haud admodum mane. Eo autem aperto ingrediebamur ad Socratem, & ad
plurimum diem cum ipso confabulabamur. Tunc ergo prius solito conuenimus. Pri-
die namque eius diei cum e carcere egressi essemus uespere nauem ex Delo audiuimus re-
disisse. Itaque ediximus inuicem summo mane nobis fore ad locum solitum redeundum.
Cum uero reuersi essemus, exiens nobis obuius ianitor qui nos solebat admittere, expe-
ctare iussit, nec prius ingredi quam ab ipso accersiremur. Soluunt enim, inquit, undecim
uiri Socratem, illique denunciant hodie mortem esse obeundam. Neque deinde admodum
commoratus redijt ad nos, iussitque intrare. Itaque introeuntes Socratem quidem inueni-
mus compedibus paulo ante solutum: Xanthippen uero, nostri mulierem, iuxta sedentem,
puerumque eius manibus tenentem. Quae nos cum uidisset, euolare coepit, & qualia mul-
eres solent exclamare: O Socrates, inquit, nunquam amplius affabuntur te tui familiares,
neque tu illos. At Socrates Critonem intuitus, O Crito, inquit, deducat quis hanc do-
mum. Et illam quidem reduxerunt quidam Critonis domestici, uociferantem atque pla-
gentem. Socrates autem sedens in lectica, contraxit ad se crus, manuque perfricuit, atque
interfricandum sic inquit. Quam mira uidetur, o uiri, haec res esse, quam nominant homi-
nes uoluptatem, quamque miro naturaliter se habet modo ad dolorem ipsum, qui eius co-
trarius esse uidetur. Quippe cum simul homini adesse nolint. Attamen si quis prosequi-
tur capiteque alterum, semper ferme alterum quoque accipere cogitur, quasi ex eodem uer-
tice sint ambo connexa. Arbitror equidem Aesopum si haec animaduertisset, fabulam
fuisse facturum: uidelicet deum ipsum cum ipsa inter se pugnantia uellet conciliare, neque
id facere posset, in unum saltem eorum apices coniunxisse, proptereaque cuicumque adest al-
terum, eidem mox alterum quoque adesse. quod quidem mihi accidit in praesentia. Siqui-
dem modo crus propter uincula afficiebatur dolore, sed hunc succedere uoluptas iam ui-
detur. Ad haec Cebes, per Iouem, inquit, o Socrates, opportune mihi id in memoriam re-
uocasti. Cum enim poemata composueris, sermones intendens Aesopi scripto in Apol-
linem prooemio, tum alij multi me interrogauerunt, tum Euenus paulo ante, quoniam co-
silio postquam in carcerem deuenisti ea feceris, quae prius feceras nunquam. Si igitur tibi
cura est ut habeam quid respondeam Eueno, quando iterum ex me quaesierit, quod cer-
to scio facturum, dic quaeso, quid ei sit respondendum. Vera, inquit, o Cebes, responde,
me id effecisse non ut uel ipsi gratificarer, uel cum ipsius carminibus decertarem: sciebam enim

inueniensum

enim facile id non esse: uerum ut insomnia quaedam experire me simul expians, nam
forte haec sit ea musica quam saepius iam exercere me iubent. Nam frequenter superio-
ri tempore insomnia idem, licet alia atque alia forma sese mihi offerens, eadem semper
ita praecipit. Fac o Socrates musicam, atque exerce. Ego igitur quod in superiori tempo-
re faciebam, hoc mihi praecipit arbitrari: & quemadmodum currentes a dhortari
solemus, sic quod ipse antea faciebam, ad idem me insomnia cohortari puta bam, quasi
philosophia maxima musica foret. Postquam uero facta iam de me iudicio, mori me in-
terim dei festiuitas inhiberet, censui oportere, si forte insomnia toties iubeat popula-
rem hanc musicam exercere, non negligere eius praecipitum. Tutius enim fore arbitra-
tus sum, antequam e uita migrarem, expiare animum, atque ut monet insomnia, poe-
mata facere: Quamobrem primo equidem cecini deum ipsum, cuius tunc sacra cele-
brabantur: atque post deum iudicans oportere eum qui poeta futurus sit non sermones,
sed fabulas facere: me uero non esse fabulatorem, nonnullas ex fabulis Aesopi quas scie-
bam promptioresque habebam, ut in quaque prius incidi modulatus sum. Haec igitur o
Cebes refer Eueno, & ualere iube. Atque consule ut si probe sapit, me sequatur. migro
enim hinc hodie. Sic enim Athenienses iubent. Tunc Simmias, quale id est, inquit, o So-
crates, quod Eueno mandas? Saepae equidem cum illo fui, & quantum de illo sentio, nul-
lo pene modo libens ille tibi parebit. Quid uero inquit non philosophus est Euenus?
Mihiquidem uidetur, inquit Simmias. Volet igitur & Euenus, & omnis quicumque hu-
ius rei digne est particeps. Non tamen forte sibi uitam inferet non enim fas esse aiunt. Et
simul haec dicens crura e lectica demisit in terram. Atque ita sedens deinceps reliqua dis-
purauit. Quaesuit igitur ab eo Cebes, quoniam id modo ais o Socrates: fas quidem non
esse seipsum uiolare, philosophum tamen optare morientem sequi? Quid o Cebes in-
quit nonne tu Simmiasque talia quaedam audiuisti a Philolao, quo familiariter uteba-
mini? Manifesti quidem inquit Cebes nihil o Socrates. Atqui ego quoque de his rebus
inquit Socrates ex auditu loquor. Quae igitur forte ipse audiui, referre uobis nulla inui-
dia prohibebit. Etenim forte maxime decet illo migraturum considerare atque effingere
qualis fore putanda sit haec ipsa migratio, quid enim aliud usque ad solis occasum quis fa-
ciat? Quam ob causam inquit Cebes o Socrates nefas esse aiunt sibi met manus inferere.
Iam enim quod modo quaerebas ego a Philolao audiui, cum apud nos uersaretur, & ab
alijs insuper nonnullis, non decere id facere: apertum tamen hac de re quicquam nihil
ab aliquo unquam audiui. Sed attentione opus est inquit. Nam & si audiueris, mirum
tamē forte uideri possit, si hoc solum ex alijs omnibus simplex sit, nec accidat unquam
homini quemadmodum cetera, quando & quibusdam melius mori quam uiuere. Ita-
que mirum tibi forte uidebitur, si his quibus praestat mori, non liceat sibi met prodesse,
sed alium oporteat expectare qui prosit. Tunc Cebes subridens Pro Iupiter, inquit The-
banorum more. Atqui uideri quidem, inquit Socrates, potest id sic absurdum. Fortas-
se etiam quandam habet rationem. Profecto sermo ille qui de his arcanis habetur, in qua-
dam custodia esse homines, neque decere quenquam ex hac seipsum soluere, neque aufuge-
re, magnus quidem mihi uidetur, neque cognitu facilis. Veruntamen id mihi o Cebes re-
cte apparet dictum, deos quidem curam habere nostri, nos uero homines unam quan-
dam ex possessionibus esse deorum: An non ita tibi uidetur? Mihi quidem inquit Ce-
bes. Nonne igitur inquit & tu si quod ex mancipijs tuis seipsum perimeret, cum tu nul-
lo modo id permisisses, irascereris utique illi? Et si potestatem haberes poena quadam affi-
ceres? Omnino inquit. Forte igitur hac ratione haud praeter rationem est non prius de-
cere seipsum interficere quam deus necessitatem aliquam imposuerit, qualem nobis im-
posuit in praesentia. Consentaneum id quidem apparet inquit Cebes. Quod uero dice-
bas modo, philosophos perfacile uelle mori, absurdum o Socrates uidetur esse, si quidem
quod nunc diximus rationem habet, deum uidelicet nostrum esse curatorem. Nos uero
in rebus eius positos esse. Nullam enim id rationem habet, prudentissimos uidelicet ho-
mines non aegre ferre ab ea cura se amoueri quam sibi praestent dii optimi omnium re-
rum gubernatores. Numquam enim putaret uir putans ipsum se melius esse curaturum
si liber euaserit: sed demens aliquis forsitan id putaret, fugiendum scilicet esse a domino,
neque cogitaret non esse id quod bonum est fugiendum, sed in eo maxime permanen-

dum. Ideoq; absq; ratione fugeret. Qui uero mentē habet, semper apud eū qui sit melior esse cupit. Atque ita ō Socrates contra omnino cōueniens esse uidetur quā quod paulo ante dicebatur, Sapientes quidem decere grauius mortem ferre, Insipientes uero libenter. Socrates igitur cum hęc audisset, delectari uisus est argutia Cebetis. Cōuersusq; ad nos, semper, inquit, hic Cebes rationes quādam perscrutatur, neq; ad modum facile quod cuius dixerit uult admittere. Tunc Simmias, mihi quoq;, inquit, nōnihil tui detur Cebes dicere. Quo enim cōsilio sapientes uiri eos qui meliores reuera q̄ ipsi sint fugiant, illisq; carere facile patiantur? Atqui mihi uidetur Cebes sermonē in te intendere, quod tam facile & nos relinquant & deos, ut tu ipse fateris, principes bonos. Iusta dicis, inquit Socrates, arbitror enim uos dicere me ipsum tanq̄ in iudicio oportere purgare. Et maxime quidem, inquit Simmias. Age ergo, inquit. Conabor nunc apud uos accuratius q̄ nuper apud Athenensium iudices fecerim, me defendere. Equidē ō Simmias atq; Cebes nisi me migraturum putarem, primum quidem ad deos alios sapientes & bonos, deinde ad homines defunctos his qui hic sunt meliores, iniusta agerem, nōn moleste ferens mortem. Nunc certe habetote, sperare me ad uiros bonos iturū, sed hoc quidem haud omnino asseuerarem. Quod uero ad deos dominos ualde bonos iturus sum, certū habetote siquid aliud eiusmodi & hoc utiq; me affirmaturū. Propterea haud siuulter mortē moleste ferō: sed bono animo sum, speroq; superesse aliquid his qui defuncti sunt, atq; ut iam diu dicitur multo melius bonis fore q̄ malis. Quidnam ō Socrates cogitas inquit Simmias? Nunquid ipse cū isthac sententia hinc abire? An nos quoq; participes eius relinquere? Nempe cōmune nobis quoq; id bonum arbitror esse debere. Propterea ita demum te apud nos purgaueris, si que dicis, nobis etiā persuaseris. Dabo equidem operā inquit. Sed Critonē prius auscultemus. Videtur enim mihi iam dudum nōn nihil significare uelle. Quidnam putas aliud ō Socrates, inquit Crito, q̄ quod iam dudum mihi dicit is qui tibi uenenū est daturus? iubet enim te moneri ut quā parcissimē me loquaris, dicēs eos qui disputāt, nimirū incallescere, nihil uero tale bibituris uenenum conuenire. Alioquin eos qui id fecerint, cogi interdum bis, quando q; ter uenenum bibere. Mitte ipsum inquit. Tantū id quod officij eius pareat, tanq̄ bis, & si oportuerit ter prębiturus. Et antea quidem, inquit Crito, ferme id responsum sciebam. Sed ille me iam dudum stimulat. Mitte ipsum, inquit. Ego uero ō iudices rationē uobis iam reddere uolo ob quam mihi uideatur uir, qui per omnem uitam incubuerit philosophiā, merito magna cum fiducia imminetē expectare mortem, atq; bona spe esse, se ibi postq̄ hinc migrauerit maxima bona reportaturum. Quē ad modum igitur id ita se habeat ō Simmias atq; Cebes, conabor equidem aperire. Quicunq; philosophiā recte aliquando attingerunt, nimirum uidentur latuisse ceteros homines, quod nihil aliud ipsi cōmentarentur q̄ mori, atq; esse se mortuos. Quod si id uerū est, per absurdum foret, si cum nihil pręter hoc aliud per omnē uitam studuerint, hoc ipso adueniente quod iam diu agitantur exercere, grauius ferrent. Hinc Simmias arripens, per Iouem, inquit, ō Socrates mihi quidem haud multum ridere cupienti risum expressisti. Nam multos arbitror fore qui si id audierint, aptissime in philosophos dictum putent, nostrosq; homines consensuros & ualde quidem, philosophos reuera mori, nec tamen ignorare, q̄ digni sint morte. Forte id recte ō Simmias, inquit, dicerent, pręterquam quod non ignorare addunt. Latuit sane eos, qua ratione ueri philosophi & mori studeant, & morte sint digni. Sed iam relinquamus illos, nobisq; ipsis loquamur. Putamusne aliquid esse mortem? Aliquid certe, inquit Simmias. Nunquid aliud, inquit, q̄ animā a corpore solutio nem? Effectū id mortuū esse, scilicet solutum ab anima corpus per se seorsum esse? Seorsum quoq; a corpore animā solutam ipsam per se ipsam existere? Nunquid mors pręter hoc aliud est? Nihil aliud, inquit Simmias. Considera, inquit, bone uir, nū tibi idē quoq; & mihi uideatur. In his enim uos arbitror planius quā perquirimus inuenturos. Vide tūrne tibi philosophi officij esse sectari eas quā appellatur uoluptates, quales sunt epularum, atq; poculorum? Minime quidē ō Socrates, inquit. Sed nunquid uenereorum? Nullo modo, inquit. Quid reliquum corporis cultum, an multifacere philosophus tibi uideat? Ut habere uestes egregias, calceosq; & alia quā circa corpus sunt ornāmēta, ut trū multifacere tibi uideat, an nihil impedere, nisi quatenus magna cogat necessitas illis uti?

Mibi

Mihi quidem uidetur uerus philosophus hęc omnia floccipendere, inquit Simmias. An non tibi uidetur, inquit, eiusmodi studium haud ad corpus quidem declinare, sed quantum fieri potest ab illo discedere, atq; ad animum se conuertere. Mihi quidem, inquit Simmias. Nonne igitur in eiusmodi rebus primū manifeste apparet philosophus pręter ceteros homines animum quā maxime potest a commercio corporis segregare? Apparet, inquit. Putant uero pleriq; ō Simmias eum hominem cui nihil talium dulce sit, neq; illis fruatur, reuera uiuere existimandum non esse, sed pene mortuum, cum uoluptates corporis non percipiat. Verissima narras, inquit. Quid autē circa sapientiā ipsius acquisitionem inquit Socrates. Vtrum impedimento est corpus, si quis ipsum socium ad inuestigandum assumpsit, necne? Quale utiq; tale aliquid dico. Habent ne uisus, & auditus ueritatem in hominibus aliquam? An talia quādam ipsi quoq; poetę philosophi semper canunt, nihil nos audire, nihil uidere syncerum? Atqui si q̄ corporis sensus synceri certiq; non sunt, neq; etiā alij: quippe cum ceteri omnes his quodammodo detiores sint. An non tibi uidentur? Profus, inquit. Quando igitur animo ueritatem attingit, inquit. Quando enim aliquid cum corpore tentat inuestigare, proculdubio decipi tur a corpore. Vere loqueris, inquit. An non sicubi proprie in ipsa ratiocinatione sit libi aliquid eorum que uere sunt manifestum? Ita est, inquit. Ratiocinatur autem tunc optime, quando horum nihil eum perturbat, neq; auditus, neq; uisus, neq; dolor, neq; uoluptas: sed quā maxime seipsum in se recipiens, deserit corpus, neq; quicquam quoad fieri potest cum illo cōmunicans, neq; attingens, ipsum quod uere est affectat. Est ita, inquit. Nonne, inquit Simmias, & in hoc philosophi animus maxime cōtemnit corpus, ab eoq; aufugit, quaritq; secundum seipsum uiuere? Apparet, inquit. Quid uero hęc ō Simmias? inquit. Dicimus ne iustum ipsum esse aliquid, an nihil? Aliquid per Iouem, inquit. Rursum ipsum pulchrum ipsumq; bonum aliquid esse? Quid ni? Num aliquando horum aliquid oculis percepisti? Nunquam. An alio quodam sensu corporis attingisti? Loquor autem de omnibus, ueluti de ipsa magnitudine, de sanitate, de robore ipso, ac summam de ceterorum omnium essentia, id est, quod unum quodq; sit, nunquid per corpus quod in his uerissimum est percipitur? An ita se res habet? Quicunq; nostrum maxime & syncerissime cogitare mente se comparat ipsum quod aggreditur cogitandum, hic proxime ad cognitionem ipsius accedit? Profus. Nonne igitur ille purissime faceret, quicunq; ipsa mentis excogitatione quā maxime se ad unum quodq; conferret, neq; uisum in excogitando adhibens, neq; sensum profus ullum ratiocinationi coniungens: sed ipsa secundum seipsam mentis excogitatione sincera utens, ipsum per se quodlibet syncerum existens studeret uenari, ab oculis, ab auribus, & ut summam dicam, a toto corpore liber, utpote perturbate animum, neq; permittente ueritatē sapientiamq; assequi, siquando in communionem recipiatur? An nō hic erit ō Simmias si quis unquam alius ipsius quod uere est compos? Mirifice uera loqueris ō Socrates, inquit Simmias. Nonne igitur, inquit, ex his omnibus necessario sequitur, opinionem eiusmodi legitimis philosophis usq; adeo constare debere, ut ad se inuicem ita loquantur? Necessaria iam ratione concludatur nos quadam rationis ipsius uia ad id considerādo perducit, uidelicet donec corpus habemus, animusq; noster tanto malo erit admixtus, nunquam nos id quod desideramus uerum ad uotum consecuturos. Impedimēta enim pene innumerabilia corpus prębet propter necessariam eius alimoniam. Pręterea moribus, cupiditatibus, timoribus, multiplicibusq; imaginibus, multis deniq; nugis nos implet, ut uerissime dicatur nihil peni unquam ac ueri nobis asserre. Nam ad bella, ad seditiones, ad pugnas nihil aliud quā corpus multiplex eiusq; cupiditas impellit. Omnia enim pecuniarū gratia sunt. Pecunias autē quærere cogimur corporis gratia usui eius inferuentes, atq; ita sit ut propter hęc omnia a philosophiē studijs abstrahamur. Extremū uero omnium est, quod siquid ab ipso ori nobis cōtingat, nosq; ad considerandū aliquid cōferamus, inuestigantibus nobis rursus ubiq; sese opponens tumultu quodam perturbat animum, & quasi percutiens reddit attonitum, adeo ut hoc obstaculo impediti uerū perspicere nequeamus. Ceterū nobis reuera demonstratū est, siquando optamus pure aliquid intellegere, recedere a corpore oportere, atq; ipso animo res ipsas considerare. Atq; tūc, ut

T 2 apparet

Corpus impe
dimento esse
philosophi
Quod sensus
non capiat
quicquā syn
cere

apparet, cōpotes euademus eius quod affectamus, cuiusue amatores profitemur nos esse scilicet sapientiæ, cum uidelicet mortui fuerimus, quemadmodum significat ratio; dum autem uiuimus, nequaquam. Nempe si nihil cum corpore pure discerni potest, e duobus alterum; aut nullo modo possumus scientiam cōsequi, aut post mortem. Tunc enim animus ipse per seipsum erit seorsum à corpore, prius uero nequaquam. Atque dum uiuimus, ita ut uidetur, proxime ad scientiam accedemus, si quàm minimum cum corpore commercium habuerimus, neque quicquam cum illo communicauerimus, nisi quantum summa cogit necessitas: neque huius natura replebimur, sed ab eius contagione cauebimus, quoad deus ipse nos soluat: atque ita puri, & à corporis infania liberati, ut consentaneum est, cum talibus erimus, cognoscemusque per nos ipsos syncerū quod libet, id est forsitan ipsum uerum, nam impuro quidem purum attingere nefas est. Talia equidē ō Simmia iudicio necessarium esse omnes discendi cupidos loqui inuicē, atque opinari. An nō tibi uidetur? Et maxime quidē inquit Simmias omnī ō Socrates. Si hæc igitur inquit uera sunt, ō amice, magna spes erit eunti illuc quō nūc ego proficiscor, sicubi & ibi sufficienter eius rei se compotem fieri, cuius gratia tantum nos negociū in superiori uita suscepimus. Hanc ergo migrationē in præsentia mihi inunctam, bona spe suscipio, similiterque quibus aliis, qui modo puram præparatam sibi mentem tanquam purificatam. Ita prorsus inquit Simmias. Purificatio uero, inquit, nōne in hoc consistit, quod iam dudū dicebamus, uidelicet ut quæ maxime possumus se iungamus à corpore animi: hoc est & in præsentī tempore, & in futuro à corpore tanquam à uinculis resolutum. Maxime quidem, inquit. Nōne igitur hæc mors appellatur solutio animæ separatio à corpore? Prorsus. Soluere uero ipsum quemadmodum consistemur; omni tempore maxime ac soli student qui recte philosophantur. Atque hæc ipsa philosophorum meditatio est animi à corpore soluere, atque separare. Nōne ita? Ita uidetur, inquit Simmias. Quamobrem, ut in principio dicebam, ridiculum foret si uir qui se in uita sic comparauit, ut quæ proxime ad mortem accederet, ea deinde adueniente perturbaretur. Nōne ridiculum? Quid nō, inquit Simmias. Reuera igitur, inquit, recte philosophantes mortem commentantur, atque ab ea minime omnium perterrentur. Ita uero considera. Cum enim corpus quidem ubique aspersionitur, animus uero ipsum cupiant secundum seipsum habere, nōne summa esset absurditas, si tunc quando id uenit expauescat molesteque ferant, neque libenter illuc proficiscantur, quo cum peruenierint, spes est eo quidem quod amabant in uita potiri, amabant autem sapientiam: eo autem cuius commercium moleste ferebant, liberari? An uero amatis & mulieribus & filiis defunctis multi iam sponte uoluerunt ad inferos proficisci, sperantes eos ibi uisere, cum eisque uersari quos amauerant: Sapientiæ autem uerus amator uehementer in hanc ipsam spem adductus non aliter eam pro dignitate ulla se comparaturum quam si moriatur, imminet mortem ægre feret, ac non libenter hinc illuc emigrabit? Arbitrari quidem ō amice oportet, si uere philosophus sit, magnopere apud ipsum hanc opinionem ualere, ut non alibi puram sapientiam posse asse qui speret quam in futura post mortem uita. Si autem hoc ita se habet, nōne quemadmodum modo dicebam, præter rationem foret omnino si mortem uir eiusmodi formidaret? Per Iouem, inquit Simmias, contra rationem. Sufficiens ergo coniectura erit, inquit, si quem uideris moleste mortem ferre, eum non esse philosophum, sed *ὡς σάματις* quendam, id est corporis amatorem, atque eundem ferre *ὡς ἄρχματις*, & *ὡς ἄρτιμος*, id est pecuniarū honorūque cupidum, ac talem, ut alterum horum affectet, aut utrunque. Omnino ita est ut ais, inquit Simmias. Proinde quæ ō Simmia fortitudo nominatur, an nō uiris eiusmodi maxime conuenit? Maxime. Nōne & temperantia, cuius plerique aiunt officium esse nequaquam prostrernere se libidinibus, sed paruipendere illas modestiamque seruare, his duntaxat conuenit qui corpus despiciunt maxime, atque in philosophia uiuunt. Necessesse est. Si enim considerare uelis fortitudinem temperantiamque aliorum, tibi perabisur da uidebitur.

Quanam ō Socrates ratione? Scis utique ceteros omnes mortem unum ex maximis malis existimare. Et maxime quidē. Nonne igitur maiorū metu malorum, quicumque inter eos fortes sunt, sustinet mortem quādo sustinent? Hoc pacto. Metuendo igitur atque metu fortes ita sunt omnes præter philosophos; etsi absurdum est metu, uel timore

rate

tate alquem esse fortem. Nimirum certe, inquit Simmias. Quid autem qui inter eos moderati dicuntur, inquit; nonne simili quodam pacto affecti sunt, intemperantia uidelicet quadam temperati? quanquam impossibile id esse dicimus, ueruntamen illis euenit affectio quædam huic similibus in isthac eorum fatua temperantia. Timentes enim ne alijs careant uoluptatibus, easque appetentes, à ceteris abstinent, ab alijs superati: etsi uocant intemperantiam, à uoluptatibus superari, ueruntamen accidit eis, ut superati à uoluptatibus; alias superent uoluptates. Iam uero id illi simile est quod modo dicebatur, scilicet quodam modo per intemperantiā fieri temperatos. Simile quidem, inquit Simmias. Animaduertendum est ō beate Simmia, inquit, ne hæc haudquaquam recta sit ad uirtutem uia, uoluptates uidelicet uoluptatibus, dolores doloribus, & metum metu, & maius minori tanquam nummos commutare: sed ille duntaxat rectus sit nummus, cuius gratia hæc omnia oporteat commutari, atque uenundari, scilicet sapientiā, prudentiā, pro qua, & cum qua omnia empta ac uendita reuera sit & fortitudo, & temperantia, & iustitia, ac summam uera uirtus, cum sapientiā, siue prudentiā, & accedentibus, & recedentibus uoluptatibus, & timoribus, ceterisque generis eiusdem. Sin autem à sapientiā segregata inuicem commutatur, adumbratio quædam sit eiusmodi uirtus ac reuera seruilis, nihil sani uerique possidens: uirtutis autem ueritas in horum omnium purificatione reuera consistat: & temperantia, & iustitia, & fortitudo, & sapientiā ipsa sit purificatio quædam. Quamobrem hi qui mysteria nobis constituerunt, minime contemnendi uidentur, sed reuera iam dudū occulte nos admonere, quicumque non expiatus neque initiatus migrabit ad inferos eum iacere in luto: quicumque uero purgatus atque initiatus illuc accesserit, cum dijs habitare. Sunt enim quemadmodum dicunt, thyrigeri quidem multi, Bacchi uero pauci. Hi uero, ut equidem opinor, non alij sunt quam qui recte philosophati sunt, quorum quidem in numero esse me neque inferiorem quidem omni studio pro uiribus conatus sum. An uero recte contenderim aliquid uere profecerim, cum illuc peruenerimus, certo sciemus si deus uoluerit paulo post, ut mihi uideatur. Hæc igitur mea excusatio est ō Simmia & ō Cebes, quæ uidelicet ob causam cum uos eosque qui hic sunt dominos relinquam, merito non ægre feram neque perturber. Spero enim me & illic nō minus quam hic bonos dominos amicisque inuenturum. Multi uero id minime credunt. Si igitur defensio mea uobis magis quam Atheniensibus iudicibus persuasit, bene se res habet. Cum hæc Socrates dixisset, suscipiens sermonē Cebes sic inquit. Cætera quidem ō Socrates recte dicta uidentur, quantum uero ad ipsam animā spectat, ualde ambigunt homines ne anima à corpore separata nusquam sit ulterius, sed ea ipsa die qua homo mortē obierit, intereat, statimque se iuncta à corpore dissoluatur, atque exhalans quasi uentus, aut fumus dissipetur atque euanescat, neque usquam ulterius omnino sit aliquid. Profecto si esset alicubi collecta in semetipsam, & ab his malis que tu modo narrabas liberata, multa nimirum bonaque spes esset ō Socrates uera que dicebas fore. Ceterum ad id fortasse persuasione fideque non parua opus est, ut credatur superesse animam post interitum hominis, atque aliquam uim intelligentiamque habere. Vera ō Cebes loqueris, inquit Socrates. Verum quid agendum censes? an forte de his ipsis confabulandum, utrum ita fore an aliter probabile sit? Libenter equidē, inquit Cebes, audirem de his rebus quid sentias. Neminem arbitror, inquit, hæc audientem, ne si co-

Propositur
discutiendum
an anima hoc
minis sit post
obitum

Generationē
fieri à contra
rijs

T 3 contra

contrarium, nullo modo aliunde id quam ex suo contrario fieri: Veluti quando quid maius efficitur, necesse est ex eo quod ante fuerat minus, postea maius euadere. Ita est, inquit Cebes. Nonne & si minus aliquid fiat, ex eo quod ante maius erat, postea fiet minus? Sic omnino, inquit Cebes. Quinetiam ex robustiori debilius, ex tardiori uelocius: Prorsus. Quid uero? Si quid euadat deterius, nonne ex meliori? Et si iustius, ex iniustior? Quid nunc? In omnibus igitur satis id exploratum habemus, omnia ita fieri, contraria uidebitur ex contrariis. Prorsus, inquit Cebes. Quid rursus, inquit? Est ne medium aliquid inter contraria duo? Duæ uidelicet inter illa generationes, siue progressionem ab altero quidem in alterum, atque in alterum uicissim ab altero? Sane inter maius atque minus medium obtinet incrementum, & decrementum, dicimusque id quidem crescere, illud uero decrescere. Ita, inquit Cebes. Nonne similiter discerni uicissim, atque confundi, frigescere, & incallescere, omniaque eodem pacto? Et si nomina nobis desunt alicubi, ubi que tamen ita necesse est fieri, uidelicet omnia ex contrariis inuicem, generationemque esse utriusque uicissim in alterum? Omnino quidem, inquit. Quid uero: ei quod est uiuere, est ne aliquid contrarium? Quemadmodum ei quod uigilare est, dormire contrarium? Sic est omnino, inquit Cebes. Quidnam? Moriri. An non ex se inuicem hæc fiunt: siquidem contraria sunt. Cumque duo sint, duæ quoque inter hæc generationes mutæ siue progressionem? Nihil prohibet. Alteram quidem coniugationem eorum quæ modo dicebam, ego tibi dicam, tam ipsam quam generationes eorum. Tu uero mihi aperies alteram. Dico autem illud quidem dormire, illud autem uigilare, atque ex somno uigilantem fieri, & ex uigilia somnum: horumque generationes hanc quidem coniugationem, illam uero progressionem? Satis feci tibi necne? Satis fecisti certe, inquit Cebes. Dic tu mihi quæque similiter de uita, atque morte. An non contrarium uiuere dicis esse atque mori? Equidem. Et ex se inuicem fieri? Ita. Ergo ex uiuente quidnam fiet? Mortuum. Quid autem ex mortuo? Necesse est confiteri uiuentem. Igitur ex mortuis & Cebes uiuentia fiunt atque uiuentes. Apparet. Sunt igitur apud inferos animæ nostra. Videtur. Nonne ergo & generationum quæ circa hæc sunt, altera quidem manifesta est? Morientium manifestum est, nonne? Ita prorsus. Quidnam igitur faciemus? Non reddemus uicissim generationem huic contrariam, sed hæc in re duntaxat mancam dicemus naturam esse: An uero necesse est reddere ei quod morti est contrarium quandam generationem? Omnino. Quam uero istam? Reuiuiscere. Nonne igitur si reuiuiscencia est progressio quædam, hæc est ex mortuis ad uiuentes? Est utique. Conuenit ergo nobis hac insuper ratione, uiuentes ex mortuis fieri nihilominus quam mortuos ex uiuentibus. Quod cum ita sit, sufficientem coniecturam hinc haberi animas mortuorum necessario alicubi esse, unde iterum reuertantur. Videtur mihi & Socrates hoc ex his quæ concessa sunt, necessario sequi. Animaduerte ergo, inquit, & Cebes haud ab re nos hæc, ut arbitror, concessisse. Nisi enim, continue altera uicissim alteris redderetur quasi quodam circulo remeantia, sed directa quædam progressio foret duntaxat ex altero in eius oppositum, neque rursus reflecterentur in alterum, facerentque regressum, omnia tandem, mihi crede, eandem subirent figuram atque passionem, fierique cessarent. Quoniam id pacto dicitur, inquit Cebes? Haudquaquam intellectu difficile est, inquit, quod loquor. Perinde enim ac si in somnum caderetur quidem, ab eo uere in uigilantiam nunquam resurgeretur, minime te later omnia tandem eò deuentura, ut Endymion ridicula quædam fabula uideatur, neque appareat usquam, cum cætera quoque uniuersa somno similiter opprimantur. Proinde si confundentur quidem omnia, nunquam uero discernentur. Anaxagoræ illud repente contingeret, uniuersa uidelicet esse simul. Eadem ratione & amice Cebes, si quæcunque uitam acceperint moriantur, mortua uero cum fuerint, mortua relinquantur, neque iterum reuiuiscant, an non necessarium est omnino, cuncta demum interuisse, nihilque uitere? Nam si ex alijs quidem uiuentia fierent, postea uero perirent, quid obstarat quominus in interitum cuncta confunderentur? Nihil prorsus & Socrates, inquit Cebes, sed mihi omnino uera loqui uideris. Est certe & Cebes, inquit, maxime omnium ita ut mihi uidetur: neque nos hæc ipsa quasi decepti confessi sumus, sed reuera reuiuiscencia est, atque ex mortuis uiuentes fiunt, mortuorumque super sunt anima. Atque bonis quidem melius est, malis uero peius. Atqui & secundum illud & Socrates, inquit Cebes, quod frequenter

frequenter usurpare soles, si modo uerum est, disciplinam uidelicet nostram nihil esse aliud quam reminiscenciam: & secundum hoc inquam necesse est nos in superiori quodam tempore, ea quorum nunc reminiscimur, didicisse. Id uero fieri non potest, nisi prius anima nostra fuisset alicubi quam in hanc humanam speciem deueniret. Quamobrem & hac ratione immortalis quiddam anima uidetur esse. At quales huius rei demonstrationes, inquit Simmias, habes & Cebes? Commemora nobis eas. Non enim satis in presentia meministi. Vna quidem ratio est pulcherrima, inquit Cebes, quod interrogati homines si quis eos recte interroget, ipsi omnia quemadmodum sunt respondent. Atqui nunquam id facere possent nisi in eis ipsi scientia rectaque ratio. Deinde si quis eos ad geometricas figuras descriptionesque, uel simile aliquid conuerterit, ibi manifeste comperiet, ita id se habere. Si hæc & Simmia ratio, inquit Socrates, tibi non satisfacit, attende, an sic tibi consideranti idem quod nobis uideatur. Diffidit enim eam quæ disciplinam uocant, reminiscenciam esse posse. Haud equidem diffido, inquit Simmias. Veruntamen id expedit mihi discere de quo sermo est, scilicet reminisci. Ac sermo ex his quæ Cebes cepit dicere, iam recorder, & credo. Nihilominus tamen & te & Socrates qua ratione id modo probare ipse aggrediebaris, perlibenter audirem. Hac equidem ratione, inquit Socrates, consistemur sane quodammodo, si quis alicuius reminiscatur, oportere ipsum prius aliquando id sciuisse. Prorsus, inquit Simmias. Nunquid ergo, & hoc confitemur, inquit, quoties scientia hoc modo prouenit, reminiscenciam eam esse? Dico autem hoc pacto. Si quis aliud quiddam uiderit, uel audiuerit, uel alio perceperit sensu, neque solum id ipsum cognoscat, uerum etiam agnoscat aliud quiddam, cuius non una eademque, sed alia scientia sit, nonne merito dicemus hunc eius rei reminisci in cuius peruenerit notionem? Quoniam pacto id dicis, inquit Simmias? Hoc, inquit Socrates. Alia quodammodo hominis scientia est, alia lyra. Quid nunc, inquit Simmias? An ignoras hoc amantibus euenire, cum lyram, aut uestem, aut quid aliud ex his aspiciant quibus uti eorum amatæ consueuerunt? Nam & agnoscunt lyram, & simul mente formam recolunt puellæ cuius erat lyra. Hoc uero est reminisci. Cui si quis cum Simmiam uiderit sapere, Cebetis recordetur, & cætera eiusdem generis infinita. Infinita per Iouem, inquit Simmias. An non igitur, inquit, tale quiddam recordatio quædam est? Maxime uero si id nobis in illis contingat rebus, quas longitudine temporis, & negligentia obliuioni iam tradiderimus? Ita certe, inquit Simmias. Quid uero inquit Socrates? Contingit ne, ut qui equum pictum uiderit, pictamque lyram, reminiscatur hominis? Atque cum pictum aspexerit Simmiam, ueniat illi in mentem & Cebes? Sic utique, inquit. Nonne euenit etiam, ut qui Simmiam inspexerit pictum, ipsius quoque Simmiam recordetur? Euenit certe. An non secundum hæc omnia contingit, tum a similibus, tum a dissimilibus reminiscenciam prouenire? Contingit. Verum quoties a similibus quispiam reminiscitur, an non necesse est id insuper intelligere, utrum deficiat hoc secundum similitudinem nec ne ab illo cuius repetita memoria est? Necesse est. Attende sane, nunquid hæc ita se habeant. dicimus aliquid esse æquale: Non dico lignum ligno, neque lapidem lapidi, neque aliud eiusmodi quicquam, sed præter hæc omnia aliud quiddam æquale. ipsum dicimus ne aliquid esse, an nihil? Dicimus per Iouem, & quidem mirifice. An scimus & ipsum quod est æquale? Omnino quidem. Vndenam scientiam eius accepimus? An non ex his quæ modo diximus, uidelicet conspiciati uel ligna, uel saxa, uel alia quædam æqualia, ex his illud excogitauimus, quod aliud est quam hæc? An non aliud quiddam apparet? Considera uero & hoc pacto. Nonne saxa, uel ligna æqualia dum eadem sunt, aliis æqualia, aliis inæqualia nobis apparent? Penitus. Quid autem ipsa æqualia? possunt inæqualia tibi uideri? uel æqualitas, inæqualitas? Nunquam & Socrates. Quamobrem non idem sunt hæc æqualia atque ipsum æquale. Nullo modo idem mihi apparent & Socrates. Veruntamen ab his æqualibus quæ alia sunt quam ipsum illud æquale, ipsius simul excogitasti scientiam, atque percepisti. Verissima loqueris. An non siue simile ipsum sit, siue dissimile? Omnino. Nihil sane refert, quatenus enim aliud conspiciatur, ex hac ipsa perpectione aliud intellexeris, siue simile, siue dissimile, necesse est hinc reminiscenciam prouenire. Et maxime quidem. Quid uero ad id? An sic nos habemus circa quæ sunt in his quæ modo dicebamus æqualia, lignis, saxisque & alijs? Videntur ne ita æqualia hæc esse, ut ipsum quod est æquale? An

Offenditur nostra scientia? se reminiscencia

Quid reminiscencia? Quo pacto fiat reminiscencia

deesse potius aliquid quo minus talia sint quale est æquale ipsum, an nihil? Permultum certe deest. Nonne cõfitemur quando quis aliquid intuens, animaduertat appetere quidem hoc quod in præsentia uidet, esse tale quale quiddam aliud ex his quæ sunt, uerum de ficere, neque posse tale esse æquale, quale sit illud, sed deterius esse, necesse esse cum qui animaduertit, ante cognouisse illud cui dicit hoc quodammodo simile fieri, sed ad plenã similitudinem non accedere? Necesse est. Quid ergo? talẽ ne aliquid contingit & nobis nec ne, circa hæc æqualia ipsumque æquale? Quamplurimum. Necesse est ergo nos æqualis ipsius scientiã ante illud tempus habuisse, in quo primũ uidentes æqualia, agnouimus conari quidem hæc omnia talia euadere quale est ipsum, attamen a perfectione ipsius abesse. Ita est. Atqui & hoc cõfitemur, nos neque aliunde id agnouisse, neque agnoscere posse, quã ex uisu, uel tactu, uel alio quodam sensu. similiter enim de his omnibus iudico. Similiter ò Socrates ad id se habent de quo agitur ostendendum. Atqui à sensibus quidem intellexisse oportet, omnia quæ subiecta sunt sensibus, illud quod est æquale appetere, quamuis ipsum non assequantur, an aliter dicimus? Haud aliter. Antequam quã inciperemus uidere, aut audire, alijsque uti sensibus, oportuit nos æqualis ipsius scientiã possedisse, uidelicet quid ipsum sit, si modo æqualia hæc quæ sensibus subiacent, ad ipsum adeo relaturi simus, ut iudicemus anniti quidẽ hæc omnia talia quale ipsum est euadere, ueruntamen deteriora relinqui. Necesse est, inquit Simmias, ex superioribus id ò Socrates sequitur. An non statim, inquit, nati uidimus, & audiuius, aliosque sensus exercuimus? Omnino. Oportuit autem, ut diximus, ante hæc ipsius æqualis scientiam habuisse. Oportuit. Quamobrem, ut uidetur, necesse est antequam nasceremur eam comprehendisse. Sic apparet. Nonne si eam sortiti ante natiuitatem ipsam iam habentes nati sumus, sciuius & ante ortũ, atque statim nati non solum ipsum æquale maiusque & minus, uerum etiam eiusdem generis omnia? Non enim de æquali magis nũc nobis est sermo, quã de ipso pulchro, de ipso bono, de ipso iusto atque sancto, & ut dico de omnibus quibus proprie hoc ipsum quod est assignamus & interrogationibus interrogantes, & responsionibus respondentes, ut necessariũ sit nos antequam nasceremur horum omnium scientiam habuisse. Est ita. Ac si acceptis scientijs non semper obliuisceremur, oporteret & cum ipsis nasci, semper etiã per omnem uitam scire. Nam scire id est acceptam alicuius rei scientiam retinere, nec amisisse. An non obliuionem scientiã iacturam esse dicimus? Ita profus ò Socrates. Sin autem acceptam ante ortum scientiam nati amisimus, deinde uero freti sensibus circa ipsas scientias, illas quas ante habueramus, recipimus: nonne id quod discere appellamus esset scientiã propriã recuperare, atque id remissis nominantes, recte nominaremus? Recte. Fieri enim id posse apparuit. Videlicet, ut cum quis aliquid senserit, uel uidendo, uel audiendo, uel aliter sentiendo, aliud quiddam ex hoc agnoscat cuius erat oblitus, cui quidem hoc quodãmodo propinquabat, siue simile id sit, siue dissimile. Ita quod iam pridem dico, è duobus alterũ, aut enim scientes nati sumus, sciuiusque per omnem uitam omnes: aut quos deinde dicimus discere, duntaxat reminiscuntur, atque disciplina reminiscẽtia est. Sic omnino seres habet, ò Socrates. Virũ igitur eligis ò Simmias: uel cum scientia nos esse natos, uel reminisci postea quorum prius scientiam acceperimus? Ambigo utrum in præsentia Socrates eligam. Quid uero potes ne eligere quid de hoc uideatur tibi? Vir sciens potest ne eorum quæ scit reddere rationem, an contra? Necesse est ò Socrates posse. An uero tibi uidentur omnes rationem de his quæ modo tractabamus afferre posse? Optarem equidem, sed multo magis uereor ne cras nullus hic homo sit qui pro dignitate id sciat efficere. Non igitur ò Simmias putas omnes hoc intelligere? Nullo modo. Reminiscuntur ergo quæ aliquando didicerant. Necesse est. Quando uero acceperunt animæ nostræ scientiam? Non enim postquã homines nati sumus. Non certe. Ergo prius. Ita. Erant igitur Simmia animæ etiã prius quã in humanã speciem deuenirent, seorsum a corpore, intelligentiamque habebant. Nisi forte ò Socrates, dum nasceremur ipsas scientias acceperimus. Nã id etiam tempus reliquũ est. Esto sic ò amice. Sed quonã alio tempore eas amisimus? Non enim habentes iam eas nascimur, ut modo confitebamur. An in eodẽ perdidimus, quo & accepimus? an aliud tẽpus efferre potes? Nullo ò Socrates modo, sed nihil me dicere minime aduertebã. An ergo sic nobis se res habet ò Simmias? Siquidẽ sunt ea quæ quotidie prædic

prædicamus, pulchrum scilicet quiddam, atque bonum, & omnis eiusmodi essentia, ad quam omnia sensibus percepta referimus, quæ & prius erãt nostra, & tanquã nostram quærentes inuenimus, atque ad ipsius exemplar referimus, necesse est ita ut & ipsa sunt nostram quoque animã prius etiam quã nasceremur extitisse. At si hæc nõ sunt, frustra utique ratio hæc tractata esset. An non ita se habet, atque par necessitas est, & ipsa esse, & animas nostras antequam nasceremur, & nisi ipsa sunt neque hæc utique sunt. Mirifice ò Socrates. eadem mihi uidetur esse necessitas, atque pulcherrima huc ratio nos perducit, ut similiter tam animam nostram quã essentia ipsam quã modo dicebas, ante quã nasceremur extitisse confiteamur. Nihil enim tam certũ habeo, quã esse eiusmodi omnia & quidem maxime, scilicet pulchrum ipsum, & bonum, aliãque omnia quæ tu modo dicebas. Et quantum ad me attinet, satis est demonstratum. Quid uero uidetur Cebes? Oportet enim illi quoque persuadere. Satis & illi arbitror persuasum, inquit Simmias, quamuis omnium repugnantissimus sit, & ad credendum tardissimus. Opinor tamen sufficienter illi probatum, ante ortum nostrum animam extitisse. An uero post interitum nostrum etiam futura sit, nec mihi quidem ipsi ò Socrates satis adhuc uidetur ostensum. Sed nunc etiam restat multorum dubitatio illa quã in medium Cebes adduxerat, ne uidelicet homine moriente simul anima dissipetur, atque ita esse desinat. quid enim prohibet fieri quidem illam, & aliunde constitui, atque esse prius etiam quã in corpore hominis laberetur: postquã uero ab eo discesserit, tunc illam insuper interire? Recte loqueris Simmias, inquit Cebes. Videtur enim quasi dimidium eius quod oportet probatum, ante uidelicet quã nasceremur nostram animam extitisse: oportere autem id quoque ostendere, postquam mortui fuerimus non minus fore quã esset antequam nasceremur, si modo finem suum demonstratio sit habitura. Demonstratum quidem est, inquit Socrates, istud ò Simmias & ò Cebes, etiam nunc, si modo uelitis, & id quod modo probatum est, & illud quod ante concesseramus, uidelicet omne uiuens ex mortuo fieri, in unum connectere. Si enim est anima prius: & cum in hanc uenit uitam sitque homo, necesse est non aliunde eam quã ex mortuis proficisci: cur nõ necessarium sit, ut etiam post mortem corporis maneat, cum oporteat ipsam ad hanc uitã reuerti? Demonstratum igitur & nunc est quod dicitur. Veruntamen uidemini tu atque Simmias cur pereidem rursus diligentius pertractari: ac forsitan puerorum more formidatis, ne reuera corpore egredientem uentus dissoluat, atque dispergat, presertim si uentis uehementius flantibus exeat. Ad hæc Cebes subridens, tanquam nobis id formidatibus, inquit, ò Socrates cõtra persuadere conare. imò uero non tanquam formidantibus nobis, sed forte est inter nos puer aliquis talia metuens: huic ergo annitatur persuadere, ne mortem ceu laruas pertimescat. Oportet certe, inquit, huic mederi carminibus quotidie, quoad sanus efficiatur. Sed ubi nam, inquit Cebes, medicum eiusmodi nasciscemur, ò Socrates, cũ tu decesseris? Ampla est, inquit, ò Cebes Græcia, in qua sunt uiri præstantes, quã plurimæ sunt barbaræ nationes, per hos omnes eiusmodi medicum debetis perquirere, neque pecunijs parcentes, neque laboribus. Nihil est enim pro quo commodius omnia quis expendat. Perscrutandum quoque est etiam inter uos ipsos, forte enim non facile inuenietis qui melius quã uos id queat efficere. Fiet id quidem, inquit Cebes, sed redeamus sã si tibi placet unde digressi sumus. Mihi quidẽ placet, inquit. Quid enim prohibet? Recte respondes, inquit Cebes. An nõ tale aliquid, inquit, a nobis ipsis sciscitari debemus? Cuiam & quali cõueniat ea passio per quã dissolui possit. Et cui qualis sit metuentũ, ne id patiatur. Et secundũ quã qualemque eius partem, deinde considerare cuiusmodi anima sit: demũ ex his animæ nostræ gratia uel confidere, uel timere. Vera loqueris, inquit. Nõne igitur est quod cõponitur, iamque cõpositũ est, natura id pati cõuenit, ut quatenus est cõpositũ dissoluatur? Siquid uero non sit cõpositum, huic soli potissimum nulla accidit dissolutio? Mihi quidẽ sic apparet, inquit Cebes. An non quæ semper secundum eadẽ eodemque modo se habet, inquit, hæc maxime esse conuenit simplicia? Quæ uero aliã aliter, nec unquã secundum eadẽ, hæc esse cõposita. Ita equidem opinor. Redeamus iam ad illa, ad quæ in superiori disputatione processimus. Ipsa essentia cuius interrogando respondendoque definitionẽ hoc ipsum quod est assignauimus, utrũ eodem modo, & secundũ eadem se semper habet?

an aliis aliter: uidelicet & ipsum a quale, ipsum pulchrum, ipsum unum quodque quod est ens, utrum mutationem aliquando aliquam ipsa recipiunt, an ipsorum unum quodque semper id quod est uniforme existens ipsum per se ipsum, eodem modo, & secundum eadem se habet, neque unquam, neque usquam, neque ullo pacto mutatione aliquam suscipit.

Neeesse est Socrates hanc, inquit Cebes, eodem modo, & secundum eadem se semper habere. Quid autem dicemus de multis, inquit, quae similiter pulchra dicuntur, scilicet hominibus, equis, uel tibus, uel alijs quibuscumque talibus, quae uel pulchra dicuntur, uel aequalia, uel etiam de omnibus quae illis synonyma sunt, num haec secundum eadem se semper habent? An potius omnino contra quam illa, uidelicet neque ipsa sibi met, neque in uicem unquam, ut simpliciter loquar, ullo pacto secundum eadem eodem modo se habent? Haec est Socrates, inquit Cebes, nunquam eodem modo sunt. Et haec quidem tangi, uideri, alijsque sensibus attingi possunt. Quae uero semper secundum eadem permanent, sola intelligentiae ratione percipiuntur, suntque inuisibilia quae talia sunt, neque per unquam uentur unquam. Vera omnino loqueris, inquit. Vis ergo duas rerum species ponamus, alteram uisibilem, inuisibilem alteram? Ponamus, inquit. Et inuisibile quidem modo semper eodem esse, uisibile uero nonnunquam eodem. Hoc quoque ponamus, inquit. Age iam, aliudne in nobis est quam hinc quidem corpus, inde uero anima? Nihil aliud, inquit. Vtrinam speciei corpus esse similis cognatusque dicimus? Nemini dubium, inquit, quin uisibile. Quid uero anima? Uisibile ne aliquid est, an contra? Non hominibus quidem est Socrates, inquit. Atqui nos de ijs duntaxat quae ab hominum natura uideri uel non uideri possunt loquebamur. An de ijs quae ad aliam naturam spectant, tractabamus? De ijs duntaxat quae ad humanam, inquit. Quid ergo de anima dicebamus? Nunquid uisibile esse? Non uisibilem. Inuisibilem ergo? Ita. Anima igitur inuisibilis speciei similior est quam corpus. Corpus uero uisibile. Necessarium id est omnino. An non & hoc euenire in superioribus dicebamus? Ut cum anima ad aliquid considerandum socium sibi corpus assumit, uel per uisum, uel per auditum, uel per alium sensum, hoc enim est per corpus considerare, quia per sensum id agitur, tunc quidem a corpore trahatur ad ea quae nunquam eodem modo sunt, atque ipsa aberret, per turbeturque, quasi ebria uacillet, utpote quae talia quaedam attigerit. Proxius. At uero quoties ipse animus per se ipsum excogitat, illuc se confert ad purum, sempiternum, immortale, semper eodem modo se habens, & tanquam ipsius cognatus semper inhaeret illi, quoties ipse redierit in seipsum, eiusque liceat, cessetque ab errore: & circa illa semper secundum eadem eodem modo se habet, utpote qui talia iam attigerit. Atque haec eius affectio sapientia, siue prudentia nominatur. Praclare, inquit, ac uere omnino loqueris est Socrates. Vtri igitur speciei rursus tibi uidetur, ex his quae & in superioribus & modo dicta sunt, anima esse similior atque cognatio. Arbitror equidem est Socrates quemlibet, inquit, uel indocilem proxius, & pertinacem ex hac discussione concessurum, animam & per totum atque per omne, similiorem esse ei quod semper eodem modo est quam opposito. Quid autem corpus? Alteri speciei. Considera rursus hoc pacto. Quam diu in eodem sunt anima atque corpus, hoc quidem seruire atque subesse natura iubet, hanc uero praesse, atque dominari. Secundum haec rursus utrum tibi uidetur simile esse diuino, utrum mortali? An non putas diuinum quidem tale esse natura, ut praesit & ducat? Mortale uero, ut subiciatur ac seruiat? Puto equidem. Vtri igitur horum est anima similis? Constat est Socrates animam quidem similem esse diuino, corpus uero mortali. Animaduerte iam est Cebes num haec ex omnibus quae dicta sunt consequantur. Videlicet ipsi diuino, immortalis, intelligibili, uniformi, indissolubili, semper eodem modo & secundum eadem se ipsum habenti, animam esse simillimam: humano uero, mortali, nec intelligibili, multiformi, dissolubili, nunquam eodem modo sibi met se habenti, simillimum esse corpus. Possumus ne est amice Cebes haec praeter aliud quicquam afferre, quo minus ita sit? Non possumus. Quid ergo? Cum haec ita se habeant, nonne corpori conuenit ut breui soluantur? Animae uero, ut omnino indissolubilis sit, uel aliquid rei omnino indissolubili propinquum? Quid nunc? Cernis igitur postquam mortuus homo fuerit, quod in eo uisibile est corpus & in loco uisibili positum, quod cadauer appellamus, cui conuenit ut dissoluatur, concidat, diffusetur, nihil horum subito pati, sed multum aliquando tempus peresse

Due rerum
species, uisibile
& inuisibile

unde quod Cebes ipse
causa

Argumentum
ab adionibus

peresse, si quis corpore per belle affectio decesserit. Corpus enim seruat, & rebus quibusdam ad durationem curatum, quemadmodum in Aegypto faciunt, incredibile quod partes, ossa uidelicet, neruique, atque similia, ut ita dicam, immortalia permanent. An non? Ita. Anima uero quae inuisibile quiddam est, in similem quendam aliamque locum migras, excellentem, purum, inuisibilem, nobis occultum reuera ad bonum sapientemque deum, quod si deus uoluerit, paulo post meo quoque animo est migrandum: anima inquam talis talis natura praedita, nunquid cum primum a corpore liberata fuerit, dissipabitur atque interibit, ut multi putant? Permultum abest est dilecte Cebes atque Simmia, imò multo magis ita se res habet, si quidem pura discesserit corporeum nil secum trahens, utpote quae sua cum illo inuita comunicauerit, sed fugerit illud semper, seque in se collegerit tantumquam semper id meditata: quod quidem nihil est aliud quam recte philosophari, morumque reuera facile commentari. An non haec est meditatio mortis? Est omnino. Anima inquam, si sic affecta discesserit, nonne ad aliquid sibi simile diuinum abit? diuinum, & immortale, & sapiens: quod cum peruenerit, euadit felix, ab errore, demeria, timoribus, durisq; amoribus, ceterisque humanis liberata malis: & quemadmodum de initiatis dici solet, reuera reliquum tempus uitam cum dijs agit: Ita ne dicendum est est Cebes, an aliter? Ita per Iouem, inquit Cebes. Sin autem polluta impuraque decedat, utpote quae corpus semper complexa ipsum duntaxat coluerit, & amauerit, eiusque uoluptatibus & libidinis quasi ueneficijs quibusdam delinita fuerit, & usque adeo capta, ut nihil aliud putet esse uerum, nisi quod corporeum sit, quod tangi, quod uideri possit, quod ducere bibat, & quod edat, & quo in ueneris utatur: quod uero oculis quidem occultum, & inuisibile sit, ueruntamen intelligibile, & philosophia comprehendendum, habere odio consueuerit, tremereque & fugere: sic inquam institutam animam putas ne ipsam per se synceram euadere? Nullo modo, inquit. Sed infectam inuolutamque, ut arbitror, contagione corporea, quam consuetudo congressusque cum corpore propter continuam familiaritatem plurimumque eius cultum effecit quasi congenitam: Ita putamus. Ponderosum uero est amice id putandum est, & graue terrenumque, & uisibile, quod anima eiusmodi secum trahit: ideoque ab eo grauatur, & ad uisibile trahitur locum metu inuisibilis, atque occultis: & quemadmodum fertur circa monumenta sepulchraque uersatur, circa quae iam nonnulla appaerunt animarum umbrosa phantasmata, qualia praefertim simulacra tales animae, quae uidelicet non pura decesserunt a corpore, sed uisibile aliquid trahentes: quo fit, ut uideri possint. Consentaneum est est Socrates. Consentaneum tamen est Cebes, non esse has bonorum animas, sed malorum, quae circa haec oberare coguntur, poenas dantes uitae improbae. Itaque tandiu circunuagantur, quoad cupiditate naturae corporeae comitante, rursus induant corpus. Induunt autem, ut decens est, eiusmodi mores quales in uita exercuerunt. Quales dicis mores est Socrates? Eiusmodi, eos quidem qui uentri de diti per inertiam atque lasciuam uitam egerunt, neque quicquam pensi pudorisque habuerunt, decens est animos similiaque subire. An non putas? Consentanea loqueris. Qui uero iniurias, tyrannides, rapinas, praeter ceteris secuti sunt, in luporum, accipitrum, miluorum genera par est pertransire. num aliud has migrare dicendum est? Ita potissimum, inquit Cebes. Similiter & in ceteris. abeunt enim in genera quaelibet quibus in uita mores similes contraxerunt. Manifestum id quidem. Nonne horum felicissimi sunt, & in optimum proficiscuntur locum, quicunque popularem ciuilemque uirtutem, quam temperantiam & iustitiam nominant, exercuere absque philosophia quidem atque mente, sed ex consuetudine exercitationeque acquisitam? Quoniam pacto hi felicissimi sunt? Quonia decens est hos in tale quoddam genus iterum ciuilem mitemque demigrare quodammodo apum, aut uespertili, uel formicarum, atque deinde in idem rursus genus humanum, modestosque ex illis homines fieri. Ita decet. In deorum uero genus nulli fas est peruenire, praeter eos qui discendi cupiditate flagrant. & philosophati sunt, & puri penitus decesserunt. Florum quidem gratia est amice Simmia atque Cebes qui recte philosophantur, ab omnibus corporis cupiditatibus abstinent, atque ita perseverant, nec se illis unquam tradunt, neque familiae facturam paupertatemque formidant, quemadmodum multi pecuniarum cupidi, neque rursus contemptum atque ignominiam, quemadmodum qui magistratus

Aegyptij diu
seruant cadaver
uera medica
mentis

De uel quod dicitur

Animas pra
uorum uerfa
ri circa sepul
chra atque um
brosas imagines
apparete

ambunt & honores, deinde ab his abstinent. Nec enim deceret ò Socrates. Non per Iouem. Quamobrem hi qui animum suum colunt, neque corpori fingendo uiuunt, spre- tis his omnibus, haudquaquam ea gradiuntur uia qua superiores illi quos narrauimus, quia uidelicet quò proficiantur ignorent. Ipsi uero existimantes philosophia eiusque solutioni repugnandum non esse, hanc ea sequuntur uia qua eos ipsa ducit. Quoniam pacto ò Socrates? Dicam equidem. Cognoscunt profecto uiri scientia cupidi, quem admodum eorum animam suscipit reuera ligatam in corpore, atque implicitam, ac per ipsum quasi per carcerem quandam res considerare coactam: cumque per seipsam id non faciat, omni prorsus incertitia inuolutam: cognoscunt præterea; quemadmodum philo- sophia perspicies quam callide corporeum uinculum alstringat animam: quippe cum per ipsam fiat concupiscentiam, per quam deuinctus animus adiutor sit ad seip- sum deuinciendum: cognoscunt inquam uiri scientia cupidi, quemadmodum philoso- phia eorum animam ita constitutam suscipies, paulatim instruit, soluereque aggreditur, ostendens quam fallax oculorum, quam fallax aurium, cæterorumque sensuum sit iudi- cium, suadens ab his discere, quatenus hæere illis summa non cogat necessitas, sed in seipsam reuocare atque colligere, nec ulli credere præterquam sibi, quatenus uidelicet ipsa per seipsam intelligat quodlibet eorum quæ sunt, existens per seipsum. Quod ue- ro ipsa per alia consideret existens in alijs aliud, nihil existimare uerum: esse uero eiusmo- di quidem sensibile atque uisibile: quod autem ipsa per se consideret, intelligibile atque in- uisibile. Huic ergo solutioni ueri philosophi animus repugnandum non esse iudicans, sic à uoluptatibus, cupiditatibus, doloribus, timoribus, pro uiribus abstinet, iudicans quando quis uehementer delectetur, uel metuat, uel doleat, aut cupiat, haud tantum ab his duntaxat pati malum, quantum quis forsitan existimaret, uidelicet si propter concu- piscientias uel ægrotet quispian, uel pecunias consumpserit, sed quod maior omnium maximum, extremum, turpissimum est, perpeti, neque tamen illud animaduertere. Quid nam hoc ò Socrates est, inquit Cebes. Quod uidelicet omnis anima hominis cogit uel delectari, uel dolere circa aliquid uehementer, simulque putare illud circa quod hoc ma- xime patitur, manifestissimum esse atque uerissimum, cum longe sit secus. Hæc autem ma- xime sunt quæ uisibilia sunt. nonne? Omnino. An non in hac passione anima quam ma- xime ligatur à corpore? Quoniam pacto? Quoniam omnis uoluptas atque dolor quasi clauum tenens animam corpori affigit, atque connectit, efficitque corpoream a deo, ut iam opinetur ea esse uera quæ suadeat corpus, nempe ex eo quod eadem opinetur cum cor- pore, eisdemque oblectetur, cogitur, ut puto, eiusdem moris eisdemque alimoniae fuerit nonquam possit pura in uitam alteram proficisci, sed semper plena corporis labe egre- ditur, ideoque cito cadat rursus in aliud corpus, & quasi fata iterum innascatur, atque pro- præterea à commercio diuina, pura, uniformis essentia aliena prorsus euadat. Verissima inquit Cebes, narraas ò Socrates. Horum igitur gratia ò Cebes iusti scientiae studiosi tem- perantiam fortitudinemque sequuntur, non autem illorum, quorum gratia censet uulgus. An tu putas? Minime quidem. Non certe. Sed ita ueri philosophi animus cogitaret, nec ullo modo arbitraretur, cum ipsum philosophia soluisset, oportere iterum uoluptatibus doloribusque se dedere, iterumque uinciri, atque irritum opus facere, quasi telam Penelopes retexentem. Imò uero horum tranquillitati studens, sequensque rationem, ac semper in ea permanens, uerum, & diuinum, opinionemque supereminens cõtemplatur: à quo nu- tritus ita uiuendum censet quandiu uiuat, atque sperat se ubi decesserit in cognatum aut que tale migrantem ab humanis eximi malis. Ex huiusmodi quidem educatione non est cur metuat ò Simmia & Cebes, ne cum recedat à corpore, distrahatur, & dissipetur, or- minisque in uentos uita recedat & super sit nihil quicquam.



VM hæc Socrates dixisset, longum factum est silentium. & ipse quidem So- crates quæ dicta fuerant secum ut uidebatur reperebat, idemque plerique non strum faciebant. Cebes autem & Simmia parumper insuper inuicem col- locuti sunt. Hos ergo intuitu Socrates, Quidnam uobis, inquit, de his quæ dicta sunt uiderit? An forte aliquid insuper in his desideratis? Multa enim adhuc du- bitationes obiectionesque super sunt, si quis sufficienter ea sit tractaturus. Si igitur aliud quiddam inter uos agitis, nihil dico: Si uero in his quæ dicta sunt hæsitatis, hæ ue- reamini

reamini loqui atque percurrere, si qua in parte putatis melius dici posse. Quinetiam socium me assumite, si mecum id comodius fieri posse existimatis. Verum equidem inquit Sim- mia tibi ò Socrates fatebor. Iam dudum ambigens uterque nostrum impellit alterum iubetque interrogare propter audiendi cupiditatem. Veremur autem ne id tibi ob præsentem ca- lamitatem rogandum situs molestiores. Hæc Socrates audiens, leniter arrisit dicens, Pa- pe ò Simmia quam difficile alijs persuaderem hanc me fortunam haud quaquam aduersam exi- stimare, quando ne uobis quidem id persuadere possim. Quippe cum metuatis ne diffici- lior molestiorque sim in præsentia, quam in superiori fuerim uita. Atque ut apparet, deterior cy- gnis ad diuinandum uobis esse uideor. Illi quidem quando se breui præsentium morituros, tunc magis admodum dulciusque canunt, quam antea consueuerint, congratulantes quod ad deum sint cuius erant famuli, iam migraturi. Homines uero cum ipsi mortem expauescant, cygnos quoque falso criminantur quod lugentes mortem ob dolore cantum emittant. Pro- fecto haud animaduertit nullam esse auem quæ cantet quando esuriat, aut rigeat, aut quo- uis alio afficiatur incõmodo. Non ipsa philomena, nec hirundo, nec epops, quas ferunt per querimoniam cantare lugentes. At mihi, neque hæc aues præ dolore uidentur canere, neque cygni. Sed quia Phœbo sacri sunt, ut arbitror, diuinatione præditi prælagiunt alterius ui- ta bona: ideoque cantant alacrius, gestiuntque ea die, quam superiori tempore. Equidem & ego arbitror me cygnorum esse conferuum, eisdemque deo sacrum, neque deterius uaticinium ab eodem domino habere quam illos, neque ignauius è uita decedere. Quapropter licet uobis huius gratia dicere, & interrogare quicquid libet, quoad Atheniensem unum decimitur si- nunt. Præclare loqueris, inquit Simmia. Itaque & ego tibi aperiam qua in re dubitem, & rursus hic Cebes quidnam ex superiori disputatione minus admittat. Mihi quidem ò So- crates quemadmodum fortasse tibi quoque, uidetur de his quidem rebus manifesta ueritas in uita præsentis, aut nullo modo, aut summa cum difficultate intelligi posse. Quæ porro de his dicuntur, ea non omni modo & explorare & non prius desistere quam examinari, do omnia, animum despondeas, mollis nimium iudico esse uiri. oportet enim circa hæc al- terum efficere: aut discere, inuenireque quemadmodum se habeant: aut si hæc fieri neque- ant, optimam atque tutissimam humanarum rationum eligere, qua quis tanquam rate ue- hat, atque ita procellas huius uitæ pertrahat. si nequeat firmiori quodam uehiculo uel di- uino aliquo uerbo tutius ac minori cum periculo tranare. Atque ego nunc non uerebor in- terrogare, præsertim cum ad hoc ipse nos adhorteris, ne forte me ipsum quandoque sim cul- paturus, quod tunc quæ mihi uidentur minime dixerim. Profecto mihi ò Socrates una cum hoc Cebete uita dicta reputanti haud satis confirmata uidentur. Foran inquit So- crates uere ò amice opinaris. Sed dic qua in parte minus sufficienter dicta fuisse censeas. In hac utique inquit Simmia. Nempe de harmonia & lyra, & fidibus idem posset quispiam dicere, harmoniam uidelicet esse inuisibile quiddam, & incorporeum, & perpulchrum atque diuinum in lyra rite temperata: ipsam uero lyram fidesque corpora esse, atque corporea & composita terrestriaque, & mortali cognata. Cum igitur aliquis uel lyram fregerit, uel fi- des inciderit, siue diruperit, poterit quis eadem qua tu ratione probare, necessarium esse illam superesse harmoniam, neque disperdi. Nulla enim machinatio foret lyram quidem ef- se adhuc fidibus tam diruptis, atque ipsas fides mortalis generis: harmoniam uero, quæ di- uini & immortalis cognata erat, priusque mortale illud interisse. Ille uero diceret adhuc esse alicubi harmoniam, atque prius ligna & fides putrefieri quam illa aliquid patiatur. Arbitror equidem ò Socrates te animaduertisse, nos tale aliquid potissimum esse animam cogitare. Esse uidelicet in corpore nostro intentionem, & complexionem quandam ex calido, frigi- do, sicco, humido, cæterisque talibus, horumque temperantiam consonantiamque animam esse, resultantem uidelicet in corpore postquam hæc ipsa bene moderateque inuicem tempera- ta fuerint. Si ergo anima harmonia quedam est, quoties horum natura in corpore propter morbos aliaque mala immoderate uel remittitur uel interdicitur, necesse est animam quidem quamuis diuinissimam subito interire, sicut solent cæteræ consonantia, siue quæ in uocibus, siue quæ in alijs artificum operibus fiunt: reliquias autem corporis cuiusque diutius permanere, quousque uel ardeant, uel putrefiant. Considera igitur quid huic rationi sit re- spondendum, si quis censeat animam temperamentum quoddam esse eorum quæ sunt in corpore, prioremque in morte perire. Tunc Socrates quemadmodum sæpe solebat, intus

Cygned enim
tio Socratis

aerius atq; ridens, iuste, inquit, tu quidem loqueris Simmia. Si quis ergo uestrum me facundior est, cur his non respondebat? Nonne enim ignaue rationem attingisse uidetur. Iudico tamen anteq; Simmia respondeatur, quid Cebeus quoq; damnet, esse audiendum, ut tempore interiectio deliberandi habeamus facultate. Deinde his auditis, uel his cedendum, si consentanea uero uideantur afferre: sin uero minus, rationem superiorem defendendam esse atq; retinendam. Quamobrem dic age o Cebeus, quidna potissimum te turbet, quo minus assentiaris. Dicam inquit Cebeus. Mihi quidem uidetur eodem reuolui, eidemq; quod in superioribus diximus, crimini obnoxia esse. Quod enim fuerit anima nostra prius q; in humanam descenderet speciem, haud eodem retracto, quin bellissime dictum fuerit: ac nisi dictum esset graue, sufficienter demonstratum asseuerare. Attamen nobis mortuis superfore, non sic assentior. Neq; tamen Simmia concedo obijcienti non esse animam ualidiorem corpore atq; diuturniorem. Videtur profecto mihi, his omnibus anima praestare quam plurimum. Hic ergo ratio superior ad me conuersa sic inquit. Quidnam ulterius ambigis? Cum uideas homine defuncto, quod in eo imbecillius fuerat superesse, cur non concedis oportere etiam quod ualidius diuturniusq; erat, hoc ipso in tempore superesse? Sed aduerte iam quanti momenti sit, quod ad id respondeo. Similitudine mihi quoq; opus est, quemadmodum Simmia. Profecto mihi perinde haec dici uidentur: ac si quis de homine textore sene defuncto diceret, nodum interisse illum, sed forte alicubi superesse, coniecturamq; afferret uestis, qua ipse cum textisset usus fuerit, assereretq; eum adhuc esse incolumem neq; interisse: ac si quis id non credat, interrogaretur ab eo, utrum diuturnius sit hominis genus an uestis qua quotidie quis utatur. quod si respondet genus humanum diuturnius esse, tunc demonstratum id esse putaret, uidelicet multo propterea magis sospitem esse hominem, quando quidem quod in eo erat fragilissimum, nondum perierit. Hoc autem o Simmia ita se habere non arbitror. Sed considera tu quoq; quid dicam. Profecto qui uis intelligeret inepte illud adduci. Nam hic textor qui multas contriuerit uestes, multasq; texuerit, multis quidem posterior obijt, ultima uero prior: neq; propterea magis sequitur hominem esse ueste uiuiolem atq; debiliorem, eandem fieri similitudinem animae ad corpus posse arbitror: ac si quis de his duobus eadem illa adducat, congrue dicere uideretur: uidelicet animam quidem esse diuturniorem, corpus uero debilius, minusq; diuturnum: uerum diceret quemlibet animorum plura consumere corpora, praesertim si multos uiuant annos. Si enim fluat corpus, hominesq; etiam uiuente dissoluatur, anima uero quod consumitur retexat continue, necessarium tamen erit quando perierit anima, tunc ultimam habere uestem, eaque sola priorem perire. Cum uero perierit anima, tunc demum imbecillitatem naturae suae corpus ostendere, cito putrescens atq; euanesceat: ut hac ratione nondum credere ualeamus tunc etiam cum decesserimus animam nostram superfore. Nam si quis dicenti etiam plura quam quae tu dicis concesserit: nec solum ante ortum nostrum animam extitisse, uerum etiam nihil prohibere etiam post obitum quorundam nostrum remanere, sapiusq; accedere, ac decedere fateatur: adeo enim naturam animae ualidam esse, ut sapius corpori indita se corpusq; seruet: his tamen concessis nondum illud tibi daret, non defatigari in multis generationibus animam, sed tandem aliqua ex pluribus morte diceret omnino deleri. Quinetiam adderet neminem mortem illam dissolutionemq; corporis, quae animae quoq; interitum infert, posse discernere: esse enim impossibile, ut quisquam nostrum id sentiat. Quod quidem si ita se habeat, nemo non stulte in morte confidit, nisi demonstrare possit animam omnino immortalem atq; indissolubilem esse. Alioquin consentaneum est necessarium esse, ut qui mortuus est, animae metuat suae, semperq; sit sollicitus, ne in ea que proxime imminet corporis disiunctione prorsus intereat. Omnes igitur cum haec audiuissimus, conturbati sumus, ut postea inuicem aperuimus, quod cum superiori disputatione nobis fuisset magnopere per suasum, uideretur nos ab eo statu in praesentia deturbasse, atq; eo iam deiecissemus, ut nedum rationibus iam adductis, sed & dicendis insuper, fidem ullam adhiberemus, uerentes ne uel nos nequaquam boni essemus iudices, uel res ipse fide essent indignae. E C H E. Veniam et quidem per Iouem do uobis o Phaedo. Nam mihi quidem modo te audienti, tale quiddam ueniebat in mentem. Cuius deinde rationi credemus: quippe cum ratio illa Socratis usq; adeo paulo ante probabilis, iam fidem amiserit. Mirum est enim quantum apud me contra

possit

possit ratio illa semperq; potuerit, quae animam nostram harmoniam quandam esse probat: & nunc quidem audita me subito in memoriam reuocauit, quantum mihi quoq; alius persuaserit. Quo efficitur, ut alia quadam ratione iterum tanquam ab initio prorsus indigeam, quae mihi persuadeat animam cum corpore non interire. Dic ergo per Iouem precor quo pacto disputationem peregerit Socrates, & utrum ipse quoq; quemadmodum de uobis ipse fateris, grauius id ferre uisus fuerit, an contra benigne suam defenderit rationem: praeterea utrum satis nec ne eam tutatus fuerit: haec nobis quam potes diligentissime refero. PHAEBO. Equidem o Echeates saepe admiratus Socratem, nunquam maiori cum uoluptate quam tunc praesens sum admiratus, meq; affuisse ibi mirifice gaudeo. Habuisse quidem illum quod obiectionibus responderet, forte non est mirandum: sed haec in eo potissimum sum admiratus, primo quidem quam iucunde, benigne, amice, adolescentium uerba recepit: deinde quam sagaciter sensit nos illorum rationibus fuisse commotos: demum quam opportune nobis adhibuit medicinam, & quasi fugientes atq; uictos reuocauit nos, conuertitq; ad profectandum atq; considerandum. E C H E. Quonam pacto? PHAEBO. Dicam equidem. Sedebam forte ad dexteram eius in subsellio quodam humili iuxta lectulum. Ipse uero Socrates sedebat longe superior. Attrectans igitur caput meum comprimensq; crines super ceruicem: consueuerat enim nonnunquam ubi contigisset, in meos crines ludere: cras forsitan inquit, o Phaedo istas pulchras incides comas. Sic arbitror inquam o Socrates. Non certe, si mihi assensus fueris inquit. Quid hoc, inquam ego. Imo hodie, & ego meas, & tu tuas, si nobis ratio intereat, neq; ea ipsi suscitare possimus. Atqui si ego tu essem, ac me fugeret ratio, more Argiuorum iurarem, non prius comam nutriturum, quam uicissem Simmiam, Cebeumq; expugnauissem. At uero, inquam ego, contra duos ne Hercules quidem dicitur suffecisse. At tu me Iolaum dum lux est, aduoca, inquit. Aduoco equidem inquam, sed non tanquam Hercules Iolaum, imò tanquam Iolaus Herculem. Nihil refert, inquit. In primis uero cauendum, ne id nobis accidat. Quidnam inquam? Ne rationum inquit o fores euadamus, quemadmodum nonnulli hominum o fores fiunt. Nullum enim maius quam hoc malum nobis posset accidere, uidelicet si rationes odio habuerimus. Fit autem eodem pacto odium & aduersus rationes, & aduersus homines. Odium quidem contra homines tunc maxime subit, quando alicui nimium creditimus absq; arte, putamusq; ipsum omnino uerum & syncerum fidemq; uirum esse, deinde uero mox prauum insidumq; deprehendimus, rursusq; alium eodem pacto. Itaq; quando quis sapius offensus ita decipitur, praesertim ab his quos praecipue familiarissimos amicos simosq; existimabat, odit tandem plurimum uniuersos, putatq; nihil omnino apud quemquam esse syncerum. An te latuit id ita accidere consueuisse? Aniam aduertit equidem inquam. An non turpiter inquit & absq; humanarum rerum arte hic aggreditur hominibus uita: si enim ex arte uti studeret, cogitaret utiq; rem ipsam ita se ut habet habere, uidelicet homines uehementer bonos aut malos, per paucos esse, medios uero plurimos. Quo id pacto, inquam, dicitur? Quemadmodum uidelicet in rebus contingit ualde aut paruis, aut magnis, inquit. An tu arbitraris quicquam esse rarius, quam ualde magnis, aut ualde paruum reperire hominem, uel canem, uel quoduis aliud? Atq; rursus celerrimum, & tardissimum, pulcherrimum, turpissimum, albilissimum, nigerrimum? An ignoras in his omnibus extreme morum summa, rara quidem & pauca esse, media uero frequentia atq; multa? Sic arbitror inquam. Nonne igitur arbitraris inquit, si improbitatis proponeretur certamen, admodum paucos in hoc genere summos inueniri? Consentaneum est inquam. Consentaneum quidem inquit, uerum non hoc pacto similes rationes sunt atq; homines, sed te nunc ducentem profectus sum: imò uero in hoc similitudo consistit, quando uidelicet quis absque rationum arte, crediderit rationem aliquam esse ueram, sed paulo post appareat falsa: quae quidem aliquando talis est, aliquando minime, & rursus altera similiter atq; altera. Praecipue uero illis id euenit, qui plurimum rationes contradictorias agitant. hos enim scis putare tandem se sapientissimos euasisse, soloq; animaduertisse neq; in rebus neq; in rationibus esse sanum aliquid aut firmum, sed omnia reuera tanquam in Euripo sursum deorsumq; iactari, nullumq; tempus in aliquo permanere. Vere nimium loqueris inquam. Nonne inquit aegritudo haec Phaedo miserabilis esset, si cum ratio aliqua uera firmaq; sit, comprehenditq; ualeat, postea tamen auditis huiuscemodi rationibus, que modo afferre

Ne Hercules
quidem contra
duos

V 2 uera

vera, modo falsa uidentur, aliquis hinc in ambiguitate deductus, non se ipsum, neque eius inertiam ob id accuset, sed tandem uelut ager libenter culpam omnem a seipso, in ipsas transferat rationes, & in reliqua uita eas odio habeat atque uisuperet, rerum iam ipsarum ueritate scientiaque priuatus. Per Iouem miserabilis inquam aegritudo. In primis igitur inquit diligenter id caueamus, ne persuadeamus nobis nihil in rationibus esse sanum, sed multo magis nondum esse nos sanos. Itaque totis uiribus ut sani efficiamur est annitendum: tibi quidem & alijs totius reliquae uitae gratia, mihi uero gratia mortis, qui in periculo sum, ne in hoc ipso tempore, non ut philosophum me geram, sed ut contentiosum atque pertinacem, quod quidam homines a disciplina alienissimum facere solent. Illi enim ubi aliqua de re ambigunt, non ut res ipsa de qua agitur se habeat curant, sed ut quae posterunt ipsi praesentibus uideantur uera obnixè contendunt. Atque ego mihi uideor in hoc duntaxat in praesentia ab illis differre, quod non ut praesentibus probem ea quae dico, annitar, nisi quatenus forte contigerit, sed ut mihi ipsi uera quam maxime uideantur. Sic enim cogito dulcis amice, & uide quanto cum lucro sit ratio mea. Si forte uera sunt quae dico, operis precium est ita credere: si autem nihil superest post mortem, attamen hoc ipsum tempus ante obitum praesentibus minus ero molestus, minusque deplorabo. Haec autem ignorantia minime perseuerabit mecum, malum id quidem esset, sed paulo post delebit. Sic equidem o Simmia & Cebes paratus reuertor ad disputandum. Vos tamē si mihi assentiimini, non Socrati cedite, sed ueritati. Si enim uera uobis loqui uidebor concedite: si minus, omnino contradicite, diligenter cauentes ne ego dum annitor me ipsum simul uosque decipiam, & uelut apes aculeo in uobis relicto abeam. Sed iam accedendum est. Primum quidem redigite in memoriam mihi quae dicebatis, si minus meminisse uobis uidebor. Simmias quidem, ut arbitrator diffidit ac reuertit, ne anima quamuis diuinius pulchriorque corpore, prius tamen pro harmoniae natura intereat. Cebes autem mihi uisus est concedere diuturnior rem esse animam corpore, sed is addidit scire posse neminem, ne cum multa saepius consumpserit corpora, tandem quandoque postremum relinquens corpus, ipsa quoque pereat, atque mors eiusmodi tantum sit interitus animae, corpus uero dissolui continue consueuerit. An non haec sunt o Simmia & Cebes, quae nos oportet considerare? Confitebantur ambo. Sed nunquid omnia quae dicta in superioribus fuerant negatis? An quaedam negatis quidem, sed conceditis aliam? Quaedam inquirunt, quaedam non. Quid igitur, inquit, de eo quod disciplinam diximus reminiscendam esse, atque si ita se res habeat, necessario consequi, alicubi fuisse animam prius quam corpore clauderetur? Mihi quidem inquit Cebes istud dum diceres mirifice placuit, atque nunc si qua unquam in alia, in hac maxime sententia permaneo. Similiter ego quoque inquit Simmias affectus sum, uehementerque admirarer, si mihi unquam hac de re aliter uideretur. At uero necesse est, inquit hospes Thebane aliter tibi uideri si in hac opinione permanseris, harmoniam uidelicet esse compositum quoddam, animam uero harmoniam quandam ex his quae per corpus intensa sunt, constitutam. Nunquam enim admittes consonantiam compositam prius esse quam illa ex quibus componi consonantiam oportebat. Nunquid admittes? Nullo inquit, o Socrates, modo. Animaduertis igitur, inquit, cogite id confiteri, quando dicitis animum quidem esse prius quam in humanam speciem corpusque deueniret, atque esse corporis consonantiam, uidelicet ex his quae nondum sunt eam constitui. Neque enim talis tibi est consonantia, cui tu simile esse dicis. Immo uero prius est ipsa lyra, & fides, & soni adhuc inconcinni: tandem uero ex omnibus componitur consonantia omnium postrema, primaque disperditur. Hic itaque sermo quoniam pacto tuo illi concinet? Nullo modo inquit Simmias. At uero sicubi, inquit, uerba concinnitatem seruare debent, praecipue decet esse concinna ubi de concentu tractatur. Decet nimirum, inquit Simmias. Hic igitur sermo tibi dissonat, inquit. Sed uide utrum ex his duobus eligas, disciplinam ne reminiscendam esse, an potius animum esse concentum? Primum quidem potius eligo inquit. Id namque alterum absque demonstratione admissi ex uerisimili quadam conuenientia, quem admodum uidetur & multis. Ego autem ea uerba quae per id quod conuenit demonstrationes faciunt, semper inania iudicauit: ac nisi quis caueat ualde decipiunt, & in geometria & in caeteris omnibus. Ratio uero de reminiscenda atque disciplina fundamento innititur si de digno. Dicitur enim animam nostram ita esse alicubi, prius etiam quam laberetur in corpore

*Proverbium
Velut apes re
licto aculeo a
bis*

corpus, ut illa ipsius essentia habeat eius quod uere est cognomen. Ego uero hanc ut mihi met persuadeo, sufficienter recteque admissi, proptereaque neque mihi neque alijs animam appellantis harmoniam assentiri possum. Quid uero Simmia? Videtur ne tibi uel consonantiae uel alteri cuiquam compositioni congruere, ut aliter se habeat quam illa ex quibus constat? Nullo modo. Neque etiam ut aliud quicquam ut arbitrator patiat, aut agat, quam illa uel agant uel patiantur. Assentior, inquit. Non igitur conuenit consonantiam ea ducere ex quibus composita est, sed sequi. Opinor ita. Quare permultum abest ut harmonia in contrarium moueatur, aut sonet, aut quicquam aliud edat partibus suis aduersum. Permultum proculdubio. Quid uero consonantiae? nonne eatenus pro natura sua consonantia est quatenus temperatur? Haud satis intelligo. Nonne si magis plusque contemperetur, si modo id admittit, magis plusque consonantia est? Sin uero minus atque perpaucum, minus perpaucumque similiter? Omnino. Nunquid de anima id dici potest? Ut uel in minima quadam re alia anima hoc ipsum quod est anima uel magis uel plus aut contra sit quam alia? Minime. Dic age per Iouem precor, num animam dicimus aliam quidem habere mentem uirtutemque, atque esse bonam: aliam uero dementiam & prauitatem, malamque esse haec ne inquam uere dicuntur? Vere quidem. Eorum ergo qui animam esse asserunt harmoniam, quis quidnam dicit esse in animabus: haec scilicet uirtutem & uirtutem? an aliam quandam consonantiam atque dissonantiam? & bonam quidem esse consonantem: & cum ipsa consonantia sit, alteram in se consonantiam possidere: malam uero dissonantem & ipsam esse, nec aliam in se habere? Quid respondeam non habeo. Constat tamen, eum qui animam esse consonantiam posuisset, talia quaedam responsum. At uero iam concessum est nihilo magis aut minus aliam alia animam esse. Eiusmodi uero concessio est, neque magis, neque plus, neque minus, neque sub paucioribus gradibus aliam alia consonantiam esse. Nonne? Prorsus. Eam uero que neque magis, neque minus consonantia est, nimirum neque magis, neque minus esse contemperatam. Est ita? Est. Quae uero neque magis neque minus temperata est, potest ne pluribus paucioribusue gradibus particeps consonantiae esse? An potius aequae? Aequae potius. Quapropter anima, si quidem neque magis neque minus alia quam alia secundum anime naturam anima est, consequenter neque magis neque minus est temperata. Est ut dicis. Cum uero sic affecta sit, nihilo magis consonantiae est, uel dissonantiae particeps. Nihilo magis. Praeterea cum ita comparata sit, num plus aliquid prauitatis uel uirtutis alia quam alia possidet? si quidem prauitas quidem dissonantia est, uirtus uero consonantia. Certe plus nihil. Quinimmo secundum rectam Simmias rationem nulla usquam anima prauitate erit affecta, si fuerit consonantia. Quandoquidem consonantia uera secundum id quod consonantia est, nunquam fit dissonantiae particeps. Nunquam certe. Neque igitur anima que omnino sit anima, prauitate inficietur. Quo enim modo per ea quae dicta sunt, id fieri possit? Hac igitur ratione omnes animalium omnium animae bonae similiter erunt si secundum animae ipsius naturam similiter animae sint. Mihi quidem Socrates ita uidetur. Nunquid recte sic tibi dici uidetur, atque haec sequi, si uera esset illa positio, animam consonantiam esse? Nullo modo. Quid uero? ex omnibus quae in homine sunt, aliquidne praeter animum asseris dominari, praecipue prudentem? Nihil aliud. Vtrum corporis perturbationibus indulgentem, an potius repugnantem? Dico autem tale quiddam: ueluti si sub aestu litis angat, interea tamen aduersatur animus retrahitque in contrarium nebiat: similiterque si premat fames, ne edat in alijsque quam plurimis uidemus corporis affectibus repugnantem. Nonne? Et quidem maxime. Nonne in superioribus confessi sumus animam si consonantia fuerit nunquam dissonaturam his quibus intenditur, uel remittitur, uel euibratur, uel quodcumque aliud patiantur illa, ex quibus ipsa constat: sed secuturam illa, nunquam uero ducturam? Confessi sumus. Quid uero nunc? nonne contra omnino uidetur agere, quatenus ea ducit omnia ex quibus dixerit aliquis ipsam constitui? atque ferme omnibus per omnem uitam repugnat, multisque dominatur modis, interdum rigidius quodam cum supplicio puniens per gymnasticam, atque medicinam, interdum uero mitius castigans comminando, aut monedo aduersus cupiditates, & iras, atque timores, tanquam altera quaedam res contra alteram loquens, quemadmodum Homerus tradit in Odyssae:

Tum pectus pulsans, cor sic affatur Vlyfles:
 Hoc quoque cor perfer, namque & grauiora tulisti.
 An putas Homerum hæc dixisse tanquam harmonia quædam sit, ac talis ut corporis passio-
 nibus subiiciatur, non autem ducat atque dominetur? an potius quasi quiddam longe diuini-
 us quam harmonia sit animus? Diuinius per Iouem mihi uidetur significauisse. Non ergo
 uir optime recte harmoniam esse animam diceremus. Sic enim ut appareat neque Home-
 ro diuino poetæ, neque nobis ipsis consentiremus. Sic est. Age harmoniam Theba-
 nam satis, ut uidetur, iam placauimus. Rationem uero Cadmeam o Cebes, quoniam pacto,
 & qua ratione placabimur? Tu mihi o Socrates uiam, inquit Cebes, inuenturus uideris,
 Nempe rationem hanc aduersus harmoniam mirifice præter opinionem nostram exco-
 gitasti. Cum enim audire Simmiam dubitantem, ualde admirabar si quis rationibus eius
 resistere posset. Itaque summæ mihi fuit admirationi, ipsum nec primum quidem potuisse
 rationis tuæ imperum sustinere. Quapropter non admirarer si Cadmeus quoque sermo
 idem pateretur. Parcius ista bene uir, nequa inuidia nobis sequentia inturbet. Sed hæc
 quidem deo curæ erunt, nos autem ut ait Homerus comminus congressi periculum fa-
 ciamus an forte quid dicas. Summa uero eorum que perquiris, est eiusmodi. demonst-
 randum esse iudicis animam nostram indissolubilem immortalemque esse, ne uir philosophus
 in morte securus, magnaque cum fiducia sperans in alia uita longe beatiorum ob philoso-
 phia studium se futurum, insipiens sit, stultique confidat. Ostendere autem ualidum quid-
 dam esse animam atque diuinis per simile, priusque etiam quam nos extitisse, nihil impedi-
 mento esse eis quo minus hæc omnia non immortalitatem quidem significant, sed dum-
 taxat animam corpore diturniorem esse, multa que ante nos secula fuisse, nouisseque &
 egisse per multa, nihilo tamen magis ob hoc immortalem esse existimandam. Immo hunc
 ipsum in humanum corpus ingressum, quasi morbum quendam interitus eius initium
 esse: adeo ut & in hac uita sit misera, & in corporis morte depereat. Nihil autem differre
 censet, siue semel tantum, siue sæpius labatur in corpus, ut quibus nostrum pertimescat.
 Merito namque timendum esse nisi stultus sit, ei qui neque sciat neque assignare queat im-
 mortalitatis animæ rationem. Talia quædam sunt quæ dicis, o Cebes, egoque ea consulto
 sæpius repeto ne quid nos fugiat, siue addere his quicquam uelis, siue demere. Nihil equi-
 dem in præsentia habeo, inquit Cebes, quod aut minuam aut adiungam, atque hæc sunt quæ
 dico. Tunc Socrates cum aliquantum se recepisset, ad se conuersus, haud leue quiddam re-
 quiris inquit, o Cebes, sed cuius gratia oporteat generationis corruptionisque causam per-
 tractare. Ego igitur si uis ea tibi que mihi euenerunt, enarrabo. Deinde si quid eorum que
 dixero ad questionis tuæ ueritatem aperiendam conducere putabis, utere. Volo equi-
 dem, inquit. Audi igitur iam narrantem. Equidem o Cebes cum essem iuuenis mira qua-
 dam eius sapientiæ cupiditate flagrabam quam naturæ uocant historiâ. Præclarissimum
 enim esse censebam, causas intelligere, per quas singula fiant atque intereant, & qua sint ra-
 tione: sæpiusque me sursum deorsumque iactaui talia quædam primo considerans, nunquid
 postquam calidum & frigidum putrefactione aliquam acceperunt quædam modum nonnulli di-
 xerunt, tunc animalia conualescant. Præterea utrum sanguis sit quo sapiamus uel aer uel
 ignis: aut nihil horum sit, sed cerebrum, quod præbeat sensus audiendi, uiuendi, olfaciendi, ex
 his autem memoria & opinio fiat, ex memoria uero & opinione quiete accipiente per hæc
 scientia oriatur. Proinde horum corruptiones considerans, atque eas que circa cælum ter-
 ramque passionibus contingunt, tandem adeo mihi ad hæc consideranda uisus sum hebes ut ni-
 hil magis, coniecturam uero ad id asseram tibi sufficentem. Nempe ob eiusmodi conside-
 rationem usque adeo sum occæcatus, ut ea etiam quæ prius manifeste sciebam, ut mihi alijsque
 uidebatur, dedissem, & alia uidelicet multa quæ antea me scire putabam, & qua ratio-
 ne homo crescat. Id namque opinabar ante esse cuiuslibet manifestum, hominem uidelicet per ci-
 bum potumque augeri. Quando enim per hæc carnes carnibus ossaque ossibus adduntur, eo-
 demque modo in alijs quando sua cuiusque adhibentur, tunc sane moles primo parua, deinde
 magnam euadere, atque ita paruam hominem effici magnum. Sic ego tunc opinabar, nonne sa-
 tis belle tibi uideor? Mihi quidem, inquit Cebes. Animaduerte hæc insuper. Arbitrabar
 enim satis recte mihi uideri quoties hominem uel equum magnum paruo propinquum, ab-
 terum altero iudicari capite ipso esse maiorem. Atque multo etiam euidentius de cæplura
 appare-

apparebant mihi quam octo, propterea quod denarius duo præter octonarium contine-
 ret. Præterea bicubitum cubitali maius, quonia dimidio superaret. Nunc uero, inquit
 Cebes, de his quid iudicaris? Procul equidem per Iouem abesse mihi uideor, ut alicuius
 horum causam intelligere putem, qui nondum mihi ipsi persuadere possum, ut quando quis
 uni addat unum, tunc uel illud unum cui unum adiunctum est, fiat duo: uel & adiunctum,
 & illud cui adiunctum est, propter alterius ad alterum adiunctionem euadat duo. Admiror
 equidem, si cum utrunque horum separatum erat, utrunque unum erant, necque erant tunc duo,
 postquam inuicem coheserunt, hæc ipsa causa fuerit ut duo fierent, congressio uidelicet per
 quam propius iam posita sunt. Neque etiam si quis unum diuidat, adhuc possum persuaderi
 hanc ipsam diuisionem causam esse ut duo euadant. Contraria enim tunc atque superius cau-
 sa sit qua duo fiant. Tunc enim quia coniungebantur propius inuicem, alterumque admo-
 uebatur alteri: tunc uero quonia remouetur alterum ab altero, atque separatur. Neque propter
 quid unum fiat adhuc scire me arbitror, necque ut summam dicam, aliud quicquam quare fiat,
 aut pereat, aut sit, per hanc ipsam uiam me nosse profiteor: sed alium quendam ipse modum
 frustra misceo, hæc uero nullo modo admitto. Verum cum audissem aliquando ex libro, ut ille
 aiebat, Anaxagoræ legentem quendam hanc Anaxagoræ ipsius sententiam, uidelicet rationem
 rem omnia exornare, omniumque causam esse: hoc utique causæ genere magno pere sum de-
 lectatus, existimans quodammodo consentaneum mentem esse omnium causam: putabamque si
 id ita esset ut mens omnia exornaret, singula per hæc ita esse disposita, ut optime disponi po-
 tuerat. Propterea si quis uellet causam inuenire qua singula fiât, aut pereât, aut sint, hoc
 ipsum esse inueniendum, qua uidelicet ratione optimum sit unicuique, aut esse, aut quoduis
 aliud pati uel agere. Atque hoc pacto nihil aliud considerandum homini uel de seipso uel de
 alijs, nisi quod potissimum sit & optimum. Necessario uero est eum qui id norit, illud quoque quod
 est deterius, cognouisse. Quippe cum eadem horum scientia sit. Hæc utique mecum ipse re-
 putans gaudebam, inuenisse ratus Anaxagoræ magistrum, qui me id quod tantopere cu-
 piebam, causas rerum doceret, primumque mihi diceret, utrum plana sit terra uel rotunda. Et
 cum hæc dixisset, subiugeret mihi causam atque necessitatē, afferens uidelicet id ipsum quod
 melius est, meliusque fuisse eam esse talem. Proinde si terram diceret in mundo mediā esse, mox
 exponeret melius extitisse, ut mediā esset. Quod si ille hæc ostenderet, ita me comparabam
 quasi nullam amplius causarum speciem positurus. Præterea de sole & luna cæterisque stel-
 lis earumque inter se uelocitate conuersionibusque, & de huiusmodi omnibus, me similiter
 quaesiturum auditurumque comparaueram, quod uidelicet & qua ratione hæc melius sit sin-
 gula uel facere, uel pati, quodcumque agant uel patiantur. Neque enim putabam cum ab initio
 dixisset mente omnia exornari, ipsum aliam postea causam rebus assignaturum præterquam
 quod optimum sit eas ita se ut habent habere. Itaque arbitrabar eum in reddendis tum singu-
 lorū, tum cunctorum communiter causis, singulis quidem assignare quod unicuique optimum,
 cunctis uero commune bonum. Neque uero spes ipse meas paruifaciebam, sed summo quo-
 dam studio acceptos libros quam uelocissime poteram lectitauit, ut occyissime quid optimum,
 quid ue eius contrarium esset cognoscerem. Hæc igitur mirabili spe ductus cum legere per-
 go, uideo hominem mente quidem nullo modo utentē, nec causam ullam ad ipsum rerum
 ornatum referentē, sed æreas naturas & æthereas aqueasque & talia multa incredibilia pro-
 rerum causis assignantem. Qua quidem in re ille mihi perinde uisus est agere, ac si quis diceret
 Socratem quæcumque facit mente facere, deinde uolens singulorum quæ facio causas ex-
 plicare, dicat primum quidem nunc me hic propterea federe, quonia corpus meum ex ossi-
 bus neruisque componitur: & ossa quidem solida sunt, & iuncturarum interualla inuicem ha-
 bent: nerui autem sic instituti ut & extendi & contrahi ualeant, complectantur ossa cum car-
 nibus atque cute, quæ res illa continet. Elatis igitur ossibus in suis coniunctionibus, nerui
 qui & intendunt & remittunt commode, faciunt ut flectendi cuiusque membri habeam fa-
 cultatē, atque hanc ob causam hic inflexus sedeam. Ac rursum disputationis meæ alias quas-
 dam eiusmodi causas assignaret, uoces & aerem & auditum aliaque generis eiusdem quam
 plurima, causas uerissimas negligens: uidelicet quonia Atheniensibus melius uisum fue-
 rit me condemnare, ideoque mihi etiam melius sit uisum hic federe, iustisque iudicari expe-
 ctantē dare pœnas quas illi iubeant. Profecto per Canem iam diu, ut arbitror, hi nerui, atque
 hæc ossa apud Megarenfes aut Bœotios essent ipsius quod optimum est opinione delatas.

nisi iustus honestiusque censuisset poenas ciuitati pendere quascunque a me exigat, quam subterfugere atque exulem uiuere. Verum talia quaedam causas appellare a ratione est remotissimum. Siquis autem dixerit absque ossibus et nervis atque similibus non posse me que mihi facienda uideantur implere, uere utique dicet. Attamen asserere propter hæc me facere quæcunque facio, dum ipsa mente ago, non autem eius quod optimum sit optione, multa magnaque sermonis negligentia esset. Nam qui sic est affectus, nequit discernere aliam quidem esse ueram rei alicuius causam, aliud uero illud sine quo ipsa causa esse non potest causa. Quod quidem multi mihi uidentur quasi in tenebris attritantes alieno appellare nomine dum causam nuncupant. Quapropter nonnulli uertiginem circumponentes terræ sub celo eam stabilem faciunt. Alij uero tanquam latum pistoris aluicum aere uelut base suffulciunt. Potentiam uero ipsam, qua nunc ita disposita sit ut optime disponi poterat, neque perquirunt, neque dæmonicam quandam habere uim putant, sed Atlantem quandam robustiorem & immortaliolem magisque omnia continentem inuenisse se opinantur. Ipsum autem bonum atque decens conuenire atque continere reuera nihil existimant. Ego igitur libentissime cuiusuis essem discipulus, ut quemadmodum se habeat hæc ipsa causa discerem. Postquam uero hac priuatus sum, neque ipse inuenire, neque ab alio discere potui, secundam nauigationem ad causam inuestigandam molitus sum. Vis ne o Cebes hæc tibi a me demonstrari? Mirifice cupio, inquit Cebes. Censui tandem cum in rebus considerandis iam defessus essem, cauendum fore ne mihi idem accideret, quod accidere illis solet, qui in solem deficientem figunt intuitum, orbantur enim nonnunquam uisu, nisi in aqua, uel in eiusmodi aliquo imaginem eius aspiciant. Tale quiddam ego reputaui, timens ne animus mihi prorius occæcicaret, si oculis res aspicerem, sensuque quolibet attingere illas aggrederer. Quapropter operæ precium fore censui, ut ad rationes confugerem, atque in illis rerum ueritatem considerarem. Forte uero nostra hæc similitudo non omni ex parte congruit. Non enim prorius assentior, eum qui res in rationibus contemplat, in imaginibus aspiciere potius quam qui in operibus inuetur. Veruntamen hæc uita iter direxi meum, supponensque rationem semper quam esse iudico ualidissimam, quæcunque huic consonare uideantur, pono equidem tanquam uera, idque ago & circa rerum causas, & circa reliqua omnia: quæ uero dissonant uera esse nego. Volo equidem quæ dico tibi apertius explanare. Puto enim te nondum intelligere. Per Iouem haud multum, inquit Cebes. Verum nouum nihil adduco, sed quæ & sepe aliis in superiori disputatione dicere nunquam destiti. Pergo iam igitur demonstrare tibi causæ speciem quam continue pertractaui, ac redeo ad illa iam sæpius decantata, ab eisque exordior, supponens aliquid esse ipsum per se pulchrum, & bonum, & magnum, & cætera omnia. Quæ quidem si tu mihi dederis, eaque esse concesseris, spero tibi ex his ipsam causam demonstrare, itemque inuenire esse animam immortalem. At uero quasi iam tibi concesserim, nihil tibi opus est præludio, quo minus iam concludas. Considera iam quæ sequuntur deinceps, utrum in his mihi consentias. Arbitror enim siquid est aliud pulchrum præter ipsum pulchrum, non ob aliud quippiam esse pulchrum quam quia pulchri ipsius est particeps. Atque omnia dico similiter. Nunquid ob hanc causam recipis? Recipio, equidem, inquit. Ergo nondum ultra percipio, neque possum cæteras istas præclaras causas cognoscere. Siquis autem mihi dixerit quare pulchrum sit quodlibet, uidelicet quia uel colorem habeat floridum uel figuram uel aliud quoduis salium, cætera equidem ualere sino: in cæteris enim omnibus soleo perturbari: id uero unum simpliciter atque proculdubio & forte iam inepte penes me teneo, nihil aliud esse quod aliquid faciat pulchrum, quam ipsius pulchri siue præsentiam siue communionem, siue qualicumque ratione & quocunque modo id proueniat. Neque enim id adhuc affirmarem: sed pulchra pulchra omnia esse pulchra, id mihi uidetur tutissimum tam mihi quam alijs respondere: atque huic fundamento innixus, puto nunquam cadere, sed & me & quemuis alium tuto respondere posse, quæcunque pulchra sunt, ipso pulchro fieri pulchra. Nonne & ipse consentis? Consentio equidem, inquit Cebes. Ergo & quæ magna sunt, ipsa magnitudine esse magna: & quæ maiora sunt, similiter esse maiora: & quæ minora, paruitate esse minora. Ita est. Igitur neque tu quidem assentieris si quis aliquem dixerit alio quodam capite esse maiorem: atque eum qui minor est, eodem capite esse minorem: sed

testifica

testificaberis te quidem nihil aliud esse dicturum, quam omne maius alio non alia re ulla quam magnitudine esse maius, atque ob hoc maius, ob ipsam scilicet magnitudinem: minus autem, nullo similiter alio quam paruitate, & propter hoc esse minus, propter ipsam uide licet paruitatem: metuens ut puto ne si quem dixeris capite maiorem esse uel minorem, qui ipsam tibi sic obijciat: primum quidem eadem re & maius fore maius, & minus fore minus: deinde quod capite quæ res parua est, maiorem affirmes esse maiorem. Hoc autem dicet monstro esse persimile, ut paulo aliquo magni quiddam esse dicas. Nonne hæc metueres? Tunc Cebes subridens, equidem inquit. Nonne similiter quoque metueres diceret inquit, decem plura quam octo esse duobus, atque ob hanc causam superare, potius quam multitudinem atque propter multitudinem? Ac similiter bicubitum cubitali maius esse dimidio potius quam magnitudine: Id enim similiter est metuendum. Omnino. Quid uero si uni addatur unum, additamentum ipsum esse causam ut duo fiant, uel si diuidatur, diuisionem ipsam duorum esse causam, dicere non formidares? Altiisque exclamares, nescire te quoniam alio pacto quicquam fiat, nisi participatione quadam essentia unicuique propria, cuius sit particeps: atque in his nullam aliam habere te causam, cur duo fiant præter diuisionem ipsius participationem: sed oportere huius participia fore, quæcunque futura sunt duo: & similiter unitatis quodcunque futurum sit unum: Has uero diuisiones adiunctionesque & cæteras eiusmodi argutias ualere sineres, relinqueresque sapientioribus. te per eas pro arbitrio responsuris: tu uero tuam, quemadmodum dici solet, metuens umbram & imperitiam, atque innixus tutissimam illi positioni, sic utique responderes? At uero si quis eandem positionem complexus instaret, ualere sineres, neque prius responderes quam quæ inde manant considerasses, utrum consonent inuicem aut dissonent? Vbi uero illius ipsius rationem oporteret asserere, eodem modo assereres, atque aliam rursus positionem adduceres, quæ superiorum optima uideretur, quo ad ad aliquid sufficiens peruenires: Nunquam uero simul confunderes contentiosorum more, ubi & de principio & de his quæ a principio deducuntur disputas, si modo uelles eorum aliquid quæ uere sunt inuenire: Nam illis fortasse nullus hac de re sermo est, nulla cura. Possunt enim præ sapientia & simul omnia commiscere, & tamen sibi met placere. Tu uero si ex philosophorum numero es, quæ dico, ut arbitror, facies. Verissima loqueris, inquit Simmias & Cebes. E C H E. Per Iouem o Phædo merito admodum consenserunt. mirifice enim illi mihi uidetur rem ipsam uel hebetissimo cuique explanasse. P H A E. Sic prorius o Echebrates presentibus omnibus similiter uisum fuit. E C H E. Quid mirum? cum nobis quoque qui non interfuimus, nunc similiter audientibus uideatur. Verum quæ nam post hæc dicta fuerunt? P H A E. Ut equidem arbitror, postquam hæc illi Socrati concesserunt, consenseruntque speciem quamlibet aliquid esse, & quæ harum participia sunt ipsarum denominationem habere, deinceps hunc in modum interrogauit. Si hæc ita se habent, nonne quando Simmiam dicis Socrate quidem maiorem esse, Phædone uero minorem, tunc affirmas in Simmia utrunque esse, & magnitudinem simul & paruitatem? Equidem. Attamen Simmiam confiteris excedere Socratem non ita reuera ut uerba sonant. Non enim ita natura institutum esse existimas Simmiam, ut ea ratione superet qua est Simmias, sed magnitudine quæ habet: neque rursus Socratem eo quod Socrates est excedi, sed quia paruitatem præ magnitudine illius habeat. Vera loqueris. Similiter nec a Phædone superari eo quod Phædo sit Phædo, sed quia Phædo præ Simmia paruitate magnitudinem habet. Ita est. Sic itaque Simmias denominationem parui habet & magni, siquidem in amborum medio positus alterius quidem paruitatem magnitudine superat, alterius uero magnitudini paruitate cedit. Et simul subridens inquit. Videor equidem affectatius descripsisse, ueruntamen est ut dico. Sic apparet. Dico autem propterea, quia cupio uideri tibi quod & mihi uidetur. Opinor enim non solum magnitudinem ipsam nunquam uelle magnam simul paruatque esse, uerum etiam neque hanc quæ in nobis est magnitudinem unquam recipere paruitatem, neque superari uelle: sed e duobus alterum accideret: uel fugere seque subtrahere quando adueniat contraria paruitas: uel cum adueniret, interire: nolle autem expectare, atque in paruitate recipienda aliud esse quam erat. Quemadmodum ego cum susceperim sustinuerimque paruitatem, quandiu is ipse sum qui sum, sic ipsemet sum paruus. Illud autem magnum quod ipsum est, nunquam sustinuit esse paruus: similiter paruus quod est in nobis, nunquam

uult

uult magnam aut fieri aut esse, neque aliud quicquam contrariorum, quandiu est id quod erat, patitur simul contrarium fieri aut esse, sed aut abit aut perit cum adueniat contrarium.

Ita prorsus existimo, inquit Cebes. Tunc quidam eorum qui aderant, haec audiens, quis autem ille fuerit non satis memini, Dii boni, inquit, nonne in superioribus contrarium eorum quae dicuntur nobis est concessum, uidelicet ex minori maius fieri, atque ex maiori minus, esseque proculdubio generationem contrariorum ex contrariis: Nunc autem uidemini fieri id non posse dicere. Cum uero Socrates ad mouens caput auscultasset, uiriliter, inquit, id recordatus est: non tamen intelligis differentiam inter id quod modo dictum est, atque illud superius. Tunc enim dicebatur ex contraria re, rem contrariam fieri, nunc uero contrarium ipsum sibi met contrarium fieri nunquam, neque quod in nobis, neque quod in natura contrarium est. Tunc quidem o amice de his quae habent contraria dicebamus, haec illorum cognomine appellantes. At nunc de illis ipsis loquimur, quae his insunt, quorum uel praesentia cognomen habent ea quae nominantur. Illa uero ipsa dicimus nunquam uelle mutam inter se generationem suscipere. Et simul Cebetem intuitus inquit: Num te quoque Cebes aliquid eorum quae nunc obiecta sunt, perturbauit? Haud equidem, inquit Cebes, ita sum affectus, ac tibi affirmo non multum me turbari. Id ergo simpliciter inquit concessimus, contrarium nunquam sibi met fore contrarium. Omnino. Aduerte praeterea nunquid & in hoc mecum sentias. Vocas ne aliquid calorem atque frigus? Voco equidem. Num tanquam niuem atque ignem? Non per louem. An aliud quiddam calorem esse quae ignem, & aliud frigus quae niuem? Ita. Sed hoc quoque tibi uideri puto, niuem quandiu nix est, nunquam suscepturam esse calorem, quemadmodum in superioribus dicebamus: ac esse niuem ut erat prius simulque calidam: sed aduentante calore aut subterfugere aut interire. Penitus. Similiter & ignem subintrante frigore, aut subterfluere aut extinguere, nec unquam posse & suscipere frigus, & simul esse ignem sicut prius erat, & frigidum. Vera narras. Sunt igitur quaedam eiusmodi, ut non solum speciem ipsam nomine suo dignetur per omne tempus, sed & aliud quiddam, quod quidem non est primum illud, habet uero quoadiu est, illius formam. In hoc rursus tibi quod uolo forte manifestius erit. Impar enim semper oportet nomen id quod nunc dicimus possidere. Nonne? Oportet sane. Num id solum ex omnibus: hoc enim quaero: an & aliud quiddam, quod quidem est non id ipsum impar, attamen hoc oportet una cum suo nomine, hoc in super nomine alio semper appellari, propterea quod ita natura sit institutum, ut nunquam ab impari deferatur: Dico autem hoc effectum esse ceu ternarium aliaque permulta. Considera uero de ternario. An non tibi uideretur hunc & sui ipsius nomine semper nuncupandum esse, & simul nomine imparis? Quod quidem impar non idem est quod est ternarius. Veruntamen ita natura comparatus est, & ternarius, & quaternarius, & omnis medietas numeri, ut quauis non idem sit quod impar, semper tamen eorum quauis sit impar. Praeterea duo & quatuor, omnisque alter numeri ordo quauis idem quod par non sit, simul tamen quilibet illorum par semper existit. Concedis nec ne? Quid nisi? Contemplare ergo quid uelim, est autem eiusmodi: uidentur quidem non solum ipsa inter se contraria se inuicem non recipere, uerum etiam quaecumque talia sunt, ut licet contraria inter se non sint, semper tamen contraria possideant, nunquam recipere speciem illam quae ipsi speciei quam in se habent contraria sit, sed hac adueniente aut perire protinus aut abire. An non dicimus tria & deficere & aliud quod uis pati prius, quam sustinere ut quatenus tria sunt, paria fiant? Ita prorsus. Non tamen contraria est diuitas trinitati. Non certe. Non solum ergo species ipsae contrariae nunquam inuicem se recipiunt, sed etiam alia quaedam contrariorum ingressum mutuam non suscipiunt. Verissima narras. Vis ne igitur haec si possumus qualia sint definiamus? Volo equidem. An non Cebes haec erunt, quae quodcumque occupant tale reddunt, ut non solum sui ipsius ideam retinere cogatur, sed etiam contrario illi sit opus? Quonam pacto dicis? Quemadmodum paulo ante dicebamus. Scis enim quae triu continetur idea, oportere non solum tria, sed etiam imparia esse. Certe. Ad hoc tale utique dicebamus ideam contrariam formam illi quae id perficit, nunquam accedere. Nunquam. Perfecit autem imparis ideam. Haec ipsa. Contraria uero huic paris idea. Ita est. Ergo ternario numero idea paris se nunquam insinuabit. Nunquam. Quapropter ternarius numerus paris est expers. Expers. Trinitas ergo est necessario impar. Est. Quod

Quod ergo definiendum assumpseram, qualia uidelicet sint, quae etsi alicui non sunt contraria, ipsum tamen contrarium non admittunt, perinde se habet ut trinitas: quae cum pari non sit contraria, nihilo tamen magis ipsum accipit, propterea quod semper eius contrarium affert. Similiterque binarius ad impar, & ignis se habet ad frigidum, aliaque quamplurima. At uide iam num ita definiendum putes, ut non modo contrarium non admittat contrarium, uerum etiam illud quod aliquid afferat contrarium illi ad quod ipsum accedat, ipsum uidelicet quod affert, nunquam contrariam eius quae affertur recipiat formam. Rursus autem recordare: neque enim inutile sapienter admonere. Neque quinq; paris speciem admittent, neque decem imparis, quod est duplum. Hoc quidem ipsum alij contrarium, speciem tamen imparis accipiet nunquam. Neque etiam numerus sesquialter, neque alia huiusmodi quae dimidium habent, formam totius suscipiunt, similiterque numerus qui partem habet tertiam, atque eiusdem generis alia, si modo assequeris ista atque consentis. Omnino equidem consentio atque assequor. Rursus tanquam a principio mihi dicas. Nec tamen per id quod nunc interrogo, sed per aliud quiddam mihi respondeas me imitatus. Dico autem praeter tutam responsionem illam a principio positam, iuxta utam quoque responsionem aliam per ea quae modo dicta sunt adinuentam. Nempe si me interroges, o Socrates quidnam in corpore si sit calefact corpus, non tutam responsionem illam rudemque tibi dabo, uidelicet si caliditas, sed exquisitiorum ex praesentibus uerbis, ut si insit ignis. Similiter si me interroges, quid si in corpore sit aegrotabit, non respondebo si aegrotatio, sed si febris. Rursus si perconteris, quid si insit numero fuerit impar, non dicam si imparitas, imo si unitas, atque in ceteris eodem pacto. Sed uide an dum quid uelim plane cognoueris. Planissime. Responde igitur: quidnam si in corpore sit erit uiuum? Si anima. Nonne id semper ita se habet? Semper. Anima igitur quicquid occupat, semper ad illud uitam affert? Affert proculdubio. An est aliquid uitae contrarium nec ne? Est utique. Quid istud? Mors. Anima uero contrarium eius quod ipsa semper adducit, subibit nunquam, quemadmodum ex superioribus est concessum. Sic est omnino. Quid uero? Quod paris ideam non accipit, quoniam modo paulo ante nominabamus? Impar omnino. Quod uero non accipit iustitiam, quod due non capit musicam? Iniustum dicimus & immusicum. Age iam, quod non subit mortem, quomodo appellabamus? Immortale. Et anima quidem mortem non suscipit. Nequaquam. Est igitur anima immortalis. Immortalis quidem. Age utique, hoc ne iam demonstratum dicemus? An aliter tibi uideretur? Et sufficientissimam me quidem o Socrates. Quid ergo Cebes? Si necesse foret quod omnino est impar, & interitus nescium fore, nonne tria interitus nescia forent? Quid nisi? Praeterea si quod incallescere nescit, necesse foret interitus nescium esse, quando quis ad niuem calidum adueneret, nix quidem incolumis illiquefacta, subterfugeret; neque enim uel periret, uel permanentes calorem admitteret. Vera narras. Simili ut arbitror ratione, si quod frigescere nescium etiam interitus nescium esset, quando in ignem adueniat frigus, non extingueretur & euasceret ignis, sed abiret incolumis. Ita necesse foret. Eodem pacto de immortali quoque necesse est dicamus. Si enim quod est immortale, interire nequit, impossibile est animam imminente morte perire. Nam mortem quidem quemadmodum ex superioribus constat, non recipit, neque interierit: quemadmodum ternarius nunquam ut diximus, par erit, neque rursus impar erit par, neque ignis frigidus, neque caliditas quae inest igni, frigiditas unquam erit. Ceterum dicet quispiam, quidnam prohibet, quo minus ipsum impar, par quidem non fiat adueniente pari, quemadmodum inter nos conuenit, attamen eo dissoluto par pro ipso succedat: Ita dicenti repugnare non ualeremus, quin sit destructum. Quippe cum non idem sit impar atque indissolubile. Alioquin si nobis id constitisset, facile obtineremus, inuadente pari, impar ternariumque saluum discedere, similiterque de igne & calido ceterisque assereremus. Nonne ita? Prorsus. Iam uero de immortali, si nobis id constaret quod est immortale, esse etiam interitus nescium, consequens est animam praeter id quod est immortalis interitus quoque nesciam esse. Sin uero minus id concedatur, ratione alia opus erit. Sed nihil opus est, quantum ad id spectat, alia ratione. Siquidem quidnam aliud indissolubile posset esse, si immortale ipsum & sempiternum dissolueretur? Deum uero & ipsam uitae speciem, & siquid aliud est immortale, indissolubile quoque esse omnes confiterentur. Vniuersi per louem homines, & multo magis ipsi ut arbitror dii. Cum igitur quod immortale est, etiam

in corruptibile sit, quidnam prohibet animam, si fuerit immortalis, incorruptibilem quoque fore? Necessario sequitur. Imminente igitur homini morte, quod mortale quidem in eo est interit, quod uero immortale, incorruptum sospesque morti se subtrahit. Manifestum est. Itaque maxime omnium o Cebes anima immortalis incorruptibilisque est; eruntque apud manes anima nostra. Nihil equidem o Socrates aduersus haec habeo quo minus rationibus tuis assentiar. Verum si quid aut hic Simmia, aut alius quisquam habet quod dicat, opera precium fuerit non siluisse. Nescio enim in quod aliud quis differat tempus, si quid de rebus eiusmodi, uel dicere, uel audire desideret. Atqui nec ego inquit Simmia habeo quicquam quo minus superioribus assentiar rationibus. Veruntamen rei ipsius quae de agitur magnitudinem, & humanam imbecillitatem consideras; egor intra me dicis nondum acquiescere. Quinimmo & haec bene dicit Simmia, & positiones primae quamuis fide uobis dignae uideantur, diligentius tamen consideranda; atque si illas sufficienter, ut arbitror, susceperitis, hanc sequemini rationem quantum fieri ab homine potest. Quod si hoc ipsum fuerit manifestum, nihil ulterius perquiretis. Vera loqueris inquit.

Hoc aiunt, o uiri, iustum est cogitare, si anima sit immortalis, eam non solum temporis huius in quo uiuere dicimur, uerum etiam uniuersi gratia curatio ne plurimum indigere. Nam graue periculum fore putandum est, si quis neglexerit animam, si enim mors totius dissolutio esset, nimirum improbitur crarentur, cum & a corpore, & ab eorum prauitate cum anima liberarentur. Nunc autem cum anima immortalis appareat, nulla superest malorum declinatio, nulla salus, nisi ut optima & prudentissima fiat. Nihil enim aliud cum migrat ad manes anima secum transfert praeter eruditionem atque educationem. Quae quidem statim in principio transmigrationis illius plurimum uel prodesse, uel obesse dicuntur. Ferunt enim quemlibet hinc illuc emigrantem, ab eo daemone quem uiuens sortitus fuerat, in locum quendam duci, ubi oportet omnes una collectos iudicari, ac deinde ad inferos proficisci eo duce, cui mandatum erat ut hinc decedentes ad illa loca traducat. Sortitos uero illic quae oportebat sortiri, tempusque debitum commoratos, ab alio quodam duce rursus huc reduci post multos temporis longosque circuitus. Est autem iter non tale quale ait Telepheus apud Aeschylum. Ille si quidem simplicem inquit uiam ad inferos ferre. Ego uero, neque simplicem, neque unam esse puto. Alioquin nullis ducibus opus esset. Quippe cum unica uia aberrare possit nemo. Quinimmo multos tramites multosque anfractus habere. Quod quidem ex sacrificijs & ritibus coniectare licet. Animus ergo moderatus & prudens duce sponte sequitur, neque ignorat praesentia. Sed qui cupiditate corporis est infectus, quemadmodum supra dixi, per multum tempus ad ipsum ardentem afficitur; & circa locum uisibilem multis reluctatus modis multaque perpeffus, uix tandem ab eo adducitur daemone, cui eius cura erat iniuncta. Cum uero ad ea loca ubi alij quoque animi sunt peruenerit, quisquis admodum immundus est, & huiusmodi obnoxius criminum, qui uel iniustus se contaminauerit caedibus, uel alia his similia similibusque animorum opera perpetrauerit, hunc quidem animum omnes fugiunt atque declinant, nec reperiunt ullus, qui uel socius, uel dux eius fieri uelit. Itaque omni auxilio destitutus eo usque pererrat, quoad certa temporum curricula impleantur. Quibus tandem impletis in habitationem sibi conuenientem ab ipsa necessitate transfertur. Qui uero puram moderatamque transegerit uitam, deos socios, ducesque nactus ibi habitat, ubi unicuique conuenit. Multa uero sunt, mirabiliaque terrarum loca; ipsaque terra neque talis, neque tanta qualem aut quam tam hi qui de terra loquuntur, existimant, quemadmodum mihi a quodam traditum est.

Quanam ratione inquit Simmia haec ais o Socrates? Equidem de terrarum orbe multa audiui: non tamen haec quae tanquam uera accepisse te ais. Libenter igitur ex te audirem. Atqui o Simmia nequaquam mihi uidetur ars Glauci quae ea sint narrare, sed quod uerum sint probare, artis Glauci facultatem mihi uidetur excedere. Praeterea ego forsitan non sufficerem. Quinetiam si id scirem, haec tamen uita mea o Simmia longiori huius narrationi nequaquam sufficeret. Formam tamen orbis terrae eiusque loca cuiusmodi esse rear, nihil prohibet dicere. Satis id erit inquit Simmia. Persuasum mihi quidem est, primo si est terra in caeli medio rotunda, nihil ei opus esse uel aere uel alia necessitate eiusmodi ad hoc ut nunquam decidat. Sed ad eam sustinendam satis id esse, quod & caelum undique

sibi ipsi

sibi ipsi simillimum est omnino, & terra undique aequilibris. Res enim aequilibris in similibus alicuius medio posita, nec magis nec minus potest in partem aliquam inclinari. Cumque similitudo se habeat, ab inclinatione permanet aliena. Primo igitur mihi esse ita est persuasum.

Et recte quidem inquit Simmia. Praeterea ingentem esse terrarum orbem, nosque a Phaside ad Columnas Herculeas habitare, in parua quadam eius particula, ceu formicas atque ranas circa paludes, atque mare, esse uero & alios in similibus multisque locis multos habitatores, esse enim passim per terram multas uariasque concauitates secundum formas & moles in quas aqua, nebulae, aereque confluant. Puram uero ipsam terram in puro iacere caelo, in quo sunt astra, quem plerique eorum qui haec tractant, aetherem nominant. Et quidem subiecta quasi residendo haec esse, semperque in hiatus terrae confluere. Nos itaque in his concauitatibus habitantes adeo falli, ut in terrae superficie alta nos habitare credamus. Perinde ac si quis in profundo pelagi habitans, putet se altiora maris incolere; atque solem caeteraque astra per mare prospiciens, mare ipsum esse caelum existimet: quippe cum propter tarditatem imbecillitatemque nunquam ad summum maris euaserit, neque caput undis extulerit, planeque aspexerit quanto hic locus profundo illo purior pulchriorque sit: quinetiam nec ab illo qui hunc intuitus sit, acceperit. Hoc igitur idem & nobis accidere, qui in quadam orbis terreni concauitate habitantes, altam incolere superficiem arbitramur, atque aerem nominemus caelum, utpote qui per ipsum quasi caelum astrarum motus intueamur. Idque nobis accidere propterea, quod propter imbecillitatem tarditatemque ad supremum usque aerem transcendere nequeamus. Quod si quis ad summum euaderet, uel alis fretus eo uolaret, hinc prodeuntem inde iam profecturum: quemadmodum pisces emergentes e mari nostra haec aspiciunt. Ac si natura ad inspiciendum sufficeret, cogniturum protinus caelum illud esse uerum, ueramque lucem, ueram quoque terram. Si quidem quae a nobis incolitur terra, hic lapides, totusque hic locus, ab ea sunt atque corrupta, ut ea quae in mari sunt a falsedine, neque nascitur in mari quicquam existimatione dignum; atque ut ita dixerim, nihil est in ea perfectum, sed cauernae, arena, limus incredibilis, atque sordes ubicunque sit & terra. Quae quidem ad has nostras pulchritudines nullo modo sunt conferenda. Illius uero loci pulchritudo hanc nostram multo magis apparebit excedere. Proinde si fabulam quoque narrare oportet per pulchram, opera precium Simmia est audire quales sint haec terrarum plagae quae subiacent caelo. Imo uero, inquit Simmia, libentissime hanc fabulam audiemus. Ferunt igitur o amice inquit primus quidem talem uideri terrae illius faciem si quis superne despiciat, quales sunt haec pilae quae ex corijs duodecim contextae sunt, uarijs scilicet distinctam coloribus, quorum hi nostri colores quibus pictores utuntur, similitudinem quandam retinet. Illic uero uniuersam terram ex talibus multoque etiam nitidioribus, ac purioribus esse, partim quidem purpuream mira pulchritudine praeditam, partim uero coloris aurei, partim gypso & niue candidiorem. Praeterea ex coloribus alijs similitur exornatam, ac etiam pluribus pulchrioribusque, quam in nostram notitiam peruenerunt. Enim uero has ipsas ipsius concauitates aqua aereque repletas specie quadam coloris splendidam in primis asferre inter caeterorum colorum uarietatem, ut una quaedam species eius uaria semper appareat. In huiusmodi uero terra conuenienti ratione similes nasci arbores, & flores, & fructus. Praeterea montes & lapides ibidem simili ratione habere perfectionem atque perspicuitatem, coloresque admodum pulchriores. Quorum quidem particulae quaedam sint lapilli qui apud nos habentur in praeco, Sardia, Iaspides, Smaragdi, caeterique eiusmodi. Illic uero nihil esse quod non tale sit, aut etiam pulchrius. Cuius quidem causa sit, quoniam lapides illi puri sint, neque quemadmodum nostri a putredine fallugineque attriti atque corrupti, quibus in hunc locum confluentibus lapides & tellus animaliaque & plantae inficiuntur, atque agrotare coguntur. Terram uero ipsam his omnibus exornatam, atque uero etiam & argento caeterisque similibus. Praefulgentia quidem haec ibi nasci & multa & magna, perque omnem terram, ut eam uidere spectatorum felicitum sit spectaculum. Proinde ibi esse animalia multa & homines partim regionem mediterraneam incolentes, partim circa aerem quemadmodum nos circa maris littora, partim etiam insulas quae haud procul a continenti politae aere circundantur. Sed ut summam dicam, quod nobis aqua est & mare ad usum nostrum, idem illic esse aerem: quod uero nobis aer, id illis aetherem esse. Tempora uero apud illos tantam habere temperiem, ut illi & sine morbo continue & longe diutius

X

quam

Nihil dignum nascitur in mari

Fabula de terra pura, quae in ea sunt

Ans Glauci

quàm nostris uiuant. Item uisu, auditu, prudentia, cæterisque talibus nobis tantum præstare, quantum & aer aquæ, & æther aeri puritate præstat. Præterea illic esse deorum templa & lucos, in quibus reuera dii familiariter habitent, & responsa & diuinationes, deorumque sensus familiaritatesque eiusmodi hominibus ad deos esse. Solem quoque & lunam stellasque alias quales reuera sunt apud eos uideri; cæteris in rebus beatitudinem eos his rebus congruam possidere. Itaque uniuersam terram sic natura institutam, & quæ circa eam sunt similiter tradunt. esse præterea in ipsa per eius concauitates loca in circulum multa, partim quidem profundiora, atque ampliora quàm sit regio à nobis culta, partim uero profundiora quidem, sed hiatum angustiorum habentia nostra hac regione; esse & alicubi minus profunda, sed ampliora quàm nostra. Hæc autem omnia sub terra sibi inuicem obuiare, atque irrumperere multis undique modis, tum per angustiora, tum per ampliora, discursusque habere & exitus quibus magna aquarum copia ex alijs in alia uelut in crateres confluat. Item perpetuorum fluminum sub terra incredibiles magnitudines aquarum, tum calidarum, tum etiam frigidarum, plurimumque ignem, & ignis ingentes amnes; multos quoque lutulenti humoris partim quidem purioris partim uero sordidioris. ceu torrens luti qui in Sicilia est, & iuxta ipsum amnes lutei inde fluentes. Quibus singula compleri loca quacunquæ eos contingit perfluere. Hæc autem omnia sursum deorsumque ferri ueluti uase pensili quodam sub terram posito, atque ita librato, ut utrinque uicissim inclinet atque atollat. Est autem id uas pensile ob naturam quandam eiusmodi. Vnus aliquis ex terræ hiatusibus est profectio quàm maximus perque uniuersam terram traiectus & patens. de quo Homerus. Longe nimis barathrum stat sub tellure profundum. Quod & ipse alibi, et multi poetarum Tartarum appellant. In hoc utique receptaculum omnia confluunt flumina, atque inde rursus effluunt. Talia uero sunt singula, per quales labuntur terras. Quod autem hinc effluunt omnia rursusque refluunt, hæc est causa, quod hic humor nec fundamentum habet nec firmamentum. Itaque eleuatur, & sursum deorsumque redundat. Idemque facit aer & spiritus qui circa ipsum uersatur. Sequitur enim ipsum, & quando ad superiora terræ, & quando ad hæc nostra perlabitur. Et quemadmodum in respirantibus flatus continue expirat atque respirat, sic & ibi spiritus una cum humore elatus uehementes quosdam uentos & incredibiles commouet, siue influat siue effluat. Quapropter cum aqua in locis inferiorum delabitur per meatus terræ iuxta eiusmodi riuos influit, passimque per eos exundat, & implet ueluti hi qui hauriunt. Cum uero illinc huc erumpit, hæc quoque iterum loca complect. Plena uero cum sunt, per riuos terræque meatus exuberat. Et cum humores singuli illuc proflexerint, quo quisque profluit opportunius, maria, lacus, flumina, fontes efficiunt. Proinde rursus hinc relabentes per terram, partim quidem per longiores pluresque anfractus, partim uero per pauciores atque breuiores rursus in Tartarum confluunt; alij certe multo profundius quàm hausti fuerint, alij uero paulo, omnes autem inferius influuntque effluerint: & alij per contrariam partem elabuntur que elapsi fuerint, alij uero per partem eandem. At quidam passim circumfluentes aut semel aut saepius, spirasque circa orbem terrarum instar anguium replicantes, quatum fieri potest infra relapsi iterum commiscetur. Licet autem utrinque ad medium usque defluere, ultra uero nequaquam. Uterior enim prolapsus utrinque foret ascensus. Proinde sunt & alia multa & magna uariisque fluenta, sed præcipua quatuor. Quorum quidem maximum atque extimum, terram circundans Oceanus appellatur. Econtraria uero huius regione fluit Acheron: qui per deserta alia fluens loca, atque per subterranea, in paludem defluit Acherusiam. Quo plerique defunctorum deueniunt animi, ibique per fatalia quædam temporum curricula commorati, partim quidem longiora, partim uero breuiora, rursus in generationes animalium relabuntur. Tertius uero fluuius horum medius duorum interfluit. Nec admodum inogre progressus in locum cadit uastum multo igne flagrantem, efficitque paludem nostro mari maiorē, aqua lutoque feruentem. Hinc uero turbidus lutulentusque circumfluit, terraque circumdata, & alibi, & ad extrema paludis Acherusiae peruenit, nec tamē illius aquæ miscet, sed sub terra sapius reuolutus absorptusque defluit infra tartarum. Hunc fluuium Pyriphlegethontem nominant, cuius riuus quiddam inde uelut euulsi quacunquæ terrarum cōtigerit manat. Econtraria uero huius regione fluuius quartus primum in locum erumpit ferum & asperum ut ferunt. colorem uero locus talem habet totus, qualis est Cyaneus; quem Stygium nominant. hic autē fluuius prolapsus paludem

paludem efficit Stygem. In hunc uero incidens locum uiresque uehementes in aqua affluens sub terram se cōdit, circumuolutusque aduersus Pyriphlegethontē labitur, & in Acherusiae palude e contraria parte illi fit obuiam. Nec ulli huius aqua miscetur, sed reuolutus in gyrum contra Pyriphlegethontem irrumpt in tartarum. Poetæ uero hunc appellant Cocytum. Cum uero hæc ita natura disposita sint, quando in eum locum defuncti peruenierint, quod dæmon unum quencque perducit, primo illic iudicatur, & qui honeste sanctique, & qui aliter uixerint. Itaque quicunque in uita quodammodo tenuisse medium quoddam cōperunt, ad Acherontem profecti uehiculis quæ unicuique adsunt, in paludem perueniunt Acherusiam, ibique habitant purganturque poenas dantes iniuriarum: & cum purificati sunt absoluntur, rursusque pro merito singuli benefactorum præmia reportant. Qui uero ob scelera magnitudinem insanabiles esse uidentur, qui uidelicet sacrilegia multa & magna, uel cædes iniquas uel alia horum similia perpetrauerint, hos omnes conueniens fors mergit in tartarum, unde nūquam egrediuntur. Qui autem sanabilia quidem peccata sed ingentia commiserunt, ueluti si qui contra patrem, uel matrem irati per uim aliquid fecerint, sed poenitentia ducti eos in cætera uita coluerint, uel qui simili quodam pacto fuerint homicidæ, eos in tartarum quidem necesse est cadere, sed ibi per annum cōmorati à flutu eijciuntur, homicidæ quidem per Cocytum, parentum uero uiolatores per Pyriphlegethontem. Postquam uero ab his delati fluminibus ad paludem Acherusiam peruenierint, clamant illic uocantque eos quos uel necauerunt uel iniurijs affecerunt, suppliciterque rogant atque deprecantur, ut eos permittant progredi per paludem, ibique absoluti: ac si impetrauerint, penetrant illuc sinemque malorum accipiunt: Sin minus queant persuadere, referuntur in tartarum, atque inde rursus in flumina, neque per hæc mala deferris prius cessant, quàm ab his quos affecerunt iniurijs impetrauerint. Hæc enim poena illis à iudicibus est imposita. Qui autem pie præ cæteris uixisse inueniuntur, hi sunt qui ex his terrenis locis tanquam e carcere soluti, atque liberati, ad altiora transcēdunt, puramque supra terram habitant regionem. Inter has autem quicunque satis per philosophiam purgati sunt, absque corporibus omnino totum per tempus uiuunt, habitationsque his etiam pulchriora nanciscuntur. Quarum pulchritudo, neque facilis dictu est, neque præsens tempus ad dicendum sufficeret. Sed horum quæ narrata sunt gratia o Simmia omni studio est adnitendum, ut in hac uita uirtutem, & prudentiam sapientiamque consequamur. Præmium namque pulchrum est, & spes est ingens. Hæc igitur eo te pacto prorsus habere, quo ego distulsi, non decet uirum sanæ mentis asserere: esse tamen uel hæc uel talia quædam circa animos nostros, eorumque habitations, quando quidem animus ipse immortalis apparet, & decere mihi uidetur, & dignum quasi periclitantes ista existimare, honestum enim periculum est, oportetque hæc quasi carmina quædam magorum ritu mentibus nostris infundere. quamobrem ipse iam diu protraho fabulam. Sed horum gratia bonam spem de animo suo habere debet, quicunque uoluptatibus ornamentisque corporis neglectis tanquam alienis, ad diuersumque declinantibus, uoluptates quæ in discendo percipiuntur studio se sectatus fuerit, animumque non alieno, sed suo decorauerit ornamento, temperantia, iustitia, fortitudine, libertate, ueritate, sic ex hac uita migrationem expectans, tanquam cum fatum uocauerit migraturus. Vos quidem o Simmia & Cebes, alijque præsentibus, in posterum quodam in tempore singuli transmigrabitis. Me uero nunc, ut tragicus aliquis diceret, iam uocat fatum. Ac ferme tempus est, ut ad lauandū diuertam. Præstat enim ut puto, post lauacrum uenenum bibere, ne in lauando cadauere molestiā mulieribus præbeamus. Cum hæc dixisset Socrates Crito sic inquit. Dic age o Socrates, quidnam his aut mihi mandas agendū, uel erga filios tuos uel circa cætera? Quid uero agendo maxime tibi gratum fecerimus? Nihil equidem, inquit, noui precipio, sed quod semper uobis prædico; uidelicet si uestri curam habebitis, & mihi & uobis ipsis grata euadent quæcunque feceritis etiam si nunc uerbis non concedatis. At uero si uos ipsos neglexeritis, nolentes secundum ea quæ nunc exsuperiori tempore dicta sunt, quasi per uestigia uitæ dirigere, nihil prorsus proficietis, etsi multa nobis nunc disputantibus cōcedatis. Ista quidē ait Crito, curæ nobis erunt. Sed quemadmodum sepeliri te iubet? Utique, inquit, libet: si tamen me apprehēderis, ac nisi ego uos effugero, Et simul subridens, & ad nos cōuersus, non persuadeo inquit Critoni,

me esse hunc Socratem qui nunc dispuo, & singula dicta dispuo. Sed opinatur me illud esse, quod paulo post uidebit cadaver. Itaque interrogat quemadmodum me sepeliat. Quod autem iam diu plurimis uerbis cōtendo, postquam uenenum bibero, haud ulterius apud uos me esse futurum, sed ad beatorum profecturum felicitates, hoc quidem mihi uideor frustra Critoni dixisse, consolans uos simul, atque me ipsum. Fidei uobis igitur pro me Critoni contraria quadam fidei uobis quā ipse iudicibus fidei uobis. Ille enim me iudicio sistere, uos autem me non sistere cum obiero fidei uobis, sed abiturum, ut Crito obitum facilius meum ferat, neue meum corpus uel cremari cernens uel sepeliri, me deploret quasi dira patientem. Neque dicat in funere proponi Socratem, aut efferrī, aut sub terram condidi. Certum id habeto optime Crito quod maledictum esse non solum in hoc ipso delinquere, uerum etiam animis non nihil officere. At enim confidere oportet atque dicere corpus sepeliri meum, atque ita sepeliri, ut tibi placebit, maximeque iustum esse censebis. His dictis surrexit intrauitque cubiculum quoddam quasi lauaturus. Crito autem secutus est. Nos uero expectare iussit. Expectabamus ergo de his quae dicta erant inter nos colloquētes, rursusque considerantes. Præterea conquerebamur fortunam nostram, qui tanquam parente orbatū reliquum uitæ tempus orphani futuri essemus. Cum Socrates lotus esset, delati sunt ad eum pueri sui. Duos enim filios habebat paruulos, unum uero iam grandem. Venerunt & mulieres domesticae. Ad eas Socrates cum præsentē Critone uerba fecisset, & quae uolebat mandauisset, mulieres quidem & pueros abire iussit, ipse uero ad nos rediit, iam circiter solis occasum: permultum enim temporis spatium intus fuerat cōmoratus. Cum uero ad nos uenisset lotus, confedit. Nec multa post hæc locutus erat, cum uenit Vndecim uirorum licitor. Qui illi adstans, o Socrates inquit, non arbitror eam in te ueritatem me deprehensurum, quam deprehendere in cæteris soleo. Illi enim indignantur mihi atque execrantur quando illis denunciatio uenenum esse bibendum, ita magistratibus compellentibus. Te uero cognoui præsertim in hoc tempore generosissimum, mansuetissimumque, & optimum uirum omnium qui unquam hunc in locum deuenerunt: & nunc equidem certo scio te mihi haud infestum fore, sed illis penes quos rei huius causam esse cognoscis. Nunc ergo scis quem tibi nuncium afferam. Vale atque annitere, quae necessaria sunt pro uiribus facile ferre, & simul his dictis abibat lachrymans. Socrates autem in eum respiciens, & tu inquit uale, & nos id faciemus. Simulque ad nos conuersus, quam urbanus est homo hic, inquit. Neque solum in hoc, sed in superiori etiam tempore me salutabat, colloquebaturque nonnunquam, fuitque semper uirorum optimus. Et nunc quam ingenue me deplorat? Sed age o Crito illi pareamus, ac si iam tritum est uenenum, aliquis huc afferat. Si nondum est tritum, cõterat ille. At reor equidem, inquit Crito, o Socrates, nondum solem reliquisse montes nec occidisse. Et noui alios postquam id sibi nunciatum est ualde sero bibere illud consueuisse, largiter cœnatos atque potos, interdum uero etiã illorum potitos quorum amore afficiebatur. Quamobrem ne adeo festines. adhuc enim sit perest tempus. Tunc Socrates, merito, inquit, o Crito illi ista faciunt. Putant enim hæc facientes lucrari. Atque ego merito ista non faciam. Nihil enim me lucraturū spero si paulo post ulterius uenenum bibero, nisi ut mihi ipsi sim ridiculus tanquam uitæ cupidus, atque parcus eius rei seruator, cuius nihil iam amplius mihi adest. Sed age iam mihi obtēpera, nec aliter facias. Crito uero his auditis annuit puero, qui longe non aberat. Ille uero egressus, & aliquid tantulum commemoratus, rediit, eum qui uenenum daturus erat, secum ducēs. attulit autem in calice id attritum. Hunc aspiciens Socrates. Cedo inquit bone uir, tu enim harū rerum peritiā habes, quid me facere oportet? Nihil, inquit, aliud quam post potionē deambulare quoad grauari tibi sentias crura, postea uero iacere: atque ita tu facies. Hæc dicens porrexit calicem Socrati. Socrates uero hilariter admodum o Echeocrates accepit, nihil omnino commotus, neque colore, neque uultu mutato. Sed quæ admodum cõsueuerat taurine illum aspiciens, quid ais inquit: licetne ex hoc poculo non nihil spargendo sacrificare? Tantum inquit, o Socrates cõtriuimus, quantum satis fore putauimus. Intellego, inquit. Sed & licet & oportet orare deos, ut felix sit transmigratio nostra. Quod equidem obsecro, atque utinam ita fiat. Et simul his dictis admouens, facile admodum alacriterque ebibit. Plerique nostrum eo usque retinere quodammodo lachrymas potueramus. At postquam & bibetem uidimus, & bibisse

& bibisse, ulterius non potuimus, sed me quidem dolor adeo superabat ut lachrymae largiter iam mihi profluerent. Quapropter me protegens deplorabam, non illum quidem, sed fortunam meam, qui tali amico orbatus essem. Crito autem etiã prius cum lachrymas nequiret continere, surrexerat. Sed Apollodorus nec in superiori quidem tempore unquam lachrymare cessauerat: Tunc uero præcipue uociferans, seque ipsum afflictiōis neminē relinquit præsentium, cuius uicem non deploraret, præter unius Socratis uicem. Ille uero hæc animaduertens, Quidnam inquit, o uiri mirabiles agitis? Atqui ego maxime hæc ob causam mulieres abegerā ne talia facerent. Audiuerā enim cū gratulatione & applausu esse ex hac uita migrandum. Quiescite igitur atque tolerate. Nos uero hæc audientes erubimus, desistimusque & lachrymīs. Sed ipse cum inter deambulandum crura iam grauari sentiret, iacuit resupinus: sic enim qui uenenum præbuit iusserat. Qui paulo post eum tanquam pedes & crura considerauit. Deinde grauius cõprimens pedē eius, quæsiuit an sentiret negauit Socrates. Ille rursus pressit tibias, paulatimque manu ascendens, ostendit nobis frigere eas atque rigere. Et ipse attigit rursus, atque cum ad cor perueniret, tunc esse decessurum. Iam igitur frigerant ei præcordia, cum detegens, erat enim ueste cooperitus, dixit, quæ uox illi extrema fuit. O Crito Aesculapio gallum debemus, quem reddite, neque negligatis. Fiet, inquit Crito, quod iubes. Sed uide num quid aliud uelis. Hæc interroganti nihil ultra respondit. Sed cū paruo tempore interquiescisset cõmotus est. Et minister dextit eum, atque ipse lumina fixit. Quod cum Crito cerneret, ora oculosque composuit. Hic finis fuit amici nostri o Echeocrates, uiri nostro quidem iudicio, omnium quos experti sumus optimi, & apprime sapientissimi atque iustissimi.

ARGUMENTVM MARSILII PICINI IN MENEXENVM
Ad Laurentium Medicem



CONSILIVM Platonis in Menexeno est cohortari omnes ad summam patrie charitatem, idemque facit quamuis aliter in Critone, & legibus, atque Republica. Hic uero duobus præcipue id efficit modis. Primo quidem, dum laudat illos, qui pro salute patrie pericula mortemque intrepide subeunt. Deinde dum ipse patrie suae antiquitatem uirtutesque laudibus miris extollit. Tu uero statim ab initio nota, philosophiã scilicet moxalem uiro republicã gubernaturo esse summo peregrinariam. Mox præclarū esse in bello occumbere scilicet pro salute patrie. idque cõfirmari ex eo, quod hoc apud omnes gentes maxime omnium honoretur. Deinde occasione sumpta ex laudibus oratoris animaduerte quod perniciosa sit adulatio. Cõmunem siquidem oratoriam in Gorgia adulationis speciem esse indicat. In Phædro autem adulationem appellat bestiam humano generi pestilentem. Similemque affirmat impuro demoni, incantos animos sub noxie uoluptatis escã continue corporis sordibus inquinanti. Hic præterea præstigatoribus ueneficis, adulationem tam priuatum quam publicum indicat esse persimilem: quippe qui tanquam fure & homicida deterior & iniquior, non pecunias, non ipsam corporis uitam dumtaxat nobis auferat, imò uero tanquam sacrilegus rem sacræ, iudicium scilicet rationis sub boni specie surripiat atque subducatur. Et uide quam ualde decipiat. Non enim in rebus solum occultis, sed id quod mirum est, in manifestissimis artificiosissime fallit. Cui enim non euidentissima sit auita paternaque origo? Item ipsa sui corporis magnitudo atque forma? Veruntamen in his quoque adulatores uenefici nos circumueniunt, tanto Circe crudeliores, quanto grauius inferunt detrimentum. Illa enim suis poculis exteriora hominis fertur in bestias transformasse: hi uero lenocinijs suis interiora transformant. Proinde deridet Socrates oratores, quod gratiã popularem omnibus machinamentis aucupentur, laudentque alios supra modum, quo ipsi laudentur, remque adeo leuem graui quodam studio & diuturna præmeditatione pertrahunt. Aggrediantur præterea quod statuerat ab initio, omnes uidelicet ad defendendam patriam cohortari, laudando uidelicet eos qui pro patria occubuerunt. Hic enim erat mos uetus Atheniensium, publica concione illos laudare quotannis, atque insuper inferias celebrare. Verum ne supra quam par est oratoria tribuat facultati, asserit se orationem eiusmodi ab alio, & quidem à muliere Aspasia, accepisse: præsertim cum Socratici ingenij non sit oratorum more concionari. Quo potissimum ordine laudandum sit, præsertim in oratione funebri, manifeste declarat. Quod autem homines ait ab initio in Attica regione solū atque solos ex terra sponte progenitos: ex alijs uero regionibus, è terra similiter solum bruta: uicinisque placet accipio, siue tanquam à philosopho, siue potius oratore. Scito tamē Platoniam esse sententiam, post uastas terre illuuiōnes, ex abundanti humore atque calore sequenti post diluuiū, terram adeo focundam reddi, ut ex ea non animalia tantum puilla, qualia nunc, sed grandia etiam, atque ipsi insuper homines ultro nascantur. Quod quidem & hic & alibi sæpe confirmat. Idque plerique senserunt Aegyptiorum atque Grecorum, & Arabes multi, denique confirmarunt præcipue Algazelis atque Auicennæ. Quia quidem sen

tentia Aristoteles in questionibus naturalibus usus ex antiquorum mente inquit: Quemadmodum in paruis temporum mutationibus parua quaedam ex terra pullulant animalia, ita in maioribus quoque maiora, in maximis denique maxima atque perfectissima. Plato autem ubicunq; ex ipsis terrae uisceribus eruit animantes, deos artifices adhibet mundani architecti ministros. Deos inquam, id est ideas specialesque rationes in ipsa mundi uita diuinam intelligentiam consistentes: per quas et statim post diluuiam, et quotidie animantium fermentur species, ubicunq; corporeum speciei eiusdem semine abesse uideretur. Quod quidem fieri oportere satis in theologia probauimus. Vbi uero nascitur homo, non solum sicut ceteris aeorum adhibet manus, sed etiam quoddam dei summi spiraculum expressioremque imaginem. Deinde statim natis deos ipsos saltim in primis seculis tanquam duces praescit atque praecceptorum. Tu uero ex his omnibus quae Mosaisca sapientiae magis consonant, prudenter eligito. Profecto id Moysi maxime congruit, quod hic, et in Protagora, et in Politico, atque Critia uult hominem aliquando ex terra auctore deo ad dei ipsius similitudinem fuisse progenitum. Quales autem illuiones sint, et quando, et quam ob causam docebimus in Timaeo. Post haec insignis pietate uir patrie suae laudes mirifica quadam tum charitate, tum arte prosequitur, ab origine prima, ab ipsa reipublicae forma, a disciplina quotidiana, a rebus egregie gestis, quae et hinc et aliunde ex alijs scriptoribus manifestissime sunt. Quamobrem argumentum nostrum paucis concludamus, eiusmodi sententias annotantes. Virtuti omnia parent. Prosperitas primo amulationem parit, deinde inuidiam, deum diffensiones et praelia. Omnis possessio absque morali uirtute non solum inutilis est, sed noxia. Scientia summum a uirtute morali, non sapientia, sed calliditas quaedam est iudicanda. Maiorum splendor in filijs obscurus euadit, quando per ipsorum ignauitiam in posterum non transfunditur. Non est optandum, ut omnia succedant ad uotum. Obseruandum est in omnibus prouerbium uetus, Nihil nimis. Quia se comparauit ut ex seipso pendeant omnia, quae ad beatitudinem conferunt, uel quamproxime ad hoc accedit, hic optime uitam instituit. Noli uel leuitia exultare, uel dolore desicci. Parentes iudicare debent se genuisse filios, non ut immortales, sed ut boni forent. Lugubres lamentationes domesticorum molestae sunt defunctis, si quidem illas audiant. Perpetuo quodam solenni honore prosequi decet eos, qui pro salute patrie strenue se in bello gesserunt: eorum filij cura publica educandi, colendi quoque, parentes. Ne respice nobis ista quae sint, a quo sunt animo perferenda.

MENEXENVS PLATONIS VEL DE

ATTICA ANTIQVITATE, VEL EPITAPHIVS TRANS-
latus à Marfilio Ficino Florentino, ad Iulianum Medicem

DIALOGI PERSONAE:

SOCRATES MENEXENVS



FORO uenis Menexene? An uideris MENEXENE foro? Socrates, & à Senatu s o. Quid tu ad senatum? An forte quia disciplinae philosophiaeque finem adeptum iam & satis profecisse te putas, maiora posthac aggredi studes, nobisque senioribus ipse adeo iunior imperare, ut familia uestra semper sicut solita est, aliquem nobis exhibeat consultorem? ME. Si ipse permittit Socrates, consulisque operam dabo. sin contra, nequaquam. Nunc uero idcirco ad consilium profectus sum, quoniam audiueram eligendum esse aliquem qui laudibus defunctos orneret. Nam ut scis inferias facturi sunt. s o. Audiui equidem, sed quem potissimum elegerunt? ME. Nulum. Nam in crastinum distulerunt. Arbitror autem Archinum uel Dionem electum iri. s o. Videtur Menexene apud plurimas gentes praclarum esse in bello occumbere. Etenim quis sic e uita migrat, funere & sepulchro magnificentissimo honoratur. Et siue pauper quis ita decedat, laudatione non caret, siue etiam uilis quispiam & ignauus, rursus a sapientibus uiris extollitur: qui non temere, sed multo tempore composita & consulti oratione tam egregie laudant, ut dum & quae sunt & quae non ad sunt de aliquo praedicant, uerborum elegantia auditoribus animos quasi praestigijs ueneficis ue quibusdam surripiant atque subducant. Ciuitatem quoque interim ut lubet exornant, & eos qui in armis occubuerunt, maiorumque retexunt nostrorum originem. Nos quoque ipsos adhuc uiuentes extollunt. Quapropter ego quidem Menexene ab illis laudatus, nescio quomodo generosum quiddam de me concipio: cumque illis passim aures praebere mirifica suauitate demulceor, statimque me maiorem, generosio rem, pulchriorem quam antea reputo: ac sepe numero hospites aliqui mecum haec audiunt

Præclarum in bello occumbere

Ut qui in bello ceciderant laudatione orabantur et funere

audiunt, egoque apud illos euestigio praestator quam antea reddor. nempe & illis idem quod mihi uidetur accidere tam erga me quam reliquam ciuitatem. Nam ab oratore protinus persuasi, mirabilior quam prius ciuitatem existimant. Atqui gloriosa haec uenustas mihi plusquam triduum manet. adeo concinna oratio canoraque uox oratoris ore emanans auribus meis infunditur, ut uix tandem quarta post die uel quinta mei ipsius reminiscar, & ubinam gentium sim agnoscam. Ac tunc demum fuisse deceptum animaduerto, cum me ante putauerim in beatorum insulis constitutum, usque adeo Rhetores apud nos ingenio si sunt. ME. Semper Rhetores ludis Socrates. Nunc autem uereor, ne illi qui eligetur defutura sit dicendi facultas, subita namque obrigit optio. Quamobrem cogetur forte quis, quis disciturus erit, ex improuiso quodammodo uerba facere. s o. Quia o bone uir: singulis enim istorum sunt orationes dudum in hoc compositae. Tum nec arduum est de his rebus absque meditatione dicere. Si enim oporteret uel in Peloponneso Atheniensis, uel Peloponnesiacos Athenis orare, faciendo tunc oratore opus esset, qui & persuaderet, & probaretur. Quando autem apud eos idem se quis exercet, quos & laudat, facile eius uerba laudantur. ME. Facile ne istud existimas Socrates? s o. Equidem. ME. An speras eloqui posse te, si opus fuerit, & Senatus consulto eligaris? s o. Quid mirum Menexene me ad dicendum sufficere, qui magistram haudquaquam imperitam in Rhetorica nactus fuero, quae & alios multos eloquentes reddidit oratores, & unum graecorum omnium praestantissimum filium Xanthippi Periclem? ME. Quanam ista? Nunquid Aspasia dicitis? s o. Et hanc dico, & filium Metrobij Connum. Hi namque duo praecceptores mihi sunt, Connum quidem Mulicam, Aspasia uero Rhetoricam. Ita igitur eruditum uirum nihil mirum est in his eloquentem esse. Quinimo & si quis etiam deterius quam ego doctus fuerit, musicam quidem à Lampro, Rhetoricam uero ab Antiphonte Rhamnusio, is tamen poterit, inter ipsos Atheniensis, Atheniensis laudando, sic eloqui, ut eius ab auditoribus oratio probetur. ME. Quidnam habes quod in medium afferas, si te uerba facere oportuerit? s o. Ex me quidem fortasse nihil. Sed heri Aspasia ipsam audiui funebrem de his orationem dictantem. Audiuerat enim quae & ipse dicebas, Atheniensis aliquem electuros esse qui de his orationem haberet. Deinde partim mihi ex improuiso quae dicenda forent, partim meo quidem iudicio praemeditata exponens, funebrem orationem contexit, quam dixit Pericles reliquias quaedam ex illa componens. ME. Nunquid recordareris quae dicebat Aspasia? s o. Equidem, nisi iniurius sim. Ab ea namque edidici, parumque abfuit, quin propter obliuionem plagis illa me caederet. ME. Cur non refers? s o. Vereor ne magistra mihi subtrahatur, si orationem illius edidero. ME. Nullo pacto Socrates. Verum gratificari mihi, seu Aspasiae siue cuiuslibet alterius orationem dicere placet, dicas modo, s o. Fortem me ridebis, si senex adhuc iocari tibi uisus fuero. ME. Absit Socrates. Dic amabo. s o. Mos tibi gerendus est. Ferme namque si nudatum me saltare iuberis, quando quidem soli sumus, obsequeretur. Sed audi iam. Hunc enim in modum, ut arbitror, loqui coepit, sumens ab ipsis defunctis exordium.



RE quidem ipsa iusta his apud nos exhibita sunt, quae iam affectu iter fatale peragunt, tam publice à ciuitate, quam priuatim à suis magnifico sumptu, & frequentibus concursu dimissi. Verbis uero laudatione addi lex iubet, ac profecto ita decet. Bene siquidem rebus gestis ex ipsa uerborum exornatione, ad eos qui gesserunt apud auditores memoria perennis splendoreque prouenit. Ea uero opus est oratione, quae defunctos satis laudet, superstitibus benigne moneat, filios eorum fratresque ad uirtutis ipsorum imitationem hortetur: parentes autem, & maiores alios si qui super sunt, consoletur. Quae igitur nobis talis erit oratio: uel unde potissimum praclaros laudare uiros incipiemus, qui uiuentes uirtute propria suos mirifice delectauerunt, & pro salute uiuentium offerre se morti non dubitarunt: Videtur itaque mihi oportere secundum naturam ut boni effecti sunt, ita eos laudare: boni autem ideo prouenerunt, quia ex bonis traxerunt originem. Quapropter generosam primo illorum stirpem laudemus. Deinde educationem & disciplinam. Postremo narremus, ita ab eis fuisse res gestas, ut maxime decebat eos, qui essent ex talibus oriundi, & ita postmodum educati. Prima quidem generis horum laus est, quod maiorum origo haud peregrina fuit, neque successores hos ita hic reliquit uelut inquilinos nouosque homines, ex adueniens genitos: sed indigenas ac reuera in patria habitantes, uiuentesque, & nutritos non à

Quod oratoris sint decem prores

Oratio funebris

Attica tellus
hominem pri-
mo produxit

nouerca quidem, ut alij, sed ab ipsa matre ipsorum regione quam habitauerunt: in qua & nunc conduntur uita functi, ipsis uidelicet in uisceribus eius quæ peperit eos, & nutrit & excolit. Par est enim matrem ipsam ante omnia honorare: nam ita maxime horum genus excolitur. Est autem regio hæc non solum nobis, sed omnibus hominibus celebranda, cū alijs multis de causis, tum ex hoc præcipue quia dijs charissima est. Quod testatur deorum de hac inter se concertatio. Ea uero quæ ad dijs laudata est, cur non à cunctis hominibus colaudetur? Altera eius laus erit, quod eo tēpore quo tellus omnia animalia omnigena producebat, feras, & pascentia omnia, terra dumtaxat nostra ad hæc sterilis erat, agrestibusque animalibus uacua, proprie uero ex omnibus animantibus hominem genuit, qui ceteris intelligentia præstat, solusque ius ac deos animaduertit. Quod uero hæc regio & eorum quos pro concione celebramus & nostros maiores progeniuit, hinc eidentissime licet cognoscere: quia omne quod gignit, alimentum conueniens genito continet. Quo plane dicitur nitor mulier illa quæ peperit, ab ea quæ infantem simulando supposuit: nam quæ peperit, lacte abundat ad eius quod genitum est alimentum, alia uero nequaquam. Tellus itaque nostra materque perspicuum argumentum præbet, quod homines procreauerit. Nam & sola & prima tunc pabula humana porrexit, tritici hordeique fruges, quibus commodissime genus hominum alitur, utpote quæ uere animalia produxerit. Potius autem deterram quam de muliere coniectare id licet. Neque enim terra mulierem conceptu partuque, sed terram mulier imitatur. huiusmodi uero pabulum sine inuidia non hominibus solum abunde, uerum etiam brutis subministrat. Post hæc oleum laborum subsidium natis suis suppeditauit. Nutriti autem adultisque filiis principes præceptoresque deos induxit. Quorum nunc prætermittenda sunt nomina. Neque enim nos latet qui uitam nostram munierint, tam artium inuentione ad quotidianum uitæ spectatum, quam traditione peritiæque armorum ad regionis ipsius custodiam. Ita maiores horum geniti atque educati Rempublicam instituerunt, qua de recte habet si paucis dicamus. Res enim publicæ hominum educatio est, bona quidem honorum, contrariarum uero contraria. Quod ergo in præclara Republica nutriti sunt nostri maiores, declarandum est, per quam & illi hi boni uiri, ex quibus sunt qui uita migrarunt. Eadem namque Respublica, quondam & nunc, optimatum uidelicet gubernatio, sub qua & his temporibus ac ferme semper ex eo tempore degimus. Eam quidam popularem uocant, alij aliter, utcumque placet. Est autem reuera hæc optimatum cum quadam auctoritate populi gubernatio. Semper enim nobis reges sunt, aliis generis successores, aliis electione creati, sed auctoritatis ciuitatis plurimum apud populum, qui semper his qui optimi iudicantur magistratus impertit. Vbi neque parentum debilitas, neque uel paupertas uel ignobilitas quisque reijcitur, neque contrarijs de causis honoratur, ut in alijs ciuitatibus fieri solet. Sed hæc est summa. Quicumque sapiens aut bonus habet, dominatur & imperat. Causa nobis gubernationis huiusmodi, ex æquo generatio est. Alia siquidem ciuitates sunt ex uarijs dissimilibusque generibus constitutæ: quo fit, ut inæquales sint & gubernationes, tyrannides, paucorumque potentia. In quibus ita homines uiuunt, ut se inuicem partim dominos, partim seruos existimant. Nos autem nostrique una ex matre omnes, fratres inuicem geniti, haud arbitramur inuicem nos dominos & seruos esse: sed generationis æqualitas nos inducit, ut & legis quæramus æqualitatem, neque rei proorsus ulli nisi opinioni uirtutis prudentiaque cedamus. Quapropter & nostri & horum parentes, & hi honeste creati, & in omni libertate nutriti, multa atque præclara facinora apud omnes gentes notissima priuatiim & publice ediderunt, existimantes libertatis gratia tam aduersus Græcos pro græcis alijs, quam aduersus barbaros pro cunctis Græcis esse pugnandum. Enim uero quo pacto in bello uerint Argiuos quondam aduersus Cadmios, & Heraclidæ aduersus Argiuos, cum Eurymolpus & Amazones, ac etiam cum his superiores regionem inuaderent, nimis angustum tempus est pro dignitate referre, & poetæ illorum uirtutem eleganter Musica celebrantes in omnes gentes diuulgauerunt. Quare si nos eadem nudo sermone repetere nunc aggrediremur, forte uideremur illis esse secundis. Hæc igitur ob hanc causam arbitror dimittenda, quandoquidem pro dignitate iam satis celebrata uidentur. Quæ uero nondum ut rerum dignitas exigit, à poetarum aliquo decantata sunt, nec dum tamen ab obliuione quisque uindicauit, hæc nobis prædicanda nunc arbitror, ut & nos ea laudemus & adiuuemus, prouocemusque alios ad eadem odibus alijsque carminibus ut decus est exornanda. Eorum autem quæ dico, prima hæc

hæc extant. Persas profecto cum Asia imperarent, & Europæ dominarentur, regionis huius homines primi inhibuerunt. hinc quidem oriundi, nostri autem progenitores: quorum meminisse, uirtutemque laudare & oportet in primis & decet. Eam nanque nos se oportet, si quis sufficienter laudaturus sit res ab illis eo in tempore gestas, quo Asia omnis tertio iam regi seruiert. Quorum primus Cyrus magnitudine quadam animi ciues suos Persas in libertatem redigens, simul dominos Medos subiecit, totique Asiae usque ad Aegyptum imperauit. Filius autem eius Aegypto quoque & Libyæ, quousque penetrare dabatur. Tertius Darius, pedestri pugna usque ad Scythas extendit imperium. Nauali autem mari, & insulis est dominatus. Quo factum est, ut repugnare illi nullus auderet. Animi quidem hominum omnes seruili quadam formidine abiecti iam erant: a deo multæ, frequentes, & bellicosæ gentes sub Persarum imperio tenebantur. Nos autem Eretriosque accusans Darius quasi Sardibus insidiaremur, & hanc belli occasionem nactus, quingenta hominum milia classibus misit, naues uero trecentas, hisque Datum præfecit, atque illi mandauit, ut captiuos ad eum Eretriosque & Athenienses duceret, si capiti illi suum charum esset. Ille nauibus aduectus Eretriam, ubi uiri non pauci erant, ac præterea in rebus bellicis inter Græcos eorum temporum illustrissimos numerabantur, triduo eos captiuos fecit, ac omnem regionem sic explorauit, ut ne ulli esset effugiendi locus: hoc scilicet modo. Nempe ad fines Eretriæ profecti milites eius, & à mari in mare se extendentes, discurrerentque iunctis inuicem manibus uniuersam regionem protinus percurrerunt, ut regi referre possent, neminem se subterfugisse. Eodem consilio ex Eretria Marathonem descenderunt, utpote quod illis ad id aptissimum erat, ut Athenienses una cum Eretriosibus quasi sub eodem iugo ducerent captiuos. His autem partim quidem ita peractis, partim uero tentatis, nullus Græcorum præter Lacedæmonios Eretriosibus Atheniensibusue succurrit. Et ij sequenti post pugnam die uenerunt. Ceteri autem omnes perterriti sunt, ac bene secum agi putantes si periculum præsens euaderent, quæuerunt. Ex hoc inueni licet quanta illorum uirtus fuerit, qui in Marathone barbarorum impetum sustinuerunt, eorumque superbiam domuerunt. Primi sane de barbaris triumpharunt, & exemplo reliquis ostenderunt, Persarum uim haud inexpugnabilem esse, imò uero & multitudinem omnem, & diuitiarum copiam uirtuti parere. Eos equidem uiros non modo nostrorum corporum genitores, sed & libertatis tum nostræ, tum omnium qui in huiusmodi habitant continentis, auctores arbitror extitisse. His nanque exemplis prouocati posteriores Græci in sequentibus bellis pericula omnia pro salute sua subire non dubitarunt, discipuli profecto illorum qui in Marathone Persas profligauere. Primam itaque palmam oratione illis tribuere decet, secundam uero ijs qui circa Salaminam Artemisiumque hostes prælio nauali uicerunt. Multa nempe ab his uiris gesta narrare possemus, quanta pericula terra marisque imminentiâ sustinuerint, superauerintque: quod autem præ cæteris egregium puto, nunc referam. Nam quod restabat post bellum Marathonicum, per fecerunt. Si quidem qui in Marathone certarunt, hoc tantum Græcis demonstrauerunt, quod terrestri pugna pauci quidem Græci multorum impetum barbarorum frangere possent. Maritima uero uictoria adhuc incerta, existimabanturque Persæ in maritimis prælijs, & multitudine & diuitijs arteque & robore inexpugnabiles esse. Hoc itaque in his qui tunc nauibus pugnauerunt, laude dignum est, quod metum Græcis insitum penitus depulerunt, feceruntque ne amplius nauium uiroorumque numerum pertimescerent. Vtrisque his factum est, tam in Marathone terra pugnantis, quam mari postea circa Salaminam, ut reliqui Græci & docerentur & prouocarentur, ab illis quidem terra, ab his autem mari, ad prælia contra barbaros intrepide committenda. Tertium assero quod in Plateis gestum est, & numero & uirtute, salutis Græcæ causam extitisse. Commune uero id iam Lacedæmonijs, & Atheniensibus facinus. Igitur omnes hi Græci in summis à nobis, & à posteris laudabuntur. Post hæc multæ insuper Græcorum urbes adhuc sub barbaris erant. Rex autem minabatur Græcos se iterum inuasurum. Decet profecto illos commemorare, qui superiorum operibus salutis extremam manum imposuerunt, cum omnem ex mari barbariam depulissent. hi uero fuerunt qui circa Eurymedontem classe pugnarunt, & in Cyprum militaturi se contulerunt: itemque in Aegyptum nauigare, plurimasque

alias

alias terrarum oras peragrarunt. Horum meminisse oportet, his gratia est habenda, quod regem perterritum coegerunt de salute sua cogitare potius quam ad Græcorum perniciem insidias tendere. Atque id bellum per omnes urbes diffusum fuit, dum Græci se ipsos omnemque linguam eiusdem homines aduersus barbaros tutarentur. Pace uero demum confecta, honorataque ciuitate, contigit ei quod solet ab hominibus in eos quibus prospere res succedunt oriri, primo quidem æmulatio, ab æmulatione deinde inuidia, quæ hanc ciuitatem inuicem in bellum cum Græcis gerendum traxit. Post hæc inito bello in Tanagra congressi sunt, pro libertate Bœotiorum aduersus Lacedæmonios concertantes. Cumque incertus pugnae esset euentus, quod postea sequutum est, rem ipsam aperuit. Plerique sane auferunt, destituentes Bœotios, quibus auxilium allaturum conuenierant. Nostri autem die tertia in Enophitis potiti uictoria, eos qui iniuste fugerant, iuste reduxerunt. hi utique primi post bellum Persicum Græcis gratia libertatis auxiliati contra Græcos, uiri quidem præclari, & libertatis auctores his quibus opem tulerant, his in monumentis honorati à ciuitate priores sunt positi. His uero peractis, cum increbresceret bellum, Græci omnes sumptis armis regionem deuasarent, urbi que non dignam gratiam redderent, eos nostri nauali prælio superarunt, & eorum duces Lacedæmonios comprehenderunt: quos quamuis iugulare liceret dimiserunt, pacemque firmarunt, existimantes aduersus eiusdem generis homines ad uictoriam usque pugnandum, neque ob propriam ciuitatis indignationem Græcorum communionem penitus dissoluenda, sed aduersus barbaros ad necem usque certandum. Hos itaque laudare uiros decet, qui hoc bello peracto hic iacent, quoniam ostenderunt inanem esse illorum suspicionem, siqui Atheniensium uirtuti diffusi opinentur in primo contra barbaros bello alios quosdam præstantiores Atheniensibus extitisse. Hi enim omnis cum Græcia seditionibus agitaretur, ipsique uiros cæteris Græcis præstantiores bello superatos comprehensissent, declarauerunt eos seorsum se uincere, quibus cum communiter barbaros expugnauerant. Tertium post pacem hanc bellum improuissimum & graue exortum est, in quo cum multi fortesque uiri occubissent, hic conduntur. Quorum multi circa Siciliam plurimis sunt potiti uictoribus pro salute Leontinorum, quibus iureiurando astricti opem ferebant, quo foedere ad ea loca nauigauerant. Cum uero diuturna esset nauigatio, ac interim rerum discrimine penuriaque ciuitas premeretur, neque illis posset succurrere, negatis subsidijs res eorum haud prospere successerunt. Quorum hostes belloque aduersarij maiorem temperantiam uirtutisque laudem quam amici aliorum habent. Multi præterea nauali bello per Hellepontum die una omnes aduersariorum naues ceperunt, plurimasque alias deuicerunt. Bellum uero idcirco insperatum durumque uocauit, quia nullus existimasset reliquos omnes Græcos contra ciuitatem tam acerrimo studio contentionis accendi, ut regem illum barbarum insensissimum quem unam nobiscum expulerant, rursus per legatos ad bellum Græcis inferendum irritare non dubitarent, & uniuersos tum Græcos, tum barbaros ad hanc urbem obsidendam colligere. Vbi præcipue potentia uirtutisque ciuitatis huius effulsit. Nam cum existimaret eam iam succubuisse, nauesque obsessæ circa Mitylenen essent, ipsi auxilium lauri sexaginta naues ingressi, uiri quidem sine cōtrouersia fortes, hostem profligarunt, liberarunt amicos, cum indigno casu circunuenti, non autem mari interfecti essent, hic iacent. Quorum semper cum laude meminisse decet. Nam illorum uirtute non modo tunc ex naua licertamine, sed reliquo etiam prælio uictoriam reportamus. Etenim propter illos tantam est nostra ciuitas gloriam consecuta, ut nunquam expugnari posse nec ab omnibus quidem hominibus crederetur. Quod certe haud procul à ueritate abest. Neque enim aliorum insidij uiribusque, sed propria dissensione deuicti sumus. Nempenunc etiam ab exteris sumus inuicti. Sed ipsi nos expugnauimus, nobis ipsis succubimus. Post hæc tempora pacatis omnibus, cumque alijs pace confecta, intestina nobis seditio coorta est, in qua se ita gesserunt, ut si quidem omnino satis decretum esset homines seditionibus agitari, nemo uideatur aliter agrotare patriam operaturus. Nam ex Piræo & urbe que benigne atque domesticè præter cæterorum Græcorum opinionem ciues inuicem cōsixerunt, bellumque aduersus eos qui Eleusine erant concitum, que moderate transfugerunt atque sederunt. Horum profectio omnium alia nulla est causa præter ueram ipsam cognitionem, quæ amicitiam firmam atque cognitam non sermone, sed re his hominibus indidit. Oportet autem eos etiam qui hoc in bello uulneribus

uulneribus conderunt, memoria colere, & utcumque possumus inter se eos conciliare uotis sacrificijsque pro illis qui superauere peractis, quandoquidem & nos conciliati sumus. Neque enim improbitate inimicitijque, sed infelicitate quadam manus inuicem conseruerunt. Horum uero testes sumus ipsi superstites. Nam cum illis genere cōiuncti sumus, mutuo damus ueniam, & recipimus, siquid uel in alium intulimus, uel perpessi sumus ab alio. Deinde cum in summa rerum tranquillitate quiesceret ciuitas, barbaris quidem ignoscerebat quod infestati ab illa satis fortiter repugnauerant: Græcis autem indignabatur, quia pro acceptis beneficijs iniuriam quandoque retulerant, dum societatem cum barbaris inirent, nauesque quibus fuerant seruati diriperent, dissiparentque muros quibus nos mœnia eorum ne corruerent, quandoque defendissemus. Instituit itaque ciuitas ultra haud tueri Græcos, siquando uel à Græcis, uel à barbaris opprimerentur. Cum uero nos in hac esse sententia constituti, putarentque Lacedæmonij nos libertatis tutores iacere, opus uero suum fore posthac, ut alios subiugarent, sic egerunt. Quid multis opus est uerbis? Neque enim uetera, neque multis retro seculis gesta dicerem quæ sequuntur. Neque nos lateat, perterritos Græcorum primos Argiuos, Bœotios, Corinthios auxilium ciuitatis huius implo-rauissse. Quodque omnium diuinissimum est, rex ipse tanta est indigentia pressus, ut non aliunde quam ex hac ciuitate quam omni studio diuere conatus fuerat, salutem suam tutari posse consideret. Enim uero si quis hanc ciuitatem inculare iure uoluerit, hoc duntaxat obijcere poterit, quod misericordia nimis semper afficiatur, diligentiusque subleuat succumbentem. Ea siquidem tempestate tolerare non potuit, quod uel instituerat ultra seruare. Deceuerat sane nullis unquam eorum, à quibus iniuriam accepisset, succumbentibus opem ferre. Mutauit tamen propositum, & auxilium præstitit. Vnde Græcos liberauit à seruitute, ita ut liberi uixerint donec ipsi se inuicem subiugarunt. Regi uero succurrere ausa est minime uerebatur enim triumphos ex Marathone, Salamina, Plateis antea reportatos. Sed cum sineret exules, & uoluntarios adiutores illi fauere, sine cōtrouersia eum quoque serua-uit. Structis autem muris fabricatisque nauibus belloque suscepto quando coacta est bellum gerere, pro Pariorum salute contra Lacedæmonios dimicauit. Metuens uero ciuitatem rex, postquam Lacedæmonios uiderat nauale bellum renuere, & idcirco deficere uolens, postulauit Græcos qui in continenti erant, quos prius ipsi Lacedæmonij exhibuerant, si propugnandum foret nobiscum cæterisque belli focijs, arbitratus hoc sibi negatum iri, quo deficiendi à nobis occasionem nancisceretur. Vbi à propugnatoribus focijsque alijs est deceptus. Namque exhibere illi uoluerunt, conueneruntque iureiurando adhibito Corinthijs, Argiui, Bœotij, cæterisque belli focijs, si daret pecunias, ut eos illi qui in continenti erant Græcos traderent. Soli uero neque tradere, neque iurare tunc ausi sumus, usque adeo mos ciuitatis huius generosus, liber, constans, integer, & natura barbaris est insensus, propterea quod homines hi absque ulla barbarorum commixtione puri integrique sunt Græci. Neque enim miscetur nobiscum Pelopes, aut Cadmijs, aut Aegyptijs, Danaïe, alijsque permulti, natura quidem barbari, lege solummodo Græci, sed ipsi Græci duntaxat nulla prorsus infecti barbarorum confusione perseveramus. Quæ quidem puritas odium huic ciuitati aduersus genus alienum ingenuit. Soli rursus purique ex hoc perseverauimus, quod opus profanum perpetrare noluimus, Græcosque barbarorum manibus tradere. Ad hæc igitur descendentes, ex quibus primo superati fuimus, fauente deo, feliciter quam tunc bellum posuimus. Naretinætes naues, muros, namtrasque colonias, à bello liberati sumus: a deo liberentur & hostes ipsi destiterunt. Viros tamen fortes hoc quoque in bello amissimus, partim apud Corinthum regionis asperitate, & angustia interceptos, partim proditione apud Lecheum profligatos. Insignes quoque uiri, qui & regem liberauerunt, & ex mari Lacedæmonios expulerunt. Quos ego quidem in memoriam uobis reduco. Vos autem uiros huiusmodi collaudare celebrareque decet. Atque opera quidem hæc uirorum hic iacentium, cæterorumque omnium quicumque pro patria obierunt, quæ relata sunt, multa sunt, atque præclara: sed quæ restant, plura admodum præstantioraque sunt. Atqui dies multi uix noctesque sufficerent, si quis omnia cōplecti uoluerit. His ergo memoria repetitis, unumquemque uirum oportet natos horum assidue exhortari, ut tanquam in bello maiorum suorum ordinem seruaret, neque per ignauiam aufugiant. Equidem o uirorum præstantium filij, uos ipse & in præsentia exhortor, & in posterum quemcumque uestrum nasci uero admonebo semper, et cohortabor, ut quam optimi euadere contendatis. Nunc quoque

quoque par est uobis referre quae nobis patres uestri finxerunt, mandaruntque posteris praedicare siquid paterentur, cum foret periclitandum. Recensebo igitur uobis in praesentia quae ex illis ipsis audiui, quae uero ipsi nunc uobis, si facultas daretur, libenter praeciperent, Coniecturam equidem ex illis quae quodam dicebant officio. Existimate uero nunc quae referam illos ipsos audire loquentes. hunc autem in modum exorsi sunt. Quod ex praeclearis parentibus orti estis o filij, praesentia uobis testantur; profectio cum nobis liceret turpiter uiuere, honeste emori maluimus, quam uos ceterosque posteros infamiae cuiquam subijcere, ac parentibus nostris superioribusque dedecori esse, putantes homini suos decoranti non esse uiuendum, ei nanque neque in uita, neque post mortem amicum aliquem esse, uel hominum, uel deorum. Oportet igitur uos uerborum nostrorum memores, si quid aliud exercetis, cum uirtute exercere, scientes absque uirtute exercitationes & possessiones omnes turpes malasque esse. Diuitiae nanque splendorem afferunt nullum eas cum ignauia possident, neque enim sibi hic sed alteri parat possidentque diuitias. Neque forma corporis atque robur timido ac prauo cum insunt, decorem praestant. Eum namque dedecent, notiores efficiunt, ignauiam patefaciunt. Praeterea scientia quaeuis remota iustitia aliaque uirtute non sapientia sed calliditas esse uidetur. Quorum causa & primo, & postremo atque per omnia omni studio diligentiaque contendite, ut & nos, & maiores nostros uirtutis gloria superetis. Alioquin scitote, si uobis uirtute praestemus, uictoriam hanc nobis dedecus allaturam. Sin superemur a uobis, felicitatem. Ita uero maxime nos quidem superabimur, uos autem superabitis, si ea ratione uitam instituetis, ut maiorum gloria non abutamini, neque eam ut ita dixerimus expendatis erogetisque, scientes uero aliquid esse se existimanti nihil turpius posse accidere, quam seipsum honorandum non propriam ob uirtutem, sed propter gloriam superiorum praebere. Gloria enim parentum natis, praeclearus est magnificusque thesaurus. Vt uero pecuniarum honorumque thesauro, & hunc ad posterum non transfundere, propriae possessionis gloriaeque defectu, turpe, & a uiri generositate penitus alienum. Si igitur haec exercueritis, uita demum satis exactis chari ad nos filij charos parentes proficiscemini. Sin autem neglexeritis haec, & improbi euaseritis, nemo uos libens excipiet. Natis quidem nostris haec sunt dicta: patres autem nostros, ac matres sicui nostrum superant atque consolatione indigent, consolari oportet, quia deceat facile quaecumque acciderint ferre, neque cum illis una deplorandus est casus, lamentationibus enim aliorum non indigebunt: satis enim fors tristitia illis inferet. Mederi profecto leniterque oportet, & in primis illud commemorare, quod maxima eorum quae exoptare solent, exaudientes diis iam tribuerunt. Neque enim immortales sibi filios dari, sed bonos & illustres optabant. Cuius quidem uoti compotes effecti sunt, quod maximum existimandum est bonum, omnia uero mortali uiro ad uotum in uita succedere, haud facile est. At qui si fortem forti animo tolerabunt, uidebuntur reuera fortium filiorum parentes ipsique fortes esse. Sin autem dolori succumbent, suspicionem hominibus inferent, ne forte aut parentes nostri minime sint, aut qui nos laudibus efferunt mentiantur. At horum neutrum euenire oportet, imo uero laudatores nostros re ipsa praecipue illos esse, ostendentes se reuera parentes uiros esse uirosum. Enim uero uetus illud prouerbum, Nihil nimis, scite dictum uidetur. Nam qui ita se comparauit, ut ex ipso pendeant omnia quae ad beatitudinem ei conferunt, aut quam proxime ad hoc accedat, nec ex alijs pendeat hominibus, qui si uel bene uel male agant, hic sua quoque mutare cogatur: is optime uitam instituit, temperans, fortis, prudens is est: hic siue pecunias nanciscatur ac filios, siue amittat, prouerbio semper parebit. Nunquam enim nimis aut laticia exultabit, aut dolore desicietur, propterea quod ipsi pareat. Tales esse & nostros debere iudicamus, & uolumus. At qui & in praesentia nos ipsos tales penitus exhibemus, haud certe perturbatos, uel nimio metu perterritos, si nunc uita decedere nos oporteat. Oramus quoque patres nostros, ac matres, ut similiter affectu uitam futuram agant, scientes quod non lamentationibus euolationibusque maxime nobis gratificabunt: uerum si quis est his qui defuncti sunt, sensus uiuentium, ita maxime nobis molesti futuri sunt si se ipsos perdidierint, & inique forte tulerint: sin autem moderate ac leuiter, nobis sum mopere obsequentur: nostra porro eum iam finem habebunt, qui hominibus est pulcherrimus. Quamobrem collaudanda sunt potius quam despecta. Profectio si uxores nostras filiosque tuebuntur, & nutrient, & his incumbent, ita maxime casus obliuioni mandabunt, pulcherrimus

chrius ue & rectus nobisque gratius uitam agent. Haec igitur nostro nomine nostris praedicare sufficit. Ciuitati uero mandamus, ut parentum nostrorum filiorumque curam habeat, & hos quidem honeste erudiat, illorum uero senium digne foueat. Cognouimus certe uos etiam si haec minime praecerimus, optime curaturos. Haec igitur o filij defunctorum atque parentes, ut moneremus illi mandarunt: ego uero quantum possum diligentissime moneo, eorumque nomine obsecro, superiores quidem, ut praeclearas suorum res imitent: seniores autem, ut de se optime sperent. Nempe senectutem uestram priuatim publiceque alemus: & quemcumque ex illorum progenie nati fuerimus, summa beneuolentia complectemur. Ciuitatis uero prouidentiam ipsi minime ignoratis, quae statutis legibus, parentes, & filios eorum qui in bello interiere, tutatur, & ante alios ciues summo magistratu talium comitit curam, ne ulla prorsus iniuria parentes horum afficiantur. Filios autem educat ipsa, studeatque ut illis ignota sit orbitas. Nam ipsa paratis gerit uicem & dum pueri sunt, & cum ad maturam aetatem uenerunt, ad officia sua transmittit, omni armatura fulcit & ornat, patris studia ostendit, & memorat, dum paterna uirtutis tribuit instrumenta. Ac simul auspicij gratia iubet tunc primum domum paterna ingredi filium quasi imperaturum, & armis cum robore fultum. Eos praeterea qui decesserunt e uita, honorat, ceremonias quotannis lege decretas communiter cunctis instituas, quae priuatim unicuique proprie peragi solent. Gymnasia item certamina equestrisque instituit, musicosque ludos uarios adhibet. Ac profectio quod ad defunctos spectat, haereditas & filij subit conditionem: quod ad filios, patris: quo ad parentes ceterosque huiusmodi, curatores, omni diligentia semper omnibus prouidens. Quorum rerum animaduersione quae acciderunt a quo animo ferre debetis. Na hoc pacto & mortuis, & uiuentibus eritis gratiores, facileque curabitis, & facile curabimini. Nunc uero uos, ac ceteri omnes qui communiter secundum legem eos qui naturae cesserunt, iam lugubribus expiationibus profecti estis, abite. Hic est o Menexene Aspasiae Milesiae sermo. M. E. Per Iouem o Socrates beatam dicis Aspasiam, si cum mulier sit tales potest orationes componere. s. o. At si minus credis sequere me, dicentem ipsam audies. M. E. Sapenunero cum Aspasiae fui Socrates, & qualis sit noui. s. o. c. Cur igitur eam non ueneraris? Cur non habes propter hanc orationem illi gratiam? M. E. Ingentem equidem habeo gratiam mulieri huic seu uiro, qui quibus tibi orationem hanc tradidit. Ac praeceteris multis narranti gratiam habeo. s. o. c. Bene quidem. Sed ne me prodas, ut deinceps multas eius praeclearasque de ciuilibus rebus orationes tibi recenseam. M. E. Bono animo es. Non prodam. Referas modo. s. o. c. R. Fict ut postulas.

ARGVMENTVM MARSILII PICINI FLORENTINI IN
dialogum primum de Republica, uel de Iusto, ad Laurentium
Medicem uenturum.



QUANTO oculus praestat manibus, caput pedibus, ratio sensibus, anima corpori, finis omnibus quae diriguntur ad finem, status motui, aeternitas temporis, tanto contemplatiua uita actiua praestare uidetur. Contemplatio enim actionis est principium est & finis, ducitque illam pro arbitrio atque sistit, iubens demum inferiores motus, externamque de sinere actionem, ut intrinseca stabilisque actio, liberior tandem possideatur. Sic utique ab ipsa contemplatione dei coelestes naturalesque motus, & actiones omnes tantum legumque conditoribus est excellentior, quo ceteri quidem ueluti humani ad actionem magis ciuitatem instituerunt, ipse uero quasi diuinus actionem ciuitatis omnem tam publicam quam priuatam potissimum perducit ad contemplandum, ciuitatemque constituit suisque antequam orbis dominam, neque tam multis timendam, quam cum suis gentibus uenerandam, coelestem quasi Hierusalem pro uiribus in terris expressam, in qua sublati propriae possessionis gratia contentioibus communia sint pro ipso iure naturae omnibus omnia, communis sit corporis firma concordia, cunctorum una uoluntas, ideoque ad contemplandum semper expedita tranquillitas. Corporis autem integram absolutam Reipublicae formam denario librorum numero numerorum omnium integerrimum, numerosum intra se numeratos continente, tum ex se innumeros replicante. Atque, ut sepe his in libris praecipue in secundo declarat, totam disputationem de iustitia a nobis inscribi mauult, quam de Republica: docens ut arbitror, rem omnem actionemque, & publicam, & priuatam non ad copiam, non ad potentiam, non ad uictoriae esse, sed ad ipsam iustitiam penitus referendam. Quae quidem iustitia omni sublata perturbatione, expulsiisque contentio-

tentationum impedimentis ciues tandem reddidit expeditissimos ad uerum inuestigandum, deumq; colendam. Eiusmodi di uero contemplationem atq; cultum Plato nos ter iudicat precipuum reipublice finem: ut quod neq; unus si solus uixerit, neq; plures si simul habitauerint, sine lege efficere possunt, multi saltem ciues communi lege in unum ciuitatis cœtum congregati perficiant. Præterea docet nos Timeus, & Critias ante ingentem terrarum inundationem Athenas alias extitisse, & apud Græcos, & apud Aegyptios, similibus inter se legibus gubernatas, quas dea Pallas condidit, edocuit, & docuit, eamq; illis tradidit reipublice formam quam in his libris Plato conferat. In libris uero de Legibus reipublicam ex gubernatione Cretensi, ex Lacedæmonia, & Attica noua compositam, ipsamq; compositionem à deo inchoat legum omnium autorem. Verum ut ad præsentia redeamus, hanc quoq; reipublicam felicibus auspicijs exorditur ab ipsis diuinæ sapientie sacris, à seniorum consuetudine atq; cœsilio, à religiosa iustitia atq; sanctitate. Ex eo enim q; & nota deo, & sua cuiq; reddenda dixerat, incipit iam de prima quadam iustitia disputare, per quam ad publicam opportune suo loco transibit. Tu uero memento in his à Platone significari, absq; diuina humanaq; iustitia, seniorumq; consilio, ac sapientie diuinæ fauore, non posse ciuitatem uel ab initio cœstitui prospere, uel constitutam feliciter gubernari. Deinceps argumentum primi libri perstringens, ex plurimis grauiusq; præceptis necessaria quadam excerptam. Moderata iuuentus facilem officii seueritatem, immoderata difficilem. Qui corporis obsequitur libidibus, proculdubio insanis seruit tyrannis. Animus in senectute sedatis perturbationibus quas secum affert iuuentus, segregatus à corpore, diuinâ propius & apertius inspicit. Innocentia sola optimam in posterum spem animo præbet, unicuique uitæ solamen. Vir sane mentis ad id in primis pecunias esse utiles iudicabit, ut quicquid uel deo nouerit, uel homini promiserit alterq; debeat, impleat, neq; ob paupertatem adducatur aut mentiri cuiquam, aut ulla in re defraudare. Pecunie namq; referendæ sunt ad iustitiam, iustitia uero ad uitæ alterius præmium. Sed antequam disputationem de iustitia prosequamur, considerandum moneo singula sub allegoria quadam à Platone dissoni. Primo quidem Cephalus senex, id est carpus, præbet disputationi caput. Deinde Polemarchus, quod & nomen eius significat, princeps, id est primus moderate pugna aggreditur. Deniq; Thrasymachus, id est pugnator ferrox agit asperius. Socrates aut, id est seruator potens ubiq; ab errore omnes, & iniustitia seruat. Sed allegoriam cœmentarijs relinquētes, ad definitionem iustitie iam pergamus. Simonidem, Pittacū, Biantē, dixisse ferunt iustitiam esse uera fateri, ac debitum unicuiq; reddere. Quod quidem ita nonnulli interpretantur: Simpliciter uerum cui libet aperire, & quod acceperis restituere. Id autem ideo Socrates improbat, quoniam insano neque omne uerum patefaciendum est, neq; arma reddenda sunt que sanus dum erat apud te deposuerat. Alij sic exponunt: Dare unicuiq; quod sibi conuenit, ceu amicis emolumentum, inimicis uero damnum, prodesse quidem bonis, malos autem ledere. Id iterū improbat, propterea q; neminem unquam ledere debeat. Quicq; enim aliquid lædit, id ipsum ad opus suum propriamq; uirtutem deterius efficit, & ineptius, ut qui canem lædit, ad propriam canis uirtutē reddit ineptum. Iustitia uero hominis uirtus est. Qui quis ergo lædit hominem, ad iustitiam facit deteriorem. At iustitia iustitiam nunq; minuit, sicut neque musica opus musicæ destruit. Quamobrem non est iustum aliquid ledere. Inter hæc Thrasymachus, quod & alij multi alijs, obiecit Socrati, q; respondere nunquam uelit, semper autem interrogare. Te uero latere non debet multis de causis Socratem querere solitum semper potius q; docere. Prima, ut arrogantes admoneret in omni ætate discendum esse potius q; docendum. Secunda, ut significaret ueritatem mentibus per opportuna inquisitionem segregatis à corpore atq; erroribus, statim infundi diuinitus. Quod & Auicenna magnopere cõprobat. Tertia, ut ostenderet rerum formas esse animis nostris ingentis, per quas ipsa rerum ueritas per interrogationem ad eas conuersis quandoq; subrutilet. Quarta, quo declararet humanam scientiam in negatione quadam falsi potius q; in ueri affirmatione consistere. Adducitur deinde definitio iustitie à Thrasymacho, qualis & à Callicie in Gorgia, iustum esse quod est potentioribus utile. Semper enim potentiores dominari, atq; ad utilitatem suã ferre leges ac subditos gubernare. Tunc uere subditos iuste agere, cum illis parent legibus, que sunt ad utilitatem gubernantium constitutæ. Socrates hunc ad cõtradictionem trahit. Quoniam possit princeps per ignorantiam mandare que sibi met sint detrimento futura. Que si obseruet priuatus, tum iustus erit quia dominati pareat: tum iniustus, quoniam agat contra dominantis utilitatem. Adit artem quãlibet absolutã ideòq; minime indagam, in tractandis materijs, & hominibus, non suæ sed rerum sibi commendatarum utilitati consuleret. quasi pupillis tutor, Medicus ægris, nauis gubernator: similiterq; magistratum legitimum subditorum utilitati prospicere. Si qua uero ars ceu medicina mercedem exigit, non quatenus medicina est, cuius finis est morbi curatio, que solum facit, sed quatenus cum mercenaria quadam, & que stuarua commiscetur. Artem ergo ciuilem omnium perfectissimam ideòq; minime indigentem atque seruillem constat multo minus utilitatis gratia gubernare. Nihil itaque Thrasymachus temere, & cum quadam suimet repugnantia adducit contra iustitiam. Tu uero nota non decere quemquam, petere principatum, & magistratus ambire. Item, si quando bonorum uiuorum exitus ciuitas, non aliter pugnatorum gratia non imperandi, quam nunc certis imperandi cupiditate. Tria uero

Iustitie Variæ d. similitudines

Ambr. Ronem

nunc aderte. Primum, malos non esse admittendos ad magistratum. Secunda: Ciues non malos, quo libet gratia gubernandi suscipiant inuitandos, imposto quodam præmio stipendij atq; honoris. Tertium, probos homines qui neq; auaritia, neq; ambitione mouentur, eoduntaxat discrimine metusq; prouocari ad rempub. oportere, ne uide licet ipsi deteriorum iniustæ gubernationi subiciantur. Plato diuinus intelligit, si quis unquam alius officium gubernandæ patrie, si iustum sit, uoluntarium esse debere. Sed probatissimi ciuis exemplo uult iniquam illorum arrogantiam improbare, qui qualibet uia semper ambiunt magistratus, dignitatesq; aucupantur. Quæ uero ratione dignitatibus ipsi digni fiant, omnino non curant. Vult ergo id officium uoluntarium esse simul atq; necessarium, ut uir probatissimus libentissime patrie sue suscipiat gubernacula, sed tunc solum id faciat, quando necessitas postulat, interea uero contemplationem præferat actioni: uerum rebus quandoq; urgentibus actionem circa publicum bonum ad tempus contemplationi propria anteponat. Id totum ex epistola Platonis ad Archytam Tarentinum comprehendere planissime potest. Consuetatur deinceps tyrannicum Thrasymachi dictum, iustitiam quidem in genere insipientie maliq; iniustitiam uero in genere sapientie boniq; collocans, quod quidem ideo falsum esse monstratur, quia qualibet ars, sapientia quadam est, atq; circa que sapiens est, circa eadem est & bona. Vir autem in quauis arte doctus non plus alio docto in actione artificiosa quærit, imò pariter actionem exequi atq; similiter. Et quamuis doctum ad eam quare tantum uelit, indoctum tamen uult superare. At indoctus temere nonnunquam plus sibi assumere tentat q; doctus simul atq; indoctus. Illi similis est uir iustus, nihil plus habere cupiens alio iusto, sed aliquid tamen, id est uirtutis plus iniusto. Iniustus autem indoctus similis tam iniusto q; iniusto plus habere contendit. Conclude contra Thrasymachum, iustitiã quidem ad sapientie boniq; genus, iniustitiã uero ad genus insipientie maliq; referendam. Adde iniustitiam esse infirmitatis omnium causam. Nam in quolibet cœtu odium & discordiam partens, infirmissimum primo cœtum reddit, deinde dissoluit. Eatenus uero consistere cœtus potest, quatenus nonnihil distributionis iuste seruetur. Per iustitiam ergo consistit, per iniustitiam uero dissoluitur. Per illam & sibi inuicem, & alijs est amicus, per hanc undiq; inimicus. Quod autem in qualibet cõgregatione, idem & in quolibet animo iustitia & iniustitia facit: ut iustus quidem secum ipse consentiat, amicusq; sibi sit, & hominibus, atque superis. Illi enim iustissimi sunt, ut non mirum sit iustum illis similem etiam amicum esse. Iniustus autem in his omnibus omnino contra se habet. Præterea res qualibet proprium quoddam habet opus. Requirit quoque uirtutem propriam, quandam scilicet facultatem per quam aptissime proprium perficit, at opus, sine qua id efficere nequit. Cum igitur anima proprium quoddam habet, ceu consulere atque gubernare, multoq; prius & uiuere, propriam quoq; uirtutem exigit, per quam hæc commodissime peragat, qua sublata laborat. Virtus autem anime iustitia est, iniustitia uero uitium. Quapropter per iustitiam perfecte consulit, & gubernat, uiuuntq; feliciter. Sublata uero iustitia, contra. His dictis primus liber cum quadam correptione concluditur. Nempe cum prius dicendum esset quid iustitia sit quam qualis, factum est hætenus econuerso, dum Socrates partim disputans sequeretur, partim per notiora principia disputans, audientium tum ingenio indulget, tum facultati consulere.

quæritatur - Quis quo sit hinc adducendi ad quædam in la sua capite

REIPVB PLATONIS VEL DE IVSTO
TRANSLATÆ A MARSILIO FICINO FLORENTINO AC
Laurentio Medici uirò ~~magistro~~
Dialogus primus.

DIALOGI PERSONÆ.
SOCRATES. GLAUCO. POLEMARCHVS, THRASYMACHVS,
ADIMANTVS, CEPHALVS.

DESCENDERAM heri in Piræum unã cum Glaucone Aristonis filio, ut & deam precarer, & celebritatem spectarem, quoniam modo acturi essent, quæ tunc primū agebant. Pulchra igitur mihi patria pompa uisa est: sed nihilominus, ut uidebatur, decens fuit ea quam Thraces mittebant. Cum uero & preces egissem, & spectaculo interfuissemus, in urbem regrediebamur. Aspererat aut procul nos redeuntis domum Polemarchus Cephalus filius, seruulmq; currentem mittēdo, expectare iussit. A tergo igitur ueste me apprehendens seruus, lubet uos, inquit, Polemarchus manere. Egoq; ad eum cõuersus, ubinam ipse esset, interrogauit. At te pone sequitur, inquit. Verum expectate. Expectabimus respondit Glauco. Ac paulopost Polemarchus uenit, unaq; Adimantus Glauconis frater, & Niceratus Nicie filius, & alij complures, qui à pompa uenire uidebatur. Igitur Polemarchus, uidemini, inquit, o Socrates tanquam abituri ad urbem contendere. Non male inquam coniectas. Vides ne, inquit,

quot sumus: Quid nī? Aut ergo his fortiores esse uos oportet, aut manere. Vnum hoc cōcedetis, inquam, uos uidelicet permissuros abire nos, si persuaserimus dimitteudos esse. Nunquid persuaderetis, inquit, non audituris? Nequaquam, inquit Glauco. Perinde itaque tanquam audituri non sumus, inquit, deliberate. Tunc Adimantus. Nescitis, inquit, uesperī facibus cursuq; equorum ludēdum in honorem deae? Equorum cursu, inquam. Nouum hoc certe, facēsne gestantes, & uicissim illas sibi tradent, equisq; certabunt? An ita dicis? Ita prorsus, inquit Polemarchus. quare aut potentiores sitis necesse est, aut hic maneatis. Nocturna præterea sacra peragent digna certe spectatu. Surgemus enim post coenam, eaq; sacra spectabimus, aderimusq; illic inter multos familiares, & confabulabimur. Sed manete, nec aliter facite. Atque Glauco, uidetur, inquit, manēdum esse. Verum si uidetur, inquam, sic facere oportet. Profecti igitur sumus domum Polemarchi, ibiq; reperimus & Euthydemum & Lysiam Polemarchi fratres, Thrasymachum Chalcedoniū, Charmetidem Pæaneium, & Clitophontem Aristonymi filium. Erat & Intus pater Polemarchi Cephalus, ualde quidem senex, ut mihi uidebatur, diu namq; eum non uideram. Sedebat autem coronatus in quodam ceruicali, & sede in aula enim sacrificauerat. Consedimus igitur iuxta eum plerisq; sedibus in orbem dispositis. Quamprimum itaq; me cōspicatus est Cephalus salutauit, dixitq; O Socrates, raro admodum ad nos accedis, in Piræum descendens. Oporteret autē. Nam si ego adhuc ualeam, ut in urbem uenire possim, minime opus esset ut tu huc ad nos, sed nos ad te tenderemus. Nunc autem te huc crebro aduentare decet, profecto quanto magis me corporis uoluptates deficiunt, tanto cupiditas confabulandi, & uoluptas quam ex ea re capio, augetur. Hoc igitur age, & unā cum istis iuuenibus huc ad nos ueni tanquam ad amicos apprime familiares. Atqui inquam ego ὁ Cephale ualde quidem delectior senilibus sermonibus. Videtur enim mihi audire ab his oportere, qui uiam aliquam iam perfecerint, quæ & nobis fortasse peragenda erit, quam aspera, & difficilis, uel quam facilis sit, & peruia. Atq; ex te libenter audirem, quid nam de hac re sentias, cū huc gratis peruenieris, quod in limine senectutis esse poetæ aiunt, Vtrum difficultatem uitæ, uel quomodo ipsum enuncias. Ego tibi per Iouem, inquit, dicam ὁ Socrates quod mihi uidetur. Sæpe conuenimus pleriq; ferme æquales, antiquum illud seruantes prouerbum. Plurimi ergo nostrum in eo cœtu lamentantur, uoluptatum quibus in iuuentute frui licuit, desiderio affecti, & rem ueneream & conuiuia ceteraq; generis eiudem recordati, grauitercq; ferunt, tanquam maximis priuati rebus: & tunc quidem se bene uixisse affirmant, nunc autem ne uiuere quidem. Nonnulli etiam domesticorum conuiuia contumeliasq; deplorant, & in hoc senectutem maxime accusant, tanquam maximorum sibi causam malorum. Mihi autem huiusmodi homines haud iure senectutem ut horum causam culpam uidentur. Nam si hæc causa esset, & ego eadem essem passus propter senectutem, & reliqui omnes qui ad id ætatis deuenerunt. Verum ego etiam multos non ita affectos inueni, & cum Sophocle nonnunquam sui poeta, qui cum à quodam quoniam pacto in uenereis se haberet interrogaretur, & an posset mulieribus admisceri, recte respondit: Bona uerba quæso ὁ amice, libentissime hæc tanquā furiosum agrestemq; dominum aufugi. Perbelle igitur & tunc illi respondisse mihi uisus est. Nunc nō minus. Omnino enim ab huiusmodi rebus in senectute multa pax inest & libertas. Quando enim deseruerunt iam cessaueruntq; libidines, omnino hoc Sophocleum accidit: nam à multis dominis & his insanitibus liberamur. Sed & horum ὁ Socrates, & eorum quæ aduersus familiares dicuntur, una quædam causa est non senectus, sed mores hominum. nam si modesti, & faciles sint, haud nimis senectus his laboriosa contingit. Sin contra, & senectus, & iuuentus ὁ Socrates his difficilis. Tum ego mirifice his quæ dicebat delectatus, pluraque audire cupiens, ita eum ad reliqua prouocauit. Existimo profecto ὁ Cephale multos, cum ita dicas, minime hæc admittere: uerum putare facile senectutem ferre te propter diuitias potius quam propter mores. diuitibus enim multa solatia adesse dicunt. Vera, inquit, dicis. Non enim admittunt, & dicunt quidem aliquid, non tamen quantum dici posset. Verum illud Themistoclis pulchre se habet, qui Seriphio cuiusdam sibi per contumeliam obijcienti, quod non per seipsum, sed eius patriam tantam esset gloriam consecutus, ita respondit. Equidem si ipse Seriphus essem, in eadem gloria uiuerem, tu uero si Atheniensis, minime. Idem quoque aduersus eos, qui cum

*Semiles sermo
nes libenter au
diendi*

*De senectate cō
modis, & in
commodis*

*Sophocles
per bellū
responsum*

cum non sint diuites, grauitere senectutem ferunt, dici potest, quod neq; uir ipse modestus inique senectutem ferret cum paupertate, neq; immoderatus cum diuitijs facile. Vtrum aut, inquam ego, ex his quæ habes plura tibi a maioribus relicta sunt q̄ acquisiisti, an contra? Non nihil acquisiisti, inquit, ὁ Socrates: medius enim in pecunia exiti inter patrē & auum. Auus nempe meus Cephalus tantundem fere quantum nunc mihi est accipiens supra id multum accumulauit. Lysanias autē pater minores etiam eas opes quam nunc sint effecit. Ego autē sat habeo, si non minores istis relinquo, sed aliquantulo maiores q̄ accepi. Hæc ego ideo interrogauit in quæ, quoniam mihi uidebaris nō multum diuitias admirari, quod quidem plurimum ij faciunt, qui sibi eas non peperere. Qui autē illas paruere, duplo magis q̄ alij amant. Quæadmodum enim & poeta poemata sua, & filios patres diligunt, eodem modo qui acquisiuere pecunias, illis student tanq̄ operi suo. non ad usum necessitatemq; ut alij. Ex quo difficilis eorum est familiaritas, cum nihil aliud præter diuitias laudare uelint. Vera, inquit, narras. Et ualde quidē, in quæ ego: Sed hoc etiam mihi declara. Quid boni maxime ex diuitiarū possessione te existimas cōsecutum? Quod inquit, non multis forte persuaderē si dixerim. Certo scias ὁ Socrates quod postquā edeuenit aliquis, ut breui iam moriturum se opinetur, incidit in eum timor, & cura quædam eorum quæ in superiori uitâ neglexit. Etenim fabulæ quæ de inferis dicuntur, quemadmodū eos qui iniuste egerunt, pœnas illis dare oporteat, irrisæ hæctenus mouent tunc animi, ne forte ueræ sint suspicantē: atq; ipse siue propter senectutis debilitatē, seu quod aliter uitæ propinquior illa acutius inspicit, sollicitudinis & timoris plenus redditur, atq; reputat examinatus, si quem iniuria aliqua affecerit. Qui ergo inuenerit, multas eius in uitâ iniquitates, ex ipso somno tanq̄ pueri frequenter excitus extimescit, & pessima in spe uiuit. Qui aut nullius iniuriæ sibi cōsciū est, huic iucunda spes semper adest, optima senectutis nutritrix, quæadmodū Pindarus ait. Scite namq; ille ὁ Socrates illud cecinit. Quicūq; uidelicet iuste sancteq; uitā exigit, dulcis eum spes comitatur cor nutriēs, senectutemq; fouens, quæ maxime hominum uolubilē gubernat animū. Bene igitur & apprime mirandū dicit. Ad hæc ego existimo pecuniæ possessionē plurimi faciendā esse non cuius homini sed modesto & equo. plurimū ad id cōfert pecuniarum possessio, ut quis illuc intrepidus proficiscatur, cum neq; inuitū quempia circumuenerit, neq; mentitus fuerit, neq; debeat uel uotas deo uictimas, uel pecunias homini. Habet præterea & utilitates alias, ac sane per multas. Sed si unū uni cōferatur ὁ Socrates, nō minimum ego ponerē ad hoc homini mentē habenti, imō plurimi cōferre pecunias. Egregie loqueris, in quæ, ὁ Cephale. Hoc autē ipsum, iustitiā scilicet, ut rū ita simpliciter ueritatē dicimus esse, & reddere quod quis accepit: uel hæc eadē facere, aliās iustum, aliās iniustum est: Quod hinc apparet. Vniquisq; enim diceret, si quis ab amico sanæ mentis arma acceperit, idē uero insanus repetat, non oportere ea reddi, neq; iustum esse eum qui reddat, uel rursus homini sic affecto uera omnia dicat. Recte, inquit, loqueris. Nō ergo hæc est iustitiæ definitio, uera dicere & deposita reddere. Recte nimis dicis ὁ Socrates, sermonē subiiciens Polemarchus inquit, siquid crede te decet Simonidi. Hic Cephalus, Sermonē uobis trado, inquit. Nā sacra me curare oportet. Nūquid Polemarchus, inquam, tibi hæres est? Et ille quidem arridens, est profecto inquit, & simul ad sacrificandū discessit. Dic, inq; igitur sermonis hæres, quid recte dici de iustitiā Simonide afferis? Quod, inquit, iustum esse dicit debitorū unicuiq; reddi. Atq; hæc diu dicitur, & diuinus uir. Verum quod dicit, tu fortasse intelligis ὁ Polemarche, ego aut ignoro. Manifestum enim est, non hoc eum dicere quod paulo ante dicebamus, scilicet depositū alij cui non sano reposcenti reddere. Atqui debitorū quodammodo est hoc, quod depositum est. Nōne? Certe, inquit. Reddendū autē, neq; tamen tunc quādo aliquis nō sanus repetat. Vera dicis, inquit ille. Aliud igitur q̄ hoc dicit Simonides, quādo iustum esse afferit de bitum reddere. Aliud per Iouem. Amicis enim putat amicos bene facere debere, nō autem male. Intelligo equidē quod minime debita redderet ille, qui ei à quo depositū accepisset, aurum redderet, siquidē retributio & receptio noxia foret, amici autem essent iniuriam qui recipit & qui reddat. Nōne sic dicere affirmas Simonidē? Sic prorsus. Quid autē inimicis reddendum est quod debitum? Omnino quod illis debet. Debetur autem inimico ut arbitror ab inimico quod cōuenit, malum uidelicet aliquid. Ergo poeticis ue

*Partiarum q̄
possessarū dī
uitiarū amor
maior*

*Pindarus
Spes nutritrix
optima senec
tutis
modestis ho
minibus pluri
mi faciendā
esse pecuniam.*

*Iusti definitio
ex Simonide*

rimaxemur, nunquam sponte ita succumberemus inuicem inquirendo ut inuentione inuicem peditemus. Quare ne exiltimes, cum in praesentia iustitiam perscrutemur, rem auro multo pretiosiore, usque adeo inuicem nos ignaue concedere, ut non omni studio annitiamur, quo ipsam plane comperiamus. Sed ut puto eam assequi non ualeamus. Quapropter nostrum multo magis uos sapientes misereri decet, quam urgere. Tunc ille haec audiens, ualde Sardonice profuleque risit, & o Hercules, inquit, haec illa solita est Socratis ironia. Verum haec ego cognoui atque praedixi, quod tu respondere quidem nolles, sed ironia potius utereris, & denique omnia faceres potius quam interroganti cuiquam responderes. Sapiens inquam es o Thrasymache, recteque nosti quod si quem interrogares, quod duodecim sunt, interrogansque praediceres ne mihi dicas amice duodecim esse bis sex, neque ter quatuor, neque sexies duo, neque quater tria, alioquin minime huiusmodi nugae admittam, nemo tibi sic interroganti responderet. At si tibi dixerit, quomodo o Thrasymache dicis ne respondeat eorum quae praedixisti quicquam? Vtrum o mirabilis uir, neque etiam si horum aliquid est xij illud respondeam, sed alienum quiddam a uero? Vel quo pacto id ais? Quid tu illi ad haec?

Esto, inquit. Sed quae hoc illi simile est? Nihil prohibet, inquam ego. Quamuis enim simile non sit, si tamen interrogato illi simile uideatur, putasne illum minus ex hoc quod sibi uidebitur responsurum, siue nos interdiciamus, siue non? Sic & tu facies, inquit, & aliquid eorum quae interdixeram, respondebis? Quid mirum, inquam ego, si inquirenti mihi sic uideretur? At si ego aliam responsionem, inquit, de iustitia demonstrauero praeter omnes istas, istisque meliorem, qua te dignam poena putabis? Quanam alia, inquam ego, quam ea quae conuenit ignorantibus? Conuenit autem ut a docto discat, & ego igitur hoc patitur me dignum existimo. Quam facetus es, inquit, uerum praeter hoc quod dicis, etiam pecuniam tribues. Cum uidelicet aderit. Imo uero adest, inquit Glauco, pecunia. Dic iam Thrasymache, neque enim deerit argentum. Quinetiam nos omnes pro Socrate isto spodemus. Ita prorsus existimo scilicet, ut suam Socrates seruans consuetudinem, nihil respondeat, sed respondentis orationem accipiens reprehendat. Quoniam pacto inquam uir optime respondere quis posset, primo quidem qui neque sciat neque scire se praedicit, deinde si quid de his existimet, tamen a uiro non mediocris autoritatis prohibitus sit quare existimat dicere? Sed te magis aequum est dicere, profiteris enim scire, licetque tibi disserere. Gere igitur mihi morem, neque inuideas Glauconem istum aliosque docere. Haec ego cum dicerem, Glauco caeterisque hoc idem ipsum orabat. Eratque manifestum Thrasymachum maxima cupiditate dicendi affici ut se ostentaret. Arbitrabatur enim habere optima quae responderet, uerum simulabat instare ut ego responderem. Tandem uero concessit. Haecque, inquit, Socratis est sapientia, ipsum quidem nolle docere, sed ab alijs discere, nullam gratiam inde referre. Quod ego ab alijs discam, uerum, inquam, dicis, quod aut gratiam non referam, procul est a uero. Perfoluo enim quam possum, possum autem laudare tantum, Argentum uero non habeo. Quanta uero indulgentia istud efficiam, si quis mihi bene dicere uideatur, intelliges mox cum responderis. Existimo enim te bene dicentem. Audi igitur, inquit ille. Affirmo equidem iustum nihil aliud esse quam quod potentiori utile. Cur non laudas? Scio noles. Siquidem didicero, inquam, prius quid dicas. Nunc autem non dum noui cum dicis iustum esse quod potentiori est utile, quid uelis inferre Thrasymache. Neque enim tale quid dicis. Si Polydamas nobis fortior athleta sit, & sibi quidem conferat bouilla ad corpus, hunc cibum esse & nobis illo debilibus utile simul & iustum. Molestus nimium es, inquit, o Socrates, atque haec accipis dicta, qua deprauare maxime sermonem possis. Haud est ita uir optime, inquam. Sed tu planius hoc enarra. An ignoras, inquit, ciuitatum has quidem a tyrannibus, illas uero a populo, nonnullas ab optimatibus gubernari? Noui equidem. Nonne in quauis ciuitate id plus potest, quod imperat? Quid nunc? Fert autem leges principatus quicque ad suam semper utilitatem, popularis quidem gubernatio popularis, tyrannica uero tyrannicas, in caeterisque similiter accidit. Ponentes autem leges, ostendunt id iustum esse his qui subiecti sunt, quod sibi sit utile, atque hoc transgredientem puniunt, tanquam iniustum et contra leges agentem. Hoc igitur est uir optime, quod ego dico, in cunctis ciuitatibus idem esse iustum quod illi principatui conferat. principatus autem ubique utpote potentior dominatur. Quare constat recte colligenti ubique idem hoc esse iustum quod potentiori conducit. Nunc demum, inquam, quid dicas intelligo. Verum autem

rem id ne sit, tentabo perdiscere. Vtile quidem & tu respondisti iustum esse Thrasymache, quamquam mihi ne id responderem interdixeras. Accedit autem illud ultra utile, quod dictum est potentiori. Exigua forsitan, inquit, haec additio. Nondum manifestum est inquam, magna ne sit an parua. Sed quod hoc inuestigandum sit an uera dicas, perspicuum est, postquam iustum esse conferens quiddam ego confiteor, & tu addis potentiori conferens, ego autem ignoro, considerandum erit. Considera, inquit, Faciam, inquam, ac mihi dicas, parere dominantibus iustum esse asseris? Equidem. Vtrum qui imperant in ciuitatibus quibuscunque, sine errore sunt semper, an errant quandoque? Errare ita terdum possunt. Nonne igitur cum leges ferre aggrediuntur, partim recte ferunt, partim uero non recte? Sic existimo. Recte autem ferunt, cum sibi utilia statuunt: non recte, cum contra? Ita ne, an aliter dicis? Ita prorsus. Quae uero tulerint obseruanda sunt ab his qui subiacent. Atque id est iustum. Quid nunc? Non solum itaque secundum sermone tuum iustum est id agere quod conducit potentiori, sed contra quoque quod obseruatur. Quid ais? Quod & tu, ut quidem mihi uideor. Verum diligentius inquiramus. Nonne iam conuenit inter nos principes nonnunquam ea imperare, quae ab eorum utilitate aberrant: atque etiam quaecunque ipsi imperent, iustum esse ut qui subiecti sunt obseruent? Nonne haec inter nos conuenere? Ita ut opinor. Putato igitur inutile imperantibus & potentioribus facere, iustum esse, abs te esse concessum: quandoquidem imperantes ea quae sibi mala sunt, ex inscitia imperant. Tu autem iustum esse affirmas, haec facere quae ab illis imperantur. Nonne tunc o sapientissime Thrasymache contingit iustum esse contrarium facere eius quod tu dicebas? Quod enim potentioribus inutile est, subiectis quodammodo imperatur. Hic Polemarchus. Per Iouem, inquit, manifestissima haec sunt o Socrates. Ita prorsus si tu testis, inquit Clitopho, accesseris. Quid opus, inquit, est testibus? Ipse enim Thrasymachus confitetur principes nonnunquam quae sibi non conducant, imperare: quae quidem perfici ab inferioribus, iustum sit. Nam facere, inquit Clitopho, quae a principibus imperantur, iustum esse posuit o Polemarche Thrasymachus. Etenim potentiori, inquit Polemarchus, utile o Clitopho, iustum esse posuit. Haec autem utraque ponens, confessus est rursus quandoque potentiores quae sibi utilia non sunt, inferioribus imperare. Ex his autem concessionibus sequitur, ut non magis quod potentiori utile quam quod inutile, iustum sit. Ad haec Clitopho. Potentiori, inquit, utile hoc uocabatur Thrasymachus quod sibi conferre potentior extimarit, idque agendum esse subiectis, atque esse iustum. Sed Polemarchus, Non sic a Thrasymacho dictum est, inquit. Nihil inquam refert o Polemarche. Quod si nunc ita dicit Thrasymachus, sic & nos accipiamus. & tu mihi dic o Thrasymache, hoc ne est quod iustum dicere uolebas potentiori utile, scilicet quod ipsi utile uideatur, siue conferat, siue non conferat? Ita ne? Minime, inquit. An uero tu me eum putas, qui aberrat, potentiorum uocare cum peccat? Existimabam, inquam, te sic dicere, quando principes non esse omnino extra errorem, sed peccare quandoque confitereris. Sycophanta profecto es in sermonibus Socrates. Si quidem circa aegrotantes aberrantem, statim medicum appellas, quatenus errat. Vel conputatorem cum in ratione ponenda peccet, tum cum peccat, secundum hunc errorem. Sed ut existimo ita loqui consueuimus, quod medicus & rationis supputator & grammaticus errat. Arbitror tamen nullum istorum quatenus est id quod appellamus quaequam, peccare. Quare secundum exactam rationem, quando & tu ad uitium ressecas, nullus artifex peccat. Quisquis enim peccat, deficiente scientia peccat, in quo sane non est artifex. Quapropter artifex, uel sapiens, uel princeps nullus peccat tunc cum princeps est. Sed quis uis diceret & medicus peccasse, & principem peccasse. Huiusmodi igitur aliquid respondisse me tibi existimato. Illud uero exacta ratione dicendum, principem quatenus princeps est, non peccare: non peccantem autem, quae optima sibi sunt, imperare. Hoc uero ipsi qui sub imperio eius sunt, faciendum est. Quamobrem ut a principio dicebam, iustum esse aio, quod potentiori conducit, facere. Num tibi uideor o Thrasymache sycophanta instar calumniarum? Et maxime quidem. Putas enim me ex proposito, inquam, te ita interrogare aggressum, ut modo interrogabam? Atqui penitus, inquit, hoc noui. Sed nihil proficies. Neque enim me tua latent insidiae: neque cum lateant, uim uerbis inferre ualebis. Minime hoc aggrederer o beate, inquam, sed nequid tale rursus nobis accidat, distingue utrum principem

pem & potentiorē dicas secundum uulgus, an secundum exactam rationem, quod & tu paulo ante dixisti: cuius utile, cum potentior sit, iustum est ut à subiectis efficiatur. Exactissima, inquit, equidem ratione imperantem dico. peruerit hęc tuis istis si potes ca uillationibus Socrates. Equidem nulla in re abs te superior, neque enim poteris. Pur tasne, inquam, adeo me furere, ut leonem tondere audeam, & Thrasymacho infidias ten dere? Certe aggressus es, inquit, cum tamen nihil assequi possis. De his satis di ctum fuerit, inquam. Sed mihi dicito. Qui recta ratione est medicus, quemadmodum pau lo supra ipse dicebas, utrū pecuniarum conquisitor, an ægrotantium est curator? Atq; de eo dicas qui reuera sit medicus. Morborum certe curator. Gubernator autem, qui re uera sit gubernator, nautarum princeps est, an nauta? Nautarum princeps. Nihil tibi istimo hoc esse faciendum, quod in nauī nauiget, nec nautam esse uocandū. Non enim pro pter nauigationem gubernator appellatur, sed propter artem ipsam nautarumq; princi patum. Vera loqueris. Nonne istorum cuiq; aliquid utile est? Est profus. An non ad hoc tendit ars, ut quod utile sit cuiq;, inuestiget atq; prabeat? Ad hoc ipsū. Nūquid unicuiq; arti est aliquid aliud utile, q̄ ut sit q̄ maxime absolutā? Quomō istud interrogas? Quemadmodum si me rogares, an corpori satis sit esse corpus, an cuiuspi am alterius rei indigeat, responderem omnino indigere. Et propter hoc ars quidem medi cinæ nunc inuenta est, quoniam corpus debile & infirmum est, neq; sibi sufficit. Vt ergo huic utilitatem afferat, ipsa ars est inuenta. Sed num tibi uideor uera dicerē? Vera proci sus, inquit. Quid autem? ars ipsa medicina, uel alia ars, per se quidem ita debilis sit, ut aliqua uirtute indigeat, quemadmodum oculi uisu, aures uē auditu, propter quod in ipsis opus sit aliqua arte quæ inuestiget prabeatq; quæ ad hęc eadem conferant? Vtrum & in ipsa arte inest defectus aliquis, & indiget unaquæque ars alia arte, quæ ipsi quod utile sit, consideret, & illa item alia indiget alia, ita ut in infinitum procedatur? Vel quæq; sibi ip sa quod conducatur prospicit? Vel neq; se ipsa neq; alia indiget ad inuestigandum quod ad uersus defectum eius conferat? Neque enim defectus, neque error ullus ulli arti inest. Neque decet artem utilitatem quærere nisi illi rei cuius est ars. Ipsa autem integra & in uiolata semper est, quatenus quæque tota & immaculata qualis est perseverat ipsa. Tu igitur illi ratione sincera & exacta considera, sic ne, an aliter se res habeat. Sic certe. Ergo nec medicina medicina prospicit, sed corpori. Ita est. Neque equestris, equestris, sed equis; neque alia ulla ars sibi ipsi, non enim indiga est, sed illi cuius ars est. Sic ap paret. Atqui o Thrasymache præsumt artes & dominantur illi, cuius sunt artes. Hoc ille quamuis ægre, tamen concessit. Nulla ergo scientia inquam utilitatem potentioris inquit aut præcipit, sed imbecillioris, & eius cui imperatur ab ea. Neque hoc ille nega bat, sed parabat ad hęc pugnare. Tunc ego alia his addens, nullus medicus inquam eo quod medicus est, medico conferre studet, aut in eo aliquid præcipit, sed ægrotanti. Est enim concessum, qui uere quidem medicus est, eum esse dominum corporum, non pecu niarum cumulatore. Nonne id est concessum? Concessit. Nonne & exactum guber natorum nauis nautarum principem esse, non nautam? Et hoc. Haud igitur gubernator talis ac princeps id inquit & præcipit, quod ipsi gubernatori conferat, sed quod nauis qui ab eo reguntur. Hęc quoque ille ægre confessus est. Atque hic ego: Neque alius ul lus inquam Thrasymache in aliquo principatu & facultate imperans, quatenus princeps est, quod sibi conferat, cogitat aut præcipit, sed quod subiecto conducatur, & quæ dicit quæq; facit, cum cetera ad illius utilitatem decoremq; dicit & facit. Cum huc deuentum esset, omnibusq; pateret definitionē iusti in contrarium decidisse, Thrasymachus non respon dit quidem ut debuit, sed dicit inquit o Socrates, est tibi nutrit? Quidnam? respondere inquam decebat magis quam talia quærere. Quoniam inquit, te negligit, & oppleras tibi nares non emungit, cum tamen indigeas, qui neque pecudum, neque pastoris cognoscis officium. Cur istud inquam? Quia putas, inquit, opiliones uel bubulcos pecudum, bo um uel bonum considerare, pascereque & colere, ad aliud respicientes quam ad domi norum, & ipsorum utilitatem. Et illos qui in urbibus ut decet præsumt, aliter ad eos qui sub illis sunt, existimas respicere, quam tanquam pastor ad oues: & aliud cogitare no ctes atque dies, quam unde utilitas ad ipsos proueniat. Atque adeo procul abes ab iusto iustitia que, & iniusto item & iniustitia, ut ignores iustitiam iustumque alienum esse bo num

num, ac reuera præsentis & potentioris emolumentum, detrimentum uero propriū o bedientis & subditi iustitiam uero contra ignauis iustisq; hominibus dominari: qui autē parent, facere quæ imperanti potentiorisq; conducunt, illumq; obsequio beatum reddere, sibi autem ipsi non consulere. Considerare profecto sic decet o ignauissime Socrates, iu stum uirum omnino minus iniustum habere. Primum quidē in mutuis commercijs aliquid cōtrahunt iustus unā atq; iniustus: in finienda societate semper minus reportare iustus q̄ iniustus reperietur. Cum uero in rebus publicis aliqua tributa conferenda sunt, iustus plus confert q̄ sui æquales, iniustus autem minus. Quando autem aliquid inde accipiendum est, iustus nihil, iniustus multa reportat. Præterea si quando magistratu quodam uterque fungitur, si nulla alia iusto iactura contingit, hęc saltem illi non deest, ut res domestica de terius per negligentiam disponantur, ex publico autem nihil propterea quod iustus sit, lu cretur. Accedit ad hęc quod domesticos & familiares sibi inuenos reddit, cū illis obsequi nulla in re ultra iustum uelit. Iniusto uero omnia contra eueniunt. Dico autem quod & su pra, ut præ ceteris ubiq; lucratur. Hunc ergo considera, si uis iudicare quanto magis con ferat priuatim sibi iniustum esse quam iustum. Facillime autem discēs, si ad extremam per ueneris iniustitiam, quæ iniuste agentem felicissimum efficit: eos contra qui afficiuntur in iuria, ac neminem iniuste lædere uolunt, infelicissimos. Est autem hęc tyrannis, quæ non paulatim, sed simul omnia aliena usurpat, & clam, & uis, & sacra & sancta, & priuata, & pu blica. Siquis uero in aliqua istorum parte deliquerit, deprehensusq; fuerit, mulctatur, & op probrio subiacet maximo. Etenim sacrilegi, fures, latrones, surreptores, & omnino per singulas quasdam partes peccantes, ab huiusmodi criminibus nominantur. Sed postq; ali quis ultra huiusmodi rapinas pecuniarum, etiā ciues ipsos in seruitutem suam redegit, nō iam tam probrosus notatur uocabulū, sed & beatus & felix uocatur, non à ciuibus suis tan tum, uerum etiam ab omnibus qui eum audiunt nequitiam omnem adimpleuisse. Non e nim ideo uituperant iniustitiā quicunq; eam uituperant, quod eam facere, sed quod perpe titimeant. Hoc igitur pacto o Socrates iniustitia omnibus suis partibus absoluta, robu stius quiddam est, liberalius, & regalius q̄ iustitia: utq; ab initio dicebam, id quod potenti ori confert, iniustum est: iniustum uero sibi ipsi utile est, & cōferens. Hęc cum dixisset Thra symachus, abire iam mente conceperat, postquā quemadmodum balnei custos sermonē plurimū maximo cū impetu auribus nostris infuderat. Non tamē hoc permiserūt qui ad e rant, uerū coegerunt & permanere, & afferre eorū quæ dixerat rationem. egoq; in primis uehemēter rogabā: O beate Thrasymache quasi sermone iacto abire festinas prius q̄ abū de uel doceas, uel dicas sit ne hoc ut dicias, an fecus. An forte putas parū quādam rem te aggressum esse definire? nō autem rationem uitæ, quam si quis nostrum acceperit, q̄ op time uiuat? An ego, inquit, putem istud aliter se habere? Videris, inquam, nullam de nō bis curā suscipere, neq; cogitare utrū peius uiuamus, an melius, id nescientes quod tu te sci re affirmas. Sed o bone uir libenter hoc nobis ostende. Neq; enim male locaueris benefici um, quod nobis qui tot simus, contuleris. Dicam equidem quod sentio. Nequaquam mihi persuades, iniustitiam maius q̄ iustitiā lucrum afferre, etiā si omnis ei licentia præbeatur, ut quæcūq; cupit efficiat. Esto iniustus aliquis, possitq; iniuriā facere uel furtim, uel ui, nō ta men mihi persuades maius esse in ipsa iniustitia q̄ iustitia lucrū. Qua quidem in sententia nō ego tantū fortasse, sed alius aliquis nostrū est. Persuade itaq; nobis beate uir nō recte iu stitiā pluris quā iniustitiā fecisse. Quomodo, inquit, amplius persuadebo, si his quæ mo do dicebā, non es persuasus? Quidnam ulterius faciam? An in animum tibi sermonem im pingā? Minime, inquam, per Iouem. Sed hoc primū uelim ut dictis maneat: uel si quid im mutare uis, hoc palā facias, neie nos decipias. Nūc autem uides Thrasymache ut superio ra iterum resumamus, quod cū primo uerū medicū definisses ægrotantiū curatore, deinde nō ita sincere pastorem definiendū putasti, ut quatenus pastor est dūtaxat custodiat. Imo pascere ipsum oues quātum est pastor arbitratus es, non ad ouium utilitatem, sed ad uora ginem potius, non tanquam pastorem, sed cōiutam qui uesci debeat, uel pecuniæ studio sum qui sit uenditurus. Profecto pastorali arti nihil aliud curæ est quam ut id quod custo dit, se optime habeat. Nā ipsi quatenus uera pastoralis facultas est, nihil deest quod minus sufficiens sit & optima. Sic ego putabam necesse esse nos cōfiteri, unumquēq; principa tum in eo quod principatus sit, nullius alterius bonū prospicere nisi eius quod sub illo sit.

& ab eo curetur, siue priuatus sit siue publicus. Tu autem principes in ciuitatibus, qui de re principes sint, uolentes ne magistratibus fungi putas? Nequaquam, inquit, puto, sed certe scio. Quid uero, inquam ego, alios principatus, nonne nostri neminem uolentem accipere, sed praeuium ex his requirere, quasi nulla sibi ex imperio tali, sed subiectis potius utilitas prouentura? Dic age, inquam, nonne quaslibet inter se artes diuersas ex eo dicimus, quod diuersam inter se habent potentiam? Neque enim uir felix praeter opinionem respondeas, ut aliquid perficiamus. Hoc ipso uidelicet alteram. An non utilitatem uinaeque propriam nobis aliquam praebet, & non communem cum alia? quemadmodum medicina quidem sanitatem, gubernatoria in nauigando salutem, aliaque similiter. Prorsus quidem. Nonne & pretium mercenariae? haec enim illius potentia. an medicina tu & gubernatoria eandem uocas? uel si quidem uelis absolutius definire atque distinguere quemadmodum statuisti, etiam si quis nauem gubernans sanus efficiatur, eo quod sibi nauigatio conferat, nihil magis tamen ob hoc gubernatoria ipsam, medicinam uocabis? Non certe. Neque etiam, ut arbitror, mercenariam, si quis mercenarius ipso ministerio sanus efficiatur. Neque hanc. Quid autem? Medicina mercenariam, si quis medicans quaestum faciat? Minime. Nonne & utilitatem cuiuslibet artis propriam quamdam esse concessimus? Esto. Si quam igitur utilitatem communiter nanciscuntur omnes artifices, patet quod communi quodam uno eodemque utentes, ex eo utilitatem huiusmodi nanciscuntur. Videtur. Dicimus autem artifices mercedem accipientes, utilitatem consequi ex eo quod mercenaria arte utuntur. Quid tum? Non igitur a sua arte cuiusque utilitas haec scilicet praemij acceptio prouenit. Sed si uolumus diligenter inquirere, medicina quidem sanitatem parit, mercenaria quaestum, & architectura aedificium, quaestuaria uero haec secuta, mercede, & reliqua omnes similiter. Suum porro quaeque opus perficit, & coesert illi ad quod est inuenta. Si autem praemium ipsi nullum detur, non artifex utilitatem ab arte aliquam accipit? Nullam. An igitur neque etiam prodest tunc cum gratis operatur? Ego quidem existimo. Nonne igitur o Thrasymache sicut iam manifestum est, nulla ars nullusque magistratus sibi quidem utilitatem parit, sed quemadmodum in superioribus dicebamus, quod subiecto coesert, parit & imperat, inferioris illius commodum semper non superioris inspicit? Ob haec itaque ego nuper o chare Thrasymache dicebam, neminem uolentem imperium suscipere, & alienorum malorum ultro emendationem aggredi, sed praemium querere, quoniam qui ex arte recte acturus sit, nunquam in suum agit commodum, secundum ipsius artis imperium, sed ad inferioris utilitatem. Quamobrem ut uidetur, praemium ponendum est ijs, qui libenter gubernaturi sint, seu argentum, siue honor, siue poena, nisi imperium capiant. Quomodo istud ais o Socrates? inquit Glauco. Equidem duo praemia noui, multam uero quam dicas, & quomodo in mercedis parte ponas, non noui. Ergo optimorum, inquam, praemium ignoras, cuius gratia imperant optimi uiri, quotiens admittunt imperium? An te latet & ambitiosum esse & avarum probro haberi atque esse? Noui equidem inquit Glauco. Hac ergo de causa, neque pecunia, neque honore ducti, boni homines imperare uolunt. Neque enim aperte pecuniam magistratus praemium accipientes, mercenarij uocari uolunt; neque clanculum, fures. Neque rursus honoris causa. Non enim ambitiosi sunt. Oportet igitur necessitatem illis imponi & multam, si impellendi sunt ut uelint magistratum accipere. Quamobrem uidetur turpe haberi, ut quis sponte ad imperandum accedat, neque expectet necessitatem. Maxima uero multamurum est, administratio malorum subijci, nisi ipse acceperit reipublicae gubernaculum. Hanc utique poenam timidas, magistratus capere probi homines mihi uidentur, si quando capiunt: & tunc ad eos accedunt, non tanquam ad bonum aliquod, neque tanquam ex his uoluptatem aliquam capientes, sed tanquam ad rem necessariam, cum neque melioribus, neque similibus se committere ualeant. Quippe si bonorum uirorum extaret ciuitas, in ea, ut arbitror, haud aliter non imperandi gratia pugnaretur. Quae nunc certetur imperandi cupiditate: ibique pateret, reuera legitimum principem non sui ipsius sed eius qui sub ipso est, commoditatem respicere. Quare unusquisque qui non amens sit, potius eliget alium sibi prodesse, quam dum alius ipse committit, sese negotijs implicare. Hoc igitur ego Thrasymacho nullo pacto concedo, iustum quidem esse, potentioris utilitatem. Verum hoc deinceps considerandum, multo autem mihi malus uidetur esse quod nunc Thrasymachus dicit, cum iniusti uitam meliorem uita iusti esse

esse affirmet. Tu itaque o Glauco, utrum istorum tanquam uerius eligis? Iusti, inquit Glauco, uitam potius existimo. Audisti, inquam ego, quot paulo ante iniustae uitae bona Thrasymachus numerabat? Audiuit equidem, inquit. Non tamen assentior. Visne illi monstrare si quo modo possumus, uera eum minime dicere? Quid ni uelim? inquit ille. Storationem contrariae orationi illius obijcientes, quasi comparatione quadam proposita, enumeremus quot insuper bona qui iustus sit consequatur, ac ille rursus conferat sua, oportebit ut utriusque aliquis enumeret iterum metiaturque bona, quotcumque utriusque collegimus, atque ita iudicibus quibusdam altercationem hanc dirimendum opus erit. Sin autem quemadmodum nuper coepimus, alternis concessionibus adductis in medium rem ipsam discutiamus, oratores ipsi nos simul & iudices erimus. Sic, inquit, omnino est. Vter tibi motus magis placet? Iste, inquit. Age igitur, o Thrasymache, responde nobis a principio. Affirmas tu quidem extremam iniustitiam extrema iustitia utiliorem esse? Affirmo equidem, & rationem attuli. Quid ad hoc? Nunquid istorum unum uirtutem, alterum uitium uocas? Quid nunc? Nonne iustitiam quidem uirtutem, iniustitiam autem uitium? An istud fateri uir lepide mihi conuenit, qui iniustitiam prodesse dicam, iustitiam minime? Quid ergo? Contrarium. An forte iustitiam uitium appellabis? Non, sed ualde generosam stultitiam. Iniustitiam ergo nequitiam uocas? Ne istuc quidem. At bonum consilium sagacitatemque. Num iniusti uiri Thrasymache, prudentes ac boni esse tibi uidentur? Quicumque uidelicet ciuitates iniuria afficere possunt, & nationes sibi subijcere. Tu autem me fortasse loqui putas de his, qui loculos clanculum surripuerint, profunt & haec quidem, si lateant, sed aestimatione digna non sunt. Imo quae paulo ante dicebam, plurimi facienda. Equidem quod uis intelligo. Sed admodum miror, si in parte uirtutis & sapientiae iniustitiam ponas, in contrarijs uero iustitiam.

Alia falsa turpitudinis definitio

Consultatio eius definitio

Omnino sic pono. Durius hoc iam, o amice, neque amplius inuentu facile quod quis dicat. Si enim conducere quidem iniustitiam posuisses, uitium tamen uel turpe quoddam esse ipsam confessus esses, quemadmodum alij quidam, aliquid ad haec secundum ea quae existimantur dicere possemus. Nunc autem perspicuum est dicturum esse te, & pulchrum & robustum quiddam iniustitiam esse, caeteraque illi daturum omnia, quae nos iustitia tribuimus: quandoquidem & in uirtute, & in sapientia ponere eam non dubitasti. Verissima profecto uaticinatio. Non tamen desistendum est inquirere disputando, quo ad te putem quae cogitas dicere. Mihi namque uideris Thrasymache, in praesentia minime cauillari, sed quae tibi uera uidetur, afferre. Quid tua refert, siue id uideatur mihi, siue non uideatur, cum rationem meam non confutes? Nihil certe. Sed haec praeterea mihi responde: An iustus uideatur tibi plus iusto habere uelle. Nullo pacto. Non enim urbanus esset ut nunc & simplex. Quid autem? plus ne iusta actione? Neque iusta etiam actione. Iniusto autem utrum dignum putaret plus habere, idque iustum existimaret, uel contra? Existimaret utique, dignumque putaret, sed non posset. Atqui ego istuc non inter rogo, sed utrum iusto quidem plus habere, neque dignum putet, neque uelit iustus: iniusto autem contra. Sic est profectio. Quid autem iniustus? An aequum censet plus habere & iusto & actione iusta? Quid nunc cum omnibus plus habere se dignum existimet. Num igitur & iniusto homine iniustaque actione, iniustus plus habebit, & certabit ut in habendo omnes exuperet? Vera haec sunt. Sic itaque dicimus. Iustum quidem simili non plus habere uelle, plus autem dissimili: iniustum uero utroque plus accipere uelle. Recte dixisti. Atqui prudens & bonus, iniustus ipse est: iustus autem, neutrum. Recte & illud. Ergo prudenti & bono similis est iniustus, iustus autem minime. Quid obstat, inquit, quominus qui talis, talibus quoque similis sit: qui uero non talis, similis non sit? Ais belle. Talis igitur est uterque ipsorum, quales hi quibus similis est. Et quid aliud? Sit ita sane, sed dicas Thrasymache, utrum musicum aliquem uoces, aliquem uero non musicum. Equidem. Vtrum istorum prudentem, utrum imprudentem? Musicum sane prudentem, expertem musicae imprudentem. Nonne in quibus prudentem, in eisdem & bonum in quibus imprudentem, & malum? Nempe. Eodemque pacto de medico dicemus. Eodem. Videtur tibi uir optime, cum musicus uir lyram temperat, uelle in intentione & remissione chordarum, musicum uirum exuperare, uel dignum putare, ut eo plus assequatur? Minime. Expertem uero musicae superare contendit. Necessesse est. Quid

medicus? In cibo aut potu dicēsne plus assequi, quam aut medicus alter, aut res ipsa cupit? Nequaquam. Plus autem quam medicinae artis imperitus? Proculdubio. Vniuersas denique contemplare scientias & inscitias, si quis tibi uideatur, qui quidem scientiam habet, plus sumere uelle, uel dicendo, uel faciendo, quam alter sciens, non autem eadem ad actionem eandem quae & ille qui ipsi similis est. Forte sic res habeat necessesse est. Quid autem indoctus? nonne plus docto sibi assumere uellet, atque etiam indoctor? Fortasse. Sed doctus nonne sapiens? Concedo. Sapiens autem nonne bonus? Et isthuc etiam. Bonus ergo & sapiens non uolet plus sibi quam sui similis uendicare: plus tamen quam dissimilis & contrarius, uolet. Videtur. Malus autem & indoctus tam simili quam dissimili sibi plus arrogabit. Apparet. Nonne iniustus Thrasymachus, plus usurpare contendit quam uel similis uel dissimilis? An non ita dicebas? Dicebam equidem. Iustus autem simili quidem non plus uolet, sed dissimili. Fateor. Est itaque similis, iustus quidem sapienti & bono, iniustus autem & malo & inscio. Apparet. At qui concessimus, talem utrunque esse qualis sit is cui similis est uterque. Concessimus plane. Iustus itaque nobis bonus esse sapiensque apparuit: iniustus autem indoctus & malus. Hec omnia concessit Thrasymachus, non tamen ea facilitate, qua ego nunc refero, sed uix atque pertractus plurimo cum sudore: erat quippe tunc aetas. Et uidi ego tunc primum, quod nunquam antea uideram, erubescentem Thrasymachum. Cum igitur constitisset, iustitiam & uirtutem esse & sapientiam, iniustitiam uero uicium & inscitiam: Maneat, inquam, hoc ita nobis. Dicebamus autem ualidum ac potens quiddam iniustitiam esse. Nonne meministi Thrasymachus? Memini equidem, inquit. Sed mihi quae nunc dicis, non placent: habeoque aduersus ea quae dicam, quae si adducerem, certe noui te esse dicurum me concionari. Quare aut sine me dicere quae uelim: aut si tu uis interrogare, interroga. Ego autem tibi ueluti aniculis fabellas narrantibus, assentiar, & annuam, & abnuam.

Nullo pacto praeter sententiam tuam. Ut tibi in omnibus gratificer, postquam non finis loqui, an quid aliud uis? Nihil per Iouē, si istud feceris, sed facito: ego autem interrogabo. Interroga iam. Hoc interrogo nunc quod & paulo ante, ut ordine suo in sequenti sermone consideremus quomodo se iustitia aduersus iniustitiam habeat. Dicitum enim est potentio rem atque robustio rem esse iniustitiam quam iustitiam. Nunc autem quid noui afferis? Si quidem sapientia & uirtus est iustitia, facile, ut arbitror, apparebit robustius esse quam iniustitia, quando quidem iniustitia inscita est, nec ullus hoc ignoraret. Verum non ita simpliciter agere cupio, sed haec uia considerare. Ciuitatemne aliquam affirmares iniustam esse? & alias ciuitates uelle iniuste in seruitutem redigere, seruasque sub se multas habere? Cur non? Immo uero hoc summopere faciet illa, quae praestantissima erit, & quae ad extremam peruenerit iniustitiam. Intelligo equidem quod tua haec erat oratio. Sed hoc circa ista considero, utrum haec quae praestantior sit ciuitas ciuitate, absque iustitia hanc sit potentiam habitura, uel necesse sit ut habeat cum iustitia. Si quidem ut tu paulo ante dicebas, iustitia ipsa sapientia est, necesse est cum iustitia. Si autem ut ego, sine iustitia. Responsonibus tuis, o Thrasymachus, ualde delector, quoniam non modo annuis & abnuis, sed & praclare respondes. Ut tibi gratum faciam. Facis tu quidem bene. Sed in hoc quoque gratificare mihi, & dicito. An censēs ciuitatem aliquam uel exercitum, uel latrones, siue fures, uel alium quēuis coetum hominum iniuste aliquid unā agredientium, perficere posse quicquam, si iniuria inuicem se affecerint? Nequaquam. Quid autem si ab iniuria abstinerint? Nonne magis? Prorsus. Seditiones namque Thrasymachus, iniustitia, inimicitias, contentionesque parit: Iustitia uero, concordiam & amicitiam. Nonne. Esto, ne te dissentiamus. Bene agis uir optime. Sed mihi & hoc dicito. Si hoc iniustitiae opus est, ubicumque insit odium gignere, nonne inter liberos & seruos si fuerit, efficiet ut inuicem odia atque contentiones exercent: nulli loque pacto possint aliquid ex communi concordia facere? Omnino. Quid autem? Si inter duos haec sint, nonne dissentient inter se, insequenturque odijs, & inimici erunt & sibi & iustis? Erunt sane. Sin autem in uno insit, o mirifice uir, iniustitia, nonne ipsius potentiam dissipabit? Vel nihil minus habebit? Nihil minus habet. Nonne talem, aliquam uim habere uidetur, ut cuiusque insit, siue ciuitati, siue genti, siue exercitui, siue alteri cuiuslibet, primo quidem impotens reddat id cui inest aliquid secum agendi, propter

propter dissensionem atque discordiam: deinde inimicum efficiat ipsum & sibi, & contrario cuiuslibet, atque iustus: Nonne ita? Ita. Atqui & in uno si fuerit, haec eadem faciet omnia quae ad naturam suam sequuntur. Primum quidem impotentem agendi cum reddet, cum secum ipse dissentiat, neque sibi met constet. Deinde & sibi & iustis faciet inimicum. An non? Certe. Iusti autem, o amice, sunt & dei. Sint. Ergo deis inimicus erit Thrasymachus, uir iniustus: iustus autem, amicus. Explere Socrates, pro libidine, orationis epulo. Non enim tibi aduersabor, ne istos mihi insensos reddam. Age itaque reliqua conuiuij adhibe, quemadmodum paulo ante respondens. Costat profectio sapientiores, meliores, potentioresque ad agendum, iustos esse: iniustos autem ne inuicem quidem tractare quicquam posse. Verum quod dicimus ualidissime, in commune simul aliquid conficere illos posse qui omnino iniusti sunt, haud omnino uerum est. Non enim abstinerent inuicem ab iniuria, si prorsus iniusti essent. Sed liquet in ipsis esse iustitiam quandam, quae ipsos ita afficiat, ut se inuicem laedere nolint simul atque alios, per quam agunt quae cumque agunt. Impulsi autem sunt ad iniuste agendum, iniustitia, cum semimali essent. Nam qui ad summum nequitiae & iniustitiae peruenerunt, perficere omnino nihil possunt. Haec quidem quod ita se habeant, non autem ut tu supra ponebas, intelligo. Vtrum autem & melius uiuant iusti quam iniusti, & feliciores sint: quod quidem postea considerare proposueramus, considerandum est. Et ut mihi quidem uidetur, hoc ex his quae diximus, sequitur. Sed tamen melius considerandum. Non enim de re quadam uili spernendam, sed quoniam modo uiuendum sit, habetur oratio. Considera iam. Ecce confidero. Dic igitur, opusne equi tibi aliquid esse uidetur? Mihi quidem Num hoc quidem dicerēs & equi & alterius cuiuslibet opus, quod uel solo illo uel maxime quis expleret? Haud intelligo. Attende, sic forte intelliges. Alia ne re quam oculis uides? Minime. Quid uero? alia ne audires quam auribus? Nequaquam. Ergo haec horum opera recte dicemus. Recte. Possēsne gladio & scalpello & multis alijs, uitis palmites amputare? Quid nunc? Veruntamen non ita commode ut falce ad usum hunc fabricata. Est ut dicis. Ergo nonne hoc istius opus esse dicemus? Dicemus profectio. Existimo melius te nunc tenere, quae paulo ante dicebam, cum interrogarem an id cuiusque opus esset, quod uel solo illo uel melius quam caeteris efficitur. Intelligo iam. Idem mihi cuiusque opus esse uidetur. Nonne & uirtus tibi esse cuique uidetur, cui aliquod opus adscribitur? Reuertamur igitur ad priora. Oculorum dicimus esse opus aliquod? Certe. Ergo nonne & uirtus oculorum est? Et uirtus. Et aurium opus? Et aurium. Est ergo & uirtus. Est. Nonne de reliquis omnibus eodem modo dicendum? Eodem. Nunquid oculi opus suum pulchre aliquando exerceant, uirtutem propriam non habentes, sed pro uirtute uitium? At quomodo? Caecitatem namque fortasse pro uisu dicis. Quaecumque illorum sit uirtus, nam ad praesens non id quaero, sed utrum propria uirtute recte suum opus exercent, uitio uero non recte. Vera loqueris. Nonne & aures sua priuatae uirtute male suum opus exercent? Male. Idem ne sentimus de reliquis omnibus? Idem. Age & haec praeterea contemplare. Estne animae aliquid opus, quod nulla re alia faceres, ueluti curare, imperare, consulere, & alia generis eiusdem? Nunquid haec alteri rei quam animae iure tribuere possemus, diceremusque ipsius propria esse? Nulli alteri. Quid autem ipsum uiuere? An non animae opus esse dicemus? Maxime. An non & uirtutem quandam animae esse dicimus? Dicimus. Nunquid anima quandoque, o Thrasymachus, propria uirtute priuata opera sua bene explebit? Vel nullo modo poterit? Non poterit. Necesse est igitur malam animam male imperare atque curare, bonam uero haec omnia bene facere. Necesse. Concessimus ne uirtutem animae iustitiam esse, iniustitiam uitium? Concessimus. Iusta ergo anima iustusque uir bene uiuet, iniustus autem male. Ita secundum rationem tuam apparet. Qui autem bene uiuit, beatus est & felix. Qui male, contra. Quid nunc? Igitur iustus felix est, iniustus miser. Sint. At miserum esse non prodest, prodest autem esse felicem. Proculdubio. Nunquam igitur, o beate Thrasymachus, conducibilis erit iniustitia quam iustitia. His epulis crassatus fueris in Dionysijs, o Socrates. Apud te quidem comedi Thrasymachus, postquam mitior mihi effectus es, difficilisque esse cessasti. Non tamen

abunde ueluti contigit, atq; id mea quidem causa potius quam tua. Nam quemadmodum epularum audiores homines incontinentesq; rapiunt semper quodcumque in conuiuio superferretur, gustantq; illud antequam prioribus dapibus satis uescantur ita & ipse, ut mihi uideor; prius quam inuenirem quod principio fuit propositum, quid ipsum uidelicet iustum sit, eo prætermisso ad considerandum me contuli, utrum prauitas sit & inicitia, siue sapientia uirtusq;. Ac postremo incidente oratione illa quæ afferebat, cōducibiliorē iniustitiam esse quam iustitiam, non me continui, quin ab illo ad hoc descenderem. Quæ propter mihi in præsentia ex hac disputatione contingit, ut nihil norim. Quando enim iustum quid sit ignoro, nullo pacto sciam uirtusne sit an contra, atq; utrum qui id possidet, beatus sit uel non beatus.

ARGUMENTVM MARSILII IN SECUNDVM
dialogum De iusto.



ECVNDVS Dialogus à trina exorditur diuisione bonorum. Bonum profecto idem est atque expetendum. Expetimus autem aliquid suis gratia tantum, ut uoluptates & gaudium. Aliquid alterius solum gratia, qualia quæcunque laboriosa sunt. Aliquid & gratia suis, & aliorum quæ inde sequuntur, ceu cognitionem ac prosperam ualetudinem. Iustitiam uero dicit, cum aliorum ex ea sequentiam, tum uel maxime sui ipsius gratia expetendam. Sed antequam de iustitia perfecte quicquid definiatur, Glauco, quæ prætermissa sunt à Thrasymacho, pro iniustitia paritrocinio copiosius elegantius quæ prosequitur, adde & modestius. At enim, non quia ita sentiat, sed ut proponeret Socratem ad iustitiam acrius defendendam, iniustitiam se laudaturum. Similia quædam habemus & in Gorgia. Post eum Adimantum, & primum pro iustitia uerba facit, præmia illi & humana tribuens & diuina. ubi notabis religiosa quædam mysteria poetarum. Deinde nonnulla pro iniustitia adducit in medium, personam uidelicet & Socratis & Thrasymachi referens, addens etiam se non iniustitiam uituperare uelle, sed quod ammodo Socratem irritare. Optat autem laudes audire iustitie, quæ non ab externis, sed ab intrinseca iustitie natura ducantur, quales afferri ab alijs non consueuerint. Tu uero animaduerte non temere Platonem multa hic rursus ad poetas sacerdotes quæ pertinentia possuisse. ostendit enim in his sepe à poetis, sepius à malis sacerdotibus peccandi licentiam provenire. Vbi gentium superstitiones irridet. Præterea haud ab re in his libris omnium sibi charissimis charissimas sibi personas inseruisse, Glauconem Adimantum quæ fratres eius, patrem quæ Aristonem. Rursus Socratem nihil in omni eius uita propensius contemplatum, quam seclusis externis affectibus, quidnam sit, quid uel faciat uirtus ipsa, uitium quæ in animo. Quod quidem & sponte & prouocatus deus ceptus de iustitia & iniustitia demonstrabit. Sed ego hic iniuste nimium prætermisi mirum illud iustitie premitum ex Musei mente adductum, perpetuam inquam ebrietatem. Quod quidem Musæus accepit ab Orpheo, id ipsum per Dionysij sacra significante. Hoc illo prophético simile: Inebriabor ab ubertate domus tue. Ebrietas ergo sit duplex. Altera quidem sub luna, Leitheo inducta potu: per quam anima extra se posita & infra se posita obliuiscitur diuinorum circa terrena delirans. Altera uero super lunam nectære proueniens potione, per quam animus extra se positus, supra se positus, morborum mortalium obliuiscitur, suspiciens quæ diuina quasi primo illorum splendore caligat: siue potius sapore gustans nouo quodam calore è priori habitu permutatur. Mox uero perspicue cernit gustat quæ salubriter, immo uero nutritur. Profecto idea diuina per quam factus est animus, redempti illabitur animo, ceu gustui sapor. Ab eo primum suauiter siquid alienum est diluit. Deinde petitus implet, magis quæ implendo delectat. Tertio redigit in seipsam inestimabili uoluptate perfundens. Vbi animus ex anima primum factus est intellectus, ex intellectu denique Deus. Neque ulterius sicut prius sapit, neque quæ prius, sed sapit aliter atq; alia. Et quemadmodum apud nos imaginatio uehemens mouet formatq; corpus, ita & ibi corpus subiectum anime sensusq; eius à potentissima cogitatione mentis mouetur protinus & formatur, at deo ut ineffabili dulcedine mentis mirabiliter & sensus dulcescat & corpus. Sed iam ad iustitiã reuertamur. Hæc Socrates tanquam disputationis suæ finem atque obiectum, per singula querens, quia difficile inueniretur in animo, prius querit in ciuitate, tanquam in ea manifestiorem futuram, ut per hanc denum, animi iustitiam manifeste definiat. Ut autem iustitiam in ciuitate considerare queat, constituit ab initio ciuitatem, dicens primo quæ sit eius origo, scilicet indigentia mutua, deinde quæ materia, scilicet res artes quæ necessariae, postremo quæ forma, uidelicet regula iustus, legitimusq; gubernatio. Et uideto quantum laudet uitam sobriam, quantum uitæ peret delictatam atque luxuriosam. Illa quidem sana atque sufficiens, hæc autem insana & indigens plurimorum. Denique cum ob hanc nascatur bellum, opus est in eiusmodi ciuitate militibus, quapropter ad diligentem militaris artis institutionem descendens, quot necessaria sint militi sternuo & custodi patriæ, accurate prosequitur. In omnibus uero

bus uero memento, neminem ad diuersa aptissimum nasci posse. Ideoq; nullum diuersas artes exercere debere. Præsertim cum ex alterius opere, opus impediatur alterius. Oportere & unumqueng; artem suam statim à puero & per omnem uitam continue exercere. Præterea militem patriæ custodem talem & nasci & educari debere, ut canum instar & erga notos sit mitis, & aduersus ignotos ferox, semperq; uigil & sagax. Proinde assueti Socrates principium cuiuslibet operis maximum quiddam esse, in tenera præsertim ætate facile utrinque formabili. Idcirco futuros milites à teneris unguiculis & secundum animum primo per musicam, & secundum corpus deinde per gymnasticam rite format, sub musica comprehendens fabulas quoque poeticas. Quas præcipit assidue puerorum auribus adhibere. Sed tales solum, quales ad militare studium quasi præludia quædam & prouocent & erudiant. Similiter quæ ceteros his à pueritia fabulis iubet assuescere, quæ studio potissimum futuro conducant. Contrarias uero longius arcet. Id uero maximum est præceptum. Detestatur mox poeticam impietatem turpia de dijs fingentem. Atque eiusmodi audiri fabulas prohibet. Subiungit geminas theologiæ figurat. Primam, Deum omnino bonum esse, bonorūq; duntaxat causam. Mali uero nullius causam esse Deum. Item si quem Deus punit; punire gratia boni. Secundum uero, Deum esse penitus immutabilem, ex eo quod simplicissimus, potentissimus, optimus, sapientissimus. Quo fit ut neget deum aliquando quenquam fallere, uel si quis simulacris, uel signis atque uerbis. Neque enim in uarias mutatur formas, neque cum non mutetur simulat permutari. Conclude librum aurea quadam sententia. Mendacium maxime omnium & dijs & hominibus est odiosum. Quod si mendacium in sermone odiosum est, id quæ simulacrum est mendacij ipsius quod est in animo, nimirum mendacium quod in animo est, & dijs & hominibus est admodum odiosum. Eiusmodi uero mendacium est ignorantia, per quam circa rerum ueritatem sibi met animus ipse mentitur. Quoniam uero ueritas ad id quod esse dicitur spectat, ideo quæ falsum ad non esse declinat, merito mendax quatenus in falsum labitur, cætenus in nihilum quoque prolabitur.

SECUNDVS DIALOGVS

DE REPUBLICA



HÆC EVM dixissem, à disputatione liberatum me esse putabam, uerum hoc, ut uideatur, proœmium modo fuit. Glauco enim & semper aliàs uir certe ad omnia fortissimus, & tunc quidem Thrasymachi defatigatione haud probauit, sed dixit: Vtrū dō Socrates, nobis persuasisse uideri cupis, an reuera persuadere, quod omnino præster iustum esse quæ iniustum? Ego quidem, si in mea optione esset, reuera persuadere malle. Nō igitur facis, inquit, quod uis. Dic enim mihi uideatur ne tibi huiusmodi aliquid esse bonū, quod quidem eligere, haud certe quæ ex eo sequantur cupientes, sed ipsum gratia ipsius amantes, quemadmodum gaudere, & uoluptates quæcunque sine no cumento sunt, & quæ in posterum nihil præter gaudium allaturæ sint eas habenti. Mihi sane uideatur, inquam, esse aliquid tale. Quid autem est, ne aliquid, quod & ipsum gratia ipsius, & eorum quæ ab eo fluunt, amemus? Quemadmodum sapere, uidere, ualere. hæc enim huiusmodi propter utrunque eligimus. Certe, inquam. Tertium autem uides, inquit, genus boni, in quo est exerceri, male ualentem curari, medicationemq; & pecuniariam exercere. Hæc utique laboriosa fatemur esse, prodesse autem nobis. Et ipsa quidem sui gratia nunquam expeteremus, sed quæstus & aliorum quæ ab eis proficiuntur gratia. Est hoc plane, inquam, genus tertium. Quid tum? In quo nam istorum, inquit, iustitiam ponis? Mea quidem sententia in pulcherrimo, quod tam propter seipsum quam propter ea quæ efficit ab eo qui beatus sit futurus, expetit. Haud ita multis uideatur, sed laboriosa generis esse, quod quidem propter præmia & honores & gloriam sit expetendum, propter seipsum autem tanquam difficile fugiendum. Noui equidem isthuc multis uideri, quo circa iam pridem à Thrasymacho quasi tale quiddam sit, uituperatur: iniustitia uero laudatur. Sed ego hebes sum, ut uideor. Age itaque & me audi, inquit, si tibi quoque hæc uideatur. Thrasymachus nempe prius quam oportet tanquam serpens machinibus delinitus abs te fuisse uideatur. Mihi autem nondum ex sententia demonstratio utriusque uenit. Cupio enim audire quid sit utrunque, & qualem uiam habeat ipsum secundum seipsum

existens in animo: præmia uero & quæ ex ipsis proueniunt, mittere. Sic igitur faciam si & tibi placet. Renouabo equidem Thrasymachi orationem, & primum dicam quale quid iustitiam esse dicant, & unde exortam fuisse uelint. Secundo uero loco, omnes quicumque iustitiam colunt, inuitos quodammodo eam sequi, tanquam rem necessariam sed non bonam. Tertio, merito id agere. Multo ergo melior iniusti uita quam iusti, ut tradunt. Mihi quidem, ô Socrates, non ita uidetur. Ambigo tamen plerumque, quia obtundor quotidie Thrasymachum aliosque innumeros audiens. Orationem uero pro ipsa iustitia quod melior quam iniustitia sit, ex nullo adhuc audiui ut uellem. Cuperem quippe iustitiam ipsam secundum se ipsam audire laudatam, maxime uero ex te hoc me arbitror auditurum. Quapropter dicam latius iniustam uitam laudans, dicendoque ostendam tibi quonam maxime modo audire te uelim, uituperantem quidem iniustitiam, iustitiam uero laudantem. Sed uide an hoc tibi placeat. Maxime, inquam, omnium, de qua enim re quis sanæ mentis libentius & audiat & dicat? Præclare, inquit, loqueris. Enim uero quod primum de hoc dicere pollicentur sum, tam audi quale sit, & unde sit orta iustitia. Natura quidem dicitur iniuriam facere bonum esse, iniuria autem affici malum, sed longe plus mali esse in patiendo iniuriam, quam in inferendo boni. Quamobrem postquam uicissim iniuriam & intulerint & acceperint, & utrumque gustauerint, qui nequeunt uitare illud, id consequi oportet, ut in inferendo fore ducunt, ut ita inuicem componantur, ut neque inferri neque accipi possint iniuria: hincque uolunt originem habuisse leges constitutionesque, & nominata esse præcepta legum legitima atque iusta. Hanc itaque iustitiæ originem, & substantiam esse uolunt, quæ mediâ quodammodo sit optimum inter & pessimum. Quandoquidem optimum est inferre iniuriam, nec dare pœnas: pessimum uero pati, nec ulcisci posse. Iustum ergo horum in medio constitutum amari non tanquam bonum, sed ex imbecillitate iniuriandi tanquam iniuriarum inferendarum obstaculum. Eum sane qui hoc efficere possit, uereque sit uir, cum alio pacifici nunquam discernereque, ne ultro citroque iniuria inferatur, alioquin insaniret. Hæc est, ô Socrates, natura iustitiæ atque huiusmodi, & ex talibus ut ferunt progenita. Quod autem qui iustitiam seruant, inuiti id agant, cum ex imbecillitate iniuriam inferre nequeant, plane prospiceremus, si tale quiddam animo fingeremus: si utriusque licentiam largiremur quodcumque libet agendi, & iusto pariter & iniusto: deinde pone sequeremur, explorantes quò rapiat utrumque libido: inueniremus profecto iustum plus habendi auiditate compulsum ad eadem se atque iniustum conferre. Hoc si quidem natura omnis ut bonum expetit, lege autem ac ui ad æqualitatem seruandam ducitur. Erit autem licentia quam dico talis istis si detur, qualem aliquando ferunt fuisse Gyga Lydi progenitori. fuisse enim ipsum ferunt mercenarium pastorem eius qui tunc Lydis imperabat. Magna autem imbrium tempestate exorta, mora que terra, ferunt terram hiatum fecisse in ea regione, ubi ille armenta pascebat. Quæ cum uidisset, mirabundus in hiatum descendit, conspexitque & alia quæ fabulantur miranda, & equum æneum concauum, & per fenestram cadauer in aluo equi animaduertit, maius quidem humana forma. hoc nihil habebat aliud præter aureum digito anulum. Quo sublato abiit, ac paulo post ad pastoralalem peruenit conuentum, in quo legatus de rebus peculij ad regem per singulos menses referendis creandus erat, iuxtaque alios assedit. Acciditque ut cum forte gemmam introsum ad manum uerteret anuli quem à cadauere arripuerat, subito à nullo conspiceretur, alijque de illo tanquam absente loquerentur. Admiratus ergo, gemmam rursus extrorsum conuertit, quo facto, rursus apparuit. Hoc ille animaduertens, diligentius periculum fecit utrum hanc anulus uim haberet: atque ita illi compertum fuit, quod uersa ad se gemma à nemine uideretur: uersa autem ad alios, conspicuus fieret. Quod quidem expertus, curauit ut legatus ad regem unâ cum alijs mitteretur, profectusque uxorem eius stuprauit, & de rege interficiendo cum ea consilium iniit, quo casu regnum assumpsit. Si igitur duo tales anuli essent, alterumque iustus, iniustus alterum possideret ac ferret, nullus profecto esset, ut uidetur, ut in ipsa iustitia permaneret, & ab alienis abstinere uellet, cum liceret illi ex foro intrepide quodcumque uellet arripere, ingredi que alienas domos, & clanculum pro libidine cuique congradi, & pro arbitrio quemlibet interficere, & ex carcere soluere, & alia quasi par deo sit inter homines pro

pro arbitrio facere. Hæc igitur cum uterque faceret, nequaquam alter ab altero in agendo differret, sed ambo eodem tenderent. Quæ quidem maxima apud omnes esse potest coniectura, neminem uolentem, immo inuitum esse iustum, quasi id secundum se, & priuatim non sit bonum. Quoniam ubicunque iniuste agere quisque se posse confidit, agit protinus: prodesse enim quisque priuatim multo magis existimat iniustitiam quam iustitiam: recteque sentit quisque ita iudicat, ut sermonis huius perhibent auctores. Quod si quis huiusmodi facultatem nactus, uelit ab iniustitia abstinere, neque aliena tangat, infelicissimus omnium & stolidissimus apud eos qui hoc aduerterent, putaretur, laudarent tamen illum palam uicissim se decipientes, quia maxime timent ne afficiantur iniuria. Atque hæc quidem ita sint dicta. Vitam uero utriusque, iusti uidelicet & iniusti, ita plane diiudicabimus, si iustissimum utrum seorsum & iniustissimum distinguemus, aliter uero nequaquam. Sit autem hæc discretio talis, ut nihil auferamus iniustitiæ ab iniusto, neque quicquam ab iusto iustitiæ, sed perfectum utrumque in suo studio ponamus. Primum igitur iniustus tanquam optimi artifices faciat: uidelicet quemadmodum gubernator summus uel medicus, quæ in arte sua confici possunt, & quæ non possunt, sentit: & illa quidem aggredditur, ista relinquit, & si qua præterea in re peccauerit corrigere potest: ita & iniustus recte iniurias aggreddens, lateat, si maxime iniustus futurus est. Si autem deprehensus fuerit, iners existimandus est. Extrema enim iniustitia est, iustum uideri eum qui non sit iustus. Danda est igitur iniustissimo extrema iniustitia, neque auferenda: sed permittendum, ut is qui iniuste multa patrauit, apud omnes iusti habeat opinionem, & si qua in re peccarit, corrigere possit, sitque ad persuadendum idoneus si quid de ipso mali facinoris nunciatur, & ad uim si opus fuerit inferendam, fortitudine & robore, opumque & amicorum copia. Cum hunc talem inixerimus, iuxta ipsum uirum ponamus iustum, simplicem hominem & ingenuum, qui secundum Aeschylum non uideri, sed esse bonus studeat. Remouenda quippe ab eo iustitiæ omnis opinio, ne iustus cuiquam uideatur. Si enim uidebitur iustus esse, aderunt sibi honores & præmia. Incertum igitur erit, iusti ne, an honorum munerumque gratia talis sit. Priuandus itaque rebus omnibus præterquam iustitia, atque ita ponendus, ut superiori contrarium sit: cum nihil agat iniuste iniustissimus esse credatur: ut quasi quodam examine ad iustitiam sit probatus, ex eo quod nec infamia, nec his rebus quæ eam sequuntur, à proposito suo dimoueatur, sed usque ad mortem immobilis perseueret, dum per omnem uitam iniustus existimatur, est tamen iustus: ut cum utriusque ad extremum peruenierint, hic quidem iustitiæ, ille autem iniustitiæ, iudicetur uter eorum sit beator. Pape, quàm uehementer ô amice Glaucô, utrumque uirum quasi statum quandam in iudicium manifestum inducis. Quam maxime, inquit, possum. Cum ergo talis sit, nihil iam, ut arbitror, difficile narratu est, qualis utrumque uita maneat. Dicendum igitur, quod si asperius aliquid dicatur, ne existima me Socrates hæc dicere, sed eos qui præ iustitia iniustitiam laudant. Dicent enim quod ita affectus iustus cadetur, torquebitur, & uincula patietur. Eruentur illi oculi, atque demum omnia mala perpeffus suspendetur, atque cognoscet, non esse, sed uideri iustum concupiscentidum esse. Aeschylî autem carmen rectius intelligi poterat de iniusto. Dicent profecto iniustum utpote ueritati consona sectantem, neque ad opinionem hominum uiuentem, appetere quidem non uideri, sed esse iniustum, profundum sane sulcum & frugiferum, mentem habentem, ex quo gloriosa germinant consilia. Primum quidem magistratus capere in sua ciuitate, cum iustus appareat: deinde quam uelit uxorem ducere, & suas cui uelit elocare, cum quibuslibet congregari communicareque, atque ad hæc omnia utilitatem capere quæstum facientem, cum inferre iniuriam minime uereatur: in certaminibus tum publicis, tum priuatis superiorem euadere, plusque emolumentum quam aduersarios inde excerpere: atque hinc effici diuitem, unde & profit amicis, & inimicis oblit, Deos autem donarijs & sacrificijs magnifice colat, & multo melius quam iustus conciliare sibi possit quemlibet uel hominum, uel deorum, ex quo contentaneum esse uolunt, ut deo charior sit quam iustus. Hæc ratione aiunt, ô Socrates, & apud deos, & apud homines melius iniusto uitam institutam esse, quam iusto. Hæc quum dixisset Glaucô, egô que ad hæc respondere aliquid cogitarem, frater eius

Gyga anulus

Proverbum

Adimantus: Nondum, inquit, o Socrates, satis de hac re dictum. Quid igitur inquam, Quia id, inquit, dictum non est, quod maxime dici oportuit. Frater, inquam ego, adeo sto uiro, ut habet proverbum. Quare tu si quid hic reliquit, adiua, quanquam me que dicta sunt ab isto, conuincere possunt, atque afficere, ut defendere iustitiam nequeam. Nil est, inquit, Audi & haec praeterea. Decet enim & contrarias orationes inducere earum quas hic attulit, quibus laudatur quidem iustitia, iniustitia contra uituperatur, ut manifestus fiat quod mihi Glaucouelle uidetur. Praecipiant sane patres filijs, atque omnes qui curam aliquorum habent, oportere iustum esse, non propter seipsam iustitiam laudantes, sed propter eos qui inde sequuntur honores: ut qui iustus habetur, ex ea opinione magistratus, & connubia, & quaecumque de eo qui iustus habetur, paulo ante dicebat Glaucou, assequatur. Enim uero gloria illi praemium quoddam in primis inducunt. Nam inferentes deorum beneuolentias, summa referre possunt a dijs beneficia sanctis uiris collata. Quod generosus Hesiodus, Homerusque testantur. Ille enim iustis deos hoc concedere perhibet, ut quereus in ramis altioribus glandes ferant, in medijs apes, & oues lana onerentur, multaque alia generis eiusdem bona. His similia dicit & alter. Quemadmodum enim, inquit, probo regi quicquid dei similis sit, bonum conferat nomen, ferat terra nigra triticum atque hordeum, pomis grauentur arbores, foecundae pecudes facile pariant, mare piscis subministret, Museus item atque eius filius excellentiora etiam bona iustis ab ipsis dijs tribui uoluerunt. Apud inferos enim agentes, ipsosque in sanctorum conuiuijs collocantes, coronatos faciunt magna semper in uoluptate ebrios uiuere, existimantes pulcherrimum uirtutis praemium aeternam ebrietatem. Qui autem longiora his praemia a dijs dari uolunt, filios dicunt posterisque iusti fidelisque uiri genus suum per secula propagare. His & huiusmodi iustitiam laudant, prophanos uero atque iniustos ceno quodam apud inferos obruunt, & aquam cribro ferre cogunt. Uidentes etiam infamia notant. Ac demum quaecumque supplicia eorum narrabat Glaucou, qui iusti sunt, & uidentur iniusti, eadem insuper in iustorum enarrant, alia uero non habent. Laus igitur & uituperatio sic utrorumque se habent. Praeter haec considera Socrates aliam quandam de iustitia iniustitiaque orationis speciem & priuati & a poetis inductam. Omnes enim uno ore canunt bonum quid temperantiam & iustitiam esse, difficile autem & laboriosum: Intemperantiam uero & iniustitiam, iucundum quidem & facile comparatu, opinione tantum legeque turpe. Vtiliora quinetiam iustis iniusta, ut plurimum, uulgo dicunt. Et malos quidem diuites potentisque facile honorant, priuati que ac publice beatos appellant: eos autem contemnunt qui imbecilles & pauperes sunt, quamuis concedant ipsos meliores ceteris esse. Horum uero omnium maxime mirandi de dijs & uirtute sermones circumferuntur, deos plurimis bonis hominibus infelicem uitam dedisse, malis autem contra. Vates insuper & aritoli ad inuas diuitum accedentes, persuadent uim habere, a dijs sacrificijs & carminibus acceptam, purgandi per celebritates & oblectamenta quaedam, si quod scelus ab his, aut eorum maioribus patratum fuerit, & nocendi paruo etiam sumptu, cuiuscumque uelint inimicorum & iusto pariter & iniusto. Afferunt quippe tum blandimentis quibusdam, tum uinculis se deos inducere, ut sibi in his hominibus obsequantur. Ad haec omnia poetarum afferunt testimonia, partim quod facile labamur in uitium.

Mortales uitium penitus labuntur in omne
Praecipites, quoniam facilis uia ducit ad ipsum,
Hoc quia uel nobis iam tum nascentibus haeret,
Virtutem ante ipsam dii proposuere laborem,
Difficilesque uias cunctis adeuntibus illam.

Partim quod deus precibus nostris muneribusque flectatur, Homerum adducunt testem, qui inquit: Exorabiles conuertibilesque & dei sunt, & hos quidem sacrificijs, uotis, libationibus, & homines cum peccauerint precantes uertunt.

Sunt faciles superi, precibus flectuntur, & idem
Sacrorum nidore pio placantur, & ipsis
Nimirum uotis hominum, quae si quis in illos
Errarit, ueniam rogans, concepit in aris.

Libros

Libros autem circumferunt Musaei & Orphei, Lunae & Musarum filiorum, secundum quos sacra celebrant, persuadentes non priuatis solum, uerum etiam ciuitatibus solutio- nes & purgationes scelerum per sacrificia cum ludorum oblectamentis fieri, & uiuentibus & defunctis: quas quidem Teletas, id est, expiationes uocant, quae nos ab illis quae illic mala sunt, liberent: sacrificijs autem praetermissis grauias nos manent. Haec omnia, o Socrates, talia ac tanta de uirtutis uitaeque praemijs quo ad deos & homines pertinet dicimus. Quid putamus acturos haec audientes animos eorum iuuenum, qui solertes ingenio sunt, & ad omnia dicta commode celeriterque conuersi ex seipsis deliberare possunt, qualis aliquis existens & quorsum tendens quam optime uitam agat? Consentaneum est iuuenem talem Pindari illud animo uolens. Vtrum iustitiae conscendam alta moenia an obliquas doli uias ingrediar, meque ita fulciens uitam agam? Ea enim quae dicta sunt, mihi quidem si iustus sim, non tamen appaream, nihil prodesse dicunt, labores autem & poenas certas esse. Iniusto uero opinionem iustitiae assequuto, uita diuina adesse dicitur. Nonne igitur postquam existimatio haec iustitiae, ut sapientes tradunt, ueritatem cogit ac uiolat, & ad beatitudinem est praecipua, ad eam omnino tendendum est? Induere itaque imaginem oportet iustitiae, & quandam praese ferre uirtutis adumbrationem, a tergo uero illam sapientis Archilochi uulpem astuta ac uariam trahere. At dixerit forte quispiam, haud facile esse ut malus quis semper lateat. Nos uero respondebimus, nihil magnum esse facile. Veruntamen si beati esse uolumus, hac eundem est, qua rationum uestigia ducunt. Etenim ut nostra improbitas occulta permaneat, coniurationes societatesque inibimus. Ad sunt quinetiam persuasionis magistris, qui sapientiam concionatoriam & iudicalem tradunt: ex quibus partim persuadebimus, partim cogemus, ut dum nobis plura arrogamus, poenas minime persoluamus. Sed deos quidem neque latere, neque cogere possibile est. Verum si non sunt, uel humana non curant, haud nobis curandum est ut eos lateamus. Sinautem sunt & curant humana, nos non aliunde id nouimus uel audimus, quam ex multorum sermonibus, & ex poetis genealogiam ipsorum scribentibus. Idem uero ipsi perhibent posse deos precibus sacris & muneribus flecti. Quibus uel utrumque credendum est, uel neutrum. Si ita credendum, & iniuste agendum, atque ex ipsa rapina dijs sacrificandum. Iusti enim si simus, illa a dijs erimus: sed quae quis qui per iniustitiam comparatur, respiciamus. Iniusti autem diuitias parabimus, sceleribusque patris illos precibus flectentes a poena liberabimur. Sed enim apud inferos poenas dabimus eorum, quae hic iniuste commiserimus, uel nos uel nati natorum. At o Amice, dicere quadam ratione licebit: supremam pro peccatis commissis expiationes multum possunt, exorabilesque dijs sunt, ut maxima ciuitates dicunt. Et deorum filij poetae, prophetaeque deorum, haec ita se habere testantur. Ergo quae ratio ulterius nos inducet, ut praesumpta iniustitia iustitiam eligamus, quandoquidem si iniustitiam sub adulterina specie honestatis occultauerimus, & apud deos & apud homines omnia nobis ad uotum succedent & uiuentibus & defunctis, quemadmodum multorum excellentiumque uitorum testatur oratio? Ex omnibus iam dictis, o Socrates, quis crediderit eum hominem iustitiam seruaturum, cui sit aliqua uis aut fortuna, aut opum, aut corporis, aut generis, ac non potius subrisurum, si laudari eam audierit? Quin immo si quis falsa ostendat quae diximus, recteque norit iustitiam optimum esse, uehementer ignoscet, neque irascetur iniustis, cum intelligat, nisi quis diuina quaedam natura iniquitatem oderit, uel doctrina abstinerit ab iniustitia, neminem sua sponte esse iustum: sed praetimitudine, uel senectute, uel alia quadam imbecillitate uituperare iniustitiam, cum eam exequi nequeat. Quod quidem satis ex eo patet, quoniam ut primum quis potestatem adeptus est, primum pro uiribus agit iniuste: horumque omnium alia nulla est causa, quam ea unde haec omnis oratio mihi & huic, o Socrates, aduersum te profecta est. Quoniam ex uobis, o mirifice Socrates, quicumque laudes iustitiae profitemini, a priscis illis heroibus incipientes, de quibus aliqua extat memoria, usque ad nostros homines, nullus unquam aliter laudauit iustitiam, uel iniustitiam uituperauit, quam ad gloriam munerisque uel poenas respiciens, quae ab illis proficiuntur. Ipsum uero utrumque suapte natura quid agat in habetis animo latens deos & homines, nullus unquam uel in poematis uel alio sermone ad sufficientiam enarrauit, quod uidelicet iniustitia sit maximum malo-

rum

rum omnium quotcumque sustineat animus, iustitia uero maximum bonum. Si enim sic ab omnibus uobis fuisset à principio dictum, & nobis ab ipsa pueritia persuasum, non inuicem cohiberemur ne quid in alium ageremus iniuste, sed unusquisque suis ipsius custos esset, timens ne iniuste agens maximo malo adhereret. Hæc, ô Socrates, hæc tenus, forte uero & plura Thrasymachus, aut aliquis alius de iustitia & iniustitia utriusque conuertentes uim diceret, & onerosè admodum, ut mihi uideretur. Sed ego nihil abs te celari uolens, cupiensque ex te audire contraria orationem protraho. Ne ergo nobis solum ostendito iustitiam iniustitia præstantiorem esse, sed quomodo ipsa per se afficiens utraq; animum, hæc quidem malum, illa bonum sit. Opiniones autem auferas, ut etiam Glauco iusserat. Si enim non abstuleris utrinque ueras, falsas autem apposueris: non iustum dicemus laudare te, sed id quod iustum uideatur: neque iniustum uituperare, sed quod uideatur iniustum, iuberèque iniustum iniustitiam occultare, assentiente Thrasymacho: iustum quidem alienum bonum, potentiore conferens: Iniustum autem ipsum conferens atque utile, imbecilliori tamen inutile. Postquam igitur assensus est iustitia in his bonis annumerari, quæ & propter illa quæ sequuntur, & multo magis ipsa propter se sunt expectanda, uidelicet uidere, audire, sapere, bene ualere, & quæcumque alia bona suapte natura fecunda sunt & preciosa, non opinione constant: hoc utique ipsum lauda in ipsa iustitia, quod per se ipsa habentem iuuat, cum iniustitia lædat. Opiniones autem & præmia alijs laudanda relinque. Nam ego quidem ceteros, quoties ita iustitiam laudarent uel uituperarent iniustitiam, ferre possem, ut opiniones & præmia laudare uel uituperare uiderentur. Te autem minime, nisi forte tu iusseris, quoniam omnem uitam nulla in re alia quam in hac speculatione consumpsisti. Ne igitur nobis solum oratione ostende præstantiorem iniustitia iustitiam esse, sed quo nam modo utraque ipsarum sui participem afficiens, siue lateat, siue non lateat deos & homines, hæc quidem bonum sit, illa malum. Hæc ego cum audissem, quamuis & alia semper Glauconis & Adimanti ingenium adamassem, tunc tamen uehementer admiratus sum, dixique: Non male in uos, ô filij illius uiri, principium elegorum carminum amator Glauconis inscripsit, qui cum in Megarensi prælio fortiter pugnauissetis: O filij, inquit, Ariffonis in clypei uiri, diuini genus. Hoc bene dici uideretur amici. Diuine enim affecti estis, si non estis persuasi, iniustitiam meliorem esse, cum adeo pro ipsa abunde loquamini. Videmini autem mihi persuasi non esse. Coniecturam capio ex uestris moribus, quoniam secundum orationem ipsam uobis minime credidissem. Quo autem magis credo, eo magis quod me uertè ambigo. Nam quomodo adiuuem nescio. Videor quippe non posse. Illud autem signum est, quod ea quibus ego supra aduersus Thrasymachum sufficienter ostendisse putabam, iniustitia meliorem esse iustitiam, non admisistis. Neque rursus quomodo nunc succurram inuenio, uerius ne forte impium sit, ut qui iustitiam coram uituperari intelligit, subterfugiat: neque pro eius defensione uerba faciat, quam diu spirare & loqui conceditur. Præstat itaque pro uiribus suffragari. Tunc Glauco & ceteri omnes rogarunt, ut omni ope auxiliarer, neque disputationem relinquerem, sed perscrutarer quid esset utrumque, quæ uere reuera utriusque utilitas. Dixi igitur, ut mea erat opinio, quaestionem hanc quam aggredimur, non esse contemnendam, sed hominis acute cernentis opus, ut mihi uideretur: ac postquam nos aliter non ualemus, perinde inuestigandam esse iustitiam, ac si quis non acute cernentibus literas paruas proculque positas legendas mandasset: deinde animaduertisset aliquis eandem literas esse alibi in maiori quodam loco maiores, atque inde operæ precium censuisset, ut eas primo legentes, ita demum minores si eadem sunt, considerarent. Ita protus, Adimantus inquit. Sed quid tu simile in hac de iustitia inquisitione uides ô Socrates. Dicam, inquam. Dicimus ne iustitiam hominis unius esse? Dicimus totius ciuitatis? Plane, inquit ille. Atque ciuitas nonne maior uno uiro? Maior, inquit. Fortasse igitur iustitia amplior in maiori inest, facilioreque est cognitu. Quare si uultis, prius quaeremus in ciuitatibus, quidnam sit. Idque deinde in singulis considerabimus, maioris ipsius similitudinem in minoris idea contemplantis. Scite, inquit, loqui mihi uideris. Si ciuitatem oratione constitutam inspiceremus, iustitiam quoque eius & iniustitiam uideremus. Fortassis, inquit ille. Quo factio spes erit facilius cognoscendi quod quaerimus. Maxime.

Opus

Opus est igitur istud efficere. Nam non parua res, ut arbitror. Considera itaque. Ecce consideramus, inquit Adimantus. Sed tu ne aliter facito. Fit utique, inquam ego, ciuitas ut existimo: quando quidem nullus nostrum ex seipso sufficiens est, sed multorum indiget. An uero tu putas aliud extitisse ciuitatibus constituendis initium? Nullum aliud, inquit ille. Sic itaque alius aliumque sibi & ad usum alium adiungentes, cum multis indigeamus, multos in habitationem unam communicatores adiutoresque congregauimus. Quem coetum, ciuitatem nos appellamus. nonne? Omnino. Impertunt ergo uicissim sua, & aliena uicissim accipiunt, conducere sibi uicissitudinem hanc existimantes.

Ita protus. Age iam constituamus oratione nostra à principio ciuitatem. Faciet autem ipsam, ut uidetur, indigentia nostra. Quid nunc? Prima uero & maxima omnium indigentia, est præparatio uictus, ut & simus & uiuamus. Certe. Habitationis secunda. Tertia uestitus & huiusmodi. Est ut dicis. Age igitur. Sed quoniam modo ciuitas ad hanc præparationem sufficere? An non unus erit agricola, aedificator alius, alius textor? Nunquid & coriarium ibidem annumerabimus, uel aliquem alium rerum ad corporis usum pertinentium curatorem? Maxime. Erit itaque ipsa ciuitas saltem ex quatuor, aut quinque uiris. Apparet. Quid igitur? Vnum quæque istorum operum suum opus alijs communicare? uidelicet agricolam unum uiris quatuor uictum præparare, & in quadruplo tempus & laborem in agricultura consumere, atque alijs communicare? an potius aliorum cura neglecta quartam sibi soli partem comparare, præparationem uidelicet alimentorum in quarta temporis parte? Reliquarum autem partium temporis unam in construenda domo, aliam in uestitu, aliam in calceis conficiendis conterere, neque curiose alijs rem suam communicare, sed ipsum sibi sine alterius auxilio providere? Forte hoc modo, ô Socrates, inquit Adimantus, facilius esset quam illo. Mini me per louem, inquam absurdum enim. Nam te loquente considero, nasci nos quidem non admodum similes, sed differentes inuicem, singulosque ad singula opera promptos natura produci. An non tibi uidetur? Mihi uero. Quid autem ageret ne melius aliquis unus omnes simul artes, uel singuli singulas. Singuli singulas. Atque & hoc manifestum esse existimo, quod si nobis in alio quodam negotio occupatis, opportunitas alicuius operis præterit, eiusdem perit & actio. Patet. Non enim quod faciendum est, facientis otium expectare uult, sed necessitas cogit facientem, opus ipsum obseruata semper occasione proficui. Necessè est. Ex his patet singula fieri & plura & melius, & facilius, quando singuli singula secundum naturam occasione seruata ab alijs cessantes efficiunt. Sic est omnino. Pluribus igitur, ô Adimante, opus est ciuibus quam quatuor, ad ea quæ diximus comparanda. Non enim agricola, ut uidetur, sibi aratum conficiet si commodum operi futurum est, neque ligones & rastros, neque alia instrumenta quibus agricultura indiget. Neque rursus aedificator. Multis enim & huic opus est. Idemque de textore & coriario dicendum erit. Idem. Fabri igitur lignarij & ferrarij, alijsque huiusmodi plures artifices, nostri in eo oppido conciuues facti frequentius ipsum efficiunt.

Vera loqueris. Sed nondum satis amplum hoc esset, nisi ipsis bubulcos & opilio-nes & pastores alios adderemus, ut & agricolæ ad arandum boues haberent & architecti iumentis ad conuectandam materiem uterentur, textores autem & coriarij pellibus ac lanis. Haud sane parua ciuitas, quæ omnia hæc haberet. Atque constituere ciuitatem in eo loco in quo aduentionibus non indigeat, ferme impossibile est. Impossibile certe. Indigebit igitur & alijs, qui ex alia urbe importent, quibus hæc indigeat. Indigebit. Vanus autem esset minister nihil adducens earum rerum, quibus indigenti in quibus affert ea quorum sua ciuitas indiget. Vacuus enim rediret. Nonne? Videtur. Oportet igitur non solum ea confici quæ illi ciuitati sufficiant, sed qualia & quot ipsa quibus illa indiget. Oportet sane. Pluribus igitur agricolis & alijs artificibus nobis opus est in ciuitate. Pluribus certe. Et alijs insuper ministris qui & importent & exportent singula. Isti autem mercatores sunt. An non? Sunt. Mercatoribus igitur indigebimus. Certe. Et si quidem maritima mercatura erit, multis etiam opus erit, qui maritimæ mercaturæ periti sint. Multis plane. Quid autem in ipsa ciuitate: quomodo inter se impertient ea quæ singuli operantur? Cuius impertitionis gratia, communicacionem induximus, ciuitatèque construximus. Patet quod emendo & uendendo. Forum itaque

itaque nobis & nummus in commercijs ex hoc permutationis gratia instituetur? Omni-
no. Num igitur ferens in forū agricola aliquid ex his quæ facit, uel aliquis alius artifex,
si non eodem in tempore ueniat quo & illi quibus cum est hæc permutaturus, cessabit ab
opere, in foro consistens? Nullo modo. Sed sunt qui cum hoc animaduertant, seipso
ad hoc ministerium præparent. In ciuitatibus enim recte institutis id agunt homines qui-
dam imbecilles corpore, & ad aliud opus inutiles, qui illic constituti circa forum partim
quidem argento commutant cum his qui aliquid uendituri sunt, partim res dant pro ar-
gento his qui empturi. Hæc ergo necessitas nobis cauponum genus in urbe procreat.
An non caupones eos uocamus, qui se in foro ad uenditionem emptionemque constituunt?
Qui uero ad alienas urbes migrant, mercatores? Proculdubio. Sunt & alij præterea,
ut arbitrator, ministri, qui cum huic societati parum animi uiribus conferre possint, robur
corporis sufficiens ad labores habent. Isti ergo roboris usum uedentes, quia ipsum pre-
mium mercedem appellant, mercenarij nuncupantur. Nonne ita? Ita prorsus. Com-
plementum itaque ciuitatis & mercenarij sunt. Videtur. Nunquid, o Adimante, ita
tam à nobis adaucta est ciuitas, ut sit perfecta? Forte. Vbinam in ipsa, iustitia erit & in
iustitia, & cui simul innata atque insita ex his rebus quas tractauimus? Equidem, o Socra-
tes, nescio, nisi forte consistat in mutuo quodam usu eorum quæ diximus. Forfitan be-
ne dicis: Considerandum tamen, neque desistendum. Et primum quidem intueamur, qua
ratione uictu uentur, qui ita instituti sunt ciues. An non cibos parabunt, & uinum, & ue-
stes, & calceamenta, & domos? Aestate quidem ut plurimum, sine ueste & sine calceis e-
runt: Hyeme autem uestibus & calceis sufficienter ornati. Nutrientur autem ex hordeo
& frumento farinam conficientes, & partim quidem pinendo, partim congerendo, pla-
centas egregias panesque super calamis aut puris frondibus imponentes, in lectisque exher-
bis simillace atque myrto factis, discumbentes comessabuntur ipsi & eorum filij, uini pocu-
la surmentes coronati, & deos laudantes iucunde simul uiuent, nec ultra censum filios ge-
nerabunt, cauentes & paupertatem & bellum. Et Glaucos respondens: Sine obsonio, ut
uidetur, inquit, conuiuas fecisti. Verum dicis, inquam: Oblitus enim hoc eram, quod
quidem habituri essent obsonium, sal uidelicet & oleas & caseum & porrum, præterea ho-
lera quasi agrorum pulmenta suscipient. Et bellaria ipsis addemus, ficuum, cicerum, &
fabarum, & baccas myrri, & phaginas glandes prunis torrebunt, modeste bibentes. Sicque
quiete & salubriter uiuentes ad senectutem usque aliam eiusmodi uitam posteris suis relin-
quent. Si subus, o Socrates, ciuitatem instituissem, quænam alia ipsis cibaria præpara-
res? Quid ergo agendum? o Glaucos. Quod multi solent, inquit, super thoris discum-
bendum, nisi misere uelimus uiuere, epulisque ex mensa uescendum, obsonijsque & bellarijs,
quibus his temporibus utuntur. Esto Glaucos, inquam ego. Intellego: non enim ut-
berum uidetur, consideramus solum quomodo fiat, sed delicatam urbem. Forte igitur
non male se habebit. Hanc enim intuentes forfitan deprehendemus ubi nam iustitia & in-
iustitia ciuitatibus innascantur. Vera utique mihi ciuitas esse uidetur quam diximus, tan-
quam sana. uerum si uultis, ciuitatem quoque turgidam consideremus. Nihil enim prohibe-
bet profecto hæc, ut uidetur, quibusdam nequaquam sufficient, atque hic uictus non pla-
cebit, sed & thori addentur & mensæ, & alij apparatus, & uasa & obsonia unguentaque, &
suffitus, scorta, aromata, condimenta, oblectamentaque, & hæc omnia profuse. Neque solum
ea quæ supra retulimus, necessaria ponenda sunt, domus, uestes, & calcei, sed addenda rur-
sus pictura, & uarietatis artificia, aurum & ebur, cæteraque eiusdem generis omnia, non
ne? Omnino, inquit. Nonne igitur maiorem ciuitatem oportet constitui: illa enim sa-
na non amplius sufficiens est, sed mole quadam & multitudine replenda est eorum, qui
non amplius necessitatis causa in ciuitatibus sunt: quales sunt uenatores omnes, & mimici,
imitatoresque partim circa figuras atque colores, partim circa musicam, poete scilicet, eo-
rumque ministri rhapsodi, recitatoresque carminum, actores, cantores, saltatores, redempto-
res, & apparatus instrumentorumque uariorum artifices tum aliarum rerum, tum earum
quæ ad muliebrem ornatum pertinent. Quinetiam ministri pluribus indigebimus. An
non opus esse tibi uidetur, paedagogis, nutricibus, educatoribus, tonsoribus, cæterisque or-
nandi ministris: His præterea qui obsonia & culinam parent, præterea & subulcis egebi-
mus, hæc enim nobis in priori ciuitate non erant, non enim erat opus. In hac autem &
hac

obsonia foratica

hæc & alij escis compluribus ex animalium carnibus indigebimus, an non? Quid nunc
An non & medicis indigebimus multo magis ita uiuentes, quam ut antea dicebamus?
Valde quidem. Atqui & regio quæ tunc eos homines sufficienter alebat, parua erit.
An quomodo dicimus, ut satis agri habeamus ad pascendum atque arandum, & finitimi nobis ali-
quid usurpabimus, ut satis agri habeamus ad pascendum atque arandum, & finitimi quoque
de nostra, si & alij ad cumulum ditiarum se conferent infinitum, necessitatis terminos
excedentes? Longe necesse erit o Socrates. Pugnabimus ergo, uel quid agemus? Pu-
gnabimus. Atque nondum dicimus, quid aut mali, aut boni bellum afferat: sed hoc solum,
quod originem bellorum inuenimus: ex quibus cum eueniunt, & publice, & priuatim ma-
gnæ urbem calamitates inuadunt. Sic prorsus accidit. Igitur & maiore ciuitate opus
est ad exercitum maximum comparandum, qui ob ea quæ dicta sunt, incurrentibus hostibus
obuius sit. Nonne ad pugnandum isti sufficient quos narrauimus? Non, siquidem
uicque nos omnes recte superiora concessimus, cum urbem constituent in hoc caue-
nimus, impossibile esse unum plures artes bene exercere. Vera loqueris. Certamen
bellicum, non artificiosa facultas est? Est, & maxime quidem. Nunquid igitur de coria-
ria magis quam de bellica est curandum? Minime. Prohibuimus autem ne coriarius opera
simul aggrederetur agricolæ, uel textoris, uel architecti, & in sua duntaxat arte uersari præ-
cepimus, ut opus ipsius optime nobis conficeretur: singulisque alijs singula pro cuiusque
ingenio tribuimus, ut quisque id unum ad quod natura ducit, aggrediat, oriumque à cæte-
ris agens, & temporis opportunitate seruata optime illud efficiat. An uero parum quid in-
terest, utrum bellica recte peragatur nec ne? An forte usque adeo facile hoc studium, ut pos-
sit quis bellicosus simul uir esse & agricola, uel coriarius, uel aliquis alius artifex? Lufor
autem talorum uel alearum, nullus quidem idoneus esset, nisi à pueritia studium illi arti
adhibuisset, sedulusque incubuisset? Et scutum quidem accipiens uel alia quædam mili-
taria arma & instrumenta uno die idoneus miles erit in quouis certandi genere, aliorum au-
tem instrumentorum nullum aliquem artificem faciet uel athletam, neque utile erit illi, qui
in eo studio peritus non fuerit & sufficienter exercitatus. Pretiosa admodum instrumen-
ta essent. Nonne quanto maius custodiae opus est, tanto maiori otio indigebit, arteque &
exercitatione maior? Ita existimo. Nonne & natura ad studium ipsum idonea? Quid
nunc? Nostrum igitur erit officium, ut uidetur, quoad fieri possit deligere, quæ & quales na-
tura sint ad urbem custodiendam idoneæ. Nostrum plane. Per Iouem non humile ne-
gotium sumplimus: non tamen est formidandum, quatenus uires suppetunt. Non cer-
te. Existimas ne differre naturam generosi canis & generosi adolescentis ad custodiam agen-
dam? Quorum hæc? Vtrumque ipsorum sagacem oportet esse ad sentiendum, & uelo-
cem deinde ad insequendum, ac demum robustum, cum affectus fuerit, ad pugnandum ca-
pidumque. Opus certe est omnibus istis. Atqui audax & fortis sit oportet, siquidem
bene pugnaturus sit. Quid nunc? An uero fortis erit & audax qui iracundus non sit, siue
equus, siue canis, seu quoduis animal? An non animaduertisti in expugnabile inuictamque
esse iram: qua præsentem animam omnis intrepida ad omnia est & inuicta? Animaduerti.
Manifestum est qualem corpore custodire esse oportet. Manifestum. Quinetiam qua-
lem & animam, scilicet iracundam. Et hoc. Quomodo ergo o Glaucos asperi non erunt
aduersus se inuicem ciuesque alios, cum tali natura præditi sint? Haud facile istud per Iouem.
Veruntamen oportet erga suos, mansuetos: aduersus autem hostes, immites esse: alioquin
haud expectabunt donec ipsos alij perdant, sed ipsi seipso perdent. Sic accidet. Quid igitur
faciemus? Vbinam mansueti simul & iracundi ingenium reperiemus? Contraria
namque iracundæ natura mitis apparet. Verum qui utro horum carebit, custos bonus non erit.
Hæc autem in unum congregari non posse uidentur. Atque ita sequitur, ut bonus custos inue-
niri non possit. Videtur ut dicis. Et ego hæsitans, mecumque ipse animo superiora reuol-
uens, merito inquam dubitamus amice. Nam ab ea quam supra induximus comparatione
digressi sumus. Quo pacto id ais? An non inuenimus tales quosdam esse naturas, qua-
les minime putaueramus, habentes hæc simul in se contraria? Vbinam? In alijs animalibus.
hoc utique uidere licet, & non minime in eo custode, cum quo nostrum custodem compara-
bimus. Nosti enim generosi canis hunc à natura mori esse, ut aduersus familiares & no-
tos mitissimus sit, contra uero aduersus ignotos. Noui certe. Ergo neque impossibile est,
A a neque

Qualis debeat
esse custos

neq; præter naturam quod quaerimus, talem uidelicet esse custodem. Sic apparet. An uidetur præterea tibi opus esse, ut qui futurus sit custos, ad ferocitatem illam addatur natura philosophus sit? Quomodo istud ais? Non enim intelligo. Atqui & hoc in canibus intueri licet, quod quidem in bestia dignū admiratione sit. Quale istud? Quem enim ignotum uiderit grauius fert, etsi nihil mali ab eo sit perpeffus. Noto autem blanditū, quāuis nihil boni ab eo susceperit. An nondum hoc admiratus es? Haud ualde huc usq; animaduerti, quod aut hoc facit, manifestum est. At enim uidetur hic nature ipsius effectus ingenuus, ac uere philosophus. Qua ratione? Quonia aspectum nulla re alia amicum & inimicum discernit, q̄ quod hunc quidem nouit, illum aut ignorat. Nonne igitur merito dicendum erit discendi cupidum, atq; studiosum, quod cognitione & ignorantia discernit domesticum ab extraneo? Erit. Quid nunc Porro, discendi studiosus & philosophus idem. Idem. Cur igitur audacter nō ponamus et in homine, siquidē aduersus familiares & notos mitis futurus est, philosophū ipsum esse & discendi cupidū oportere?

Ponamus. Philosophus igitur & iracundus, & uelox, & robustus natura erit, qui ciuitatis custos optimus est futurus. Sic est omnino. Talis itaq; custos sit. At quo pacto nutitur uobis erudienturq; custodes? Atq; hæc consideratio nunquid uobis cōferet ad id cuius gratia cōsideramus omnia, comperendum, quomodo scilicet in ciuitate iustitia insit & iniustitia? Id certe cogitandum est, ne forte uel necessaria dimittamus, uel superuacua prosequamur. Reor equidem, inquit Glauconis frater, disceptationem hanc summo opere ad id quod nobis propositum est, conducere. Ita & ipse per Iouem o amice Adimante, existimo. Non igitur desistendum, neq; etiā si hæc longiora essent. Non certe, inquit. Age itaq; quemadmodum in fabulis otium agentes confabulantesq; oratione hos homines instruamus, Nempe sic decet. Quæ igitur erit disciplina? Num difficile erit inuenire meliorē illa quæ hactenus longo tempore est inuenta? est aut hæc, ad corpus quidem pertinens gymnastica, ad animum musica. Est plane. An non à musica ruditio hæc prius, quā à gymnastica, incipere debet? Certe. Cum musicam dicis, sermone etiam ponis nec ne? Pono. Orationis autem species duæ, uera & falsa. Ita est. Erudendus utique in utraq; custos futurus, priusq; in falsa. Haud intelligo quid dicas.

Nescis quod pueris fabulas prius narramus: hæc autem, ut simpliciter dicam, falsa sunt, licet quædam etiam ueridica iudicentur, prius autem fabulis ad pueros quā gymnasijs utimur. Est ut dicis. Hoc ergo uolebam, cum dicerem attingendam esse prius multam quā gymnasticam. Probe. An nescis in unaquaq; re maximū quid principium esse? præsertim iuueni & tenero cuique. Maxime enim tunc formatur induiturq; figura quam quis unicuiq; imprimere uelit. Omnino quidem. An adeo facile permittimus, quaslibet fabulas à quibuscunq; formatos audire pueros, animisq; imbibere opiniones, ut plurimum contrarias illis, quas cum adoleuerint habere illos debere existimamus?

Nullo modo id permittimus. Primum igitur, ut uidetur, fabularum fictioribus præficiendi sunt, qui siquam bonā fabulam fecerint, eligant, reliquas autē abijciant. Quas deniq; elegerimus, per nutrices, & matres pueris narrandas curabimus, ut ipsorū animis fabulis multo magis informetur quā corpora manibus. Ex his uero quas nunc recensent multæ erunt abijciendæ. Quales, inquit? In maioribus, inquam ego, planè minores uidebimus. Oportet enim eandem figurā esse, eandemq; potentiam, & maiorum pariter & minorum. An nō censet? Censeo equidem. Verum quas maiores appelles, nequaquam intelligo. Quas Hesiodus & Homerus reliquiq; poetæ scripserunt, hi nanque hominibus falsas fabulas effinxere, quæ quotidie circumferuntur. Quas fabulas dicis? quid uel in ipsis damnas? Quod & primo & maxime damnari oportet, præsertim cum aliquis non bene mentitur. Quid istud? Quando quis uerbis male fingit quales dii & heroes sint, instar pictoris nulla ex parte similia figurantis ad ea quæ imitari conatur. At quæ ista merito uituperantur. Verum quomodo dicimus? & quæ apud eos talia reperimus? Primum quidem & maximum, & de maximis rebus mendacium, quod non probe mentitus est Hesiodus, quando gesta illa à Cælio fingit, additq; quæadmodum Saturnus eum puniuit, quæ uel egit Saturnus recenset, & quæ à filio perpeffus est. Quæ quidem etsi uera essent, non tamen putarem tam aperte ad homines mentis inopes adolentesq; proferenda, sed tacenda potius. Sin autem necessitas ad esset loquendi, in arcanis audienda

paucis

paucis non porcum sacrificantibus, sed preciosam quandam raramq; uicissimam, ut quā paucissimos audire contingat. Profecto duri sunt hi sermones. Neq; dicendi o Adimante in ciuitate nostra. Neq; dicendum iuueni audienti, quod quiniquissima facinora perpetrat, nihil mirum committat: aut qui peccantem patrem supplicio afficit, non multum præuaricetur, imò faciat quod primi maximiq; deorum fecerunt. Non per Iouem. Nam neq; mihi quidem digna hæc uidentur quæ dicantur. Neq; omnino quod cū dijs diu bellum gerant, insidientur, & pugnent. Neq; enim uera: siquidē oportet futuros apud nos ciuitatis custodes turpe putare inter se inuicē dissidere. Quare nec ullo pacto narrandum illis gigantum bellum, præliæue permulta deorum & heroum cognatis suis proximisq; indicta: sed si quo pacto persuasuri sumus, nullum unquam ciuem cui aduersatum esse, neq; esse hoc factum, talia quædam potius & pueris statim, & adolefcētibus à senioribus aniculisq; narranda sunt, cogendiq; poetæ ut ad hæc fabulas suas dirigant. Vincula autem Iunoni à filio iniecta, & Vulcanum cœlo à patre proiectum, cum ille matri uerberata subuenire uellet, aut deorum pugnas, quotcunq; Homerus scripsit, minime in ciuitate recipere debemus, siue per allegoriam dicta hæc sint, siue sine allegoria. nō enim adolens hæc dignoscere potest, sed quæ in eā ætate opinionibus accipiuntur, altius inhære re, difficillimeq; eradicari consueuerunt. Quorum forte gratia danda omnino est opera, ut hæc fabellæ quas primas audient, optimæ institutæ ad uirtutem sint. Non est procul à ratione quod dicis. Verum si quis interroget hæc quæ sint, & cuiusmodi fabulæ, quidnam dicemus? O Adimante, poetæ quidem nos in præsentia, neq; ego, neq; tu sumus, sed ciuitatis institutores: hos autem nosse oportet figuras, in quibus fingere poetæ fabulas debeant: quas si excesserint, fabulæ huiusmodi admittendæ non sunt. Neq; tantum ad ciuitatis institutores pertinet fabulas fingere. Recte loqueris, sed hoc mihi declara, quales istæ circa theologiam figuræ. Tales quædam, qualis ipse deus est, talis semper est describendus, siue carminibus describatur, siue cantibus, siue etiā tragœdia. Ita decet.

Nonne bonus & ipse deus est? & ita dicendum? Proculdubio. Atqui nullū bonum, noxiū est. Nullum, ut arbitror. Quod innoxīū est, nunquid nocet? Nequaquam.

Quod non nocet, nunquid malum facit? Neq; istud quidem. Quod autē nihil mali facit, nullius mali est causa. Nullius. Item nonne conducibile bonum est? Profus.

Ergo bene feliciterq; agendi causa est. Est. Non igitur omnium causa bonum est, sed eorum quæ bene se habent causa: eorum uero quæ male, nequaquam. Sic est omnino. Non igitur deus, cum bonus sit, omnium causa est, ut multi dicunt, sed paucorū quidem hominibus in causa est, multorum uero extra causam. Multo enim pauciora nobis sunt bona quā mala. Et bonorum quidem solus deus causa est dicendus. Malorum autē quamlibet aliam præter deum causam querere decet. Verissima loqui mihi uideris. Neq; Homeri igitur, neq; alterius poetæ accipiendum est peccatum, stulte de dijs dicētis, in Iouis limine duo iacere dolia plena fortibus, bonis unum, malis alterum. Cumq; ex his Iupiter inuicem commixtis impertit alicui, altas huic bene, altas male est. Cui uero ex altero datur, hunc uesana fames super terras exagitat. Neque uero admittendum est Iouem nobis penuriam esse bonorum atq; malorum. Confusionem uero iuramentorum induciarumq; à Pandaro factam, siquis per Iouem & Mineruam factam fuisse dixerit, nequaquam laudabimus, neque deorum controuersiam diffusionemq; & iudicium per Theam atq; Iouem. Neque quod dicit Aeschylus, adolentes audiant, deum mortalibus causam præbere quando uult funditus domum subuertere. Verum siquis iambica inducat, in quibus passiones Niobes referantur, uel Pelopidarum, uel Troianorū, aut aliquid huiusmodi, uel sinendum non est eum dicere hæc dei esse opera: uel si dei sunt, educenda est in his ea quam nunc quaerimus ratio, dicendumq; deum quidem bona iustaq; egisse, atq; eos puniendo iuuisse. Quod uero miseri sint qui pœnas pendunt, sitq; deus qui sic affligit, poetam dicere non est permittendum. Sed si diceret malos homines, utpote miseros, pœnis egere, easq; soluentes à deo iuari, permittendum. Malorum autem alicui causam esse ipsum deum cum bonus sit, refellendum est omnino, neq; permittendū hoc quemquam dicere in sua ciuitate, si bonis institui legibus ciuitas debet, neq; in super quemquam audire, siue sit ille iunior, siue senior, siue carminibus hæc inserantur, siue soluta oratione narrentur, tanquam quæ neque dictu sancta sint, neque nobis utilia, neque inter se conso-

Deum cau-
sam esse boni
non mali

na. Cōsuffragator tibi sum hac in lege ferenda, mihi nempe hæc placet. Hæc itaq; una sit lex atq; figura ex his quæ circa deos ferendæ sunt, in qua cogatur unusquisq; & dicere, & inducere deum non omnium causam, sed honorum. Sufficit. Quid autē hæc secunda? Num existimas præstigiatorum esse deum, & tanquam ex insidijs aliâs alta sub specie apparere? & aliâs quidem in multas formas speciem suam mutantem aliumq; effectum, aliâs autem nos decipientem, uanasq; de se nobis imagines offerrentem: uel simplicem potius, minimeq; omnium sua ex specie discedentem? Nescio quid in præsentia de his dicam. Quid autem hoc? Nōne necesse est siquid à specie sua discedat, uel ipsum à se mutari, uel ab alio? Necesse. Haudquaquã ab alio quæ optime se habent, mutantur atq; uertuntur, quæadmodum corpus à cibis, & poculis, & laboribus, & plantaria omnia ab æstiu tempore pestatibusq; uentorum, & huiusmodi passionibus; ubi quod intemperatum est & robustissimum minime permutatur. Ita certe. Nonne animum quoq; fortissimum, & sapientissimum externa perturbatio minime permutaret? Sane. Quinetiã cōposita omnia uasa, & difficia, uestimenta, eadē ratione bene cōstructa, ac bene se habentia, minime uel tempore, uel passionibus, alijs immutatur. Est ut dicis. Quicquid igitur bene se habet, uel natura, uel arte, uel utriusq;, minime permutatōne ab alio suscipit. Videtur. At uero deus ipse, & quæ dei sunt, omni ex parte q̄ optime sese habent. Quid nī? Hac igitur ratione minime formas plures deus susciperet. Minime. Nunquid autē se in se uerteret mutaretq; deus? Manifestum hoc est, siquidē mutaretur. Vtrū igitur in melius, & pulchrius, uel in peius ac turpius? Necesse est in peius, si modo mutatur. Nō enim indignum pulchritudinis & uirtutis esse deum dicimus. Recte nimium loqueris. Verum cum hæc ita se habeant, credis ne tu sua sponte aliquem, siue deum, siue hominem, deteriore se faceat? Impossibile certe istud. Impossibile igitur deum mutare se uelle. Sed ut uidetur, pulcherrimus optimusq; cum sit deorum quisq;, quod fieri potest, omnes sua in forma sempiterna & simplici perseverant. Necessarium esse omnino hoc arbitror. Nullus igitur poetarum nobis ō uir optime dicat, deos hospitibus similes uarijs in formis urbes adire. Neq; aliquis de Proteo, & Thetide similia mentiatur. Neque in tragœdijs, aut alijs poematis inducat Iunonem in sacerdotis speciem permutatam Inachi Argiui fluminis filijs uita donatis munera colligentem. cæteraq; talia nemo audeat fingere. Neq; matres uanis his fabulis pueros terreant, deos quosdam nocte uagari peregrinis quibusdam uarijs sub formis per similes, ne simul & in deos male dicant, & ipsos pueros timidiore reddant.

Nulla modo. At uero nunquid dijs ipsi immutabiles sunt, sed quibusdam præstigijs nos decipientes uarias in formas mutari uidentur? Forſitan ita. Quid uero mentiri ne deus uult, aut uerbis, aut re falsam obiectâs imaginem? Nescio istud. An nescis quod ipsum reuera mendacium, si modo dici id potest, omnes homines dijsq; oderit? Quid istud ais?

Sic inquam. Nullus enim sponte uult ipso quodam sui præcipuo præstantissimiq;, & circa res præcipuas præstantissimasq; mentiri, sed summopere illud ibi mendacium timet. Neque nunc etiã intelligo. Putas me magnum aliquid dicere. Ego autem dico quod ipsa anima circa res ipsas mentiri, & mentitum esse, & inscitia falli, atque in ea habere accepissq; mendacium, nullus unquam eligeret. Mendacium quippe habere in animo summopere omnes oderunt. Summopere. Atqui recte quod modo dicebam, hoc reuera mendacium uocaretur, in animo mentientis inscitia. Quoniam quod est in sermone mendacium, imitatio quædam est passionis eius quæ est in animo, & posterius procedens simulacrum, haud omnino purum mendacium. Nōne ita. Ita prorsus.

Ipsam itaque reuera mendacium non solum dijs, sed hominibus etiã est odiosum. Mihi quidem uidetur. Quid autem ipsum in uerbis mendacium, quando nam, & cui adeo utile est, ut non sit odio dignum? Nōne aduersus hostes atq; eos qui uocantur amici, quando ob furem atque aliquam inscitiam malum aliquod facinus aggrediuntur? Tunc porro auertendi gratia tanquam medicina quædam utile est; & in his quas modo dicebamus confabulationibus, eo quod non cognoscamus in quo antiquarum rerum consistat ueritas, assimilantes ueritati mendacium. ita enim maxime id utile facimus.

Sic est prorsus. Secundum ergo quid istorum, mendacium est utile deo? An quia non cognoscat uetera, sub ueritatis imagine mentiatur? Rīdiculum istud quidē. Poeta igitur mendax in deo non est. Non mihi uidetur. Nunquid metu hostium mentietur?

Longe

Longe abest. An propter familiaritatem dementiae atque insaniam? At nullus stultorum & insanorum, deo amicus est. Nō igitur est cur deus mentiatur? Non. Ergo omnino sine mendacio est deorum dæmonumq; natura. Omnino. Quare & simplex omnino deus, & uerax dictis ac factis, neq; mutatur ipse, neq; alios decipit, neq; per uisus, neq; per sermones, neq; per signa, neq; nobis dormientibus, neq; uigilantibus. Ita quoque mihi de hoc te dicente uidetur. Concedis ergo hanc secundam esse figuram, in qua oportet de dijs ita dicere, & audire, tanquam qui neque præstigiatores sint, neque se mutant, neq; mendacijs nos, aut dictis, aut factis seducant? Concedo. Multa igitur ab Homero dicta laudantes, somnium ab Ioue Agamemnoni missum nequaquam laudabimus. Neque Aeschylum, cum Thetidem inducit dicentem, quod Apollo filium eius intemerit: qui tamen in eius nuptijs discumbens cecinerat, bonã Thetidis stirpem fore Ionæuam, morbisq; intactam. Cecinit quippe multa Apollo, inquit, fortunâq; meas Deo amicas fore prædixit, & lætitia me laudationibus suis affecit. Atque ego os Phœbi sperabam diuinum, ueridicum, fatidicumq; esse. Ipse uero idem qui laudabat, in mensa & ipse discumbens, ipse hæc fatus, ipse idem mihi filium interfecit. Talia quædam quotiens de dijs dicuntur, protinus reclamabimus exhibilabimusq;, neque permittemus ut ludorum magistris ad iuuenturis disciplinam istis utantur, si custodes apud nos prijs atque diuinis quoad hominē possibile est, futuri sunt. Accipio equidem hanc formam, proque legibus ubique utar.

ARGUMENTVM MARSILII FICINI IN DIALOGVM
Tertium, de Iusto.



DI A L O G V S tertius custodum educationem in secundo inchoatã prosequitur. Atq; sicut in secundo prohibuit eos audire falsa turpiaq; de dijs, ita hic uetat tragica audire de inferis, quæ redere illos possint timidiore. Item & comica, quæ effusorem concitant risum. Tam enim mollis euadit qui quotidie in lachrymas risu profusiore resoluitur, quàm qui dolore lachrymare cõpel litur. Quoniam uero non solum procul à timiditate custodes arcendi sunt, uerum etiã ab intemperantia & auaritia, atq; iniustitia, ideo rursus audiri uetat carmina poetarum, quibus uel deorum, uel heroum magnorumq; uirorū libidines, rapina, iniquitatesq; finguntur. Hæc autē educatio militaris omnibus fere ciuibus est eque cõmunis. Inter hæc quæ de mendacio dicit attende. Mendaciũ ciuitatis calamitas est, uidelicet quando priuati inter se mentiuntur, maxime uero si magistratibus mentiatur. Perinde ac si ægroti medico, uel nauæ mentiantur gubernatori. Licet autē gubernatoribus interdum uti mendacio salutis publicæ gratia, & priuato quandoq; erga priuatum, solum gratia mali cuiusdam grauisissimi deuitandi. Licet & confabulari moderate de rebus antiquis quarã ueritas ignoratur, & quas ipse imagines quasdam res illas quarum certam formam uix habemus, effingere. Proinde orationem in species tres diuisit. Aut enim simplex narratio est, aut imitatio simplex, aut ex utriusque permixta. Omnem uero sermonem reprobatur, qui uilissima quæq; refert absque delectu, & agit hominem perturbatum. Quisquis enim diu studiose aliquid imitatur, in eius transit naturam. Quocirca poetam perturbatos animos acrius imitantem, tanq; iuuentuti noxium iubet uel mutato stylo constantem habitum imitari, uel ex urbe procul abire. Dicit quoque eum qui plura, uel imitando, uel faciendo pertractat, in singulis tandem ita describere, ut in nullo euadat egregius. Pergit uero deinceps ex prima musica, id est poesi, ad sequentem, eamq; in tres distribuit species, Orationem, harmoniam, atq; rhythum. Principio Phthongum musici uocem uocant harmonicam, id est consonantiam aptam, quæ neq; adeo grauis sit ut nequeat ab eodem cantore grauior fieri, neque tam acuta ut eadē non possit acutior. Harmoniam deinde ex Phthongis constituit, congruam uidelicet mensuram in excessu atq; defectu grauiũ uocum, & acutarum, atq; mediarum. Sunt hic uoces quatuor, grauis atq; acuta, & surgens in acutam, & declinans ad grauem. Item primæ proportionem quatuor, dupla inter duo atq; unum. Sesquialtera inter tria atq; duo. Sesquitercia inter quatuor atq; tria. Sesquioctaua inter nouem atq; octo. Proportionem duplam sequitur consonantia uocis octauæ; Sesquialtera, quintæ; Sesquitercia, quartæ; Sesquioctauam deniq; tonus. Sed de his alibi diligentius. Accedit tertio loco rhythmus, id est ordo quidam motionis, & temporis, ut ex secundo Legum percipitur. Postquam enim uoces harmonica quadam excessu defectuq; mensura per intensiorem remissionemq; conciliasti, opus est rhythmo, per quem uocum acutarum, grauium, mediarum motus ac tempora metaris, & in singulis, & inter singulas. Motus dico blandiores, seueriores, & medios. Tempora dico, longiora, breuiora, & qualia, per accentum longos breues que & medios. In his notã basem uocabulum esse diuersum: nam ut res exigiti significat, fundamentum, sedem, pondus, progressumq; & terminum. Præter hæc considerandi

sunt nouem consonantia, & dissonantia communissima gradus. Primus in ratione, id est opinio cum ipsa rei ueritate consentiens. Cuius contraria est opinio falsa à ueritate dissentiens. Secundus in imaginatione. Cuius consonantia est consecutio rationis; Dissonantia uero profectio externorum. Tertius in affectu, uel temperate rationem sequente, uel imaginationem intemperanter. Quartus in sermone decoro, uel indecoro, quatenus uel rectam rationem, uel imaginationem tumultuariam sequitur. Quintus in cantu. Cuius consonantia est, decorum imitari sermonem, dissonantia indecorum. Sextus in sono cantum aliter uel aliter imitante. Septimus in saltu concinno, uel inconcinnio ad choream pertinente. Octauus in quadam membrorum corporisq; totius compositione, tam spe ctaculo grata quam exercitio gymnastica præopta. Nonus in artificiosis cuiuslibet artis operibus, musica quadam proportione compositis. Hi nouem gradus Musas tibi referant nouem. Memento uero optimam omnium harmoniam esse animi temperantiam. Quam sequentes cetera imitantur, & uicissim cum frequentantur, augent. Quapropter iubet eas duntaxat consonantias exerceri, audiri, spectari, que habitum mentis constantem referat, non superbia elatum, non iracundia efferatum, non uoluptate mollium atq; resolutum, non fractum dolore, non misericordia, uel indigentia querulum. Probat ergo concentum grauem atq; constantem, improbat autem extremos, id est concitum atq; mollem; damnat quoq; multiplicem, laudat præ ceteris simplicem. Plurimum uero in animo posse iudicat harmoniam. Siquidem harmonia quadam diuina sit animus, celestisq; harmonia aliquando, ut Platonice dixerim, assuetus. Rursus harmonia quadam consistit corpus, constat & spiritus. Præterea consonantia uocum aerea aerum spiritum motu penetrans, affectumq; canentis & animum secum transferens, audientis affectum mouet affectu, & animum afficit animo, sensimq; mores insinuat. In omnibus animaduerte quod non ciuili solum, sed etiam religiosa admodum obseruantia Plato suam erudiat ciuitatem, semperq; quod præcipit in Politico, temperantiam cum fortitudine miscet. Deniq; quam turpem, quam dissonantem esse censeat ueneratim uoluptatem, ideoq; ab amore legitimo procul eam segreget, pulchra semper & consona solum desiderante. Plurima uero de Musica tractat atq; gymnastica. maximi enim momenti erant; omnes enim his incumbebant, debentq; incumbere. Illa enim animum spiritumq; hæc corpus animi gratia mirifice format atq; componit. Addit, non ex corpore bono bonum animum, sed ex animo bono corpus fieri bonum. Subiungit simplicem musicam animi uicissim simplicem corporis sanitati prodesse, multiplicem uero utriusq; nocere, hominesq; dum sobrii uiuerent, non indiguisse medicorum auxilio physicorum. Damnat superstitiosas corporis obseruationes circa uictum, atque medelas. Siquidem præcipuum ciuitatis male institute dicit esse, si diligenti medicorum iudiciumq; indigeat opera. Describit medici iudicisq; officium, & iudicem eligi ingenio bonum, prudentem, senem, multos homines & bonos & malos expertum. Afferit prauitatem quasi priuationem quandam, neq; se neq; uirtutem cognoscere. Uirtutem uero qua si habitum, per se solum cognoscere se, per se quoq; addito rerum usu de uitijs iudicare. Meminisse uero semper oportet, Platonem non solum hic, sed etiam in Legibus, & Politico, & Protogora confirmare nihil magis necessarium esse omni quidem uiro, præcipue uero ciuili atq; philosophico, quam copulam ex fortitudine pariter temperantiaq; constantem; ut per illam alta petantur, per hanc non spernantur humilia, & utrinq; nihil unquam nimis, aut audeas, aut metuas. Per illam rursus priuatas publicasq; propulset iniurias, per hæc abstineas ab iniuria. Per illam ad honesta uocaris, per hanc cohibeas à turpibus. Quo fit, ut gymnasticam simul & musicam ad duo hæc deniq; referat, ut per illam fortitudo, non tam corporis quam animi, per hanc temperantia comparatur. Inbet autem ambo rite inuicem commisceri. Siquidem sola gymnastica parit ferocitatem, musica sola molliciem, ambo uero fortitudinem atque temperantiam. Ex eorum deniq; numero, qui sic educati sunt, eligi & custodes, id est magistratus, & defensores, id est milites. Ad magistratum uero assumi uult senes prudentes, fortes, publici amatores boni, atq; in hoc ipso per experientiam comprobatos. Probari item præcipit luenes in medijs uoluptatibus, & doloribus, quo discernatur utrum temperati fortesq; sint, an contra; atq; utrum sententiam boni publici conseruandi propter fallacias, aut minas, aut illecebras, sint aliquando facile mutaturi. Deniq; ingenia hominum metallis similia esse dicit, & aptum quidem ad gubernandum auro, aptum uero ad militiam argento, ad opificium uero, & agriculturam ferro, & erit. Iubet singula ingenia ad illa quibus apta sunt conuertit; itaq; gubernatorum filios interdum pro ingenio ad uiliora, atq; uicissim inferiorum filios ad munera nobiliora similiter. Prohibet quoq; milites propriū aliquid possidere, ne per auaritiam ex canibus conuertantur in lupos.

DIALO

DIALOGVS TERTIVS DE RE-PUBLICA, VEL DE IUSTO.



HAEC igitur sunt, ut mihi uidetur, quæ de dijs audienda aut non audienda sint ab ipsa statim pueritia, his qui deos & parentes honoraturi sunt, communemq; amicitiam non paruifacuri. Existimo, inquit Adimantus, nobis sic recte uideri. Quid autem his qui fortes futuri sunt; nonne ea dicenda quæ ipsos mortem minime metuentes reddant an putas aliquem fortem esse inquam, qui hanc timeat? Minime per Iouem, inquit. Sed & qui ea quæ de inferis dicuntur credat, & terribilia esse existimet, putasne eum intrepidum ad mortem futurum, in ipsaq; pugna mortem seruituti & captiuitati præpositurum? Nequaquam. Oportet itaq; nos, ut uideatur, præcepta dare etiã his qui de his rebus fabulantur, precariq; ne ita simpliciter quæ apud inferos sunt uirtu perent, sed magis laudent, tanquam neq; uera dicant, neq; uilia his qui pugnares futuri sunt. Oportet sane. Delebimus igitur eiusmodi omnia, ab hoc uersu sumentes exordium. Mallem equidem in re rustica conseruo inopi seruire, quam de functionibus omnibus imperare. Et illud. Domus profectio mortalibus immortalibusq; horribilis, uasta, scetensq; uideatur, quam etiam dii odio habent. & illud. O miser! nunquid nam apud inferos anima atque imago? At uero mens adest nulla. & illud. Soli sapiunt; ceteri umbræ uolitant. Item. Anima soluta membris ad inferos uolat, suam deplorans calamitatem, cum & fortem & teneram ætatem reliquerit. Item, Anima sub terras uoluit fumus, euius abijt. Item, Quemadmodum noctuæ uasto sub antro ululantes uolant postq; aliqua de ordine ceciderunt ex petra in qua cohærebant, sic ille simul stridentibus ibant. Hæc utiq; & cetera talia, bona Homeri & reliquorum poetarum uenia abijcia mus, non quia poetica non sint, & apud multos auditu iocunda, sed quoniam quanto magis poetica sunt, tanto minus audienda pueris atq; uiris quos liberos fore oportet, seruituti tem magis quam mortem timentes. Sice est omnino. Nonne insuper nomina quæ his imposita sunt horrida terribiliaq; abijcienda sunt? Cocytos inquam, & Styga, & inferos mortuos, aliaq; eiusdem generis nomina. Terrent uehementer quippe omnes quicumq; audiunt, ac forte ad aliud quippiam conferunt. Nos autem custodibus nostris ab huiusmodi nominibus ualde metumus, ne ex hoc pauore molliores q; decet reddantur. Et merito fermidamus. Auferenda sunt igitur. Auferenda. Forma uero his contraria dicenda, & inducenda est. Videlicet. Ergo lamentationes cõmiserationesq; magnorum uiuorum auferimus. Necessè est, si quidẽ superiora sublata sint. Cõtemplare igitur, rectè ne an contra id faciamus. Dicimusne moderatum uirum moderato uiro amico suo orbatum non malum quid illi mortẽ existimaturum? Dicimus quidem. Non igitur in morte illius tanq; graua passus lamentabitur. Non. Enim uero & hoc asserimus, hominem huiusmodi se ipso ad bene uiuendum contentum esse, minimeq; omnium alio indigere. Vera narras. Minime igitur moleste feret liberis, aut fratribus, aut diuitijs reliquisq; huiusmodi priuari. Minime certe. Itaq; neq; lamentabitur, sed moderatissime feret, cum in aliquam huiusmodi fortem inciderit. Certe. Merito igitur clarorum uiuorum ploratus è medio tolle remus, relinqueremus autẽ mulieribus, neq; his quidem inter mulieres aliquid egregium sapiētibus, ac uiris insuper duntaxat muliebribus, & ignauis, ut dedignantur apud nos illi quos ad regionis custodia educamus, similia istis facere. Probe. Rursus Homerum, & ceteros poetas orabimus, ne Achilles deæ filium nunc in latus cubantem faciat, nunc supinum, non unq; etiam in faciem; aut exurgentem errare tristitia affectu in litore maris; aut utraq; manu ardentem puluerẽ capientem in caput fundere; neq; alia euiuantem, & lamentantem, quot & qualia ipse fecit. Neq; Priamum, qui iuxta deos fuit, supplicantem, & luto se pro uoluentem, singulosq; nominatim clamantem. Multoq; magis Homerum eundem orabimus, ne deos in hunc modum plangentes inducat. Hei mihi misera! Hei mihi q; infeliciter optimũ filium peperit. Quod si quos deos, saltem nõ deorum maximũ usq; adeo dissimili figura imitari audeat, ut eum ita inducat dicentẽ. Heu q; charum mihi uirum circa urbem meis oculis profligatum cerno. Vnde mihi cor mœret. Atq; item. O me miserum, quandoquidem dilectissimum mihi omnium Sarpedonem fatum cogit à Patroclo Menetia de domari. Si em̃ õ amice Adimante studiose iuuenes hæc audirent, neq; ridicula

Aa 4 putarent

putarent tanquam præter dignitatem dicta, nunquam cum se homines esse scirent, aut illa se indigna existimarent, aut se cōtinerent, cum quid illis eiuscemodi uel dicendum, uel faciendum in mentem ueniret. Quinimò sine ullo uel pudore, uel tolerantia, in minimis etiam quibusq; facturis in maximos ploratus euulatusq; eruperent. Vera nimirum loqueris. Neq; uero id decet, ut ratio nobis paulo ante dictabat: cui nisi quid melius interim nacti fuerimus, credendum est. Non decet profecto. Sed neq; in risum nimium profusos nos esse oportet. Nam effusus risum uehemens mutatio sequitur. Ita mihi quoq; uidetur. Non igitur admittendum est quando quis summæ autoritatis uiros in risum solutos inducit, & multo minus quando deos. Multo certe minus. Ergo neq; Homerum audiemus cum dicit: Inextinguibilis risus dijs cōcitatus est, dum Vulcanum per domum properantem uiderent, utpote qui claudus esset. Haud enim admittendum est hoc secundum tuum sermonem. Simeum uis sermonē hunc ponere, nequaq; admittere decet. Quinetiam pluris facienda ueritas est. Si enim recte paulo ante dicebamus, dijs inutile est mendacium, hominibus autem pro medicamento est utile. quare publicis medicis concedendum, priuatis autem hominibus minime attingendum. Patet. Igitur rem publicam administrantibus præcipue si quibus alijs, mentiri licet, uel hostium, uel ciuium causa ad communem ciuitatis utilitatem. Reliquis autem à mendacio abstinendum est. Sed aduersus huiusmodi principes priuatim mentiri, maius peccatum est quam ægrotum mentiri erga medicum, uel se exercentem erga ludī magistrum circa sui corporis uita, uel erga nauis gubernatorem de naue & nauis minime uera dicere, quem admodum uel sua cuique, uel sociorum sese res habeat. Vera narras. Siquem ergo deprehenderit alium in ciuitate mentientem ex eorum genere qui artifices sunt, uatem uidelicet, uel morborum medicum, uel lignarium fabrum, eum punito, tanquam rem quandam inferentem ex qua ciuitatis ipsius ueluti nauis submersio & perniciēs sequitur. Sic plane agendū: siquidem sermone opera peraguntur. Quid præterea? nōne temperantia nostris adolescentibus opus erit? Absq; dubio. Temperantia autem nonne hæc talia quo ad subditos maxima sunt, ut uidelicet obtemperant magistratibus; quo ad ipsos autē principes, ut ad uenerorum, epularumq; & comotationum usum continentis sint? Mihi sane uidetur.

De utilitate
temperantie

Hæc itaq; talia bene dicta asseuerabimus, qualia apud Homerum Diomedes ait. Eia age silentio confide, ac meis uerbis obtempera. & alia his similia. Ibant robur spirantes Achii silentio duces timentes. Et alia quæcunq; in hanc sententiā dicuntur. Probe. Quid autem hæc? Vinolente, canis oculos habens, cor autē ceruicē; & cætera quæ sequuntur, nunquid recte? & alia huiuscemodi ipsorum priuatorū in superiores superbe dicta, siue quis soluta in oratione, siue poemate inserat, an recte dicuntur? Nequaq;. Nō enim existimo ad iuuenium temperantiam hæc, ut audiantur, conferre; nihil autem mirum si quo modo delecent. Vel quomodo tibi uidetur? Ita. Quid autem uidetur ne tibi idoneum esse hoc iuueni ad continentiam consequendam, si quando audierit uirum sapientissimum a pud poetam ita loquentem, Pulcherrimum omnium esse mihi uidetur, cum plene sunt mensæ dapibus carnibusq;, Vinū autem è cratere hauriens pincerna poculis infundit atq; circumfert? Vel illud, Miserrimum esse fame perire, et sortem subire aduersam? Siue cum dicitur, Iouem cæteris tum dijs, tum hominibus dormientibus omnium quæ uigilando tractauerat coitus cupiditate oblitum, & usq; adeo libidine & amore Iunonis percussum esse, ut nec cubile ipsum ascendere sustinuerit, sed ibidem humi congressi statim uoluerit, dicens uehementiori se cupidine inflammari, q̄ olim cum primum clam parentibus inuicem congressi fuerunt? Siue cum narratur quæadmodum Vulcanus Martē ac Venerem coeuntes reti cōprehendit? Non per Iouem mihi uidetur idoneum. Verum sicubi modeste, & constanter uiroꝝ excellentium facta uel dicta narrantur, animaduertenda & audienda hæc sunt. Veluti cum dicitur, Pectus percutiens increpuit dicēs. Perpetere ò cor, nam longe aliās grauiora tulisti. Omnino sic est agendum. Neque etiam muneribus et corruptelis corrupti ipsos ciues permittendum est neq; auaros esse. Nullo pacto. Nō ipsis igitur canendum. Munera crede mihi placant hominesq; deosq;. Neque laudandus Phoenix Achillis præceptor, quasi probe locutus fuerit, dum consuleret ipsi munera accipienti Achillis auxilium ferre: non accipienti uero ab ira nequaquam recedere. Neque rursus Achilles ipsum dignum existimabimus, consentiemusq; adeo pecuniæ cupidū esse debere

De muneribus
et corruptelis

ut ab Agamemnone recipiat munera, atq; ut Hectoris cadauer sine pretio reddere nolit. Certe talia laudare non decet, inquit. Vereor equidem, inquit ego, propter Homerum dicere, nempe non esse fas hæc de Achille asseruisse, alijs uel asserentibus credere. Et eundem rursus aduersus Apollinē dixisse, Perdidisti me Apollo deoꝝ perniciosissime omnium, quem certe ulciscerer, si mihi potestas esset. Item ad fluuuū deum quam per uacaciter se haberit, etiam pugitare paratus. Rursus alteri flumini Sperchio sacris comis, Patroclo inquit heroi, mortuo iam, comā ferendam dabo. Nec credendū est hoc illum egisse. Tractus autē Hectoris circa Patrocli sepulchrum, & iugulationes captiuoꝝ supra rogam, cunctaq; huiusmodi, neq; uera esse affirmabimus, neq; sitemus nostris persuaderi, quod Achilles deæ filius, & Pelei temperatissimi uiri, & ab Iouetertij, à Chirone sapientissimo educatus, tanta perturbatione agitatus sit, ut duobus contrarijs morbis animi laborauerit, illiberalitate cū auaritia, atq; item deoꝝ hominumq; contemptu. Recte admodum loqueris. Rursus neq; hæc credamus, neq; dici sinamus, Theseum Neptuni filium, & Pirithoum filiu Iouis in rapinas adeo maximas struisse, neq; alterius dei filiu siue heroem ausum esse unquā tam grauiā impiāq; patrare, qualia de his quotidiē mentūtur. Verū poetas ipsos cogamus, uel negare horū hæc esse opera, uel non affirmare filios deorum esse:ambo uero hæc simul nequaquā asserere, neq; operā dare, ut nostris iuuenibus persuadeant, quod ex dijs mala aliqua oriantur, quodue heroēs hominibus nihilo meliores sint. Quoniā ut iam dictum est, neq; sancta hæc sunt, neq; uera. Ostendimus enim ex dijs mala aliqua prouenire non posse. Ostendimus planē. Quinetiā audientibus hæc nocent. Omnes quippe prauitati suæ ignoscunt, persuasi talia quædam facere fecisse, & illos qui proxime ex deoꝝ genere nati sunt, de quibus illud dicitur: Dijs proxime nati, Ioui propinquū, quorū circa idæū uerticē Iouis patrij ara extat in aethere, & neq; dum ipsis euantit sanguis deorum. Quam obrem fabulæ huiusmodi recipiendæ nō sunt, ne facilem occasionem ad nequitiam nostris adolescentibus præbeant. Sic profus agendum. Quæ deinceps reliqua nobis species est sermonū, disserētib; quales cuiq; narrandi, uel non narrandi sint: De dijs enim quem admodum loqui decet est dictum. Item q; de ipsis dæmonibus & heroibus, & his quæ sunt apud inferos. Satis abunde. An esset fortasse reliquum, ut de hominibus diceremus? Certē. Impossibile istud in præsentia ò amice disponere. Curnam? Quoniā existimo nos dicturos, poetas oratoresq; de hominibus circa ea quæ maximi momenti sunt male dicere cū scribunt. In iustos quidem multos felices esse, iustos autē infelices: cōducereq; iniuste agere si clam. Ipsam uero iustitiā alienum bonū esse, iacturā uero propriam: Hæc inquit & cætera huiusmodi nos uetatuos esse ne dicant, contraria uero ut & canant & fabulis inferant mandatuos esse puto. nunquid? Certe noui. Nonne igitur si confitearis recte me dicere, dicā te concessisse quæ iam dicta quarimus? Recte, inquit, profus accepisti. Nonne & de hominibus, quod talibus oporteat sermone uti tunc cōcedemus, cū qualis iustitia sit inuenerimus? & quod natura ipsa prosit habenti, seu uideatur esse iustus, siue nō uideatur? Vera loqueris. De his ergo quæ dicenda sunt, quæ ue non, satis est disputatum: deinceps de dicendi ratione, ut arbitror, est disserendum: atq; ita nobis, & quæ, & quomodo discenda sint compertum erit. Quid dicas, inquit Adimantus, nō satis intelligo. Oportet tamen id te intelligere, atq; ita fortasse clarius hoc intelliges. An nō quæcunq; à poetis, uel fictoribus fabularū dicitur, narrationē esse dicimus, uel præteritorū, uel præsentiu, uel futurorum? Quid em̄ aliud, inquit. Num ergo uel simplici narratione, uel per imitationē facta, uel etiā utroq; modo narrant? Clarius hoc quoq; exponi requiro. Ridiculus equidē præceptor, & in primis obscurus uideor. Quem admodum igitur qui dicendo parti ualent, efficere solent, ita ego nunc, nō uniuersum ipsum, sed partē aliquā sumens, in ea tibi quod uolo conabor ostendere. Et primū mihi dicito, nostin Iliados principia, in quibus ait poeta Chrysem Agamemnoni supplicasse, ut sibi filiā restitueret, Agamemnonē uero turbato animo denegasse. Quod postq; nō impetrauit, imploratu ipsi cōtra Achiuos deum. Anquid? Et illud credo nosti, quod usq; ad hos uersus, Precatus est omnes Achiuos, in primis Atrai filios, gentiu duces: ipse poeta loquitur, neq; tentat alio mentem nostrā conuertere tanquā alius q̄ ipse loquatur. Deinceps uero ita loquitur ac si Chryses ipse sit, conaturq; non Homerum se nobis, sed sacerdotem illum senem ostendere. In cæterisq; ita semper

expōns

exponit, tum rebus gestis apud Ilium, tum apud Ithacam, in Odysea cantatis. Sic est, omnino. Nonne igitur narratio est, & quando orationes continuas affert, & quando ea quæ inter ipsas intercedunt? Quid nisi? Verum cum orationem profert tanquam alius quidam sit, nonne tunc dicemus orationem suam et quæ simillimam reddere, quem loquentem introduxerat? Quid nisi dicamus? An non alteri se similem reddere uel figura, uel uoce, est et imitari cui facti se similem? Proculdubio. In hoc igitur, ut uidetur, & ipse, & reliqui poetæ per imitationem narrant. Assentior. Vbi autem se non celat poeta, uel uersa illa poësis & narratio sine imitatione est. Ne autem dicas te neque quidem intelligere quomodo fiat, ego dicam. Si enim Homerus cum dixisset Chrysem uenisse filiam redempturum, & supplicasse Achiuis præcipueque regibus, deinceps non tanquam Chryses, sed Homerus esset locutus, nostri profectio imitationem illam non fuisse futuram, sed simplicem narrationem. Sic uero se res habuisset. Dicam enim sine uersu cum non sim poetæ, Profectus sacerdos precabatur, ut dii eis darent, qui incolumes ipsi Troiam caperent, sibi que acceptis donis filiam restituerent, deum Apollinem uenerantes. Hæc cum dixisset, reliqui sacerdotis dicta probarunt. Agamemnon uero nimium perturbatus, ipsum protinus abire iussit, ita ut ne rursus rediret, neque enim ipsi dei uel coronam, uel sceptrum profutura: asseruitque priusquam ipsi filiam redderet, fore ut illa secum in Argo cõfenesceret. Quam obrem abiret, seque ut saluus abire posset, non irritaret. Quæ cum audisset senex, extimuit, tacitusque discessit. Castra autem egressus, supplex Apollinem multa eius agnomina commemorans orauit, siquid unquam aut in ædificandis templis, aut hostijs litandis illi gratum fecisset, ut puniret Achiuos, easque lachrymas sagittis ulcisceretur. Hunc in modum o amico simplex narratio sine imitatione procedit. Intelligo iam. Et illud præterea scio, contrariam huic esse, cum remotis poetæ uerbis quæ inter orationes intercedere solent, orationes ipsæ uicissim continuatæ relinquuntur. Id quoque intelligo. Est enim huiusmodi tragœdia atque comœdia. Recte admodum accepisti, existimoque tibi iam nunc aperire, quod in superioribus percipere non ualebas: poësim uidelicet fabularumque fragmenta, aut esse omnino per imitationem quæ admodum ipse dicebas in tragœdia atque comœdia; aut per enunciationem poetæ profertur, quod maxime in dithyrambis inspicitur: aut per utraque conficit, ut in heroicis aliisque multis apparet, si modo intelligis. Intelligo iam quod tunc inferre uolebas. Atqui etiam ante hoc memento quod dicebamus quæ dicenda essent iam expositum esse: quo autem modo dicendum esset, deinceps exponere oportere.

Memini quidem. Hoc igitur erat, quod oportere dicebam inter nos cõuenire, utrum sinamus poetæ imitatione perpetua uti, an partim imitari, partim minime, & qualia utraque sint, an nihil penitus imitari. Auguror equidem consideratum te utrum recipienda sit comœdia, & tragœdia in ciuitate, nec ne. Fortasse autem & his plura. Nondum enim noui: sed quod ratio ut uentus feret, eodẽ eundem est. Præclare loqueris. Hoc igitur o Adimante cõsidera, utrum imitatores nos habere custodes oporteat, nec ne. Vel hoc ex superioribus pendet, quod singuli singula recte conficere possunt, plura uero minime, quod si quis plura tractare aggredietur, in singulis ita deficiet, ut in nullo euadat egregius.

Sic profus accideret. Nonne & de imitatione eadẽ ratio quod plura aliquis æque ac unum bene imitari non potest? Non certe. Nunquam igitur studio alicui æstimatione digno quis simul incubet, & imitabitur multa, erit uel imitator idoneus, quando neque duas quidem imitationes, quæ parum differre inter se uidentur, ipsi homines bene simul tractare possunt, ut comœdiã simul & tragœdiã. An non imitationes quasdam pauloante istas esse dicebas? Equidem, ac uera dicis, quod ipsi de nequeat. Neque eadẽ rhapsodi, id est cãtores heroicorum simul esse, & histriones possunt. Vera. Sed neque tragœdiã aut comœdiã, tragici aut comici ipsi. Hæc autem omnia imitationes quædam sunt, an non? Imitationes. Quinetiam in minoribus his uidetur o Adimante natura hominis esse cõfisa, ut nullo modo possit bene plura imitari, uel etiã ea facere quorum imitationes ipsæ similitudines quædam sunt. Est ut dicis. Si ergo rationem superiorẽ ratã haberi uolumus, custodes nostros a reliquis omnibus artificijs alienos patriæ libertatis artifices esse oportere ualde quidem solertes; neque aliud quicquam cura re quod huc non tẽdat, nihil aliud agere eos, uel imitari oportet: uel si imitetur, imitari quæ istis cõsentanea sint, statim à pueritia, fortes scilicet, temperatos, sanctos, liberales, et reliqua eiusmodi; illiberalia autem neque facere, neque imitari posse, neque aliud quicquam turpe, ne ex ipsa imitatione

imitatione tales efficiantur, quale id quod æmulantur. An non animaduertisti imitationes si à teneris annis incipiant perseverentque, in mores & naturam abire, tum quantum spectat ad corpus, tum ad uocem, tum ad cogitationem ipsam? Et maxime quidem. Non permitimus igitur ullo modo eos quorum habere curam dicimus, quos sue præstantes uiros fore desideramus, cum uiri sint, mulierem imitari, puellam uelulam uel, uel marito conuictian rem, uel cum dijs cõtendentem, exultantemque, cum se felicem esse putet, uel quæ erumpis circumuenta fleat atque eiulet, doleat, amore accendatur, dolore partus opprimatur. Nullo modo. Neque seruas, & seruos, ea quæ seruorum sunt facientes. Neque hoc quidem.

Neque uiros item prauos, ut uidetur, timidos, & contraria eorum quæ diximus faciẽtes, conuictantes, iurgantes, turpiaque inuicem obloquentes, siue ebrios, siue uigiles sobriosque, & alia quotcumque homines isti & in uerbis, & in operibus, tum in seipso, tum in alios peccant. Neque etiam debent, ut arbitror, similes se per imitationem, uel uerbis, uel actionibus insanientibus reddere. Cognoscendi enim insani & mali sunt, tam uiri quam mulieres: nisi hiltamen ex eorum dictis & factis, uel agendum est, uel imitandum. Verissima loqueris. Quid autem artificesne ex ære aliquid fabricantes, uel aliud quippiam molientes, uel remiges nauium, uel præcipientes istis, uel aliud aliquid circa hæc imitari eos decet?

Quoniam pacto, cum neque rebus ullis huiusmodi mentem adhibere his liceat. Nunquid equos hinnientes, uel mugientes tauros, aut fragorem immurmurationemque fluuiorum, aut maris fremitum, uel tonitrus, uel cetera eiuidem generis imitabuntur? Atqui prohibitum illis est, aut insanire, aut insanientibus se similes reddere. Si igitur quæ dicis intelligo, est quædam orationis, & narrationis species, in qua uir optimus cum quid dicturus est enarrat: & alia quædam huic dissimilis, quam seruat qui contra ac ille, natus atque nutritus est. Quales uero hæc sunt? Videtur mihi uir moderatus quando in narratione deuenit ad aliquam uiri boni uel orationem, uel actionem, perinde ac si ipse ille esset pronunciaturus, & sine ullo rubore, aut dedecore imitationem huiusmodi suscepturus: maxime quidem, & ut plurimum imitans utrum bonum, prudenter & sine errore agentem; rarius autem ac minus, morbis, uel amore labantem, aut ebrietate, aut casu quouis alio.

Quando autem ad aliquem indignum se uenerit, nolet, ut arbitror, dedita opera similem se deteriori præbere, nisi breuiter quidem, & cum boni quicquam peragit: sed erubescet, cum rudis sit ad hos imitandum, & ægre ferat deteriorum formam induere, spernens imagines huiusmodi, nisi forte toci oblectamenti causa id fecerit. Non iniuria. Nonne igitur narratione utetur talis, qualem pauloante in uerbis Homeri dicebam: eritque oratio ipsius particeps utriusque, uel imitationis uidelicet, & narrationis alterius? Exigua uero pars imitationis longa in oratione erit: dico ne aliquid, an nihil? Dicis certe, qualem necesse est esse rhetoris istius figuram. Nonne igitur qui talis non erit, quo erit ineptior, & indoctior, eo plura narrabit, & omnia imitabitur, nihilque se indignum esse existimabit: Quare omnia imitari aggredietur, & in conspectu quidem multorum, ea præsertim quæ pauloante commemorabamus, Tonitrus, murmura uentorum, & gradinis, axis rotarum, tubarum, tibiarum, fistularum, & omnium denique organorum sonitus: præterea canum, pecudum, & auium uoces. Eruntque huius oratio uniuersa pene per imitationem, uoce, ac gestu, uel paulum quid narrationis habebit. Necesse est utique quoque istud. Atque hæc sunt orationis species duæ, quas supra dicebam.

Sunt plane. Nonne ipsarum una quidem partem quid mutationis habet? & si quis decentem consonantiã & rhythmum orationi tribuat, ferme ad eandem orationis formam semper dicenda est recte loquenti, atque in una insuper consonantiã, exigua namque mutationes, eodemque modo in rhythmo ferme cõsimiliter. Omnino sic se res habet. Quid autem alterius species? nonne contrarijs indiget, omnibus uidelicet cõsonantijs, omnibusque rhythmis, si proprie dicenda est, cum multas & uarias habeat mutationum formas? Sic est omnino. Nonne & poetæ, & alij omnes qui aliquid dicunt, uel harum una dicendi figura utuntur, uel altera, uel utriusque cõmixtis? Necesse est. Quid igitur faciemus? Utrum has omnes in ciuitate suscipiemus, uel alterã simpliciter, uel permixtam? Si in mea optione cõsisterit, simpliciter decerni imitricem. Atqui o Adimante mixta quæque iucunda est: multo aut iucundior pueris, & paedagogis cõtraria illius quam tu eligis, & plurimæ turbæ. Iucundissima profus.

At forte, ut arbitror, reipub. nostræ cõuenire eã non existimabis, quoniam non sit duplex uir neque multiplex apud nos, quando quidem singuli singula faciunt. Non cõuenit certe

certe. Nonne igitur sola in ciuitate huiusmodi coriariū inueniemus duntaxat coriariū esse, non gubernatorem præterea? Et agricultorem duntaxat agricultorem, non insu per iudicem? Militem quoque militem, non etiam nummularium? cæterosque eodem modo. Vera hæc sunt. Siquis ergo in nostram urbem uenerit, qui animi sapientia in omnes possit sese uertere formas, & omnia imitari, uolueritque poemata sua ostentare, uenerimus quidem ipsum, ut sacrū, admirabile & iucundum; dicemus autem non esse eiusmodi hominem in republica nostra, neque fas esse ut insit, mittemusque in aliam urbem, unguento caput eius perungentes, lanaque coronantes. Nos autem austeriori minusque iucundo utemur poeta fabularumque fictore, utilitatis gratia, qui decori nobis rationem exprimat, & quæ dicuntur dicat in his formulis quas a principio pro legibus tulimus, quando milites erudire aggressi sumus. Ita profusus, si esset in nobis, efficeremus. Videmur iam o amice satis de ea musica parte dixisse, quæ circa orationes fabulasque uersatur. Nam & quæ dicenda sunt, & quomodo, exposuimus. Mihi quoque idem uidetur. Restat de cantu & melodia ratione differere. Certe. An non omnis iam inueniret quæ nobis de his dicenda sunt, qualia esse oporteat, si quidē antedictis concinere debeamus? Tum Glaucocorridens, Ego, inquit, extra omnes esse uideor. Non enim satis in præsentia possum conijcere, qualia dicenda sint. Opinamur tamen omnino hoc primum nos posse dicere Melodiam ex tribus constare, oratione, harmonia, rhythmo. Hoc equidem possum. Nonne melodia pars oratio nihil differt ab oratione illa que sine cætu est, quo ad hoc ut oporteat in eisdem formulis exprimi, de quibus paulo ante dicebamus, & eodem modo? Vera loqueris. Atqui harmonia, & rhythmus oratione sequi debent. Quid nisi? Quin etiam lamentatione luctuque dicebamus in orationibus nos minime indigere. Non certe.

Quænam igitur querula harmonia sunt? Dic mihi. Tu enim musicus es. Lydiæ mixta, Lydiæque acuta, cæteraque huiusmodi. Nonne remouenda hæ sunt? Inutiles enim etiā mulieribus, bonis saltem, nedum uiris. Valde quidem. Præterea uiolentia, mollities, & pigritia custodes minime decent. Minime. Quænam igitur molles & temulenta harmonia? Ionica & Lydiæ quotcumque relaxa remissaque & resoluta uocantur. His igitur o amice num quoquo modo ueris ad militum utilitatem? Nullo modo. Sed uidetur iam tibi reliqua esse Dorica & Phrygia harmonia. Haud equidem, inquam, harmonias noui, sed eam relinque harmoniam, quæ ut decet imitatur fortiter euntis in prælium, & ad quodlibet negotium uiolentum uiriliter se gerentis, uoces atque accentus, & periclitantis, siue in uulnera, siue in mortem irruentis, siue in aliam grauem fortem incidentis, in omnibus istis fortunam constanter atque uiriliter propulsantis. Aliamque iterum relinque harmoniam quæ uoces imitatur atque accentus hominis in tranquilla & minime uiolenta actione uersantis, uel aliquid alicui persuadentis, uel supplicantis, uel uotis deo, uel doctrina & admonitione homini, uel econtra hominis alij supplicanti, aut docenti, aut dissuadenti faciem se præbentis, & quilibet uoti compos sit factus, non tamen superbia effertur, sed in his omnibus temperate & modeste se gerat, fortemque utranque recte ferat, hasque duas sequatur harmonias, uiolentam, uoluntariam, fortunatorum, infortunatorum, temperantium ac fortium: & omnino quæcumque ipsorum accentus pulcherrime imitantur, has omnes relinque harmonias. At uero non alias eligi uides, quam eas quas ego supra dicebam. Non igitur opus erit nobis in cantibus & melodijs harmonia quæ multis constat chordis, omnibusque concentibus. Non, ut mihi uidetur. Ergo Trigonorum, Pacidarum, & quoruncumque instrumentorum, quæ multis constant chordis, & plurimis colorantibus, fabros non nutriemus. Non, ut uidemur. Quid autem? tibiarum fabros, & tibiænes in ciuitate relinques; an non instrumenta multarum chordarum, harmoniarumque omnium, tibiæ imitatur? Patet, inquit ille. Lira itaque restat, & cithara in ciuitate utilis, & fistula in agris pastoribus commoda. Ita ratio nobis ostendit. Nihil alienum inducimus o amice, dum Apollinem ipsum & Apollinis instrumenta, Marsye ipsi, & organis quæ Marsye sunt, præponimus. Non per Iouem, ut mihi uidetur. Per Canem ipsum sensim & clanculum purgare cepimus ciuitatem, quam supra nimis delicijs dedit dicebamus. Ipsi nos uidelicet temperate agentes. Age purgemus & reliqua. Sequitur ad ea quæ de harmonijs dicta sunt, ut rythmos ita prosequamur, ne per uarios admodum circumuagemur, neque per quoslibet motus, sed qui uitæ fortis & temperatæ rythmi sunt, dignoscamus. Quibus

cognitis

cognitis pedem cantumque cogamus orationem huiusmodi uiri sequi, non orationem se qui pedem, & cantum. Qui uero sint rythmi tales, tua interest declarare, quemadmodum harmonias exposuisti. Per Iouem quid dicam non habeo. Quod enim tres quædam species sunt, ex quibus motus isti texuntur atque flectuntur, quemadmodum in uocibus quatuor unde omnes harmonia efficiuntur, animaduertim, dicere possem. Quales autem qualis uitæ imitationes sint, aperire nequeo. At de his quidem cum Damone delibabimus, qui nam pedum motus proprie sint illiberalitatis, petulantia, insania, ac reliquæ prauitatis, qui uero rythmi contrarijs congruant. Arbitror autem audiuisse quamuis non satis aperte, cum ipse motum quandam pedum bellicosum nominaret compositum dactylum heroicumque, quem nescio quo modo digerebat, supraque infraque æqualem & in breuibus longumque euadentem, utque existimo iambum, & alium quandam trochæum appellabat. Longitudines autem & breuitates adhibuit. Et in aliquibus istorum arbitror esse uituperare uel laudare dictiones pedis, non minus quam rythmos ipsos, uel aliquid ex utrisque commixtum. Neque enim declarare satis hæc possum. Verum hæc, ut dicebam, in Damonem ipsum reiecta dilataque sint. Prolixa quippe oratione ad hæc distinguenda opus esset. Nunquid putas? Prolixa per Iouem. Hoc autem ita discernere potes, quod concinnitas atque ineptitudo congruitatem & incongruitatem rythmi sequuntur. Quid nisi? Atqui congruum quidem pulchram orationem sequitur, & tanquam simile imitatur: incongruum uero contrariam. Quinetiam consonum ipsum, & dissonum eodem modo; quandoquidem rhythmus & harmonia, ut paulo ante dictum fuit, orationem sequuntur, non ipsa oratio rhythum & harmoniam sequitur. Certe orationem sequi hæc debent. Quid uero loquendi modus ipsaque oratio; nonne animi affectionem sequitur? Absque dubio. Orationem uero cætera quoque sequuntur. Nempe. Sermonis itaque decor, consonantia, uenustas, & rythmi congruentia affectionem animi moderatam sequuntur, quam *δυσχαια* appellant. Non eam dico, quam sæpe cum inscitia quædam sit, blanda quadam derisione bonitatem nominamus, hoc nomine fatuitatem quandam significantes; immo uero eam *δυσχαια* inquam, que reuera cogitationem significat moribus optimis prædita. Sic est omnino. Nonne igitur ubique hæc iuuenes sequi debent, si rem suam agere uolunt? Debent equidem. Est autem ars pingendi uniuersa horum plena, & omne huiusmodi artificium, plena quoque texendi facultas, & uariorum ingeniositas operum, studiumque ædificandi, omnis præterea cæterorum suppellectilium instrumentorumque effectio: quæ & corporum plantarumque natura. Porro in omnibus istis, aut condecentia quædam inest, aut indecentia. Et indecentia quidem & rythmi inconcinnitas atque dissonantia sermonis turpis & improbi moris sorores sunt; contraria uero contrarij, temperati & optimi germana, & imitationes quædam sunt. Est ut dicis. Nunquid poetis solis insistentium, cogendumque ut imaginem boni moris in suis poematis expriment, uel apud nos non scribant? An præterea curandum ne artifices alij mali moris summa lachrum aliquod, non bene castigatum opus, illiberale, deforme, & indecens, siue in figuris animalium, siue in ædificijs, siue in quouis alio artificio faciant? Vel si quis hoc præstare non potest, ne quid apud nos agat prohibendus est, ne in prauitatis imaginibus nobis nutriti custodes tanquam noxio in gramine, & multa quotidie paulatim à multis decerpentes pascentes que, unum aliquod maximum malum ignari in animo contrahant? Quamobrem illi inquirendi sunt artifices, qui naturali quadam industria possint tanquam per uestigia exprimere pulchri ipsius decorique naturam, ut tanquam in loco salubri habitantes iuniores undique adiuentur; quandoquidem à pulchris honestisque operibus siue ad oculos siue ad aures eorum honesti aliquid peruenit, uel uti sua uis aura quædam à locis salubribus, afferens sanitatem: quæ quidem statim afflare à primis annis incipiens, sensim animos hominum in similitudinem, amicitiam, & concordiam, honeste orationi rationique conciliat. Egregie admodum isto pacto nutrirentur. Ob hanc igitur causam, inquam ego, o Glaucocorridens, ex ipsa principali secundum musicam nutritione rhythmus & harmonia interiora animi penetrant, pullantque uehementissime animum, decoram quandam figuram ferentia, per quam decorus & pulcher efficitur, quisquis recte in musica eruditur; contra uero, si contra quis fuerit educatus. Et quoniam rursus deficientia, neque recte fabricata, aut non bene orta acutissime sentiet qui illic quemadmodum oportet nutritus fuerit, me-

Bb rito

rito agere hæc ferens, pulchra quidem laudabit, eaq; amans, auideq; arripiens, ipsis alitur, ac bonus inde efficietur & pulcher. Turpia uero iure uituperabit, oderitq; setiam in ea ætate in qua rationem nondum susceperit. Aduentantem deniq; rationem, qui ita nutritus erit, libenter amplectetur, eam ex ipsa propinquitate, familiaritateq; prorsus agnoscens. Mihi quoque harum rerum gratia in musica nutriendi uidentur. Quemadmodum tunc profectio literas satis recte callemus, quando elementa nos non fugiunt, pauca quidem in omnibus quibuscunque insunt, neq; in paruis, neque in magnis ea spreuimus, tanquam non oporteret intelligere, sed ubique discernere illa proposuimus, utpote qui prius grammatici futuri non simus, quam nos ita comparauerimus. Vera loqueris. Imagines præterea literarum sicubi uel in aquis uel in speculis appareant, non prius cognoscemus quam ipsas literas nouerimus. Est enim hoc artis & exercitationis eiusdem. Est ut dicis omnino. Quorsum hæc inquam? Nempe eadem ratione neque musici prius erimus uel nos uel ipsi quos ad urbis custodiam erudimus, quam temperantia speciosa, & fortitudinis, liberalitatis, & magnificentia, & quæcunq; harum sorores sunt, ipsiq; contraria cognouerimus, ubicunque insint, ita ut & hæc & ipsorum imagines quibuscunque insunt, perentiamus, neque in paruis, neque in magnis contempserimus, sed eiusdem esse putauerimus & artis & studij. Necessè est omnino. Siquo in homine hæc concurrant, ut in animo pulchri mores insint, & in corporis specie illis singula correspondant consentiantq; eandem suscipientia rationem, pulcherrimum hoc erit et qui inspicere possit, spectaculum. Valde quidem. Atqui quod maxime pulchrum, & amabile maxime. Prorsus. Tales quosdã homines maxime uir musicus adamaret: siquid uero absonum aduerneret, minime. Non certe si defectu animi dissonaret: siquid uero duntaxat deesset corpori, sufferret quidem adeo, ut diligere graulariq; uelit. Intelligo equidem, quia tales quidam uel amantur abs te, uel amati iam sunt, atq; assentior. Sed hoc mihi dicas. Est ne ullum temperantia cum soluta nimiaq; uoluptate commercium? Quo nam pacto? Quippe cum uoluptas huiusmodi non minus quam dolor mentem e suo statu dimoueat. Alijs uero uirtutibus? Minime. Quid autem? petulantia intemperantiaq; habent cum excedente uoluptate communionem? Maxime omnium. Habes ne maiorem & uehementiorem uoluptatem quam quæ circa uenerea? Neque uehementiorem ullam habeo, neque furiosorem. Rectus autem amor ipsa sui natura temperate & musice amat pulchrum atque decorum. Prorsus. Nihil ergo furiosum uel intemperantia proprium recto amori est admouendum. Non certe. Neq; igitur iungenda illi est uoluptas ipsa uenerea, neque in ea communicare debent amatores cum legitime dilectis adolescentibus, amantesq; cum amatis. Per Iouem nullo modo o Socrates. Sic igitur ut uidetur in ciuitate recte instituta legem condes, amatorem amare, unã esse, & tangere amatum, si persuaserit, tanquam filium, honestorum causa, atq; in omnibus sic uersari cum eo quem amat, ut nihil unquam præter honestum uideatur ab adolescente requirere. Si contrã faciat, ignominiam subeat, tanquã qui nihil omnino sapiat musicum, pulchrum uel. Sic prorsus. Nonne tibi uidetur finem suum iam sermo de musica consecutus? Quo enim finiri debet, iam applicuit. Oportet enim musicã in amatoris pulchri finiri. Assentior equidem. Post musicã uero gymnastica exercendi sunt iuuenes. Quid nã? Oportet enim & in hac per omnem uitam diligenter à pueris educari. Id autem ita se habet quodammodo, ut opinor. Animaduerte & tu. Mihi quidem non uidetur bene affectum corpus, uirtute sua bonum animum facere, sed contra bene affectus animus, uirtute sua corpus quoad fieri potest, optimum reddere. Tibi uero quid nam uidetur? Quod & tibi. Nonne si postquam mentem sufficienter instruxerimus, trademus ei, ut quæ ad corpus pertinent, diligenter & exacte inquirat & curet, nos autẽ quasi quãdam formulas proponemus, ne longiores simus, recte utique faciemus? Omnino. Ab ebrietate itaq; ipsis diximus abstinendum. Vnicuiq; enim magis conceditur quam custodi ut ebrietate grauat us ubi terrarum sit nesciat. Nempe ridiculum esset, custode indigere custodem. De his autem quid dicemus? Athleta enim hi uiri sunt, & maximi quidem certaminis. Nonne? Maximi plane. Nunquid aliorum Athletarum habitudo custodibus conueniens esset? Fortasse. At uero somnolenta hæc est, & ad ualitudinem dubia. An non uides quod uitam edormiunt, & si parum quidem ab instituto uictu discedunt

dunt, grauter ægrotant exercitatores huiusmodi. Video equidem. Elegantiore igitur aliqua exercitatione opus est bellicosus athleticis, quos tanquam canes insomnes esse oportet, & quã acutissime uidere atque audire, & multas mutationes in exercitu aquarum, ciborum, æstus & frigoris ita perpeti, ut se à morbis defendant. Ita mihi uidetur. Optima igitur gymnastica soror esset simplicis musica, de qua paulo ante tractauimus. Quomodo istud? Simplex utique & conueniens gymnastica, militum exercitatio. Quo pacto. Ab Homero quidem id discere possumus. Nosti enim quemadmodum in belli expeditionibus in heroum mensis, neque pisces ipsis parat quamuis ipsi in Hellepõto mari essent, neque elixas carnes sed assas, quæ facilius à militibus preparantur. Vbiq; enim facilius est, ut ira loquar, ipso igne uti, quam uasa circumferre. Neque unquam uariorum condimentorum, ut arbitror, Homerus meminit. Sed hoc & alij sciunt quicunque exercentur, quod cui corpus robustum esse debet, à cunctis huiusmodi rebus est abstinendum. Recte quidem & sciunt, & abstinent. Syracusanas itaque, o amice, mentas, & Siculas, ut uideris, admodum uaria non laudas obsonia, siquidem hæc ita tibi recte se habere uidentur. Non certe, ut mihi quidem uideor. Vituperas & Corinthi um luxum blandientium puellarum in his qui optima corporis habitudine futuri sunt. Summopere. Quinetiam attica bellaria condimenta, quæ iocunda plurimis & delicata uidentur. Necessè est. Omnem enim ut existimo, huiusmodi uictum si similem esse dicemus melodia & cãtilenæ quæ in omni genere harmonia omnibusq; rhythmis uersantur, recte nimium comparauerimus. Plane. Ibi quidem intemperantiam uarietas parit, hic morum: simplicitas autem secundum musicam in animis temperantiam, secundum uero gymnasticam in corporibus sanitatem. Verissima loqueris. Intemperantia uero & morbis in ciuitate multiplicatis, & iudicum & medicorum ope plurimum indigemus. Vnde iudiciaria & medicina in precio habentur, quando & liberi multi his summopere studeant. Quid nã? Igitur male & turpis disciplina in ciuitate nullam maiorem potes coniecturam capere, quam summis iudicibus, ac medicis indigere, non modo abiectos homines & mechanicos, sed eos etiam qui liberali disciplina educatos esse gloriantur. Nonne turpe uidetur, & mala educationis magna coniectura, ut cogamur ob propria uirtutis inopiam iustitia uti externa, ab alijs uidelicet tanquam dominis & iudicibus iuste operari compulsi? Omnium profectio turpissimum. An non hoc quoque turpius esse putas? quando aliquis non modo omne uitæ tempus in iudicijs, tum accusando, tum defendendo conterit, sed & rudi quadam elatus iactantia in his ipsis negotijs gloriatur, quasi sit potens ad iniuriam inferendam, suisq; uersutis usque adeo tergiuersari ualeat, ut nullas iniuriarum soluat poenas, qui saepe minimarum uilissimarumq; rerum causa tam anxium subit negotium, ignorans quanto præclarius ac melius esset, ita se comparare, ut nullo obseruatore egeat etiam si stertat iudex? Certe hoc illo turpius est. Absurdum præterea existimandum est homines medicis egere non ad uulnera sananda duntaxat, morbosq; curandos intemperie aeris, & pro anni tempore aliter atque aliter incidentes, sed plurimum ad distillationes & spiritus interioris intumescents impetum ob mollitiem atque desidiam, & quem in uictu supra damnauimus, luxum. Quibus effectum est, ut homines lacunarum instar aqua flatuq; exuberantium, nimis opplet, coegerint peritos Aesculapij successores morbos quosdam nouo nomine, distillationes, inflationes appellare. Noua sane hæc morborum, inquit, nomina, nimiumq; absurda. Hæc, ut arbitror, Aesculapij tempore non erant. Quod hinc plane coniectio, quod eius filij apud Troiam, poculum Patrocli iussu oblatum saucio Eurypylo non damnarunt, cum tamen in eo mixta esset Prammio uino farina, & insuper attritus caseus, quæ pituitam augent. Profectio absurdum id poculum, minimeq; ita affecto conueniens. Non. Quia si aduertis, inquam, hac nostra medicinaria facultate morborum pedisse qua, Aesculapij sectatores ante Herodicum, ut fertur, minime sunt usi. Herodicus autem cum esset exercitatorum magister iuuenum, essetq; ualetudinarius, miscens gymnasticam medicinam, primo quidem seipsum, deinde & posteros multos tædio affectit. Quo nam pacto? Longam quippe sibi mortem præstitit. Nam dum morbum qui letalis erat subsequeretur, neque curare, ut opinor, se poterat, & medela studio occupatus omnis reliquis omnibus uitam in hac corporis indulgentia conterebat, male quidem affectus si paulo à consueto

uictu discederet, ægre tamen moriens hac sapientia sustinuit se, senexq; e uita decessit. Egregiam palmam ex arte sua reportauit. Nempe quam decebat reportare illum, qui ignorabat Aesculapium non ignorantia quidem & imperitia medelæ, huius posteris genus hoc non ostendisse: sed quoniam uidebat in ciuitate optime instituta, suum cuique opus assignatum esse, quod perfici necesse sit, nec ulli superesse otium, ut per omnem uitam ualitudinarius in corpore curando occupetur. Quod quidem, modo quodam ridiculo in artificibus animaduertimus; in illis uero qui opulenti felicesq; cęsentur, nequaquam. Quomodo istud? Faber siquando in morbum incidit, breuem à medico curationem exigit, uel per uomitum, uel defluxum uentris, uel uisionem, uel incisionem. Si quis autem diuturnam illi uictus obseruationem præcipit, capitisq; suffarcinationes cęteraq; huiusmodi, statim objicit non esse sibi ad agrotandum ocium, neque præstare sibi ita uitam trahere continuas curationibus incumbenti, suumq; opificiũ negligentĩ. Deinde medico hoc dimisso ad consuetum uictum reuertens, si conualescit, opus suum exequitur; si autem sustinere corpus morbum non potest, uita functus negotijs liberatur. Ita profectio medicinis uti artifici conuenire uidetur. Atque idcirco opus illi propositum esse dixi, quod nisi peragat, uiuere ipsi non præstat. Constat. Diues autem, ut diximus, opere nullo urgetur, à quo si quando uideatur, non amplius sit ei uiuendum. Nullo profus, ut fertur. Phocylidem forte non audis dicentem, oportet uirtutem exercendam esse, dum uiuendi facultas iam suppetit. Arbitror autem & prius. Nihil in hoc illi aduersum, sed ipsi nos doceamus, utrum id hoc pacto meditari diues debeat; aut si minus in alendis morbis tempus terat, non sit illi uiuendum. Fabrilis siquidem arti acceteris impedimento id est. Nam ab opere mentem diuertit. Præceptum uero Phocylidis nihil impedit. Per Iouem, inquit, ferme omnium maxime, siquidem magis quam gymnastica superuacua ista curatio corporis ubi producitur, nos occupat. Etenim rei familiaris & militaris, & urbanis omnibus magistratibus obest plurimum quod ue deterrimum est, discendi studium, & omnem intelligendi, meditandiq; diligentiam impedit, dum capitis dolores semper & uertigines suspicatur: studiumq; sapientiæ causatur, quasi ex eo ista nascantur. Quamobrem ad uirtutis exercitationem, probationemq; nobis omnino impedimento est. Efficit enim ut semper agrotare putemus, neque desinamus unquam de habitu corporis queri. Consentaneum est. Hęc cum uideret, arbitror Aesculapium, hominibus natura educationeq; beneualentibus, deinde uero morbo quodam exterius lato & subito agrotantibus, eam ostendisse medicinam, qua pharmacis, & incisionibus infirmitas tolleretur, uidelicet consueto deinde uictu seruato, ne ciuilia negotia disturbaret. Corpora uero penitus interiori corruptione morbosa nequaquam aggressum fuisse diligentia uictus & diuturna obseruantia in uita producere, ita ut & agere uiuerent homines & ualitudinarios, quod inde sequitur, filios generarent. Neque uero censuit curandum, qui non posset in constituto & solito uictu ac regula uiuere, tanquam neque illi ipsi, neque ciuitati id conferret. Ciuilem uirum dicit Aesculapium extitisse. Constat plane, filijq; ipsius talem eum fuisse testantur. An ignoras illos apud Troiam in rebus bellicis claruisse? quanquam & medicinæ studio, quemadmodum ego dicebam, utebantur. Non meministi quod Menelao Pandari manibus uulnerato cruorem uulneris absterferunt, & unguentis mitigatibus perunxerunt; legem uero certam circa cibos ac potus nihilo magis quam Eurypylo præscriperunt; quasi pharmaca ad curandos sufficerent homines, qui ante accepta uulnera & firmi corporis habitu & uictu moderati fuissent, licet protinus dictum poculum ebibissent: homines autem & natura & incontinentia morbosos uiuere, neq; ipsi ipsis, neq; alijs conferre putabant, neq; citca illos uersari artem, neq; esse curandos etiam si Mida locupletiores essent. Scitos admodum uiros fuisse perhibes Aesculapij filios. Decet sane, quanquam nobis tragici & Pindarus parum astipulantur. Aesculapium enim ferunt Apollinis filium extitisse, atque auro inductum ut hominem pecuniosum cum extrema aegritudine ad mortem ferere opereretur, in uitam restitueret. Vnde & fulmine percussum. Sed nos propter illa quæ supra diximus, illis hæc utraq; non concedimus. Imo si dei filius fuit, lucri turpis auidum fuisse negabimus: si turpis auidus lucri, dei fuisse filium reiiciemus. Probe quidē ista dicuntur. Sed de hoc quid ais, o Socrates? An non bonos medicos habere oportet in ciuitate

tate? Essent autem tales maxime, quicumque fuissent cum sanis plurimis; plurimisque agrotantibus conuersati. Iudices item similiter, qui uaria hominum ingenia essent experiti. Et ualde quidem bonos dico. Sed nunquid intelligis quos tales esse arbitror? Si dixeris. Tentabo equidem. Tu tamen non similem rem sermone eodem interrogabas. Quæ ratione? Medici quidem sufficientissimi euaderent, si ab ineunte ætate ultra discendæ artis studium inter plurimos corpore male affectos conuersarentur, ipsiq; omni morborum genere laborarent, naturaq; imbecilla essent. Neque enim corpus, ut arbitror, corpore curat. An nõ fieri potest, ut quæ fuerit sitq; mala, bene aliquid curet? Recte quidem. Iudex autem, o amice, ipso animo ipsi animo imperat. Nonne possibile est à pueritia animum aliquem cum malis animis conuersatum, & iniusta quæque facinora operatum, acute denique ex seipso aliorum scelera coniectare, quemadmodum ex ipso corpore morbos? Num infontem ipsum imperitumq; malorum morum, dum est setiuens, extitisse oportet, si bonus & honestus existens iusta syncere est iudicaturus? Quapropter modesti homines, dum iuuenes sunt, stolidi esse uidentur, & qui facile ab iniustis decipi possint, tanquam qui non habeant in seipsis eadem quæ habent improbi, affectuum exempla malorum. Omnino certe id patiuntur. Verumenimvero non iuuenem, sed senem esse bonum oportet iudicem, qui sero quale quid iniustitia sit, didicerit: tanquam qui non propriam in animo suo eam senserit, sed alienam in alienis animis longo tempore nouerit, atque idcirco cuiusmodi sit malum discernat, scientia potius quam propria experientia iudicās. Generosissimus certe iudex huiusmodi esse uidetur. Et bonus præterea, quod ipse quærebatur. Qui enim bonum habet, remouet & animum, bonus est. Versutus autem ille ac mala suspicans, qui multa agit iniuste, sagaxq; & sapiens habetur, quando cum sui similibus uersatur, cautus callidusq; apparet, cum ad exempla quæ in eo sunt, mentem dirigens sibi satis caueat. Quando uero bonis senioribusq; adhæret, fatuus, cum ultra quam decet diffidat, sanumq; & syncerum morem ignoret, quippe qui exempla illius non habeat. Cum uero frequentius cum malis quam cum bonis uersetur, sapius quoq; sapientior quam insipientior sibi alijsq; uidetur. Vera proculdubio loqueris. Non ergo talem quærere oportet iudicem tanquam bonum & sapientem, sed qualem paulo ante dicebam. Prauitas enim neque se, neque uirtutem cognosceret unquam. Virtus autem naturæ tempore addita disciplina, & seipsam simul, & prauitatem intelligit. Non igitur malus, ut mea fert opinio, sed hic sapiens euadit. Mihi quoq; ita uidetur. Nonne igitur & medicinam qualem diximus unam cum huiusmodi iudiciaria æquitate in ciuitate lege constitues, quæ quidē eos ciues qui natura, tñ animo, tum corpore bene se habent, enutriant: eorũ uero qui tales non sunt, quotcũque corpore deficiunt, mori sinant: quotcũque malo ingenio procreati, insanabiles sunt, morte mulstent? Hoc fortasse & ipsi qui talia patiuntur, & ciuitati conducit. Constat quinque etiam curaturos iuuenes ne in iudiciaria usum indigentiamq; descendant, simplici illa uententes musica, ex qua nasci diximus temperantiam. Cur non? An non per eadem hæc uestigia musicus gymnasticam sequens, si uolet agere, affequeturq; ut nihil egeat medicina, nisi necessitas cogat? Assentior equidem. Exercebit autem in gymnasticis corpus, respiciens magis ad animositatem naturæ, illamq; excitans, quam ad robur: neq; quemadmodum Athletæ alij corporei roboris gratia uictum instituet, laboresq; adhibebit. Recte admodum. Qui ergo constituunt, o Glauco, musica & gymnastica homines erudire, non ea causa qua multi existimant, studia hæc aggrediuntur, ut hac quidem corpus, illa animum curent. Cur non? Videntur enim utraque animi gratia plurimum exercere. Quo pacto? An non uides ut afficiant animum qui gymnasticam per omnem uitam exercent, musicam non attingunt, uel qui contra faciunt? De quo nam dicitur? De rustica inquam duritia ferocitateq; atque item de mollitie, & mansuetudine. Noui equidem eos qui sola utuntur gymnastica, agrestiores quam oportet euadere. Qui autem duntaxat musica, molliores quam eos deceat effici. Atqui uis ipsa agrestis ad iracundæ naturæ animositatem pertinet: quæ si recte nutritur, fortis euadit: sin autem supra quam decet excrescit, ferocis, ut consentaneum est, ac dura. Assentior. Quid autem uim ipsam mitem & mansuetam, nonne philosophi natura habet: quæ si nimium

coalescit, mollior fit quam decet bene autem si enutritur, suavis atque modesta. Est ut dicis. Dicebamus autem oportere ipsos custodes utraque naturas habere. Oportet sane. Nonne congruere inuicem & concinere oportet? Quid nisi? Eiusque animus in quo haec consonant, temperatus est & fortis. Omnino. Eius autem animus in quo dissonant, timidus & agrestis. Et maxime quidem. Quicumque permittit ut musica animum suum assidue circumsonans occupet & demulceat, perque aures ueluti per insundibula harmonias infundat, quas supra commemorauimus, suaves, blandas, molles, ac flebiles, atque aetatem suam in modulis animum delinientibus consumit, is primum quidem, siquid iracundum habebat, tanquam ferrum demollit, & utile ex inutili duroque efficit. Quando autem incumbit diutius, magis demulcet; post hoc iam liquefacit animum, & resoluit, donec destillando exhauriat animositatem omnem, excindatque tanquam nequos ex animo, ex quo animum quasi segnem militem efficit. Sic est omnino. Ac si a principio hominem nata sit natura sine animi robore, cito hoc perficit. Sinautem animosum, uires animi frangens ad iram reddit praecipitem, ut nimis quibusque offensiuaculis irriteretur, ac facile iterum effluat. Vnde ex animosis iracundi atque morosi effecti, sunt molestia & fastidio pleni. Ita prorsus accidit. Quod si quis gymnasticae ueluti exercitationis se dedat, musica philosophiaeque neglectis, primum quidem firmum corporis habitum consequutus animi uiribus magnitudineque repletur, fortiorque quam esset uadit. Valde quidem. Deinde si in hoc ita perseveret, ut nihil aliud agat, neque musam prorsus attingat, certe si quis erat eius in animo instinctus discendi flagrans cupiditate, imbecillus, surdus, ac caecus efficitur: utpote qui neque doctrinam gustauerit ullam, neque indagacionem rerum, neque ullam penitus rationem, neque musicam aliam, unde ex pergisci potuerit, coalescereque, sensusque suos puros accipere. Sic plane. Rationi aduersus, ut arbitror, uir huiusmodi, & a musis redditur alienus, ac nulla alterius persuasione rationibus inducta utitur: sed ut & agresti immanitate tanquam fera quaedam ad omnia fertur, inque incitibus & ruditate sine ritmo & gratia & urbanitate uiuit. Omnino sic se res habet. Postquam duo haec sunt, ut apparet, artes duas assererem deum aliquem hominibus tribuisse, musicam & gymnasticam, ad animositatem, philosophicam uenaturam, non ad animum & corpus, nisi per accidens fuerit, sed ad illa, ut inuicem consonarent, intentia uidelicet atque remissa quatenus deceat. Sic apparet. Eum igitur qui pulcherrime gymnasticam cum musica miscet, moderatissimeque haec animo adhibet, merito absolutissimum musicum diceremus, & summa harmonia compositum, magis quam eum qui chordas unam contemperat. Et merito quidem, o Socrates. Nonne ergo huiusmodi aliquo praeside semper in ciuitate nobis opus erit Glauco, si debet salua fore re publica? Erit certe summopere. Hi ergo disciplinae educationisque modi essent. Chorea enim huius generis esse recte dicat aliquis, uenationesque caeteras, & quae canibus sunt, gymnica item certamina & equestria. Ferme enim constat sequi haec illa debere, neque inuentu difficilia fore. Forte non sunt difficilia. Quid nobis praeterea distinguendum? Nonne horum omnium quinam imperare debeant, qui parere? Cur non? Constat quidem seniores imperare oportere, iuniores subesse. Costat profecto. Et hoc liquet, ex his esse optimos eligendos. Liqueat certe & istuc. Agricolarum optimi nonne hi sunt, qui maximam agrorum habent colendorum peritiam? Profus. Nunc autem cum ex custodibus optimos eligi oporteat, nonne eos qui maximam custodienda ciuitatis peritiam habent? Eos plane. Prudentes ergo ad hoc esse eos oportet, potentesque, & qui reipublicae curam habeant. Est ita. Curat autem quisque maxime id quod maxime diligit. Necessae est. Atque ad hoc diligit maxime cui conseruare eadem ac sibi existimat, & ex cuius felicitate uel infelicitate suam arbitratu felicitate infelicitatem uel pendere. Sic est. Eligendi igitur ex omnibus custodibus hi maxime qui nobis considerantibus uideantur per omnem uitam summo studio ea facere, quae re publica esse ducunt; quae uero contra, cauere. Commodissimi certe hi sunt. Obseruanda itaque sunt, ut arbitror, in singulis aetatibus, utrum praecipuum hoc seruent, neque tanquam praestigij quibusdam decepti, neque ui uilla compulsi, sui que ipsorum obliuiscant eam opinionem, qua ea sola censentur agenda, quae sunt optima reipublicae. Quam electionem dicis? Dicam tibi, uidetur mihi opinio mente excedere, uel sponte, uel inuite. Sponte quidem

quidem falsa, in eo qui dediscit falsa, uera discit. Inuite autem, uera quaeque opinio. Quod de uoluntario abscesu dicis intelligo: quod autem de inuito, discere cupio. Nonne putas bonis homines inuite priuari, malis autem sponte? An non mentiri, uerumque nescire malum est, uere autem iudicare bonum? Nonne opinari ea quae sunt, uerum putare tibi uidetur? Probe loqueris, mihi que uidentur homines inuiti uera opinione priuari. An non uel surreptione, uel deceptione, uel ui hoc patiuntur? Neque istud intelligo. Tragice porro loqui uideor. Surripi enim opiniones ipsi dico, qui sententiam mutant, uel sensim tempore obliteratam, uel clam aduersa ratione subtractam. Nunc intelligis? Intelligo equidem. Vim autem illis inferri, quos dolor, cruciatus, aliter sentire cogunt. Istud intelligo equidem, ac recte dicis. Subducti autem quasi praestigij eos, ut arbitror, tu quoque dices, qui priorem deponunt opinionem, uel uoluptate permulsi, uel metu perterrefacti. Videntur sane quaecumque decipiunt, praestigij nos seducere. Quod igitur nuper dicebam, quaerendum est quinam constanter seruent eam, quae apud ipsos est sententia, id uidelicet semper agendum esse, quod reipublicae conducere arbitrantur. Obseruandi sunt igitur statim a pueritia, eaque illis opera proponenda, ex quibus aliquis maxime praecipuum illud obliuisci, fallique possit. Atque is qui seruat illud memorerit, neque subducitur, eligendus: qui contra abijciendus, an non? Certe. Ergo & labores & dolores illis & certamina opponenda, in hisque haec eadem obseruanda. Scite. Nonne secundum speciem illam tertiam, hoc est, quasi quandam praestigiorum hallucinationem pugandum est? & quemadmodum qui inspicere cupiunt nunquid pulli pauidi sint, necne, ad strepitum illos, & tumultum ducunt, sic iuniores in terribilia quaedam impellendi, atque item oblectamenta, in hisque multo magis quam igni aurum examinandum: ut ita comperiamus, si extet aliquis inter eos qui non facile irretiat, sitque compositus in omnibus, sui ipsius custos optimus, & eius quam didicit musicae conseruator, concinnumque & consonum se in his omnibus praebat. Qualis uir esset & sibi & patriae utilissimus. Atque is qui singulis aetatibus semper pueritia, adolescentia, natura, aetate probatus est, & immaculatus existit, custos & princeps est ciuitatis constituendus. Honores huic tribuendi & uiuenti & mortuo sepulchrorum & aliorum monimentorum maxima munera fortenti. Qui uero talis non sit, abijciendus est. Huiusmodi igitur o Glauco delectus & institutio principum & custodum esse debere mihi uidetur, ut summam potius quam ex aere sit dictum. Idem & mihi uidetur. Igitur uerissime uocabuntur hi quidem custodes omni ex parte, tam externorum hostium, quam internorum amicorum, ut isti nolint, illi nequeant malum aliquid machinari. Iuuenes autem quos paulo ante custodes nominabamus, recte auxiliarij defensoresque institutionum ipsorum principum appellabuntur. Sic & ipse sentio. Quis itaque modus erit quo ex his mendacijs quae aliquando decent, quae admodum & nos in superioribus generosum quiddam mentientes induximus, per suadeamus prius quidem principibus: sin minus, saltem reliquis ciuibus? Quale istuc ais? Nihil noui equidem, sed Phoenicium quiddam: quod ante quidem apud multos factum est, ut poetae dixerunt & persuaserunt, nostris uero temporibus minime: nec scio si futurum unquam, persuadere certe est arduum. Quam pigre ad dicendum uideris accedere. Videbor equidem tibi postquam dixero, haud ab re piger. Dicage, nec timeas. Ecce iam dico, quantum nescio qua audacia quibusque uerbis fretus dicam: atque aggrediar primum ipsis principibus, & militibus suadere, deinceps autem & reliquis ciuibus, quod ea quibus nos ipsos enutriuimus erudiuimusque tanquam somnia uisum sunt circa se ipsos omnia habere. Erant autem tunc reuera sub terra, intus formati & nutriti ipsi, & arma eorum & supellex omnis. Postquam uero omnino perfecti fuerunt, terra ipsos ut mater eduxit. Et nunc quidem tanquam matri ac nutrici, regioni huic in qua sunt, consulere debent, atque succurrere si quis eam inuaserit, deque caeteris ciuibus tanquam de fratribus terra genitis, cogitare. Non ab re iam ante pudebat hoc mendacium dicere. Recte admodum, sed audi iam reliquum fabulae. Estis utique omnes in ciuitate tanquam fratres, (Sic enim dicemus apud eos fabulantes) sed cum deus formaret, quicumque uelutrum quod honoratissimi sunt. Illis autem qui ad auxiliandum, argentum indidit. Ferrum denique atque aes agricolis & alijs opificibus. Tanquam igitur eiusdem generis omnes, similes uobis plurimum generatis. Euenit autem quandoque, ut ex auro nascatur argenteus, & ex

argenteo similiter aureus, cæteraq; ita uicissim. Quapropter ipsis principibus & primo & maxime deus præcipit, ut nullius rei maiorem curam custodiamq; suscipiant quam nationum, ut dignoscant quid ex quatuor his potissimum, illorum animis sit immixtum; & si quis ex ipsis nascatur æneus aut ferreus, nullo pacto miserentur, sed honorem illi naturæ convenientem tribuentes, inter opifices uel agricolas mittant. Rursusq; si ex illis nascatur aliquis aureus uel argenteus, honorantes extollant partim quidem in custodes, partim auxiliarios: quasi oraculum sit, tum rem publicam perituram, cum ipsam uel æneus custos uel ferreus gubernabit. Habes ne quomodo huic fabulæ fidem adhibeant? Nullo modo, quo pacto istius quo autē modo istorū filij ac reliqui posterij, habeo. At hoc bene se haberet ad maiorem curam sui & ciuitatis habendam. Ferme quod dicis intelligo. Et hoc quidem illuc tendit, quod oraculum perducet. Nos autem hos terra genitos armantes ducentibus principibus producimus. Profecti autem explorent, ubi nam in ciuitate sit optimum castra ponere, unde & eos qui intus sunt, maxime cohabeant, si quis nolit legibus suis obtemperare; & eos qui extra, repellant, si hostes tanquam lupus ad ouile perrexerint. Cum uero castra posuerint, et quibus oportet sacrificauerint, tabernacula struant. Sicne aliter? Sic certe. Num huiusmodi qualia cōtra hyemes & calores sufficiant? Quid nō habitationes enim dicere mihi uideris. Sic aio, sed militares non opulentas & metatortias. Quo differre asseris hoc ab illo? Conabore quidem declarare. Grauiusimum quippe omnium, & turpissimum pastoribus esset, si ita canes gregis custodes futuros nutrent, ut ex intemperantia, aut ex fame, aut ex aliqua alia mala consuetudine, canes ipsi aggrediantur pecuaria ledere, & pro canibus similes lupis efficiantur. Graue nimium. Omnino itaq; nobis cauendum, ne quid tale aduersus ciues efficiant, qui defensores adhibentur, cum ipsis ualentiores sint, neque beneuolorum loco sociorum, agrestibus dominis se similes præbeant. Cauendum sane. Nonne maxima esset adhibita cautio, si reuera præclare educati sint? Sunt quidem. Hoc quidē amice Glaucō, asseuerare non decet, quod autem nuper dicebamus, nimumum decet, quod oportet ipsos rectā, si qua est, consequi disciplinam, si modo mites futuri sunt & sibi inuicem & his quos custodiunt. Et recte quidem. Ad hanc igitur disciplinam quisque sanæ mentis diceret, habitationē & reliquam supellectilem ita adhibendam, ne ipsos quo minus optimi uiri essent, prohiberet, neq; eos ad cæteros ciues ledendos induceret. Et uere quidem. Inspice igitur an tali quadam ratione eos oporteat & uiuere & habitare, si quidem futuri sint tales. Primo quidem nemo proprium quicquam possideat, nisi quatenus summa cogat necessitas. Deinde neque domum neque penu habeant, quod non omnibus pateat aditus. Quæ uero ad uitium pertinent, tanta sint apud eos quantis indigent militares athletæ temperati ac fortes: accipiantq; ex instituto ab alijs ciuibus mercedis tantum custodię gratia, ut exacto anno, neque defit quicquam, neque superfit. Conferentes autem se ad commessationes, perinde atq; in castris, communi uescantur conuiuio. Dicendumq; est illis, aurum & argentum diuinum à dijs in animo eos habere, neq; humano auro indigere, neq; sanctum esse, illius possessionem admixtione mortalis auri inquinare. Nempe ex uulgi pecunijs multa impia prouenerunt: quod uero inest illis aurum, prorsus immaculatum. Profecto solis ipsi ex omnibus qui sunt in ciuitate, aut sub tecto suo recipere, aut circumferre, uel ex ea materie bibere, nefas. Hoc ergo pacto & sibi & ciuitati salutem parent. Si quando uero domum sibi aut agrum aut pecuniam priuatim possederint, administratores familiæ, & agricolæ pro custodibus erunt, & uice eorum qui ciuibus auxilio sint, domini eorum in sensu efficientur; & ipsi odio habitij, odioq; alios habentes, & in sidias parantes, pariterq; patietes, uitam uniuersam degēt. Vbi multo magis ciues quam externos hostes timebunt, accedentq; iam tūc proxime ad perniciem tam ipsi quam reliqua ciuitas. Horum igitur omnium causa dicamus custodes ipsos circa domum & reliqua omnia ita instructos esse debere. Hæc q; lata sit lex, an non? Sic esto.

ARGUMENTVM MARSILII FICINI
in Dialogum quartum De iusto.




RADITVR in quarto libro modus possessionis atq; ciuitatis, ut neque diuites, nimumum ciues sint, neque pauperes. Putat enim tam ex nimia cōpia quam inopia seditiones oriri, ciuitatemq; dissipari. Iudicat præterea ciuitatem illam non esse unam, sed plures, in qua alij quidem pauperes sint, alij uero diuites: atque ut fieri solet, diuites contemnunt pauperes: hi uero erga illos, & inuidia afficiantur & odio. Unde sensum descendit ad mysterium suum, ut omnia uideret licet sint communia, ne alij minus, alij uero plus habeant, & inde inuidia, mendacia, furta, & hinc luxuria, superbia, pigritiaq; nascantur. Adde quod possessio rerum tam excedens quam deficiens, non solum moribus & concordia, sed in ingenio etiam & artibus obest. Docet non diuitijs, sed uirtute seruari ciuitatem, magnaq; genera. Item quilibet ciuitatis partem non ita disponendam esse ut in seipsa quam optime habere se uideatur, sed ut cunctis conferat, communiq; ciuitatis totius conducatur bono. Alioquin neq; ciuitatem ipsam, neque partes illas posse consistere. Adde præterea ciuitatis augendæ modum, quatenus scilicet ciuitas una permaneat. Ad eam primum perdiuitas posse uidetur, non esse ulterius augendam. Præcipit ergo, ut neque exigua, neque uasta sit ciuitas, sed mediocris & qualisq; & concors, quo eius unitas conseruetur. Quoniam uero messes frustra sperat qui negligens fuit in seminando, idcirco totum studium circa pueritiam adolescentiamq; adhibendum esse iudicat, quasi circa messis urbanae sementem, adeo ut etiam uerborum, ludorum, gestuumq; singulorum ratio diligens circa pueros adolentesq; habeatur. Alioquin si negligatur hæc ætas, non aliter circa leges quotidianas frustra laboratum iri, quam si quis pharmacis eum quotidie curare contenderit, qui nullum seruare uelit in uita temperantiæ modum. Inter hæc considera ludos in studia sensum, moresq; conuerti, item sicut homini & natura robusto, & uictu prudenti atque temperato, nullis penè unquam opus est medicinis: ita ciuitati & optime ab initio constitutæ, & in ea forma persueranti, neque multis ab initio legibus, neq; quotidianis deinceps constitutionibus opus esse. Malas uero respublicas, in quotidiana quidem per nouas leges curatione uersari, nunquam uero bene ualere. Quapropter in hac republica tanquam optima, Plato nullum circa leges adhibuit studium, sperans prudentes bonosq; uiros leges esse uiuentes. De legibus uero sacris quid? Multo certe minus in his censuit laborandum. Nemo enim qua ratione colendus sit deus intelligit unquam, nisi prius intelligat deum. Diuinum uero solem nisi ipso diuino sole se monstrante, uidere non possumus. Petendas ergo religionis leges ab Apolline, id est, diuino lumine, iudicat: petendas inquam non lingua, sed purgata mente atq; serena. Nihil quidem hic de historia tangat oraculorum. Hæc enim notissima sunt. Allegorice uero significat Apollinem, id est, diuinum lumen; sedere, id est, firmiter adesse: mediæ terræ, id est, ubique rerum omnium penetrabilibus. In umbilico conuiescere, id est, in mente à sensibus segregata, atque instar figure motionisq; spherice in se reflexa. Præterea Apollinem omnibus esse patrium, id est, præsentem & familiarem, atque propitium: patrem quidem nascentibus, patriam denique reuertentibus. Constituta uero republica deinceps quatuor in ea uirtutes agnoscit. Prudentiam in principibus, id est, recte custodiendi consulendiq; scientiam. Fortitudinem in militibus, id est, firmam sententiam inuitis tam illecebris quam minis audendi pro patria in periculis, quatenus leges magistratusq; precipiunt. Temperantiam in principibus simul & militibus, atque artificibus, id est, consensionem quamdam qualibet cuncti conueniunt, ut alij quidem imperent, alij pareant: & inter eos qui parent, alij quidem in bello, alij in officio pareant: neque ob uoluptates ulla consensio talis impediatur, immo cupiditates inferiorum, superiorum imperio consilioq; obtemperent. Iustitiam quoque in omnibus, per quam suum quisque, id est, ad quod & natura & studio est aptissimus, opus munusq; exequitur tam publice quam priuatim communis commodi gratia, neque quisquam sibi uendicat alienum. Quod autem temperantiam appellauit Diapason harmoniam, intellige Diapason consonantiam resultantem ex dupla tensionis, uelocitatis, uehementie proportionem ad id quod duplo remissius est, tardiusq;, & lenius. Ex qua quidem proportione dupla consurgit acuta, id est, octaua uocis excessus ad grauem, nec immerito. Prima enim proportio dupla inter duo est unum. In qua quidem proportione binarius numerus dum superare uidetur, unum recreat, & geminat unum. Binarium deinde dum mouetur ac reuoluitur in seipsum, octo producit numerum solidum. Bis enim duo bis, octo conueniunt. Dicitur autem diapason, id est, per omnia. Consonantia enim eiusmodi, & omnes intrase continet, & replicatur in omnibus. Nec ab re Plato inquit, temperantiam, quasi diapason extendi per summos ciues in festinosq; & medios. In octaua enim & grauis uox, & acutissima est, sunt & mediæ. Sed ut ad iustitiam redeamus, quemadmodum in diapason consonantia uox octaua cum graui adeo consonat, ut quæ uox gemina est appareat una: sic in bene composita ciuitate temperantiæ grauitas cum iustitiæ robore tam apte congruit, ut due hæc uirtutes uix inimicè discernantur. Et uide quam opportune ex diapason consonantia

ita uocis octauæ Socrates se conferat ad iustitiam apud Pythagoricos octonario numero designatâ. Cumenim iustitia sit æqualis omnino pro cuiusque meritis distributio, ciuitatisq; solidum fundamentum, iuste per octonarium describitur numerum. Hic enim numerus & solidorum primus est, primusq; omnium in numeros ita soluitur pariter pares, hoc est in bis quaternos, ut nihilo minus in numeros æque pariter pares diuisio quoq; ipsa soluat, id est in bis binos, rursusq; quæ æqualitate resoluitur, eadem quoque contextiur. Nam bis bini bis, octonarium, ut dixi, constituunt æqualitatis iuste simulacrum. Quæ propter Orpheus ubi cuiq; diuinam iustitiam obtestari nolebat, per numina octo iurabat, ignem, aquam, terram, coelum, lunam, solem, phanetamq;, & noctem. In Aegyp̄tia quoque columna in signum iustitiæ posita numina octo notabantur inscripta, quemadmodum testatur Euander, Saturnus, Rheus, Osiris, spiritus, coelum, terra, nox, dies. Denique celestis iustitiæ ordinem spheris octo digestum esse omnis arbitratu antiquitas. Socrates post hæc ostendit iniustitiam esse subitum ciuitatis exitium, quando aliena singuli usurpantes omnia perturbant atque confundunt. Iustitiam uero ciuitatis ordinem esse atque salutem. Proinde ex manifestiori hac ciuitatis iustitiâ, ad occultiores transit in animo quasi latentem. Diuiditq; trifariam animi uires, in rationem loco principis, & uim irascendi uice militum, naturamq; concupiscentiæ diopifici similem. Probatq; unam in nobis esse animam, cuius, & in qua hæ tres sint uires, non loco intra se, sed proprietate distinctæ. Quod quidem & Peripateticos quosdam latratore resellit, & cuilibet diligenter legenti potest fieri manifestum. Hanc uero distinctionem adducit, ut pateat quomodo inter se anima atque ciuitas, & illius & huius iustitia sint per similes. Inquit ergo. Cum nequeat anima per eandem sui uim circa idem simul opus posita facere, necesse est eam tres saltem uires habere. Quippe cum eodem in tempore per libidinem rapiatur ad uoluptatem, & per rationem interim reuocetur. Item per libidinem retrahatur à pralio, per iracundiam prouocetur ad pugnam. Ex quibus patet rationem esse à libidine differentem, & ab eadem differre etiam irascendi uigorem. Differre quoque hunc à ratione patet, tum in pueris nondum utentibus ratione, iracundia tamen ualde feruentibus, tum in alijs multa per iram præter rationis legem agentibus. Propinquo uero irascendi uigorem rationi ex eo esse probat, quod indignatio sepe rationi opitulatur contra libidinem. Concludit deinceps iustitiam unâ cum temperantia esse legitimam quandam consensionem, tum in cuiuslibet animo trium quas diximus partium, tum in ciuitate trium his partibus consimilium. Consensionem inquam in gubernando, exequendo, obediendo, atque in proprijs muneribus peragendis, & alienis non usurpandis. Nec immerito hic iustitiam temperantia germanam, nominat harmoniam, ex acutis uocibus & grauius medijsq; constat, uocibus inquam principis & quæstuario medijsq; horum milites referentibus. Deinde ut questionem istam diu adductæ respondeat, quæ rentis quidnam iustitia iniustitiæq; in animo pariant, dicit uirtutem esse animi sanitatem pulchritudinemq;, & robur: uitium uero morbum, turpitudinem, imbecillitatem. Siquidem uirtus cunctas anime partes, ut statuta natura, disponit & seruat. Vitium uero contrâ, naturæ ordinem confundit atque perturbat. Quoniam uero quando deprauata omnino corporis est natura, præstat mori quàm uiuere, etiam si externa nobis abunde suppeditentur, idcirco concludit illius uitam tanquam miseram esse ab omnibus fugendam, in quo anima per quam uiuimus per uitium est deprauata. Postremo in ipso libri huius calce asserit eiusmodi animam ciuitatemq; quam descripsit, optimam esse atque felicissimam. Animam ciuitatemq; regiam, à regina uidelicet hominis ratione dispositam. Adit eiusmodi gubernationem tum regiam appellari, quando inter multos bonos excellat quidam manifeste omnium præstantissimus: tum rempub. optimatum, quando plures pariter uideantur excellere. Omnino uero eandem esse gubernationem existimandam. Annuit quoque se in sequenti libro quatuor reliquas, tum animorum, tum rerum publicarum affectiones ordine distincturum.

DIALOGVS QVARTVS

DE IVSTO



HIC Adimantus respondens, quid ò Socrates afferes, inquit, si quis te dicat nõ multũ hos uiros beatos efficere, cũ tamen ipsi sint quoruũ uera est ciuitas, nihil autẽ ex bonis ciuitatis accipiãt quemadmodum alij, qui & agros & magnificas domos supellectilẽq; huiusmodi domibus conuenientẽ possidẽt, sacraq; dijs priuata faciũt, hospites excipiunt, quæ tu nunc dicebas, aurũ & argentum adepti, & quæcunq; ad felicitatem conferre putantur: isti uero tanq; auxiliarij quidã mercede cõducti in urbe sedent, nihil agentes aliud q̄ custodiam? Certe, inquam ego, ut qui uictum præterea solũ recipiãt, neq; mercedẽ ultra uictum, ut alij solent. Quocirca neque si proficisci priuatim aliõ uelint, licebit ipsis, neque quicquam scori-

tis largiri, aut ad quæuis alia pecunias erogare, eorum more qui beati putantur. Quæ tu & alia multa huiusmodi reprehensione digna prætermittis. Atqui, inquit Adimantus, sint & ista in accusatione comprehensa. Quaritur igitur, inquam, qua ratione defendamus superiora? Nempe istud quæro, inquit. Eandem, inquam, uiam illam ingrediens, inueniemus, ut arbitror, quæ sint dicenda. Dicemus porò nihil mirum fore, si ita isti felicissimi sint. Non tamen ad hoc respicientes constituimus ciuitatem, ut una aliqua nobis gens sit præcipue felix, sed ut quàm maxime ciuitas uniuersa. Speramus enim in huiusmodi ciuitate iustitiam maxime inuenire: contrâ uero in ea quæ pessime instituta esset, iniustitiam. Quibus inspectis, facile nos quod iam diu quærimus, iudicaturos existimauimus. Nunc sane, ut opinamur, beatam fingimus, non ut pauci quidem in ea beati sint, sed ut ciuitas tota. Deinceps autem contrariam contemplabimur: quemadmodum enim si quis nos figuram hominis depingentes uituperet quod pulcherrimis animalis partibus non pulcherrimis etiam colores apponamus: oculi enim pulcherrimum membrum non purpure, sed nigro colore effente depicti: decenter utique responderi uideamur, non oportere adeo nos pulchros oculos pingere, ut ne oculi quidem esse uideantur, ac neque cætera membra: sed considerare debere, si singulis decorem suum attribuentes, totum pulchrum reddamus. Sic neque nunc nos cogas, diceremus, ea custodes felicitate afficeret, quæ illos quiduis aliud potius quàm custodes efficiat. Possemus enim & agricolas hortari, ut preciosissimo corporis cultu auroq; ornati animi tantum gratia colerent terram: & figulos ut à dextra discumbentes, atque ad focum conuiuium celebrantes, missa rota quantum animo lubeat figulinam exercerent: & alios omnes hoc modo beatos efficere, quo uniuersa ciuitas felix esset. Sed ne nos ita moneas. Porò si tibi parebimus, neq; agricola, agricola erit, neq; figulus, figulus, neq; ullus alius formam habebit eorum, ex quibus fit ciuitas. Sed aliorum quidem ratio leuior. Sutores enim facti deteriores deprauatiq;, & simulates id esse quod non sunt, ciuitati nihil inferunt graue. Custodes autem legum & ciuitatis si non sint, sed appareant, uidẽsne ut omnem ciuitatem simul perdant? Rursusq; custodes ipsi bene eam constituendi, beatamq; reddendi soli opportunitatem habent. Quamobrem si ueros ciuitatis custodes quærimus, minime eos eligere debemus, qui nocent ciuitati. Qui uero illud dicit, & agricolas non tanquam in ciuitate, sed tanquam in festa quadam celebritate discumbentes felices facit, aliquid certe aliud quàm bonum considerat ciuitatis. Videndum igitur utrum ad hoc respicientes custodes constituamus, ut quàm maxime felicitate abundant: an potius totius ciuitatis rationem habeamus, ut tota sit felix: auxiliarios autem istos atque custodes cogere & peruadere deceat illa facere, ex quibus optimus sit sui quisque operis artifex, ceterosq; omnes similiter. Atq; ita uniuersa aucta ciuitate, recteq; instituta, sinendum ut singuli quatenus cuiusq; natura capax est, beatitudinis sint participes. Probe, inquit ille, mihi loqui uideris. An & quod huic est proximum, inquam ego, uidebor tibi recte dicere? Quid maxime? Contemplare nunquid ista ceteros quoq; artifices ita corrumpant, ut prauis sint. Quænam ista? Diuitiæ uidelicet & paupertas. Qua ratione? Ita, figulus diues factus uidetur ne tibi ulterius curam suæ artis habere? Minime. Pigror certe negligentiorq; reddetur. Valde.

Quare & deterior figulus. Et istud. Rursus autem si propter inopiam instrumentis & reliquis quibus indiget ars, careat, & opera ipsa deteriora faciet, & filios ac ceteros quoscunq; docebit, deteriores artifices reddet. Quid nĩ? Ex utrisq; igitur tam opulentia q̄ paupertate, & praua artificũ opera, & prauis artifices ipsi sunt. Sic apparet. Alia ergo quadam inuenimus nostris custodibus obseruanda, ne ipsis inscijs in ciuitatem irrepant. Quænam ista? Opulentiam in qua & inopiam. Illa siquidem delicias, desidã, seditio, opulentia & nes, rerum nouarũ studium parit. Hæc autem cum rerum inuouatione illiberalitate, & male, paupertate, sic gignit. Sic est prorsus. Verũtamen ò Socrates animaduerte quælo, quo pacto non oriantur ista hæc ciuitas cũ pecunijs careat, bellum gerere poterit. præsertim si quando aduersus amplã opulentãq; ciuitatẽ arma capere coget. Costat utiq; quod aduersus unã difficile, sed aduersus duas tales, certe facilius. Quomodo istud ais? Quod æquũ est utiq; dico. Principio si cõmittenda pugna est, nõne hi bellicis reb. exercitati, aduersus diuites pugnant? Fateor equidẽ istud. Quid uero Adimãte? Vnus pugil optime ad hoc instructus nõne contra duos huius facultatis ignaros, diuites insuper ac pingues uidetur tibi facile pugna

pugnaturus? Haud forte simul. An forte neque etiam si licuerit subterfugiendo eius qui primus inuadit scelus euitare, deinde subita conuersione eum cedere. Quin si sepius sole & aestu id egerit, plures huiusmodi homines uir talis subiget. Nempe nihil mirū. An non putas diuites pugilum artis plus usu & notitia consecutos esse quam bellicae? Equidem. Facile itaque athletae nostri, ut consentaneum est, cum duplis triplisque ipsorum certabunt. Id quoque admittam. Nam probe loqui uideris. Quid si missa in ciuitatem aliam legatione, uera dixerint: quod nos quidem auro & argento non uitimur, neque nobis fas est, uos ergo bellum nobiscum gerentes, quae alij possident habetote: censes uero alij quos his auditis contra canes duos aptosque pugnare malle potius, quam una cum canibus huiusmodi contra pingues oues ac molles? Haudquaquam mihi uidetur. Verum si in ciuitate una ceterorum pecuniae cumulentur, caue ne minus pecuniosae periculum inferat. Beatus es, quando quidem putas decens esse aliam quandam appellare ciuitatem, quam talem qualem ipsi constituimus. Quid prohibet? Ampliorem appellationem exigunt aliae. Nam quaeque illarum, ciuitates multae sunt, non ciuitas, ut his qui, quod pro uerbo dicitur, ciuitates ludunt. Vna quaeque sane duae est saltem, inuicem dissidentes. Vna quidem pauperum, diuitum altera. Rursusque in utraque istarum permultae: quibus si ut uni intendas, penitus aberrabis: sin ut multis, tribuens ea quae aliorum sunt alijs, tam pecunias quam potentias, aut & ipsos praeterea, socijs auxiliatoribusque semper multis ueris, hostibus autem paucis. Et quatenus ciuitas ita ut nuper ordinata est, temperata existet, maxima erit. Non opinione inquam, sed re uera maximam fore, etiam si mille duntaxat propugnatoribus constet. Ita enim magnam ciuitatem unam haud facile uel inter Graecos uel inter Barbaros quandoque reperies: quae tamen huiuscemodici uitate multo maiores uideantur multis, inuenies. An aliter sentis? Non aliter per Iouem.

An non hic igitur pulcherrimus erit nostris principibus augenda ciuitatis terminus, cui cum tanta fuerit, tantam regionem tribuere decet, reliquam autem dimittere? Quis nam terminus? Arbitror equidem, quousque adaucta ciuitas una permaneat, eo usque augendam esse, non ultra. Praclare. Hoc praeterea praecipuum custodibus seruandum mandabimus, ut nec parua ciuitas, nec magna uideatur esse, sed una atque sufficiens. Atqui leue quid forsitan illis praecipiemus. Est istud leuitus praeterea, cuius in superioribus mentionem fecimus, cum diceremus oportere siue quis custos ignauus nascatur, ad altos mittere: siue ex alijs probus, ad custodes ipsos transferre. In quo plane ostendere uolebamus, quod & aliorum cuium unumquenque ad unum id opus duntaxat ad quod natura est aptus, ducere decet, ut quisque unum aliquod suum opus exercens, non multum, sed unus existat, atque ita ciuitas tota una fiat, non multae. Est hoc etiam illo minus. Haudquaquam, o bone uir Adimante, haec multa ac magna, ut existimaret aliquis, illis praecipimus, sed leuia omnia exiguaque, si unum, ut dici solet, magnum seruent, immo uero pro magno, sufficiens. Quid istud? Educationem, inquam, & eruditionem. Nam si bene educati, uiri moderati euaserint, facile omnia ista discernent, tum alia quocumque nos in praesentia praetermittimus, tum mulierum uirorumque coniunctiones, & procreantiones filiorum, quod uidelicet oporteat amicorum omnia haec secundum prouerbum quam maxime esse communia. Rectissime profecto ita fiet. Etenim res publica si semel coeperit bene, progreditur tanquam circulus semper proficiens. Quippe educatio eruditioque bona seruata, ingenia quoque bona efficit. Rursusque bona ingenia educationem huiusmodi consequuta, meliora etiam quam prius euadunt, tum ad alia, tum ad filios generandos, quemadmodum in ceteris animalibus. Consentaneum id quidem.

Denique ut summam dicam, hoc diligenter est a ciuitatis tutoribus obseruandum, ne clam illis ignorantibus corrumpatur. Immo istud in primis certum, nequid praeter ordinem a nobis datum circa gymnasticam & musicam innouetur, sed illum quam maxime fieri potest quisque sequatur. Et cum dixerit aliquis poeticum illud, homines uidelicet nouis cantibus admodum delectari, metuere debet isti custodes, ne se penumero poetam quis putet non cantilenas nouas, sed modos canendi nouos dicere, eosque laudet. Oportet autem neque laudare quicquam tale, neque suspicere. Cauendum sane speciem musicae nouam inducere, tanquam in toto naufragium. Nusquam enim musicae modi mutantur, absque maximarum legum ciuilium mutatione, ut ait Damon, cui & ipse assentior. Me quoque

De educa/
tione

Prouerbiū

scito, o Socrates, assentiri. Arcem igitur quandam custodiae gratia, hic ipsi custodes ciuicae musicam struere debent. Nempe eiusmodi praeruaricatio clam ac facile surrepit. Certe iocis cuiusdam instar, atque ita ut nihil laedere uideatur. Atqui paulatim nobis familiaris effecta, sensim in mores serpit & studia: ex his deinde ad commercia emergit amplior: demum a commercijs in leges, respublicasque erumpit magna, o Socrates, cum peritiam atque lasciuia, quousque eadem priuatim ac publice cuncta peruertat. An hoc ita se habet? Ita mihi uidetur. Ergo ut a principio diximus, statim a primis annis pueri honestis in iocis assuescendi sunt. Nam si iocis minus decentibus assuescant, nunquam legitimi probique uiri euadere poterunt. Quid nunc? Quando itaque bene incipientes pueri iocari ac ludere, legitimum per musicam morem imbibunt, in contraria his omnino ac superioribus musica terunt, atque prosequitur erigere siquid antea in ciuitate facebat. Vera loqueris. Quae igitur exigua uidentur esse ciuitatis instituta, ut dixi, hi reperient, quae superiores omnia perturbabant. Qualia? Haec uidelicet. Quemadmodum tacere debent coram senibus iuniores, cedere illis locum atque assurgere, parentes colere: quis tonsuramodus seruandus cuique, quibus uestibus calcis uel utendum, & omnino quis corporis ornatus conueniat, ac caetera generis eiusdem. An non putas? Equidem. Atqui legibus haec praescribere, ineptum, ut arbitror, uideretur. Nam neque id usquam fit, neque constarent haec uerbis literisque mandata. Quomodo enim? Apparet itaque, o Adimante, quale cuiusque fuerit puerilis educationis institutum, talia fore etiam quae sequuntur. An non simile semper si mille prouocatur? Cur non? Actandem dicendum id est in unum aliquid summum & potens siue bonum seu malum desinere. Quid prohibet? Haec equidem ratione nunquam statuere legibus haec contenderem. Et merito quidem. Dic per deos, nunquid negotia ipsa forensia mutuaque commercia & pacta in mechanicis artibus, item conuicia & uerba, citationes in iudicia, constitutiones iudicium, & si qua uel circa forum uel portus aut imponenda aut exigenda sunt uectigalia, uel omnino forensia quaecumque iura, uel urbana, uel naualia, & reliqua id genus, an haec inquam uel horum quicquam legibus constituere aggrediemur? Haudquaquam decet uiris bonis praclarisque praecipere. Haec enim plurimum qualia & quomodo statuenda sint, facile ipsi reperient. Nimirum o amice, si deus illis legum illarum quas supra posuimus, salutem prestiterit. Sin minus, ita uitam ducet, ut multa eiusmodi legibus statuunt, corrigantque semper & innovent, putantes ita se quod est optimum assequi. Dicis nempe istos perinde uicturos, ac illos, qui cum aegrotent, propter intemperantiam in salubrem uictum mutare nolunt. Sic prorsus. Enim uero ridiculo quodam modo isti in morbis perseverare uidentur, curationibusque suis nihil aliud assequuntur, quam quod plures uehementioresque morbos efficiunt, confiduntque semper siquis pharmaciae agi consulat, bene se ualuturos. Omnino tales sunt ita laborantibus morbi. Quid uero? nonne hoc in illis gratiosum? quod omnium inimicissimum eum putent, qui uera monet, dicitque non prius pharmaca, uisiones, incantationes, caue quae extrinsecus ad mouent, aut eiusmodi aliqua profutura, quam desinat quis ebrietati, uoraginti, ueneri, otio indulgere? Haud admodum gratiosum istud. Nam indignari aduersus eum qui uisita consulit, gratiam habet nullam. Ergo uitros huiusmodi, ut uideris, nequaquam probas. Minime per Iouem. Neque etiam si ciuitas tota id agat quod modo dicebamus, laudabis. An non idem quod isti facere tibi ciuitates uident, quaecumque male instituit, ciuibus interdicit ne totum ipsum reipublicae statum moueat, alioquin capite damnentur quicunque res innovent? Contra quisquis praesentem gubernationem approbat confirmatque, uoluntatesque gubernantium aucupatus assentitur, suffragatur, & explet, hic demum bonus uir, hic in rebus maximis sapiens, hic honore dignus existimetur? Idem prorsus facere mihi uidentur, neque ullo pacto huiusmodi respublicas laudo.

Quid autem? nonne eorum fortitudinem propensioresque affectum miraris, qui has ciuitates curare contendunt? Admiror equidem his exceptis qui ab ipsis falluntur, putantque reuera ciuiles esse, quod uulgo laudentur. Quid ais? An non istis ignoscis? Nunquid existimas eum qui metiendi sit ignarus, si quando caeteri multi tales quadricubitum esse eum praedicent, effugere posse quin & ipse de se idem existimet? Non istud quidem.

Ne igitur aegte feras. Sunt enim hi quidem omnium modo quodam ridiculo gratiosissimi, qui leges ferunt in his quae diximus, emendantque semper, confidentes se finem aliquem

Institutio puerorum in iocis honestis

Ge reper

reperuros circa ea quæ inque in commercijs committuntur, & circa illa quæ ego paulo ante dicebam, ignorantibus quod reuera tanquam hydræ capita amputant. Certe nihil aliud faciunt. Equidem speciem hanc institutionum circa leges ac resp. arbitror uerum conditorem legum, neq; in male disposita, neque in bene constituta ciuitate curiose tractare: in illa quidem, quoniam inuicta sunt huiusmodi instituta, neq; mouent quicquam: in hac autem, quia partim quisq; reperiet, partim suapte natura ex superioribus studijs proficiuntur. Quid præterea restat nobis lege præcipiendum. Nobis quidem nihil. Apollini autem Delphico maxima, præclarissima, prima instituta. Quanam istarum Temporum constitutiones & sacrificia, ceteriq; deorum & daemonum atque hæroum cultus, sepulchra præterea & funera defunctorum, & quæcunq; sunt ad eos placandos ministeria subeunda. Talia profectio neq; ipsi scimus, & in ordinanda ciuitate nulli credemus alteri, si sapiemus, nulloq; alio utemur interprete, nisi patrio deo. Hic nempe deus in rebus huiusmodi cunctis hominibus patrius interpres, in media terra super umbilicum sedens exponit. Scite loqueris, atq; ita agendum. Constituta iam tibi Aristonis filii sit ciuitas. Deinceps autem & luce aliunde magna illata, per eam & ipse circumspecte, & fratrem uoca tuum, & Polemarchum & alios insuper, ut experiamur si quo pacto iustitia & iniustitia ubi locorum sint, uidere queamus: quouere inter se discrepent, atq; utrum horum consequi debeat is, qui beate uiuere sit, siue lateat seu non lateat deos omnes & homines.

Nihil, inquit Glauco, agis o Socrates. Tu enim inuestigare pollicitus es, quasi impium futurum sit si non pro uiribus fueris suffragatus iustitiæ. Vera admones, inquam ego, & ita certe agendum. Oportet tamen & uos mihi adesse. Sic agemus, inquit. Spero itaq; hac ratione id inuenire. Nempe arbitror ciuitatem, si recte nobis fuerit constituta, absolate bonam existere. Necessè est. Constat utiq; quod sapiens est, fortis, & temperata, & iusta. Constat. Quocunq; horum in ciuitate comperto, reliquum erit quod non dum inuentum. Quid nunc inquit. Si ex alijs quibusdam quatuor, unum aliquid in subiecto aliquo inquireremus, illudq; primo pateret, satis nobis esset factum: quod si tria reliqua prius cõperiremus, ex hoc ipso quæsitum cognosceremus, quia cõstaret nihil esse aliud, q̄ quod restaret. Probe loqueris. An non de istis etiã quandoquidẽ quatuor sunt distaxat, eodem modo quærendũ. Plane. Atqui ex his omnibus prima in ciuitate sapientia præfulgere uidetur, aliquid ue mirandũ circa ipsam apparet. Quid nã? Sapiens mihi reuera ciuitas quam descripsimus esse uidet. Nam cõsulta est. Nonne? Est profectio.

Etenim hæc ipsa in consilijs perspicacia, scientia quædam est. Nõ enim inscitia, sed scientia potius homines bene consulunt. Perspicuũ id quidem. Multa uero ac uaria in ciuitate scientiæ sunt. Sunt. Nunquid propter ipsam fabricarum scientiã, sapiens & bene consulta ciuitas appellanda? Nullo modo propter istã, sed fabricilis. Non ergo sapiens appellanda est ciuitas ex eo quod propter fabricilem scientiã de operibus ligno cõficiendis, qua ratione peragatur, bene consultet. Nõ certe. An forte propter scientiã, quæ enea opera fingit, uel altam talẽ? Certe propter nullã huiusmodi. Neq; etiam propter scientiam consiliũq; fructuum ex terra producendorũ colligendorũq; sapiens nominatur ac bene consulta, sed agricolaria. Sic opinor. Quid uero? Est ne aliqua scientia in ciuitate nuper a nobis condita, apud ciues ullos, qua non de re aliqua in ciuitate, priuata deliberatur, sed de uniuersa potius ciuitate, qua ratione & ipsa ad seipsam & ad alias ciuitates optime sese gerat? Est nimirũ. Quamã hæc, & in quibus? Ipsa scilicet cultu diendi diligentia, & in his principibus quos modo custodes perfectos appellabamus. Propter hanc ergo scientiam quo nomine ciuitatem nuncupas? In consultãdo perspicacem, ac reuera sapientem. Vtrũ plures in ciuitate fabros ararios, quam ueros hosce studiosos esse putas? An cõtra? Multo certe plures ararios fabros. An nõ & reliquorũ omnium artificũ, quicunq; aliquid esse dicuntur, isti paucissimi erunt? Paucissimi admodum. Ergo ex minima quadam gente suisq; parte, & ex scientia quæ in præsidente & principe parte inest, tota sapiens erit secundũ naturam ciuitas instituta: atq; id, ut uidetur, natura paucissimum rarissimumue genus, cui conuenit esse huius scientie particeps, quam solam ex omnibus alijs decet sapientiam appellare. Verissima narras. Hoc itaq; unum ex quatuor, non uides qua ratione inuenimus? Et ipsum. Et qua sit ciuitatis in parte locatũ? Mihi quidem sufficenter uidetur inuentum. At uero neq; inuẽtu difficile est, quid

quid fortitudo sit, quæ ciuitatis in parte locetur, propter quam fortis ciuitas nuncupatur. Quoniam pacto? Quisnam ad aliud quicquam respiciens ciuitatem uel timidam, uel fortem nominat, quam ad eam partem quæ pro ipsa pugnat ac militat? Certe nullus ad aliud. Neq; enim alij in ipsa uel timidi uel fortes existentes autoritatem habent, qua sit eam uel timidam uel fortem reddant. Non certe. Fortis igitur ex parte sui aliqua ciuitas erit, ex eo quod in ea uim quandam habeat, quæ ratam in omnibus seruat opinionẽ, quod ea duntaxat terribilia sint, & talia, quæ & qualia legislator in eruditione pronunciat. An non hanc fortitudinem uocas? Non satis quod dixisti percepisti, dicas iterum. Conseruationem quandam fortitudinem esse dico. Quam conseruationem? Opinõnis uidelicet lege per educationem conceptæ, qua iudicatur quæ terribilia sint et qualia. In omnibus autem eam cõseruationem esse dixi, hoc est ut rata semper & ubiq; seruetur, siue quis doloribus afficiatur, seu uoluptatibus, aut cupiditatibus, aut timoribus, nec ullo pacto quis propter hæc ab ea dimoueat. Cui autem simile esse id arbitror, si uis tibi aperiam. Cupio equidem. Nescis quod fullones, quoties uolunt lanas purpureo colore inficere, primo quidem ex tor coloribus album eligunt, deinde non mediocri opera præparant, ut quammaxime florem suscipiant, atq; ita demum colore inspergunt purpureo. Quod autem ita est tinctum, indelebile permanet, neq; sola aqua dilui, neq; etiam additis his purgationibus, quæ ad abstergendum pertinent, aboleri flos ille coloris potest. Quæ autem non ita præparata sunt, scis qualia euadant, seu alijs coloribus, seu istis tingat aliquis, cum minus antea excoluerit? Certe deformia sunt, coloresq; eorum facile diluuntur. Tale aliquid facere studuisse nos pro uiribus cogita, quãdo milites ipsos eligeuimus, eosq; in musica & gymnastica erudiebamus: atq; existima nihil nos aliud excogitasse, q̄ ut nobis quam optime persuasi leges insuper coloris cuiusdam imbiberent: adeo ut eorum opinio de rebus terribilibus, deq; cæteris omnibus immobilis perseveret, ex eo quod optima natura geniti fuerint, & decenti educatione nutriti, neq; colorationem eorum delere ualeant purgamina ista ad diluendum uehementissima: uoluptas scilicet omni saporis acrimonia, aluminisq; & calcis ad expurgandum acrior, dolor item, metus, atq; cupiditas omni alio purgamine ad abstergendum potentiora. Hanc utique uim passim recte legitimaq; opinionis conseruatricem, circa terribilia eorumq; contraria fortitudinem uoco equidem atque assero, nisi tu forte quid aliud dixeris. At ipse nihil aliud. Videris enim opinionem eandem de eisdem absq; disciplina conceptam, ferinam uidelicet & seruilem, haud quaquam existimare legitimam, sed aliud quiddam quam fortitudinem nuncupare. Verissima loqueris. Admitto igitur hanc fortitudinem esse. Intellige insuper & ciuilem, atque ita recte accipies. Deinceps autem de hac si uolueris aliã diligẽtius pertractabimus. In præsentia uero non istud quidem, sed iustitiam quærebamus. Ad cuius inuestigationem, satis de hac, ut arbitror, dictum. Præclare loqueris. Duo restant præterea in ciuitate consideranda, temperantia scilicet, & cuius gratia omnia indagamus, iustitia. Prorsus. An quoquo modo iustitiam iam ipsam reperire potuimus, ne rursus in inuestiganda temperantia immoremur? Haud uideo equidem qua ratione id fieri possit, quin neq; uellem prius nobis iustitiam innotescere, quam temperantiam cõsiderauerimus. Quare si mihi obsequi uis, prius hoc quam illud inuestigato. Volo equidem, ne sim iniurius. Inquire iam. Ecce perquirò, atq; ut hinc intueri licet, consonantia & harmonia magis quam superiora similis est. Quo pacto? Ornatus quidam est temperantia, & a uoluptatibus cupiditatibusq; quibusdam, ut perhibent, abstinentia. Dum uero temperatum hominem seipso potentiorẽ, suisq; uictorem nescio quo modo esse dicunt, & quædam similia, tanquam uestigia nonnulla temperantiæ signant. An non? Maxime omnium. Nõ ne quod seipso potentius nuncupatur, ridiculum quodammodo apparet? Quisquis enim seipso potentior, seipso quoq; imbecillior erit: rursusq; qui imbecillior & potentior. Idem quippe aliquis in his omnibus appellatur. Quid nunc? Atqui uidetur mihi id uelle sibi hic sermo, quod in hominis anima duo quædam sunt. Vnum quidem melius, alterum uero deterius. Et quando quod natura melius deteriori dominatur, tunc aliquis seipso potentior dicitur, atque hoc sermone laudatur. Quoties autem propter improbam nutritionem uel consuetudinem aliquam, quod est melius, cum minus ipsum sit, deterioris multitudinem superatur, hoc ex opprobrio quodam seipso imbecillius dicitur: & qui ita affectus

est, intemperans appellatur. Sic apparet. Contemplare hanc nuper à nobis condita civitatem, inueniesque ipsi alterum horum inesse. Potentior quippe ipsam seipsa iure uocata fateberis. Nam si melius in ea priori imperat, temperata dicenda est, & seipsa melior. Contemplor equidem, ac uera loqueris. Enim uero plurimas uariasque cupiditates, uoluptates, dolores, in his omnibus reperire maxime quisque poterit, mulieribus & ministris, & eorum qui liberi esse dicuntur in ipsis plebeis abiectisque hominibus. Omnino quidē. Simples autem & moderatas, quæ cum mente & opinione recta, ipsa ratio, cinatione ducunt, in paucis sane reperies, & his quidē natis optime & optime educatis.

Vera hæc sunt. An non hæc in ciuitate hæc esse uides, atque hic cupiditates uulgi uilissimæ personas superatas à cupiditatibus & temperantia paucorum modestorumque uirorum?

Cerno equidem. Siqua igitur ciuitas potentior cupiditatibus & uoluptatibus atque item ipsa seipsa, hæc maxime talis appellanda est. Prorsus. Itaque nonne iusta hæc omnia & temperata? Maxime. Atqui si in ulla alia ciuitate tam subditis quam imperantibus opinio, quibus deferre potissimum imperiū deceat, hæc inest, in hac præcipue inesse oportet: an non ita censeres? Magnopere istud quidem. Quibus itaque potissimum ciuibus inesse temperantiam dices, quotiens sese ita habuerint? in principibus ne? an in subditis. In ambobus quodammodo. Cernis quam apte uaticinati sumus paulo ante, harmoniæ cuidam esse similem temperantiam? Cur nam? Quia non quemadmodum sapientia & fortitudo in partibus quibusdam facentes, illa quidem sapientem, hæc fortem efficit ciuitatem, ita modestia quoque: sed instar harmoniæ quæ diapason dicitur, per totam ciuitatem diffunditur, efficiens ut in idem debiliores homines fortioresque & modesti, prudentia, potentia, multitudine, pecunijs item aut alio quodam huiusmodi consonent.

Temperantia quapropter rectissime possumus temperantiam hanc appellare cōcordiam, deterioris uel delicti & potioris secundum naturam consensionem, quæ doceat, quem uel in ciuitate, uel in unoquoque conueniat dominari. Assentior equidem. Cum ita sit, tria iam nobis in ciuitate comperta sunt, ut ex his apparet. Reliqua uero species, propter quam præterea uirtutis particeps ciuitas esset, quenam erit? Constat hanc esse iustitiam. Constat plar-

Inuestigatio iustitia ne. Nunquid iam nos oportet, ô Glauco, tanquam uenatores hunc cespitem circumdare, circumspiciētes nequa ex parte iustitia subterfugiat, & ab oculis euanescens, sese occultat? Patet enim hic esse. Fige itaque passim intuitum, atque annitere si quo modo possis prior me eam cernere, ipsumque mihi ostendito. Utinam possem. Verum fatius me ueris ut tali quodam comite, qui possim demonstrata prospicere. Sequere igitur, mecum deum ante precatus. Efficiam quod mones, Ducas modo. Inaccessibilis hic locus atque umbrosus esse uidetur, abdita certe imperscrutabilisque latebra. Veruntamen pergendum est. Pergendum plane. Hic ego Glaucōnem inspiciens, Hui hui inquam, mi Glauco, uidemur uestigia quædam eius quod quaerimus nacti, apparetque istud haud diu nos effugituum. Faustus certe huncius. Quam molles hebetesque sumus, ô Glauco.

Quid istud? Iam pridem nobis ab ipso principio, uir beate, quod quaerimus ante pedes uoluitur, neque ipsum inspeximus, sed æque ridendi fuimus ut illi qui sæpe quod in manibus habent, perquirunt. Nos quoque longe petebamus quod prope nos erat, uel forte nos latuit. Quomodo istud ais? Ita. Nempe uidemur mihi dicentes istud pridem & audientes, haudquaquam animaduertisse id quoquo modo nos dicere. Prolixum sane proœmium audire cupienti. Attende siquid dico. Nam quod principio passim statuius faciendum, cum ciuitatem cōdidimus, id est, ut arbitror, uel species quædam ipsius, iustitia. Nam diximus sæpenumero, si recordaris, unum quenque oportere unū aliquid exercere eorum quæ ciuitati conducant, ad quod ipsius natura esset aptissima. Diximus proculdubio. Etiam quod sua agere, neque in alienis curiose occupari, iustitia est, & ex alijs multis audiuius, & sæpe ipsi diximus. Diximus plane. Hoc utique uidetur amice esse, quodammodo iustitia esse, sua scilicet agere. Scis unde istud consiciam? Nequaquam.

Iustitia sed dicas. Videtur mihi quod reliquum nobis est in ciuitate, præter illa quæ considerauimus, temperantiam, fortitudinem, prudentiam, hoc esse quod omnibus illis uim præbuit, quæ & innascerentur, & innata perseverarent, quatenus ipsum adest. Atqui diximus iustitiam fore quod restaret, si tria nobis comperta essent. Necessarium id quidem. Veruntamen si iudicandū sit, quid horum potissimum cum inest, bonam efficit ciuitatem, ambiguum

biguum erit, utrum consensio imperantium & subiectorum, an legitime opinionis seruatio in militibus, iudicantis secundum legem quæ terribilita censenda sint, quæ ue non uel in principibus ipsis prudentia & custodia. An id potius bonam ipsam præ cæteris reddat, cum inest pueris, mulieribus, seruis, liberis, artificibus, magistratibus & priuatis, quod uel delicti suum quisque unus unum egerit, minime per aliena uagatus. Ambiguum certe, quid mi? Ergo uis ipsa sua qua quisque in ciuitate agit, de ipsius ciuitatis uirtute ex quo cum sapientia eius, temperantiaque, & fortitudine certat. Valde. Non igitur iustitiam ponens, quod cum istis ex æquo de ciuitatis uirtute concertat? Omnino equidem. Considera præterea & hac ratione, nunquid tibi sic uideatur. An principibus in ciuitate mandabis ut iuste sententias ferant? Cur non? An iudicabunt alterius cuiusque auidi magis quam huius ipsius, ut singuli neque usurpent aliena, neque suis priuentur? Non alterius certe sed istius duntaxat. Tanquam id iustum sit? Nempe. Et hac quoque ratione asseritur sui cuique & proprij possessionem actionemque esse iustitiam. Est ita. Uide nunquid & tibi idem quod mihi uideatur. Si faber opera coriarij aggrediatur, uel coriarij fabri, uel instrumenta inter se commutent uel præmia, aut si idē utraq; exercere cōtentat, omniaque talia inuicem permutentur, nunquid commutationem hanc existimas magna quadam iactura afficere ciuitatem? Haud certe nimium. Quoties autem aliquis artifex uel alius natura quaestuarius, diuitijs elatus, uel multitudine copiaque, uel robore, aut eiusmodi alio quopiam, in militaris hominis ordinem transire conatur, uel miles cum indignus, in consulari nititur & custodis ascendere dignitatē, & instrumenta uicissim isti præmiaque permutat, aut idem alius quis hæc omnia simul peragere tentat, tunc arbitror consulationem peruagationemque eiusmodi uideri tibi ciuitatis totius interitum. Et maxime quidem. Cum ergo tria in ciuitate sint genera, horum cōfusio, alteriusque in alterum commutatio extrema ciuitatis calamitas est, & maxima corruptela. Penitus. Corruptelam uero summam ciuitatis tuæ, nonne iniustitiam esse dices? Quid mi? Hoc igitur iniustitia est. Rursus autem sic dicimus. Quaestuarij, auxiliarij, consularis generis actio propria, uno quoque suum opus peragente in ciuitate, contra ac consilio illa superior, & iustitia erit, & ciuitatē iustam efficiet. Haud aliter quam sic se habere uidetur. Nōdum omnino istud debemus asserere. Verum si & in cuiusque hominis animo species eadem considerantibus nobis iustitia esse asseueretur, tum demum consentiemus. Nam quid aliud dixerimus? alioquin tunc aliud quicquam excogitabimus. Nunc autem disceptationi huius finem iam imponamus, secundum quam existimauimus, si plurium habentium iustitiam in maiori prius eam contemplaremur, facile deinde in homine uno nos quale hoc sit inspicuros. Uisumque nobis est maius ipsum, ciuitatem existere, atque ita quam optimam potuimus eam condidimus, scientes in bona republica inesse iustitiam. Quare quod in illa nobis apparuit, referamus ad unum: & si idem ibi cōstet, satis nobis erit factum. Siquid autem aliud in uno appareat, rursus ad ciuitatem conuersi, hæc examinabimus: ac forte alterna comparatione disceptantes, uelut scintillas, ex his iustitiam excutiemus, eamque iam cum clare micuerit apud nos ipsos stabiliemus. Scite loqueris, atque ita agendum. Nunquid quod idem appellamus tam maius quam minus, dissimile est quatenus idem, an simile? Simile certe. Ergo uir iustus à ciuitate iusta quo ad iustitiæ speciem pertinet, nihil differt, sed similis erit. Similis. Atqui ciuitas iusta esse tunc uisa est, cum in ipsa tria hominum genera pro natura cuiusque sic instituta erunt, ut unusquisque suum opus exerceat. Temperata rursus & fortis & sapiens, propter alios quosdam eorumdem generum affectus & habitus. Vera hæc sunt. Vnum quoque, ô amice ita censēbimus, habentem eandem has eius in animo species, propter affectus eosdem, eadem nomina merito cum ciuitate fortiri. Neesse est omnino. In leuem ne rursus amice de anima cogitationem incidimus, utrum tres in se species has habeat, nec ne? Minime mihi in leuem disceptationem delapsi uidemur. Forte enim quod dicitur, uerum est ô Socrates, pulchra difficilia esse. Apparet utique. Ac certe scito ô Glauco, nos ut mea fert opinio, nunquā ex discursibus huiusmodi qualibus in præsentia disputatione utimur, exacte id cōprehensuros: longior porro uia est, quæ ad hoc nos ducit. Forte tamē secundū ea quæ supra dicta & cōsiderata sunt, facilius disceres. An non sat istud uideri debet? Mihi sane in præsentia id sufficit. Mihi quoque ualde sufficiens. Ergo ne te pigeat, sed considera. Profecto nobis ne

esse est confiteri, easdem in nobis species atque mores inesse, quas & in ciuitate. Neque enim aliunde in ciuitatem hæc deuenerunt. Ridiculum quippe esset si quis iracundam animositatem, existimaret nequaquam ex priuatis hominibus in ciuitatibus inuectam esse, quorum idem est captus, qui & Thracum, Scytharum, superiorumque gentium: aut sapientiæ studium, non ex tali priuatorum instinctu qualis natura nostris hominibus est tributus: aut quæstus auaritatem, non ex ea singulorum hominum cupiditate, qua affecti apprime dicuntur Phœnicij, Aegyptijque non nihil. Et maxime quidem.

Questio de
anima

Hoc quidem ita se habet, neque difficile cognitum. Haud certe difficile. Id autem difficile iam, utrum uno quodam eodem singula hæc agamus, an potius tria quædam habeamus in nobis, quorum singulis, singula operamur: uno quidem discimus, irascimur alio, tertio concupiscimus uoluptates eas quæ ad nutritionem generationemque pertinent, cæteraque huiusmodi: uel tota anima unumquodque explemus, cum conciti rem aggredimur. Hæc haud facile pro rei dignitate discernentur. Mihi quoque idem uidetur. Sic autem aggrediamur hæc distinguere, nunquid eadem sunt inuicem, uel diuersa? Quonam pacto? Constat plane idem contraria facere seu pati secundum idem & ad idem simul non posse. Quamobrem si quando reperimus in ipsis hæc fieri, intelligemus non unum idem hæc esse sed plura. Esto. Animaduerte quod dico.

Dic. Stare simul atque moueri idem secundum idem nunquid potest? Nullo modo. Præterea hæc diligentius confirmemus, nequa procedentibus nobis ambiguitas forte suboriatur. Si quis enim dixerit hominem stantem quidem, mouentem uero manus & caput, eundem stare simul atque moueri, haud quaquam ita dicendum censebimus, sed partem quidem eius manere, partem uero moueri. An non ita? Ita profusus.

Quod si artificiosius & argutius iste luserit, asserens turbinem trochumque totum moueri simul & stare, quando in eodem puncto centrum aculeumque figens reuoluitur: uel aliud quicquam, dicens idem agere, cum eidem affixum cardini circumfertur: nequaquam assentiemur, quod non secundum eadem sui hæc tunc moueantur & maneant. Dicendum quippe habere ipsa rectum in se atque rotundum: & secundum rectum quidem stare, cum nulla ex parte declinent: secundum uero rotundum, circummoueri. Quoties autem dum quid reuoluitur, in rectum quoque deuehitur siue ad dexteram siue ad sinistram uel ante uel retro, tunc nusquam permanet. Recte admodum. Quare nulla ex his obiectionibus nos perturbabit, persuadebitque, quod idem quandoque simul secundum idem atque ad idem, contraria sit, uel agat, uel patiatur. Me quidem minime ista mouebunt. Veruntamen ne in istis obiectionibus enarrandis resiciendisque, utpote falsis, diutius cogamur insistere, supponentes iam id ita esse, ulterius progrediamur, conselsi inuicem, si quando aliter quam sic se habere hæc appareant, quæcunque ex his dicuntur, fore soluta. Sic nimirum decet. Nonne annuere & renuere, aggredi & declinare, asciscere & resicere, inter se contraria pones, siue actiones seu passionem? Nihil enim interest. Contraria. Quid autem hæc? esurire, sitire, & omnino cupere, uelle, eligere, nonne ad eorum species referes, quæ modo diximus? Veluti semper cupientis animam nonne uel aggredi dices illud quod appetit, uel asciscere quod sibi adesse eligit, uel quatenus uult aliquid sibi porrigi, annuere, & illud ad se trahere, amantis more ut istuc fiat absistentem. Equidem. Quid uero, nolle, aspernari, negligere, non cupere, nonne in resiciendi repellendi que specie, & in omnia illis contraria referemus? Quid ni? Cum hæc ita se habeant, speciem aliquam cupiditatem esse dicemus, & manifestissimas omnium aliarum cupiditates, sitim & famem? Dicemus utique. Et hanc quidem potus, illam cibum. Ita est. Nunquid in quantum sitis est, alicuius præterea cupiditas est alterius quam cuius nos dicimus, potus scilicet & sitis? Huius duntaxat sitis. Nunquid calidæ potus, uel frigidæ, uel multæ, uel pauca? Vel in pauco qualis cuiusdam poculi? Vel potius si calor sitienti inest, frigidum appetitum inducit: si autem frigus, calidum? Et si propter præsentiam multitudinis, multa sit sitis, multi auaritatem inferri: si autem pauca, pauci? Ipsum uero sitire nunquam alicuius alterius appetitio est, quam cuius suapte natura est, ipsius uel delicti potus: rursusque esurire, comestionis? Ita certe ipsa cupiditas quæque ipsius cuiusque est solum, cuius ipsa natura est. Talis autem uel talis cuiusdam propter additamenta quædam dicitur. Cauendum est autem ne quis nos improuidos turbet, inferens neminem

potum

potum cupere, sed potum bonum, uel cibum, sed bonum cibum. Nempe bona omnes expetunt. Quare si sitis appetitio est, boni est, siue potus seu cuiusuis alterius est auaritas. Similiterque de cæteris. Forte non nihil efficere uidebitur, qui talia dixerit. Veruntamen quotcunque eiusmodi sunt ut alicuius sint, talia quædam talis cuiusdam sunt, ut auctor. Ipsa autem quæque ipsius cuiusque duntaxat. Haud intelligo equidem. Non intelligis maius ipsum eiusmodi esse, ut semper aliquo maius existat? Plane. Nonne minor? Minore. Multo autem maius, multo minore, an non? Sic est. Et quoniam maius, quondam minore, & futurum maius, futuro minore? Nihil prohibet.

Atque etiam plura ad pauciora, dupla ad dimidia & omnia talia, itemque grauiora ad leuiora, & uelociora ad tardiora, & calida item ad frigida, omniaque horum similia eodem modo inuicem referuntur? Certe. Nonne & de his quæ ad scientias spectant, eadem ratio? Scientia quidem ipsa rei ipsius quæ scitur, scientia est, uel cuiuscunque alterius dicenda est esse scientia. At uero scientia quædam, & scientia talis rei, cuiusdam, & talis esse dicitur. Tale uero aliquid dico. Postquam ædificandarum ædium scientia extitit, ab alijs scientijs discreta est, adeo ut ædificatoria appellata sit. Quid ni? Nonne ex eo quod talis sit, qualis aliarum nullarum? Nempe. Ergo quia talis cuiusdam, ideo talis quædam effecta est. Eodemque modo cæteræ artes omnes atque scientiæ. Est ita. Hoc itaque inferre me uoluissè tunc dicitis, si modo nunc intellexistis, quod quæcunque eiusmodi sunt, ut alicuius sint, ipsa quidem sola ipsorum sunt duntaxat, talium uero quorundam talia quædam. Neque uero ideo dico, quod qualium sunt, sint & talia, quia scilicet & ægotantium & bene ualentium scientia, bene uel male ualens & ipsa sit: bonorum item atque malorum, bona rursus ac mala: sed quoniam non illius ipsius duntaxat cuius absolute scientia est, euasit scientia, immo talis cuiusdam, hoc autem est salubre & insalubre, talis quædam ipsa quoque effecta est. Ex quo factum est, ut non amplius scientia simpliciter appelleretur, sed quasi quodam addito, medicinaria scientia.

Teneo iam, mihi que hæc ita sese habere uidentur. Sitim uero, nonne his annumerabis, quæ id quod sunt, alicuius existunt? Est autem sitis? An numero equidem, & potus sitim esse dico. An non qualis cuiusdam poculi qualis quædam sitis? Ideoque sitis ipsa, neque multi, neque pauci, neque boni, neque mali, neque ut uno uerbo complectar qualis cuiusdam, sed potus ipsius solummodo, sitis ipsa natura est? Sic est omnino. Sitientis igitur anima quatenus sitit, non aliud appetit quam bibere, idque affectat, & ad ipsum fertur. Constat. Si quid ergo ipsam quandoque retrahit sitientem, aliud quiddam erit in ipsa ab ea parte diuersum quæ sitit, & quasi bestia quædam ad bibendum impellit. Neque enim fieri posse dicimus, ut idem aliquid eodem sui circa idem simul agat contraria. Non certe. Quæmadmodum absurdum dictum est eandem sagittarum manum simul arcum intendendo protrahere atque contrahere. Porro dicendum est, alteram esse manum quæ protrahit, alteram uero quæ contrahit. Ita profusus. Fatemur ne esse aliquos, qui cum sitiant nonnunquam bibere nolint? Multos, ac sæpe. Quid de ijs aliquid dicit? nonne inesse in horum anima aliquid, quod ad bibendum allicit? aliquid contra quod cohibet? quod quidem & aliud est, & ei quod allicit, dominatur. Mihi quidem uidetur. An non igitur quod prohibet ista, ex ratione inest, quoties operatur? Quæ uero concitant atque trahunt, ex affectibus perturbationibusque sunt? Apparet. Merito igitur duæ hæc inter se diuersa existimabimus, & illud quidem quo ratiocinatur animus, rationale ipsius denominabimus. Illud uero quo amat, esurit, & sitit, & ad alias libidines pronior labitur, irrationalis, & auarum repletionum quarundam & uoluptatum. Diuersa profecto, inquit. Merito que ita censebimus. Hæc itaque duæ iam in anima species, inquam ego, distinctæ sint. Illud autem quod ad irascibilem pertinet, quodue irascimur, utrum tertium quiddam est? an alterius horum cognatum? Forte eius quod uoluptates cupit, est cognatum. Atqui credo hoc equidem ex eo quod audiui quondam: quod uidelicet cum Leontius Aglaionis filius ex Piræo sub boreali muro ad ciuitatem ascendens sentiret extra cadauera prope littus iacentia, simul & uidere cupiebat, & horrebat tamen, absterrebatque, uultumque tegebat, secum ipse pugnans cupiditate denique superatus, ad cadauera directis & patefactis oculis aduentauit, dicens:

Ecce iam uobis licet ò infelices desiderium uestrum pulchro explere spectaculo. Audiuisti & ipse. Itaque sermo testatur, iram saepe pugnare aduersus concupiscentiam, tanquam hæc inter se diuersa sint. Id certe significat. Nónne & alibi frequenter animaduertimus quando distrahunt aliquem præter rationem cupiditates, oburgantem ipsum sese, & aduersus id sui quod trahitur indignantem? Et quasi duobus dissentientibus adiutricem rationi iram accurrere? Cupiditatibus uero coniunctam, nihil rationis uoluntati contrarium moliri; nec te arbitror unquam asserere, uel in teipso, uel in alio tale quiddam deprehendisse. Nunquam per Iouem. Quid porro? Quando quis iniuriam inferre se putat, nonne quo generosior est, eo minus irascitur, dum esurit & alget, & aliud quod uis tale patitur ab eo quem iure hæc agere censet? Et quod iam dixi, ira istius in eum quod amodo non irritatur? Vera loqueris. Quid autem? quando iniuriam se pati quis putat, nonne tunc fatagit & sæuit, & auxilium præstat ei quod iustum uidetur, famem, frigus, & cætera talia tolerans? Et ad uictoriam contendit, neq; à generoso opere cessat prius quam uel transegerit, uel obierit, uel tanquam canis à pastore, ita denique reuocatus ab ea qua in ipso est ratione mitescat? Omnino hæc uis eifimilis est, cui tu comparas. Etenim in nostra ciuitate auxilios ipsos tanquam canes posuimus obtemperantes principibus quasi quibusdam pastoribus ciuitatis. Optime quod dicere uolebam intellexisti. Sed unum & hoc insuper animaduertis? Quid istud? Quod in præsentia contra ac supra de iracundia iudicamus. Tunc sane irascendi uim ad concupiscendi naturam referemus. Nunc uero multum interesse dicimus, ac multo magis iram asserimus animæ partibus inter se dissentientibus pro ratione arma capessere. Ita prorsus. Nunquid & irascendi uis est à ratione diuersa, uel quædam species rationis, adeo ut non tres in animo, sed duæ species sint, rationale & concupiscens? Aut potius quemadmodum in ciuitate apparuerunt tria quædam genera, quæ ipsam continent, quæ suarium, auxiliarium, consulatus, ita & in anima tertia quædam uis est iracundia, quæ natura ipsa rationis tutatur partes, nisi ex improba educatione fuerit deprauata? Necessè est ut tertia sit. Nempe etiam si alia quam ratio apparuerit, quemadmodum supra uisa est, à concupiscentia differens. At uero facile id quidem patere potest. Nam in puerulis qui uis istud intelligat, qui statim nati iracundia pleni sunt. Rationis autem aliqui nunquam, multi sero compotes fieri mihi uidentur. Per Iouem præclare loqueris. Præterea in bestiis ita esse quisque ut ipse dicitis conperiet. Testatur & istud Homeri illud quod supra induximus. Pectora castigans monitis affatur acerbis. Perpetere ò cor, nam tu longe aliàs grauiora tulisti. In his porro Homerus tanquam hæc inter se differant, alterum horum oburgare alterum facit, ipsam uidelicet rationem de meliori peioriq; consultantem, irrationalem iracundiæ impetum cohibere. Recte admodum loqueris. In his itaque uix tandem consensimus, satisq; inter nos constitit, eadem in ciuitate, eadem & in cuiusque anima genera esse ac numero paria. Sic certe. Quin & hoc necessarium est, quemadmodum & quo sapiens erat ciuitas, ita & eodem sapientem esse priuatum? Plane. Item quo fortis est priuatus aliquis & quomodo, eodem & ita fortem esse ciuitatem, & in cæteris omnibus ad uirtutem utraque similiter se habere. Necessè est. Atqui & iustum ò Glauco, uirum dicemus eadem ratione, qua dicimus ciuitatem. Necessarium id omnino. At nondum illud oblitum sumus, quod ciuitas ex eo iusta uisa est, quia cum tria in ea sint hominum genera, suum quisque explet officium. Haud certe mihi oblitum uidetur. Meminisse ergo oportet quod quisq; nostrum, cuius singula animæ partes quod suum est agunt, & iustus erit & sua peragens. Meminisse prorsus. Nónne rationali potentia conuenit imperare, cum sapiens sit, generatq; totius animæ prouidentiam? Irascendi uero naturæ obsequi rationi, perq; illam pugnare? Penitus. Nónne ut supra tractauimus, musicæ & gymnasticæ mixtio atq; temperantia ut concordia ista sint, efficit? Vnum quidē horū intendens augensq; & nutrens præclaris sermonibus & disciplinis; alterum uero remittens, sedans, mansuetificans per harmoniam atque rhythum? Maxime. Cumq; ita nutrita hæc fuerint, & quæ sua sunt reuera didicerint, & optime fuerint erudita, ardori concupiscentia præsidebunt: quæ pars animæ in quocunq; est plurima, neq; unq; pecuniarū possessione repletur; cauebuntq; ne corporaliū uoluptatum expletione adaucta grandior robustiorq; euadat, nolitq; suo duntaxat officio fungi, sed subijcere sibi illa cõtendat, quibus imperare natura non debet, atq;

ita uniuersam omnium uitam peruertat. Sic prorsus. Quinetiam ab externis hostibus hæc animam omnem corpusq; custodit, dum illud quidem prouide consulit, hoc autem propugnat, obtemperat principi, fortitudine quæ consulta sunt peragit. Vera hæc sunt. Fortem profecto hac ex parte uirum quenq; uocamus, quando in ipso iracundiæ usq; ita institutus est, ut in medijs uoluptatibus & doloribus, in sententia sua persistat, non aliter esse de terribili & non terribili iudicandum, quam ratio ipsa dictauerit. Probe. Sapientem uero breui illa ex parte quæ & imperauit in ipsos, & ista dictauit, habens in seipsa scientiam, qua discernit quid potissimum ex usu sit tam singulis quam uniuerso ex his tribus cœtui constituto. Certe. Temperantem rursus aliquē appellamus horum ipsorum amicitia atq; concordia, quando & quod præfidet & quod subest, in sententiam eandem conueniunt, rationem scilicet imperare decere, neq; ab illa descendendum esse. Temperantia profecto nihil est aliud & priuatim & publice. Iustus denique ex eo atque ita erit quisque, ex quo sæpe iam diximus, & quemadmodum exposuimus. Necessè est, inquit, prorsus. Quid porro? inquam. Est ne aliquid quod hanc nostram usque adeo sententiam inturbet, ut aliud uideatur esse nobis iustitia, quam quod in ciuitate constitit? Mihi quidem non uidei. Quinimmo, siquid adhuc inter nos in controuersia sit, sic iterum superiora penitus confirmabimus, absurda illa huic obijcietis. Qualia? Veluti si in hoc deliberare nos oportuerit de ciuitate illa, deq; homine eodem cum illa pacto nato atque nutrito, nunquid uir talis cum depositum auri uel argenti acceperit, uideatur quandoque fraudem excogitaturus, censet aliquem iudicaturum eiusmodi uirum fraudem committere potius quam secus affectos homines? Neminem prorsus. An non à sacrilegijs hic, furtis, proditiombus tam priuatim aduersus sodales, quam publice aduersus rem publicam innocens erit? Innocens. Atqui neque perfidus uel iureiurando uel quibuscunq; commercijs. Nullo pacto. Adulteria quidem, parentum contemptus, impietas in deos, cui libet alteri potius quam huic conueniunt. Ita prorsus. Nónne horum omnium causa hæc est, quia quicquid in ipso est, suum opus exequitur, siue imperando, siue exequendo? Nulla certe alia. Quid? quæris aliud esse iustitiam quam hanc ipsam uim, quæ tales uiros, & tales efficit ciuitates? Ego quidem minime. Tandem nobis absolutum somnium illud est, quod nos coniecisse diximus: nempe quod mox incipientes condere ciuitatem, deo quodam fauente, in aliquod principium imaginemq; iustitiæ ingressi uidemur. Omnino quidē. Hoc autem erat, ò Glauco, propter quod confert quoddam iustitiæ simulacrum. Nempe debere qui natura corarius est, artem hanc exequi, aliud nihil aggressum: qui uero fabricare. Similiterq; in cæteris. Apparet. Reuera quidem talis iustitia est, sed nõ circa actionem exteriorē, immo circa interiorē suarum partium actionem uere ad ipsummet animum, & ad sua; dum nihil permittit ex suis aliena tentare, neque sinit anime genera opera inuicem confundentia per plura uagari: sed reuera propria recte digerit, suiq; est dominus, sese exornat, amicus sibi ipse effectus, in se tria ipsa contemperans tanquam tres terminos harmoniæ, Neates, Hypates, & mediæ, hoc est, octauæ uocis, & grauis, & quintæ, seu quæuis alia mediæ fuerit. Itaque hæc omnia neciens, ipseq; undique unus effectus ex multis temperans atque concinens, ita demum agit siquid agit, uel circa pecunias acquirendas, uel corporis cultum, uel etiam circa ciuilia, aut priuata commercia, in his omnibus actionem illam iustam & præclaram existimans, quæ habitum hunc peragit atque seruat. Sapientiam uero operationi huic præidentem scientiam: iniustam autem operationem que hanc dissoluit, insipientiam: denique operationis huius ducem, opinionem. Vera prorsus, ò Socrates, loqueris. Si ergo nos inuenisse diximus iustum uirum, & ciuitatem iustam, quid uis in utrisque iustitia sit, haud forte multum, ut arbitror, mentiri uidebimur. Non per Iouem. Afferendum igitur. Procul dubio. Esto itaq; Enim uero deinceps de iniustitia considerandum uidetur. Plane. Sed De iniustitia ditionem quandam horum trium iniustitiam appellare decet, curiosamq; & uariā alieni operis usurpationem, & insolentē partis cuiusdam præuaricationē aduersus totam animam rebellantis, insurgentisq; ad imperandum regio animi generi, cui seruire eam natura iubet. Talia quædam, ut arbitror, atq; horum turbationē erroremq; iniustitiam esse dicemus, & intemperantiam, ignauia, insipientiam, & uniuersam deniq; prauitatem. Hec prorsus

prorsus ita se habent. Nonne satis iam perspicue patet, quid est iniusta facere & iniuriari, ac rursus quid agere iusta, quando quidem iustitia & iniustitia patent. Quoniam patet: Quia nihil à salubribus & insalubribus differunt. Nempe ut hæc circa corpus, sic circa animum se habent & illa. Qua ratione? Salubria quidem sanitate inducunt, insalubria morbum. Plane. Similiter quoque iusta agere, iustitiam gignit in animo; iniusta facere, iniustitiam. Necessè est. Est autem sanitate inferre, ita quæ in corpore sunt disponere, ut secundum naturæ ipsius ordinem inuicem superentur & superent. Morbum autem inducere, usque adeo corporis partes inficere, ut contra naturæ legem dominantur inter se subijcianturque. Est ita. Eadem ratione iustitiam præstare cuiquam, nihil est aliud quam animi partes in ordinem suum digerere, ut ad naturæ normam pareant atque imperent. In

Virtus sanitas iustitiam uero ut contra naturam exuperent inuicem ac succumbant. Prorsus. Virtus **Præuitas mor** igitur ut apparet sanitas quæ ad est, & pulchritudo, & robustus animi vigor. Præuitas contra morbus, turpitudine & imbecillitas. Est ut dicis. Nonne igitur exercitationes honeste ad uirtutem acquirendam cōducunt, turpes ad prauitatem deducunt? Necessè est. Restat ut uideatur, discutiendum, nunquid profit agere iusta, honesta colere, esse iustum, siue occultum id cuique sit, siue non: An iniuriari & iniustum esse, si modo non det pœnas, neque fiat castigatione melior. Mihi quidem dicitur Socrates ridicula disceptatio ista fore uidetur. Si quidem corporis natura corrupta, uidetur non esse uiuendum, neque etiam in summa epularum & poculorum omnium affluentia, cunctis diuitiis, & totius orbis imperio. Natura uero eius quo uisum polluta atque corrupta, num uiuendum erit, si quis quodcumque libet aliud agat quam hoc unum, unde ab improbitate iniquitateque liberetur, iustitia uero & probitatem adipiscatur, postquam talia hæc utraq; qualia narrauimus, apparuerit. Redit huc profectio. Verum posteaquam eò deuenimus, ut quàm certissime fieri potest, quod hæc ita se habent, perspiciamus, minime desistendum. Per Iouem minime omnium. Age igitur, inquam ego, huc accede, ut uideas quot species improbitas habet, ut mihi uideatur.

Virtutis una Attende nunc. Nempe hæc digna spectari. Sequor equidem, dicas modo. Atqui tantum **Species, prauitatis innumere** est specula quadam, postquam huc ratiocinando descendimus, una mihi species uirtutis occurrit, prauitatis innumera. Ex quibus quatuor quidem modi potissimum sese offerunt, quorum meminisse oportet. Quomodo istud ais? Quot sane rerum publicorum modi sunt species suas habentes, totidem esse & animæ ipsius apparent. Quot? Quinq; rerum publicorum modi quinq; assero, quæ exposuimus. Duabus uero appellationibus declarari potest. Nam si inter principes ciuitatis unus quidam in omnium præstantissimus, regnum uocabitur. Sin autem plures, gubernatio appellabitur optimatum. Vera narras. Hanc unam ideo specie esse dico, quia siue plures gubernent, siue unus, nullus qui ita, ut diximus, educatus & eruditus fuerit, quicquam existimatione dignum in reipublicæ legibus permutabit. Neque enim consentaneum esset, inquit.

ARGUMENTVM MARSILII FICINI IN DIALOGVM

QVINTVM

DE IVSTO



NON sum nescius fore nonnullos, qui Apologiam à nobis expectent, qua Quintum hunc dialogum communionem omnium in ciuitate ponentem, defendamus contra calumnias, tum maledicorum, tum etiam ignorantium. Verum legant Platonem ipsum, precor, legant diligenter, ac sine iniuria iudicent, Apologiam (scio quid loquar) nullam de siderabunt. Plato igitur Phœbus humani generis medicus, cum animaduertet & singulos homines & familias & ciuitates semper & ubique grauitate egrotare, neque ullis hæcenus ciuillium medicorum medicamentis tot secula iam frustra curantur, uel liberari morbo, uel saltem leuari paulum, atque minimum conualescere, tam prudenter quam pie ad legem illam se contulit præcipuam apud medicos, qua medicæ sanciant auctores, si quis medicamentis talibus, puta frigidis, diu adhibitis minime conualescat, esse tandem rite ad calidam transeundum. Cognoscens ergo genus humanum per leges distribuentes propria tot seculis nihil proficere, immo uero in deterius quotidie labi, non iniuria ad amicitia se transulit leges, communia inter amicos omnia fore iubentes, ut in diuisione diuisionisque miseria sublata causa, concordiam, unionem, felicitatem consequeremur. Sed aliter rursus exordiamur. Socrates in principio quarti disciplinæ edicendæ inuentus cunctis legibus anteponebat, raptim attingit, uictri optimam disciplinam fore, si uxorum, filiorum, rerum communio fiat. At quoniam res est & noua quamplurimis & plurimum inuadita, reuocatur ad eam statim in principio quinti declarandam apertius, & firmitus comprobandam. Jam uero & si à Critia & Timeo didiceris disciplinam similem existisse quondam apud Græcos Aegyptiasque Athenas, neque nimium admiraberis tanquam nouam, neque diffidenter audies tanquam penitus arduam, neque inuitus admittes quasi non bonam. Mitto quod multi tradunt apud Boemos Placam urbem aliquando similiter egiu uernatam. At qui Dio dorus insulam in Oceano meridiem uersus describit, in qua præter cætera cōmunes etiam sunt uxores, uirique philosophi plurimum astrologiæque studiosi. Pomponius quoque Mela testis est Garamantes in extremis Aphricæ partibus cōmunia habere in republica omnia. Similem præterea bonorum fuisse cōmunionem inter philosophos Brachmanas, Gymnosophistas, Esseos, Pythagoricos, & denique inter sanctos quondam Christiana reipublice fundatores, compertum habemus. Videmus quoque seculis nostris illos duntaxat religiose ad uirtutem felicitatemque accedere, inter quos nihil est proprium. At enim si uxorum te cōmunio turbat, primo quidem permittito apud Platonem rite ex lege fieri, quod apud adulterinos sacerdotes in cōmune sit sacrilegio. Deinde Platonem ipsum audito prius quam iudices, alius in sua causa declamantem. In sequentibus nota primo quidem Socraticam prouidentiam, peius esse censentem in legibus constituendis errare, quam hominem interficere. Et in modum error multos per multa secula interficit animos simul & corpora. Deinde modestiam difficultate diffidenter aggredientem, & quasi inuitam atque compulsam. Tertio pietatem diuinum auxilium pro suo more in rebus grauibus inuocantem. Ac ne in legibus erret cōdendis, ab Adrastia dea petit opem, cuius mentionem quoque fecit in Phædro. Adrastia hæc apud præscos theologos est potentissima inuitabilium regina legum, legum in quibus tam Saturniarum ad mentes pertinentium, quam Iouialium pertinentium ad naturas. Adrastiam dico diuinam prouidentiam, quatenus nihil uel uel oculos eius subterfugere, uel manus potest effugere. Nec ab re ubi optat firmissimas leges condere, quas neque obliuio deleat, neque defraudet astutia, neque uiolentia frangat, & omnino nullus deuit, Adrastiam obsecrat inuitabilia sancientem, quæ nullus queat effugere. Deinceps paulatim ad communem progreditur disciplinam, ad uirorum uidelicet institutionem ad institutionem similiter mulierum, mandans omnia priuata publicaque, tum pacis, tum belli iudicia, mulieribus cum uiris cōmunia fieri, ne mancus sit genus humanum, eo tamen pacto ut in singulis grauiora uiris, leuiora mulieribus cōmittantur. Similiter & alibi docet brachia quoque, sic assuescendos, ut singuli utrinque sint dexteri, quos nominat amphidexteros, ostendit autem id fore uile atque possibile, & quo pacto fieri debeat. Deinde aliam adducit cōmunionem, uidelicet uxorum atque filiorum. Tribi aduerte quanta ordinis prouidentia constituit Magistratus, præsidēs, nuptiarum, & sacra, & tempora, & etates, cauens nequid intemperate fiat, uel inutile ciuitati. Ac post generationem quam diligenter de natis cogitet nutriendis, ita tamen ut neque uir, neque mulier proprium agnoscat filium, neque filius proprios genitores, neque alios alij, sed seniores opinari cogantur, omnes pene iuniores esse filios uel nepotes; iuniores uicissim suspicari omnes seniores esse progenitores, & equalisque similiter esse fratres. Inter hæc ubi nutritionem eius spernit, qui uel præter legem, uel ex inuiti natus fuerit, uel inutilis, intellige non esse perdendum, sed in loco occultioris uel in suburbij uilius nutriendum, extra exactissimam regulam illam, qua nutriuntur hi qui assumendi ad custodiam iudicantur. Illam uero inferiori alendum regula ad minutura urbis uel agri ministeria suo tempore transmittendum, uel forte ad urbes alias transferendum statim natum. Mox agnosce communis charitatis inuentum, ubi sic disponit singula, ut singuli eadem uel re, uel persona oculis demonstrata, æque iudicent, dicantque hoc est meum. Cumque sua cuique charissima sint, singuli cuncta curabunt, præcipue cum ad eiusmodi curam legibus quoque magistratibusque adducantur. Hinc ergo incuria & negligentia nostra, qualis in omnibus est circa plurimum, quasi à nobis sint aliena, tollitur. Tollitur & quotidiana fallacia qua iudicium nostrum in eo colendo quod proprium esse sensimus, stulte decipitur. Tollitur denique extrema perturbatio, sollicitudo, miseria, quæ ex insano propriorum amore nos angit. Mitto quoque adempta discordia causa & cōmunis erit & integra charitas. Proinde attende quam diligentes, quam iustas, quam mites statuat belli leges, quæ præmia uictores maneant, diuinitas scilicet quædam. Transferri enim hos inquit in beatos demones hominum curatores, & quasi deos charos rite colendos. Quod uero de puerorum oculis dicitur, iocosum quiddam est Glauconis, & leuandi tædij gratia dictum. Adde & triumphele quiddam atque festiuum. Restabat probandum, communionem hanc fieri posse, postquam fore optimam fuerat affirmatum. Primo igitur etiã si nequeat fieri, ostendit se non frustra hanc in medium adduxisse, uidelicet tanquam exemplar in formandis ciuitatibus pro uiribus imitandum. Deinde demonstrat tunc demum posse fieri quando philosophi gubernabunt, neque prius requirere ullam fore malorum. Quamobrè ad formandos philosophos tanquam futuros ciuitatis gubernatores opportune descendit, docens quale sit philosophi ciuillium ingenium, qualis affectus atque disciplina. Principio quantum plebei circa percipiendâ sensibilia hæc inferiora audi curiosisque sunt, tantum in ingenium philosophicū ad inueniendâ ideales horum omnium rationes; audiū & propensum est, & sagax ipsius ueri uentor. Quoniam uero ueræ quid res ideæ sunt, naturales autem formæ sunt & imagines idearum, non iniuria plebeos inquit sensuare, putantes quæ imagines sunt, esse res ueras. Philosophum uero solū inter alios uigilare. Et quoniam inter ens atque

disciplinam fore, si uxorum, filiorum, rerum communio fiat. At quoniam res est & noua quamplurimis & plurimum inuadita, reuocatur ad eam statim in principio quinti declarandam apertius, & firmitus comprobandam. Jam uero & si à Critia & Timeo didiceris disciplinam similem existisse quondam apud Græcos Aegyptiasque Athenas, neque nimium admiraberis tanquam nouam, neque diffidenter audies tanquam penitus arduam, neque inuitus admittes quasi non bonam. Mitto quod multi tradunt apud Boemos Placam urbem aliquando similiter egiu uernatam. At qui Dio dorus insulam in Oceano meridiem uersus describit, in qua præter cætera cōmunes etiam sunt uxores, uirique philosophi plurimum astrologiæque studiosi. Pomponius quoque Mela testis est Garamantes in extremis Aphricæ partibus cōmunia habere in republica omnia. Similem præterea bonorum fuisse cōmunionem inter philosophos Brachmanas, Gymnosophistas, Esseos, Pythagoricos, & denique inter sanctos quondam Christiana reipublice fundatores, compertum habemus. Videmus quoque seculis nostris illos duntaxat religiose ad uirtutem felicitatemque accedere, inter quos nihil est proprium. At enim si uxorum te cōmunio turbat, primo quidem permittito apud Platonem rite ex lege fieri, quod apud adulterinos sacerdotes in cōmune sit sacrilegio. Deinde Platonem ipsum audito prius quam iudices, alius in sua causa declamantem. In sequentibus nota primo quidem Socraticam prouidentiam, peius esse censentem in legibus constituendis errare, quam hominem interficere. Et in modum error multos per multa secula interficit animos simul & corpora. Deinde modestiam difficultate diffidenter aggredientem, & quasi inuitam atque compulsam. Tertio pietatem diuinum auxilium pro suo more in rebus grauibus inuocantem. Ac ne in legibus erret cōdendis, ab Adrastia dea petit opem, cuius mentionem quoque fecit in Phædro. Adrastia hæc apud præscos theologos est potentissima inuitabilium regina legum, legum in quibus tam Saturniarum ad mentes pertinentium, quam Iouialium pertinentium ad naturas. Adrastiam dico diuinam prouidentiam, quatenus nihil uel uel oculos eius subterfugere, uel manus potest effugere. Nec ab re ubi optat firmissimas leges condere, quas neque obliuio deleat, neque defraudet astutia, neque uiolentia frangat, & omnino nullus deuit, Adrastiam obsecrat inuitabilia sancientem, quæ nullus queat effugere. Deinceps paulatim ad communem progreditur disciplinam, ad uirorum uidelicet institutionem ad institutionem similiter mulierum, mandans omnia priuata publicaque, tum pacis, tum belli iudicia, mulieribus cum uiris cōmunia fieri, ne mancus sit genus humanum, eo tamen pacto ut in singulis grauiora uiris, leuiora mulieribus cōmittantur. Similiter & alibi docet brachia quoque, sic assuescendos, ut singuli utrinque sint dexteri, quos nominat amphidexteros, ostendit autem id fore uile atque possibile, & quo pacto fieri debeat. Deinde aliam adducit cōmunionem, uidelicet uxorum atque filiorum. Tribi aduerte quanta ordinis prouidentia constituit Magistratus, præsidēs, nuptiarum, & sacra, & tempora, & etates, cauens nequid intemperate fiat, uel inutile ciuitati. Ac post generationem quam diligenter de natis cogitet nutriendis, ita tamen ut neque uir, neque mulier proprium agnoscat filium, neque filius proprios genitores, neque alios alij, sed seniores opinari cogantur, omnes pene iuniores esse filios uel nepotes; iuniores uicissim suspicari omnes seniores esse progenitores, & equalisque similiter esse fratres. Inter hæc ubi nutritionem eius spernit, qui uel præter legem, uel ex inuiti natus fuerit, uel inutilis, intellige non esse perdendum, sed in loco occultioris uel in suburbij uilius nutriendum, extra exactissimam regulam illam, qua nutriuntur hi qui assumendi ad custodiam iudicantur. Illam uero inferiori alendum regula ad minutura urbis uel agri ministeria suo tempore transmittendum, uel forte ad urbes alias transferendum statim natum. Mox agnosce communis charitatis inuentum, ubi sic disponit singula, ut singuli eadem uel re, uel persona oculis demonstrata, æque iudicent, dicantque hoc est meum. Cumque sua cuique charissima sint, singuli cuncta curabunt, præcipue cum ad eiusmodi curam legibus quoque magistratibusque adducantur. Hinc ergo incuria & negligentia nostra, qualis in omnibus est circa plurimum, quasi à nobis sint aliena, tollitur. Tollitur & quotidiana fallacia qua iudicium nostrum in eo colendo quod proprium esse sensimus, stulte decipitur. Tollitur denique extrema perturbatio, sollicitudo, miseria, quæ ex insano propriorum amore nos angit. Mitto quoque adempta discordia causa & cōmunis erit & integra charitas. Proinde attende quam diligentes, quam iustas, quam mites statuat belli leges, quæ præmia uictores maneant, diuinitas scilicet quædam. Transferri enim hos inquit in beatos demones hominum curatores, & quasi deos charos rite colendos. Quod uero de puerorum oculis dicitur, iocosum quiddam est Glauconis, & leuandi tædij gratia dictum. Adde & triumphele quiddam atque festiuum. Restabat probandum, communionem hanc fieri posse, postquam fore optimam fuerat affirmatum. Primo igitur etiã si nequeat fieri, ostendit se non frustra hanc in medium adduxisse, uidelicet tanquam exemplar in formandis ciuitatibus pro uiribus imitandum. Deinde demonstrat tunc demum posse fieri quando philosophi gubernabunt, neque prius requirere ullam fore malorum. Quamobrè ad formandos philosophos tanquam futuros ciuitatis gubernatores opportune descendit, docens quale sit philosophi ciuillium ingenium, qualis affectus atque disciplina. Principio quantum plebei circa percipiendâ sensibilia hæc inferiora audi curiosisque sunt, tantum in ingenium philosophicū ad inueniendâ ideales horum omnium rationes; audiū & propensum est, & sagax ipsius ueri uentor. Quoniam uero ueræ quid res ideæ sunt, naturales autem formæ sunt & imagines idearum, non iniuria plebeos inquit sensuare, putantes quæ imagines sunt, esse res ueras. Philosophum uero solū inter alios uigilare. Et quoniam inter ens atque

atq; non ens medium ponit, memento quinq; gradibus omnia cogitari. Et non ens quidē purum dici quicquid sit
 gitur infra materiam. Ens uero purum, puram mentem, ideamq; existere. Animam, cœlumq; ens dici simul atque
 non ens, uidelicet propter motum, magis tamen esse quàm non esse. Materiam contra magis quodammodo non
 esse quàm esse. Sed quæ natura cōposita sunt sub luna, esse pariter atq; non esse. Circa ea quæ uere sunt cognitio
 ipsa uersatur. Circa ea quæ uere non sunt, ignorantia. Circa ea quæ pariter & sunt & non sunt, se reuoluit opinio.
 Ignorantiam quidem & opinionem tum plebeis tribuit, tum Sophistis. Cognitionem uero, id est scientiam dun-
 taxat philosophis. Quod autem scientiam opinionemq; potentiam quandam nominat, intellige potentiam non
 informem, sed partim naturali forma, partim habitu præditam. Præterea ubi de ideis agit, ad quas philosophi res-
 fertur sciētia, more suo inquit bonū, pulchrum, iustum. Ternarius hic numerus, modis tribus exponitur. Primo
 bonum sit deus, Pulchrum mens angelica multiformis. Iustū cœlestis anima mundana iuste distribuens. Secundo
 bonum, forma ipsa ætusq; diuine nature, Pulchrum eiusdem intelligentia, Iustum uoluntas eiusdē. Tertio bonum
 inter ideas est exemplar forme ætusq; cuiusq; atq; nature. Pulchrum exemplar ordinis qui ex qualibet forma
 in seipsa resultat. Iustum, exemplar ordinis qui à qualibet forma atq; re refertur ad alias. Quando uero ipsi bo-
 no subdit malū, pulchro turpe, iusto iniustum, caue tria hæc opposite colloces in ideis. Pone uero hæc tum in ipsa
 infirmitate & deformitate materie, quam in libro De scientia uocat exemplar diuinitatis experts, & in Politia
 dissimilitudinis locum: tum etiam in anima iam deprauata, & ad materiam omnino conuersa. Deniq; quod enu-
 ebi enigma puerile tangit, est eiusmodi. Vir non uir, uidens non uidens, percussit non percussit, lapide non la-
 pide, auem non auem, super arbore non arbore, id est, eunuchus lufcus percussit pumice alam uespertilionis su-
 per Sambuco. Sed id ridebis scio. Quod & ridiculi gratia est appositum.

Enigma

DIALOGVS QVINTVS

DE IVSTO.



ONAM equidem ciuitatem huiusmodi rectamq; Rempublicam uo-
 co, uirumq; talem bonum esse dico. Ac si recta hæc respublica est,
 alias prauas appello, utpote quæ circa ciuitatis ipsius gubernatio-
 nem & priuatorum disciplinam aberrent, quæ quidem in quatuor
 speciebus prauitatis sunt. Quanam istæ, inquit. Tunc ego nar-
 rare pergebam, qua ratione mihi singulæ ex sese inuicem depende-
 re uiderentur. Verum Polemarchus, paulo enim à me longius abe-
 rat quàm Adimantus, Adimanti post tergū sedens extendit manū,
 prehensensq; superne Adimanti pallium circa humeros, & eum paulisper ad se traxit, &
 os ad aures eius admouit, submissa uoce susurrans. Ex his autem quæ dixerit, nihil ipsi
 percepimus nisi id unū, quod ait, permittemus ne aut quid agemus? Cui Adimantus al-
 tius respondens, minime inquit. Ad hæc ego. Quidnam istud est quod non uultis permit-
 tere? Te, inquit ille. Quid adeo inquam ego. Declinare nempe nobis uideris in-
 quit, speciemq; totam disputationis huius non minimam subtrahere ne nobis exponas,
 atque surripere, putasq; latere nos, quod male dixisti, de uxoribus quidem & pueris, con-
 stare scilicet omnibus omnia sicut inter amicos communia esse debere. An non recte
 ô Adimante dixi inquam? Recte nimirum, inquit, sed quemadmodum in alijs, ita
 in hoc explanare oportet, qua ratione ita se recte id habeat, quæ communio sit mo-
 dus. Nam multi esse possunt. Ne igitur id prætermittas, quo minus nobis aperias quem-
 tu potissimum dicas. Profecto nos diu iam expectamus, sperantes expositurum te tam
 circa filiorum procreationem quæ sit generationis conditio, quàm circa nutritionem,
 quæ educationis futura sit ratio, qualisq; debeat esse hæc omnis quam tu dicis, uxorum
 liberorumq; communio. Plurimum quippe, immo uero totum referre istud ad rem-
 publicam ducimus, recte ne an non agatur. Nunc autem cum rempublicam aliam ag-
 grediaris priusquam sufficienter tractaueris hæc, uisum id nobis est, quod & ipse audi-
 sti, ne te aliquid quicquam aggredi permittamus, antequam hæc omnia quemadmodum
 cætera exposuisses. Me quoque, inquit Glauco, uobiscum sentire existimate. Equidem
 & Thrasymachus, in hoc proculdubio nos conuenire, inquit, omnes ô Socrates puta.
 Quid agitis obsecro, qui me ita reuocatis, quàm grauem rursus tanq̃ à principio dispu-
 tationem de Repub. suscitatis? Nempe ego quasi hanc iam peregissim mihi ipse congra-
 tulatus sum, satis esse factum existimans, si quis hæc boni consulat sic hæc accipiens
 quemadmodum sunt dicta. Quæ uos nunc exigentes, nescitis quàm frequens disputatio
 num

num instigetis examen. Quod ego tunc prospiciens libens cessi, prætermisq; ne crebro
 nos tumultu turbaret. Quid uero, inquit Thrasymachus, conuenisse huc hos arbitraris
 ô Socrates ut aurum funderent, potius q̃ ut sermones audirent? Ut sermones audiret,
 inquam, sed moderatos. Modus uero & terminus horum sermonū audiendorum ô So-
 crates, inquit Glauco, omnis uita est uiris mentē habētibus. Sed nos quidem mitte, tu ue-
 ro ne graueris si tibi uidetur ea quæ perquirimus, declarare, quæ nostris custodibus circa
 mulieres & filios sit futura cōmunio, quæ ue nutriendorum puerorū ratio eo ipso in tem-
 pore adhibenda, quod generationem inter & disciplinam labitur, quæ laboriosissima cer-
 te esse uidetur. conare nobis hæc aperire. Haud facile, inquam, ô uir beate explicari hæc
 possunt, plures enim in his quàm in superioribus insunt ambiguitates. Primo quidem an
 fieri hæc possint, dubitaretur. Quinetiam si possint, utrū optima ista sint, & quomodo, du-
 bitabitur. Quapropter difficultas hæc me dehortatur, uerētem ô dulcis amice, ne uotum
 quoddā & fictio esse mea hæc oratio uideatur. Ne pigeat, inquit, obsecro, necq; enim au-
 ditores habes ingratos, uel incredulos, uel maleuolos. O uir optime, inquam ego, nuni-
 ut exhorteris me, hæc afferis? Nempe. Contra, inquam, omnino facis. Nam si ego per-
 suadeā mihi nosse quæ dico, pulchre habet adhortatio hæc. Nempe tutū est & audēdum,
 inter amicos prudentesq; uiros uera quæ quis cognoscit, de maximis pretiosisq; rebus
 pronuntiare. Cum diffidentia uero & ambiguitate uerba facere quemadmodum ipse fa-
 cio, cauendū & fallax. Haud formidandum, inquam, ne risum audietibus moueam; nam
 puerile id quidem: sed ne à uero procul aberrans, & ipse falsitati succumbā, & amicos me-
 cum traham in ruīnam, & in his unā decipiamur, in quibus minime omnium errare conue-
 niat. Adoro itaq; supplex Adrastiam ob ea quæ dicurus sum Glauco. Reor enim minus
 eum delinquere, qui nō sponte aliquem perimit, q̃ qui circa constitutiones de honestis &
 bonis, iustisq; fallit. Hoc autē discrimen subire præstat inter inimicos homines q̃ amicos.
 Quare melius ô Glauco me consolare. At enim ô Socrates, inquit Glauco, si quo pacto
 nos ex hac disputatione errare cōtigerit, absoluemus te uelut ab homicidio, & infontem
 in hac deceptione pronuntiabimus. Ergo auidacter disputationē ingredi. Porro in-
 nocens est, inquam, qui illic absoluitur, ut leges docent. Ergo & qui hic absoluitur, inno-
 cens. Dic igitur, inquit, hanc ob causam. Dicere nūc rursus oportet, inquam, quæ for-
 te deinceps dicenda erant. Forte autem operæ pretium est, postea q̃ integrum uirile opus
 expressimus, deinceps quæ sunt mulierum referre, præsertim cum ad hoc ipse me cohort-
 teris. Homnibus quidem natis & eruditus, quæ admodum supra narrauimus, ut mea fert
 opinio, nulla est alia recta filiorum mulierumq; adeptio atq; usus, quàm ea uia gradienti-
 bus, quæ ipsi à principio ingressi sumus. Et enim conati sumus tanquā gregi custodes, ui-
 ros fœminæ præficere. Nempe, inquit. Sequamur igitur generationē, nutritionemq;
 q̃ simillimā adhibentes, consideremusq; utrū ita deceat, nec ne? Quonā pacto? inquit.
 Ita, utrum inter canes gregis custodes, fœminas ipsas censemus unā eadem custodire de-
 bere quæ & mares. & unā uenari, ac cætera omnia cōmuniter facere. An fœminas qui-
 dem intus quasi domestica asseruare, tanq̃ ad forensia opera impotentes propter ipsum
 catulorū partum & nutrimentū: masculos autē labores subire, omnemq; armenti curam
 gerere. Communiter his, inquit, omnia tribuimus, nisi quod fœminis ut imbecilliorib.
 maribus ut robustioribus utimur. Fieri ne potest, ut animali aliquo ad eadē utaris, nisi
 eadem ratione nutriueris, erudierisq;? Nullo modo. Si ergo fœminis ad eadē utemur
 ac uiris, in eisdem erudire decet. Certe. Musica autem & gymnastica uiros in superio-
 ribus eruditimus. Sane. Mulieribus igitur artes hæc similiter & res bellicæ tribuendæ
 sunt, ad eadēq; uti his decet. Consentaneū istud quidē ex his quæ dicis. Forsitan mul-
 ta præter consuetudinē ridicula uidebuntur dicta circa ea quæ nunc induximus si agatur
 uel dicantur. Et maxime quidem. Quid in his maxime ridiculum cernis? An quia nur-
 das fœminas cōspecturus sis in palæstris cū uiris certantes, nō modo iuuenes, sed & uetu-
 las, quemadmodū senes uiros in gymnasijs quando unā exercentur, licet iam rugosi ue-
 ternosiq; sint? Ita per Iouem. Nam ridendū id quidē, ut nunc res sunt, uideatur. Nos
 igitur postq̃ dicere cœpimus, haudquaquæ uereri debemus faceterū hominū dicacitates,
 quotcunq; & qualescunq; faciunt aduersus huiusmodi mutationē, quæ circa musicā gym-
 nasticamq; inducimus, nec minus circa armaturam equestremq; facultatem. Probe lo-
 queris

Dd

queris. Ergo postquam dicere cœpimus, pergamus ad legis severitatem, rogantes istos ne solito more nugentur, sed seria cogitent, admonentesq; haud longum præterisse tempus, ex quo Græcis turpia & ridicula uidebantur, quæ hodie barbarorum pleriq; ridenda uidentur, nudos uidelicet spectare uiros: & quando primum exercitationes huiusmodi aggressi fuerunt, in primis quidem Cretenfes, deinde etiam Lacedæmonij, licebat profecto urbanis uiris qui tunc erant hæc omnia carpere, an nō putas? Equidem. Verum postq; ut arbitror, utentibus utsum est cōmodius nudato corpore quàm operto homines exerceri, factum est ut quia optimum id ratione fuerat iudicatum, oculis ridiculum minime uideretur. Ex quo perspicuum est inanem esse eum hominē, qui deridendum quicq; præterq; quod est malum existimat, qui irridere res ipsas aggreditur, aliā quampiam sibi proponens derisionis causam, quàm quod insipidum atq; malum aut honestū quicq; & studio dignum existimat, aliō respiciens q; ad bonum. Sic est omnino. An non in hoc primum cōuenire oportet, utrum possint hæc fieri, nec ne? Cōcedere in super cuiq; ut pro arbitrio aduersus hæc ambigat, siue ioco, siue serio quis ad dubitare uoluerit, utrum in hominum natura possit fœmina cū masculo in omnibus operibus cōmunicare, uel in nullo, uel in quibusdam ualeat, in alijs uero nequaq; ipsaq; res militaris utro in genere horū sit? Nōne quisquis ita recte exorsus fuerit ut decens est, recte etiā peraget? Maxime. Vis ergo ut nos pro aliorum causa, nobis ipsis dubitationibus aduersemur, ne sine defensionē, quæ sunt rationis alterius oppugnet? Nihil prohibet. Dicā igitur sub eorum personam hunc in modum. Nihil opus est o Socrates atq; Glauco, ut alij nobis repugnet. Nam inter uos statim à principio cōdendæ ciuitatis constitit, oportere secundū naturam unum quencq; unum quiddam quod suum esset peragere. Constitit, quid nō? Est ne igitur, ubi nō longe mulier ipsa natura à uiro differat? Cur nō differat? Ergo nōne opus utriq; aliud pro natura utriusq; est tribuendū? Proculdubio. Quid restat igitur, quo minus aberratis nunc, uobisq; ipsis cōtradictis: quando quidē asseritis uiros & mulieres oportere eadem operari, cum tamen natura ualde inter se discrepet. Habebis ne o mirifice uir quid ad ista pro nostra defensione respondeas? In presentia quidē inquit haud satis facile, sed orabo te atq; oro, ut quid potissimum in nostri sermonis defensionē afferri possit, exponas. Hæc quidem o Glauco in quā cæteraq; generis eiusdem permulta iam dudū prospiciens timidus atq; inuitus ad hanc legē descendebam de mulierū & filiorum adeptione, atq; nutritione. Profectio inquit nō leue istud apparet. Non certe, sed ita res se habet. Siue quis in stagnū breue prolapsus est, siue profundum in pelagus, nihilominus aqua in media natat. Profus. An nō & nobis quoq; fundandū, conandūq; ut disputationis undas incolumes euadamus, sperantes aut delphinū nos aliquē suscepturum subleuaturūq; aut aliam quandā occultam salutis causam nobis fore? Ita uidetur. Circūspice obsecro, si qua exitum nanciscamur. Attende itaq; Conuenimus profecto naturam aliam aliud opus tractare debere: Mulieris autē & uiri diuersam esse naturam. Diuersas naturas in presentia istidem studere rebus iubemus. In hoc illi nos accusant. Valde. Quam generosa o Glauco contradicitoræ artis potentia est? Cur inquit? Quia uidentur mihi permulta etiam inuit in eam incidere, arbitrariq; nequaq; litigare, sed differere, ex eo quod nequeat secundum species diuidentes, quod illis propositum est, contemplari, imò uero secundum ipsū nomen cōtrarietatem propositi profequantur, contententes potius inuicem q; disputantes. Contingit equidem multis, sed nunquid & nobis idem nunc accidit? Et maxime quidem. Videmur sane inuiti cōtradictionem attingere. Qua ratione? Quod natura eadem opera eadem tractare nō debeat, fortiter admodum & cōtentiose si uerba inspicias cōtendimus. Considerauimus autem nullo pacto quæ species alterius eiusdem uel naturæ sit, & quorsum respicientes tunc descriperimus, quando diuersæ naturæ studia diuersa, eidem uero eadem attribuebamus. Certe nequaq; id cogitauimus. Cæterum licet nobis, ut uidetur, à nobis ipsis exquirere, nunquid eadē natura caluorum sit & comatorum, an contraria potius: ac postquam concesserimus esse contrariam, si calui coria incidat calceosq; cōficiant, haudquaq; sinere comatos homines eadem facere: sin autē comati, caltos nequaq; permittere. At risu dignū id esset. An ob aliud ridendum istud, q; quod tunc non omnino eandem & diuersam naturam posuimus, sed illam duntaxat dissimilitudinē & similitudinē speciem obseruauimus, quæ ad ipsa eadē studia pertinebat? Quemad-

Taxatur elen-
chus sophisti-
cus

Quemadmodum medicum & hominem habentē animū medicinæ studijs aptum, naturam eandem habere diximus, an non censet? Equidem. Medicinæ uero aptum aliam, & alia uirū promptū ad fabricandū. Omnino. Nonne & genus uiroū mulierumq; genus, si in arte aliqua aut studio nihil inter se differant, hoc utriq; assignandum esse dicemus: sin autem hoc ipso duntaxat discrepare inuicem uideantur, quod fœmina quidem concipit, uir gignit, nihilo magis admittemus ostensum fuisse quod ad id quo de nūc nos loquimur, à uiro fœmina differat, sed adhuc cenfebimus, tã custodes quàm mulieres ipso rum eadē apud nos exercere debere? Recte nititurum. Nonne post hæc iubemus eum qui contraria dicit, hoc ipsum nobis ostendere, ad quam artem, quodue officij ex istis que instituentæ ciuitati conducunt, non eadē sit sed diuersa uiri mulieris uel naturæ? Sic utiq; decet. Forte quod tu paulo ante dicebas, alius quoq; diceret: subito quidem quantū fati sit dicere, non facile esse: sin autem cogitetur, haud multum difficile. Diceret utiq;. Vis ergo oremus eum qui hæc nobis opponit, ut aures nobis præstet, attendatq; si qua ratione illi ostendere queamus, nullum esse studium ad res ciuitati subministrandas, mulieris proprium? Omnino. Age itaq; ad eum dicamus, responde, nunquid ita dicebas, ad aliquod opus aliquem apto ineptū uel à natura ingenio præditum esse ex eo intelligi, quod ille facile quicquam percipit, hic difficile: & ille si breue quid à quoquam didicerit, ex eo ipse plurimum inueniat, hic autem cum plura didicerit excogitaueritq; paulo post obliuiscitur: & illi quidem corporis membra sufficienter menti subserunt, huic autem repugnant? An alia præter hæc sunt, quibus hominem ad aliqua natura bene institutum, ab instituto male distinguis? Nullus alia dicit. Scis ne aliquid ab hominibus exerceri, in quo non omnia eadem uirorum genus & excellentius habeat q; mulierum genus? an late uerbis uagabimur, texendi artificium cōmemorantes, placentarumq; & obsoniorum cōfectionem in quibus aliquid mulierum genus esse uidetur, ubi per ridiculum sane apparet cum uincitur? Vera loqueris, quia longe in omnibus, ut ita dixerim, genus à genere separatur. Mulieres autem multæ multis uiris ad multa præstantiores. Vniuersum uero ipsum se habet ut dicis. Nullum igitur est o amice inter eos qui ciuitatem curant, officium mulieris proprium qua mulier est, aut uiri propriū qua uir, sed æque dispersæ in animantibus utriusq; naturæ: & omnium quidem operū natura compos est fœmina, omnium & uir est compos: in omnibus autem imbecillior fœmina. Sic est profus. Num uiris omnia præcipiemus, mulieris autem nihil? At quomodo? Est utiq; ut nos asseremus, inter mulieres quoq; alia medicinæ apta, alia minime; alia musica, alia natura à musica aliena: Quid nō? Et alia quidem ad exercitationes gymnasticas & rem militariē prompta, alia uero ad hæc inepta. Sic arbitror. An non & una quidem sapientiæ studiosa est, altera sapientiā spernit: & una elato animo, altera uero depresso? Et hoc assero. Est ergo & inter fœminas quædam ad custodiendum idonea, quædam minime. An nō naturā quamdam huiusmodi ciuitatē custodiendi uirorum elegimus? Huiusmodi certe. Mulieris itaq; & uiri eadem hæc natura ad ciuitatem custodiendam, nisi quod mulieribus ut imbecillioribus, uiris ut robustioribus est utendum. Apparet. Mulieres itaq; tales eligendæ sunt, ut unā cum uiris & colant & custodiant ciuitatem, postquam idoneæ sunt, & natura ipsis cognata. Profus. Studia uero nōne eadem naturis eidem sunt tribuenda? Eadem. Longo tandem circūitu ad priora illa reuoluti sumus, cōcessimusq; haud esse contra naturā ut custodū mulieres musica & gymnastica exerceantur. Summo opere. Quare neq; impossibilia, neq; pro desiderio commentitia, lege statuimus, quando quidem secundum naturam legem tulimus. Imò que his temporibus cōtra hæc sunt, multo magis præter naturam fiunt ut uidetur. Videtur. Nonne disceptandum nobis erat, utrum possibilia & optima diceremus, nec ne? Erat. Quod possibilia quidē, constitit. Plane. Quod autem optima, post hæc asserendum. Patet. Ad hoc ut mulieres ad custodiendā sufficientes euadant, nō alia opus est disciplina quàm ea qua uiros ad idem instruimus, præsertim cum eadem reperitur in utriusq; natura. Non alia. Quid porro de hoc sentis? Quod petis? Quero equidē utrum existimes inter uiros alios meliores, deteriores alios esse, an similes omnes. Nequaquā similes. In ciuitate igitur quam cōdidimus nunquid censet nobis præstantiores uiros effici custodes, eam quam dedimus disciplinam adeptos, quàm coriarios pericia coriaria imbutos? Ridiculam rem quaris, inquit. Intelligo equidem.

Sic legendum
uidetur, quan-
quā aliter ha-
bet exemplar
Græcum

Fœmina &
uir æque ad
omnia apti,
sed fœmina
imbecillior

Quid autem? nōtne & reliquorum ciuū hī optimi? Et reliquorum. Quin & mulieres tales, erunt optima mulierum? Valde. Est ne aliquid melius ciuitati, q̄ uiros q̄ opūmos, & mulieres optimas effici? Nō est. Hoc autem musica & gymnastica, ut supra narrauimus, perficere possunt. Proculdubio. Itaq; nō solum possibile, sed & optimum quiddā ciuitati, lege statuimus. Ita est. Nudandum igitur corpus erit mulieribus custodum, quando quidem pro uestibus uirtutē induent. Cōmunicandumq; in bello & alia omni ciuitatis custodia atq; tutela, neq; aliud agendū. Horum tamē officiorum leuio, ra quæq; propter generis imbecillitatē mulieribus tribuenda. Qui uero nudas riserit mulieres, optimi cuiusdam gratia ita nudatas, inanem circa ridiculas nugas carpēs sapientia fructū, neq; quid rideat, neq; quid agat, intelligit. Scite namq; istud & dicitur & asseritur: quod utile quidem, honestum; noxium autem, turpe. Et maxime quidem. Hunc itaq; unum ueluti gurgitem enataffe dicamus, de mulierum lege tractantes, adeo ne omnino submergi contigerit, dum asseuerarem omnia communiter exercere debere custodes apud nos tam uiros q̄ mulieres. Imō uero sibi meroratio nostra cōsonuit, quod uidelicet & possibilia & utilia ferret. Profundum certe pelagus enastit. Haud ingens id esse dicēs, cum deinceps quod sequitur, uideris. Dic iam ut uideam. Hanc quidē & priores ceteras, ut puto, hæc quoq; lex sequitur. Quānā? Mulieres scilicet has horū uiroꝝ omnes omnīū esse cōmunes, nullāq; priuatim alicui adherere, ac rursus cōmunes filios, neq; patrem filium suum nosse, neq; filiū suum agnoscere patrē. Multo certe difficilius istud creditur, quōd uel possibile, uel utile sit. Haud quidem arbitrator dubiū id cuiquam fore, quin utile sit, maximumq; bonum, mulieres esse cōmunes, cōmunes & filios, si modo fieri possit. Verum arbitrator plurimam in eo uersari cōtrouersiam, nunquid fieri possit, nec ne. De utriusq; sane summopere ambigetur. Dicis utiq; sermonum conspiratio nem. Ego autem rebar me iam ab altero liberatum iri, si tibi uilum fuerit utile esse. Nam reliquum mihi fore, ut perquirerem utrum possibile sit an non. At latere non potuisti, dum fugeres. Redde de utriusq; rationem. Sustinenda mihi certe pœna est, sed hoc mihi indulge. Sine enim paulisper meo me arbitrato reficiam, quemadmodum qui pigri mentes sunt, pacere se cogitatione quotiens soli proficiscuntur solent. Etenim huiuscemodi homines, antequam compertum habeant quo pacto fieri possit quod petunt, omittentes hanc curam ne nimio labore grauentur, dum de possibili & impossibili deliberent, quasi id iam sit quod affectant, sibi persuadēt: ac deinceps reliqua digerunt, oblectanturq; dum cogitant qualia præsentē illo faciuri sint, atq; ita torpentē animum etiam languidiorē reddunt. Haud secus & ipse pigresco, cupioq; in aliud tempus deceptationem illam differre possibilia ne ista sint, an non. In præsentia uero quasi possibilia sint admittens, perquam si ipse permiseris, qua ratione hæc existentia principes ipsi disponēt, quōd due omnīū uilissime erunt ista si fiant, tam custodibus q̄ ciuitati. Hæc cōnabor equidem prius tecum considerare, illa uero posterius, si concesseris. Concedo equidem, considera iam. Arbitrator igitur si modo erunt principes hoc nomine digni, eodemq; modo horum ministri, hos quidem uelle exequi quæ mandantur, illos autem præcipere, partim ipsis parentes legibus, partim imitantes, quatenus illis nos permiserimus. Probabile id quidem. Tu igitur legis conditor ipsis, quemadmodum uiros elegisti, ita & mulieres eligens, præbebis, quo ad fieri potest conformes inter se ingenio. Isti autem utpote ædes & comestiones cōmunes habentes, proprium uero nihil talium possidentes, unā habitabūt, & inuicem congregantes in gymnasijs ac reliquo uictu, ab innata, ut arbitrator, necessitate ad mutuam trahentur commixtionem. An non necessaria tibi dicere uideo? Haudquaquam necessaria, geometrica quadam necessitate, sed amatoria, quæ multo acrior est quam illa ad per sua dendum uulgo atq; trahendum. Nimitum uehementer, inquam ego. Verū post hæc o Glauco sine ordine denudari inter se, uel aliud quicquam facere, neque sanctum est in beatorum hominum ciuitate, neq; iudices id permittent. Neq; enim iustum esset. Constat utiq; quōd nuptias deinceps, quoad fieri potest, sacras instituemus. Essent autē sacra, quam utilissima. Summopere. Quōnā pacto utilissima erūt: hoc mihi dicas o Glauco. Video equidem tuis in ædibus & uenatorios canes, & generosas aues frequentes. Nunquid ad istorū coitum generationemq; quandoq; animaduertisti? Quorsum istud? Primum, inter hos ipsos licet generosos, nonne sunt & fiunt præstantissimi quidam? Sunt

Mulieres communes

Sunt. Vtrum ex quibuscunq; æque fieri generationem permittis? An curas potius, ut ex optimis generetur? Ex optimis. Num ex tenerimis quibusq; an senio confectis? an ætatis in flore potius constitutis? Ex his ipsis potius. Ac nisi hunc in modū generatio deducatur, longe deterius fore canum & auium genus existimas? Equidem. Putas in equis ceterisq; animalibus aliter euenire? Absurdum id esset. Pape o dulcis amice quam perspicacibus ac summis nobis est opus principibus, siquidem in hominum genere similiter se res habet. Habet utiq; quid tum? Quia necesse est ut medicinis multis utantur. Quando enim medicinis nullis indigent corpora, sed uicius duntaxat institutionem exigunt, medicum certe debiliorem sufficere arbitramur. Cum uero medicinis est agendum, scimus fortiori quodam medico opus fore. Vera narras. Sed quorsum hæc? Nempe necessarium fore uidetur, ut frequenti mendacio & deceptione utantur principes ad subditorum utilitatem. Diximus autem supra huiuscemodi omnia pharmaci medicinaq; loco necessaria esse. Et recte quidem. In nuptijs itaq; & filiorum procreatione uidetur rectum hoc fieri non mediocriter. Quo pacto? Oportet profecto secundum ea quæ supra concessimus, optimos uiros mulieribus optimis ut plurimum congregari: de terribus autem contra, deterrimis. Et illorum quidem prolem nutrire, horum minime, si armentum excellentissimum sit futurum. Et hæc omnia dum agantur ab omnibus præterquam à principibus ignorari, si modo armatum custodum debeat seditione carere. Probe admodum. Igitur festa quadam erunt legibus designata, in quibus sponso & sponsas congregabimus, sacra fient, & hymnā poetis nostris, celebratis nuptijs conuenientes. Numerum autem nuptiarum arbitrio principum concedemus, ut ad hostes ac morbos ceteraq; huiusmodi respicientes, eundem quā maxime ciuū numerum seruent, neue populosa ciuitas nimis sit quoad fieri potest, neq; uacua. Recte loqueris. Sortes igitur quadam tali quodā artificio instituendæ, ut deterior ille in qualibet copulatione fortunam nō principes culpet. Et maxime quidē. Enim uero his qui inter iuuenes præstantiores sunt in rebus siue militaribus, siue alijs quibusdam, munera ac præmia danda sunt, & talia permulta: quin & uberior mulieribus congregandi licentia, ut ex hac simul occasione filij plures quam ex alijs, ex his serantur. Probe. Itaq; filios qui ex his oriuntur suscipient ij qui talibus præsidet magistratus, siue uiroꝝ, seu fœminarum, siue utrorumq; communes enim uiris & mulieribus magistratus. Est ita. Accipientes utiq; præstantum hominum prolem, ad ouile portabunt, ad nutrices quasdam seorsum in ciuitatis parte aliqua commorantes. Eos uero qui nascuntur ex deterioribus, siue etiam ex quibuscunq; alijs, sed membro aliquo in abditis ut decet locis abscondent. siquidem debet custodum genus purum fore. Nutritionem præterea & hi curabunt. Matres enim ad ouile cum lacte exuberabunt transmittent, procurantes ne ulla suum agnoscere ualeat. Ac si hæc minus suffecerint, alias insuper lacte plenas adhibebunt. Prouidebunt quoque ut mediocre tempus in lacte sugendo seruetur. Vigilijs item laboresq; ceteros nutricibus imperabunt. Plurimum facultatis ad procreandam prolem custodum mulieribus tribuis. Sic decet. Sed age deinceps, quod maxime intendimus, percurramus. Diximus plane ex robustissimis oportere filios procreari. Diximus. An non tibi quoq; uidetur moderatū adulti roboris tempus esse mulieri quidem annos triginti, uiro autem triginta? Quis horum modus? Ut uidelicet mulier a uigesimo ætatis anno incipiens, usq; ad quadragesimum pariat: uir autem postquam acutissimum sui cursus uigorem transierit, ānos scilicet triginta, inde usque ad ānos quinque & quinquaginta procreet. Profecto in ijs ætatibus uigor animi corporisq; consistit. Si igitur senior istis, siue iuni or generationem in communi attingerit, prophanum & iniquum scelus hoc esse censebimus, quasi fœtus is in ciuitate feratur, qui si lauerit, orietur non sub sacrificijs quidē & uotis, quæ singulis in nuptijs peragent sacerdotes omnes tam uiri quam mulieres & ciuitas uniuersa, precantes ut ex bonis meliores, ex utilibus utiliores, nascatur: imō uero sub tenebris ex acri quadam incontinentia. Recte loqueris. Eadem quoq; erit habenda ratio de illo, qui cum adhuc in generandi ætate fuerit, principesq; non copulante, mulierē in ætate iam adulta constitutam attingerit. Nempe hunc asseremus puerum generare, spurrium, incestum, atque prophanum. Scite admodum. Quando igitur iam mulieres & uiri ætatem generationi aptam egressi fuerint, licere uiris dicemus, cuiuscunq; uoluerint, Dd 3 præter

De nuptijs & matrimonio

Actus generationi apta

Que officinas seruanda sūt

præter q̄ filia atq; matri, & filiarum natis matris ue maioribus cōmissert. licere & mulieribus cuiuslibet copulari, præter q̄ filio atq; patri, ac superioribus et inferioribus eorundem. Cum uero hæc omnia mandauerimus, interdiximus partum talem si contigerit, in lucem produci. Siquid autem coegerit, ita exponere præcipiimus, quasi eius nulla nutritio sit.

Hæc quoq; probe dicunt. Patres uero & matres & ceteri cognati quos memorabas, quo modo inuicem discernentur? Nullo modo, sed omnes quicunq; nascuntur decimo mense, uel septimo ex ea die qua quis liberis operam dedit, masculi ab hoc filij, foeminae filiae nominabuntur. Nati autem eum patrem uocabunt, natorum similiter filios ille nepotes esse dicet, isti autem superiores auos & auas nominabunt: at eos qui illo tempore nascerentur, quo patres ipsorum matresq; inuicem generabant, fratres atq; sorores. Atque ita quod modo dicebam nullo modo se mutuo tangerent. Fratribus autem & sororibus lex cohabitationem cōcedet, si fors dederit, & Pythia simul per responsa firmauerit. Recte admodum. Talis utiq; erit ō Glauco inter ciuitatis custodes mulierum filiorumq; communio. quod aut congruat reliquo ciuitatis ordini, sitq; admodum optima, oportet deinceps ratione cōfirmare: aut quid agemus? Hoc omnino. An nō cōventionis huius hoc est principium, ut a nobis ipsis sciscitemur, quid maximum bonum ad ciuitatis constitutionem inueniamus, ad quod respiciens legislator, leges cōdere debet, quid ue maximum malum: Consideremus deinde, an ea quæ modo narrauimus, ad boni ipsius uestigationē nobis cōueniant, a mali aut uestigio dissonent. Maxime omnium. Habemus ne ullum perniciosius ciuitati malum, q̄ quod eam diuidit, et ex una plures facit: uel melius quicq; eo quod ipsam uiuicem simul, & unam efficit? Non habemus. Nonne uoluptatis dolorisq; communio unit, quando ciues omnes maxime ex earundem rerum accessu uel decessu pariter gaudent ac dolent? Et maxime quidem. Horum uero diuersitas eam dissonat, quando eisdem ciuitatis & eorum qui in ciuitate sunt casibus alij uehementer dolent, alij gēstunt. Quid nī? Ex hoc autem tale quid prouenit, quando non simul in ciuitate hæc uerba uulgantur, Meum scilicet & non meum, ac de alieno eodem modo.

Nihil perniciosius ciuitati quam diuisio, ut nihil melius quam unio

Quam uim in ciuitate habeant uerba hæc meum & non meum

In quacunq; igitur ciuitate complurimi ad idem secundū eadem hoc dicunt, Meum & non meum, ea optime gubernatur. Prorsus. Et quæcunq; q̄ optime ut unus homo affecta sit. Porro quotiens alicuius nostrum percussus est digitus, tota corporis cōmunio ad animam pertingens, in unā cōordinationē eius quod in ipsa anima dominatur, sentit protinus, totaq; simul afflictā parte cōdoluit. Atq; idcirco hominē dolere digitū dicimus. Eademq; est de quauis alia parte & passione hominis ratio: de dolore uidelicet, cū pars aliqua dolet: ac de uoluptate, cum aliqua sui parte reficitur. Eadē ratio certe: & quod quærīs, ciuitas quæ optime regitur q̄ proxime ad hoc accedit. Quotiens, ut arbitror, ciuium cuiq; boni aliquid uel mali continget, talis utiq; ciuitas suum esse clamabit eum qui sic afficitur, atq; ideo rota uellatabit unā uel dolebit. Neceffe est ita in ciuitate optimis legibus gubernata cōtingat. Sed hora iam est, ut ad ciuitatem nostram redeamus, & quæ nunc inter nos constiterunt, exquiramus utrū ciuitati huic conueniant maxime, an alteri potius. Licet prorsus. Sunt & in alijs ciuitatibus principes & populus, & in ista similiter.

De nominibus ciuium ac magistratuum

Sunt. Atqui omnes isti ciues se alterutrum appellabunt? Quid nī? Sed præter ciuis nomen, quomodo in alijs ciuitatibus populus princeps uocatur? In pluribus quidem dominos, in populari aut gubernatione principes. At nostræ ciuitatis populus, quomodo ultra ciuis nomen principes nuncupabit? Seruatores auxiliariosq;. Quo autem modo isti populū? Mercedis tributores & nutritores. Qui uero in alijs præsumt, populū? Seruos. Principes ipsi se inuicē? Conprincipes. Nostri autē? Concustodes. Putas esse aliquē inter aliarū ciuitatū principes, qui ex collegis aliū sibi propinquum, aliū extraneum uocet? Equidē multos. Propinquū igit tanq; suū & putat & dicit: extraneū uero, ut non suum. Plane. E nostris autē custodibus est ne ullus qui collegarum quēpiam extraneum arbitretur ac uocet? Nullus. Quicunq; enim quis occurret, uel fratri, uel sorori, aut patri, aut matri, aut filio, aut filia, siue horum natis, seu maioribus putabit occurrere. Præclare loqueris, sed ad hoc quoq; responde. Vtrum ciuius tuis nomina duntaxat inuicem propinqua familiaria legestatuēs? an præterea propinquitatis officia, ut uidelicet ita se gerāt, ut appellationis ipsius dignitas postulat, seruentq; erga parentes, quæcunq; lex exhiberi illis præcipit, reuerentiā, curam, obedientiā; alioquin & deos & ho-

mines

mines infensos habeant, utpote qui neq; sancta, neq; iusta agant, si cōtra fecerint? Alij ne in hac tua ciuitate sermones q̄ hi, cunctis ex ciuibus, protinus ad aures puerorum circumsonabunt, & aduersus parentes, quoscunq; illis qui indicauerit, & aduersus alios genere proximos? Hi certe ipsi. Absurdum enim id esset, si domestica nomina tantum ore, sine officio proferrentur. In hac igitur ciuitate maxime omnium, uno aliquo bene uel male affecto uno ore clamabunt omnes, Meum bene se habet, uel meū se habet male. Vera loqueris. Cū hac opinione ac uerbis huiusmodi sequi dicebamus, ut & uoluptates communes sint & dolores. Et recte quidem. In eo igitur maxime nostri ciues inuicē cōmunicebant, quod meū dicent: ex qua cōmunionē sequetur, ut uoluptates & dolores communes habeant. Penitus. Horū uero causa unā cum reliqua ciuitatis constitutione, est ipsa custodum circa mulieres filiosq; cōmunio. Sic est omnino. Enim uero summū hoc ciuitati bonū esse confessi sumus, cum ciuitatem recte gubernatā similem esse diceremus corporis, cum singulis partibus suis circa uoluptatē & dolorem quoquo modo cōmunicantis. Et merito quidem concessimus. Maximi itaq; boni causa ciuitati nobis patuit esse ipsa inter auxiliarios mulierū filiorumq; cōmunio. Valde. Atqui & superioribus hæc cōsonant. Diximus enim neq; domos proprias his esse debere, neq; agros, neq; possessionē aliquam, sed ab alijs accipere nutrimenta mercedē custodiā, & communiter omnes cōsumere, si ueri custodes futuri sunt. Probe. Nonne quod ipse atō, & quæ supra, & quæ nunc inducta sunt, maxime faciunt, ut ueri hi custodes euadant, neq; diuidant ciuitatē, dum meū dicant nō idem omnīū, sed aliorū aliud esse, & alius in propriā domū trahat quodcunq; seorsum ab alijs usurpare uoluerit, alius in suā ab alijs diuersam domum: & ex proprijs mulierib; ac filijs, diuersi diuersis letētur & doleāt: imō uero ut ex una proprij eiusdē omnīū sententia, in idem tendentes omnes quoad fieri potest, similibus uoluptatibus, & doloribus ipsdem, siquid accidat, afficiātur? Maxime. Quid autē: iudiciorum controuersia accusationesq; mutua, nōne cessabunt omnes, quando quidē nec propriū quicquā præter corpus quicquā habebit, reliqua uero cōmunia? Vnde sequitur, sine seditione illos fore, quantum ad eas lites attinet, quæ pecuniarū uel filiorū uel propinquoꝝ rī causa oriri solent. Neceffe est omnino hæc abesse. Quin neq; de ui illata usquā contendetur. Nempe asseremus honestū & æquū esse ut æqualē æqualis ab iniuria arceat, tantandis corporibus necessitatē imponentes. Probe. Atqui & hoc rectū lex hæc continet, quod si quis alicui irascatur, itamq; explere cōtentat, minus ad maiores maiorū ue transibit seditiones. Sic est prorsus. Seniorē quippe lex nostra cōstituit præesse omnibus iunioribus, eosq; corrigere. Perspicuū id quidem. Constat præterea quod iunior in seniorē nisi iussu principū sæuere nunquā, neq; cedere audebit, ut decens est, neq; ignominia ulla afficere. Metus namq; & pudor custodes sunt ad hæc prohibenda sufficientes. Pudor quidē nō permittet eos, quos parentes suspicantur, uiolare. Metus autē ab iniuria absterrebit quenq; timentē scilicet ne ceteri omnes, partim ut filij, partim ut fratres, partim ut patres oppresso succurrāt. Ita prorsus accidit. Omnino igitur ex his legibus ciues inuicē in pace uitā agent. Summopere. His autē inter se minime dissidentibus, haud metuendū est nequando ciuitas alia uel aduersus hos uel ipsi inter se pugnent, seditionesq; moueāt. Non certe. Pudet referre, quā minus deceat, minutissima queq; mala a quibus liberi ciues erunt. Adulationes certe aberunt, quibus aduersus diuites, inopes uti solent. Sollicitudines itē indigentū atq; dolores, quibus in filijs nutritis, querendissq; pecunijs propter necessariā domesticorū seruorumq; nutritionē ueantur, dum & foenore dant operā, & negant quæ acceperunt, & quæ sui undecunq; student. Seponunt præterea apud mulieres ministrōsq; permulta, quæ ad tēpus cōdantur. Nam q̄ multa, & qualia in ijs homines patiuntur ō amice, & ipsa per se cuiq; parēt, & illiberalia sunt, & indigna narratu. Patent plane uel cæco. Porro ab his omnibus liberi erūt, uitamq; agēt beatorē beatissima illa eorū uita qui uicerūt Olympia. Qua ratione? Nempe illi ob exigua eorū quæ hi possident partē, beati putantur. Nam & uictoria horū præclarior, & perfectior ex publico alimonia: horumq; uictoria, ciuitatis totius est salus. Alimēta præterea & quæcūq; alia ad uitā necessaria ipsi eorumq; filij coronationis loco accipiūt. Honores insuper & præmia ab ipsa Repub. uiuentes cōsequuntur, & uita functi digna sepulchrorum suis uirtutibus monimenta. Hæc certe admodum egregia sunt. Meministi quod

Quando optime ciuitas habet

Metus & pudor custodes sufficientes

in superioribus nescio cuius oratio nobis obiecit, tanquam custodes minime beatos efficeremus; utpote qui nihil haberent, cum tamen liceret illis civium omnia possidere. Ipsi autem respondimus, in posterum nos sibi contigerit, consideraturos: Nam in praesentia custodes quidem reuera custodes facere nos, civitatem vero quoad possemus beatissimam; neque ad unam quandam eius partem, sed ad totam respicientes, beatitudinem illam exquirere. Memini equidem. Nunc certe auxiliariorum uita, quando longe praeclearior ac melior quam eorum qui Olympia uincunt, apparet, nequaquam coriariorum, aut aliorum artificum, aut agricultorum uita similis esse uidetur. Non certe, ut & ipse arbitror. Verum tamen quod & supra dixi, par est ut hic reperam: quod si ita custos beatus fieri studeat ut non sit custos, neque sufficiat ipsi uita adeo moderata & stabilis, & ut nos asserimus optimat, sed insana & puerilis exorta felicitatis opinio rapiat eum ob ipsam potentiam ad omnia quae in ciuitate sunt sibi uendicanda: cognoscat Hesiodum sapienter illud dixisse, dimidium esse plus quam torum. Sime consultore utetur, haec in uita manebit. Probas igitur communioem, quam uiribus cum uiris tribuimus, quoad disciplinam, filiorum susceptionem, custodiam civium, ut una cum uiris in pace gubernent, in bello militent, custodiant unam, & canum instar uenentur, omniumque officiorum omnino quoad fieri potest, participes sint. Ac dum haec agunt, optima agere illas concedis, neque contra naturam foeminae, qua instituta est ut cum mare communicet. Probo equidem. Nonne restat deinceps ut id declaramus, utrum esse possit haec in hominibus quemadmodum in reliquis animalibus communio, & quo pacto possit. Occupaui prior quod ego interrogaturus eram. De re quidem bellica manifestum esse arbitror, quo pacto ea tractabit. Quoniam pacior Militabunt profecto communiter, tam mares quam foeminae, ducentque adultos filios secum ad praesidium: ut quem admodum aliorum opificum filij, & hi patrum suorum opera cernant, quae ipsi quoque cum ad matrem aetate peruenerint, effecturi sunt: atque insuper ut parentibus auxiliio sint, ministrantque omnia quae ad bellum spectent, patresque & matres curent. An non animaduertisti quod in artibus accidit, ueluti quod diu figulorum filij fingentes patres spectant, eisque ministrant, aut requa ipsi quicquam fingant? Maxime. Nunquid diligenter illi quod custodes filios suos erudire debent perita & inspectione operum cuique conuenientium? Ridiculum id quidem esset. Quinetiam omne genus animantium natis praesentibus ardentius pugnatur. Est ita, uerum periculum est per maximum o Socrates, ne si forte ut accidit in bello, fors aduersa contigerit, filios quoque secum perdant, ex quo ciuitas nimis multis orbatam hominibus resurgere rursus ad praesidium nequeat. Vera loqueris. Sed tu forsitan in primis ita se comparare quoniam oportere existimas, ut nullum unquam periculum subeat. Nullo modo. Quid? Nonne tunc in discrimen uentendum, ubi qui se egregie gesserint, praestantiores euadent? Perspicuum est. Num parum interesse censet, indignumue quod propter periculum suscipiatur, ut spectent uel non spectent res bellicas pueri, qui milites futuri sunt? Imo uero referre ad id quod ais. Danda igitur opera est, ut bellum pueri spectent duntaxat, & qua ratione tui sint excogitandum, atque ita recte fiet. Nempe. Principio parentes eorum haudquaquam ignari erunt, sed quo ad hominibus concessum est, ad discernendum perspicaces quibus in castris periculum insit, quibus non insit periculum. Verisimile id quidem. Ad tutiora itaque ducent eos, ad alia minime. Probe. Deinde rectores illis praeficient, non ignauissimos quosque, sed homines & usu rerum & aetate idoneos duces & paedagogos. Ira decet. Verum multa dicemus praeter opinionem multis hominibus euenisse. Et maxime quidem. Horum causa o amice statim a tenebris annis alae quaedam applicanda puerulis, ut si quando opus fuerit, uolantes protinus aufugiant. Quomodo istud ais? Equitare consuecant primis ab annis pueri; cumque hoc didicerint, equis ad spectaculum bellum ducantur, non ferocebis quidem aut nimium bellicosis, sed quae uelocissimis, & habentis facile obsequiis, atque ita commodissime opus suum prospiciet, securissimeque euadent siquid aduersi contigerit, seniores duces sequentes. Scite admodum loqui mihi uideris. Quid de his quae ad bellum attinent, dicendum? Quae seruanda militibus ad se inuicem & aduersus hostes? Nunquid recte sentio, nec ne. Quidnam? Arbitror eum qui in acie ordinem deseruit, uel arma abiicit, uel tale aliquid propter timiditatem commisit, ad opificum ordinem uel agricultorum esse transmittendum. Sic decet. Eum uero qui uiuus ab hostibus captus fuerit, etiam gratis reddere uolentibus, relinquentem

Mulieres & filios adultos militare

Pueri ducendi sunt ad spectaculum puerulorum

dum, ut praeda quomodocumque libet utantur. Omnino. Qui autem egregie sese gerens excelluerit, primo quidem in ipsa expeditione ab ijs qui una militant adulescentibus ac pueris, sigillatim a quolibet coronandus. nonne tibi uideretur? Mihi uero. Quid non ne & dexteris iungere illi debebunt? Et hoc. At hoc praeterea tibi forsitan non uideretur? Quid? Ut oscula a quolibet accipere debeat ac dare. Imo uero maxime omnium. Atqui & legi huic addendum existimo, ut quoad in ea expeditione fuerint, nemini renuere liceat, quemcumque osculari ipse desiderauerit, ut si quis alicuius amore captus fuerit uel maris uel foeminae, acrior sit ad uictoriam consequendam. Praclare, nam quod nuptiae strenuis uiris facilius paratae quam alijs, & cooptiones frequentiores erunt, ut quam plurimum ex his nascantur, iam dictum est. Diximus certe. Etenim secundum Homerum eiusmodi iuuenes iustum esse maxime honorare. Nam ipse Aiacem bello praecellentem, dixit assiduis ab humeris honoratum, quasi hic pubescenti homini ac forti conueniens sit honor, ex quo cum honore simul & robur augeatur. Recte admodum. In his ergo Homero parebimus. Etenim nos in factis ceterisque huiusmodi uiros bonos quo magis excellent, eo magis & hymnis & his quae modo diximus honestabimus, sedibus item & carnis, bus, plenisque pateris, ut & honoremus unam uiros praestantes frequentioresque & exerceamus. Bellissime loqueris. Eum uero qui in militia cum se strenue gesserit, obijt, primum aurei generis esse dicemus. Maxime omnium. Deinde Hesiodo fide adhibita, asseremus, quicumque hoc ex genere decedunt uita, demones effici sanctos terrestres, optimos expulsores malorum, custodesque mortalium. Ita certe credemus. Consulemus ergo oraculum, quo pacto beatos diuinorum uiros condere deceat, & quibus insignibus praecipue decoret, atque ita condemus ut iusserit. Proculdubio. Reliquum itaque tempus sepulchra eorum ueluti daemonum colemus, atque adorabimus. Eadem quoque seruabimus erga illos, qui cum praecipua probitate pollere in uita iudicati fuerint, senio aut alio quodammodo uita cessant. Decet sane. At quomodo aduersus hostes nostri se milites gerent? Qua in re? In primis quidem de seruitute quaero, utrum iustum esse censeas, ut Graeci Graecas urbes in seruitute redigant, an potius, ut neque ab alijs fieri istud permittant, ac pro uiribus obfrent, consuescantque Graecorum generi parcere, cauentes ne barbaris ipsi seruire cogantur. Omnino & ad omnia refert Graecis parcere. Ergo nostri exercitus neminem Graecum facere seruum debent, sed & Graecis alijs consulere potius, ut ipsi ab hoc caueant. Prorsus. Nam ita facilius ac fortius contra barbaros insurgent, & ab se inuicem abstinebunt. Quid autem? spoliare mortuos praeter arma, postquam uicerunt, honestum est, an non? An occasionem hoc praebet timidus, ne aduersus hostem aduentent, quasi magnificum aliquid moliantur quando inter caduera uoluntantur? At enim rapiendi cupiditate multam exercitus perierunt. Maxime. An non illiberale quiddam, cogitationisque auaritia, muliebris, ac uilis esse uidetur cadauer expoliare, hostemque putare mortui corpus, cum aduersarius ipse abierit, eo quo pugnabat relicto? Num censet eos qui hoc agunt, differre a canibus aduersus factos lapides irascens, eo qui facit dimissor? Nihilominus differre arbitror. Quare a rapinis huiusmodi abstinendum est. uictoriae namque obfunt. Abstinendum penitus. Neque etiam in templum arma transferemus, ea deo sacra, praesertim arma Graecorum, si modo nobis cura est cum Graecis alijs beneuolentia. Maxime uero formidabimus, ne scelus impium sit, talia a proprijs in sacrum transferre, nisi quid alius deus dixerit. Recte admodum. An tui milites, Graecorum quibuscumque pugnabunt, agros depopulabuntur, ac domos incendunt? Libenter quid tu de hoc sentis, audirem. Mihi quidem nihil tale uidetur agendum esse, sed fructus annuos duntaxat auferendos. Vis causam dicam? Equidem. Videtur mihi sicuti nomina haec duo sunt, bellum ac seditio, ita & duo quaedam diuisa subesse differentijs. Dico autem duo haec, aliud quidem proprium & cognatum, aliud alienum atque extraneum. Inimicitiam quae inter nos est, seditionem: quae inter extraneos, bellum uocatur. Haud ab re est quod ais. Animaduerte nunquid & hoc ad rem dicam. Aio equidem Graecos omnes inter se propinquos esse genere atque cognatos, a barbaris autem diuersos atque extraneos. Praclare loqueris. Quoties igitur Graeci aduersus barbaros, uel contra Graecos barbari ipsi pugnabunt, bellum gerere asseremus, & hostes esse natura, & has inimicitias bellum uocabimus. Quando uero Graeci aduersus Graecos insurgent, dicemus eos natura quidem amicos esse, morbo autem laborare in hoc

Graeciam

Græciam, & seditionibus agitari, & seditionē has inimicitias appellabimus. Assentior equidem. Si in seditiosa ciuitate utriusq; factionis homines aduersariorum agros deturbarent, inflammarentq; domos, uides quā pernicioſa futura ſeditio ſit, neutriq; illorum patriæ ſuæ cultores. Quippe ſi eam amarent, nunquā certe auderēt nutricem matremq; uaffare, ſed ſatis eſſe factū putarent, ſi uictores aliorum raperent fructus, exiſtimātes non ſemper ſe inuicē pugnaturos, ſed quandoq; reconciliandos. Mitiorū profecto hominū hæc eſt ſententiā. Ciuitas hæc quā condimus, nonne Græca? Decet. Ergo & æqui & mites in ea ciues. Maxime. Quare Græcorū amici. Nempe omnē Græciā ſibi conſtitam exiſtimabunt, & ſacra habebunt ut alijs, inter ſe cōmunia. Summopere. Itaq; contentionem ſibi aduerſus alios Græcos exortam, tanquam cum ſuis geri putabunt, ſeditioemq; uocabunt, nō bellum. Sic prorsus agent. Ergo tanquā qui reconciliandi quandoq; ſint, altercabuntur. Ita certe. Pia itaq; ſententiā & temperato animo rem agent, nō ad ſeruitutē aut necem reſpicientes, tanquā qui hoſtes minime ſint. Hoc utiq; modo. Non ergo Græciam cū Græci ſint deſtruent, neq; domos incendunt, neq; putabunt in ſingulis ciuitatibus omnes ſibi aduerſos eſſe & uiros, & mulieres, & pueros, ſed paucos admodū inimicos, eos duntaxat qui fuerint diſcordiæ cauſa. Quamobrem neq; regionē deuaſtabunt eorū quaſi ut plurimū amicorum, neq; domos ſubuertent, ſed caeteros decertabunt, quatenus qui diſcordiæ cauſam dederunt, inſontibus poenas ſoluant. Assentior equidē ita eſſe Græcis pugnantibus repugnandum. cōtra barbaros autē, ita animatos eſſe debere, ut nunc Græci contra Græcos affectū ſint. Ponamus itaq; legē hanc cuſtodibus, ut neq; populentur agros, neq; igne ædes abſumant. Ponamus profecto, & hæc unā cū ſuperioribus recte ſe habere, aſſeueremus. Sed mihi quidē uideris ō Socrates, ſiquis te alia quādā narrare permittat, nunquā illius te recordaturū, quod in ſuperioribus prætermittens, hæc omnia in mediū adduxiſti: quod uidelicet poſſibile ſit hanc rem fieri, & quo pacto fieri poſſit. Nam ſi extiterit, quod bona omnia ciuitati ipſi proueniāt, non dubito: quin & ea etiā quæ tu prætermittis. quod uidelicet ciues illi cōtra hoſtes ſtrenue pugnabunt, eo quod ſe inuicē nequa quā deſerent, cognoscētes ſe inuicē eſſe propinquos, perq; hæc nomina mutuo ſe uocātes, fratres, patres, filios. Quod ſi & foemina militent unā, ſiue eodē in ordine, ſiue ſequenti acie, ut & terreantur hoſtes, & cū neceſſitas poſtula uerit, uiris auxiliū afferatur, certe ſcio inexpugnabiles eos fore: & quot bona eos domi ſequantur, eſſi dicta omnia non ſunt, intelligo. Verum tanquā cōcedente me hæc omnia & alia permulta, ſi fiat hæc reſpub, prouētura, ne plura de ipſa ſuperinducas, ſed hoc ipſum iā conemur nobis perſuadere, quod poſſibile ſit, & qua ratione poſſibile hæc extare reſpub. Cætera uero mittamus. Subita quadam incurſione ſermonē meū iterū inualuiſti, neq; mihi ignoſcis militiæ laboribus iam deſeſſo, neq; aduerſis forſitan quod uix me duobus ē fluctibus emergentem, nūc in tertiuū retrudis pelagus profundiffimum. Quod poſt quā uideris audierisq; dabis certe mihi ueniā, cognoscens haud iniuria extimuiſſe me ſermonem adeo ab opinione hominū abhorrentē ingredi. Quo plura in hanc ſententiā cōgeres, eo minus dimitteris a nobis, quo minus oſtēdas, qua ratione fieri poſſit hæc reſpublica. Quare dicas iam, nec ultra cuncteris. In primis meminiffe oportet, quod nos inquirentes quale quid iuſtitia & iniuſtitia ſit, huc diſputando deuenimus. Oportet ſane, ſed quorſum hæc? Nempe ſi quale quid iuſtitia ſit cōſpexerimus, num uirū iuſtum cenſebimus, niſi ſi de illa differre, ſed talem eſſe omnino, qualis ipſa iuſtitia eſt: an ſatis eſſe factū putabimus, ſi quā proxime ad eam acceſſerit, & maxime omnium illius ſit particeps? Ita plane ſatis habere putabimus. Exemplaris igitur cauſa quale quid iuſtitia ſit quaſi uimus, & qualis uir perfecte iuſtus ſi extet: Iniſtitia rurſus qualis, & iniuſtiſſimus homo: ut quales ipſi quo ad beatitudinē & miſeriā eſſe nobis conuentibus uiderentur, cogere mur & de nobis ipſis fateri, talem noſtrū quenq; ſortē habiturū, quiſquis ē nobis illis ſe præſtiterit quā ſimillimū. Non autē ob id perſcrutati hæc ſumus, ut monſtraremus ea fieri poſſe. Verā hæc ſunt. Cenſes aliquē ex hoc minus bonū fore pectorem, quod poſtq; humana pulchritudinis exemplar abſolutū ediderit, niſiſq; deſpectie prætermiſerit, ne queat demonſtrare, hominem talem reperiri poſſe? Nequaquam. Nonne & nos præſtantiffimā ciuitatis oratione exemplar effinximus? Proſus. An igitur eo minus nos recte loqui exiſtimas, ſi oſtendere non poſſumus, talem extare poſſe ciuitatem

ciuitatē, quale ipſo ſermonē depinximus? Minime. Sic utiq; ſe ueritas habet. Quod ſi & hoc præterea tui cauſa demonſtrandum, quo modo, & ſecundum quid maxime effici poſſit, rurſus ad hanc oſtenſionem hæc ipſa mihi fateare oportet. Quanam? Nunquid ſic fieri quicquam poſſit ut dicitur, uel ita natura comparatum eſt, ut actio minus q̄ ſermo ueritatem attingat, licet alicui non uideatur? Tu uero utrum das iſtud, an non? Do equidem. Ne me cogas igitur ut qualia uerbis hæc figurauimus, talia penitus digito indicare debeam. Sed ſi ualeamus adinuenire qua ratione q̄ proxime ad hæc accedat Reipub, inſtitutio, fatendum eſt cōperiffe nos quemadmodū quæ tu præcipis, effici poſſunt. An nō ſatis eſſe factum duces, ſi horū compos efficiaris? Nam ego quidem ſat habere rem. Ego quoq; conemur igitur declarare poſt hæc, quid iſtud ſit propter quod in ciuitatibus male agatur, quo minus licet regantur, & utrū unius cuiuſdam exigui mutatione ciuitas ad hanc formā inſtituatur, quid ue illud ſit: & nunquid maxime unius mutatione id fiat, uel ſaltem duorū, an pluriū, ſed q̄ pauciſſimorū, & potētia minimorum. Sic omnino. Vno quodā mutato oſtendere id poſſumus quod caderet, quod quidē nō eſt paruum, nec facile poſſibile tamen. Quid iſtud? Ad id redeo equidem, quod ingenti fluuii cōparauimus. Dicitur igitur, quanquā ſuſpicor ne effluore peruicaciorū riſu inuadente penitus obruatur. Cōſidera quod diciturus ſum. Dic iam. Niſi philoſophi ciuitatibus dominentur, uel hi qui nunc reges potentesq; dicuntur, legitime ſufficereq; philoſophentur, in idemq; ciuiliſ potētia & philoſophia cōcurrant, neq; quod nunc ſit, a diuerſis duo hæc tractentur ingenijs, nō erit ciuitati, uel ut mea fert opinio, hominum generi re quietes ulla malorū, neq; prius hæc reſpub, quā uerbis expoſuimus, oriatur pro uiribus, & ſumē ſolis aſpiciet. Hoc eſt quod ego iam diu dicere uereor, quaſi ſit incredibile dictū. Nā haud facile perſuaderur, nullam aliā gubernationē priuatim uel publice futurā felicem.

Aut philoſophos regnare, aut reges philoſophari oportet, reſi ciuitas debeat eſſe felix

Ex hac tua oratione ō Socrates exiſtimato laceſſitos plurimos, nec uiles quidē hominuculos, abiectis ueſtibus ſuſceptisq; undecunq; cōtingerit armis, impetū in te facturos, & magnum quiddā conatuos. Quibus niſi oratione occurris defendisq; te, uere plurimis cōtūtiſ laceratus dabis poenas. An nō tu horum mihi cauſa eſ? Et recte quidem. Verum haud te pro dā, imō certe defendā quibuſcunq; potero. Poſſum certe beneuolentia exhortationibuſq; ac forte diligentius q̄ quibus alius respondebo. Quamobrē tanquā hoc deſenſore adiutus conare hiſ incredulis demonſtrare, ita eſſe ut dicis. Annitendū profecto, poſtq; & tu acriter propugnaturus uideris. Neceſſariū mihi uiderur, ſi eos effugere uolumus, declarare illis in primis, quales uiros eſſe philoſophos arbitremur, cum illis exhibemus imperiū: ut hiſ patefactis poſſit aliquis opē ferre, oſtēdens quod hos quidē decet ex ipſa natura, & philoſophiæ ſtudiū, & reip. adminiſtrationē attingere: alios aut nequaquā attingere, ſed ducētibus illis obſtere. Declarandū iam. Age hac me ſequere, ſiquo modo exponere quod ſatis ſit ualeamus. Duc. Nūquid admonēdus eſ? an ſatis ipſe meminiſti, q̄ quando aliquē amare aliquid dicimus, uideat oportet ſi uere id dicitur, nō partim illud diligere, partim minime, ſed erga totū afficit? Admonitione equidē ego. Nā nō ſatis teneo. Aliū quēuis potius decebat ō Glauco, ita loqui. Virū autē amorī plurimū indulgentē ignorare nō decet, quod oēs in ætatis flore cōſtituti, puerorū amatorē quoquo modo ſtimulant atq; cōcitant, cū digni cura ac dilectione eſſe uideantur. An nō ſic erga ſpectoſos adoleſcētes affectu eſtis? Alius quia ſumus, gratioſus a uobis iudicatur laudaturq;, a quilibet uero regiū appellatis, Alius quia medius iſtorū eſt, cōcinnus admodū uobis eſſe uiderur. ſuſcos uiriles uocatis: candidos, deorū filios. pallidū aut adoleſcētē quis, niſi amator ipſe blandiēs quodammodo, & ſuſſuſci appellatōne appellauit, in ephēbis ſcilicet pallorē facile ferēs: Et ut ſummatim dicā, quaſcunq; captatis occaſionculas, quo neminē omnino florētis ætatis adoleſcētē reſciatis. Si in me oſtēdere cupis quo pacto amatores afficiantur, diſputationis gratia hoc accipio. Quid uini audis: nōne ſimiliter affectos uides: quod libet uini quacuq; capta occaſione uehemētē expeteret? Valde. Quin etiam anima aduerſiſſe te arbitror, quod ambitioſi hoies, ſi exercitus totius præfecturā aſſequi nequeūt, ſatē tribuni effici uolunt: ac niſi a magnis uenerādiſq; hominibus honorētur, honorē ab ignobilibus accipiūt, utpote qui honorē prorsus aſſeſſent. Magnopere. Fateberis hoc, an non? Num etiā quē amare quippiā dicimus omnē illā rem ardere dicemus? an partim exoptare rem eā, partim nequaquā fatebimur? Omnem. Nōne ergo philoſophum

Quis philoſophus ſit

sophum sapientia studiosum esse dicemus, non huius quidem audium, illius non, sed omnino potius sapientia. Vera loqueris. Eum igitur qui aliquam spernit doctrinam, praesertim dum est iuuenis, neque dum ratione delectum habet quid conferat quid uel non conferat discernentem, nequaquam discendi cupidum uel sapientiae amator esse asseuerabimus: quem admodum illum qui fastidit epulas, neque esturire dicimus, neque epulas concupiscere, neque a matore cibis, sed cōtemporem uocamus. Et merito quidem. Homine uero ad quam libet de cōtinā degustādam propensioem, ad discendumque promptissimum, & inexplēbit liter inhiantem, merito philosophū nūcupabimus. Nonne? At uero multi & absurdi quidem homines tales esse cōperientur. Nam qui spectaculorum auditi sunt, discendi cupidum omnes esse uidentur: & ad audiendum curiosos homines, absurdum est philosophos dicere, qui ad rationem dicendi differendique haud libenter accedunt: uerū ad omnes choros protinus audiendos quasi auribus mercede conductis, in Bacchanalibus obuersantur, cantusque omnes, siue in urbe, siue in suburbis agantur, audire percipiunt. Nunquid istos omnes ac alios talium quorundam percipiendorum cupidos, & artibus utilissimis incumbentes, philosophos nominabimus? Nullo modo, sed philosophis similes. Veros autem philosophos, quos appellas? Veritatis inspiciedae cupidos. Recte quidem

Philosophi ueritatem

istud, sed quomodo id dicis? Haud facile istud ad alios eloqui. Te autem hoc mihi datum arbitror. Quid potissimum? Postquam contrarium est turpi pulchrum, duo haec esse. Quid nunc? Et postquam duo haec sunt, singula unum erunt. Et hoc. De iusto quidem etiam & iniusto, bono & malo, speciebusque omnibus ratio eadem. Nam quodlibet istorum, unum ipsum est: corporum uero actionum & alterna communione passum apparentia, singula multa uidentur. Scite loqueris. Hac equidem ratione distinguo, seorsum quidem quos tu modo dicebas, curiosos ad uidentum, audiendum, artesque tractandas, seorsum quos & illos de quibus est sermo, quos solos merito quis philosophos appellabit. Quomodo istud ais? Homines oculis & auribus dediti, pulchris uocibus, coloribus, & figuris & omnibus quae ex talibus constant, admodum delectantur, ipsius autem pulchri naturam cogitatio eorum non potest attingere. Sic est. Qui uero ad ipsum pulchrum ascendere ualeant, & secundum seipsum inspicere, nonne rari? Rari admodum.

Quos philosophi uocant, quos philosophi differunt

Qui res istas pulchras existimat, ipsam uero pulchritudinem neque putat esse: neque si quis ducat, ad perceptionem eius attingere potest: uere sapere tibi uidetur, an infomnijs ludis?

Somniant qui non philosophantur

Considera itaque, somnare non id est, quando siue dormiens quis seu uigilans quod alicui simile est, non simile, sed ipsum esse censet cuius est simile? Somnia uidere hunc ego dicere. Quid uerorū qui cōtra affectus est, intelligitque quid ipsum pulchrum, ac discernere ualeat & ipsum & quae ipsius participant, adeo ut neque ipsum illa esse, neque illa ipsum putet, uigil ne uiuit, an oscitans? Certe per uigil. Huius igitur cogitatione ut cognoscens, cognitionem iure uocabimus: huius tanquam opinantis, opinionem. Omnino.

De cognitione & cognitione scibili

Oportet sane. Aduerte quid ad eum dicemus. Si uis, sane hunc in modum ab eo sciscitabimur, dicentes quod siquid nouit, nulla inuidia: sed gratum erit nobis & ipsum scire aliquid, & quid sciat, nouisse. Sed mihi id dicas. Quicumque cognoscit, cognoscit ne aliquid aut nihil? At tu mihi eius loco responde. Aliquid certe. Vtrum quod est an quod non est? Quod est. Quo enim modo quod non est, cognosci possit? Sufficiēter istud constabit, si uaria sub ratione peruestigetur, quod uidelicet omnino ens, omnino & cognosci potest: nullo modo ens, nullo modo cognosci. Sufficiētissime. Siquid autem ita se habet, ut & sit & non sit, nonne medium erit inter id quod est omnino, & id quod nullo modo est? Medium. Circa id quod est, cognitio ipsa uersatur. Ignoratio ex necessitate circa id quod non est. Circa medium istorum, medium quod omnino inuestigandum, scientiam inter & ignorantiam, siquid huiusmodi reperitur. Prorsus. Num aliquid esse opinionem dicimus? Quid nunc? Vtrum eandem potentiam cum scientia, an diuersam? Diuersam.

Circa aliud scientia, circa aliud opinio

Ergo circa aliud quidem uersatur opinio, circa aliud autē scientia, uel secundum potentiam eandem, uel secundum eandem utraq; sui ipsius potentiam. Est ita. An non scientia quidem circa id quod est, ea ratione qua ens esse cognoscit? Imò uero necessarium esse censeo, ut prius ista distinguam. Quis? Dicemus utique potentias esse genus aliquod eorum quae

quae sunt, quibus & nos possumus quaecumque possumus, & aliud, quodcumque aliquid potest. Veluti uisum & auditum potentias quasdam uoco, si modo quod loquor intelligis. Inrelligo equidem. Audi quod mihi de his uidetur. Nam ego quidem ipsius potentiae neque colorem uideo aliquem, neque figuram, neque quicquam talium, qualia plurimum reliquorum, ad quae respiciens, aliqua apud me distinguo, haec alia esse, alia illa. In potentia uero ad illud solum aspicio ad quod est, quod due agit: & hac ratione, quamlibet ipsarum, potentiam nunc cupaui: & illam quidem quae ad idem tendit, idemque agit, eandem uocata uero illa quae ad aliud spectat, & aliud operatur. Tu uero quid in his agis? Quod & tu. Age rursus ad haec conuerrere, o uir optime. Vtrum scientiam potentiam quandam esse dicis? an in genus aliud refers? potentiam, & omnium profecto ualidissimam. Opinione uero, potentiam ne, an aliud quiddam esse dicemus? Potentiam certe. Nam quo opinari possumus, non aliud est quam opinio. At paulo ante confitebaris, non idem esse scientiam & opinionem. Quo pacto quis mentem habens idem asseret quod falli potest, & quod non potest? Optime quidem. Constat itaque aliud esse apud nos ab opinione scientiam, aliud plane. Vtraque igitur circa aliud, aliud operari suaapte natura potest. Necessae est. Scientia quidem, circa id quod est, ipsum ens ut se habet cognoscere. Sane. Opinio autem opinari. Et hoc. An idem quod & scientia noscitur eritque idem quod opinione percipitur, & quod scientia? an potius impossibile? Impossibile certe ex his quae cōcessimus. Siquidem circa aliud alia potentia ipsa ex natura uersatur: potentiae uero utraque sunt, scientia scilicet & opinio: alia item utraque, ut est dictum. Ex his autem fieri non potest, ut idem sit quod scientia comprehenditur, & quod opinione concipitur. Nonne igitur si ipsum ens cognitione percipitur, id quod concipitur opinione, aliud quiddam praeter ipsum ens est dicendum? Aliud. Nunquid non ens opinatur? an impossibile est opinari non ens? Sic autem cogita. Nonne quisquis opinatur, ad aliquid opinionem dirigit? an possibile est opinari quidem, opinari autem nihil? Impossibile. At unum aliquid opinatur, quisquis opinatur? Proculdubio. Quod uero non est, non unum aliquid, sed nihil potius est dicendum.

Prorsus. Non enim quidem ex necessitate ignorantiam tribuimus, enim uero cognitio nem. Recte admodum. Ergo neque ens, neque non ens opinatur. Sic est. Quare nec ignorantia neque cognitio erit opinio. Non, ut uidetur. Num extra haec est supergreddiens uel cognitio perspicuitate, uel obscuritate ignorantiam? Neutrū istorum. An forte tibi uidetur opinio cognitione obscurior, ignorantia clarior. Maxime. Inter utraque igitur iacet. Certe. Media ergo istorum erit opinio? Media. An non supra diximus, siquid appareret tale ut simul esset & non esset, illud inter uere ens, & omnino non ens esse ponendum? neque scientiam ad illud, neque ignorantiam pertinere, sed quod medium inter ignorantiam rursus appareat & scientiam? Scite. Nunc autem apparuit medium istorum esse, quod opinionem uocamus. Plane. Illud itaque nobis, ut arbitror, restat inueniendum, quod utriusque sit particeps, ipsius esse scilicet & non esse, neutrumque illorum synce re dici debeat: ut si nobis pateat, opinabile quiddam merito nuncupemus, extremis quidem extrema, medijs autem media tribuentes. An non ita? Ita prorsus. His ita suppositis percontabor eum, qui ipsum pulchrum, & pulchritudinis ideam unam esse negat, semper eodem modo secundum eandem se habentem: multa uero pulchra esse ducit, & pulchris rebus spectandis deditus, nullo modo admittit unum esse pulchrum, unum iustum, similiterque de ceteris, percontabor inquam hunc in modum. Est ne aliquid ex hisce multis pulchris utrius optime, quod non turpe etiam uideatur? Itemque ex iniustis quod non iniustum: & sanctis, quod non prophanum? Non, sed necesse est pulchra ipsa turpia etiam & quocumque alia interrogas, apparere. Quid multa dupla? nunc minus dimidia quam dupla uidentur? Nihil minus. Et magna insuper & parua, leuia ite & graua, nunquid magis talia contra uocabuntur? Non, sed singula semper utraque participabunt. Vtrum est magis quam non est unum quodque multorum, id ipsum quod quis illud esse dicit? Simile hoc est ijs quae in conuiujs ad utramque partem plerumque dicuntur, & aenigmati percontatorum circa eunuchum de uespertilionis percussione, quomodo & in quo illum ueni arquant percussisse. Haec enim ambigua sunt, neque esse, neque non esse ipsorum aliquid, neque utraque, neque neutra firmiter responderi potest. Habes ne qua ratione his utaris? Vel conuenienterem positionem istorum inducere potes, quam mediam inter essentiam & non esse

esse? Neque enim obscurior quam non ens apparebit ad hoc ut minus sit, neque clarior quam ens, ad hoc ut sit magis. Vera loqueris. Inuenimus igitur, ut uidetur, quod multa illa quae a multis pulchra, aut alia quoquo modo existimantur, media inter omnino ens & omnino non ens uoluntur. Inuenimus plane. Confessi autem antea fueramus, quod si quid tale apparuerit, non cognitione, sed opinione percipi dicendum: & cum mediu per uagetur, media comprehendere potentia. Concessum fuit. Eos igitur qui pulchra haec multa conspiciunt, ipsum uero pulchrum non uident, neque eum sequi possunt qui ad id perducant, & multa contemunt iusta, ipsum autem iustum minime, & alia similiter, eos opinari cuncta dicemus, cognoscere autem nihil eorum quae opinantur. Neceffe est. Quid eos, qui ipsa quae contemplantur, semper eodem modo secundum eadem se habentia, nonne cognoscere potius quam opinari? Neceffe est & hoc. Nonne amarere hos & admirari ista dicemus, in quibus ueratur cognitio: illos autem, in quibus opinio? An non recordamur quod uoces & colores quosdam, & talia quaedam, diximus hosce diligere & intueri: ipsum uero pulchrum quod aliquid sit non admittere? Recordamur. Quare non ab errabimus, si istos *Quosdam*, id est, opinionis amicos, potius quam philosophos appellauerimus: quanquam acriter succensibunt nobis, si ita dicamus. Non si mihi parent. Nam ueritati irasci nefas est. Itaque eos qui ipsum unum quodque per se ens admirantur & diligunt, philosophos, non *Quosdam* uocabimus. Ita decet, inquit.

ARGUMENTVM MARSILII FICINI IN
dialogum sextum de Iusto



M leges omnes uel optimas absque probatissimis magistratibus mortuae sint, magistratus autem optimi uel absque legibus scriptis ipsi sint uirae leges, merito Plato noster, quemadmodum uita exposuimus, in excellenti republica non in condendis legibus, sed in firmandis magistratibus optimi diligentia elaborat: atque id quidem non solum a tenera aetate, uerum etiam ab ipso factu dios contendit, quo ex electis seminibus, continuaque cultura ad optimam frugem perueniat. Quoniam uero hos appellat custodes, custodum autem maxime proprium est prospicere atque circumspicere, ideoque ingenium praecipue philosophicum, omnium sine controuersia perspicacissimum eligit ad humanum gregem custodiendum. Quippe cum soli huius oculo pateat boni ipsius iustitiae exemplar, ad cuius imaginem bene iuste, beate pingenda sit ciuitas. Praeterea pertinet ad custodem esse uericum, liberalem, temperatum, fortem, iustum, magnanimum, mansuetum. Eadem quoque probabit propria esse philosophi, ut denique concludatur custodiendi officium praeter ceteris philosopho committendum. Quamobrem eiusmodi esse naturam philosophi probabit: deinde quia generosa natura absque reuera cultura, & semper inutilis fit, et seipsum noxia, iradecet colendi huius ingenij disciplinam. Interea uero de spurio & adulterino tractat philosopho, legitimum philosophum simulante. Item de abusu quodam philosophandi. Rursus de philosophandi forma ad illum praeter ceteris pertinente, qui rempublicam sit quandoque rector. Docet autem philosophi maxime proprium esse, perpetuum ueritatis ipsius circa res aeternas amorem. Ideoque & amorem temporalium & mendacium ad philosopho maxime omnium alienum. Res dicit praeterea philosophi mentem in ipsa ueritate indagatone se iungi a corpore, atque ex quadam sui cognatione diuina menti coniungi, ac per insitas sibi ab initio formulas idearum, ideas ipsas attingere, ab eisque ipso contactu lumen excutere, quo mox facta fecunditas concipiat, immo facta ualidior pariat ueritatem, id est, per ipsas suas conceptiones ideis undique congruat. Tu uero hic aduerte intelligendi actum, quemadmodum & in Symposio, generatione partumque uocari. Quod quidem cum Christiana consentit theologia, ostenditque non imaginariam tantum, uerum etiam naturalem quandam inesse menti formam atque ueritatem. Proinde ingenium eiusmodi, & raro admodum, & in paucis nasci putat, & tunc quidem multis, tum conditionibus indigere, tum obstaculis impediri. Praecipue uero depruari sermone & opinione uulgi, multoque magis uulgi eiusdem opera. Rursus ad uulgariibus praceptoribus qui & ipsi uitam orationemque suam uulgo quasi adulatores accommodant, similemque tradunt auditoribus disciplinam. Et uide quam congrue Plato uulgi uasto comparat bruto. Item ciuitates omnes nauibus casu quodam relictas a nautis gubernandi prorsus ignaris, uirumque peritiam gubernatoria praeditum deridentibus. Nota optima quaeque siue naturae siue fortunae munera, si uel negligenter culta fuerint, in malum uel male culta, in pessima tandem euadere. Praeterea quod interdum, quamuis admodum raro, dicitur in ciuitate male disposita, quales esse omnes iudicat, uir magnus probatissimisque appareat, id non arti, nec naturae, sed diuinitati duntaxat attribui. Vbi uero de Momo reprehensionis deo mentionem facit, intelligit mortuum esse diuinam curam prospicientem quid reprehendi potuisset in singulis, si aliter quam sunt facta fuissent ideoque ita singula disponentem ut in re reprehendi non possint. Assignat proinde causas quibus ortae in philosophos

philosophos sine calumnie, quasi uel mali sint, uel inuiles reipublica. Primo quidem multi quotidie ad philosophiam studium ineptissimi, tam prauo ingenio, quam paruo iudicio, non parua tamen ambitione uel auaritia philosophiam inuadunt, ac prebentant, ex eiusque commercio opiniones procreant adulterinas, atque deridendas, malis praeterea moribus facultatem dederant philosophicam. Deinde si qui ad id studium nati sunt, uel statim educatione conuersu diuinae improba deprauantur, uel si moribus integri perseverant, non tamen conuenientibus disciplinarum gradibus instruuntur, uel instructi quidem, ad rempublicam non admittuntur, uel ipsi potius publicis se studiis immergere nolunt, certa timentes pericula, desperantesque se posse inter homines passim corruptos sanis consilijs ciuitati prodesse. Inter haec animaduerte actiua uita procellas, contemplatiua tranquillitate, excessum philosophi mentem, mortalium contempum, studium diuinorum, formulam quandam pro aetatis gradibus doctrinarum. Omnino autem simili ratione erudit philosophum atque ciuem, neque id quidem iniuria. Asserit enim in Politico & Sophista eundem esse uirum regium & ciuilem atque philosophum. Oportere uero probat in hoc concurrere duo quaedam genera rarissima in hominibus concurrentia. Naturam uidelicet ingenio acutam, contemplationi aptam, ueritatis audiatte flagrantem, una cum natura graui, ad agendum strenua, & boni publici prouidant. Ingenium eiusmodi per omnes disciplinarum gradus perducit, ut patebit in septimo. Tabet quoque exerceri ciuilibus actionibus, atque inter uoluptates, dolores, labores, pericula, uelut aurum igne diligenter examinari atque probari, prius quam ciuitatis gubernacula sibi credantur. In primis autem ipsius boni scientiam omnium praestantissimam huic iudicat necessariam, affirmans quemadmodum res omnes absque boni possessione inutiliter possidentur, sic rerum quoque omnium artiumque cognitionem absque ipsius boni intelligentia esse prorsus inutilem, neque posse ciuem uel priuata uel publica ad bonum rite dirigere, nisi quid bonum sit ratione cognouerit. Et si diuini huius boni scientia uideri Aristotelico potest superflua ad rempublicam humanis moribus gubernandam, necessaria tamen est ad hanc ipsam gubernationem, per quam Plato in superioribus inquit, conan dicit esse, ciues deo similes amicosque reddere. Subiunxit praeterea gubernatorem circa singula bona ad bonum ipsum disponenda & caecitare, & casu suam quodam ferri nisi primam ipsam boni perspicere formam, omnium exemplar causamque bonorum. Ut autem animaduertat Aristotelem in Ethicis circa ideam boni aduersus Platonem ludere, lege Platonis uerba diligentissime, ac plane perspicies ideam boni non esse speciem hanc, aut illam, hic aut ibi, sed ipsam eminentissime diuinitatis fecunditatem, per omnia sese potenter, suauiter, salubriter propagantem. Cuius imaginem quandam in mundo uisibili solem uult esse uisibilem, uires suas similiter per omnia diffundentem. Verum ante hunc quem uisibilis solem Plato alterum in mundo cogitat inuisibilem, imaginem dei patris primam, uerumque filium. Ideo filios dixit boni, ut super uisibilem hunc imaginariumque filium posses inuisibilem & archetypum contemplari. De hoc patre atque filio in Epistola ad Herimiam legimus. De hoc Platonicus Pilo in libro De causis, inquit: Conandum est in primis ad ipsum ens, id est de quo dicitur, Ego sum qui sum, ascendere. Aut saltem ad ipsius imaginem sacratissimamque rationem uerbumque primo genitum. Per eiusmodi rationem atque uerbum fieri omnia secundum Heraclitum & Platonem, Amelius Platonicus asserit, utiturque testimonio Ioannis euangelista. Item in Epinome testatur & Plato. Et quamuis Platonicorum nonnulli dei patris filium deum per substantiam a patre, Arianorum more distinguant, praefertim Iuliani in libro De seculo: Iuliani tamen praceptor Iamblichus Aegyptiorum adducit mysteria, in quibus patris & filij diuersa quidem ratio, sed eadem uidetur esse substantia. Sed audi mysterium. Primus deus & unus primi pater est dei, quem gignit in solitaria sui ipsius permanens unitate. Est autem exemplar filij qui nominatur suimet filius, sui pater atque unipater, deus uere bonus. Ille enim fons est idearum: a quo utique uno, deus per se sufficiens, seipsum explicauit in lucem. Propterea sufficiens per se nominatur suusque pater. Est enim hic principium, deus deorum, unus ex uno, super essentiam omnem, principiumque essentiae. Mysterium hoc Iamblichus testatur esse Mercurij. Quemadmodum uero ipsum bonum sit super uoluptatem, & mores, & sapientiam, Plato hic significat breuiter. Super uoluptatem quidem, quia si uoluptas ipsa bonum ipsum esset, nulla uoluptas mala esset & noxia. Item super mores, quoniam multi satis circa mores habere se putant, si mores bonos uidentur habere. Quod autem iudicant uerum esse bonum, non opinione quaerunt, sed re ipsa prorsus habere. Praeterea super scientiam, quia neque quolibet modo, neque quolibet seire praecipue optas, sed bene potius atque bona. Alioquin scientiam, aut res ipsas, super negligis. Neque dicas ipsum bonum esse boni scientiam, ne per idem stulte definias idem. Rursus super intellectum, hic enim assidue bonum quaerit, ipsum uero bonum, non quaerit bonum. Adde & super ueritatem. Quod enim magis iudicas bonum, magis & eligis. Mortuum uero damnatumque minus uerum eligis potius quam magis uerum. Denique super ens. Nam ut bene sis, esse desideras. Sed & de his, & quemadmodum boni ipsius lumine omnia uera in tellectus intelligat, in Theologia latius disputamus. Sequitur distinctio rerum in genera duo, uisibile & inuisibile, & utriusque in duo, scilicet antecedens atque sequens, similisque perceptionis humanae distinctio, in quibus Brentinum sequitur, & Archetypum, sed elegantius simul & latius explicat.

DIALOGVS SEXTVS

DE IVSTO



VALES philosophi sint, inquam ego, & quales qui alieni a philosophia, o Glauco, uix tandem longa oratione consistit. Erat fortassis, inquit, haud facile paucioribus explicare. Non, ut apparet, Planius uero id, ut arbitror, eluceret, si hoc duntaxat solum enarrare oportuisset, neque per alia multa peruagari, si quis ostendere uelut quoniam uita iusta ab iniusta distet. Quid posthac nobis restat agendum?

Quid aliud quam quod deinceps sequitur? Postquam philosophi sunt qui attingere possunt id quod semper secundum eadem eodem modo se habet: qui uero id nequeunt, semper autem per multa mutabiliaque uagantur, philosophi non sunt: quosnam ex his duces esse ciuitatis oportet? Quo pacto ad hoc recte possumus respondere? Quicumque custodire leges possunt, & ciuitatis officia, his gubernacula sunt reipublicae committenda. Probe. At perspicuum est, utrum caecum an acute cernentem esse oporteat, cui mandemus aliquid seruandum. Quid ni perspicuum?

Videntur ne tibi a caecis differre, qui cognitione in unaquaque re uis quod uere est, caerent: neque perspicuum ullum habent in animo exemplar: neque possunt tanquam pictores ad exemplar uerissimum respicientes, referentesque ad illud, & ipsum quam sincerissime custodire atque seruare? Professio non longe differunt. Num istos potius ad custodiam eligemus, quam eos qui unumquodque quod uere est, cognoscunt, peritiam quoque aut alia qua uis in parte uirtutis nihil inferiores existunt? Absurdum esset utique alios quosuis eligi, praecipue si caetera nequaquam desint. Hoc certe maximo superant. An non istud iam dicemus: quoniam pacto istem poterunt illa simul & haec habere? Omnino. Quod ergo in huius disputationis exordio diximus, naturam ipsorum perdiscere in primis oportet: atque arbitror, si de illa inter nos satis conueniat etiam hoc conuenire, fieri scilicet posse ut istem haec assequantur, neque alios praeter hos ciuitatis duces esse debere. Quoniam pacto? Hoc itaque inter nos primum constat de philosophorum ingenijs, quod semper eam diligunt disciplinam, qua illis notior fiat natura illa quae semper est, neque generatione & corruptione mutatur. Constat. Quinetiam quod eam totam affectant, neque sponte partem eius ullam spernunt, nec paruam, nec magnam, neque honorandam, neque uilem, quemadmodum supra de ambitiosis & amore captis praediximus. Recte. Praeterea & hoc animaduerte, nunquid necesse sit naturae eorum inesse, qui tales futuri sunt, quales narrauimus? Quale istud? Ut mendacij omnis natura expertes sint, neque sponte mentiantur unquam, sed omnem oderint falsitatem, diligant ueritatem. Probabile est. Non solum probabile est, o amice, sed penitus necessarium, eum qui ex natura ad aliquid amore afficitur, quicquid cognatum & familiare est amato, diligere. Scite. Num familiarius aliquid sapientiae quam ueritas reperitur? Nihil. An ergo possibile est naturam eandem esse philosophicam & mendacem? Nullo modo. Ergo discendi cupidum necesse est statim a pueritia ueritatem omnem summopere affectare. Profus.

Quem uero ad certum quiddam ardentem rapiunt cupiditates, huic ad alia cupidines remissiores sunt, cum alio tanquam riuiuli defluant. Nulli dubium. Quicumque igitur ad disciplinas & caetera talia omni desiderio flagrant, puram ipsius animae experientiam uoluptatem, corporis autem oblectamenta despiciunt, nisi quis fictus sed uerus philosophus sit. Summopere necessarium istud. Temperatus itaque uir talis erit, neque pecuniae cupidus. Nam ad quemuis pertinet potius quam ad hunc cumulantis pecuniae inhiare, cuius gratia caeteri maxima cum iactura pecuniae quaerendis insudant. Ita est. Praeterea id considerandum, quoties naturam eius qui philosophus sit, & eius qui non sit, discernere cupis. Quidnam? Ne forte latens quaedam insit illiberalitas. Nam aduersa omnino est pusillanimitas animo uniuersum ipsum semper diuinum atque humanum indagaturo. Verra loqueris. Nempe cui cogitationis adest magnificentia, & totius temporis totiusque substantiae contemplatio, humana uita magnum quid uideri non potest. Non profecto.

Num

Num mortem hic terribilem aestimabit? Minime. Timida itaque illiberalisque natura, philosophia uera non conuenit. Non ut mihi uideatur. Vir autem modestus non quaestui deditus, non pusillanimis, non superbus, non timidus, num in commercijs difficilis erit, aut iniustus? Nullo modo. Quinetiam cum discernere cupies quis animus philosophus sit, qui non, statim a teneris annis id obseruabis, nunquid iustus, & mitis, an iniustus atque agrestis. Maxime. Neque hoc, ut arbitror, praetermittes. Quidnam? Vtrum ad percipiendum uelox, an tardus, num censes quempiam illud unquam diligere, quod cum aggreditur, summa cum difficultate agit, & uix tandem parum quid proficit? Nunquam profecto. Quid si nihil seruet eorum quae discit, obliuiscaturque omnium, nonne erit scientia uacuis? Vacuus. Cum uero irritus illi labor omnis suscipiatur, an non cogetur tandem seipsum & actionem talem odisse? Nihil prohibet. Obluio sum igitur animum legitimum philosophorum ingenijs conuenire nequaquam existimemus, sed admodum memorem. Ita profus. Absona praeterea & inconcinna natura, ad intemperiam semper trahit. Semper. Veritatem uero an cum intemperie, & immoderatione congruere putas, an cum temperie potius? Cum temperie. Ergo compositam, & gratam praeter caetera cogitationem huic ingenio tribuamus, quod suaapte natura propensum esse uolumus ad ideam cuiusque quod uere est inspicendam. Nempe. An non tibi uidetur singula percurrisse quae necesse est continuata serie sibi inuicem succedentia animo ei competere qui ueritatem rerum perfecte sit consecuturus? Ita profus. Num potes quoquo modo studium id damnare, quod nullus sufficienter exequi potest, nisi natura sit perspicax, memor, magnificus, gratiofus, amicus familiarisque ueritatis, iustitiae, fortitudinis, temperantiae. Ne Momus quidem id carperet. Nonne his solis eruditione tandem & aetate prouectis rempublicam praebebis administrandam? Ad haec Adimantus, Nemo o Socrates posset, inquit, contradicere. At uero sic afficitur qui audiunt ea passim quae tu narras. Putant enim interrogandi respondendi, imperitia ratione in singulis quae rogantur paululum se abducos, collectis tandem erroribus errorem ingentem contrariumque quiddam ei quod prius asseruerant asserere. & quemadmodum qui talis ludere nesciunt, ab his qui in eo ludo periti sunt tandem usque adeo coercentur & concluduntur, ut quod ferant nequaquam habeant: ita & seipsum putant cogitantem concludi, nec habere quod dicant, uerbis ueluti calculis circumscriptionibus quoad quod uerum, nihilo huic magis sit, quam illis. At uero, ad haec nostra quidem diceret enim tibi quispiam, his quae proponuntur, uerbis aduersari non posse: re autem ipsa comperitum habere, quotcumque philosophiae studium aggressi ita in eo uersantur, ut non eruditionis gratia degustatis philosophiae preceptis iuuenes adhuc inde discedant, sed diutius immorentur: eos ut plurimum absurdos admodum euadere, & a rebus hominum alienos, ne iniquissimos dixerimus. si qui uero praestantiores uideantur, tamen hoc studio quod ipse laudas, ita inquinari, ut inutiles euadant ad rempublicam gubernandam. Censes, inquam, illos qui haec aiunt, mentiri? Haud noui equidem, sed quid ipse sentias, libenter audirem. Audies certe si id roges, quod uera loqui mihi uidentur. Qua ratione igitur recte id dicitur, quod non prius erit ulla malorum requies ciuitatibus, quam in ipsis philosophi dominantur, quos reipublicae inutiles esse fatemur? Quod petis responsione indiget per imaginem quaedam inducta. At tu per similitudinem loqui, ut arbitror, non consueuisti. Esto, inquam, an mordes, cum me in sermonem impuleris adeo demonstratu difficilem? Audi ergo similitudinem, ut apertius cognoscas, quam lubricae similitudini bus utar. Usque adeo uolumus est quod praestantes in philosophia uiri in gubernanda reipublica patiuntur, ut nihil aliud sit unum quod hoc patiatur. Quare oportet hoc ex multis colligendo, comparare cum his denique, & de eis rationem reddere. Veluti cum pictores tragelaphos, & caetera huiusmodi multiplicia figmenta depingunt. Finge animo quemdam nauis aut classis gubernatore huiusmodi, magnitudine & robore corporis reliquos nauas excedentem, surdum uero, & caligantibus oculis, & mente gubernationis inscia: nauas autem de gubernatione inter se certantes, dum unusquisque putet se imperio dignum, quanquam nec artem didicerit unquam, nec praepceptorem in ea re ullum possit ostendere, neque quo tempore didicerit assignare queat: negantes quinetiam artem illam doceri posse, eumque qui doceri posse contendat, ferro petentes. Ipsos autem cogita circa

Ee 3 gubernato

Propria philosophorum ingenijs

gubernatorem illum cōfluere, obsecrare, obnixē cōtendere, qui ipsis gubernacula tradat. Vbi si non ipsi sed alij persuaserint, ceteros uel perimere, uel ē nauē eijcere: ac postremū, generoso illo nauis principe mandragora, aut mero prius occupato, gubernationem nauis arripere, præsentibus rebus uti, uino & epulis indulgere, ac ita gubernare ut huiusmodi homines uerisimile est. Omnes præterea eum laudare, eum nauam & gubernatorem uocare, eum quæ ad nauem regendam spectant callere, quicumque ad usurpandum nauis principatum, uel persuasione, uel ut gubernatore submoto opitulari ipsis possit: eum uero qui id nequeat, tanquam inutilem uituperare: ueri autem gubernatoris officium ne cogitare quidem: quod uidelicet ad eum spectet rationem habere anni, & temporum, cœli, siderum, & uentorum, & omnium quæ ad artem illam attinent, si dux nauis est reuera futurus: ut uero gubernet, seu uolentibus quibusdam, siue inutilis, huius ipsius artem nullam putantes accipi posse simul & gubernatoriam facultatem. Hæc si in naui ita habeant, an non uerum gubernatorem censes ab illis qui talibus uehantur nauibus, inanem & curiosum rerum subtilium inspectorem, & naui ipsi inutilem uocitari? Et maxime quidem, inquit Adimantus. Haud quaquam opus esse arbitror inquam ego, ut tibi latius explicem, quemadmodum ad propolita comparationis imaginem ita in ciuitatibus affecti ciues sunt aduersus ueros philosophos, ut in huiusmodi nauibus ad uerum gubernatorem nauam, intelligere enim te existimo. Summopere. Primum itaque illi qui admittantur philosophos in ciuitatibus minime honorari, imaginem hanc expone, & persuadere conare, multo mirabilius fore si honorarentur. Faciam equidem. Adicias & hoc præterea, uera loqui eos qui dicunt inuitiles esse uulgo eos qui philosophiæ studio possent. uerum quod inuitiles sint, non esse ipsos in causa dico, sed eos potius qui his philosophis non utuntur. Neque enim naturæ consentaneum est ut gubernator quasi indignus nauas oreret quo eius se gubernationi committant, uel sapientes ad diuitum fores accedant. Sed qui hoc primus factauit, profecto mentitus est. Reuera autem ita natura comparatum est, siue diues seu pauper ab aduersa ualetudine teneatur, ut necessario fores medicorum petat, & omnes qui superioris gubernatione indigent, domos adeant hominum gubernare potentium, non gubernatores, si modo alicuius precij sint, orent ut ab his gubernentur inferiores. Quin si eos qui his temporibus Respub. administrant, cum his cōparaueris nauitis, quos modo commemorabamus, non aberrabis: ac si illos qui ab ijs appellantur uanis, & superstitiosi reconditarum rerum indagatores, ueris gubernatoribus comparabis, recte quidē facies. Recte, inquit, admodum. Ob has igitur causas in his quoque haud facile est ut honestum studium ab eis probetur qui contrarijs sunt moribus assueti. Maxima uero & uehementissima philosophiæ calumnia oritur propter eorum mores qui philosophiæ studia profitentur. ferunt quippe hi qui philosophiam criminantur, ut ipse ais, plurimos eorum qui ad philosophiam se conferunt prauos admodum esse: si qui uero eorum ceteris excellunt, esse inuitiles: atque ego hæc tibi concessi, nonne? Vtiq;. An non causam exposuimus, ob quam legitimi philosophi esse inuitiles uideantur? Certe. Cur autem & plurimi prauis sint, uis ne deinceps aperiamus? quod ue philosophiæ culpa nulla est, pro uiribus declaremus? Volo equidem. Pergamus ad hæc, repetentes quod supra in duximus, qualem esse naturam oporteat eū qui honestus sit bonusq; futurus. Dux autem eius in primis erat, si memoria tradidisti, ueritas, quæ se qui omnino ac passim debet: aut si uanus sit, ueræ quoque expers philosophiæ sit oportet. Ita prorsus est dictū. Vnum hoc igitur alienum est omnino ab ijs quæ nūc de ipso existimantur Alienissimum. An non decenter hunc in modum eius causam defendemus? dicentes hominem scientiæ cupidum ita natura institutum esse, ut ad id quod uere est, semper contendat, neque moras trahat in his singulis ac plurimis circa quæ uersatur opinio, sed ultro progrediens non antequam quiescat propriam cuiusque naturam ea animi uis attigerit, qua id apprehendere cōuenit. Conuenit autem uti quadam cognata. Qua cū adhæserit, seque et quod uere est miscuerit, atque inde uera intelligentiā ueritatemque genuerit, cognoscet utique uerum, uereque uiuet atque aletur. Ex hoc denique partu molestia eius omnis cessabit, prius uero nequaquam. Probe admodum ista dicunt. An hic ullo modo amabit mendaciū: uel omnino potius oderit? Oderit certe. Nempe ubi dux ueritas est, malorum chorum subsequi, ut arbitror nō dicemus. Quo enim pacto? Imò uero syncerū sequi iustumque morem, hunc quoque dicemus suble-

qui

qui temperantiā? Scite. Quinetiam reliquum naturæ philosophicæ chorum quid opus est à principio recensere? Recordaris enim quod cum his congruit, ut dicebamus, fortitudo, magnificentia, acumen ingenij, atque memoria. Cum uero tu obiecisses, quod quilibet necessario fateri cogeretur quæ dicebamus, uerbisque nostris omissis, conuersus ad eos de quibus erat sermo, diceret uidere se illos partim inuitiles, partim omni prauitate corruptos: nunc sane nos huius calumniæ causam percurari cœpimus, & cū multi eorum mali sint, atque hac de causa rursus legitimum philosophorum naturam repetiimus, necessario que hanc definiuimus. Est ita. Quarendum est deinceps quæ ratione in multis natura philosophi deprauatur. (paruum autem quiddam nos subterfugit.) Nempe & hoc animaduertendum, quos uidelicet nos malos quidem, sed inuitiles uocāt. Deinde etiam qualia hominum ingenia sint, quæ hanc imitantur naturam, etusque opus usurpant, & indignum se studium ac supra uires aggredientia, delinquent sæpe, & opinionem philosophiæ passim, quam narrabas, inducunt. At quas deprauationes dicis? Ostendam si potero, profectio id arbitror nobis quemlibet concessurum, ingenium tale quale descripsimus, & omnibus hisce præditum, quibus perfectus indiget futurus philosophus, raro in paucisque oriri. An non ita existimas? Maxime. Atque horum etiam paucorum uide quàm multi sint maximisque interitus. Quinam? Nam quod præter cetera auditu mirabile est, unumquodque eorum quæ in philosophi ingenio nuper probauimus, habentem inquinat animum, & plerumque à philosophia detorquet: fortitudinem dico, & temperantiā, & cetera quæcunque narrauimus. Absurdum hoc quidem auditu. Præterea quæcunque bona uulgo dicuntur, deprauant animum atque impediunt. forma, diuitiæ, corporis uires, & genus in ciuitate potens, & cetera generis eiusdem. Habes enim quandam eorum quæ dico formulam. Habeo equidem, ac libenter exactius quæ dicis audirem. Vniuersum ipsum recte comprehendito, ac tibi perspicuum apparebit neque absurda tibi quæ de his dicta sunt, uidebuntur. Quomodo istud præcipis? Scimus enim omne semen & plantarum & animalium, quod non fuerit ea quæ cuique conuenit nutritione positum, neque tempore, neque loco, quo generosius ac uehementius, eo pluribus opportunis carere. bono namque malum contrarium magis quàm non bono? Quid nunc? Est igitur ut arbitror, consentaneum, naturam optimam, si sub aduersa forma nutriatur, deteriore euadere, quàm ignauiam. Est utique. Hac itaque ratione dicimus Adimante animos præstantissimo ingenio præditos si male fuerint educati, pessimos fieri. An putas infanda scelera & extremam nequitiam ex ignaui potius ingenio quàm generoso educatione corrupto procedere? Imbecille uero naturam, ingentium uel bonorum, uel malorum quondam causam fore? Non certe. Si ipsa igitur natura philosophi conuenienter nanciscitur disciplinam, necesse est eam semper proficiendo ad omnem peruenire uirtutem. Sata autem si fuerit genitaque peruerse atque ita nutrita, ad contraria omnia rursus delabitur, nisi forte deorum aliquis eam adiuuerit. An tu quoque putas quemadmodum multi, uerum esse quod dicunt quosdam adolescentes à sophistis corrumpi, corruptores uero eorum sophistas quosdam esse priuatos, ac non eos potius qui ita loquuntur, maximos esse sophistas credamus, qui doceant, talesque prorsus unumquemque & senum & iuuenem, & uirorum & mulierum reddant, quales uolunt? Quando id potissimum, inquit. Quando inquam, frequentes multi uel in concionibus uel iudicijs, uel theatris, uel castris, uel alio quodam hominum ingenti cœtu confidentes, eorum quæ dicta, factaue sunt, alia uituperant, alia laudant, ad utraque ingenti cum tumultu acrius efferuntur, dum explodunt, & applaudunt summo quodā strepitu & clamore: unde parietes quoque & laquearia circum resonant altius suorumque sonitu uehementer exaugent laudantium ipsorum uituperantiumque tumultum: tunc adolescentem illum quo animo (quem admodum dicitur) hac in turba esse censes? uel quam priuatam disciplinam rumoribus hisce putas obistere, quo minus ab huiusmodi uituperationibus laudationibusque diluta dispersaque eò protinus feratur, quod fluctus hinc deuehit? Vnde eadem quæ & illi ut honesta approbabit, eadem quoque reprobat ut turpia. Iisdem præterea quibus illi incumbet studijs, eorumque euadet persimilis. Necesse id omnino est o Socrates. Nondum tamē uehementissimam induximus necessitatem. Quam?

Quam operibus inferunt non persuadentes uerbis præceptores sophistæque isti. An non cernis quod hominem illis non obsequentē infamia notat, iactura pecuniarum, & mortis

Epilogus
De non ueris philosophis
Ee 4 supplicio

supplicio damnantur Summopere. Quem igitur alium sophistā putas, aut quos alios priuatos sermones aduersari istis & resistere posse? Nullius certe orationem. Nullius sane. Quin & his reniti, summa stultitia est. Neque enim fuit unquam, nec est, nec erit mos alius ad uirtutem institutus, præter istorum disciplinam, humanus in quā, o amice, non diuinum quidem, iuxta prouerbium, excipiamus. Certo enim id scito, quisquis immaculatus & integer ex hac constitutione rerum publicarum euaserit, talem diuino auxilio uasisse. Haud aliter mihi uidetur. Istud præterea tibi uideri debet. Quidnam? Quisq; eorum qui priuatim accepta mercede homines erudiunt, quos quidem sophistas, & æmulos artium appellant, nihil aliud docendum putat, quam multorum sententias, in quibus consentiunt quoties congregantur, atq; hanc sapientiam uocat: ueluti si quis uasisti cuiusdam animalis bruti, robusti admodum, & ab homine enutriti, iras & cupiditates singulas obseruauerit, quāue ratione adire hoc deceat, qua atrectare, item quando uel ferocius est uel mitius, & ex quibus causis tale fiat. Voces item quas in singulis quisq; solet exprimere. Quibus præterea uocibus aliorū irritatur id animal uel placatur. Postquam uero ob diuturnam consuetudinem percepit singula, peritiam huiusmodi, sapientiam uocet, & tanquam arte quadam collecta ad docendum se conserat, reuera ignorans quæ potissimum harum opinionum cupiditatumq; honesta uel turpis, bona uel mala, iusta sit uel iniusta. Nominet uero singula ad ingentis bestiae illius opinionem, bona uidelicet quibus delectatur ipsa, mala quibus offenditur: nec aliam prorsus ullam de his afferat rationem, sed quæ necessaria sunt, iusta nuncupet & honesta: quo uero boni ipsius necessarii uel natura differat, neq; ipse perspexit unquam, neq; alius offendere possit. Si quis inquam ita affectus sit, nonne per Iouem absurdus præceptor esse tibi uidebitur? Mihi uero.

An differre tibi ab hoc ille uidetur, qui multorum uariorumq; hominum in unum conuenientium iram & uoluptates callere, sapientiam esse dicit, siue in pictura, siue in musica, siue in administrandæ reipublicæ disciplina? Patet enim quod si quis cum his uersetur, eiusq; ostendat, uel poesis, uel alterius artis opus, uel ad rem publicā attinens ministerium, exhibeatq; uulgo iudicandi operis autoritatem, ultra necessaria, Diomedea, ut aiunt, necessitate cogetur ea facere quæ isti probauerint. quod uero bona hæc reuera atq; honesta sint, an audisti quandoq; ipsorum aliquem rationem uerisimilem assignantem? Nec auidui quidem unquam: nec, ut arbitror, audiam. Hæc intuitus omnia, recordare & illud: Num potest uulgus, uel alio dicente admittere, uel ex se attingere ipsum per se pulchrum, non autem multa hæc pulchra, & de cæteris eodem modo, non quidem esse singula hæc quæ patent multa, sed ipsam unam cuiusque naturam? Minime. Philosophus ergo uulgus esse non potest. Non. Quinetiam necesse est ab eo philosophantes uituperari.

Necesse. Et a quibusque populo placere uolentibus. Patet. Ex his ergo quam rationem seruandi ingenij philosophici uides, ut suo in studio perseuerans ad finem philosophandi deueniat: Sic autem ex his quæ dicta sunt cogita. Concessum est, discendi acumen, memoriam, fortitudinem, magnificentiam ad hoc ingenium pertinere. Plane. Nonne statim apud omnes talis, in cunctis primus erit, præsertim si corpus natura natum sit animo conforme? Nihil prohibet. Volent igitur & domestici omnes, & ciues ad sua negotia peragenda hoc uti cum adoleuerit. Sic certe. Quare precibus, supplicationibus, honoribus, blandimentis præoccupabunt futuram ipsius uirtutem atque potentiam. Ita fieri solet. Quid hominē talem arbitraris tunc effecturum? præsertim si ampla in ciuitate natus sit, & in ea diuitijs insignis ac genere, honesta præterea indole sit atque procerus, nonne immensa spe elatum iri hunc cenles? putantem se ad restam Græcorum quam Barbarorum gerendas sufficere. Vnde & seipsum extollere, fastidioso habitu lasciuientem, inaniq; fastu, & insana inflatum superbia. Vehementer. Si quis hominem sic affectum amice moneat dicens, mentem ipsum nequaquam habere, egere tamen: sed eam a nullo comparari posse, nisi se eius adeptioni subiiciat, an facile illum tantis occupatum malis præstare monenti aures putas? Longe abest. Sin autem bonitate naturæ, & innato quodam erga rationes affectu inductus aliquis auscultet, & ad philosophiam trahatur, quid eos facturos existimamus, qui putant monitoris illius usum, & consuetudine adolecentem corrumpi? Nonne & loquendo, & agendo omni studio certaturos, ut nec adolescens monitis pareat, nec exhortator ille

aliquid

aliquid persuadeat, eum tam priuatis insidijs quam publicis accusationibus insequentes. Valde necessarium est. Restabit ergo huic ulla ad philosophandum facultas? Exigua plane. Vidēs ne haud ab re nos supra dixisse, philosophicæ naturæ partes si per uerba adhibita sit educatio, causas esse quodāmodo ut quis ab eo studio aueratur? quin etiam impedimento esse ea quæ uulgo bona putantur, diuitias scilicet, & omnē huiusmodi supellestem? Recte nimirum est dictum. Hic est, o mirifice uir, interitus & corruptio talis ac tanta naturæ ipsius ad excellens officium optimæ, quæ quidem rara admodum, ut diximus, reperitur. Atq; huius ingenij sunt hi uiri qui nefaria scelera patrant, & priuatim, & publice: atq; item qui sunt & priuatis, & ciuitatibus bonorum ingenium autores. Exile uero ingenium nihil unquam uel priuatim uel publice magnum efficit. Vera nimirum loqueris. Cum pleriq; ad philosophandum natura idonei ab hoc studio detorquentur, philosophiamq; imperfectam & desolatam desitiunt, uitam neq; decentem neq; ueram ducunt: philosophiam uero tanquam cognatis orbatam alij quidam ea certe indigni aggredientes, dedecorant ipsam nimium, eaq; afficiunt infamia, qua notari ipsam à detractoribus illis commemorabas, obijcientibus quod eorum qui philosophiæ dant operam nonnulli paruifacendi sunt, multi uero nequissimi. Dicta certe hæc sunt.

Ac merito dicta. Conspicentes profecto alij pleriq; homunculi sedem hanc uacuum quidem, præclaris tamen cognomentis dignitateq; illustrem, instar eorum qui ex carcere ad templa confugiunt, libenter ex artibus ad philosophiam prosiliunt, quicunq; præsertim in artium cula sua excellunt. nempe philosophia quanquā ita se habet, artibus tamen cæteris dignitate & magnificentia præstat. Quam affectat pleriq;, natura quidem imperfecta, & artibus opificijsq; sicuti corpora læsi, sic & animos mechanicis ministerijs depressa atq; contracta, an non necessarium est? Maxime. An censēs eos aspectu quicquam differre à fabro arario diuitre paruo caluoq;, qui è uinculis exijt balneisq; se lauit, & noua se ueste tanquam sponsum ornauit, & filiam domini sui inopia pressi, nec alium cui daret habentis, in matrimonium sibi coniunxit? Haud longe differre existimo. Qualem ex his prolem nasci putandum est? nonne notham scilicet & abiectam? Necessē est omnino. Homines autem disciplina indignos quoties ipsi præter dignitatem adhaerent, quales cogitationes opinionescq; producere dicimus? nonne, ut nominare decet, sophismata? nihilq; legitimum, nihil dignum, nihil prudentiæ ueræ conueniens? Sic omnino dicendum. Itaq; pauci admodum restant homines, Adimante, qui digne in philosophia uersentur: hiq; sunt qui bona indole nati ac bene enutriti, otium ad philosophiam uel exilio depreheni nanciscuntur, unde philosophiæ aduersis occupationibus liberi, natura duce suis in studijs perseuerant: uel cum magnificus quidam animus angusta in urbe natus spreitis reipublicæ ipsius muneribus, ac multo magis contemptis reliquarum artium opificijs, pro natura dotibus, ad philosophandum se conserat. Foret autem & Theagis familiaris nostri frenum ad cohibendum satis ualidum. Theagi enim nostro omnia ita sunt, ut à philosophando excludant. Corporis uero debilitas ipsum à rebus ciuilibus prohibet. Dæmonis autem nostri signum referre nunc nō decet. Vel enim cuidam alteri duntaxat, uel nulli superiorum contingit. Horum uero paucorum quicunq; gustant quam dulcis hæc sit ac beata possessio, & insaniam plurimorum uident, quia uidelicet nullus, ut breuiter ita simpliciterq; dica, recte quicquā in rebus publicis agat, neq; socius aliquis, & adiutor reperiatur, qui cum defendendæ iustitiæ curam suscipiens aliquis, sospes euadat: sed tanquam homo in bestias incidens, cum nec unā iniuste agere uelit, nec solus ipse omnibus feris possit resistere, ante pereat, quam quicquam uel ciuitatem, uel amicos iuuat, atque ita & sibi & alijs sit inutilis: Hæc inquam omnia quicunque diligenter animaduertunt, quietem agunt, & sua duntaxat curant: ac uelut in procella, dum & turbo agitur, & uenti perflant, & offunditur puluere cælum, intra parietes tuti permanent: aliosq; inuiti nequitta inuolutos, satis habituros se putat, si puri ipsi ab iniustitia & iniurijs facinoribus uixerint, & exactis uitæ curriculum bona cū spe hilares pijsq; deceaserint. Haud parua certe is egerit, qui ita uitam transiget. Neq; maxima tamen, si nactus non fuerit conuenientem sibi rempublicam. Nempe in ea & ipse proficiet, emicabitq; magis, & priuata simul publicæque seruabit. Hactenus quam ob causam philosophia calumniam subijt, quodue iniusta ea calumnia sit, satis dictū arbitror, nisi aliud ipse forsitan adieceris. Nihil ad hæc

ad hæc ego præterea dicerem. Sed earum quæ nunc extant rerum publicarum quam potissimum philosophis conuenire putas? Nullam prorsus: atque idcirco conqueror, quia nullam uideo ex his quæ nunc extant rerum publicarum institutionem ingenio philosophi dignam. Quamobrem mutari hanc naturam ac uertî necesse est. Vtque peregrinum semen in alienum solum factum debilitatur, ac degenerans ad indigenam uertitur loci seminisque naturam: ita & hoc genus propria nunc amissa uirtute, in alienam speciem permutatatur. Si autem optimam rem publicam nascatur, sicut & ipsum est optimum, tunc demum diuinum quiddam se esse, reliqua uero humana omnia, tam ingenia quam studia, declarabit. Videris autem mihi statim, quam ista res publica sit, quaesiturus. Haud recte præfagisti. Non enim hoc abs te desiderabam, sed nunquid hæc ipsa sit quam in condenda ciuitate induximus, an alia. Quo ad alia quidem hæc ipsa. hoc autem tunc etiam dictum est, oportere aliquid inesse semper in ciuitate, quod rationem reipublicæ eandem habeat, quam & tu legislator habebas, dum leges conderes. Dictum plane. Non satis tamen explicatum. Quippe nos oratio uestra deterruit, obijciens prolixam hanc & arduam demonstrationem fore. Nam quod sequitur, haud dictum facile est omnino. Quid istud? Qua potissimum ratione ciuitas philosophiam suscipere debeat, adeo ut non perdat. Nam magna quælibet fallacia esse solent, & ut uere pro uerbo fertur, præ clara, difficilia sunt. Veruntamen cum istud inter nos constet, finem iam accipiat demonstrationis. Facultas forte deerit mihi, uoluntas certe nunquam. Tu uero præsensituum meum intelliges. Aduerte age & nunc quam prompte & intrepide sim dicimus, quod contra ac nunc sit, ciuitatem oporteat studium hoc attingere. Quonam pacto? Equidem hoc tempore, adolescentuli cum statim à teneris annis inter rei familiaris quæstuarumque negotia difficillimam huius studij partem aggrediantur, paulo post discedunt, etiam qui sapientiæ apprime studiosi fore existimantur. Difficillimam uero partem inquam peritiam differendi. Deinde uero si ab alijs id agentibus acciti auditores fieri participant, magnum quid cogitant, exequendumque obiter putant. In senectute uero, exceptis paucis, multo magis quam sol Heraclitus extinguuntur, cum nunquam iterum accendantur. Quid ergo agendum? Contra omnino. Nam iuuenes ac pueros, uerilem disciplinam philosophiamque tractare conuenit, corporumque, quatenus adolecantur, menturque ad philosophiæ ministerium, curam agere: procedente uero ætate, in qua anima iam perficitur, exercitationes augere. Cum autem uires ex uetustate defecerint, tunc à ciuilibus militaribusque laboribus liberi tanquam emeriti & immunes ad uotum uitæ, nulloque certo officio sint stricti, quicumque feliciter uicturi sunt, & post migrationem animæ, fortem suscepturi antea uitæ conuenientem. Prompte admodum reuera loqui mihi uideris, o Socrates. Arbitror autem plurimos cum hæc audierint, promptius quoque repugnatos abs te minime persuasos. Et in primis Thrasymachum id acturum existimo. Ne mutua inter me & Thrasymachum beneuolentiæ infidieris. Nam nuper amici effecti sumus, nec eramus antea inimici. Neque uero ante desistemus, quam huic & alijs persuadeamus, uel saltem agamus conferens aliquid ad eam uitam, in quam cum peruenerint hæc dicta reperient. Breue ad tempus dixisti. Immo uero ad nullum, si ad uniuersum id conferatur. Quod autem multi his quæ dicta sunt fidem non præstent, nihil mirum. Nunquam enim quod modo dictum est, euenisse uiderunt, sed talia quædam uerba potius de industria in similitudinem quandam composita, non casu tunc concurrentia. Virum autem quoad fieri potest uirtute perfectum, ac summo opere factis & dictis tali quadam in ciuitate potentem, nunquam aut unum: aut plures intui sunt. An putas? Nullo modo. Neque unquam o beate, sermonibus aures adhibuerunt honestis ac liberis, quibus obnixè & omni studio noscendi gratia uerum inquiritur, hæc autem plena ueritatibus, & subornata litigiorum machinamenta nihil aliud appetentia quam opinionem, inanem gloriam, contentionem, tam in iudicijs quam priuatis colloquijs, omittuntur. Non certe. Quamobrem cum hæc ipsi præuideremus metuere, musque ueritate coacti diximus, neque ciuitatem ullam, neque rem publicam, neque uirum perfectum fore prius quam paucis hisce philosophis, qui nec mali nec inuites sunt, ut uulgo existimantur, necessitas quædam sorte contigerit, ut seu uelint, seu nolint, ciuitatis curam suscipiant, uel à ciuibus exaudiantur, uel saltem his qui dominantur, aut eorum

Prouerbium

rum filijs, diuina quadam inspiratione, uera philosophiæ uetus amor inhererit. Quod autem horum uel alterum, uel utraq; impossibilia sint, demonstrari non posse arbitror. Alioquin iure ipsi irrideremur, quasi res pro animi uoto effingentes. An non ita? Ita prorsus. Si quando igitur olim infinito tempore antea, uiri in philosophiâ præstantes necessitate impulsu rem publicam gubernarunt, uel hisce temporibus regunt Barbarica quadam in regione nobis inaccessiblei, uel in futurum administrabunt, in hoc certe rerum statum proculdubio asseueramus rem publicam supra descriptam, fuisse, esse, ac fore. Quando ciuitati hæc Musa præsit, fieri certe id potest, neque nos impossibilia fingimus. Difficilia tamen hæc esse à nobis quoque concessa fuerunt. Mihi quoque ita uidetur. Adde forsitan, uulgo id non uideri. Forte. Ne usque adeo uulgos culpes, o uir beate. Verum quid eos opinaturos existimas, si non contentionis studio, sed amicis monitis, dissoluta philosophiæ aduersa calumnia, ostendas quos potissimum uiros appellas philosophos, & ut nuper distingas & ingenium ipsorum & studium, ne te suspicentur eos dicere, quos ipsi cogitant uel si ita conceperint, falli eos opinione dixeris, nec ad proposita responderent an censes, inquam, aduersus mitem uirum irritari aliquem? aut hominem sine inuidia & malignitate, uiro non inuido inuideret? Equidem pro te respondeo, non in multitudine hominum, sed in paucis admodum, adeo immitem inesse naturam. Idem & ipse cogito. An & hoc cogitas? Causam ob quam multitudo philosophiam iniquo animo fert, eos esse qui cum inepti ad philosophiam sint, eam professi homines conuictis passim lacescunt, & qua similitudinibus delectentur, semper de hominibus obloquuntur, rem agentes philosophiæ minime congruam. Omnino. Neque enim uiro illi o Adimante, qui omnem mentis aciem ad ea quæ uere sunt direxit, otium superest, quo negotia hominum inferiora respiciat, cumque illis pugnans inuidiam sibi & maleuolentiam conflet. Sed ea quæ semper eum dem seruant ordinem contemplatur, quæ neque inferunt inuicem, neque patiuntur iniuriam: omnia uero ornate, & secundum rationem disposita sunt. Atque hæc imitatur, sequi hisque simillimum reddit. An putas fieri posse, ut illud non imitetur aliquis, cui cum amore admirabundus adhereret? Nullo modo. Quare cum philosophus diuino atque decoro frequenter adhæreat, diuinus ipse atque decorus, quoad homini possibile est, efficitur. Calumnia uero in omnibus multa. Sic est omnino. Si ergo necessitate aliqua inducatur, ut ea quæ illic intuetur, ad mores hominum priuatim & publice transferat, neque se tantum, sed & alios formet, nunquid inerte temperantiæ, iustitiæque, & uniuersæ popularis uirtutis opificem, fore ipsum existimas? Minime. Si sentiat uulgos uera nos de hoc perhibere, an philosophis succensibit nobisque non credet dicentibus, non aliter ciuitatem fore beatam, quam si eam qui diuino utantur exemplo pictores forment? Nequaquam succensibit, si senserit. Verum quem pingendi modum dicis? Cum pictores hi ciuitatem, & mores hominum, quasi tabulam quandam acceperint, in primis eam purgabant, quod nequaquam facile est. An nescis hoc præcipue ab alijs philosophos discrepare, quod neque priuatum, neque ciuitatem tangere, neque leges condere tentant, antequam uel hæc purgata susceperint, uel ipsi purgauerint? Et recte quidem. An non describere eos post hæc putas reipublicæ formam? Quid nunc? Deinde agentes hæc, ut arbitror, ad utraque frequenter respiciunt, ad illud scilicet quod natura iustum, honestum & temperatum existit, cæteraque huiusmodi, atque iterum ad humana: & ad superioris illius exemplum humana disponent, ex hominum officijs naturam humanam contemperantes, ad figuram eius, quod Homerus quoque cum in hominibus sit, dei speciè & imaginè similitudinemque appellauit. Scite. Partim ergo debebunt philosophi, partim etiam colorabunt, quousque humanos mores quam maxime fieri potest, deo in amore coniunxerint. Pulcherrima nimirum hæc est pictura. An persuademus illis, quos inuehi in nos dicebas, talem esse rerum publicarum pictorem, eum uirum quem supra apud eos laudauimus, illic indignati sunt quod huic ciuitatem gubernandam committeremus, nunc uero æquicui animo hoc audiunt? Et maxime quidem, si sapiunt. Qua nunc in parte nobis aduersabuntur? Vtrum eorum quæ uere sunt, ueritatibusque ipsius amatorum non esse philosophos asserent? Absurdum quidem id esset. An forte negabunt naturam philosophorum quam narraui optimi ipsius esse familiarem? Neque hoc quidem. Quid uero hanc congruis instructam officijs, absolute bonâ fore, ac præ cæteris sapientiæ proximâ, reuenerit? Vel eos proba

probabant magis quos ipsi secreuimus. Nequaquam. An succensebunt adhuc dicentibus nobis, quod nisi philosophorum genus ciuitatis suscipiat gubernacula, nec ciuitatis, nec ciuibus erit requies ulla, finisq; malorum. nec respublica quā oratione describitur, in lucem exorietur. Forteminus. Vis ne dicamus eos non parum, sed prorsus mites persuasosq; fuisse. ne forte erubescerent aliquid aliud confiteantur. Absq; dubio. Hoc igitur isti persuasi iam sint. De hoc autem quis ambiget, quin regum potentiumq; uiuorum filij philosophi nascituri non sint. Nemo. Possent autem quis adhibere, quod etiam si tales nascantur inquinari eos necesse sit. Quod enim seruari à maculis purum, arduum sit, nos quoque concedimus. Quis autem illud in super addet. in omni tempore ex omnibus hominibus ne unum quidem unquam integrum immaculatamq; euadere possent. Nullus hoc dixerit. At uero unus natura sic institutus, ciuitatemq; natus obediens, sufficiens est ad hæc omnia perficienda, quæ nunc ut impossibilia reprobantur. Sufficiens utiq;. Pono, si princeps aliquis leges & officia quæ narrauimus mandet, haud impossibile est ciues his obsequi uelle. Non certe. Atqui sentire & alios eadem quæ & ipsi sentimus, num mirum, aut impossibile est. Non, ut arbitror. Quod autem optima hæc sint, si quidem possibilia, satis supra est, ut arbitror, disputatum. Satis. Quare ex his quæ dicta sunt, sequitur, ut optima futura sint quæ de legibus ferendis prædiximus, si agantur, difficilia item factu, non tamen impossibilia. Sequitur plane. Postquam uix tandem finem his imposuimus, ad reliqua iam pergendum, quæ ratione uidelicet quibusue disciplinis & studijs instructi erunt huius nostræ respublicæ seruatores, & qua in ætate singuli singula exercebunt. De his certe iam dicendum. Haud quaquam sapienter à me actum est, cum in superioribus reliquerim matrimoniorum difficultatem atq; molestiam, filiorumq; procreationem, & constitutionem principum, non sciebam enim quam inuidiosa res esset factuq; difficilis, uel omnino uera. Nunc autem nihilominus transigere hæc cogimur, atq; ea quidem quæ ad mulieres ac filios pertinet iam peregrimus: quæ uero ad principes, tanquam à principio rursus percurrenda uidentur. Diximus autem si memoria tenes, amatores eos ciuitatis esse oportere, in uoluptatibus doloribusq; probatos, atq; ex hoc proposito, neq; laboribus, neq; metu periculorum, neque mutatione alia dimoueri. Eum uero qui hoc nequeat, abdicare oportet at illum qui passim syncerus & incorruptus euadit, tanquam aurum in ignis examine comprobatum gubernandæ ciuitati præficere, muneribusq; ornare & uiuentem & mortuum. Præmia uero talia sint qualia communiter dicta sunt breuiter hoc percurrere, & quasi tergieris. Memini quidem. Verebar enim, o amice, quæ ausus sum, dicere. Nos uero in præsentia id asserere audeamus, quod custodes diligentissimi, optimi esse debent philosophi. Ratum id habeatur. Animaduerte quam pauci tales erunt. Illius siquidem naturæ partes quam inesse illis oportere diximus, unâ raro concurrunt, & ut plurimū disiuncte nascuntur. Quo pacto id ais. An ignoras quod sîdem homines, dociles, memores, ingeniosi, acuti nō sunt, ac etiam fortes, atq; magnanimi, ut moderate, tranquille, constanter uiuant. Tales siquidem uiri acuminis ipsius seruore, quocumq; contigerit proferuntur, stabilitatis omnis & grauitatis expertes. Vera loqueris. Habitus autem ipsi animorum stabiles, & à leuitate penitus alieni, quorum in grauitate maxime confidendum, utpote qui in bello intrepidi sunt, ut in his immobiles sunt, ita ad disciplinas tardiores & hebetes. Torpent siquidem atq; oscitant, quoties eis est contemplationi inuigilandum. Est ut dicis. Nos autē in superioribus principē oportere diximus, utrorumq; optima ratione participem esse. Alioquin non esse illi supremam disciplinam exhibendam, neq; honores magistratusq; impertiendos. Recte. Nonne raro hoc euenturū existimas. Raro admodum. Examinare igitur futuri principis oportet ingenium in his quæ supra diximus, laboribus, timoribus, uoluptatibus. Addimus præterea, quod supra dimisimus, oportere uidelicet illud in disciplinis plurimis exercere: ut pateat nunquid maxime ipsius doctrinæ percipiendæ sit compos, an deficiat potius, quæ admodum qui in alijs operibus trepidat, atq; deficiunt. Ita certe inuestigare decet, uerum quam maximam doctrinam uocant. Meministi puto cum tres in anima species posuissemus, quid iustitia esset, temperantia, fortitudo, sapientia, nos definiētes, inuicē conuenisse. Si nō recordarer, haud dignum essem

essem qui reliqua abs te audirem. An & illud memoria tenes, quod ante hæc dictū fuit. Quidnam. Diximus certe ampliori quodam alio orationis circuitu exactius ea posse cognosci: uerum commodius esse, ut demonstrationes superioribus magis consentaneas induceremus. Quod & uos sufficere respondistis. Atque ita tunc ea pingui Minerua, ut mihi uisum est, tractata sunt. Sin autē placet uobis ipsi hoc dicite. At satis mediocriterq; dictū & mihi, & alijs est uisum. Sed in his rebus o amice modus quanquam ueritatis partem omiserit, immoderate fit, nil enim deficiens ullius est mensura, quanquam nō nullis quandoq; uidetur sufficienter statim esse tractatum, neq; longiori inquisitione opus esse. Per multis id propter seueritatem accidit. Vitium hoc à custode ciuitatis & legum esse debet alienissimum. Consentaneum. Ergo amplior quidem amice huic agendus circuitus, neq; breuior discendo quam exercitando impendenda est opera: alioquin, ut paulo ante diximus, ad summam penitusq; necessariam doctrinam finem nunquam perueniet. An hæc maxima non sunt. Estq; aliud in super iustitia, & cæteris quæ narrauimus excellentius. Nempe præstantius. Et horum quidem ipsorum nequaquam de cetera de umbrationem quandam qualem nunc, aspiceret: sed absolutam rationem comprehendere. An non ridiculum est in rebus minimis omne studium ponere, & obnixè contendere, quo quàm diligentissime, & syncerissime peragantur: in maximis autem leuem operam satis esse putare. Ridiculum prorsus. At enim putas aliquem quieturū nisi abs te nūc exquirat, quænam disciplina illa sit quam maximam uocas, & circa quid ueretur. Non equidem. Sed & ipse interroga, quamquam sæpenumero te arbitror audiuisse. Nunc autem, uel nō aduertis, uel potius inturbare me tuis scrupulis cogitas. Quod ego potius arbitror. Nam sæpe audisti boni ideam esse maximam disciplinam. Qua quidem & iusta, & alia si urantur, utilia, & conducibilia fiunt. Atq; hoc ferme dicere me uelle scito, & istud præterea, quod ipsam non sufficienter agnoscimus. Sin uero ipsam nescimus, & sine ipsa alia quam maxime nouerimus, scito nullam ex alijs nobis utilitatē fore: sicut neq; prodesset nobis quicquid, quod sine bono possideremus. An maius quid esse putas, sine possessione boni alia omnia possidere, quam sine boni ipsius, & pulchri intelligentia, cætera intelligere. Non certe. Pluribus uero bonum uoluptas uidetur, elegantioribus sapientia. Proculdubio. Quinetiā & hoc nosti, quod qui sapientiā bonū existimāt si interrogentur, quæ nā potissimum sapientiā, declarare nequeunt, sed coguntur tandem boni sapientiam dicere. Quam ridicula responsio. Cur non ridicula uideatur, si cum nos uituperent quod ignoremus bonū, de bono rursus nobiscum tanquam intelligentibus illud loquantur. Aiunt enim bonū esse, sapientiā boni, quasi nouerimus, quid ipsi dicant cum boni nomen pronunciant. Vera loqueris. Qui uero bonum uoluptatem esse definiūt, nunquid minus errant quam cæteri. Nōne & isti coguntur fateri uoluptates esse malas. Valde. Eadem igitur & bona esse, & mala, fateri coguntur. An non. Plane. Nonne constat plurimas circa hoc, & maximas ambiguitates consurgere. Constat. Nōne & hoc perspicuum, quod quæ iusta, & honesta uidentur, etiam si non sint, multi eligerent agere, possidereq;, & uideri hominibus hæc habere: nemo autē satis habere se putat si quæ bona duntaxat uidentur possideat, sed quæ reuera bona sint, omnes querūt, opinionē uero in his quicq; contemnit. Et maxime quidem. Bonum quidem anima omnis expectat, eiusq; gratia agit omnia, augurans esse aliquid: dubitat tamen, neq; sufficienter quid sit comprehendere potest, neq; fidei stabili inhaerere, quali utitur circa alia: atq; idcirco & in alijs fallitur, cum quid utile sit iudicare pergit. An circa id cum tale sit actum, similiter cæcos esse debere dicemus illos quoq; præstantissimos in ciuitate uiros, quibus uniuersa committimus. Minime omnium. Reor equidem, eum qui nesciat, ut nunc fere accidit, quæ ratione iusta & honesta, bona sunt, haud multi faciendum sane custodem seipsum exhibere posse. Auguror autem neminem ipsa prius quam bonum sufficienter cognosciturum. Scite auguraris. Perfecite igitur disposita nobis erit Respublica, si custos horū peritus eā reget. Ita necesse est. Verum tu o Socrates utrum bonum ipsum dicis esse scientiam, uel uoluptatem, uel aliquid aliud præter hæc. Iam diu cōpertum habeo Adimante tibi non satis fore, si sententias aliorū retuleris. Haud decere mihi uidetur o Socrates, opinionis aliorum referre posse, suam uero nequaquam, hominem præsertim tam diu in his uersatum. An decere putas, ut de ijs quæ quis ignorat, quasi sciēs loquat. Nullo modo quasi sciēs, ff sed

Idea præstantia & utilitas in cognoscendis rebus

sed ut quasi ex opinione proferens quæ sentit. An nescis opiniones omnes absque scientia turpes esse, quarum quæ optimæ, cæcæ sunt? an eos qui absque intelligentia uerum aliquid opinantur, differre ab illis existimas, qui licet, cæci sint, recto tamen tramite gradiuntur? Nihil. Vis ergo turpia contemplari cæcæ, & obliqua, cum liceat ex alijs perspicua pulchraque audire? Age per Iouem Socrates ne desistas, cum ad calcem fere perueneris. Sufficiet enim nobis, si quemadmodum de iustitia temperantiæ & alijs tractauisti, ita quoque de bono tractaueris. Mihi quoque ô amice ualde sufficiet. At uereor ne uires deficiant, atque ego supra uires ausus, ineptior appaream, risumque audientibus moueam. Cæterum ô uiri felices, quid ipsum bonum sit in præsentia dimittamus. Est enim ut mihi uideatur præsentem supra contemplationem. Quis autem apparet boni ipsius filius, quisque simillimus ei sit, si uobis placet, dicam: sin minus, dimittam.

Filius boni hoc est sol

Dic age patrem uero postea declarabis. Vellem equidem, ut & ipse explicare possem, & uos percipere, non solum boni partus ut nunc, sed ipsum bonum. Hunc ergo ad præsens partum boni ipsius filiumque accipite. Cauete tamen ne inscius ipse uos decipiam, uanam reddens de filio rationem. Cauebimus id pro uiribus. Dic modo. Dicam equidem, si prius repetamus inuicem confirmemusque quæ supra memorata sunt, & aliâ sapenúmero dicta. Quanam? Multa quidem pulchra, & multa bona, & singula similitè esse dicimus, & oratione distinguimus. Dicimus profecto. Atqui & ipsum pulchrum & ipsum bonum inducimus, ac similiter in omnibus quæ ut plura ponebamus, unum rursus ponimus secundum ideam unam cuiusque tanquam una sit, & quod unum, quodque est, appellamus. Vera hæc sunt. Et hæc quidem uideri dicimus, non autem intelligi: ideas autem intelligi, non uideri. Sic est omnino. Quia potentia est multis quas habemus, quæ patent oculis cernimus? Visu. Nōne & auditu quæ audiunt, & alijs sensibus omnia quæ sentiuntur? Quid nunc? Nunquid animaduertisti quàm perfectâ sensuum auctor uim fabricauit ad id quod uidere, & id quod uideri dicimus? Non satis.

De medio inter sensum & sensibile

Sic autem considera. Est ne auditus, atque uoci alio genere opus ad hoc ut ille quidem audiat, hæc audiat? Quo tertio absente, ille non audiet, ista non audietur. Nequaquam. Arbitror equidem, neque alijs multis, ne dicam nulli, tali quodam opus esse. An tu talem aliquam uim reperis? Minime. An nō aduertis uisus ipsius & eius quod uisui subiacet uim, tali aliquo indigere? Quo pacto? Præsentem oculis uisui, ipsiisque ad spectandum dicitis, præsentem item colore, nisi adsit & genus tertium proprie ad hoc natura aptum, neque uisus uidebit quicquid, neque uideri colores poterunt. Quidnam id esse dicis? Quod tu lumen uocas. Vera loqueris. Profecto uisibilis ipsius uis, & uidetis potentia, iugo quodam aliorum omnium coniugationum maxime honorando iunctæ sunt, non exigua quodam specie, si modo contemnendum non est lumen. Longe absert ut contemnendum sit.

Lumen mediū inter uisum et colorem

Quem potissimum deorum cœlestium huius causam putas, cuius lumen efficit ut uisus noster quàm optime cernat, & oculis obiecta cernantur? Quæ tu putas & alij. Nempe de sole interrogas. Ita uero ad hunc deum se uisus habet. Quomodo. Uisus sol nō est, neque oculus cui inest uisus, sol est. Non certe. Sed ex omnibus sensuum organum id maxime solis particeps. Multum sane. Nōne & uim quam habet, ex sole infusam sentiat? Prorsus. Quinetiam sol uisus non est. Causa uero ipsius est, ab eo prospicitur.

Solut intercedat inter uisum et uisibile

Sic plane. Hunc me uocare boni filium dico, quem ipsum bonum in hac secum genuit comparatione consimilem: ut quemadmodum ipsum in loco intelligibili ad intellectum & ea quæ intelliguntur, se habet, sic & iste in loco uisibili ad uisum se habeat, & ad ea quæ uidentur. Quo pacto? Latus explica. Oculi porro, quoties non ad ea uertuntur, quorum colores diurnus fulgor illuminat ostenditque, sed ad illa quæ nocturnis radijs attingunt, & cutiunt hallucinanturque, & prope cæci esse uidentur, ac si purus in illis uisus nō inest. Sic accidit. Quoties uero ad ea quæ sol illustrat, perspicue cernunt, ipsidemque ipsi in oculis esse uisus apparet. Est ita. Sic & de animo cogita. Quando enim illi inhæret in quo ueritas & ipsum ens emicat, intelligit illud cognoscitque, & intellectum habere uidetur. Sed est ad id fertur, quod tenebris est permixtum, quod uidelicet generat atque corrumpitur, eius obtundit acies, opinionesque uersat uarias, ac mentis expertus esse uidetur. Sic apparet. Illud igitur quod ueritatē illis quæ intelligunt præbet, & intelligenti uim ad intelligendum porrigit, boni ideam esse dico, scientiæ & ueritatis quæ per intellectum percipitur, causam.

Cum

Cum uero adeo pulchra duo hæc sint, cognitio scilicet ac ueritas, si bonum ipsum aliud quam ista & pulchrius aestimabis, recte putabis. Et quemadmodum lumen a cuiusmodi solis speciem quandam habere existimare decet, solem uero ipsum esse, nequaquam: ita cognitio nempe ista anima & ueritatem, boni ipsius speciem habere quidem aliquam, esse uero ipsum, minime. Intellectus Augustior enim est ipsius boni maiestas. Decus narras inæstimabile, si scientiam quidem ad bonum esse dicis. Bona uerba quæso. Atque ita planius eius imaginem contemplare. Quomodo? Solem quidem dices, ut arbitror, ips quæ uidentur non modo uidentur præbere potentiam, uerumetiam generationem, augmentum, nutritionem, cum ipse tamen generatio non sit. Quo enim pacto? Atque ita dicas bonum ips quæ cognoscuntur dare, nō modo ut cognoscantur, sed esse insuper & essentiam elargiri, cum ipsum essentia nō sit, sed supra essentiam, dignitate ipsam & potentia superans. Aedepol mirabilis hic excessus. Huius certe tu causa es, qui me compulisti ad ea quæ mihi de hoc uiderentur, aperienda. Neque dum etiam desistas, sed absolute præcipue solis comparisonem, siquid est prætermisissimum. Atque qui multa prætermittuntur. Ne minimum quid omittas. Reor equidem multa præterea superfore, uerum tamen quotcumque ad præsens referri poterunt, haud sponte dimittam.

Ita precor. Cogita duo hæc esse, & unum quidem in genere locoque intelligibili regnare, alterum inuisibile, ne sub cœlo inquis, uidear te circa nomē decipere. At tamen species duas habes, uisibile scilicet & ipsum intelligibile. Habeo equidem. Perinde ac si acceptis lineam in duas æquales sectam portiones, & utranque rursus partem simili ratione diuideris: ita nunc oblatum tibi genus unum inuisibile, intelligibile alterum, in duo rursus secundum claritatem, & obscuritatem utranque distingue. In genere quippe uisibili portio una imagines continet. Voco autem imagines, primum umbras. Deinde simulacra quæ in aquis apparent, & quæ in corporibus densis, lenibus, terlis, ac lucidis, & omne quodcumque tale, si tenes.

Teneo. Portio uero altera comprehendet ea quorum hæc similitudines quædam sunt, animalia uidelicet quæ apud nos sunt & plantas, & uniuersum fabricæ genus. Sic pono. An uis præterea secundum uerum & non uerum dicere genus hoc distinguit, ut quemadmodum se habet quod opinio fingitur ad id quod scientia noscitur, ita simulacrum ad illud cuius est similes? Valde. Considera iterum intelligibilis sectionem. Quo pacto?

Vnum quidem ipsius genus est quod inquit animus his utens uelut imaginibus quæ prius diuisa sunt, compulsi ex suppositionibus non ad principium, sed ad finem procedere. Alterum uero, quod excogitat animus, ex suppositione procedens ad principium non suppositum, nec imaginibus utens quibus ad genus alterum uti solemus, sed in ipsis speciebus per ipsas progrediens. Haud satis quæ dicis intelligo. At enim facilius per hæc intelliges. Arbitror te non latere, quod qui circa geometriam & arithmetica & cætera generis eius uersantur, supponunt quidem par & impar & figuras ac tres species angulorum & horum similia in argumentationibus singulis, & his positis tanquam cuiuslibet manifestis, rationem de his nullam exigendam putant. Atque hinc incipientes ad alia iam descendunt, & ad illud tandem perueniunt quod quærebant. Prorsus id noui. Enim uero & illud nostrum, quod & supradictis speciebus utuntur, de quibus illis uerba faciunt: quanquam non ad eas mentem dirigunt, sed ad illa potius quorum ista simulacra sunt, ad quadrangulum ipsum uidelicet, ipsi quæque diametrum, nō ad ea quæ scribunt. Et in alijs eodem modo, speciebus quidem hisce quas describunt figurantque, quarum & umbræ sunt, & in aquis imagines, tanquam imaginibus quibusdam utuntur, affectantes illa conspiciere, quæ non aliter quam cogitatione percipiuntur. Vera loqueris. Hanc generis intelligibilis speciem supra dicebam, ad cuius investigationem cogit animus suppositionibus uti, ad principium non euntem, utpote qui supra suppositiones ascendere nequeat, utaturque imaginibus his quæ ex inferioribus sunt ad superiorum similitudinem comparata, atque ita opinione conceptæ distinctæque sunt, quasi ad illa perspicue conferant. Intelligo equidem dici abs te quod in geometria & alijs eius germanis artibus fieri solet. Alteram intelligibilis partem ad illud referre me scito, quod ipsa ratio per demonstrandi facultatem attingit, dum suppositiones nō pro principijs habet, sed reuera per suppositionibus accipit, tanquam gradibus quibusdam & admiculis utens, quousque ad illud quod nō supponitur, ad principium uidelicet tendens uniuersum ipsum attingat, & rursus adhæreat illis quæ principio hærent, atque ita ad finem usque perueniat.

Ff 2

ueniat

uentat, nullo profus sensibili utens, sed ipsis speciebus, per ipsas, atque ad ipsas progrediens. Intellego tandem, quanquam minime sufficienter, ut cuperem, Videris enim mihi magnum opus proponere. Moliris quidem differere, partem illam uere existentis & intelligibilis generis, quam per demonstrationis scientiam speculamur, illa esse clariorē quam ex illis scientijs quae artes appellantur, inuestigamus. In quibus pro principijs suppositio nes habentur, & qui ista considerant, cogitatione coguntur non sensibus intueri. Quoni am uero ad principium non ascendunt, sed ex suppositionibus indagant, intellectum citra haec habere tibi nequaquam uidentur, licet cum principio intelligibilia sint. Videris autē mihi geometricarum & similiarum rerum habitum, cogitationē potius appellare quam intellectum, quasi cogitatio inter opinionē & intellectum medium teneat. Sufficienter ad modū percepisti. Atque ad has quatuor proportionē, quatuor itidem animi affectiones accipe. Intelligentiā quidem ad supremum ipsum, ad secundum cogitationē, ad tertium fidem, ad postremū uero assimilationē siue imaginationē. Haec praeterea inuicē alterna ratione proportionis ordina, ut ita haec claritatē participant, quae admodum illa circa quae sunt, ueritatem. Intellego equidem, & quod dicis admitto, & ut iubes ita dispono.

ARGUMENTVM MARSILII PICINI IN DIALOGVM
SEPTIMVM DE IVSTO

SAPIENTES Diuino ingenio praediti omne mentis studium ad terrenis ad caelestia, a mobilibus ad immobilia, ab his quae sentiuntur, ad illa quae superant sensum, pro uiribus conuerterunt. Considerantes mundi machinam & unam esse, & mirabiliter ordinatam, neque tamen ex seipsa posse consistere, cum ex diuersis componatur atque mutetur, merito cognouerunt ab alio dependere: ab alio inquam uno, atque sapientissimo, qui & unum conficiat opus ex multis, & id unum ubique ordinat sapienter, regat praeterea & potenter, opus uidelicet ingens atque multiplex, motu quidem perpetuo atque rapidissimo, non tamen aberrante reuolutum: ducat quoque benignissime singula ad bonum misericordia tum commo ditate tum facilitate cuncta. Quamobrem communi quadam conceptione deum esse pariter consenserunt, unum uniuersi regem potentem & sapientem atque clementem: quem & terreni reges, rerumque publicarum gubernatores, pro uiribus debeant imitari. Post communem hanc de deo conceptionem gemina rursus uia ad deum coeperunt planius atque propius proficisci: per alteram quidem negando, per alteram referendo. Nam illa quid ipsum bonum, id est, quid deus non sit argumentantes, probauerunt neque esse quicquam ex his quae capiuntur sensibus, neque ex his quae mente comprehenduntur. In hac autem & creaturas ad creatorem, & uicissim creatorem referentes ad creaturas, excogitauerunt qua ratione & creator singula faciat atque perficiat, & creaturae ad ipsum sese uel habeant, uel imitari, uel libere possint. Haec tenus procedere philosophantis ingenium Plato noster & in Parmenide monstrat, & libro superiore confirmat. Quod Dionysius quoque Areopagita maxime comprobat. Procedere inquam hucusque tum radio quoad ab initio menti semel infuso, tum accedente lumine diuinitus mentes assidue collustrat. At uero quid ipsum in se bonum sit, id est diuina substantia, quemadmodum & in Parmenide, & hic ostendit, nemo per eiusmodi uias assequi potest, solum uero per has illuc denique peruenire ubi diuinum bonum ob solatē nignitatem suam amatorem suum propius accedentē & propria luce format, & calore fouet, & potestate transformat mentem, tum demum cognoscentem deum cum ipsa iam facta sit deus. Quod quidem in epistolis quoque significat. Postquam uero deum, philosophus contemplatus fuerit caelestia gubernantem, tunc solum, & solus poterit terrena diuinitus gubernare. Quia quidem in re Plato Minorem laudat ab Ioue prius contemplando petentem leges quam ad homines promulgaret. Mitto quantum multi laudent Scipionem, quod Ioue magistro ad rem accedebat. Quid de Numa Pompilio dicam, ciuitatem religiosis legibus gubernantem? Nonne & Moisaicae leges quibus dei populus diuine gubernaretur, deo ipso docente ad homines peruenierunt? Hinc Aristoxenus narrat philosophorum Indorum mysteria, quibus continetur, absque diuina regula, & hac quidem a deo demonstrata, non posse quicquam uel priuatim uel publice recte felicitate, unquam administrari. Quoniam uero idem Aegyptij contemplatum habebant, solis philosophis, & his quidem absolutis atque insuper sacris regni gubernacula coe debant. Atque ut quae deo putabant nihil absque diuino auxilio posse feliciter agi, ut omnia publica a sacris uotis, aspicerentur. Nihil rursus absque diuina quadam inspiratione intelligi posse adeo asserbant, quemadmodum refert Iamblichus, ut omnes apud illos philosophantium libri Mercurij dei nomini sint scripti, quasi non hominum sint inuenta, sed dei. Quod Timaeus quoque significat dicens philosophiam donum esse diuinum. Ciuilem quoque peritiam esse diuinum munus in Protogora & Politico docet. Atque ut ad hunc septimum redeamus, non admittit quaequam ad hanc suam rempub. gubernandam, nisi quem conspicerit diuina quadam tam in dolo quam educatione utriusque donum diuinitus accepisse: quae solum ubique legitimum ciuem philosophumque appellat. Sed cur diuino ad id munere opus esse dicit? Mitto nunc alias rationes, quia uidelicet cum difficillimum cuique sit seipsum feliciter gubernare, certe

certe impossibile est ciuitatem, ex ita multis diuersisque compositam, cui & quotidie innumerabiles incertae, imminentes casus, beate unquam absque deo beatitudinis autore componere. Hinc factum est ut quaelibet ciuitates propriam quoddam munus agnouerint, quasi patronum huius uero numinis uicarium & interpretem esse Plato uult ciuitatis gubernatores, qui instar numinis & diuina contempletur, & humanis inde prouideat. Quamobrem malos homines quasi diuini muneris omnino expertes à repub. procul expellit. Solos autem accipit bonos. Neque tamen oēs. Nam ignaros theologiae appellat caecos atque somniantes, utpote qui rerum imagines pro rebus accipiunt: stultum uero censem ciuitatis custodiae caecis somniantibusque comendare. At uero theologos, qui nullum adhuc humanarum rerum usum teneant, non prius ad publicas res gerendas admittit, quam priuatis leuioribusque tractandis assuescerit. Cōcludit interea nulli magistratum esse dandum, nisi cuius uita sit melior magistratu, ipsamque magistratum neque petat neque etiam appetat. Tu uero ubi Plato in erudiendo ciuili philosopho imaginem proponit speluncae, & uinculorum, & luminis cuiusdam, umbrarumque & aquae, speluncam intellige hunc quem uidemus mundam, si ad mundum inuisibilem comparatur. Vinculum uero corpus humanum, siue potius perturbatione animi corpori alligantem. Umbras autem res omnes quae sensus moent. Sunt enim haec uerarum rerum, id est idearum umbrae. Quod autem dicit animum non absque offensione repente tum ab inuisibili mundo descendere ad uisibile, tum uicissim ascendere, duobus more Platónico modis potes accipere: tum in hac uita, quando uidelicet absque medio ab hoc humanorum studio, ad ipsum supremum diuinorum studium, atque contra transitur: tum inter hanc uitam atque alteram. Quando scilicet anima uel impura à corporis tenebris ad diuinum migrat lumen, sub quo caligat prorsus & cruciatur: uel à diuino lumine in corpus elementale descēdens diuinitatem atque turbatur. Memēto uero luminis propriū esse omnia facere atque demonstrare: idque est triplex, diuinum, intellectuale, uisibile. Diuinum appellari solis utriusque solem. Intellectuale, solem angelicum nominari, solis mundani solem. Uisibile denique, lumen, esse caelestem solem eiusque fulgorem. Quam admodum uero fulgor à caelesti sole per omnia se diffundens, est imago actusque solis, ita & lux quae inest soli, imago est actusque mentis angelicae. Lumen deinde in angelo diuini luminis actus est & imago. Et quemadmodum uisibile lumen in natura perspicua duntaxat recipitur, sic inuisibile in perspicua natura. Tres eiusmodi soles Iulianus Platonicus in libro De Sole describens, addit ex Phoenicium theologia uisibile lumen esse diuinae angelicaeque intelligentiae actum quendam perennem per solarem fenestram ad oculos emicantē, atque inde per materias passim perspicuas quasi convenientes sibi diffusum. Ceterum ne diffidas lumen hoc apprensibile esse luminis non apparentis imaginem, scito id lumen non esse corpus. Corpora enim absque offensione in se non penetrat. Item non fieri propriam compositionem corporis qualitatem. Alioquin & propriam requireret qualitatem elementorum calidam siue frigidam in eo praecedentem, quod ipsum sit suscepturum, & recedente sole ad tempus in perspicuo remaneret. Item dimensionem propriam non astringi. Non enim tempore peruenit, uel partem nunc illuminat & post partem. Adde quod amplum absque sui dissipatione implet, uicissimque in angustum sine uel sui uel uasis contractione momentum se colligit. Neque proprie corporeum est, sed inter incorporea & corporea medium, & profecto propria caeli qualitas, cuius natura incorporea est & proxima. Communicatur quoque elementis duntaxat perspicuis, in hac ipsa perspicuitate caelo similibus: perspicuis inquam primo lumen, deinde calor: opacis autē calor primo, lumen uero non prius quam per calorem ad naturam perspicuam redigantur. Corporibus autē opacis, in quibus natura terrea domi naturam non infunditur. Non quia penetrare non possit, quādo quidem & crystallum penetrat opacis multis solidius: sed quia natura terrea à natura caelesti alienissima caelestis qualitatis capax non esse non potest. Communicat tamen opacis calorem ut dixi, non tam propriū caelo quam lumen. Caelum enim quia lucet, ideo calet. Quod autē lumen à caelo in perspicua nostra diffusum, solis imago rursus debeat appellari, hinc apparet, quod ipsum est imaginum omnium communis propriaque origo. Imagines enim rerum sub ipsius fulgore resultat, ipsamque est imago tam potens, ut apparet non solum quando à speculari corpore resilit, sed etiā quando à sole profilit: quod ceteris imaginibus minime conuenit: omnes enim incorporeae sunt: si quidem per totum momento se fundunt, eodemque in puncto absque mutatione confusione sunt multae. Incorporeum ergo est & lumen, cuius uidetur proficere. Proinde momento solis radii secum ferre actum lucis uimque caloris. Ac per lucem quidem refertur diuina & angelicae intelligentiae claritas. Per calorem uero utriusque uoluntatis charitatisque affectum. Cum uero superi, quemadmodum & artifices, opera per uoluntatem potius quam per intelligentiam agant, merito uisibilis hic radius est inuisibilis illorum radio profuens, per calorem agit singula quae gignantur, potius quam per lucem. Immo uero per lucem agit, sed rerum imagines spirituales, per calorem uero corporeas qualitates. Calorque hic ita dependet à luce, quemadmodum in diuinis per intellectum idealiter representantur omnia, per affectum inde surgentē omnia generantur. Nos uero hinc admoniti si natura terrea lumen caeleste non recipit, terrenos à nobis affectus longius expellamus, ut diuino lumine impleamur. Ac si ultimum corpus non accipit primum lumen, nisi caleat inde prius simileque redatur, etiam nos quoque mentium ultimam stagemus prius amore prima, ut amore purgati factique similes luceamus deinde diuinitus, ac pleque non iam lumine gaudeamus. Sed reliqua iam huius septimi perstringamus. Quoniam igitur triplex lumen est, ut

diximus, uisibile scilicet; & intellectualem super uisum, & diuinum super intellectum, ideo Plato in tribus gradibus mentionē hic facit de lumine, scilicet in caeuerna, in nocte, in die: tria uidelicet lumina illa significans. Ter quosq; mentionē facit de aqua, in caeuerna, in nocte, in die: sicut enim lumen & facit & demonstrat omnia, sic aqua lauat omnia atq; representat. per primū quidē significat mores, per secundū uero cōtemplationem. Et utruq; tribus gradibus peragit. Nempe per morale ter lauat & purgat, primo quidē amputatio secundos motus per uirtutes ciuiles, deinde eosdem per uirtutes purgatorias extirpando, tertio per uirtutes animi iam purgati motus primos absolutissime moderado, unde iam ad exemplares quae in deo sunt, uirtutes perueniatur, praesertim per cōtemplationem. Cuius quidē tres sunt gradus, quos refert aqua ter nominata, quatenus ipse imagines representando, refert intelligentiam. Diuina siquidē in tribus, ut ita dixerim, aquis representari uidentur. Primo quidem licet cōfusus, in rationibus physicis: Secūdo distinctus in mathematicis: Tertio clarissime in metaphysicis penitus absolutis. Formas quidem phisicas Plato omnino materiales appellat, quia & cōmuni & propria materia indigent, & absq; illa cogitari nō possunt. Mathematicas uero formas nō adeo materiales, quia & propria non egent materia, sed aut cōmuni tantū ut dimensiones, aut nulla, ut numeri: atq; haec sine materia licet excogitare. Diuinas deniq; formas omnino immateriales existimat, resq; ueras, quarum imagines quidem sunt mathematicae formae, uim uero res naturales, mysterium uero hoc est Pythagoricum. Cum ergo animaduertet Thaletem, Democritum, Anaxagoram, tam negligentes in rebus diuinis fuisse, quam diligentes in naturalibus, Pherecydem contra & Pythagorā Pythagoreosq; omnes mathematicorū principes, pariter summos extitisse theologos, moribusq; diuinis, merito partim ratione, partim experientia concludit curiosum naturalium studium animam sepiissime ad diuinis auertere. Quam & Salomon propterea occupatōē pessimam iudicauit, & miseris qui nimium occuparentur in ea. Eisdem in Phedone Socrates detestatur, eos inquam qui naturalium effectuum causas, duntaxat ad qualitates quasdam elementales curiosius referentes, in eiusmodi principio & sine quiescunt, neq; summum uniuersū principiiū finemq; perquirunt. Quamobrē septimus hic liber ubi animā ad summū bonum solemq; id est deum, ideasq; diuinās quasi stellas cōuenientibus perducit gradibus, nullam in ipso ascensu naturalis peritia efficit mentionem. Sed mathematicos quosdam gradus ad diuina commodius perducetes adducit in medium: inter quos duo sunt puri. Arithmetica enim circa puros uersatur numeros, & geometria circa puras dimensiones. Tria uero gradus sunt mixti. Nam Musica numeris addit uoces motusq; ad auditum praecipue pertinentes. Stereometria uero dimensionibus addit pōdera. Astronomia numeris dimensionibusq; coelestes sphaeras motusq; metitur. Uirtutū autē Plato naturali peritia in descensu potius quam ascensu, quemadmodum in Timaeo & Philebo atque Parmenide, & alibi sepe docet. In descensu enim per diuinās naturalium causas, naturalia uult principalia demonstrari. In ascensu uero per anxiam naturalium curam, tanq; ad diuinis ualde remotas, diuertere ab illis animam putat potius q̄ conuertere. Omnino autē & actiones omnes etiā si honestissime uideantur, nibili pendit, nisi ad diuini boni imitationē cōsecutionemq; conducant: & speculationes similiter omnes uel negligit, nisi ad diuinum bonū inueniendum cōferant, uel etiam detestatur, si quo pacto nos inde diuertant. Proinde totum philosophiae studium esse uult ad sensibilibus cōuertere ad intelligibilia, ad ipsumq; bonum, quod intelligibile lumen est supremum, ascendere. Atq; quemadmodū se habet uisus ad uisibile summum, id est solem, sic intellectum ad summum intelligibile lumen, scilicet deum se habere. Ergo sicut sol generat oculū, & generando uim uidendi largitur, & genito actum uidendi continue praestat: sic deus & intellectum creat, creandoq; intelligendi uim praebet, & creato continue actum intelligendi. Rursus quemadmodū circa oculum nihil opus est ab arte fieri, nisi purgare ipsum atq; cōuertere: ita circa intellectum duo duntaxat praestat philosophia, purgando scilicet ipsum tum ad perturbationibus, tum ad falsis opinionibus, atq; cōuertendo per rationes exhortationesq; ad sensibilibus formis ad intellectuales nobis insitas formas, perq; has ad formas intelligibiles, id est ideas. Rursus per ideas ad diuinā mentem, qua comprehenduntur ideas, ab hac deniq; ad diuinum bonum, idearum principium atq; lumen. Cum ergo dicit animam ad lucernam ad lunam, à luna ad solem attolli, significat à formis naturalibus ad mathematicas, ab his ad diuinās deniq; eleuari, non docendo quidem, diuina enim ut tradit in epistolis, doceri non possunt, sed purgando potius atq; conuertendo. Nam his peractis, sicut sol qui est uisibile lumen, monstrat oculo uisibilia, ita ipsum bonum quod intelligibile lumen est, intelligenda intellectui patefecit. Sed de his in Theologia nostra latissime. Ita q; nemo mirari debet Platonē, doctrinali scribēdi ordine uti rariū, purgatorio uero atque exhortatorio, id est conuersorio semper. Post haec nota ex eorum numero quae sentiuntur, illa potissimum intelligentiam excitare, quae haud plane per sensum à suis oppositis discernuntur, ideoq; intelligentia indigent discernente. Item numeros non esse corporeos. Siquidem nihil aliud numerus est quam unitas repetita. Unitas autem nō est corpus: non enim in partes diuiditur: quae si fingatur diuidi, nō fecatur, sed potius multiplicatur: multiplicatur inquam in seipsam, non in partes ullas: pars enim quaelibet toto solet esse minor. Nulla uero unitas uel maior uel minor est unitate. At qui haec ipsa unitas numerusq; ad incorpoream nos essentiam erigunt: similiter quoque figure

quarum

quarum ratio uera in mente reperitur potius quam in corpore. Similiter astronomia ex ordine caeli motoris rationem indagare uidetur. Eum Plato astronomum negat superna suspicere, qui ab ipso caelo nō prospexerit super caelum, praesertim quia caelestia cum integrū non impleant ordinē, nimirū ad superiore quodā & integro ordine pendunt. Deridet & musicū nisi à cōsonantia uocis ad intellectualem se recipiat cōsonantiae rationē. Deniq; dialecticam, id est metaphysicā siue theologiā oibus facultatibus antepōnit, & ad suū officii utentem ministerio singularum. Officiū uero eius esse, per totā ipsius quod dicitur ens, progredi latitudinē, atq; ad ipsum bonū totius entis causam se cōferre, & in ipso entii ordine quid unū quodq; sit definire, rationē cuiusq; essentiae assignando, quidē quamlibet sequatur essentia demonstrare. Ceteras autē facultates praesertim huius nobilitate indicat esse seruiles. Aut enim ad opinionem hominū declinat, uel ad generationes cōpositionesq; inferiorū, uel ad cultum eorū quae gignuntur: aut saltē & si ad incorporea sese pro uiribus erigūt, nihilominus circa illa quodāmodo somniant. Quales esse inquit mathematicas disciplinas. Mox uero duo subiungit genera, essentia scilicet, atq; generationem. Ad illā quidē intelligentiā, ad hanc autē opinionē existimat pertinere. Rursus in intelligentiā scientiā quidem dicit essentia consequi ad dialecticū pertinentē, cognitionē uero sequi essentia, & ad mathematicū attinere. In opinione similiter fidem imaginationemq; cōnumerat: & per illam quidē corpora percipi, per hanc uero imaginem corporū atq; umbras. Deinde concludit ceteras facultates absq; dialecticā esse caecas. Atq; eas simul & dialecticā in super uanas esse, nisi ipsam boni ideam perspicue nouerint, perq; ipsam in singulis scientiā à falsis uera bona discernere. Eū uero qui boni ignorauerit rationē, & in somnijs hic illud turbare, & ad inferos descendente illud magis atq; uexari. Subdit eū hominem esse claudū qui ad alterutrum siue ad agendum siue ad speculandum ineptus sit atq; imperitus. Quapropter ad gubernandū eligit illos, qui ad utruq; & apti natura sint, & disciplinā sufficienter instructi. Interea nota mendacē quasi manū & mutilatū ad rep. excludendū. Mendacē uero nominat, & qui dedita opera mētur alijs, & qui per ignorantia mētur ipse sibi. Memō & labores animi grauiorē esse q̄ corporis, ideoq; in iuuetute descendē, liberalesq; disciplinas procul à seruitute docēdas. Neq; tamē dialecticā adolecētibus esse tradendā. Quod Philebus quoq; nos docet. Nam ut Phaedrus quoq; distinguit, duo nobis omniū insunt duces, innata uidelicet cupiditas uoluptatū, & acquisita quaedā per educationē opinio, discans honesta & iusta nobis à legibus definita in oibus esse seruāda. Duo uero hi duces sepiissime in contraria distrahunt. Quonia uero differētia facultas si tradatur adolecētibus, opinione honesti debilitat, unde euadunt intemperantes, immo & superbi & impij, ut in Philebo quoq; & Legibus legitur, idcirco ante trigēsimū etatis annū in mathematicis eruditendū sunt, atq; in publicis negotijs per interualla pariter exercēdi. Cū uero ad trigēsimū peruenierint, ad dialecticā admittēdi, ita tamen ut rursus per interualla reuocētur ad publicas actiones. Tu uero differētia industriā à forma quidē sua dialecticā notā, ab exordio Logica, à sine metaphysicā atq; Theologiā. Scito & ad eiusmodi dialecticā finē quasi diuinum homines in quinquagesimo etatis anno uocari, propterea q̄ ad diuinorū intuitum purgata mente opus est atq; serena. Interea hic animaduerte quod & hic & in Theologia sepius usurpamus, à Platone notari tria quaedā, radium scilicet, lumenq; & lucē. Radium quidē esse singulis mentibus sicut & oculis proprium & naturaliter insitum. Lumen uero cunctis oculis esse cōmune. Lucē deniq; diuinā praesse lumini mentiū omnium cōmuni, quaedāmodum lux in sole praestit lumini oculorum & quae cōmuni. Cōcludit etiā postquam boni ipsius lucem & per radium inde sibi naturaliter insitum & per lumen eiusdem rursus in sulum fuerit cōtemplatus, oportere ciuitatem ad boni ipsius exemplar pro uiribus gubernare.

DIALOGVS SEPTIMVS

DE IVSTO

POSTHAE C Naturam, inquam, nostram quod ad eruditionē & ruditatē Speculatonis attinet tali quadam imagine cōtemplare. Finge animo subterraneum specus instar domicilium, cuius ingressus longissimus uersus lumen in antrum totum pateat. In eo homines nutritos à pueritia ceruicem & crura ita deuin totum, ut & immobiles permanere cogantur, & ad anteriora solum prospicerent, capita uero uinculis africta circumagere nequeant. Post tergum autem superne ac procul ignis fax suspensa sit, interq; ignem & uinctos homines uia superior paulo, secus quem paries sit constructus exiguis, sicut plerunq; praestigiatoribus septa quaedam super quibus sua miranda demonstrant, coram spectantibus opponuntur. Esto inquit. Cogita rursus homines intra parietem ferentes uasa uaria, supra parietem eminentia, statu asq; hominum & aliorum animalium lapideas & ligneas imagines, modisq; uarijs fabricatas. Atque ut consentaneum est, qui haec circumferunt, partim sileant, partim loquantur. Quam portentosa haec figmenta sunt. At similes isti nobis sunt. Nam primum quidem putas istos aliud quicquam uel suis ipsorum uel proximorū hominum uidere pre

Ff 4 ter

ter umbras quæ ab igne in aduersam speluncæ partē cadunt. Nihil aliud quādo nunquā in uita mouere capita potuerunt. Quid autem eorum quæ circumferuntur, nōne umbras duntaxat? Nempe. Si ergo inuicem loqui liceret, nōne umbras rerum nominibus appellādas esse putare eos credamus? Necesse est. Quod si echo ex aduersa parte carceris resonaret, quoties prætereuntium aliquis loqueretur, putas ne ipsos alium quē quā tū trāsientium umbras loqui existimatos? Nō per Iouem. Omnino igitur isti nihil uerum esse nisi fabricatarum rerum umbras arbitrarentur. Ita profusū necesse est.

Cōtra uero nūc animaduerte qualis foret eorū à uinculis solutio, ignorātiāq; curatio. Nempe si quis eorū solueretur, cogere turq; repente surgere, collum uertere, ambulare, lumen ipsū aspiceret, doleret protinus, nec propter splendorem intueri posset illa, quorum umbras ante cernebat. Huic si quis nugæ hæc tenus spectauisse dicat, nunc autē rebus ueris esse propinquiores ueriusq; inspicere, ac prætereuntium quemq; monstrans, quid sit quæ fuerit, nōne uacillaturum putas, arbitraturumq; ueriora esse quæ ante cernebat, q; quæ nunc ostenduntur? Multum. Et si coegerit eū lumē aspiceret, nōne dolore oculorū affectum iri putas? oculosq; ad ea quæ facile prius uiderat, retorquere, certiora ea existimantē q; quæ subito tum offerebantur? Ita nimirū. Si uero quis eundē per aspera atq; ardua sursum traheret uolēter, neq; permitteret quicq; aspiceret ante q; ad solis lumē extraxisset, nōne dolere ipsum & eggerere dum raptaretur, existimas? & cum ad lumen euectus fuerit, oculos splendore suffusum hætere, nihilq; ex his posse cōspicere quæ uera nunc ab hominibus existimantur? Nihil certe subito. Cōsuetudine igitur primū opus, si supera inspecturus sit. Umbrasq; primum facilius intuebitur, post hæc in aquis hominū caterorumq; imagines. Ipsa uero deinde quæ in cœlo sunt, & ipsum cœlum nocte facilius contemplantur, dum astrorum & lunæ lumen spectabit, q; si solem ipsum die solisq; fulgorē intueatur. Proculdubio. Atq; ita demum solē ipsum suspicet, neq; ita in aquis et aliena in regione simulacra ipsius spectabit, sed ipsum secundum seipsum in sede propria speculabitur, & qualis sit cognoscere poterit. Necesse est. Animaduertet tandē ipsum esse, qui tēpora & annos temperat, qui omnia regit quæ sub cœlo sunt, qui omnium quæ ante ab ipsius uisa sunt, modo quodā est autor. Certum est huc illū hisce gradibus ascensurum: Quid si habitationē pristinam memoria repetat, & illorū hominum sapientiā atq; uincula, an non censet eum beatum se loci mutationē existimaturum, illos autē miseraturū?

Et maxime quidē. Præterea si qui honores ibi inuicē exhibebantur & laudes, dabanturq; præmia illi qui transeuntia qualibet acute cernebat, recordareturq; maxime quæ ex illis priora, quæ posteriora, quæ pariter progredi soleant, atq; ex his futura optime præfigeret, hæc ne desideraturum putas? beatosq; illos qui apud eos honorantur & dominantur existimaturū, uel quod ait Homerus malle, in alieno scilicet rure ferui alicuius exortis mācipium effici, & quidlibet perpeti potius q; opinionibus istis illudi, & in ea miseria uerari. Arbitror eum quæcunque alia potius quam uitam eiusmodi electurum. Hic si rursum descendat, & sedem quā antea nāscatur, nōne cum repēte à sole discesserit, tenebris offundetur? Vehementer. At si umbras illas discernere oporteat, deq; ipsis disceptare cū illis qui perpetuis uinculis pressi sunt, proferendaq; sententia sit eo ipso in tēpore, quo oculi ipsius hallucinantur, anteq; acies expurgetur, quod quidem non breui fiet, an nō tū ab eō citabitur, & ab omnibus dedecori dabitur, quod postq; sursum ascendit, corruptis reuersus est oculis? diceturq; nunquā ad supera contendendum esse, & eū qui soluere tenet

Declaratio
militudinis
specus

& sursum ducere si deprehendatur, protinus occidendū: Tota hæc imago o amice Glaucō referenda est ad illa quæ supra dicta sunt. Carcer quidem is ad eā quæ cernitur oculis, mundi machinā: sax uero ignis in specu, ad solis potentia: postremo si ascensum ad supera eorūq; conspectum, rite ad eum qui ad intelligibilem regionē tendit, ascensum retuleris, ut ego quidē spero nō aberrabis, postquā sententiam meā audire desideras. Deus autē nouit an uera sit. Quæ igitur mihi apparent, huc tendunt. Nempe arbitror in ordine ipso intelligibili, boni ipsius ideā supremā existere, uixq; uideri: si autē uisa fuerit, asserendum eā omnibus omnium rectorum atq; bonorum causam esse, cū ipsa in loco uisibili lumen creauerit, & luminis autorem: in ipso uero intelligibili regnet ipsa, ueritatēq; & mentem protulerit. Quā nosse necesse sit oēm quicumq; sana mēte quicq; uel priuatim uel publice est acturus. Ita & ipse cogito ut cūq; possim. Age & hoc cōsidera; neq; mireris, q; hi q; huc descendunt

nolunt

nolunt humana tractare, sed ipso mētis acies semper ad supera dirigat. Probabile quippe id est, siquidem superiorem imaginem sequitur. Probabile sane. Quid autem hoc? Mirandum putas, si quis à diuinis spectaculis ad humana hæc mala prolapsus ineptior sit ad agendum, rideaturq; præsertim si ante quā presentibus tenebris assuescat, dum adhuc titubat, cogatur uel in iudicijs uel alibi de iusti umbris, aut statuis illis quarum umbræ hæc sunt, certare, deq; eorum qui iustitiam ipsam nunquam uiderunt persuasione ueritatisq; differere? Nullo modo mirandū. Verū si mentem quis habuerit, recordabitur quod duobus modis & duabus ex causis turbati oculi consueuerūt: & cum ex lumine ad umbram descendimus, & cum ex tenebris in lucem prodimus: eodemq; modo affici animū arbitrabitur, quotiens turbatum uiderit, & ad aliquid cernendum hebetiorē. Ideoq; haud temere in risum prorumpet, sed diligēter inquiret, utrum à lucidiori uita descendēs, nouis tenebris obruatur: uel ab insipientia plurima ad fulgidū spectaculū surgēs, sub coruscōnimum splendore deficiat. Et huius quidē affectū probabit, uitāq; eius beatā fore censet: illius miserabitur: aut si forte ridere uolet, haud tā inepte hunc ridebit, q; eum qui à lumine superno deciderit. Cōsentaneū. Hæc igitur si uera sunt, ita de his cogitandū est, eruditionē non esse talē qualē aliqui prædicant, pollicentur enim animo scientiæ prorsus experti se scientiam tradituros, quasi oculis cæcis uisum. Proferunt certe. Præsens autē ratio nobis innuit, primum uim quæ est in animo cuiuscunq; deinde instrumentū, quod discere quisq; potest, perinde ac si oculum impossibilem esset aliter q; unā cū toto corpore ad clarum obiectum ex obscuro conuertere: ita tota mēte à generatione usq; ad id quod eius dicitur circumagere oportere, ut quod clarissimum est possit speculari transcendere, hoc autē ipsum bonum esse dicimus. Nepe. Ad hoc igitur ipsum eruditio cōpetens, erit facultas quadā animi dirigendū, ut ipsius oculus q; facillime & efficacissime conuertatur, quæ huic oculo acie uisumq; nō dabit, sed eum potius cum uiuio quidē habeat, neq; tamē recte cōuersus sit, neq; quo decet aspiciat, conuertere omnī machinatōe cōtendet.

Ita uidetur. Cætera igitur quæ uirtutes animæ nuncupantur, in hoc uidentur uirtutibus corporis similes. Nam cum natura nō insint, paulatim cōsuetudine & exercitatione cōparari uidentur. Sapientiā uero maxime omnium diuiniōris cuiusdā uirtus existit, quod uim quidē suam nunquā amittit, ab ipsa uero circūductione uirtile & cōferens, ac inutile rursum proximumq; euadit. An nondum animaduertisti, quā acute uidet celeriterq; discernit illo? Qui malus est rū animula, qui licet mali sint, tamē sapientes habentur, ea ad quæ conuersa est, tanq; acie & sapiens habeat nequaq; hebetem, sed prauitatis seruire coacta sit: Atq; idcirco quo acutius inspicit, eo plura peragit mala. Omnino quidem. Si ab hoc ingenio statim à pueritia amputetur, ita quo acutius tur quæ sunt generationis affinita ceu plumbea pondera, quæ comestionibus & huiusmodi uoluptatibus & libidinibus atque delicijs inhærentia mentis aciem ad inferiora detorqueunt, confestim expeditus eius intuitus, & ad eā quæ uera sunt conuersus, ipse scilicet idē & in eisdem hominibus tā acute illa discernet, quā hæc quibus in presentia est intentus.

Probabile est. Quid istud? Nonne probabile ac necessarium ex prædictis, neq; rudes homines & ueritatis ignaros rempub. sufficienter administrare, neq; eos qui semper in studijs literarum uersati sunt? Propterea quod illi quidē finem sibi certū non proposuerunt in uita, ad quē respicientes oportet omnia agere quæcunq; agāt & priuatim & publice. Hi autē haud ipse tractabunt ciuilia, existimantes se etiam hac in uita à negotijs humanis semotos, in beatorum insulis habitare. Vera narras. Nostrium igitur qui cōdidimus ciuitatem, erit officium, optimas hominū naturas impellere ad eā quā supra diximus maximā disciplinā, bonumq; cognoscendum, adeo ut & sursum ascendāt, & postq; ascenderit ac satis in spexerint, ne ipsi quod nunc cōceditur, permittamur. Quid istud? Ut in eo uelidelicet studio permāneāt, neq; uelint rursum ad homines istos carcere clausos huc descendere, neq; laborum istorum honorumq; seu uiliōres seu preciosiores fuerint participes esse. An ipsis iniuriā inferemus, cogemusq; eos deteriorē uitā subire, cum frui meliore possint? Oblitus es o amice hoc legi curæ nō esse, ut unū quiddā genus in ciuitate in primis sit beatum, sed ut tota ciuitas. Profecto ad hoc ciues ipsos persuasione & impulsione cōciliat, facitq; ut mutuo sese adiuent, cōmunemq; pro uiribus utilitatē colāt. Nempe lex ciuilitatem homines cōgregat, nō ut permittat unum quēq; quod lubet ferri, sed ut ipsis ad copulā ciuitatis utat. Vera loqueris, id me fugerat. Cōsidera itaq; Glaucō, quæ admodum philosophos

philosophos qui apud nos reperiuntur, iniuria nulla afficiemus. Sed cum cogemus eos aliorum curam gerere, iure in hunc modum dicemus: quod uidelicet quicumque in alijs ciuitatibus philosophi reperiuntur, ob hanc causam merito administranda reip. labores fugiunt, quia in qualibet ciuitate ipsi per se nascuntur, rep. non curante. Par autem est ut quod per se nascitur, cum nulli pro alimentis acceptis sit obnoxium, nulli exhibeat nutrimenti mercedem. Nos autem uos tam uobisquam reip. quam reliquis ciuibus tanquam in apum examine duces ac reges creauimus, melius perfectiusque quam ceteri eruditos, aptioresque ad utranque curam suscipiendam. Descendere ergo uicissim debetis singuli in aliorum hominum cœtum, & ad obscura inspicienda assuefieri. Nam cum assuefacti fueritis, multo acutius illa cernetis quam qui in eis quotidie obuersantur, & qualibet simulachra quæ & quorum sint agnosceatis, ut qui reuera noueritis, quæ honesta, iusta, bona uel sint. Atque ita nobis una ac uobis ciuitas quasi uigilantibus recteque sentientibus coletur, non tanquam somniantibus quemadmodum nunc plurimæ habitantur, ab his uidelicet, qui de umbris inter se decertant, deque principatu tanquam maximo bono contendunt. Veritas autem ita se habet. Ciuitas profecto in qua ciues ad expectandos magistratus minime ambitiosi sunt, optime & procul a seditionibus permanet: contra uero, quæ aliter affectos habet ciues. Sic est prorsus. An reuenerunt monitus nostros alumni, cum hæc audierint nolentque uicissim singuli ciuitatis administrationem suscipere, sed in contemplationis otio diutius commorari? Minime. Nam iusta uiris iustis præcipiemus. Sed omnino tantum ad rem necessariam ad magistratum accedet eorum quisque, contra ac illi qui nunc in singulis ciuitatibus dominantur. Nempe sic res se habet o amice. Si uitam inueneris eorum qui magistratibus præfuturi sunt, ipsis magistratibus meliorem, tunc primum tibi optime instituta ciuitas elucebit. In ea siquidem sola uere diuites dominabuntur. nõ auari dico, sed cuius oportet uitam beatam, diuitem esse, uitæ probæ atque prudentis. Sin autem inopes, bonisque proprijs uacui ad publica aduentauerint, bona illinc rapere cupientes, ciuitas illa felix esse non poterit. Nam ubi de principatu contenditur, cum proprium hoc sit & intestinum bellum, tum eos qui ita pugnant, tum reliquam ciuitatem perdit. Vera narras. Habes aliquos qui ciuiles honores spernant, præter ueros philosophos? Non per Iouem. At enim magistratus dandi sunt hominibus imperij minime cupidis, alioquin simultas inter æmulos orietur. Certe. Quosnam igitur alios ad custodiam ciuitatis induces, præter eos qui optime hæc intelligunt, per quæ rite ciuitas colitur, habentque & honores alios, & uitam ciuili præstantiorem? Nullos equidem alios. Vis ergo nunc inquiramus, quo pacto tales in ciuitate uiri euadant? & qua ratione eos aliquis in lumen educat, quemadmodum ab inferis ad deos ascendisse aliqui memorant. Quid ni uelim? Hæc, ut uidetur, non erit testæ reuolutio, sed animæ circunductio à nocturno quodam die ad eius quod uere est contemplationem. Quem quidem ascensum ueram philosophiam esse dicemus. Omnino. An non inuestigandum est quæ disciplina potissimum hanc habeat facultatem? Quid nisi? Quænam igitur erit o Glauco disciplina, per quam animus ex his quæ fluunt, ad ea quæ uere sunt, reducat? Nunc interim dum loquor cogito. Nonne enim eos esse belli athletas diximus: sed necessarium dum iuuenes sunt, tales esse. Diximus plane. Oportet ergo hanc præterea superiori addere disciplinam quam quærimus. Quam potissimum? Quæ scilicet nõ inutilis sit bellicosis hominibus. Oportet sane, si quidem est possibile. Gymnastica porro & musica in superioribus à nobis sunt eruditi. Ita prorsus est actum. Gymnastica quidem circa id quod augetur & deficit, uersari uidetur. Nam incrementum corporis & decrementum considerat. Apparet. Hæc ergo non erit ea quam quærimus disciplina. Non. An forte genus illud musicæ, quod supra narrauimus? At erat illa quidem, si tenes memoria, proportione quadam gymnasticæ correspondens, consuetudine moribusque cōsuetudines erudiens, præbensque secundum harmoniam, compositionem & concinnitatem quamdam potius quam scientiam, & secundum rhythmum modulationem numerosamque decemcentiam. Quinetiam in oratione alia quædam generis eiusdem continet, tam quo ad fabulosos sermones, quam quo ad ueros. Cognitio uero talis cuiusdam boni quale tu nunc inuestigas, in ea nulla prorsus existit. Diligenter admodum me comonuitisti. Nam reuera tale nihil habere comperta est. Caterum o beate Glauco, quænam talis erit facultas? Etenim

Etenim artes mechanicæ illiberalesque omnes esse quodammodo uisæ sunt. Quid nisi? At uero, quænam alia præterea restat doctrina à Musica, & gymnastica, artibusque diuerfis? Age itaque si nihil ab his seorsum accipere possumus, aliquid saltem ex ijs quæ per omnia discurrunt, accipiamus. Quidnam? Commune scilicet illud quo omnes utuntur artes, cogitationes, atque scientiæ, quod cuique in primis necessarium est dicendum.

Quale istud? Leue hoc & perile, cognoscere scilicet unum, duo, tria, quod, summam, tum numerum & computationem uoco. An nõ ita natura comparatum est, ut omnis ars atque scientia cogatur horum particeps fieri? Et maxime quidem. Nonne res bellica etiam? Necessarium est omnino. Ridiculum ducem Palamedes Agamemnonem fuisse passum in tragœdijs ostendit. An ignoras quod se profitetur numeri inuentorem, asseritque apud Troiam belli acies ordinasse, nauesque & reliqua omnia numerasse, quasi horum numerus ante fuisset incognitus, & Agamemnon, ut uidetur, neque quot pedes haberet, agnouerit? siquidem erat computationis ignarus. Qualem itaque tunc fuisse ducem existimas? Absurdum equidem, si uera hæc erant. Necessariam ergo numerorum cognitionem militi esse dicemus, ut & numerare & computare ualeat. Maxime omnium, si modo ad ordinandas acies omnino rudis esse non debet. Imò uero si homo futurus est.

An tibi in hac disciplina quod mihi uenit in mentem? Quid? Videtur natura ex eorum numero esse, quæ ad intelligentiam homines eleuant, qualia nos perquirimus. Cumque talis sit ut omnino mentem ad essentiam attollere possit, nemò ut decet hac uti cognitio ne uideatur. Qua ratione id ais? Conabor equidem sententiam tibi meam explicare. Anima duerte obsecro quæadmodum mecum ipse genera rerum ita distinguo, ut quædã ad intelligentiam ducant qualia nos dicimus, quædam minime: & quæ dicam confirma, uel nega, ut clarius dignoscamus, an hoc tale sit, quale uaticinor. Ostende iam. Ecce ostendo: si modo res quæ sensus mouent, uides partim tales esse ut ad considerandum intelligentiam minime prouocent, utpote quæ sufficienter sunt à sensibus iudicata: partim tales ut prouocent, quasi sensus in eis nihil sincere dijudicet. Quæ procul admodum prospiciuntur dicis, & quæ quodammodo adumbrata sunt. Flaud satis, quænam dixerim coniecisti.

Quænam igitur? Ea porro inquam mentem minime prouocant, quæcumque in contrarium simul sensum non incidunt. Quæ uero incidunt in contrarium, prouocant, postquam sensus non hoc magis quam contrarium monstrat, siue eminus seu communis intueatur. Sic autem quod dico, magis tibi patebit, hos utique tres esse digitos dicimus, pollicem, indicem, ac medium. Plane. Ita meloqui existimato, quasi proxime uideantur. Atque id in ipsis considera. Quid? Digitus quidem esse similiter quisque eorum apparet, atque ad hoc nihil interest, siue medius offeratur, siue postremus, albus seu niger, pinguis aut tenuis, & quicquid generis eiusdem. In omnibus siquidem huiusmodi non cogitur animus intelligentiam ad disceptandum prouocare, quid è multis sit digitis. Neque enim sensus ei simul significauit digitum contrarium esse quam digitum. Non certe. Merito igitur quod tale est, mentem nec mouebit, nec excitabit. Merito. Ipsorum uero magnitudinem & paruitatem nunquid aspectus satis cernit? nihilque ad eum refert, siue in medio quædam illorum iaceant, siue in extremis: Eodemque modo pingue, tenue, uel mollitiæ & duritiæ tactus ipse? Atqui & alij sensus nunquid non imperfecite talia quædam declarant? Vel sic agit eorum quisque? Nam primum quidem sensus qui ad durum attinet, cogit & ad molle pertingere, animoque ita renunciat, quasi idem & molle & durum esse senserit.

Ita certe. An non necessarium est in rebus huiusmodi animum dubitare, quid significet duri hic sensus, si quidem idem molle insuper asserit? Item sensus ipsius grauis & leuis, quid graue & leue, si leue graue esse, & graue leue significat? Absurde profecto hæc ad animum interpretatione deueniunt, & consideratione indigent. Merito igitur in his rebus primo quidem animum nititur rationem & intelligentiam prouocans considerare, nunquid unum, aut duo sint singula quæ nunciant. Cur non? Nonne si duo apparerent, alterum & unum apparet utrunque? Ita. Si ergo unum utrunque, ambo autem duo, separata duo intelligit animum. Nam si indistincta perceperit, non duo, sed unum intelliget. Recte. Magnum quidem & paruum, aspectum uidere dicimus, non discretum aliquid, sed confusum. an non? Plane. Propter huius autem declarationem, magnum rursus & paruum intelligentia cogit intueri, nõ confusa, sed distincta potius contra ac sensus, Vera loqueris. Hinc ad sciscitandum

*Aritmetica
& computa
toria sunt ne
cessaria militi*

*Repetit al
tius rem*

sciscitandum protinus incitatur, quid magnum sit, quid paruum. Maxime uero, atque ita aliud quidem intelligibile, uisibile aliud nuncupauimus. Scite admodum. Hæc sunt quæ nuper differere aggressus sum, quod uidelicet quædam animum ad intelligentiam erigunt, quædam minime, quod uide ea erigunt, quæ in sensus unâ cum suis contrarijs incidunt: quæ uero non ita, mentem non suscitant. Intelligo iam, atque ita mihi uidentur. Quid uero numerus & unum? Vro in genere tibi esse uidentur? Haud intelligo.

Commodam
philosopho
Arithmetica
primo om-
nium

At ex supra dictis animaduerte, si enim sufficienter ipsum secundum seipsum inspicitur, aut alio quopiam sensu unum comprehenditur, haudquaquam ad essentiam mentem deducit, quemadmodum de digito diximus, si autem aliquid semper contrarium illi simul suboritur, adeo ut nihil magis unum quam contrarium uideatur, iudicis discretionem iam indiget, cogiturque in ea animus dubitare atque perquirere, & mouens in seipso intelligentiam, sciscitari quidnam unum ipsum est. Atque hoc pacto unius consideratio ex eorum numero erit, quæ attollunt animum, conuertuntque ad eius quod uere est, contemplationem.

At enim tale non nihil habet unius inspectio. Simul namque ipsum ut unum cernimus, & ut multitudinem infinitam. Si unum, id patitur, idem omnis numerus patietur. Absque dubio. Enim uero computandi & numerandi scientia omnis circa numerum. Maxime. Hæc autem ad ueritatem conferre uidentur. Mirum in modum. Hæc itaque disciplina ex earum genere erit quas quærimus, militi quidem cognitu maxime necessaria ad acies ordinandas, philosopho autem ut è fluctibus generationis emergat, essentiamque attingat, sine qua disciplina computare ratiocinarique non poterunt. Est ita. Custos autem noster & miles est & philosophus. Nempe. Conueniens utique institutio erit & Glauco, persuadere illis qui ciuitatis muneribus functuri sunt, ut se ad computandi scientiam conserant, neque rudes adhuc inde discedant, sed persequantur quoad ipsa mente ad numerorum naturam contemplandam perueniant, non uendendi emendique gratia, tanquam mercatores uel caupones; sed ut ad bellum instructi sint, facilesque animum à generatione ad ueritatem essentiamque conuertant. Præclare loqueris. Atqui his ita de ratiocinandi disciplina dictis, equidem mecum ipse cogito quam numerorum cognitio decora sit uisibilisque nobis palmam ad id quod uolumus, si quis eam cognoscendi, non cauponandi gratia sequitur. Quæ ratione? Hoc ipsum inquam, quod modo diximus, quod uidelicet uehementer subleuat animum de quo ipsi numeris differere cogit, nullo modo admittent si quis disputando pro numeris corpora quæ & uidentur & attrahantur, induxerit. Nosti enim quemadmodum qui in his periti sunt, quotiens aliquis ipsum unum uerbis discerpere nititur, subridet protinus, neque hoc tolerant: Verum si tu secas, ipsi multiplicant, cauentes ne quando ipsum unum non unum appareat, sed partem plurimam. Vera loqueris. Si quis eos ita percontetur, & mirifici uiri, quibus de numeris disputatis, quibus unum tale inest, quale uos traditis, æquale scilicet unum quodque est, & omnem penitus omnem, neque minimo quouis discerpans, partem tamen nullam continens in seipso? Quid eos ad hæc & Glauco existimas respiciuros? Reor equidem responsuros illos, de ipsis se numeris loqui, qui excogitari dumtaxat possunt, aliter autem attrahari nequaquam. Cernis igitur & amice, hanc reuera peritiam huius discipline nobis necessariam esse; quædoquidem ut appareat animum ad hoc inducit, ut ipsa intelligentia utatur ad ueritatem ipsam percipiendam. Vehementer id efficit. An & hoc aduertisti, quod homines natura arithmetici ad omnes doctrinas, ut ita dixerim, acuti uidentur. Quinetiam si qui ingenio tardiores huic se studio dederint, si uel iam utilitatem aliam susceperint, tamen hoc asssequuntur, ut acutiores quam antea sint.

Homines natura
arithmetici
ad omnes
doctrinas sunt
apti

Sic est. Sed enim haud facile multa reperies, ut existimo, quæ maiori cum difficultate ista discant. Non profecto. Propter omnes quas adduximus rationes, haudquaquam negligenda hæc sunt, sed in his precipue erudiendi qui optimis sunt ingenijs. Assentior equidem. Hoc itaque nobis ita positum sit; post hoc quod huic proximè est, consideremus nunc quid nobis conducatur. Quid istud? Num Geometriam dicis? Hanc ipsam. Quatenus enim ad bellicam rem confert, eatenus certe nobis conuenit. Nam ad castra ponenda, regionem occupandam, colligendas turmas, uel etiam spargendas, & ad cetera machinamenta, quibus circa acies, uel in obsidione, uel itinere uti solent, permultum interest Geometricis ne aliquis sit, an non. Ad hæc utique exigua quædam Geometriæ Arithmeticaque particula sufficit. Inquirendum est autem, utrum diuturnius studiū uberiorque perceptio conferat ad ideam boni

boni facile dignoscendam, conferunt uero ad hoc omnia, quæ animum illuc conuertunt, ubi est essentia beatissimum, quod ipsi est penitus cognoscendum. Recte. Ergo si essentiam intueri Geometriæ studium cogit, conuenit quidem; si autem generationem, non conuenit. Ita dicimus. Profectio nobis hoc non negabunt quicumque uel paululum quid Geometriæ gustarunt, quin hæc scientia contra omnino se habeat quam de ea loquantur, qui in ipsa uersantur. Quoniam pacto? Quippe ridicule admodum & quasi coacti sæpe loquuntur. Nam uelut operatores quidam operisque gratia uerba faciunt, dum & quadrare aiunt, & perducere, atque addere, ceteraque similiter. Doctrina uero hæc omnis cognitionis gratia quaeritur. Sic est omnino. An non id quoque nobis est concedendum? Quid? Quod quaeritur cognoscendi illius gratia quod semper est, non eius quod & oritur quandoque, & interit. Concedendum plane: nam Geometria eius quod est semper, cognitio est. Attollet igitur & generose uir ad ueritatem animum, atque ita ad philosophandum præparabit cogitationem, ut ad supera conuertamus, quæ nunc contra quam decet, ad inferiora desijcimus. Quam maxime fieri potest. Quam maxime igitur præcipiendum est, ut qui præclarissimam hanc habitant ciuitatem, nullo modo Geometriam spernant: nam & quæ præter ipsius propositum quodammodo esse uidentur, haud exigua sunt. Qualia? Quæ tu circa rem bellicam commemorabas. Scimus quinetiam ad disciplinas omnes facilius perdiscendas interesse omnino, attigerit ne Geometriam aliquis, an non. Prorsus. Hanc ergo doctrinam secundo loco discendam iuuenibus. Statuamus. An tertio in loco ponemus Astronomiam? Quid censes?

Quo pacto
ducatur Geome-
tria ad philo-
sophandum

Ponendam equidem: nam mutationes opportunitatesque temporum præsentire non minus rei militari quam agriculturæ navigationisque conuenit. Quam dulcis uir es. Nemo puereri uideris, ne multi te putent inuiles disciplinas inducere. Est autem non leue istud sed difficile admodum persuadere, quod ex huiusmodi disciplinis instrumentum quoddam cuiusque animi expurgatur reuiscitque, quod ante ex alijs studijs infectum occacatumque fuerat, cum potius id seruandum sit, quam oculorum corporis decem milia. Solo enim hoc inspicitur ueritas. Eis ergo qui idem hoc sentiunt, mirum in modum bene loqui uideberis. Qui autem id nunquam excogitarunt, merito nihil te dicere arbitrabuntur, aliam enim ab ipsis utilitatem æstimatione dignam non cernunt. Hic ergo tu uideris utris cum potissimum differas. An forte cum neutris, uerum tui gratia maxime uerba facis, neque tamen ulla detineris inuidia, si quis aliquam ex his utilitatem capiat. Hoc potius eligo, mei scilicet gratia in primis interrogando & respondendo differere. Age igitur inquam, retrogredere: nam nunc haud recte quod Geometriæ succedit accepimus. Quare?

Quia post planum, statim solidum illud quod circumfertur accepimus antequam ipsum secundum seipsum comprehenderemus. Decet autem statim post augmentum secundum tertium capere: est autem hoc circa cuborum augmentum, atque id quod profunditatis est particeps. Est certe. Sed hæc & Socrates nondum reperta uidentur. Huius duæ sunt causæ, quia uidelicet nulla in ciuitate hæc honorantur: & cum inuentu difficilia sint, haud ardentem quaeruntur, & qui ista perquirunt, duce indigent, sine quo minime reperirent. Quem esse primo difficile est: deinde etiam si sit, dum tamen ita se habent ut nunc qui hæc indagant, fastu elati nequaquam parerent. Si autem ciuitas tota huic operi præsideat, hoc non facile deducens, & isti obtemperabunt quidem, & hæc sedulo studioseque discussa, clarioribus, repta, us emicabunt. Quippe etiam nunc quamquam & uulgus hæc contemnit & prohibet, & qui hæc perferuntur, qua ratione utilia sint ignorant, tamen uel gratia cuiusdam ualent, cum patronis. Neque mirum si hæc ita apparuerint. Nempe quod gratum est, id præcipuum, sed mihi aperius, cum precio carius que nunc dicebas explana. Studium quod circa planum uersatur Geometriam uocatur, excitatur ubi dux retro retulisti pedem. Enim uero quo magis propero, eo peruenio serior. Nam cum mox illi succederet facultas illa que de augmento in profundum agit, quia ridiculosa eius habet inuestigatio, eam transgressus post Geometriam, Astronomiam protinus attigi, quæ in profundum fundi ipsius agitatione consistit. Probeloqueris. Ergo quarto in loco ponamus Astronomiam, tanquam ad sit ea facultas quæ nunc fuerat prætermissa, si modo in ciuitate suscipiatur. Sic decet. Atque etiam Astronomiæ laudationem & Socrates, in qua tu me interpellasti quasi importunius ipsam extollerem, ex tuo progressu nunc prosequor. Nam cuique

vide ut tempore
Socratis
nō erat mathe-
maticæ pars,
que de corpo-
ribus, repta,
studia iacent
cū patronis
cū precio car-
tur ubi dux
unus aliquis
emergit litera-
rum.

Gg patere

patere existimo hanc animi oculos ad superiora dirigere, & hinc illuc ipsum perducere.

Forte hoc omnibus præterquam mihi perspicuum. Quoniam mihi quidem non ita uidetur. At quonam modo? Porro ut nunc eam tractant, qui philosophiæ ipsam iungunt, ad inferiora deicere animi oculos mihi uidetur. Quæ ratione id ais? Non ingere mihi uideris tecum ipse supernorum intelligentiâ desinere. Cõstat enim quod si quis laquearia uarijs coloribus depicta suspiciens quicquam perceperit, eum non oculis intueri sed intelligere arbitraberis. Ac forte recte sentis, ego autem inepte. Reor equidem nullam aliam disciplinam ad supernam inspectionem animum excitare, nisi eam quæ circa essentiam & id quod uideri non potest uersatur. Quod si quis sursum inhians nunquam conuersus deorsum, sensibile aliquid percipere studet, discere ipsum nequaquam assero. scitiam enim adipisci hunc nego, & eius animum non sursum sed deorsum aspiciere censeo, etiam si resupinus in terræ littore uel maris æquore iacens, quicquam perceperit. Haud iniuria me corripuisti. Verum quæ ratio discendæ Astronomiæ præter eam quam isti sequuntur, si eius nobis cognitio sit ad ea quæ dicimus profuturæ? Hæc utiq; existimandum est, has quæ in cœlo sunt uarietates, postquam in loco uisibili sunt, si ad cæteras eiusmodi comparentur, optime integerrimeq; dispositas: sin autem ad ueras, longe deficere. Veras inquam uarietates & motiones, quibus ipsa quæ uere est uelocitas, & ipsa quæ uere est tarditas in uero numero, uerisq; figuris omnibus & inuicem feruntur, & quæ insunt ferunt. Quæ quidem omnia ratione & cogitatione cõprehendi possunt. uisu uero nequaquam. Quid censēs? Idem prorsus. Nõne igitur cœlestium uarietate utendum est uelut exemplo quodam ad supernarum rerum contemplationem? perinde ac si quis uideat figuras à Dædalo uel alio artifice uel pictore egregie compositas & elaboratas. Nempe si esset is qui eas uidet Geometriæ peritus artificium ipsum laudaret, ridiculum tamen esse censeret si quis attentius talia consideraret tanquam in ipsis ueritatem æqualium, uel duplorum, uel alicuius proportionis alterius reperturus. Cur non absurdum id uideat?

Idem quoq; facturum putare debemus uerum Astronomum quando motus syderum intuebitur: arbitratur scilicet quoad in operibus huiusmodi possibile est, quam pulcherrime ab ipso cœli conditore & cœlum ipsum & quæ in eo sunt, fabricata: absurdum tamē existimaturum si quis noctis ad diem comparationē, horumq; ad mensem, mensisq; ad annum, & aliorum astrorum inuicem & ad ista, semper similiter fieri cõseat, neque unquam quoquo modo mutare tenorem cum & corpus habeant & uideantur, quæratq; in his omnino studio ueritatem. Mihi certe in præsentia te audienti idem uidetur. Itaque propositiõibus utemur ut in Geometria, ita & in ipsa Astronomia: & quæ in cœlo sunt, dimittimus, si modo ita percepturi sumus Astronomiam, ut quod in nobis sapientiæ composita natura existit, utile ex inutili efficiatur. Quanto amplius laborum imponis astronomo, quam hodie impeditur uulgo. Arbitror autem & alia nos præcipere eodem modo debere, si qua ex nobis tanquam legum conditoribus sit utilitas prouentura. At quam nunc ex conuenientibus disciplinis cõmemorabis? Nullam ad præsens habeo, quã cõmemorē, inquit. Attamē non unam tantum, inq; ego, sed plures species motus nobis præbet. Omnes quidem depromere, qui sapiens est, poterit. Quæ uero mihi occurrunt, duæ sunt.

Musica Quales? Vna quædam Astronomiæ consimilis & æquipollens. Qualis inquam? Quem admodum ad Astronomiam oculis, sic ad harmonicam motum uidetur aures fabricatæ. Vnde & has inuicem esse germanas scientias, & Pythagorei putant, & nos ò Glauco assentimur. Vel quidnam agemus inquam ego. Ita prorsus, inquit. Nõne quia grande hoc opus est, eos percontabimur, quo pacto de ipsis loquuntur, & nunquid aliud præter ista, nos autem ad hæc omnia nostrum illud seruabimus? Quid? Nequandò dent operam ut nostros alumnos quicquam ex his minus perfectum doceant, quod non illuc tendat semper quò proficisci omnia debent, quem admodum paulo ante de Astronomia narrauimus. An ignoras quod circa harmoniam tale aliquid agunt? Nam diu contentus & tonos qui percipiuntur auribus, metiuntur & comparant, irritò labore quæ admodum Astronomi tempus cõterunt. Per deos ridicule admodum isti crebrius uoces frequentant ingeminantq; & aures propius admouent, uelut è uicino loco uocē ipsam rectius uenaturi. Atq; eorum alij dicunt in medio adhuc sonitum aliquem se audire, minimumq; esse interuallum hoc, quo metiri quis debeat: alij uero ambigunt, quasi sonus iam

tam similis audiatur. & utriq; aures menti præponunt. Tu uero inquam ego utiles ne eos musicos uocas, qui chordas iugiter uexant examinantq; & clauiculis tum intendendo tum remittendo pulsationes contorquent? Sed ne longius similitudo in pulsatione quæ plectro fit, & illa iactantia peruicaciaq; chordarum accusanda prouehatur, imaginem huius finem imponam, atq; non hos, sed illos potius, ut de harmonia dicant, rogandos. Nam idem faciunt quod & illi qui in Astronomia uersantur. Nempe numeros eos sectantur qui in concentibus ad aures pertinentibus insunt. Sed ad inuestigandum inde non transeunt, qui consonantes numeri sint, qui non, & quam ob causam utriq; sint tales.

Rem egregiam narras. Adde & utilem ad boni ipsius pulchritudine indaginem, quæ si aliter quærat, sit prorsus inutilis. Probabile istud quidem. Arbitror autem supradictorum omnium tractationem, si mutuum ipsorum communionem cognitionemq; attigerit, inuestigaueritq; qua secum ista inuicem ratione coherent, ad ea quæ expetimus cõducitur, neque frustra in his homines, sed utiliter admodum uersaturos: inutiliter autem, si aliter actum fuerit. Atqui & ego ita uaticinor, sed magnum est quod iubes ò Socrates. Quid inquit inquis, an aliud quiddam? An ignoramus hæc omnia ipsius legis, quam discere decet inuitum esse, nondum enim dialectici de his rebus differere tibi posse uidentur. Non per Iouem, nisi per paucos quidem omnium quos unquam cognouerim. At enim nisi quis inquam & accipere possit & reddere rationem, nunquam sciet quicquam eorum quæ esse dicimus cognoscenda. Nunquam prorsus. Nõne hæc iam lex est ò Glauco inquam, quæ per differendā artem ostenditur, quam rursus intelligibilis cum sit ea uis imitatur aspectus, quam supra diximus ad ipsa iam animalia sese conuertere, & ad stellas, & ad ipsum denique solem? Haud secus cum quis ad differendum se confert absque sensibus, ratione duntaxat ad ipsum quod est quodlibet nititur, qui si non desisterit prius, quam ipsum quod est bonum, intelligentiã ipsa perceperit, tunc demum ad finem intelligibilis ipsius ita peruenit, ut ille alter ad uisibilis finem ascendit. Omnino sic accidit. Nõne dialecticam hanc progressionem uocas? Quid prohibet? At qui quem admodum solutio illa à uinculis, conuersioq; ab umbris ad simulacra ac lumen, & ex antro ad solis lumen exitus, ibiq; animalium & plantarum inspectio, solisq; & siderum in aqua propter imbecillitatē oculorum intuitus, ipsum quod in corporibus est clarissimum ad id conuertunt, quod est in corporali & uisibili regione omnium fulgentissimum: Ita omnium supradictarum artium studium deducit animum per umbras non simulacrorum, sed eorum potius quæ uere sunt: diiudicareq; eas facit, ad aliud quoddam lumen tanquam ad solem, habetq; uim quandam extollendi id quod est in animo præstantissimum ad contemplationem eius quod in ordine rerum est optimum. Equidem sic accipio: quanq; mihi talia hæc esse uidentur, ut neq; facile admitti possint, neq; facile rejici. Veruntamen cum non in præsentia solum audienda, sed deinceps sæpius reperenda sint, his ita positis ut nunc traditum est, ad ipsam iam legem deueniamus, atq; ita eam percurramus ut proœmium iam transegimus. Quare dicamabo, quis potentia differendi modus, & quas in species distribuitur, & quæ uia sint. hæc nanq; sunt ut uidetur, quæ illuc perducent, quò quisquis peruenit, illic demum tanquam in itineris termino requiescet.

Nondum ò amice Glauco assequi poteris. Professio quãtum in me est nihil tibi deerit studiij, quo uoti compos efficiaris. Neque imaginem amplius eius quo de agimus, sed rem ipsam ueram qualis mihi uidetur, aspicias. Vtrum autem reuera talis sit, nec ne, haudquaquam affirmare decet. Sed illud duntaxat asseuerandum, quod tale aliquid est cognoscendum, nõne? Nihil prohibet. Quinetiam & istud, quod sola differendi facultas homini in his quæ diximus erudito id ostēdet. Aliter uero cognosci penitus impossibile. Hoc quoque asseuerandum. Nemo autem aduersabitur nobis dicentibus quod differendi facultas duntaxat conatur ordine certo circa unum quodq; quid ipsum sit inuenire. Siquidem cæteræ artes, aut opiniones hominum cupiditatesq; respiciunt, uel ad generationes & cõpositiones, uel ad culturam eorum quæ generantur & componuntur. Reliquæ uero quas diximus uerari rerum quoquo modo participes esse, Geometria scilicet eiusq; cõmites, circa ipsam essentiam quodammodo somniant, synceræ autem quicquã ab illis cõtinere impossibile est cãtis per dum suppositionibus hærent, easq; ratas & immobiles ad eodē seruant, ut illarum rationem reddere nequeant. Nam ubi principium quidem ponitur id

Dialecticam esse necessariam philosopho

De ratione differendi

Cuius artis sit diffinire

quod est ignotum, finis autem & media ex ignoto tracta inuicem connectuntur: collectam inde assertionem quonam pacto scientiam uocemus? Nullo. Dialectica uero sola sublatis suppositionibus omnibus ad ipsum principium ut compertum habeat pergit, ac reuera animi oculum cæno barbarico obrutum, paulatim fursum trahit, ac ducit, tanquam adiutricibus ac ministris quibusdã utens his artibus quas narrauimus. Eas porro nos sæpe scientias propter cõsuetudinem nominauimus. Indigent autem alio nomine clariore quidem quàm sit opinio, obscuriore uero quàm sciẽtia. Cogitationem certe nos in superioribus earum notionem cognominauimus. Neque tamen est de nomine conuersa inter eos quibus de rebus tantis, quantis nobis ad præsens, est discrepatio. Non certe nam solam exigunt ad rerum habitum interni conceptus expressionem.

Placet igitur quemadmodum supra, primam partem uocare scientiam, Secundam cogitationem, Tertiã fidẽ, postremam imaginationẽ uel assimilationẽ. Et ambo illa simul intelligentiam, hæc autem ambo simul opinionẽ. & opinionem quidẽ circa generationem, intelligentiam uero circa essentiam esse. Quod autem est ad generationem essentia, id ad opinionẽ intelligentia. Quod uero intelligentia est ad opinionem, id & ad fidem scientia, & ad imaginem denique cogitatio. Comparationem uero illorum in quibus ista uersantur, diuisionemq; utriusq; geminam, opinabilis scilicet intelligibilisq; ô Glauco omittamus, ne prolixior de his oratio quàm de superioribus habeatur. Equidem quantum mea mens potest reliqua consequi libet. An non dialecticum uocas eum qui rationem cuiuslibet capit essentia? Illum uero qui hanc rationem non habet, quatenus nec sibi, nec alteri potest reddere rationem, eatenus intelligentiam circa hoc habere negabis? Certe non aliter est dicendum. De bono etiã similiter iudicandum. Nam quicumque boni Ideam ratione definire non potest à cæteris omnibus eam distinguens, & tanquam in prælio per omnia penetrando, cætera cuncta reijcere, non secundum opinionem, sed secundum substantiam arguens & refellens, perq; hæc omnia stabili & inconcussa progredi ratione; hunc tu ita affectum, neq; bonum ipsum dices cognoscere, neq; aliud quicquam bonum; uerum si quod forte simulacrum attigerit, opinione potius quàm scientia illud attingere, atq; hac in uita infomnijs dormitatem illudi, & antequam expergiscatur, ad inferos descendente, extremo tandem occupari sopore. Per Iouem omnia hæc prorsus asseruabo. Cæterum liberos tuos, quos nunc oratione instruis, si quando re ipsa erudires, ut arbitror, non permittes maximarum rerum in ciuitate potestatem habere, dum linearum instar non possent cuiusq; reddere rationem. Non certe. Legem itaq; serues, qua iubeatur eam potissimum disciplinam capescere, ex qua ad interrogandum & respondendum ut scientem decet, aptissimi sint. Tecum unã istud præcipiam. An ergo uidetur tibi doctrinis omnibus dialectica uelut apex esse præposita, nec ulla doctrina ulterius ac eminentior reperiri, sed hic iam doctrinarum omnium esse finis? Mihi quidem uidetur.

Restat ergo deinceps aperiendum quibus distribuendæ hæc discipline sint, & quomodo. Videlicet. Recordaris in prima illa optione quales delegerimus principes? Quidni recorder? Quo ad alia quidem naturas illas eligendas existimato. Nam & grauissimos homines & fortissimos decet eligere, & quo ad fieri potest speciosissimos, neq; solum que rendi sunt homines generosi, atque terribiles, sed qui insuper eas habeant naturæ dotes, quas disciplina hæc exigat. Quas? Acumen inquam facilitatemq; ingenij oportere ad doctrinarum perceptionem adesse. Magis enim absterret animum disciplinarum quàm gymnasiorum corporis, difficultas. Si quidem magis proprius illi labor est, qui soli competit, quàm qui corpori etiam est communis. Vera loqueris. Quærendus itaque uir est memoria ualens, integerrimus, tolerantissimus. Nam quem alium censes liberet labores corporis subiturum, tamq; arduum doctrinæ meditationisq; studium ad finem usq; profequiturum? Neminem prorsus nisi qui optima natura sit præditus. Ex eo quippe erore, ut supra dicebam, aduersus philosophiam oborta est infamia, quod non pro dignitate ipsam attingunt. Neque enim à spurjis sed legitimis est attrahenda. Quo pacto. Principio ad labores suscipiendos claudus esse non debet quisq; est philosophiæ sacris initiandus, ut partim eos adeat, partim recuset. Contingit autẽ hoc, quotiens aliquis gymnasijs & uenationi & reliquis corporis exercitationibus deditus, disciplinarum studium re fugit, neque audiendo delectatur, nec inquirẽdo, sed omnem hanc odit curam. Claudus præterea

Vide præstantiam scientiæ diuine

Quæ ingenia sint disciplinis istis adiungenda

præterea & ille est, qui exercitationibus animi delectatus, contemnit alias. Vera narras.

An non & quo ad ueritatem similiter mancum eum ponemus animum qui uoluntarium mer-lacium odit, & agre fert ipse secum, & alijs mentientibus indignatur, inuoluntarium uero mendacium facile tolerat: & si ignorare aliquid deprehendatur, haud grauius perferet, sed libenter ueluti sus ignorantiaẽ fordidus uoluntatur? Omnino quidẽ. Quin etiam circa temperantiam & fortitudinem magnificentiãq; & reliquas uirtutis partes non minus obseruandũ est quinam legitimus sit, qui spurius. Quãdo enim hæc minus considerant, & priuati, & ciuitas, ignari utuntur mancis & spurjis ad quodcunq; istorum contigerit, priuati quidem amicis, Respublica uero principibus. Sic accidit prorsus. No bis hæc omnia præcauenda sunt. Nam si homines quo ad corporis ac mentis habitum integerrimos ad tantam doctrinam exercitationeq; ducemus, atq; erudiemus, & ius ipsum nobis minime successebit, & ciuitatem Rempublicamq; seruabimus. Sin aliter affectos homines ad ista ducemus, cõtraria faciemus omnia, & philosophiam multo etiam magis decorabimus. Turpe quidem id esset. Mirum in modum. Cæterum non nihil mihi in præsentia risu dignum contigisse uidetur. Quid istud? Latuit enim mirum, quod incabamur, quare acrius egi quàm deceret. Quippe inter loquendum ad philosophiam ipsam conuersus, eam dedecore affectam aspexi. Quod & grauius perpeffus fuisse uideo, & his qui in culpa sunt, tanquam indignatus seuerius hæc dixisse. Non per Iouem, ut mihi audienti uidetur. Mihi tamen dicenti sic apparet. Hoc autem ne nos fugiat, quod in priori electione senes elegimus, in hac uero nequaquam licebit. Neq; Soloni credendum est, hominem senescẽtem posse in dies plurima discere, qui minus id potest quàm currere. Iuuenibus enim conueniunt multi maximiq; labores. Necessè est. Illa igitur quæ ad Arithmetica & Geometriam omnemq; doctrinam eam pertinet quæ dialecticam antecedere debet, pueris tradenda sunt, atque is docendi modus accipiendus est quo minime coacti ad discendũ esse uideantur. Cur istud? Quoniam non decet liberũ hominem cum seruitute disciplinam aliquam discere. Quippe ingentes labores corporis uisuscepti, nihilo deterius corpus efficiunt. Nulla uero animæ uiolenta disciplina est stabilis. Vera loqueris. Ergo non tanquam coactos pueros in disciplinis ô uir optime, sed quasi liberales enturias, ut & magis ad quod quisque natura sit aptus, possis agnoscere. Conseritaneum est quod dicis. An non recordaris à nobis in superioribus dictum, pueros esse equis spectandi gratia in castra ducẽdos, & si tuto id tentari possit, propius admouẽdos, ut caulorum instar sanguinem incipiant degustare? Recordor equidem. Quicumque uero ad hos labores, disciplinas, pericula, promptiores, acrioresq; apparent, in numerum aliquem seligendi sunt. Qua in ætate? Quando à necessarijs negotijs exercitationibusq; soluti sunt. In hoc si quidem tempore siue bienniu sit seu triennium, facere aliud nequeunt. Labor enim ac somnus disciplinis aduersi sunt. Et simul hæc examinatio aliarum non minima esse uidetur, qualis uidelicet quisq; in gymnasijs ipsis apparebit. Quid nĩ?

Post id tempus quicumque ex uiginti annis ut cæteris præstantiores electi fuerint, maioribus quàm cæteri afficiantur honoribus: & quæ disciplinæ istis in pueritia sparsim ostẽta sunt, unã his iterum offerantur, ad ipsam disciplinarum inter se cognationem & ipsius quod uere est naturam conspiciendam. Sola hæc cognitio quibuscunq; traditur stabilis permanet. Atqui & hæc expertẽtia cognoscitur maxime qui ad dialecticam optime à natura est institutus, qui non. Nempe quisquis ad hoc dignoscendum est perspicax, dialecticus est: qui uero hebes, nequaquam. Teneo equidem. His igitur animaduertis oporteret eos qui apprime tales in ipsis reperiẽtur, stabiles in disciplinis, constantes in bello, in alijs legitimis officijs perseverantes, postquam trigessimũ egerint, ex electis præelectos in maioribus honoribus cõstitueret, & ipsa differẽdi facultate diligẽter examinaret, quos eorum potest sine oculorum & aliorũ sensuum ministerio, ad ipsum quod uere existit cõueritate transcendere. In quo maxima ô amice opus est cautione. Curnã inquit? Nõ animaduertis inquam quantum nunc malum circa differendi peritiã inolescat? Quale istud inquit. Iniquitate prorsus abundant, inquam. Summopere, inquit. Mirũ aliud quid perpeti ipsos existimas, nec ignoscis? Qua ratione maxime? Siquis supposititijs puer multis in delicijs à nobili familia nutriat, inter adultores complurimos; adultus autẽ

Quæ etates ad discendum apte

Quo pacto pueri sint docendi

Que res flu-
dia remoren-
tur

persentiat quod ex eis quos parentes existimat natus non fuerit, ueros tamen genitores nusquam reperiat; nunquid uaticinari potes qualis huic animi affectus futurus sit erga adulatores & erga eos qui ipsum supposuerunt, tam eo tempore quo nihil de suppositione suspicabatur, quam postquam rem ipsam agnouit? An uis præsagium meum audire? Volo equidem. Vaticinor itaque illum dum suppositionem penitus ignorabit, magis eos honoraturum quos parentes & propinquos existimat, quam assentatores; minusque eos si quando egeant neglecturum, tardiorumque fore ad iniuriam ipsis inferendam, uel conuictum dicendum, magisque illis in rebus grauibus quam adulatoribus pariturum. Verisimile quidem. Sin persenserit, hos certe minus honorabit curabitque, assentatores uero magis quam antea colet, illis propensius obsequetur, ad eorum exemplum uitam instituet suam, cum illis palam ac libere conuersabitur. De his uero quos parentes & propinquos putauerat, nisi alioqui probo natura sit ingenio, nihil prorsus curabit. Omnia prorsus ut narras contingent. Sed quid hæc similitudo ad eos qui disputationis sectantur? Audies modo. Sunt nobis à pueritia opiniones de honestis iustisque officijs, sub quibus tanquam parentibus educati sumus: his paremus, has præ cæteris honoramus. Sunt plane. Offerunt se nobis & uoluptates, quæ ad contraria nos alliciunt: & dum animæ blandiuntur, ad illa detorquent. Non tamen ab his flectuntur, qui uel paulo quam cæteri moderatiores sunt, sed illa ueluti paterna colunt, eisque obtemperant. Sic euenit.

Si dialectica uis aggressa aliquem ita affectum interroget quid honestum sit, ac respondentem id quod ex legislatore perceperat, ratio confutet, crebrisque & uarijs redargutionibus eò deducat, ut opinetur illud non magis honestum esse quam turpe, de quo iusto ac bono similiter arguat, & de cæteris quæ summo in honore ante habebat, pari ne illa posthac honore & obseruantia prosequaturum putas? Minori admodum puto. Quando igitur neque ista quis censet domestica ut antea uel honoranda, neque reperit uera, in uitam potius blandam quam in aliam ut consentaneum est, prolabitur. Verisimile id quidem. Ex iusto igitur fiet iniquus. Necessè est. An non merito ut nuper dicebam, affectio eorum qui ita se ad differendum comparant, talis est ut plurimam exigat ueniam? Et misericordiam insuper. Ut igitur miserabilis hic euentus uitetur, triginta annos nati duntaxat caute admodum dialecticas argumentationes degustent. Ita prorsus. An non hæc prudens cautio est, ut eas uidelicet iuniores homines non attingant? Neque enim te latet, ut arbitror, quod cum primum adolecentuli disputationis artificij gustant, eo protinus quasi ludo quodam ad refellendum utuntur, eosque qui confutant alios, studiose sectantes, & ipsi alios quoque redarguunt, ac distrahendis lacerandisque proximis catulorum more assidue delectantur. Mirum in modum. Cum uero plures conuicerint, & à pluribus ipsi conuicti fuerint, eò confestim deueniunt, ut ex pristinis opinionibus ratam nullam habeant. Atque ex his & ipsi et omnis philosophia apud alios calumniam reportarunt. Vera refers. At uir natu grandior, ab hac infania diligentius declinabit, ac hominem inuestigandæ ueritatis gratia differenter imitabitur potius, quam eum qui iocandi causa uerutius captiunculisque incumbit. Quin & ipse modestius sese geret, & disputandi studium ex infami redderit illustrius. Scite. Ad eiusmodi præterea cautionem, superiora dicta sunt omnia; oportere uidelicet moderatos & graues esse illos, qui ad disputationis studium asciscuntur, neque communicandum esse id ineptis hominibus, & ut nunc sit, omnibus quoscunque fors obtulerit. Summopere. Siquis disputationi diligenter assidueque det operam, nihil uè agat aliud nisi quod uicissim quandoque gymnasijs corpus exerceat, huic ad perceptionem huiusmodi anni duplices superiorum sufficient. Nunquid sex dicis? an quatuor? Quinq; adhibeas. Deinde ad antrum illud erunt iterum de ducendi, cogendi que eos principatus assumere qui ad bellum spectant, & si qui sunt iuuenum principatus, ne usu rerum ab alijs superentur. Atque in his quoque examinandi sunt, utrum constantes permaneant, dum trahuntur undique, aut nutent.

Quot autem annos istis ascribis? Quindecim. Cum uero ad quinquagesimum annum peruenerint, quicumque integri inter eos rebus que gestis & scientijs præcellentes apparent, ad finem iam perducendi sunt, cogendique ut animi radium ad supera dirigentes, ipsum quod omnibus lumē præbet, suspiciant: cumque ipsum bonum nouerint, exemplo

exemplo illius freti ciuitatem, priuatos, seque ipsos per omnem sequentem uitam, & singulata uicissim exornent. Ac plurimum quidem in philosophia uersentur: cum uero ad magistratus accerentur, in ciuilibus negocijs inuigilent, sigillatimque gubernent reipub. gratia, ita ut non tanquam bonum aliquid & optandum ministerium, sed necessarium potius exequi uideantur. Atque ita cum alios similiter ipsi instruxerint, eos uicissim reipub. ciuitates relinquent, ipsi uero in beatorum insulas transmittentur. Monumenta uero illis & sacra tanquam dæmonibus si Pythias oraculo confirmauerit, publice dicabuntur: sin minus, saltem ut beatis atque diuinis. Mirificos prorsus o Socrates principes quasi sculptor figurasse uideris. Quod de uiris dixi, idem & de mulieribus intelligendum. Neque putes o Glaucio magis me de uiris quam de mulieribus fuisse locutum, quæcunque uide licet natura aptæ ad hæc officia sunt. Recte se id habet. siquidem pariter in omnibus, ut narrauimus, cum uiris communicabunt. Num concedis nos de republica omnia non quasi pro desiderio effinxisse, sed pro ueritate loquutos, difficilia quidem facta, possibilia tamen, ea duntaxat ratione qua diximus? Quando scilicet homines reuera philosophi, uel unus, uel plures natione in ciuitate potentiam, præsentem honores despiciet, illiberalesque eos & nullius existimabunt; ipsum autem quod rectum est, & honores qui ab eo proficiuntur, plurimi faciet, maximum uero & summopere necessarium quod iustum: & huic ministrantes, idque ad augentes ciuitatem suam rite disponent. Quo pacto? Omnes qui cunque in urbe decem annos impleuerint, in agros transmittent: filios autem ipsorum suscipientes, procul ab his moribus quibus hodie parentes utuntur, moribus legibusque suis educabunt, quales uero sint, enarrauimus. Atque ita celerrime atque facillime ea ciuitas & res publica orietur, quam supra diximus si quando extiterit, beatam fore, & genus hominum in quo condita fuerit, plurimum iuuaturam. Maxime quidem. Atque ut cõstitui possit eiusmodi ciuitas, si quando constitutur o Socrates aduenisse uideris. Nonne ergo abunde, tum de hac ciuitate, tum de homine eius per similitudinem nobis dictum? Cõstat enim qualem eius similem esse debere dicemus. Constat plane, & quod quæris, finem mihi iam habere uideretur.

ARGUMENTVM MARSILII FICINI IN DIALOGVM
OCTAVVM DE IVSTO



OCRATES perfectam reipub. formam septem iam Dialogis absoluit, septenario Palladis numero consecratam. Eamque tum regiam, tum optimatum appellat gubernationem. Optimatum quidem, quoniam in ea plures uirtute præclari publicis funguntur muneribus; Senatūque constituunt. Regiam uero, quoniam una omnium ad publicum bonum est uoluntas, una mens quasi regina, & si quis inter eos probitate est singularis, singulariter honoratur. Neque tamen huic tantum tribuitur, ut absque Senatu, id est, probatorum omnium numero possit publica permurari. Reliquum erat post optimam & beatam reipub. formam in medium inferiores adducere: Has item numerat quatuor. Primam quidem esse uult eam, in quam optima mox degenerat, quam nominat ambitiosam. Secundam uero potentiam paucorum ex ambitiosa nascentem. Tertiam popularem ab hac procedentem. Quartam postremo tyrannidem ex populari præcipue pullulantem. Quoniam uero reripublicarum formæ à formis proueniunt animorum, quinque deinceps animorum affectus & habitus, totidemque ciuitatum & similes esse similiter nominatos mira quadam arte describit. Summatimque; regium animum optimum esse concludit atque beatissimum, & similem similiter ciuitatem. Tyrannicum uero pessimum atque miserrimum. Ciuitates quoque à tyrannico oppressas, pessimas similiter atque miserrimas. Medios autem animos gubernationesque medias modo quodam medio se habere concludit. Ex omnibus his apparet quam perniciosa tam in ciuitate quam in animo sit iniustitia, & utrobique iustitia quam salutaris. Vbi que autem permutationes tam animorum quam ciuitatum ex alijs formis in alias mirabili explicat diligentia. Præcipue uero mutationem beatæ reipub. & ut ita dixerim, aureæ in ambitiosam siue arrogantem siue ferream, ab altiori dicit exordio, singitque; Musas id tanquam oraculum effundentes, siue potius cõfundentes. Profecto si beata respub. proprio defectu in deteriorem labi non potest, & tamē quandoque labitur, eò muni quodam defectu & causa labitur. Qua quidem in re Aristotelicas uidere licet calumnias. Neque enim debuit Aristoteles in 5. Politicorum à Platone suo, immo nusquam suo, propria beate reipub. permurari de exigere causam, cum nulla sit propria, sed communi debuit esse contentus. Quemadmodum enim homo & ualidissimus & temperatissimus, sic & eiusmodi ciuitas non tam propria quam communi causa morbi laborat, id est, fatali quodam

ordine, ita per caelestes circuitus qui infra lunam sunt perpetuo reuolvente, ut quæ certis sphaerarum cōfiguratiōnibus temporūq; curriculis composita sunt, quandoq; dissoluantur aduersis. Quoniam uero eiusmodi causæ assignatio præsentis ciuiliq; facultatis terminos procul excedit, ideo Socrates uaticinio musarum uitur. & profecto ita uitur, ut & nobis ad hæc interpretanda opus sit Apollinis uaticinio. Nec immerito Tullius ubi rem esse obscurissimam breuiter uult exprimere, id inquit numero Platonis obscurius. Neque miror Theonem Smyrnæum mathematicæ in primis Platonicæ professorem eiusmodi mysterium tanquam inexplicabile aduere prætermississe. Quod quidem Iamblichus Chalcideus dum explicare uoluit, implicuisse uidetur. Quid uero si in eiusmodi uerbis plus difficultatis sit quàm ponderis? Quippe cum & ipse fingat Musas tragicæ quadam tumiditate nugantes perterrentesq; animum puerilem atque simplicem, stuporemq; adducentes. Denique quaecumque id sit opportunius ex commentarijs in Timæum expositionem nostram accipies. Ceterum moralia hæc præcepta considerata. impossibile est diuitias honorari in ciuitate simul atque uirtutem. Item tradere diuitioribus Reipub. gubernacula perinde est ac si nauis non peritiori in nauigando, sed locupletiori gubernanda tradatur. Nempe & hæc & illa periclitabitur. Rursum custos contra omnia uitia tutissimus est scientia. Præterea contrarij unius summum, alterius est principium. itaq; extrema libertatis licentia, extreme seruitutis est principium. Sicut in qualibet qualitate, rerumq; & temporum excessus omnis uerti protinus in contrarium conuenit. Idem in epistolis ait, moderatam probans ante omnia libertatem.

DIALOGVS OCTAVVS DE IVSTO.



IUSTO inquam, cōstitit equidem inter nos ô Glaucō, in ciuitate optime instituta communes esse debere mulieres & filios. Communem quoq; omnem eruditionem. Communia similiter omnia, tum belli, tum pacis officia. Reges autem ipsorum esse homines debere in philosophiæ & rei militaris studio præstantissimos. Constitit plane. Quin & hæc concessimus, quod scilicet cum tales principes iam fuerint constituti, in expeditionem euntes, habitationes militibus quales prædiximus assignabunt, communes scilicet omnibus, in quibus nihil cuiusquam sit proprium. Neque de habitatione solum, uerum etiam de suppellectili & possessionibus si recordaris quales debeant esse, conuenimus. Memini equidem inquit, censuisse nos nihil eorum quæ nunc possident alij, esse ab aliquo possidendum, sed tanquam belli athletas atque custodes in mercedem custodiae annua ab alijs alimenta suscipientes, eos oportere & sese & ciuitatem tueri. Probe inquam. Sed postquam hæc absoluimus, repetamus iam unde huc digressi sumus, ut per eadem rursus proficiscamur. Haudquaquam difficile istud, ferme enim quemadmodum nunc, quæsi de ciuitate satis egisses, adiecisti, quod talem ciuitatem bonam uocares qualem descriperat, bonumq; uirum quicumque illius foret persimilis: cum talem posses adhuc, ut apparuit meliorem ciuitatem uirumq; referre. Dixisti præterea si hæc res sit respub. cæteras aberrare. Reliquarum uero rerū respub. ut memini, species esse quatuor, de quibus uerba facere oportere, earumq; defectus inspicere, & homines ipsarum similes declarare: ut eos omnes intui, & quis optimus sit uir, quis pessimus declarantes, consideremus nunquid uir optimus felicissimus, pessimus autem sit miserissimus, an res aliter habeat. Cum uero abs te ipse quærerem quas potissimum quatuor respub. diceres, tunc sane Polemarchus & Adimantus mihi sermonem interruperunt, unde tu orationem sumens huc deniq; peruenisti. Recte admodum meministi. Ergo rursus tanquam legislator eandem ansam præbe, & me idem interrogante, conare nunc ea dicere, quæ tunc eras declaraturus. Si quidem potero. Equidem audire percipio, quasnam respub. quatuor supra dicebas. Haud difficile istud audies. Sunt enim quas dico, illæ quæ & nomina habent, ipsa uidelicet quæ à multis laudatur Crētēsis & Laconica. Secunda uero & secundo loco laudata ea, quæ paucorum potētia nominatur, plurimis plena malis respub. Item quæ ab hac differt plurimum eamq; sequitur, gubernatio popularis. Præterea generosa tyrannis, ab his omnibus differens, quartus ciuitatis extremusq; morbus. An aliam habes reipublicæ formam, quæ in perspicua & distincta quadam ratione sit sita. Nam & minores quidam principatus, & regna uenalia, & tales quædam ciuiles potentia inter hæc quodammodo mediū obtinent, Quarum non pauciores inter Barbaros quam

inter

inter Græcos reperiuntur. Multæ certe, & absurdæ memorantur. Totidem quoque sunt hominum quodammodo species atq; mores. An ex quercu forte existimas, aut silice respub. fieri potius, quàm ciuium moribus, qui quocumq; fluxerint, cætera secum rapiunt?

Quot mores
hominū toti-
dem Respub.

Ex moribus proculdubio. Quare si gubernationum species quinq; sunt, priuatorum quoq; animorum affectus quinq; erunt. Nil obstat. Virum certe similem optimatum gubernationi uidimus, quem bonum, & iustum recte asseruimus. Vidimus. Deteriores deinceps narrare decet, contentiosum ambitiosumq; hominem secundum Lacedæmoniorum respub. institutum: præterea paucorum imperij cupidum, & popularem hominē, & tyrannicum: ut iniustissimum discerentes, cum iustissimo comparemus, perfectæq; dignoscamus, quo modo summa meræq; iustitia ad summam se ac merā iniustitiam habeat, quo ad hominis iusti, uel iniusti beatitudinem, uel miseriam pertinet: ut uel Thrasymacho obtemperantes, iniustitiam prosequamur: uel præsentibus rationibus persuasi, iustitiam.

Ita profus agendum. Num sicuti cœpimus ante in rebus, mores animaduertere q̄ in priuatis personis, quia illic magis pateant: ita & nunc in primis consideranda est ambitiosa respub. cuius nullum habeo nomen præter ambitiosam potentiam, & principatum: post eam uero uirum talem considerabimus: deinde paucorum potentiam, talemq; uirū: postea multitudinis gubernationem, & hominē popularem: demum tyrannide pressam ciuitatem considerantes, & inde tyrannicum cognoscentes animum, corabimur ea quæ proposuimus, sufficienter diiudicare? Recte in hunc modum inspectio iudiciumq; procedet. Age itaq; explicare conemur quo pacto ambitiosum imperium, ex optimatum gubernatione nascatur. Quin hoc simpliciter uerum est, omnē respub. ex eo quod dominatur, mutari, quando in ipso seditio oritur: dum uero secum ipso consentit, etiam si ualde exiguum sit, mutari impossibile est. Est ita. At uero quonam pacto ô Glaucō, ciuitas hæc nostra è suo statu mouebitur: principes, & defensores inuicem, & inter se dissident? An uis imitātes Homerum Musas oremus, ut nobis explicent, qua ratione seditio primum incidat? Dicamusq; ipsas tragicorum ritu, nobiscū ueluti pueris iocantes nugantesq; ita loqui, ut dum nugantur, serio agant, magnumq; quiddam loquantur? Quonam pacto? Ita ferme. Difficile quidem est ita constitutam ciuitatem è suo statu moueri. Verum cum omne quod genitum est, corruptioni sit obnoxium, talis etiā cōstitutio semper manere nō poterit, sed soluetur. Solutio uero hæc est: non solum circa plantas, sed terrena etiam animalia, fertilitas, & sterilitas animæ, corporumq; contingit, quando reuolutiones singulis circuloꝝ coniuixerint ambitus: his quidem quæ breuis sunt æui, ambitus breuiores, contrarijs uero contrarios. Illi uero quos ad ciuitatis gubernationem educauisti, quauis sapientes fuerint, nihilo magis uestri generis uel fecundam uel sterilem generationem, ratione una cum sensu assequantur, sed latebit eos opportunitas generandi, & plerumq; cum non opportunum fuerit, gignendis filijs operam dabunt. Est autem ei quod diuinitus generandum est circuitus, quem numerus continet perfectus. Humana uero generaturæ is utiq; in quo primo augmentationes superantes, & superatæ tres distantia, atque quatuor terminos accipientes, simulantium & dissimulantium, & crescentium & decrecentium, cuncta correspondentia, & comparabilia inuicem effecerunt, quorum sesquialtertia radix quinario coniuncta duas harmonias præbet ter aucta. Vnam quidem æqualem æqualiter, centum centies. Alteram uero equalis quidem longitudinis, sed oblongioris, centum quidē numerorum ex diametris cōparabilibus inuicem quinarij, indigētibus uno ex singulis, duobus uero qui inuicem dici nequeant, centum uero cuborum trinitatis ipsius. Vniuersus autem hic numerus geometricus talem auctoritatē habens ad potiorē deteriorēq; generationem uim habet. Quod si ciuitatis uestre custodes ignorauerint, nec opportuno in tempore sponas sponis coniuixerint, haudquaquā ingeniosi felices uel pueri inde nascenē. Ac licet maiores ipsi eos constituant principes, qui inter illos præstantiores fuerint: tamen quia indigni erunt parentū successione, in ipsis magistratibus subiectos negligent, neq; musica curam ut decet habebunt, neq; gymnastica, unde iuuenes nimis erunt à musica alieni. Ex his autem principes constituentur negligentiores quam decet ad examinandum genera illa quæ apud Hesiodum, & quæ apud uos referuntur, aureum scilicet genus, argenteum, & æneū atq; ferreum. Quoniam uero mixtū erit argento ferrū,

Respub. amb
bitiosa

Ex gubernati
one optima
tum ambitio
sum imperium
quō oritur

Mutatio Res
repub. quor
modo fiat

& æs.

Et auro, dissimilitudo & inaequalitas discors exoritur. Quae ubique nascuntur, bellum semper & inimicitias pariunt. Genus autem huiusmodi hominum ubique adest semper seditionibus agitur. Recte admodum respondere illas dicemus. Necesse est enim cum Musae sint. Quid uero posthac Musae dicent? Postquam orta seditio fuerit, utraque genera ferentur, ferreum quidem & aeneum ad quaesum, agrorumque & domorum possessionem, aurumque & argenti copiam, Quod uero inest aureum, & argentum, quasi non inopi sed opulenta natura, ad uirtutem statumque pristinum pugnancia uero inuicem & in contraria retrahentia in medium tandem conuenient, ut diuisis agris & domibus priuatim, quaeque possideantur, illi uero qui ante ab eis seruabantur tanquam liberi, amici, & nutritores, in seruitutem redigantur, & ueluti subditi atque serui, belli custodiaeque ipsorum curam gerere compellantur. Hinc & mihi certe uidetur mutatio haec accidere. Haec utique gubernatio inter optimates, & paucorum potentiam erit media.

Erit certe. Mutabitur quidem ita. Cum uero in id fuerit permutata, quem potissimum gubernationis modum seruabit? Vel constat quod partim priorem rempublicam imitabitur, partim paucorum potentiam, utpote quae in medio locata est, partim etiam quidam sui proprium obtinebit? Ita prorsus. Et priorem quidem imitabitur in eo quod principes honorabuntur, & milites ab agricultura mechanicisque artibus & alijs quaesibus abstinebunt, & communia sicut conuicia, gymnasticisque ludis, & belli certamina frequentabuntur. Profecto. Sui autem ipsius propria, talia quaedam habebit, quod sapientes metuet ad principatus admittere, quia non simplices neque integerrimos huiusmodi uiros, sed mixtos possideat: & animosiores potius simplicioresque homines ad gubernandum aspicet, qui ad bellum potius quam ad pacem nati uideantur? Dolos quinque, & machinamenta belli plurimifaciet, semperque pugnabit? Certe. Atqui pecunia rum cupiditate erunt isti, quemadmodum qui in paucorum potentia uitam agunt, & tenebris obruti aurum & argentum rusticis honorabunt, utpote qui araria propriosque thesauros habeant, quibus ista recondant, ac etiam circumscripta domorum ceu proprios nidos, in quibus multa cum mulieribus & alijs pro libidine erogabunt. Vera loqueris. Nonne & in rebus proprijs parci magis erunt quam deceat? quippe qui magnificiant pecunias, nec palam acquirant, in alienis autem propter libidinem profusiores, & clanculum uoluptatibus indulgebunt, haud secus legem passim refugientes, ac pueri patris aspectum, non persuasionem, sed ueluti educati, ex eo quod ueram musicam quae cum sermonibus & philosophia coniuncta est, neglexerint, multoque magis ac prius gymnasticam quam musicam honorauerint? Rempub. ex malo bonoque mixtam refers. Mixta est profecto: praeteris autem in ipsa propter animositatis iracundiaque imperium, contentionis ambitioque studia inualescunt. Vehementer. An non haec respub. ita coalescet, talisque erit, quantum licet sermone respub. figuram non summa omnino diligentia describere, quia sufficiat ex ipsa descriptionis summa uirtutis iustissimum iniustissimumue discernere, sicut ferme opus inextricabile, si quis omnes respub. omnesque mores nullo penitus pretermisso enarrare aggrediatur. Probe. Quis igitur secundum hanc respub. uir? quomodo efficitur? qualis existit? Reor equidem, inquit Adimantus, similem esse Glauconis huius, contentionis gratia. Fortassis, inquam ego, in hoc est similis. Verum in his haud natura similis esse uidetur. In quibus? Contumaciorum sane esse eum necesse est, & a musica quodammodo alieniorum, musica tamen cupidum: & audiendi quidem studiosum, rhetoricum uero nequaquam. Atqui & aduersus seruos agrestis erit huiusmodi uir, haud seruos despiciens quae admodum uir tolerabiliter eruditus: erga liberos autem erit mitis: erga principes quidem obediens maxime, sed & principatus & honorum audior, oportere existimans non arte dicendi, uel alia quauis simili facultate, sed rebus bellicis, similibusque excellere & ceteris praesse, cum sit & gymnasticae, & uenationis admodum studiosus. Est certe, inquit, mos hic illius respublicae. Nonne & pecunias iste in iuuentute contemnet: quo uero senescet magis, eo magis pecunias diliget, ex eo quod auare naturae sit particeps, neque sit integer ad uirtutem, quia ab optimo custode deficiat? A quo nam, inquit Adimantus. Ratione & operatione inquam musicae commixta, quae sola cum adest, per omnem uitam uirtutem in eo cui praestitit seruat. Praclare loqueris inquit.

utique talis adolescens ambitiosi imperij cupidus, tali similis ciuitati. Prorsus. Efficitur autem hic talis hunc in modum interdum: uidelicet cum iuuenis aliquis filius est patris boni in ciuitate non bene gubernata habitatis, honores, principatus, & iudicia fugientis, & reliquam huiusmodi negotiorum curam, libenterque se subijcientis, ut labores uitet.

Quonam pacto efficitur? Quando scilicet matrem audit aegre ferentem, quod maritus magistratus minime fungatur, & idcirco inter alias mulieres sese contempnam haberitum indignantem quotiens uirum aspicit pecunijs cumulandis minime indulgere, neque pro illis uel priuatim uel in iudicijs & publice contententem sollicitumque: sed ad haec omnia negligentiore, talemque ut secum ipse uiuat ut plurimum, uxorem uero nec aspernetur quidem, neque admodum colat. Ex quibus saepe filio mater praedicet ignauum esse patrem nimisque remissum, & alia, quaecumque de talibus garrere mulieres consueuerunt. Multa profecto inquit Adimantus talia sui que similia obloqui mulieres solent. Neque te latet quod & serui, & domestici, praesertim qui maxime uidentur esse beneuoli, talia quaedam auribus puerorum saepe insusurrant. Et si quem uiderint, uel pecunias patri debentem, quem ipse nequaquam conueniat, uel in alio quodam iniuriam tem, edicunt puero si quando uir euadat, haec omnia ulciscatur, uirque magis sit quam pater extiterit. Idem ille filius domo egressus alia horum similia multa audit, uidetque homines scilicet qui sua in ciuitate officia colunt alienorum minime curiosi, stolidos uocant, & penitusque contemni: horum uero dissimiles honorari laudarique. Cum haec adolescentulus audit, uidetque, rursusque patris sermones audit, & studia uidet proxime praeter studia ceterorum, ab utrisque attractus: a patre quidem rationalis eius uis fouetur & augetur, ab alijs autem concupiscendi & irascendi natura. Quapropter cum non malo sit ingenio natus, mala tamen ceterorum consuetudine usus, & in medium ab his tractus, mediae se euidam potentiae contentiosae iracundiaeque subijcit, fitque uir elato animo, gloriaeque cupidior. Naturam huius sufficiens enarrasse mihi uideris. Habemus itaque secundam respub. uirumque secundum. Habemus profecto. An non post haec Aeschyli illud dicimus: Alterum hominem alteri ciuitati conuenientem? Imo uero secundum superiorem illam suppositionem, alteram ciuitatem alteri congruam? Ita prorsus. Quae uero huiusmodi respub. sequitur, paucorum, ut arbitror, potentia est. Quam potissimum respub. institutionem paucorum uocas potentiam? Eam in qua magistratus a nulla estimatione ciuibus tribuuntur, & in qua diuites dominantur, pauperibus uero nulla respub. est communitio. Intellego equidem. Nonne dicendum, quo pacto a gubernatione ambitiosa in hanc transgressio fit? Dicendum certe. Vel caeco id quidem perspicuum est, quo pacto transgressio fiat. Quonam pacto? Aerarium illud cuiusque auro plenum, talem perdit respub. Nam primum quidem nouos sumptus reperit, & ad leges deducit, qui respub. neque ipsi neque mulieres ipsorum obtemperant. Consentaneum id quidem. Deinde fiat censu pauperum alter alterius exemplo & aemulatione perciti multi tandem tales euadunt. Verisimile.

Hinc effusius ad pecunias cumulandas delapsi, quanto id preciosius aestimant, tanto uirtutem existimant uiliorem. An non ita uirtus a diuitijs discrepat, quasi utraque in lance statera sint posita, semperque in contrariam partem declinent? Ita prorsus. Quando igitur in ciuitate diuitiae ac diuites honorantur, uirtus probique uiri despiciuntur. Constat. Incendunturque ad ea studia omnes quae in honore sunt, eaque frequentant: quae uero nullo honore censentur, apud quosque iacere solent. Atque ita ex uictoriae honorisque cupiditate, quaestus & pecuniarum uidei tandem efficiuntur. Et diuites quidem uiros laudant, & admittunt, & ad magistratus euehunt, pauperes uero despiciunt. Omnino sic accidit. An non & lege statuant principatus fines, dum statuunt ubi maior est pecuniarum copia, ibi tale principatum esse maiorem: ubi minor, contra minorem prohibentque aliquem imperare, qui non ad certum aliquem censum peruenerit? Haec autem ut uir armisque efficiunt: aut postquam metum incusserint, tale constituerunt respublicam. Nonne ita? Ita prorsus. Constitutio quidem, ut ita dicam, haec est.

Est certe. Sed quisnam respub. modus? qui uel defectus sunt, quos habere eam respublicam dicebamus? Principio qualis sit praescriptus hic in ea terminus, aspice. Siquis in natis gubernatione, a censu aestimatione gubernatores eligat, pauperem uero licet gubernandi peritorem haudquaquam admittat, quid ex hoc sequuturum censet? Ut male nauem ducant. An non eodem pacto in quouis alio principatu? Sic equidem arbitror.

Sicne in omnibus præterquam in ciuitate? An & in ciuitate præterea? Multo etiam magis, quoniam hæc grauissima est, & maxima gubernatio. Vnum quidem hunc & tantum paucorum potentia defectum patitur. Apparet. Quid autem hoc? Nunquid leuitus? Quale istud? Quod necesse est non unam hanc, sed duas esse resp. unam quidem pauperum, diuitum alteram, & homines intra mœnia eadem habitatis sibi inuicem semper insidiari. Certe non leuitus istud. Sed neq; hoc pulchrum est, bellum scilicet gerere non posse: quia coguntur, siue populo utantur armato, eum formidare magis quam hostes: siue non utantur, reuera in ipso prælio paucorum potentia studiosi uiderit: ac etiam pecunias in eum usum erogare detrectabunt, ut puta homines auari: istuc inquam an decorum est? Non certe. Nunquid recte fieri illud existimas, quod supra uituperauimus, ut in huiusmodi ciuitate iidem homines in diuersis simul officijs occupentur, terram colant, pecunias cumulent, militent? Nullo modo recte. Vide utique si horum malorum omnium hæc prima id grauissimum patitur. Quale id? Ut liceat cuiquam sua omnia alienare, alteri uero illius omnia possidere: atque ei qui alienauit, habitare in ciuitate, dum nulla ciuitatis pars existat, neq; nummularius, neq; opifex, neque eques, neque armiger, sed pauper & egenus passim cognominatus. Prima hæc certe. Hoc profecto in ciuitatibus quæ paucorum subiiciuntur imperio, minime prohibetur. neque enim alij opulentiores essent quam decet, alij prorsus mendici. Recte loqueris. Hoc autem considera: nunquid quando diues huiusmodi erogabat, conducebat ne magis ciuitati ad ea quæ paulo ante dicebamus: an uidebatur quidem e principum numero esse, reuera autem neq; princeps, neq; minister erat, sed propriorum comodorumq; consumptor. Sic utiq; uisum est. Erat autem nihil aliud quam consumptor. An uis dicamus, quemadmodum in fauo fucus ortus examinis apum morbus est, ita & hominem huiuscemodi dominatum, pestem reipub. fore? Prorsus inquit o Socrates. Nonne uolatiles fucos omnes sine aculeis deus fecit: hos autem terrestres, partim sine aculeis, partim diris armatos aculeis cernimus. Et ex his qui aculeos non habent, inopes tandem in senectute fiunt: aculeis autem instructi sunt hi qui uocantur malefici. Vera loqueris. Constat ergo in ciuitate, ubi mendicos uides, & fures inesse clam, & latrones & sacrilegos, & horum omnium scelerum auctores. Constat certe. Nonne in ciuitatibus quæ reguntur à paucis, egenos inesse uides? Omnes ferme, exceptis principibus. An non igitur arbitramur, maleficos in ea esse multos aculeis ipsis armatos, quos diligentia ac ut principatus detinent? Arbitramur plane. Nōne ob prauam educationem, & disciplinæ defectū, & iniquam reipub. dispositionem, homines ibi tales euadere asseremus? Asseremus. Talis utiq; erit ciuitas paucis subiecta principibus, totaq; preme malis, forte etiam pluribus. Sic ferme. Constituta iam nobis sit ea resp. quam paucorum potentia uocant, à census æstimatione principes eligentem: post hæc autem inuestigemus quo pacto utriusque similis istius efficiatur, & postquã similis est effectus, qualis sit. Sic prorsus. Nōne hac ratione maxime ex ambitioso in paucorum imperij cupiditatem transit? Quæ? Quando ibi adolescens aliquis primo quidem patrem imitatur suū, eiusq; uestigia sequitur: deinde ipsum aspicit, ut qui in ciuitatem tanquam in scopulum offenderit, subito ex culmine dignitatis prolapsus seipsum suaq; omnia dispergentem, siue post belli expeditionem siue alterius magistratus maximi dignitatem, in iudicium ab insidiatoribus tractum, à calumniatoribus circumuentum, eiec tum, depressum, patrimonio spoliatum. Consentaneū quidem. Ille o amice hæc intuitus atq; perpeffus, amisso patrimonio, propter formidinem, confestim ex animi throno ambitionem illam & audaciam deiecit, & humilior propter paupertatem factus sese ad quæstum conuertit, & angusto admodum animo aride nimium, & parce uiuens, seq; in obeundo negotio uexans pecunias cõgregat. An non huiuscemodi hominē tunc existimas in ea animi sede auaritiã & lucri cupiditatem locare? etq; in animo regium locū concedere: ornamentisq; regijs exornare, coronis, balteis, fibulis, simbrijs, ense Persico? Equidem. Atq; hic quidem rationalem uim, & animositatis ardorem huiusmodi inde depositam seruire huic cogit, & nihil aliud inquirere, & cõsiderare permittit, quam unde ex paucioribus pecunijs plurimæ coloris congregentur: hanc autem nihil aliud mirari, & colere quam diuitias atq; diuites, neq; dignitatem ex re alia quam ex pecunijs querere, & siquid aliud ad id conferat. Nulla certe alia mutatio est usque adeo uelox & uehemens ex

*Fucorum duo genera
Vbi mendici uidentur, fures esse & latrones & omnium scelerum auctores*

iuuene ambitioso in pecuniã cupidum. Nonne igitur hic paucorum imperij studiosus est? Mutatio quidem ipsius ex homine simili est illius Reip. ex qua paucorum potentia existit. Consideremus utiq; nunquid similis sit. Consideremus. Principio in eo quod pecunias multifacis, similis erit. Quid nunc? Quinetiam & in eo quod parcior est, & ad lucrum audior, solasq; necessarias cupiditates explet, ceteris uero sumptibus nequaquam indulget, sed alias appetitiones tanquam superuacuas cohibet. Magnopere. Aridior itaq; & squalidior uiuit, undiq; summa parsimonia rem familiarem augens, coacernando intentus thesauro, quos quidem homines uulgus probat, an non hic erit uir talis Reipublicæ similis? Mihi quidem uidetur. Pecuniã itaq; maxime honorantur & ab hoc, & ab omni ciuitate. Neq; enim hic, ut arbitror, disciplinæ applicuit animum. Non, ut opinor. Neq; enim cæcum sibi ducem præposuisset. Optime quidem hoc autem animaduerte. Nonne fucorum nature similes cupiditates ob disciplinæ defectum inesse dicimus, partim mendicas, partim maleficas, ut quidem ab alia diligentia detentas? Et maxime quidem. Scis ne quod inspicias, ipsorum maleficia cernes? Quoniam? Ad orphanorum tutelam, & siquid ipsis tale contingit, quo licentiã plurimã ad iniuriã nanciscantur. Vera narras. An non id constat, quod in alijs cõmercijs uir talis, in quibus probus habetur, cum iustus esse uideatur, & quietate quadam uitæ ceteras cupiditates prauas que in ipso insunt, cohibet: non idcirco obtemperans quia non præstet, neq; ratione mansuetificens, sed necessitate ac metu circa reliquam substantiam cõtremitens? Summopere. Enim uero o amice in multis eorum reperies, quando aliena oportuerit erogare, fuci per similes cupiditates. Maxime. Non igitur seditione intestina is carebit, neq; unus quidam erit, sed duplex, habebitq; in se cupiditates, ut plurimum cupiditatum dominatrices, meliores scilicet deteriorum. Est ita, Quam obrẽ modestior hic alijs multis erit. Contententis tamen & composita mentis uerã uirtus longe hunc effugiet. Mihi quidẽ uidetur. Quinetiam ad certamen erit tardior uir parcus quoties priuatim in ciuitate de uictoria aliqua honesta, & magnificentia erit certandum, cum pecunias erogare nolit decoris & contentionũ huiusmodi gratia, metuens prodigas libidines suscitare, prouocareq; ad propugnandũ contendendumq;. Cum paucis eorũ quæ circa se sunt, optimatũ riuu pugnans, ut plurimũ uinci patitur, & diuitias auget. Summopere. Nunquid ultra diffidimus, ad ciuitatis eius exemplum quæ gubernatur à paucis, hominẽ parcũ atq; auarum in stitutum esse? Nullo modo. Post hæc inuestigandum uidetur, quo pacto popularis gubernatio constituitur, & quæ sit eius conditio, ut eandem in tali homine conditionem re cognoscens, eum in iudicium deducamus. Ita sane iter nobis inceptum similiter peragamus. Nonne hunc in modum ex paucorũ potentia in popularem gubernationẽ ciuitas permutatur, ex eo quod ciues optimum esse proposuerunt, ut quam ditissimi sint? Quo pacto? Quia principes in ea propter diuitias dominantur, prodigalitate dissolutorum iuuenũ lege prohibere negligunt, ut emptioibus & scœnoribus eorum usurpatoribus bona, opulentiores etiã honoratiorisq; euadant. Maxime omnium. Constat itaq; impossibile esse in ciuitate diuitias honorare simul, & temperantiã possidere, sed necessarium est ad alterius æstimationem alterũ semper istorum negligi. Constat plane. Dum igitur in paucorũ potentia iuuenũ educationem negligunt, permittuntq; ad libidinem uiuere, cogit se penumero homines non ingenerosos ad paupertatem redigi. Maxime. Sedẽ, ut arbitror, isti in ciuitate aculeis armati, partim alieno are grauati, partim ignominia afflicti, partim utriusq; malis oppressi, insidiantes illis quos sua nouerunt possedisse, atq; alijs, atq; idcirco res nouas quotidie moluntur. Est ita. Homines autem auari, dum lucro incumbunt, hosq; non animaduertere uidentur, & reliquorũ insuper ut quisq; maxime credit, maxime argento immisso uulnerantes, & patri natos scœnusq; plurimum reportantes, ita fucus egenisq; hominibus ciuitatẽ replent. Maxime. Neq; uolunt tanti mali incendiũ ita extinguere, ut non permittant quemq; res suas pro arbitrio agere. Neq; ita rursus & secundum alterã legem talia quædam prohibentur. Secundum quã potissimum? Secundum eam, quæ post illam proxime sequitur, cogitq; ciues uirtutis curã suscipere. Siquis enim multa ex uoluntarijs cõmercijs sui periculo tractare iubeat, nõ usq; adeo impudenter pecunias congregabunt, paucioraq; in ciuitate mala nascentur talia qualia diximus. Sic omnino. Nunc autẽ his de causis principes subditos sic in ciuitate disponunt:

De popularis gubernationis constitutione, & conditione

H h seipfos

se ipsos uero, & suos, & iuniores, delicatos, & molles, & fecordes reddunt, nullum autem
 mēta, aut corporis laborē tolerantēs, uoluptatibusq; & doloribus succubentes. Prorsus.
 Et ipsi quidem tales euadunt, ut nihil aliud præter quæstū æstiment, neq; maiorē uirtutis
 curam habeant q̄ mendicī. Sic certe. Ita igitur instituit, quorū cōgrediuntur inuicem
 principes ac subditi siue in itineribus, siue in alio quopiā cōmuni cōmercio, atq; opere, aut
 circa spectacula ad exercitiū uel nauigantes una, uel militantes, uel etiā in ipsis periculis
 sese inuicem spectantes, nullo modo in his pauperes à diuitibus despiciuntur, sed frequen-
 ter homo pauper, macer, cutimq; sole duratus cum in acie ad opulentū collatus est in um-
 bra molliter nutritum, atq; obeso corpore oneratū, eumq; inspicit anhelantē, & anxium
 nōne censebit ignauia cæterorum uiros huiusmodi diuites fieri, alterq; alteri ubi priua-
 tim cōuenere narrabit locupletes illos suos crassosq; homines pretij nullius esse. Noui
 certe ita eos solere. Nōne igitur quæadmodum debile, & ualudinariū corpus, uel mi-
 nima mutatione extrinsecus iniecia in morbos incidit, sæpe etiā nulla extrinsecus reno-
 cente, ipsum intra se disidet: ita & ciuitas malis iisdem affecta parua occasione, aliunde si-
 bi, uel his ex optumatum, uel illis ex populari repub. auxiliū adiungentibus, ægrotat, & se-
 cum ipsa disident. Sæpe etiā absq; exteriorū opera, seditionibus agitatur. Prorsus. Po-
 popularis utiq; gubernatio fit, ut arbitror, quando pauperes superates, diuites partim necat,
 partim in exiliū pellunt, reliquos autē a quibus resp. honoribus muneribusq; afficiunt, atq;
 ut plurimum in ea sorte magistratus obtingunt. Huiusmodi certe est popularis ciuitatis
 constitutio, siue armis fiat, seu metu discedentibus alijs. Quænam erit igitur horū ciuitum
 uitæ qualis gubernatio? Constat em̄ quidd uir talis popularis aliquis apparebit. Perspi-
 cuum. An nō primum quidem liberi erunt omnes, ciuitasq; libertatis plena, summaq; li-
 centia pro libidine omnia omnes audebunt. Fertur equidē. Vbi autē licentia, ibi quilibet
 arbitrari suo uitā instituet. Pater. Omniformes in hac ciuitate nascuntur homines. Val-
 de. Videtur utiq; hæc omnium esse rerum. pulcherrima: atq; ut pallium uarijs depictum
 coloribus speciosissimū esse uidetur, ita ciuitas ista diuersis ex moribus uaria, pulcherri-
 ma prorsus apparet: ac perinde ut pueri & mulieres uarietate distinctis opificijs & specta-
 culis delectant, sic multi hanc propter uarietate pulcherrimam arbitrantur. Et maxime
 quidem. Atqui facile est d̄ beate in hac ciuitate temp. querere. Quæobrem? Quoniam
 omnia rerum. genera propter licentiā habet: ac uidetur necessariū illum qui temp. insti-
 tuere cupit, quod modo nos fecimus, populārē ciuitatē ingressum, eā resp. cōstitutionem
 quæ magis placeat sibi, deligere, quasi rerum. nundinas aduentē, atq; ita eligentē, ciuita-
 tis modū statuere. Forte exemplā huic nequaquā deerūt. Quid uero? an nō dulcis hæc pri-
 ma fronte, atq; diuina uidetur uita, ut neq; cogaris in hac ciuitate magistratibus fungi, nec
 etiā si ad id sufficias, neq; parere si nolis, neq; bellum gerere alijs bellum gerentibus, ne-
 que pacē agere agentibus alijs, nisi id placeat. Vel etiā si qua te lex imperare uetet, & sen-
 tentias ferre: nihilominus & imperes, & sententias feras in iudicio: modo tibi hoc uisum
 fuerit. Forte sic primū uidetur. Quid autē mansuetudo damnatorū quorundam? nō
 ne decora? an nondū hac in ciuitate uidisti homines morte, uel exilio cōdemnatos, nihilominus
 urbē incolere, ac prodire in mediū, & sæpe quasi nemo id uideat aut curet, instar he-
 roum quorundā per urbē incedere? Vidi equidē multos. Indulgētia uero ipsius nimia
 & sine ulla obseruatione negligentia eorū que nos dicebamus re ipsam honestantes quan-
 do ciuitatē constituēbamus: quodd uidelicet nisi forte quis excellenti sit ingenio præditus
 nunq; uir præclarus euadet, nisi à prima pueritia statim honestis sese exerceat ludis, & ei-
 scemodi omnia frequēter exerceat, tanq; quæ alto animo hæc pellundat omnia: ea in quā
 negligentia nihil pensi habet ex quibus studijs aliquis se ad ciuiliā cōferat, sed honorat, si
 quis duntaxat ametur à uulgo. Valde admodū generosa. Hæc utiq; habebit & horum
 similia, gubernatio popularis, eritq; ut apparet, dulcis respublica, & sine duce, ac uaria
 æqualitate quādam similitè aequalibus inæqualibusq; distribuēs. Manifesta admodum
 narras. Cōtemplare quisnā uir talis priuatim sit. an forte primo inuestigandū est. quæad-
 modum in republica fecimus, quonā pacto talis efficitur? Ita prorsus. Nōne ita ma-
 xime accidit, ut auari patris & paucorū potētia cupidi filius aliquis sub parētis moribus
 nutriatur? Quid nī? Hic uī uoluptates suas coercet, quæcunq; ad sumptus alliciūt non
 ad lucrū. quæ quidē uoluptates nō necessaria appellatur. Manifestū est. Num lubet, ne
 in

in ambiguitate uersemur, ut in primis quidem quæ necessaria sint cupiditates, quæ nō ne-
 cessaria, discernamus? Lubet equidem. Necessaria quidem illa merito uocarentur, *que uoluptas*
 quas amouere non possumus, & quæ cum percipiuntur, nos iuuāt. has enim ambas quæ *tes necessaria,*
 rere naturam nostram necessariū est. Nōne? Maxime. Iure igitur eas necessaria ap-
 pellabimus. Iure. An non recte eas necessaria esse negabimus, quæ remoueri possunt
 siquis assuescat à teneris, quæ ue cum adsunt, nihil afferunt boni, imò plerunq; nocent?
 Præclare quidem. Accipiamus earum exemplar, ut quæ utraq; sint, cognoscamus, &
 figura quadam eas inspiciamus. Sic oportet. Cupiditas utiq; comedendi, cibiq; &
 obsonij usq; ad salubritatem, & bonam corporis ualitudinem, necessaria est. Arbitror.
 Certe cibi usus duplici de causa necessarius, & quia sine ipso uita non sufficit, & quia uti-
 lis. Ita est. Aliorum uero condimentorum, quatenus ad bonam corporis habitudi-
 nem confert. Prorsus. Sin autem nihil confert uel horum uel aliorum appetentia su-
 peruacua, tum etiā coerceri à teneris potest, obstat autem & corpori & menti ad pru-
 dentiam temperantiāq; merito non necessaria non inabitur. Merito. Has igitur
 sumptuosas cupiditates, illas uero quæstui deditas, quia conferant ad agendum, uocabi-
 mus. Quid nī? Idemq; de ueneris alijsq; dicemus. Idem. Profecto, quæ fucum
 paulo ante nominauimus, hunc esse dicebamus qui talibus uoluptatibus & libidinibus
 plenus est, & cupiditatibus non necessarijs est mancipatus: eum uero qui necessarijs, par-
 cum, & paucorum potentia cupidum. Proculdubio. Rursus dicimus quemadmo-
 dum ex paucorum potentia cupido popularis efficitur. Videtur autem mihi hoc pacto,
 ut plurimum, fieri. Quonam? Quando iuuenis, ut modo diximus, nutritus ruditer,
 & aride nimum, fucorum mel gustat, adhæretq; ardentibus uehementibusq; & callidis
 animalibus, quæ possunt omniformes & uarias uoluptates undiq; comparare: hinc utiq;
 existima eam oriri mutationem, qua iste ex paucorum potētia quæ in eo est, transit in po-
 pularem. Necessarium est. Nunquid quemadmodum ciuitas mutabatur, dum ex-
 trinsecus præsidium alterutri partium præstaretur, à simili simile: ita adolescentis muta-
 tur ingenium, dum rursus externarum cupiditatum species cognata & similis, alteri cupi-
 ditatum speciei earum quæ in eo sunt, suffragatur? Prorsus quidem. Quod si quæ
 suppetit ingenio eius paucorum imperij studioso, siue à patre, seu à domesticis alijs feran-
 tur, admonentibus, increpantibusq; seditio, & reluctatio, & pugna in ipso ad seipsum
 tunc nascatur. Quid nī? Et quandoq; ut arbitror, popularis conditio paucorum sta-
 tui cedit, & nonnullæ cupiditates partim intereunt, partim excidunt, pudore aliquo in a-
 nimo iuuenili exorto, unde rursus excolitur. Fit nonnunquam. Rursus præter eas
 quæ exciderunt cupiditates, alia coalescentes cognata propter inscitiam paternæ educa-
 tionis multæ uehementesq; fiunt. Sic certe fieri consueuit. Trahunt porro ad se con-
 suetudines, ac dum clam serpunt, magnum excrescunt in numerum. Quid prohibet?
 Tandem iuuenilis animi arcem occupant, præsentientes uacuā esse doctrinam, hone-
 storūq; officiorum, & uerarum insuper rationum. Qui sane optimi omnium custodes ser-
 uatoresq; in hominum priorum mentibus extant. Summopere. Falsæ uero, & super-
 bæ petulantesq; rationes & opiniones eorum in locum succedentes, eundem talis homi-
 nis locum obtinent. Maxime. Nonne iterum ad lothophagos illos accedens, manife-
 ste istic habitat? Ac si ab amicis subsidium aliquod laboranti meliori animi eius parti sub-
 mittatur, superbe petulantesq; rationes claudētes regij in eo muri portas, neq; subsidium
 ipsum admittunt, neq; legatos priuatorū senum monitus excipiunt, sed ipsæ prælio supe-
 rant: & pudorem quidem appellantes fatuitatem in exiliū turpiter expellunt; temperan-
 tiam uero ignauiam uocantes, reprobantesq; eiiciunt; modestiam quoq; in moribus, & in
 sumptibus moderationem, tanquam rusticitatem & illiberalitatem penitus detestantur &
 fugant, & ipsæ unā cū multis futilibusq; cupiditatibus inualescūt. Magnopere. Cum
 hæc depulerunt ex eius animo quem occuparunt & purgarunt, magnis impensis iam ini-
 tiato, post hæc petulantia, licentiam, prodigalitatē, impudentiam, splendidas ingenti ca-
 terua coronatas deducunt, extollentes applaudētesq; dum petulantia quidē, ingenuam
 educationē: licentiā uero & libertatē & prodigalitatē, magnificentiam: impudentiam,
 fortitudinē uocant. An non ita quodāmodo iuuenis transit ex innutrita necessariarū cu-
 piditatum affectione, in resolutam licentiam non necessariarum futiliumq; uoluptatum?

Plane id constat, inquit ille. Vivit deinceps talis, ut arbitror, nihil magis necessarium est superuacuarum uoluptatum gratia erogans pecunias, labores, exercitationes. Verum si ita fortunatus est, ut neque ultra modum debacchetur, sed senior factus, & ingenti uoluptatum turba adueniente, non omnes, sed aliquas admittit, exclusis interim ceteris: nec ingressis illis totum se dat, sed ita uiuit, ut aequaliter singulis impertiat se: ei quae forte tum incidit, uelut magistratui summo imperium sui committens dum ea expleatur, & rursus alteri, nulla neglegentia, dum unamquamque apud se alat. Sic accidit. Hic quidem ratione uera non accipit, neque in custodia suae arcem admittit, si quis dixerit uoluptates partim esse bonarum honorum, moderandas & cohibendas. Verum omnibus his annuit, affirmatque similes omnes esse, & pariter honorandas. Profecto quisquis ita affectus est, id agit. Nonne ita in diem uiuit, ut incidentibus praesentibusque semper cupiditatibus obsequatur, dum uidelicet aliam ebrietati modulationibusque indulget, aliam aquae potu contentus est, & inedia interdiu uero gymnasticae studijs se exercet, nonnunquam remissiori animo torpet, quandoque philosophiae attingit studia, saepe etiam se ad rempublicam confert, proditque in medium, quicquid obtulit fors, & dicens, & faciens: ac si quandoque milites admiratur, ad eos fertur: sin mercatores, ad hos rursus adueniat, neque ordine ullo aut necessitate uitae suae dirigit, sed iucundam, & liberalem, & beatam hanc uitam appellans, hanc assidue colit. Scite uitam popularis hominis nullum delectum uiuendi habentis, narrauit. Arbitror equidem plenum hunc diuersis plurimisque moribus esse, pulchrumque & uariu[m] quemadmodum ciuitatem illam uideri, quem sane multasque multae feliciter uiuere arbitrareretur, cum rerum publicarum atque morum in se multa exempla contineret. Ita est nimirum. Esto nobis uir talis populari reipublicae similis, utpote qui popularis merito nominetur. Esto. Reliquum est, ut de praecleara illa reipublica, ueroque praeclearo dicamus, tyrannide atque tyranno. Omnino. Age uideamus, o dulcis amice, quifnam tyrannidis ipsius sit modus. Principio quod ex populari oritur, ferme est perspicuum. Manifestum. Eadem igitur ratione ex populari tyrannis oritur, quae ex paucorum potentia, popularis. Quare? Quod sibi ciues in paucorum potentia tanquam bonum proposuerunt, per quod & paucorum potentia inoleuit, id erat diuitiarum copia. Nonne? Illuc ipsum. Inexplebilis itaque diuitiarum sitis, ceterorumque officiorum negligentia propter ipsum quae sitis eam perdunt. Verum id quidem. Quinetiam eius quod in populari bonum censetur, cupiditas inexplebilis, ipsam quoque peruertit. Quid in ea potissimum censeretur bonum dicis? Libertatem. Nam istud in populari ciuitate censeretur praeclearissimum audies. Ideoque in hac sola habitare par est eum uirum, qui natura sit liber. Certe nomen istud libertas, in hac ciuitate frequentius praedicatur. Nonne quod dicturus eram, huius ipsius cupiditas insatiabilis, ceterorumque negligentia hanc mutat rempublicam, cogitque tyrannide indigere? Quo pacto? Quando uidelicet popularis ciuitas sitiens libertatem, malos principinas praesidentes nanciscitur, & ea profusius quam decet sese ingurgitans debacchatur, & principes uelut rigidiore & tyrannicos accusans punit, nisi mites admodum sint, plurimumque licentiae concedat. Sic profusum accidit. Atque eos qui principibus parent, obiurgat tanquam seruales & precij nullius homines: principes autem subditis pares, & subditos pares principibus, priuatum & publice laudat atque honorat. an non necesse est hac in ciuitate ad summam libertatem homines peruenire? Proculdubio. Atque hanc insitam obedientiae impatientem licentiam, o amice, proprias irrepere in domos, seque usque ad bruta protendere? Quo pacto hoc dicimus? Quale uidelicet, si pater filio fiat similis, filiosque metuat, & filius patri sit par, neque uereatur parentes, neque metuat, ut sit maxime liber: inquilinus praeterea ciui, & inquilino ciuis aequetur, peregrinusque similiter. Sic accidit. Haec utique & alia nonnulla minoram similia his eueniunt. Nempe ea in urbe praceptor discipulos timet, eiusque blanditur, discipuli praepceptores spernunt, & similiter paedagogos: atque ut summam dicam, iuniores senioribus se similes praestant, uerbisque & operibus aduersantur. Seniores autem iuniorum gerunt uicem, & tanquam scurras faceris eos delectant, ne se ueri imperiosius uideantur. Maxime. Vulgi autem libertas extrema. o amice, tali in ciuitate quanta, quae quidem emptoria mancipia nihilominus libera sunt, & quanta mulieribus erga uiros, uirisque erga mulieres aequalitas libertasque sit, ferme dicere oblitus sumus. An non secundum Aeschylum dicemus quod nunc nobis in buccam uenit. Sic profusum, inquam, atque ego quidem

De tyrannide
& tyranno

ita dico: profectio bestiae quae ab hominibus nutriuntur, quanto liberiores hac in ciuitate sint quam alibi, nemo nisi expertus crediderit. Nam & catellae, ut habet prouerbiu[m], perinde ac herae sunt. Et equi, & alini tanta per uias libertate progredi consueverunt, ut in obuium quocumque imperum faciant, nisi cesserit. Ceteraque omnia summa aguntur licentia. Meum certe mihi narras insomnium. Nam mihi rus proficiscenti frequenter ista contingunt. Vides quod tandem omnium supradictorum summa contendant? Ita siquidem hinc delicatus ciuium animus redditur, ut si quis paulum quid seruitutis afferat, agre ferant, neque tolerant. Demum uero leges omnes tam scriptas, quam non scriptas contemnunt, nequis illis praestet dominus. Manifestum id quidem. Haec o amice egregia illa, & elegans respublica est, ex qua ut mihi uidetur, tyrannis nascitur. Elegans certe, sed quorsum haec? Morbus porro qui in paucorum potentia serpens, eam labefactauit, idem & in hac pullulans excrescensque nimia ex licentia, popularem ciuitatem iugo seruitutis subigit. Ac summam excessus omnis uerti penitus in contrarium consueuit, in temporibus, in arboribus, in animalibus, & in rebulpho maxime. Haud iniuria. Nimia enim libertas haud in aliud uidetur quam nimiam in seruitutem conuerti, & priuatim, & publice. Certe id consentaneum. Quare non ab re dicebam non ex alia reipublica, quam populari tyrannidem surgere: extrema ex libertate, grauissimam & acerrimam seruitutem. Sic ostendit ratio. At non hoc, ut arbitror ipse quaerebas, sed qui nam morbus idem in paucorum potentia popularique gubernatione innatus eam in seruitutem redigit. Vera narras. Dicebam utique ocioforum & prodigiorum hominum genus partim fortius & uiriliter esse, partim ignauius: & illud quidem dicere, hoc autem sequi, quos quidem homines fucis in superioribus comparauimus: illos quidem fucis aculeatis, hos autem aculeis carentibus fucis. Et merito. Illi quidem in quacumque fuerint ciuitate eam turbant, quae admodum pituita ac bilis corpus. Quos oportet bonum medicum & legum fundatorem, non minus quam solertem apum cultorem, eminus praecauere, primum quidem ne orientur in ciuitate: ac si orientur, ut cum ipsis fauis protinus excidantur. Ita prorsus agendum. Sic igitur accipiamus, ut perspicacius quod quaerimus cognoscatur. Quo pacto? Trifariam popularem ciuitatem, ut re ipsa est, partiamur. Vnum quidem hoc genus in ea propter licentiam nascitur, non minus quam in paucorum potentia. Est ita. Longe autem acritus in hac quam in illa. Qua ratione? Ibi quia contempui est, & priuatum uiuit, imbelles propter desidiam sit. In populari autem id genus omne exceptis paucis praesidet, & quod in eo acerrimum, dicit & agit: aliud autem iuxta tribum naka inhrensus susurrat, nec tolerat, si quis alia dixerit. Quapropter omnia ab hoc genere paucis exceptis in ciuitate huiusmodi administrantur. Et maxime quidem. Aliud igitur tale semper ex multitudine excernitur. Quale? Omnibus enim quae summa cōfectantibus, qui natura elegantissimi sunt, ut plurimum ditissimi efficiuntur. Consentaneum. Hinc utique mellis copia & uberior & facillior fucis exprimitur. Quomodo enim ex his qui pauca possident copia mellis exprimeretur? Diuites, ut arbitror, tales fucorum herba uocantur. Sic ferme. Populus autem tertium erit genus, quodcumque ipsi sua duntaxat curant, nec alienis se implicat, haud multum pecuniosi. Quod quidem genus & plurimum est & in populari ciuitate principalissimum, quotiens congregatur. Est certe, at non frequenter id facere uult, nisi particeps mellis efficiatur. Nonne semper est particeps, quatenus hi qui praesident, expoliati diuites, dispersiuntque populo, sibi uero ut plurimum usurpant? Profectio ita sit particeps. Coguntur itaque repugnare hi qui spoliatii sunt, pro uiribus apud populum tum dicendo, tum agendo. Quid nisi? Occasionem itaque ab alijs acceperunt, cum ipsi non cuperent, rerum innouandarum, nempe ut insidientur populo, & ad paucorum imperium intendant animum. Cur non? Tandem uero postquam populum uiderunt non sponte, sed per inscitiam a calumniatoribus seductum conari ipsis iniuriam inferre, tunc sane uelint nolint, reuera paucorum potentiae studiosi euadunt, haud ultro uolentesque, sed quod illis hoc malum ingerat fucus stimulus ac pungens. Valde quidem.

Accusationes igitur, litigia, contentionesque mutuae oriuntur. Et maxime. Ideoque populus consueuit unum aliquem sui defensorem creare, eumque nutrire, & uti magnum efficiat, confouere. Consueuit certe. Ex quo patet tyrannum ex radice tutoria pullulare. Certum id quidem. Quae nam origo mutationis ex tutore in tyrannum, an uidelicet postquam coepit qui praestet id agere, quod circa templum Lyciae Iouis in Arcadia fabula refertur?

Hh 3 Quid

Tyrannus ex
radice tutoria

Lupus ex hor
mine

Quidnam? Quod quisquis humana uiscera cum aliarum uictimarum incisa uisceribus forte gustarit, lupus fieri cogitur. Nonne fabulam audiuitis? Equidem. Eodem modo & hic cuius imperio uulgus omnino obtemperat, cognato non abstinet sanguine: sed falsis, ut solent, confictis criminibus in iudicium trahit eos à quibus timet, & iniusta se cade cruentat uiri uitam extinguens, gustansq; lingua impura & prophano ore generis proximi sanguinem: ac nonnullos pellit, necat alios, suaforem se aeris alieni decidendi, agros distribuenti præbens. Quare necesse est eiusmodi hominem, uel ab inimicis interfici, uel tyrannidem exercere, lupumq; ex homine fieri. Necesse est omnino. Hic quidem aduersus opulentos homines seditiosus. Certe. Nonne ab inimicorum ui huic periculum imminet, qui si expulsus, inuitis redierit inimicis, tyrannus effectus reuertitur? Constat. Ac si eum calumnijs publicis expellere nequeunt, uel occidere, uiolentam illi mortem intentant, clamq; insidiantur. Ita certe fieri consuevit. Hinc illa solita tyrannis postulat sequitur. Nempe omnes qui huc ascenderunt, custodes aliquos corpori, ut auxiliiator populi saluus sit, solent à plebe requirere. Maxime. Dat itaq; eos plebs, de illo nimis sollicita, de se autem nimis secura. Magnopere. Cum hæc uir pecuniosus animaduertit, qui ob pecunias plebi hostis est, tunc certe iuxta oraculum Cræso datū calculosum ad Hermum fugit, neq; moratur, neq; timidus dici ueretur. Haudquaquam secundo iterum ueretur. Sane quisquis comprehensus fuerit, ultimo supplicio afficitur. Necesse. At populi ille defensor magnus magnifice haudquaquam sese gerit, sed alios prosternit plurimos, ipse in curru ciuitatis consistit tyrannus ex tutore effectus.

Quid prohibet? An uis enarremus beatitudinem uiri huius, & ciuitatis in qua uirtus innascitur? Prorsus quidem. Principio quidem omnes salutat arridens quibuscunq; obuius fuerit, & nomen tyranni recusat, pollicetur multa, & priuatum, & publicæ, ære liberat alieno, agrosq; distribuit populis, & familiaribus suis, ac deniq; omnibus mansuetos & mitis esse simulat. Necesse est. At cum primum externos hostes partim sibi conciliauit, partim extinxit, rebus iam pacatis, statim ut populus duce semper indigeat, bellum aliquod nititur excitare. Consentaneum est. In quo illud insuper efficit, ut qui sub eo sunt plurimis exhausti sumptibus, ad quotidianum uictum conuerti cogantur, minusq; aduersus tyrannum insidias meditentur. Patet. Quinetiam si quos agnouerit liberali esse ingenio præditos, talesq; ut imperium eius recusaturi uideantur, ut ad eos extinguendos occasione habeat, hostib; obijcit. His de causis necesse est tyrannū semper noua bella mouere. Necesse. Qua de re ciues sibi in seos reddit. Summopere. Verisimile est, ut nonnulli eorum qui tyrannidi suffragati sunt, & apud tyrannū plurimum possunt, audacter tam inter se q̄ cū eo, quæ geruntur improbè, præsertim si qui altiori animo sint.

Verisimile. Consentaneū est, ut hocce omnes tyrannus è medio tollat, si modo sit dominaturus, quousq; neminè relinquat amicorū uel hostium qui alicuius momenti sit. Manifestum id quidem. Acute igitur inspicere illum oportet, quis fortis, quis magnanimus, quis prudens aut diues sit. Nempe ut quæ deo beatus est, ut seu uelit seu nolit his inimicus futurus sit, eisq; insidietur, quousq; ciuitatem purgauerit. Egregiam sane purgationem narras. Contrariam plane medicorū purgationi. Si quidem medici à corpore quod deterrimum est abstergunt, quod uero optimum est relinquunt. Contrà tyrannus efficit. Ille quidem sic facere cogitur, si modo sit dominaturus. Beata nimirum necessitate affectus est, quæ illi præcipit, ut uel cum plurimis improbis uitam agat, à quibus etiam odio habeatur, uel omnino non uiuat. Talis profecto eius conditio est. Nonne quo infiores habet ciues, dum hæc agit, eo pluribus & fidelioribus satellitibus indiget? Quid prohibet? Quinam igitur huic fideles maxime? Vnde illos accerferet? Vitro aduolabunt undique multi mercede plecti. Fucos iterum mihi uideris per Canem quosdam dicere, externis & uarijs ex gentibus confluente. Vere tibi uideo. Quis autem ex indigenis? Nonne aliqui si uoluerit? Quo pacto? Scilicet si proprijs seruis sublatis uoluerit ciues aliquos liberare, & satellitibus suis asciscere. Maxime quidem, quoniam si delissimi sibi hi sunt. Quam præclaram narras tyranni possessionem, si quidem talibus amicis fidisq; hominibus utitur, cum priores illos perdidisset. Attamen talibus utitur. Atqui mirantur eum amici tales, conuersanturq; cum eo noui ciues, boni autem uiri ode runt ac fugiunt. Quid uetat? Non temere igitur tragœdia sapiens artificium esse, atq;

atq; in ea Euripides excellere uidetur. Quamobrè. Quod & hoc profunda mente ceclis, sapientes tyrannos esse sapientum consuetudine, dixitq; hos sapientes esse qui cum his conuersantur. Quin etiam tyrannidem tanquam rem diuinam extollit; aliq; per multa hic, aliq; poeta. Enim uero poetæ tragici utpote sapientes nobis ignoscent puto, & illis qui perinde ac nos rem publicam administrant, si eos in nostrā rem publicam non admittamus, tyrannidis scilicet laudatores. Ignoscent ut arbitror, quicunq; inter eos uiri elegantiores sunt. Ceteras uero circumeunt ciuitates, turbam congregantes egregijs grandibusq; & probabilibus uocibus, quibus precium non deest, respub. in tyrannidem trahunt, & popularem statum. Vehementer. Nonne pro his precium capiunt, honoranturq; in primis quidem ut uerisimile est à tyrannis, deinde etiam à populari illa republica? At uero quo alius ascendunt in arduum rerum publicarum uerticem, eo magis eorum deficit honor, ut qui defessus crebriore anhelitu progredi non ualeat. Ita nimirum. Sed ne postquam huc digressi sumus, longius progrediamur, dicamus unde tyrannus exercitum illum suum præclarum, uarium, semperq; diuersum alar. Constat in primis quod siquæ sunt sacræ opes in ciuitate, eas surripit, consumitq; quousq; illa sufficiens quæ uenduntur, dum leuiora exigit à plebe tributa. Quid si opes hæc defecerint?

Patet quod ex paternis aletur & ipse & collegæ ipsius contubernalesq; & scorta. Inteligo equidem quod populus qui tyrannum genuit, ipsum amicosq; eius enutriet. Ita cogitur. Quid uero si succenseat populus, dicatq; haud æquum esse ut adultus filius à patre amplius enutriatur, sed cōtra à filio pater; neq; se ad hoc eum creasse, ut adulto iam filio, pater ipse, seruis eius seruiens, & ipsum nutriat, & ipsius seruos, & alios præterea omnes undiq; confluentes eius astipulatores, uerum ut à diuitibus his qui præclari & boni existimantur in ciuitate, hoc præside liberetur: atq; ita iubeat populus abire illum è ciuitate, eiusq; amicos, perinde ac pater filium domo una cum debacchantiū turba depellēs?

Agnoscat per Iouē tunc demum populus qualis ipse & quali bestia delectatus sit, dum eam generaret, atq; educaret, tum quanto ipse debilior potentior emiscere tentet. Quid ais? Audebit tyrannus patri uim inferre, & si non obtemperet uerberare? Immo uero. Nam auferet arma. Patricidam ergo dicis esse tyrannum, durumq; senectutis educatorem. Atq; ut uidetur, hæc proprie est tyrannis, utq; fertur, populus seruitutis liberorum hominum fugiens fumum, in flammam seruilis dominationis incidit, loco ingentis illius & impotentis libertatis, durissimam acerbissimamq; seruorum subiens seruitutem. Ita nimirum accidit. An non igitur probe à nobis dictum fuerit, si sufficienter pertractatum dicamus, quo pacto tyrannis ex populari gubernatione nascatur, & nata cum est, qualis sit? Valde quidem sufficienter.

ARGVMENTVM MARSILII FICINI IN
dialogum nonum De Iusto.



OCRATES quamplurima de regia optimatū uita tractauit, multa etiam de contraria eius tyrannide disputat, ut & illam tanquam beatissimam comprobemus, & hanc reprobemus quasi miserissimam. Quod non solum igitur in octauo, sed nono insuper agitur de tyrannide, qua scilicet ratione potissimum fiat ex populari, qualis quoq; sit, quam noxia, quam infelix, quo uidelicet primam que in animo sit tyrannidem totis uiribus deuitemus, uicissimq; regnum animo intimum complectamur. Per hæc statim ad primum rediit disputationis uniuersæ propositū. Quo utiq; statuit demonstrare iusticiam non opinione diuisat humana esse laudabilem, sed etiam ipsa sui natura & honesta mirum in modum, & salutari esse ante omnia uenerandam. In iusticiam quoq; non ob metum uel legum uel infamie solum nituperandam esse, sed etiam propter ipsum maleficæ nature suæ uenenum procul effugiendam. Iusticiam uero cum nominat, alrās legem communemq; designat iusticiam, uirtutem scilicet uniuersam sub legum prouidentia institutā; aliās iusticiam magis propriam siue distributiuam, per quam & in ciuitate pro meritis honores, præmia, poenæ distribuuntur, & in anima partibus animæ pro dignitate naturæ actiones & munera tribuuntur: siue commutatiuam, per quam et in ciuitate & quo legitimo precio res, uel rebus, uel pecunijs commutantur, & in animo ita quasi similiter commutatur officia, ut quantum ratio inferioribus consuluit, tantum de uires inferiores pro rationis imperio necessaria subministrant. Inter hæc nota tyrannici animi ita perturbatū esse, ut proprie iudicetur libidine perditus & turbulentus, & furiosus atq; immanis, quippe cū quasi fera immanibus ijs libidinibus rapiatur, quarum feritatem

tatem ceteri solum somniantes interdum experiuntur. *Quæ uero hic ad falsitatem & ueritatem & uaticinium somniorum pertinent, in theologia abunde tractamus. Considera quàm diligenter mala connumeret omnia, quibus ciuitas oppressa tyrannide premitur, quàm uero apte totidem mala ac etiam plura in tyranni animo numerat, adeo ut nihil miserabilius possit effingi. Mox disputationem totam huc tendentem, ut sapiens iustitiam uitæ uitæ contrarie preferatur, in tria redigit capita. Primum esse uult, quod hæc uita est tractatum, ex comparatione uidelicet insipientis iniustitiam; hominis ad ciuitatem quandam nulla sapientia & iustitia gubernatam. Vbi profecto apparet & ciuitatem illam, & hominem æqua ratione pessime & infelicissime se habere. Secundum uero caput nunc aggreditur, distinctionem illam partium animæ repetens in ratiocinandi & irascendi, & concupiscendi naturas, quibus tres quoque uitas accommodat, philosophicam, ambitiosamq; & cupidam. cupidam inquam pecuniarum gratia uoluptatum, ideoq; auara etiam nominatur. Tres similiter disponit partes in ciuitate, magistratus, milites, quæstuarios. Probat deinde uitam uirtute præditam magis eligendam esse quàm uitiosam, præterea quod sit reuera suauior. Nempe cum trium illorum quilibet uitæ suæ uoluptatem ceteris preferat, solus id philosophus potest recte iudicare. Opus enim est ad iudicium experientia, prudentia, ratio. Principio quæritur ad experientiam pertinere, philosophus quidem & sui propriam, & aliorum uoluptates est expertus; quo fit ut facile quæ sit præferenda, cognoscere possit. Ceteri uero philosophantur gaudia nunquam degustauere, ideoq; uoluptates suas cum philosophantis gaudio comparare non possunt. Præterea solus philosophus perfecta pollet prudentia, & assignandarum industria rationum, quæ quidem duo reliqua sunt ad iudicium necessaria. Cum ergo philosophus sapientis iustitiamq; uitæ gaudia ambitiose libidinoseq; uitæ anteponat oblectamentis, iure ex ipsius iudicis ueris sententia uitam uirtute rectam uitæ uitio dissolutæ anteferre debemus. Tertium deniq; caput inde potissimum exorditur, quod in solo sapiente iustitiamq; uero uoluptas uera reperiri potest. In cæteris autem uoluptatem falsam & umbratilem esse constat. Quod quidem ita probatur, uoluptates ut plurimum uehementes, repletiones quædam sunt indigentia. Atq; ubi & quod impletur & quod implet uerius perfectiusq; est, impletionis modus purior atq; efficacior, ibi uerius est uoluptas, & perfectior & ingentior. Cum igitur intellectus ueritatis; intelligenda ueritatem perfectioremq; naturam habeant quàm sensus atq; sensibile, ac ueritas interius penetret intellectum quàm sensibile sensum, & sine mixtione doloris accedat, sequitur uoluptatem intelligentiæ ueritatem esse atq; perfectiorem. Inter hæc casu quodam nescio quid interserit mathematicum, cuius declarationem ex commentarijs in Timæum accipies opportunius. Attende deinceps ad illam animæ naturæ figuram. In qua sub multiplici bestie nomine intellige concupiscendi naturam; sub figura leonis, irascendi uigorem; sub forma hominis, rationem. Et uide quàm expresse depingat ambitiosam, iniustitiam, libidinose hominis uitam, immo miseram seruitutem. Item ibidem accipe formulam, qua possis transitum animarum in bestias ita interpretari, ut in bestiarum affectus & habitus potius quàm in corpora migrare dicantur. Præterea memento, quemadmodum in corpore periphrasidæ sensus, sanitas, robur, pulchritudo, non opinione, sed natura sunt bona, eorumq; contraria mala similiter; sic in anima prudentiam, temperantiam, fortitudinem, iustitiam naturaliter esse bona, naturaliter quoq; horum contraria mala. Deniq; accipe totius uitæ formam, per quam ita corpora cuncta disponas, ut animi temperantia confortentur. Atq; eatenus eligas singula, quatenus conferant ad animi sanitatem; & contra quæ hanc impediunt procul effugas, habites semper mentis arcem, atq; ab ea nullis aut illecebris aut minis te præcipitari permittas. Cum uero & te ipsum & alios ita formare uolueris, suspice perspicuum reipublicæ huius exemplar in cælo; in cælo inquam, id est, ordine celestium motionum, atq; alius in mente diuinat; inde tandem ad ipsius imaginem, te ipsum primo, deinde familiam, tertio ciuitatem iuste feliciterq; componas.*

NONVS DIALOGVS

DE IVSTO



De uoluptatibus distinctis

DE IUSTO cōsiderandum restat, inquā ego, qua ratione uir tyranni scis ex populari fiat, qualisq; sit, & nūquid uitā ducat miserā, an beatam. Certe id reliquū est, inquāt ille. Scis quid adhuc desiderem? Quid? Nōdum sufficēter distinxisse uideamur, quot sint, & quales cupiditates. Ac nisi id cōstet, obscurior erit elus quod querimus inquisitio. Opportunū uero adhuc erit. Prorsus quidē, ac uide quid in eis nosse uelim. est autē tale. Earū uoluptatū cupiditatūq; quæ non necessariæ sunt, uident mibi quædam legibus repugnantes, omnibus inesse quidem; legibus autē & melioribus cupiditatibus pariter cum ratione castigatæ, in quibusdā hominibus uel omnino obsolescere, uel adeo reprimi, ut rarè admōdū exilesq; reddantur; in alijs autem

autem uehementiores frequentioresq; euadere. Quas potissimū istas uocas? Quæ in somnis sapiens excitantur, quoties animi pars illa, quæ rationis particeps mansuetaq; & illius domina est, dormit; ferina autē & agrestis, cū sit immoderato potu atq; pastu repleta, exultat, tentatq; excutere somnum, & solitis libidinibus indulgere. Tunc quippe nihil est quod non audeat, ueluti soluta & libera omnibus uerecundia prudentiaq; præceptis: ut aut cum matre corpus miscere uideatur, aut cum quouis alio homine uel deo, sæpe & belua, atq; etiam trucidare aliquem, & impie cruentari, & à nulla prorsus uoragine abstinerere; nec ut breui complectar, ab ulla infania uel impudentia temperare. Vera nimium loqueris. At cum quis recte moderateq; habens, quieti se tradiderit, ea parte animi in qua est ratio, excitata & recta, saturataq; bonarum cogitationū epulis, & ad seipsam contemplandō conuersata; ea uero quæ uoluptate alitur, nec inopia pressa, nec satiēte affluenti, ut quiescat maxime, neq; optimam partem illam aut gestiēdo, aut mōerēdo perturbet, sed linat eam per seipsam solam ac puram considerare, indagare atq; percipere quicquid ignotum hæc uita uel præteritorum, uel futurorum; illa etiam tercia parte animi, in qua irarum æstuat ardor, sedata atq; restincta, usque adeo ut nulli infans quiescat; atq; ita inquam partibus quidem duabus pacatis, mente uero erecta, somno se comparet; tunc demum mens pura ueritatem attingit, neq; insomniorum uisa nefaria se se obijciunt. Sic prorsus existimo. Quid plura? Id summam uolumus: Vnicuiq; in esse speciem quandam cupiditatum dīam, agrestem, atq; iniquam, atq; etiam in his qui inter homines maxime moderati uidentur. Quod in somnis fit manifestum. Nunquid igitur dicam, & utrum consentias, tu uideris. Consentio equidem. Recordare qualem uirum esse diximus popularem. Erat autē is, qui ab ineunte ætate sub parco nutritus est patre, qui lucri cupiditatis indulgentiam solum, cæteras uero nō necessarias, sed ludī ornatusq; comites spreuit. Nonne ita? Ita prorsus. Conuersatus deinde cum elatioribus uiris plenisq; libidinibus his quas modo narrauimus, declinare cœpit ad petulantiā omnem, eorumq; mores, paternæ parsimonie odio. Cum uero ingenio meliore esset q̄ corruptores, utriusq; distractus, mediā nactus est utriusq; moris affectionem, moderate utriusq; secutus ut ipse purat, neq; illiberalem neq; dissolutam uitā agens, ex paucorum potentia cupido mutatus in popularem. Erat utiq; & est circa huiuscemodi uirum hæc opinio. Pone rursum huius iam natu grandis filium, primis ab annis paternis moribus imbutum. Pone. Ponas iterum eadem huic accidere quæ patri contigerant, ut ad omne trahatur flagitium, & lasciuientis uitæ licentiam, quā tamen hi qui uiuunt, integrā nominent libertatem; pater autē alijsq; domesticis istis cupiditatibus, quas in medio quodam esse diximus suffragentur alij item opem suggerat. Vbi uero iam sperauerint uehementes illi incantatores, nutritoresq; tyrannidis, adolescentē se nō aliter cōtinere posse, amorē in eo aliquē quibusdam machinationibus, excitent, præsidē tutoremq; otiosorū, & ad libidinē illi subministratium desideriorum, alatum certe, & ingentem fucum. Nunquid aliud amorē talū esse putas? Nihil aliud. Quando uero circa ipsum susurrantes cupiditates aliæ refertæ nidore, uigentis, coronis ac mero, resolutisq; consuetudinum talium uoluptatibus coaugent prorsus aluntq; desideriaq; illud, atq; ita fucū aculeum addunt; tunc iam hic animi præses furit omnino, demenciaq; feruet; atq; stipatus inde satellitibus, stimuloq; percitus, siquas intra se frugales & uerecundas opiniones cupiditatesq; offenderit, proinus extirpat expellitq; quousq; temperantiam omnem animo eijciat, seq; noua infania repleat. Egregie tyrannici uiri refert originem. Nonne & olim hanc ob causam amor tyrannus est dictus? Videtur plane. Et ebrius uir, o amice, nonne tyrannicū gerit animum? Sane. Quinetiam furiosus & extra se positus, nō solum hominibus, sed & dijs imperare contendit, speratq; se id consequaturum. Vehementer. Tyrannicus autē o beate, uir reuera fit, quando uel natura uel studijs uel ambobus temulentus, amorē obnoxius, furiosus euadit. Prorsus ita se res habet. Ita igitur talis uir, ut apparet, efficitur. Viuit autē quo pacto? Id uero, ut aiunt qui iocantur, mihi tu dices. Dico equidē. Post hæc, ut arbitror, festis indulget bacchanalibus, comestationibus, scortis, cæterisq; huiuscemodi omnibus, hi quoque rum tyrannus amor intus animi incolens penetrat, regit omnia. Necessē est. Itaq; multæ profecto diesq; noctesq; uehementēs cupiditates multorum indigæ pullulant. Multæ quidem. Cito igitur siqui prouentus extiterint consumuntur. Quid nūc? Post hæc utiq;

utiq; foenora, & patrimonij dissipatio. Proculdubio. Quando uero deficiunt omnia, necesse est cupiditates uociferari atq; cōqueri, quę quidē frequētes ardentēsq; in nido animi delitescunt; eos autē ueluti stimulis quibusdā perculsos, libidinibus scilicet alijs, præferimq; amore aliarū omnium tanquam satellitum duce, iactari efferriq; ad explorandum si quis quicquā possideat, quod uel fraude surripit, uel ui eripi possit. Maxime. Quapropter coguntur uel undiq; usurpare, uel ingentibus stimulis & dolorib. cruciari. Coguntur plane. Num quemadmodū nouę cupiditates ipsius adultę, pristinas exuperarunt, & quę illarū erant, usurpauerunt & ipse iustū esse censēbit, ut ipse iunior plus habeat q; parentes, & si portione suā consumpserit, paterna insuper eroget. Cur non? Quod si parentes illi nequaquā permiserint, principio furari, eosq; decipere aggredietur. Omnino. Sin istud non poterit, rapiet iam, uimq; parentibus inferet. Sic arbor. Ac si pater materq; senes, & mirifice uir, resistat repugnēsq;, nunquid eos uerebitur, atq; ita se continebit, ut nihil agat tyrānicum? Patri equidē ac matri sic affectū hominis timeo. Per loquem, & Adimante, inquam ego, nunquid gratia nuper amate cuiusdam concubinae nō necessaria, amica iā olim necessariamq; matrē, aut gratia speciosā licentia nuper amati adulescentis non necessarij, deformem & necessariū senem patrem, & amicorum omnium antiquissimum, tibi uir talis uidetur uerberibus obiecturus, eosq; illis subiecturus, si eandem in domū induxerit? Per louem, omnino. Quam beatū esse uidetur tyrānicū filium genuisse. Non multum. Quid uero? cum parentum suppellectilis non sufficiat, in eosq; iam erit examen conferatissimum uoluptatum, an non primo parietem alicuius perfodiet domus, uel nocte seruis euntis pallium rapiet? deinde etiā templum aliquod expoliabit atq; in his omnibus eas quas olim a pueritia de honestis & turpibus, quasi iura quadam quibus iudicabatur, opiniones habuerat, illa quę nuper seruitutem exterunt, tanquā satellites stipantes amorem, unā cū eo iam superabunt; quę quondam dormiēte illo per insomniam tantum soluebantur, cum adhuc sub legibus paternisq; præceptis populari in se ipso institutus esset conditione; tandem uero amoris tyrānidē irretitus, qualis raro erat in somnis, talis semper erit uigilans? Nam cæde impia nulla abstinebit, nec in luuie, nec facinore; sed tyrānicē in ipso amor omni cū licentiā & transgressione uiuens, utpote qui solus sit dominus, subiectum sibi hominē tanquam ciuitatē impudenter ad omnia rapit; unde & seipsum & turbam suorū satellitum nutriet, partim extrinsecus ingressam exim proba quadam consuetudine, partim intrinsecus ex eisdem moribus ab ipso soluta & manumissam. Nonne hæc talis hominis uita? Hæc prorsus. Ac si pauculi tales in ciuitate sint, reliqua uero multitudine omnis modesta, quia istic locus non sit, profecti, tyrannum alii stipabunt; acceptaq; mercede, sicubi ei bellum est, iuuabunt. si uero locus ipsis sit in eadem istic ciuitate mala multa minuta cōmittent. Qualia? Furabuntur, parietes perfodient, marisupia incident, expoliabunt prædabuntq;, sacra rapient, captos homines seruire cogent, nec non calumniabuntur quandoq; si dicēdo ualent, periurijq; decipient homines, & muneribus corrumperunt iudices. Minuta hæc dicis mala, si pauci tales sint? Hæc quidem si ad maiora comparētur, dicuntur exigua. Atq; hæc omnia ad tyrannum cōparata malicia miseriāq; ciuitatis haudquaquā, ut proterbio dici solet, ad scopum accedunt. Quoties em̄ in ciuitate tales multi reperiuntur, eosq; alij sequuntur multi, sentiuntq; ingentem suorū copiam, tyrannū procreant inscitia plebis, cū præ cæteris, qui inter illos ita est affectus, ut in animo suo tyrannū habeant potētissimum. Consentaneū id quidē. Tyrannus quippe is erit potētissimus. Nonne facile id sit, si cesserint omnes? Sin autē ciuitas tyranno huic obstitit, tunc sane is quemadmodū in superiorib. patrem matremq; subegit, sic rursus & patriam pro uiribus subiget, alios inducens iuuenes, tamq; seruire coget olim sibi charam patriam matremq;, ut more Cretensium loquar, hanc educationē q; habitus atq; is erit cupiditatis eius hominis finis. Sic prorsus. Nonne isti tales priuatim fiunt antequā dominantur? Principio cū his conuersantur ut plurimum, qui blandiuntur illis, & in omnib. assentantur. Ac si qua re indigeant, idē & ipsi agunt, submitunt se, & quācunq; gerūt personā tanq; domesticā. Voti uero cōpotes cū facti sunt, extraneos se esse declarāt. Et maxime quidem. Omnē ita astatē agunt. Amici quidē nemini unq;, semper autē dominātes alicui, uel alicui seruiētes. Libertatem uero & amicitia uerā nunq; ingentū tyrānicū gustat. Maxime. Nōne huiusmodi homines iure in fidos nominabimus?

Iure

Iure. Quinetiam iniustos quāmaxime fieri potest, si modo in superioribus recte inuicē quale quid iustitia sic cōcessimus. Recte quidem. Concludamus igitur, qui sit uir pessimus. Est autē is qui talis est uigilans, qualem supra figurauimus somniantem. Omnino. Talis utiq; sit, quisquis cū natura tyrānicus maxime sit, ut solus dominetur affectus. & quo diutius in tyrānidē uiuit, eo magis est talis. Ita necesse est, inquit Glauco, partibus respondendi susceptis. Quisquis iniquissimus apparet, & miserimus apparebit; & qui diutissime maximeq; potitur tyrānidē, maxime & diutissime iniquissimus reuera est & miserimus. Multis autem multa uidebuntur. Ita se hæc habere necesse est. Tyrānicus uir ciuitati tyrānidē oppressæ simillimus. Popularis uir populari, cæteri q; similitur. Quid nō? Sicut se habet ad ciuitatem ciuitas uirtute & felicitate, ita uir quoq; se habet ad uirum. Nihil prohibet. Quomodo se habet tyranno subiecta ciuitas ad eā quę regi paret, qualem primo descripsimus? Contra omnino. Nam una quidē optima, altera pessima. Haud interrogabo quam dicas. Constat enim. Verū de beatitudine atque miseria eodem modo an alio iudicas? Neq; uero tyrānicæ ciuitatis speciem admiremur, ad solum tyrannum respicientes, aut ad eos paucos qui cum eo rerum potitūtur, sed ut deceat omnem penitus ciuitatem ingressi, lustremus singula, & ad cuncta conuersis oculis feramus sententiam. Probe admones. Constat autem apud quemlibet nullam ciuitatem tyrānidē pressa esse miseriorem; nullamq; rege gubernata; beatiorē esse. Si idem circa uiros obseruari iubeam, num recte præciperem; uidelicet si censeā ei iudicium permittendum, qui cogitationē possit tyrannimentē irrepere, ac mores penitus intraspicere, neq; ut pueri solēt, exteriora inuens obstupescat, dum tyrānicā illam aspicit pompam, quā procul illi intuentibus frequenter ostentant, sed perspiciat iudicet. Si in quā eū nobis audiendū censeam, qui discernere ualeat, quicq; una & habitauerit, & domesticis actibus interfuerit, tū qui nouerit quo pacto erga familiares singulos ille sit affectus. Nam in his maxime qualis sit apparet, omnē scilicet tragicū exutus apparatus; rursusq; populatibus in periculis. hæc omnia dignoscantē si iubeam declarare quo pacto se ad alios tyrannus habeat, quod ad beatitudinē miseriamq; pertinet; nunquid recte iubeam? Recte admodum & ista iubeberes. Vis ne fingamus & nos ex eorum numero esse, qui iudicare possint, atq; illis ad hæserint, ut aliquē habeamus qui ad ea quę interrogamus respondeat? Volo equidem. Age itaq; sic considera similitudinē, memoriā repetens & ciuitatis, & uiri, atq; ita sigillatim uicissimq; utriusq; affectus animaduerte. Dic quales. Principio, liberā ciuitatem tyrānicā dices, an seruam? Maxime omnium seruam. Attamen in ea dominos ac liberos inspicis. Plane, sed exiguū quidē istud; uniuersum uero, ut ita dicam, in ipsa & præstantissimū genus, turpiter ac misere seruam. Si igitur ciuitati uir similis, necesse est in illo eundē esse ordinē, multaq; illiberalitate & seruitute eius animum opprimi, easq; animi partes seruire, quę præstantissimæ sunt; exilem uero partē, ignauissimam, demeritissimā dominari. Necessarium. Quid porro? Seruum an liberū huiusmodi animum appellabis? Seruum. Atqui serua & tyranno subdita ciuitas, minime quæ uult agit. Nimirum. Tyrānicus igitur animus minime quæ uult efficiet, ut sic de toto animo dicā; sed stimulo semper percitus uiolento; perturbatione pœnitentiāq; redundabit. Quid nō? Tyrānicā ciuitatē, diuitem ne, an pauperē esse necesse est? Pauperem. Animum quoq; tyrānicū, mendicū semper & in explebilē necesse est esse? Est ut dicis. Metu uero sollicitari an nō necessariū est ciuitatē talem, talemq; uirum? Valde. Lamentationes præterea, suspiria, fletus, angustias censes in alia ciuitate frequentiores te reuertuntur? Nullo pacto. In homine insuper alio talia quædam plura inesse putas q; in tyrannico isto, qui cupiditatis, amoribusq; insanit? Quonā pacto? Profecto ad hæc respiciens omnia, cæteraq; generis eius, ciuitatē tyrānicā ciuitatū omnium esse miserimā iudicasti. An nō recte? Summopere. Verum de uiro rursus tyrānico quid ais, quoties eadem hæc animaduertis? Longe cunctiorū dico hūc esse miserimū. Hoc nō recte dicis. Quōbrē? Nondū hic est, ut arbitror, talis maxime. Quis ergo? Ille forsitan tibi hoc miserior esse uidebitur. Quis inquam? Qui cū natura tyrānicus sit, uitam nō agit priuatam, sed est infelix, & forte quadam eodē ducitur, ut tyrānidē potiarur. Ex his quę dicta sunt, uera te loqui cōiecto. Ita est. Verū talia quædam non opinari oportet, imō uero diligentissime ratione tali inuestigare. De maximo enim quodam nobis disceptatio est

Cur paterfamilias nihil metuat multitudine seruorum

est, bona scilicet uita, ac mala. Scite. Attēdite itaq; si quid dicam. Videtur em̄ mihi ex his de hoc esse considerandum. Ex quibus? Ex unoquoque scilicet priuatorum, quorumque ita diuitijs abundant ut multa habeant mancipia. Isti nanq; id tyrannis habent, si mile, quod multis imperant. Interest autem, quod tyrannus pluribus dominatur. Interest utiq;. Nosti quod hi securi cum familia uiuunt, neq; famulos metuunt? Nempe. Quid enim metuant? Nihil. Sed nunquid causam tenes? Equidem, quoniam uidelicet ciuitas uniuersa singulis priuatorū succurrit. Præclare loqueris. Quid si quis deorum uirum unum cui quinquaginta uel plura mācipia sint, educat ē ciuitate unā cum uxore ac liberis, constituatq; in solitudine cum rebus suis omnibus; atq; mancipijs, ubi liberorum hominum nullus ferre huic auxilium possit, quali eum & quanta formidine uexatum in existimas, ne forte mancipia ipsum & filios & uxore interimanit? Summa, ut arbitror. An non cogetur seruis quibusdam blanditijs, polliceriq; multa, & manumittere, cum sibi nihil opus sit? Vnde & ad ministros suos ipse adulator erit. Cogetur penitus uel ita facere, uel perire. Quid? si alios adhuc deus in ea regione disposuerit proximos illi copulatos, qui nequaquam sustineat ut alter alteri dominetur, ac si quem deprehenderit sibi dominium uendicatem, supplicijs extremis afficiant? Deteriorem admodum eius conditionem fore censeo, si hostium uallo includatur. An non tali quodam carcere clausus est tyrannus, natura talis existens qualem in superioribus explicauimus, multis uidelicet diuersisq; timoribus & amoribus agitur? Cum uero ingenio sit apprime cupidus, huic soli neq; egredi usquam licet, neque inspicere quæ liberis hominibus lubitum est; sed intra ædium parietes formidolosus ueluti mulier comoratur, inuidens ciuibus alijs siquis extra mœnia spatietur, & boni quicquam spectat. Sic prorsus: An non ab huiuscemodi malis plura insuper incurrit uir ille, qui male seipsum gubernans, quem & tu modo mi ferrimum iudicabas tyrannicum, haudquaquam priuatus uiuit, sed fortunæ uel quadam, ut tyrannidē exerceat cogitur; cumq; sibi ipsi imperare non possit, alijs imperare contendit; perinde ac si quis imbecillo corpore, & suis se uiribus non sustinente, cogatur ut quiescem agat secum ipse nunquam, sed aduersus alia corpora certet ac pugnet. Simillima inducis ô Socrates atq; uerissima. Nonne igitur ô amice Glaucō miserabilis omnino hæc est conditio, duriorq; uita est hominis nati tyrannidē, ea uita quam tu supra durissimam iudicabas? Valde. Est autem re ipsa, quamuis alicui non uideatur, uere tyrannus uere seruus, extremæ adulationi seruitutiq; astrictus, libidinibus nequissimorum hominum adulator; qui appetitus suos explet nunquam, sed plurimis indiget semper, atq; inops reuera esse apparet, si quis penetralia animi ipsius inspexerit. Pauore quinetiā perpetuo teritus, & solitudine angustiaq; uexatus, si modo ciuitatis eius statui cui præest, ipse est similis. Similis autē existit. An non? Et maxime quidem. Præter hæc uero huic illa etiā tribuimus quæ antea memorauimus, quod necesse sit eum & esse prius, & postea multo magis cum tyrannidem est adeptus, inuidum, iniustum, expertem beneuolentiæ, impium, omnisq; nequitia sentinam ac fomitem fieri, ex hisq; cunctis esse miserrimum, atq; alios etiam qui adhærent ipsi, similes reddere. Nullus mentis compos hic contradixerit. Age, quemadmodū iudex omnia circūspiciens de singulis iudicat, ita tu in præsentia proferas, qui tuo iudicio primus beatitudine, qui secundus; ceterosq; gradatim qui in numero quinq; sunt, enarra; Regium, honorifici imperij studiosum, paucorū potentia cupidum, popularem atq; tyrannicum. At facile iudiciū istud. Nam uelut si in ingressus, istos quæ si choros uirtute & prauitate, beatitudine, & huic contrario inter se comparo atq; iudico. Num præconem conducemus? an ego hæc potius pronuntiabo? Aristonis filium iudicasse uirum optimum, & iustissimum, esse beatissimum, eumq; esse dixisse hominem maxime omnium regium; seq; ipsum regem, pessimum uero & iniquissimum, esse miserissimum, talemq; eum esse qui maxime tyrannus sit, seq; ipsum & ciuitatē tyrannidem præmat. Ita sit promulgatum. Nunquid adiciam, siue lateat sic affecti homines, siue nō lateat homines pariter atq; deos? Adijce. Esto igitur. Etenim una hæc demonstratio sit: secundam uero si uidetur, hanc conuenit intueri. Quænā ista? Postquam sicuti ciuitas tres in species diuisa est, ita & cuiusq; anima trifariam diuidetur, ut arbitror; atq; hinc demonstratio sectida nascetur. Quænā? Hæc. Cum tres animæ partes sint, tres quoq; uoluptates esse uidentur, sua cuiusq; partis propria. Cupiditates quoq; totidē & principatus. Quo

miserrima res tyrannus tyrannidem natus

Quo pacto? Partem unam dicimus qua homo discit. Alterā, qua irascitur. Tertiam uero propter uarietatem uno non potuimus proprio ipsius uocabulo nominare, sed ex eo quod in se continet maximum uehementissimumq; concupiscibile appellauimus, propter uehementiam earum cupiditatum quæ ad cibum potumq; & ueneria rapiunt, & ad ea quæ ista sequuntur; nec non avarum cognominauimus, quoniam pecunijs maxime huiusmodi cupiditates explentur. Recte. Ac si uoluptatem affectumq; eius lucri dixerimus esse, in unam maxime summam reducemus orationem, ut aliquid nobis certum ipsi significemus, quoties id ipsum partem hanc animæ dicimus. Atq; si totum hoc pecuniarum & lucri cupidum nominemus, recte admodum appellabimus. Mihi quidem ita uidetur. Quid uero? Irascendi natura nōne ad potentiam, uictoriam, gloriam, trahit tota. Magnopere. Si igitur eam contentiosam ambitiosamq; appellabimus, nunquid recte? Rectissime. At uero partem illam qua discimus, constat cuiq; omnem ad ueritatem inuestigandam semper anniti, pecuniarumq; & gloriæ minimam curam habere. Omnino. Siterium hoc discendi cupidum & philosophum nominabimus, haud ab re erit nomen impositum. Est ut ais. Nōne dicimus in animis quorundam unam illarum partium dominari, in alijs aliam, quamcunq; contigerit? Dicimus. Propterea dicimus tria hominum prima genera esse, philosophum, contentiosum, avarum. Prorsus. Voluptatum quoq; species tres hinc subiectas, cuiq; suam. Omnino. Si unumquemq; istorum seorsum interroges, quæ uita istarum dulcissima, suam quisq; cæteris anteponet. Auarus quidē lucri ipsius cōparatione, honorum uel disciplinarum oblectamenta nullius existimabit, nisi quid forsan ad argentum cōferant. Vera loqueris. Ambitiosus autem quæ stus delectationem molestam putat, rursumq; eam quæ discendo percipitur, nisi doctrina inanem & umbratilem hominum pariat gloriam. Ita res se habet. Philosophum quoque ponamus cæteras uoluptates floccipendentem, dum eas ad iuge discendi gaudium, quo ipse fruatur inuestiganda ueritate, comparat: cæteras autem non necessarias uocantem, quia illas secuturus nō sit nisi necessitas cogat. Bene id nosse oportet. Quando igitur cuiusq; uitæ uoluptates ipsaq; uita in contentionem uenient, nō de hoc quod est honestius aut turpius uiuere, uel melius, aut deterius, sed de suauiori pacatioriq; uitæ statu, quæ ratione discernemus cuius sit sententia uerior? Haud satis habeo quid respondeam. Sic autem anima duerte. Quænā re iudicare oportet, quæcunq; recte diiudicanda sunt? Nōne peritia, prudentia, ratio? An habet quisq; alia, quibus melius iudicet? Nullo modo. Attende igitur: Cum tres sint, quisnam horum maxime expertus est omnes quas narrauimus uoluptates? Vtrum avarus discendo qualis sit ueritas, magis tibi uidetur expertus discendi iucunditatem, quam philosophus lucri? an potius contra? Periculum inter est. Philosophum nanque necesse est uoluptatem alterius a pueritia degustasse. Auarum autem haud quæ necesse est in ueritatis inuestigatione quanta in sit oblectatio percipisse, expertumq; fuisse. Immo uero si nitatur, non facile istud assequitur. Longe igitur a uaro philosophus, utrarumq; uoluptatū experientia præstat. Longe. Ambitiosus uero nunquid magis sapientiæ quam philosophus honoris oblectamenta gustauit? Honor quidem omnes eos sequitur, si propositum sibi officium exequantur. Etenim diues a multitudine honoratur, & fortis & sapiens. Quapropter omnes quanta prouenit ex honore uoluptas usu ipso intelligunt. Quanta uero sit in ueritatis contemplatione suauitas, solus philosophus sentit. Igitur quantum ad experientia attinet, optime philosophus præcæteris iudicat. Valde. Quinetiam una cum prudentia solus erit expertus. Nihil prohibet. Præterea organum illud per quod iudicandum est, non auari aut ambitiosi hominis, sed philosophi est instrumentum. Quale istud? Per rationes enim esse diximus iudicandum. Diximus. Rationes autem præcipue philosophi sunt instrumenta. Patet. Si diuitijs lucroq; optime unumquodq; iudicaretur, quæ laudaret uel improbaret uir quæstui deditus, necesse esset hæc esse uerissima. Penitus. Sin autem honore, uictoria, fortitudine, quæ ambitiosus & ad uictoriam ardentissimus iudicaret. Constat. Postq; uero experientia, prudentia, ratione, necesse est quæ philosophus & rationum uir studiosus laudat, esse uerissima. Quare cū tres uoluptates sint, uoluptas partis eius qua discimus erit utique suauissima, eiusq; dulcissima uita, in quo hæc pars dominatur. Nihil obstat. Nempe Philosophus apud quæ uere iudicandi est autoritas, suam laudat uitam. Quam uero secundam esse uitam, aut quam secundam uoluptatem, arbiter ille ponat? At con-

stat quod bellis et avaris hominis. Propinquior enim illi haec est avari. Postremam igitur lucri cupiditas uitam locare uidetur. Quid nunc? Duo haec itaque sibi inuicem ita succedunt, bisque iustus iam uicit iniustum. Tertium uero Olympicorum ritu, seruatori & Olympio Ioui tribuens, contemplant nullius praeterquam prudentis uoluptatem ueram prorsus existere, neque synceram, sed umbratilem atque inanem, ut ego ex sapientium aliquo audis, se mihi uideor: atque hic erit grauissimus iniusti casus atque ruina. Mirum in modum uerum quo pacto istud ais? Ita certe inueniam, te respondente perquirens. Quare. Dic obsecro, nonne dolori contrariam dicimus uoluptatem? Dicimus. Medium quinetiam quoddam ponimus, quod neque laetari est, neque dolere. Ponimus. Et cum medium sit, quietem uacationemque animi ab utroque. Nonne ita hoc dicitis? Ita plane. Meministi qualia esse solent aegrotantium uerba, dum morbo laborant? Qualia dicitis? Nihil esse dulcius sanitate, sed eos latuisse aiunt quod dulce id sit, antequam aegrotarent. Recordor equidem. Necnon acerbissimis doloribus uexatos homines exclamantes audis, nihil esse dulcius quam ea afflictione uacare. Audio. Quinetiam alii permultos huiusmodi afflictionibus cruciatis homines audis, dum cruciantur, uociferantes, afferentesque, dulcissimum esse nullo dolore affici, praesentique molestia esse liberum, non autem dicunt dulcissimum esse laetari. Nempe haec illis quies tunc forte gratissima. At uero cum laetari quis desinit, uoluptatis cessationem illam molestam existimabit. Forte. Quies igitur illa quam paulo ante utrorumque mediam esse diximus, quandoque utraque erit, tum dolor scilicet, tum uoluptas. Videtur. Num fieri potest, ut quod neutrum est, sit utraque? Non, ut arbitror. Atqui quando in animo uoluptas est, aut dolor, ambo motus quidam insunt. Utrique. Tertium uero illud quod neque dolor est, neque uoluptas, nonne quies aliqua est istorum mediam esse nuper apparuit? Plane. Quo pacto igitur recte putabimus, non dolere quidem suauem, non laetari uero acerbum esse? Nullo. Istud igitur non est, sed apparet, si ad molestum quidem conferas iucundum, si ad iucundum uero, molestum: idque tunc medium est, & quies. Neque uisa huiusmodi ueri quicquam de uoluptate nobis offerunt, sed deceptio ne quadam proueniunt. Sic monstrat ratio. Vide igitur uoluptates quae dolore nulum sequuntur, ne sapius id in praesenti disputatione ita natura comparatum existimes, ut uoluptas quidem doloris, dolor uero uoluptatis priuatio sit. Quorsum inquit, & quas uoluptates dicitis? Multae quidem & aliae sunt, sed praesertim, si anima uertere uis, uoluptates quae circa olfactum sunt: haec namque nullo prius antecedente dolore, repente ingentes proueniunt: & cum cessant, dolor eas nullus sequitur. Verissimam narras. Ne credamus igitur doloris cessationem, puram uoluptatem esse: neque dolorem, uoluptatis absentiam. Non. At uero earum quae per corpus ingrediuntur in animum, uoluptatesque dicuntur, ferme maximae quaeque ac plurimae tales sunt, ut dolorum liberationes sint. Sunt profecto. Et quae circa haec futura ab expectatione nascuntur, praegustationes quaedam uoluptatis, atque doloris, eodem modo se habent. Eodem. Scis quales haec uoluptates sunt, & cui maxime similes? Cui? Putas aliquid in natura esse supremum, infimum, medium? Equidem. Censes aliquem cum ab infimo ad medium fertur, aliud arbitrari ad summum ascenderet, & dum stat in medio, desissetque oculos illuc unde uenerat, alibi esse opinari quam in supremo, cum id quod reuera est summum non cernat? Per Iouem, non aliter hominem talem opinaturum existimo. Si iterum deferatur, deorsum fertur opinabitur, ac uere putabit? Quid nunc? Nonne haec illi eam ob causam contingunt omnia, quia nondum expertus est quid uere supremum sit, quid medium, quid uere infimum? Manifestum est quidem. Nunquid ergo miraberis, si ueritatis imperiti homines, tum de multis alijs non recte sentiunt, tum etiam circa uoluptatem & dolorem, horumque medium sic afficiuntur, ut quoties in dolorem incidunt, uere iudicent, dolentque reuera: quoties uero a dolore surgunt in medium, & repletionem & uoluptatem affeque arbitrentur? Et quemadmodum qui iuxta nigrum, solum aspiciunt fuscum, quoniam non uident album, clarissimum illud existimant: ita & qui doloris uacuitatem comparant cum dolore, ueram autem experti non sunt uoluptatem, iudicando decipiuntur? Per Iouem non istud mirabor equidem. Imo uero si contra eueniret, potius mirarer. Sic autem confidera. Nonne fames ac sitis & caetera generis eiusdem uacuitates quaedam sunt corporis ipsius habitudinis? Quid nunc? Ignorantia uero & imprudentia uacuitas quaedam est habitus animi. Maxime. Impletur autem & illud dum alimenta capit, & hic dum intelligit

De medio in
ter uoluptate
& dolorem

telligentiam. Quid nunc? Quanam repletio uerior? Utrum quae per ea fit quae magis ueriusque sunt, an quae per alia? Quae per ea quae magis sunt. Quanam censes purioris esse substantiae? Nunquid cibi, potus, obsonij, alimentorumque quorumcumque generis? An uerae opinionis speciei, scientiaeque & mentis, summamque uniuersae uirtutis? In hunc autem modum iudica. Quod inhaeret semper simili immortalique & ueritati, ac etiam tale existit, & in tali quodam sit, magis esse tibi uideretur: an illud potius quod rei nunquam simili atque mortali, nec non est tale, & in tali quodam efficitur? Longe praestat quod semper simili est cognatum. Essentia utique rei semper similis nunquid essentiae magis est quam scientiae particeps? Non. An ueritatis? Neque hoc. Sin autem ueritatis minus, nonne & essentiae? Necessariumque participant generibus his quae circa animi cultum uersantur. Minus. Num quid & corpus similiter minus quam animus? Et corpus. Nonne quod repletur his rebus quae magis ueriusque existunt, quod uere magis ueriusque existit, magis quoque repletur, quam quod his rebus impletur quae minus sunt, ipsumque est minus? Quid prohibet? Si ergo repleti rebus naturae contentaneis, efficitur, ipsum utique quod reuera uerioribusque rebus impletur, naturalius ac uerius uera afficit uoluptate. Quod autem ea quae & minus sunt & minus uera sunt, accipit, minus uere firmiter uere repletur, fallaciorisque & falsioris uoluptatis sit particeps. Necessesse est omnino. Homines igitur prudentiae uirtutisque expertes, & epulis rebusque similibus dediti, deorsum feruntur, rursusque ad medium usque proueniunt, & circa haec per omnem uitam oberrant: super haec uero emergunt nunquam, & quod uere summum est, nequaquam suspiciunt, neque ad supera euehuntur, neque uera ulla re quandoque fruuntur, neque stabilem puramque gustant uoluptatem: sed ueluti pecora humum pronispectant, uentrique obediens pacendo coeundoque artem conterunt, proque his rebus uerius potiusque calcibus inter se & cornibus ferreis, unguibusque decertant, sese inuicem ob inextinguibilem libidinem trucidantes, utpote qui neque ueram & firmam sui partem, neque pabilis ueris implent. Omnino est Socrates uulgum uitam quasi quodam panis ora culo. Hos necesse est uoluptates doloribus mixtas prosequi, quae simulachra uoluptatis uerae, & umbrae sunt, usque adeo inuicem doloris comparatione mutua inquinatae, ut & uoluptates, & dolores ex ea comparatione uehementiores appareant, amoresque ipsarum huiusmodi uoluptates rabidos insipientibus pariant, inflammationemque ad pugnam. Quem admodum Stesichorus Troianos inquit, uere ignaros Helenae de imagine ipsius inuicem decertasse. Necessarium est omnino ita id se habere. Quid uero circa irascendi naturam? Nonne & alia quaedam hominum similia contingant necesse est, quando quis id ipsum peragit, uel inuidia propter ambitionem, uel uolentia propter contentionis cupiditatem, uel ira propter morum difficultatem absque ratione ac mente sequens honoris, uel gloriae, iraque expletionem? Talia necesse est & hic fieri. Afferere igitur audeamus, quod & circa partem quaestus auarum, & aliam uictoriae studiosam, quaeque appetitiones tales sunt, ut scientiae rationisque obtemperant, easque uoluptates sequantur & captant, quas ratio ipsa concedit, uerissimas utique uoluptates quoad earum naturam uerarum uoluptatum est capax, admissentur, quippe cum pareant ueritati, ac insuper sibi proprias uoluptates percipiant: siquidem quod cuique optimum, id & maxime proprium. Proprium maxime. Quando igitur totus animus cum ea parte in qua est philosophia procul ab omni seditione cospirat, tunc euenit ut quaeque pars officio suo fungatur, & iusta sit, & proprias sibi uoluptates atque optimas, adde quoad fieri potest uerissimas, consequatur. Valde. At uero cum partium reliquarum aliqua superat, id protinus euenit, ut neque ipsa sui propria reperiat uoluptatem, & partes alias cogat alienam minimeque ueram uoluptatem sequi. Sic accidit. Nonne quae longissime a philosophia rationeque distant, maxime talia quaedam efficiunt. Prorsus. Longissime autem distat a ratione, quod & a lege & ordine. Videlicet. Longissimo autem intervallo se iunctae esse uisae cupiditates illae amore ardentibus atque tyrannicis. Omnino. Minimo autem discrepare apparuerunt regiae appetitiones & moderate. Ita. Tyrannus igitur a uera & propria uoluptate procul admodum erit: Rex autem illi est proximus. Necessesse. Amarissimam ergo tyrannus uita aget: Rex uero dulcissimam. Necessesse id prorsus. Scis ne quanto uiuit tristior rege tyrannus? Scia certe si dixeris. Cum tres cupiditates sint, & una quidem legitima sit, adulterae duae, adulterarum tyrannus supra sortitus fuit, dum legem fugit & rationem, seruis quibusdam & satellitibus uoluptatibus se committit

Quod cuique optimum, id maxime proprium

Iustus uir inuicem quam quantitate superet uoluptate

miscet, & quam longissimo intervallo a uoluptate legitima sit se iunctus, haud facile aliter, nisi forsitan hunc in modum exprimi potest. Quæ admodum? Ab homine paucorum imperij cupido, tertius apparuit esse tyrannus. Medius namque istorum uir popularis erat. Ita est. Cum tertio itaque uoluptatis, quod ueritatem quidem attinet, simulacro postillum congregatur, si uera in superioribus diximus. Sic est dicendum. Quinetiam paucorum potentia deditus, tertius a rege est, si in eodem optimitatem ac regem locamus. Tertius utique. Triplis igitur tripulum, numero quidem a uera uoluptate tyrannus distat. Apparet. Planum itaque simulacrum secundum longitudinis numerum tyrannicæ uoluptatis est. Prorsus. Secundum potentiam uero & tertium augmentum, manifestum est quanto discrepet intervallo. Manifestum quidem computatori. Siquis conuerso ordine quantum uoluptatis ueritate superat rex tyrannum, quæsiuerit, peracta multiplicatione inueniet regem uitæ dulcedine superare tyrannum, & tyrannum uitæ amaritudinis regem, gradibus uigintinoque & septingentis. Mirabile nimium intervallo hoc inter iusti & iniusti uiri uitam quo ad uoluptatē atque dolorē cumulauisti. Verus hic certe & conueniens uitis hominum numerus: si quidem ipsis conueniunt dies, noctes, mensesque & anni. Conueniunt quidem. Atque si in tantum uoluptate bonus iustusque uir malum & iniustum exuperat, mirum certe est quanto etiam magis ornamento, decore, uirtuteque uita exuperabit. Mirum certe. At enim postquam huc disputando deuenimus, repetamus, quæ a principio dicta sunt, ex quibus ad ista delati sumus. Dictum quandoque fuit iniuste agere illi prodesse, qui cum omnino iniustus sit, iustus tamen existimatur: an non ita dictum? Ita. Ad hæc igitur ita in præsentia differamus, postquam unam conuenimus, quæ uim & iusta & iniusta habeat operatio. Quo pacto? Imaginē animæ figuremus, ut qui illa dixit, qualia dixerit, recognoscat. Qualem? Talem aliquam, quales quondam memoratur fuisse naturæ Chimæræ ipsius, Scyllæ & Cerberī, & aliarum multarum, in quibus feruntur uariæ in eodem formæ congenitæ. Feruntur quidem. Finge itaque figuram unam bestiarum uariarum admodum, & capita circum multa habentis, capita in quibus partim bestiarum domesticarum, partim agrestium, quæ & permutare & producere ex se hæc omnia possit. Noui pictoris artificium narras, tamē cum ad fingendum sermo quam cera facilius sit, fingatur. Vnam præterea his adiunge superne leonis formam: huic unam insuper hominis. Et amplissimum quidem primum sit, angustius uero secundum atque tertium. Facilita quidem ista, quare & formata sint. Coniunge igitur hæc tria, ut ad unum cōficiendum inuicē cohærescant. Iuncta sunt. Circumpone extrinsecus ipsis hominis unius imaginē, ut illi qui ne queat interiora inspicere, sed exterius duntaxat cernat operimentum, unum animal, homo scilicet uideatur. Circumdedi. Dicamus itaque illi qui afferit prodesse homini huic inuicē agere, iuste uero uti uere nequaquam prodesse, cum nihil aliud afferere nisi prodesse illi ut bestiam illam multiplicem pascat & leonem, & fortiorē illam leonemque efficiat, hominē uero perire fame permittat atque eneruet, usque adeo ut propter imbecillitatem trahatur quo cunctaque cætera illa rapiunt, neque alterum cum altero mansuefaciat, inuicē uel conciliet, imò sinat singula se inuicē moribus lacerare, ac pugnantia se mutuo deuorare. Omnino hæc diceret, quisquis laudaret iniuriam. Ergo si quis dicat officia iusta prodesse, hæc agenda dicendaque monebit, ex quibus homo ille huiusmodi animalis interior, summam potentiam consequatur, feræque illius pluribus capitibus redimita, tanquam colonus curam habeat, domesticæ quidem capita fouens, irrigans ac nutriens, agrestia protinus amputans, dum leonis naturam ad hoc adiutricem accipit, communiterque curat omnia, & inuicē mutua beneuolentia sibi que conciliat. Profecto hæc ait, qui iustum laudat. Omnia itaque ratione qui iusta laudat, uera loquitur: qui uero iniusta, mentitur. Nam & quoad uoluptatem, & quo ad decus, & quo ad emolumentum, iusti laudator uera pronunciat. Vituperator autem neque uerique quam assert, neque nouit quod improbat. Nullo modo ut mihi quidem uideretur. Mitibus itaque uerbis illi persuademus, neque enim sponte delinquit: sic interrogantes. O beate uir, nonne & honesta uita instituta & turpia, ob talia quædam esse dicimus? Honestam quidem, quæ partem naturæ ferinam homini, imò fortassis diuino subiiciuntur: turpia uero, quæ agrestis domino mancipant mansueta. Consentiet, nec ne? Consentiet, si mihi crediderit. Estne aliquis cui prosit ex hac ratione iniuste aurum usurpare, siquidem accedit, ut dum accipit aurum, præstantissimam sui partem ignobilissimam seruire compellat? Etenim si accipit aurum, filium suum, uel filiam mancipium efficiet agrestium & improborum hominum, haudquaquam

quaquam accepisse prodesse, neque etiā si multum caperet: sin autem partem sui diuinissimam, partem prophandissimam scelestissimamque seruire cogit, neque misericordia tangitur, nonne erit miseræ multo cum grauiori sui pernicie, auri muneribus est corruptus, quam Eriphyle, quæ ut perderet uiri sui uitam monile illud accepit? Valde quidem, ut ego tibi pro illo respondeam. Nonne & intemperantiam olim appellatam tali quadam de causa putas, quoniam in ea, dira illa ingensque & multiplex fera ultra quam deceat uagatur? Patet. Contumacia uero & insolentia improbat, quando leoninum & serpentinum illud genus ita superat, ut præter omnem modestiam inualecat? Prorsus. Delicata uero mollietates in huius ipsius libera nimium relaxatione, quando in ipso timiditate & ignauiam procreat, reprehenditur? Quid nisi? Assentatio insuper illiberalitasque, cum aliquis hunc ipsum animositate uigorem turbulentæ multiplicisque bestiarum submittit, ac propter questum, eiusque inexplebilem cupiditatem deiecit, atque ita a primis annis assuefacit, ut ex leone in simiam uertatur. Magnopere. Mechanicus uero mercenariusque affectus cur infamis habetur? Tunc certe hæc in nobis infamia sunt, quando quis partis optimæ speciem natura sortitus est imbecillam, adeo ut bestiis quæ in eo sunt dominari non possit: colere uero tantum & possit & studeat, & earum blanditias solum nosse. Videtur. Nonne ut huiusmodi uir a tali quodam duce regatur, a quali & optimus quisque regitur, seruum ipsum esse debere dicimus optimi uiri, diuinumque in seipso imperatorem habentis: neque ad subiecti facturam, parere illum debere superiori censemus, quemadmodum de subditis omnibus Thrasymachus existimabat, sed quia præstat cuique, diuino sapientique principi subiecti, maxime quidem si talem in seipso principem habeat: si non habeat, principi huic saltem exteriori: ut omnes sint, quoad fieri potest cōsimiles & amici, eidem principi subiecti? Respondeo. Perspicuum quidem ex lege fit, quod tale quiddam ipsius est consilium, cum omnibus ciuibus æque prospiciat: tum illud etiā in pueros imperium idem ostendit, quo prohibentur sui iuris esse tantisper dum & in ipsis quemadmodum in ciuitate Rempublicam constituamus, optimamque ipsorum partem colentes, ex optima nostri parte exterioris huius principis loco similem quandam in ipsis custodem sibi ipsi imperantem creemus, ac tunc demum liberos esse permittamus. Cōstat plane. Quæ igitur ratione o Glaucō prodesse alicui afferemus iniuste uel intemperate, uel turpiter aliquid facere, ex quibus operibus deterior erit, dum pecunias ampliores, aut aliam quam uis potentiam consequetur. Nulla. Quo pacto iniurianti prodesse dicemus, ut & lateat omnes, & non det poenas? Nonne qui lateat, etiā sit deterior; hominis autem deprehensi castigatique, pars illa ferina sedatur & mansuecit, domestica uero pars liberatur. Et animus totus in naturam optimam restitutus, eo preciosior sumit habitum, temperantiam & iustitiam cum prudentia adipiscens, quam corpus cum robore & formam tum sanitate consequitur, quo anima est corpore preciosior. Sic est omnino. Quamobrem quicumque mentis est compos, huc omnem instituet uitam. Nempe in primis eas disciplinas plurimi faciet, quæ talem animam ipsius efficiunt, cæteras autem spernet. Manifestum. Atque neque corpus colet & nutrit, ut ferinæ irrationalis uoluptati indulgeat, neque ad sanitatem id referet, neque studiose id queret, ut robustus, uel sanus sit, uel for mosus, nisi unam cum his colat & temperantiam, ita ut corporis harmoniam propter ætatem consonantiam moderetur. Ita prorsus, siquidem reuera futurus sit musicus. Sed neque uulgi aestimatione commotus, ordinem, concordiamque in pecunijs possidendis, cum ulandisque mirabitur, in infinitum uel augebit, in infinitis malis obnoxius. Non certe, ut arbitror. Verum ad interiorē sui Rempublice semper respiciens cauebit ne quid in ea loco suo moueat propter uel indigentiam uel copiam pecuniarum. Atque ita semper & in optatis & in erogandis pecunijs, pro uiribus ager. Summopere. Quin & honores eodem referet. Nam eos duntaxat gustabit, ex quibus meliorē euasurum se sperat: eos autem & priuatum & publice fugiet, quibus deturbari posse quandoque præsentem animi sui statum ueretur. Nunquam rem ergo uolet publicam administrare, si id curauerit. Imò per canem, inquam, sed in ipsa sui ipsius ciuitate. Et maxime quidem. Non tamen in patria forsitan, nisi fors quædam diuina contigerit. Intellego equidem, quod ea in ciuitate dicis quam nos condidimus in præsentia, quæ & uerbis solum, in terris uero nusquam, ut arbitror, extat. At forte in cælo illius extat exemplar, cōspicuum ei qui & intueri uoluerit, & seipsum ad illud, cum inuitus est, instituerit. Nihil autem refert, siue uspiam sit, siue erit. Quæ enim illius officia sunt, ager solum; quæ alterius sunt nequaquam. Consentaneum est.



ACTENVS Socrates diligentissimus humani generis pedagogus ad legalem iustitiam, id est uniuersam uirtutem per ipsam iustitiam pulchritudinem genus hominum prouocauit, ab iniustitia uero per iniustitiae turpitudinem similiter reuocauit. Deinceps autem et ad illam per sempiternum eius fructum premiumque cohortabitur, et ab hac per sempiternum detrimentum eius et supplicium absterrebit, atque id est potissimum decimi huius officium. Sed antequam praecipuo hoc fungatur officio, prooemio quodam utitur, in quo diligenter absoluit quod et in prioribus dialogis attigerat, et in fine non reliquerat, admodum salutis publicae necessarium. Profecto noster hic morborum medicus humanorum in ea morbi specie curanda est diligentior, quam ceteri non solum negligenter curant, sed ne curant quidem unquam, immo uero quod deterius est, quasi rem saluberrimam diligunt, et omni studio complectuntur: imitatio nem inquam poeticam, qua ingeniosi poetae dum perturbatos animos acrius exprimunt, interim audientium letentiumque animis perturbationes similes uehementius et profundius imprimunt. Ac tanto magis insciunt, quanto laudantur et placent. Prooemium uero eiusmodi finem non congrue sequitur: ibi enim anima in rationem distribuitur, et in partes inferiores perturbationibus agitata, quarum imperium in anima primum, deinde in ciuitate tyrannicum appellatur. At quoniam poetica imitatio partes eiusmodi suscitatur, fouetque et auget, irritans iram, titillans libidinem, soluens risum, effundens lachrymas et querelas, idcirco rationis quidem regnum laesare, perturbationis uero tyrannidem uidetur adducere. Quamobrem Socrates pestem eiusmodi alioquin iocundam, sed maxime uenenosam perdit, ne ipsa nos perdat. Ac uide quanta charitate Plato noster ubique humano generi consulat, ea uidelicet disquirens circumspiciensque pericula, quae alius omnino nullus suspicaretur: adde insuper et naturae educationi quae propriae, id est poeticae ualde repugnans, modo strenue pro publica salute propugnet. Quamobrem nemini mirum uideri debet Platonem hic ob ueritatis amorem nel Homero suo non parere, quando quidem ob iniustitiae cultum, neque genio quidem indulget suo. Homero autem praecipue derogat, ut per ipsum imitatorum principem, ceteros multo magis damnatos existimerimus. Et quoniam dicit ab Homero neque diuina, neque humana doceri, intellige laudes in Philebo à Platone tributas Homero, non ex Platonis sententia, sed ex communi opinione deductas. Probat autem imitandi peritiam esse, ut narramus, ualde periculosam, praeterea seruilem atque uilissimam. Si quidem imitatores, neque res ipsas intelligunt, neque faciunt, sed apparentes sensibus rerum formas sequuntur, uulgaresque de his opiniones aucupant, et imagines quasdam referunt, et sensibus perturbationibusque obsequuntur, nulla rationis habita ratione. Quantum uero poetas improbat ubi perturbant, tantum probat si ad uirtutem et pietatem per honestas heroum laudes diuinorumque hymnos hortentur. Verum ut quam uilis sit omnis imitatio exprimat, artium genus in tres diuidit species, utentem, fabricantem, imitantem. Et utentem quidem Lyra, id est musica ait superare artem Lyrae fabricatricem, quoniam certo si bi praescripto sine forma illi proponit operis fabricandi. Fabricantem uero superare pictorem, Lyram coloribus imitantem. Qualem iudicat et poeta, sic ad aures rerum imagines, sicut pictor ad oculos, referent. Sed inter haec theologica quaedam de ideis mysteria inseruntur, quae quoniam de theologia latius aperuimus, raptim in praesentia perstringemus. Ascende age Platonicus contemplator ab ijs formis quas in mundi materia sentis, ad naturam formarum eiusmodi genitricem. Quam et si non sentis, cogita tamen in fusam mundi materiae ceu uitalem spiritum et plenum seminum, et per semina artificiose singula disponentem. Naturam hanc in mundo talem esse scito, qualem in te scis esse potentiam uegetalem. Ergo quemadmodum in te uegetali naturae intelligis praeesse sentiendi uirtutem: ita et in mundo naturam similem sed comunissimam, in fontem redige sentiendi quasi similem, sed comunissimam. Deinde et in te sensum in rationem, rationem in intellectum, et in mundo similiter sentiendi genus in rationalem naturam, atque hanc in genus intellectualem reducas. Praeterea cum percipias in teipso intellectum id quod intelligibile est appetere quasi perfectius, ab eoque formari uelut potentiore, praepone tam in mundo quam in te naturam intelligibilem intellectualem naturae. Intelligibile uero idem omnino atque ipsum ens appella. Hinc denique quod et intelligibile et ens appellasti, ipsum praepone bonum. Nam et ut bene sis esse cupis, et intelligibile gratia ipsius boni de sideras. Postquam huc ascenderit, percipies uniuersum sacro quodam septenario designatum, ab in finibus materiae sui generis per sensibiles qualitates, per naturam, per sensum, rationem, intellectum, intelligibile, ad ipsum bonum. Praeterea spiritum bonum cuncta sub senario numero quasi die sexto perfecisse, et in gradu septimo, uelut septimo die, id est in seipso conuicuisse. Aliorum namque omnium finis est ipsum bonum. Boni igitur nullum extra se finis, uel potest esse, uel fingi. Si bonum quo perficiantur appetunt omnia, conclude à bono effici omnia. Item si intrinseca propriaque uirtute omnia facit, intellige ipsum uniuersum in seipso completi. At quoniam prima ideorum simplicissima natura est, idcirco formas in eo omnium, formam ipsius unam esse memento, quam Plato boni ipsius uocat ideam, in qua dixit Timeus deum mundi opificem cum creauisset mundum reuicuisse, dicens mundum opificem in circumspectum suum se recepisse. Proinde ipsa idea boni, ideae, id est, speciales omnium formas specie duntaxat inter se distinctas, in natura intelligibili generat, qua ens uniuersum modo quodam intelligibili comprehenditur

henditur, intelligentia quoque omnis mira quadam super intelligentiam ratione. In hanc naturam intelligibilem omnes suscipiunt intellectus, ab eaque suscipiunt stabiles formulas idearum. Suscipiunt et rationes animae, unde et formulas licet quodammodo mobiles acceperunt. Post has rationalium formulas animarum, uirtutem quoque sensibilem, idearum descendunt imagines. Deinceps in uegetalem quoque naturam semina, perque qualitates denique in materiam. Quando igitur Plato inquit, deum ideas facere in natura, intellige in natura mundorumque intelligibili angelicarum capite mentium. Quod autem lectum dixit et mensam, exempli gratia dictum sit, ut per haec artificia intelligas naturalis, id est per lectum et mensam, eum qui his utitur hominem. Praeterea exemplum in arte praeposita quaestioni accommodatius uidebatur. Forte uero et formas regulis artium necessarias ab ideis abesse non putat. Neque mirum uideri debet hominem formas habere diuinitus, quam imaginationes artium bestis quoque non desint. Ac si eiusmodi formae diuinitus in anima fiant, idcirco dicuntur fieri in natura, quia naturaliter inferantur. Quod si quis ad artificia quaedam uideatur ineptior, dicent eum Platonici uel per uaria distractum fuisse, uel se totum ad opposita conuertisse. Nota Platonis uerba dicentis, deum non intelligere solum sed et uelles, significansque deum intra se intelligendo concipere, et extra se fabricare uolendo. Nota rursus deum naturalis unius speciei unam tantum speciem expressisse ideam in ipso intelligibili mundo, puta speciei humane idealem humanitatem unam, si enim in materia ubi innumerabilis mobilisque uarietas est, in singulis hominibus unio quaedam communis naturae seruatur, multo magis in simplici stabilique natura, pro una speciei naturali idea unica sufficit. Imo uero diuersa haec et instabilia unam in se naturae comunione non aliunde habere possunt, quam ab ipsa sublimi unitate naturae. Rursus si ponatur humanitates duae, certe qua ratione utraque humanitas est, inter se non differunt, imo sunt unum. Ergo si differant, profecto per additamenta quaedam utrisque subiecta, inuicem discrepabunt. Itaque neutra erit absolutio humanitatis ipsa, sed humanitas quaedam atque talis, et humanum quiddam potius quam humanitas. Et utrumque tanquam eiusdem humanitatis particeps, humanum similiter appellabitur: atque praeterea erit humanitas in seipsa prius unum, quam à subiectis pluribus capiatur. Merito deus cum sit simpliciter causa, non est dicendus autor quiddam hominis, uel eum qui curiuldam, sed autor hominis atque equi. Ideo unam absolutamque pro qualibet rerum specie procreauit ideam. At quoniam apud nos hic homo generat illum, haud quaquam homo hic hominis simpliciter dicendus est autor, sed quidam hominis cuiusdam autor. Neque enim solus homo causa est, sed est in causa, in numero uidelicet causarum, neque totum factum non enim materiam primam, aut animam, neque ipsi homini dat principium: ante hunc enim passim erat homo, et sine huius opera sit ubique factus homo. Vbi uero Plato dicit deum ideam unam progenuisse, quia uidelicet, uel nolebat plures fore, uel aliqua necessitas inerat non fore plures, intellige in deo ita necessitate cum uoluntate conuerit, ideo ut necessarium sit ita esse, quia deus ita uult esse. Si quidem in summa diuinitatis simplicitate non aliud est necessitas quam uoluntas. Ergo si dixeris, necesse est deum ita uelle uel facere, conuertam similiter, ualde deus ita necessarium esse. Merito ubi summa bonitas cum summa potestate concurrat, ibidem summa libertas cum summa necessitate conspirat. Consideranda sunt inter haec diuisa quaedam, ualde tamen utilia. Quae illud. Lectio uel doctrina nisi ad optimam rationem uitae conducat, est inutilis. Quae quidem in re admiranda sunt uita et disciplina Pythagorae, ac uere maxime apud omnes autoritatis. Platonis etiam tempore. Item poemata, si harmonice ac uerborum compositio adimatur, momenti nullius euadunt. Praeterea uirtus, aut hominis, aut rei, in facultate quaedam consistit ad finem illum praecipue conferente, cuius gratia et res ipsa facta est, et homo natus. Apparet interea quaedam inter sensum rationemque distinctio, quod sensus plerumque circa magnitudinem et figuram numerumque falluntur et pondus interim tamen ratio per ipsam metiendi et numerandi librandique facultatem iudicium sensus emendat. Consistat autem animam non posse eodem in tempore per eandem sui potentiam eadem de re modo contrario iudicare. Apparet etiam uires appetendi nobis inesse diuersas. Quippe cum rem eandem simul appetamus atque respiciamus. Aduerte non esse exigendum à probo ciue, ut omnino nihil deleat, sed ut nascentem dolorem eiusmodi rationibus cōsoletur. Vbi apparet aliam esse animi partem quae uelut aegra indiget medicina, aliam quae tanquam sana medetur. Haec uero rationes aduersus dolorem sunt praecipue quatuor. Prima quia incertum est, bonum ne id sit quod accidit, aut malum. Secunda, quae quaecumque sit, certe paruipendendum est. Nihil enim inter somnia humana magnipendendum. Tertia, quod nihil omnino dolere proficiamus. Quarta, quia dolor id semper, quod subitum nobis praesidio esse potest, impedit. Cōfirmat haec ex eo, quod et superari turpissimum est, et superare pulcherrimum. Qui uero dolore uel alia quauis perturbatione premitur, iam est turpissime superatus. Ideo praecipit ut in aduersis atque perturbantibus maxime medici duntaxat utamur officio, qui dolentibus non condolet, sed medetur. Comparat talorum iactibus quotidianas uitae sortes, quas ita uult rationibus emendari, quemadmodum iactus talorum arificio quodam ludu emendari uidentur. Sed superiora praepcepta ad ea quae sequuntur, quasi quaedam praekidia sint. Maximum quidem omnium id nobis in uita propositum sit certamen, quo superemus uitium, uirtutemque cōsequamur, cunctaque omnino quae inter homines habentur bona, ut ipsi boni firmus, pro nibilo habeamus. Si quidem propter uirtutem praemium maius est, quam cuncta quae inter homines possunt praemia reportari: quippe cum et ipse iniustitia splendat supra modum haec omnia superet, et in rebus mobilibus, breuibus, umbratilibus, reperiri nequeat praemium uirtutis immobile, sempiternum, uersisumque cōueniens. Ex his concluditur immobile in iustitia habitum propter immobile

premium exoptari debere. Quod quidem post presentis uite curricula laboribus iustitia manet. Alioquin iustitia ipsa, quae excellentissimum iudicatur bonum, iustis hominibus foret mala ob amorem iustitiae continue laborantibus, saepeq; affectibus iniuria, neque iniuriā ulciscens, adde & bona praesentia aeternorum desiderio contemnentibus, neq; premium apud homines iustitiae, imò uero pro iustitia iniustum sepe supplicium reportantibus. Quam obrem ne bonum noceat & iustitia careat premio, & deus uel minus provideat, uel pro merito nō rependat, iudicandum est fore animos immortales. Praesertim ut tam iniusti, qui uiuentes penas iniustitiae nō dederunt, saltem defuncti persoluāt, quā in iusti inter mortales omnino spreti, apud superiores coronentur. Hinc nobile tradit praecipuum. Animus immortalis non debet pro breui hoc, sed pro uniuerso tempore esse sollicitus. Immortalitatem animae Plato in Phaedro et Phaedone, alibiq; ostendit. Eiusmodiq; ratione esse certas demonstrationes ostendit in libro de Scientiā, dicens uerba eorum qui contraria sentiunt, examinanti ridicula tandem euadere. Item in Gorgia, astruans mysteria haec a Adamantinis rationibus esse probata. Praeterea in hoc decimo, ubi post argumentationē subdit, tum per talem argumentationē, tum per alias multas cogi nos ad id consistendum. Arbitror equidem in Platone uerbis nim quam dā latere mirabilē à paucissimis intellectam, ut non mirum sit, si per argumentationes Platonicas alij quidem demonstratū id existiment, alij uero nōdum demonstratū. Demostheni certe auditori Platonicas tantā efficaciam per uiam uocem persuasum fuit, ut dixerit: male se honeste mori q̄ turpiter uiuere, postquā Platonem atq; Xenocratem de animorum immortalitate differentes audiuerat. Eandem quoq; in scriptis Platonicis uim percipit Cleombrotus, & apud Cyrenen multi Egeiae auditores, qui sese à corporis carcere ob desiderium alterius uite liberauerūt. Eandē Platonicus percepit Boetius philosophia teste cōcedens hoc sibi certis rationibus demonstratum. Bandem Aurelius Augustinus persensisse uidetur, ubi ait hac de re nunq̄ dubitasse. Confirmantur haec ab Auicenna, rationes quasdam ad haec demonstrationes esse dicente. Neq; solum demonstrari posse Plato hic inquit, sed etiam facile demonstrari, apud illos, ut arbitror, qui cum ipsi purgatā segregatāq; à corpore mentem habeant, merito non diffidunt posse quandoq; animam segregatam à corpore uiuere. Quandoquidē experientur ipsi mentem suam seiunctam à sensibus uiuere melius quā coniunctam. Compertum etiā habent aliorum animas immersas corporibus atq; ideo uitiosas, uitio tamen morboq; proprio non interimi, & idcirco multominus alieno id est corporeo morbo posse corrumpi. Si quidem & corpus ipsum externo malo non prius perimitur, quā in uisum in se inferatur malum, quo proxime perimatur. Ceterum ne quis de animae suae diuinitate diffidat, iubeat illam à cōtraactis ex amore corporeo sordibus penitus expurgare, purgare, quā puras, quā simplices, quā diuinorum auidas, tanquam diuinitati cognatas, quā cito, quā bene luminis diuini sit capax. Quod autem dicit animas in dies non fieri numero plures, intellige non ita fieri, ut ex corporibus oriuntur & componantur. Quod quidem sequens ratio manifestat, dicens: si diuina de corporibus cōponantur, tandem cum diuina nunquam resoluantur in corpora, fore ut nihil reliquum sit corporū in natura. Rursus aduerte quod subdit animam non esse cōpositam, alioquin indissolubilem fore non posse. Atq; intellige essentiam ad hoc ut dissolui non possit, oportere uel nullis cōpositam esse, uel si sit cōposita, non tamen ex materijs ullis componi, atq; ita rursus conuari, ut in eius cōpositione multitudo non superet unitatem, imò uero unitas per harmonicam unionem superet multitudinem, statusq; motum. Conclude mysterium, partim ad prouidentiam, partim ad immortalitatem premiumq; iustitiae pertinens. Iustus quidem deo euadit similis, iniustus uero dissimilis. Cumq; non lateat deum, hunc sibi esse similem, illum uero dissimilem, rationi consentaneum est in istum deo charum esse atq; amicum, iniustum contra. Propterea deum iustos tanq̄ amicos nullo pacto negligere, sed illis semper ita prospicere, ut eis singula quamuis uideantur aduersa tandem euadant prospera, uel uiuentibus, uel defunctis. Verum cur nam hic historicus quodam ex emplo potius quā argumentationum diligentia mysterium immortalitatis asseruit? Quoniam eius ad iustitiam non tam uerborum artificio, quā & exemplo & opere sunt promocandi. Praeterea cur ad id confirmandum producit in medium hominem à mortuis resurgentem? Quia & si rationibus immortalitas consistet & cōmunis quaedam iustitiae executio, tamen locum, formam, dispositionem uel praemij, uel supplicij ab illo qui interuenit, oportet accipere. Quod nobis prope Phaedonis finem significatur. Neq; ab re resurrexisse testatur Herum Pamphyliū, pro salute patrie in praelio mortuū, ut significet eos qui pro publico mortuū uero bono, ad ueram uitam resurrecturos, quanquam ex multis unus resurrexit ad nostram. Sed nunquid historia haec est, an fabula? Historia esse uult Iustinus Platonius, martyrq; Christianus. Quod equidē non refellā. Vbi uero Plato apologiā fabulamq; nominat, exponi poterit historiam dici posse fabulam, quoties ultra res gestas auctorem habet allegoriam. Quam ob causam Olympiodorus quoq; ait Platoniē historiam & rationes sepe fabulas appellasse. Et quoniam manes & iustitiae loca figuratq; aliter in Phaedro, aliter in Gorgia, aliter in Phaedone, & hic alibiq; diffinit, perspicue patet haec praeter loci formam, sensum quoq; allegoricum continere. Vtitur autē hic circa resurrectionem duodenario numero, qui sphaerarum mundanarū apud praesicos est numerus, putantes oculo super quatuor elementa, esse caelos; quasi dicat opus esse uirtute diuina uniuersi domina ad mortuum suscitandum, idq; interdu ad hominū doctrinā diuina prouidentia fieri. Sunt & qui dicant annū magnū quo hominis anima suum explet circuitum per quē in idem redeat, duo decim annorum milibus comprehendit, tribusq; annis eiusmodi, annum mundi

exequari

exequari magnum, quo mundi anima per firmamenti motum, suum peragit ambitum, triginta sex annorum milibus peragendum. Circuitum uero animae nostrae per duodecim agi annorum milia inde uoluit, quia oportet per omnes discurrere sphaeras, chorosq; demonum & deorum, qui in Phaedro per duodecim ordines digeruntur. Sed quidnam sibi uoluit huiusmodi in terra duo, totidemq; in caelo? ut intelligas animas alia quidem uia ad terrā descendere, scilicet habitu quodam corporeo, alia uero à terris ascendere, scilicet habitu illius purgationis. Et caelo similiter labi in elementa corporis elementalis amore, ac uicissim resurgere in caelestia amore hoc refinito, caelestiq; accenso. Hinc ait Orpheus, Amorem omnium tam supernorum quā inferorum claus habere. Iudices animarum in aere & ethere collocat angelos, prouidentiae diuinae ministros. Post sententiā, iusti caelum petunt coram se & opera & iudicia praesertentes: quia uidelicet & seipsos nouerunt, tam sibi met q̄ alijs lucent. Iniusti contra descendunt sua ferentes à tergo. Neq; enim cognouere seipsos, neq; profuere sibi, sed ceteris exemplo sunt potius quā sibi met auxilio. Pratum in quo & ascendentes & descendentes ad tempus animae requiescunt, media quaedam regio est inter inferos & caelestes, ac dispositio inter bonum habitum atq; malum, & status beatitudinē inter atq; miseriam, limbo similis in aere designatus. Hic aduerte animas quae in superiori uita mutuam notitiā habuerunt, in altera inuicē se agnoscerent. Item in eiusmodi prato diuissime residerent animas secundum Platonicos, eorum qui in infantia decesserunt: de quibus Herus quaedā memoria parum digna recensuit. Quia cū in neutra partem declinauerint eligendo, neq; obdlexerint habitum, Platonicos eas in lumine tantū naturali relinquunt. At uero beatos quidem super naturale lumen, miseros autē infra id lumen positos esse putant. Agitur hic praeterea de supplicij purgatorij. Sed cur nā culpa doloribus aboletur? quia uidelicet uoluptatibus inoleuit. Nonne & medici morbos plurimum à contrario curant? Animaduerte Platoniē non temere ad delendam culpā numero uti denario, & centenario in super, atq; millenario. Sane pro quolibet uoluptatis gradu decem adhibet supplicij gradus. Primo quidem quaeritur quam ob causam plures penduntur gradus poenae q̄ percepti fuerint uoluptatis. Responderet ob leuē maiestatis diuinae crimen ita deberi. Praeterea sicut beatitudinis gaudia iustitia humana dolores exuperant, sic miseriae cruciatus iniustitiae uoluptates. Deniq; neq; tam facile delentur nota, quā facile imprimitur: neq; qui peccati habitum cōfirmavit, si uixisset ultra delinquere desuisset. Quaeritur deinde cur gradus decem. Quid si Plato Mosaicum decalogum est imitatus? cumq; arbitratus sit eum quodammodo contra praecipua diuinae legis decem agere, qui aliquod ex decem omnino neglexit, iure decies iudicatur cruciandum? Proinde denarius numerus dicitur uniuersus. Omnes enim numeros, uel infra se implicat, uel per se suosq; explicat replicando. Vniuersus autem numerus opportune animis purgandis accommodatur, ut per hunc significetur uniuersam corporis labem depouendam esse prius q̄ ad uniuersi peruenias principem, penes quem nihil potest esse corporeum. Quaeritur post haec, cur praeter gradus poenarum decem, annos centum affligantur iniusti. Respondeo quia si ad centum usq; uixissent annos, quo termino uita hominum quodammodo designatur, cōtinuē peccauissent. Attribuitur autem cui libet decem graduum numerus centenarius, unde numerus conficitur millenarius. Hinc illud. Centū errant annos. Item & illud. Mille rotam uoluere per annos. Praeterea Centum pro uno accipietis. Nam his Plato numeris, non solum in supplicio, sed etiā in quibusdam premijs utitur. Profecto si denarius in se ducatur multiplicando decies decem, ex eo nascitur centenarius. Dein de se reducatur in semetipsum, cōputando decies decem decies, millenarius procreatur. Itaq; & denarius uniuersus est numerus, & centenarius millenariusq; uniuersales sunt numeri. Item si ab uno procedas in decem, numerus nascitur linearis. Si à decē in centum, superficialis fit numerus. Si à decem in mille, fit solidus. Vt ergo allegorice exponamus, iniusti hominis anima à seipsa discessit in corpus, labesq; est infecta corporea. Hanc utiq; labem per denariū qui uniuersus est numerus, expurgatura est uniuersam. Quod uero denarium oportet in se duci centenarium procreādo, significat animam à corpore ad se per rationem emergere oportere. Deinde quod opus sit denarium in seipsam reducere millenarium generādo, allegorice docet animam non solum erga se uerti debere per rationē, sed per intelligentiam quoq; in se conuerti, atq; ita in unitatem reduci propriam, qua deniq; possit deo frui summa omnium unitate. Linearis autem numerus & superficialis & solidus, mystice docent ad mentē purificandam, non solum extrinsecā operum, uerborum, cogitationum superficiali, sed etiā profundissima quaeq; penetrabilia diligētissime perquirēda. Post limbū & purgatorium descendit ad inferos. Sed Platonicos uelle scito, nō solum in purgatorio temporales esse poenas, uerū etiam in caelesti quaedam regione temporalia gaudia, ut utriq; par pari respondeat. Sic enim distinguūt. Aut sensus in uita omnino praeuit rationi, aut omnino ratio sensui, aut semper inuicē pugnauerūt atq; in ea pugna uel sensus plurimū uel ratio superabat. Anima igitur in quibus sensus rationi per habitum cōfirmatum prorsus obtemperauit, sempiternū premium consequuntur. Cōtra uero affecti, sempiternis supplicijs cōdemnantur. Media uero, si superauerit ratio ad temporalia praemia: si uero sensus, ad temporalia supplicia transferūtur. Quibus uero nullum cōsultandi datum est tempus, limbus apud Platonicos seruatur eligendi locus, hic sub prati nomine designatus. Et si prata interterum Platonicos caelestia praesertim suprema nominant, hic tamē prata aeream significant regionem. Quo enim pacto hic per prata significaret sublimē caelū, cū dicat ad haec animas à caelis alias descendere, alias à terra uisceribus subito peruenire? Sint ergo eiusmodi prata sublimes quaedam aeris plagae, contiguae sublimibus illis terrae plagis

plagis quas in Phedone describit in paradisi terreni formam, felices sub uere perpetuo habere cultores. Ibidem Campos quoque ponunt Elysios, terrenos inquam. Nam celestes Elysios caelum habet octauum. Hinc illud. Astra tenent celeste solis, formaeque deorum. Mitto in praesentia Proclus & Plotinum, qui ubi Plato sempiternum dicit, exponunt uniuersum anni amplissimi tempus, quo singulorum temporum curricula peraguntur. Porphyrium quodam ex parte in hoc & Iamblichum magis probo, ut hinc intelligatur aeterna. Vbi enim Plato insana bilem dicit animum, & talem qui purgari possit nunquam, satis indicat aeterna supplicia, atque uicissim gaudia in infinita. Quo uero pacto alij quidam haec exponant, memoria dignum esse non censui. Praeterea si Platonis uerba consideraueris, agnosces Euangelicum illud: Ligatis manibus & pedibus in exteriores tenebras eum mitte. Sed addit hic, ligato capite. Vinculum quidem capitis significat rationis impedimentum, & luminis orbitatem. Nodus uero manuum, actionis profectusque priuationem. Denique ligati pedes, non ducunt, non progrediuntur, non perueniunt, sed uillata raptantur. Cognosces quoque sub igneorum hominum figura ultores demones, poenasque corporeas, id est ex multis percipies coniecturas. Notabis & proprium exterioris uocabulum. Praeterea tenebras, ubi clauduntur hiatus. Sub nomine quoque mugitus, stridoris dentium atque sletum. Postquam uero loca & poenarum disposuit, & genitorum per oppositam formam significauit, & media tetigit, ad illas iam reuertitur animas, quae in praepraetima est aeterno post praemium temporale, partim est terra post temporale supplicium confluerunt. Quas in elementalem rursum generationem dicit oportere reuerti, perquam illam eatenus progredi, quoad firmiore statum siue firmis simum quandoque promerentur. Haec inquit, septem in praepraetima dies conuicuisse. Hunc tu septenarium si per septem planetas interpretaris, item per septem dierum septenarios quibus ante motum factus in alio quiescit, ac etiam per septem quosque dies in quibus gradatim in utero formae mutantur, forte non nihil afferre uideberis. Sed quid istud ad animas? quae neque amplius in planetis sunt, descenderunt enim, & nondum alio clauduntur, descensura enim sunt in uterum postquam ad tria fata peruenerint. Interea aereo corpore aeream incolunt regionem. Verum istud placet. Forte etiam quia interim quodam modo uiuunt steriles, sterili quodam numero deputantur: & quoniam septenarius neque ex aliquo numero gignitur aliquoties repetitio, neque gignit aliquid intra decem, aptissime conuenit animabus adhuc utrinque a generatione uacantibus. Attribuunt Pythagorici eundem numerum Palladi, quia neque ex matre genita sit, neque genuerit. Conuenire uolunt & amicis a terrena adhuc matre semotis, & uniuersum sub Palladis sapientia contemptantibus. At cum primum ab eiusmodi uacatione confurgunt, subeunt octonarium, qui & gignitur, & primus est inter numeros solidus. Ideo cum anima congruit propemodum ad corpus solidum accessura. Solidum uero octonarium appellamus, quoniam ex binario per seipsum ter repetitio & in se deunte creatur, dimensionem trinam significante. Nam ex bis duo bis, octo complentur. Adde si colis musicam, uocem septimam esse penitus dissonam, octauam uero omnium maxime consonantem. Consonare autem oportet tam corpus animae quam utrumque fato, ut celestis anima in eadem cum corpore terreno commercium. Cuius quidem consonantiae tandem expletis numeris, anima iam ipsi & terra dissonat, & consonat caelum, si modo futura sit felix. Proinde quod quatuor dies ad generationis progressum, octo diebus Plato subiungit, intellige in natura animae uegetali uim & effectum quandam quodammodo iam regnare ad formandum corpus ex elementis quatuor constitutum. Item sub octaua consonantia opus est quarta quodammodo ad consonantiam accedente, & quinta uero iam consonantia. Quinque uero sunt si sequentes quatuor una cum praecedente coputaris uolueris. Quineta uidebis hic duodenarium assignatum, quo animae ad exordia generationis accedant. Duodecim enim ad id opus est sphaerarum & diuinorum demoniorumque ordinum adiumento. Vox insuper & consonantia duodecima perfectissimae est ex diapason & diapente, ex octaua & quinta resultans, sua quadam gratia rebus congruens amatorijs, conueniens quoque nuptijs. Eiusmodi uero animae iam iam amore quodam, ut ita dixeris, uenero duce, terrenis conciliandae sunt nuptijs. Sed cur Plato cum duodenarium computaturus esset, ac post septem, residuum esset subintenditur, non subito dixit quinque, ut uidelicet per octo et per quatuor inueneret mysteria quae audisti: rursumque per diei unius iter additum ad complendum duodenarium, animaduertes corpus ex quatuor compositum elementis non prius ad animam preparari posse, quam & ipsum in unam quintamque formam quasi caelo similem, fuerit temperatum, & animae unum ex se uitalem actum corpori facile imprimat figuram. Quoniam uero animae ad composita declinant corpora, fatis legibus magna ex parte subduntur, & uicissim fato duce ad illa labuntur, idcirco inquit, has animas in conspectum fatis procedere. Principio igitur naturam ipsam sub lumine columnari depingit, quod sit uinculum uniuersi. Naturam intellige uitalem seminariamque uirtutem ab ipsa mundi anima infusam materiae mundi: Quae propterea lumen dicitur, quoniam penetrans & uitalis. Item recta nuncupatur columna, quia quasi per longum totam ubique materiam penetrat, multoque formarum gradus producit deinceps specie & genere differentes. Dicitur etiam per omnem extendi partem, & caelum undique alligare, quia tota ubique adest & continet, multaque tanquam per latera quaedam inter se equalia & similia propagat: ita tamen, ut ex longitidine perueniatur ad latitudinem: quoniam penetrando diffunditur, & quatenus diffunditur, implet, regitque impledo. Hinc illud: Spiritus intus alit. Varietas uero colorum, seminalium uirtutum declarat uarietatem. In hac uirtute naturae fatalis latet fusus: secundum imaginationem quidem, ipse sphaerarum axis geminis polis centroque decorus: secundum

uero

uero rationem quodammodo animae mundanae simulacrum, uegetalisque uirtus eius naturae praesides, eamque uelut instrumentum mouens ad naturalia non solum artificiosae sed etiam inuitabiliter fabricanda: ut non solum ordo a natura sit in mundo, sed etiam a fato inuitabilis ordo. Hinc illud in politico. Mundus a naturali cupiditate fati quoque ducitur. Sed tanta naturae cum fato cognatio est, ut uix inter se a philosophis discernantur. Ut autem inuitabilem fati naturam exprimeret, fusum eius esse dixit ex Adamante. Veritatem autem, id est, caelum ex Adamante rursus, aliisque materijs, scilicet astris non solum fixis, sed & mobilibus atque coibus, multiplicique formarum uarietate, euidenter deinde octo depingit sphaeras, quae a natura quidem agitantur, sed a fato naturae praeside inuitabiliter agitantur, & instrumenta fatis esse dicuntur. Inculcantur inter haec multa ad mensuras, profunditates, interualla, motiones, harmonias, formas, uirtutes, sphaerarum celestium pertinentia, quae in Timaei commentarijs opportunius explicabimus. Summatim uero ex uelocissimo & ordinatissimo caelorum motu, potentissimoque contactu melodiae in gentem & uariam & suauissimam cogita procreari, grauiores quidem uoces ex motibus tardioribus, acutiores autem ex uelocioribus, ex medijs uero medias. At quoniam elementalium auditus ad celestem melodiam caret proportionem, sonus eiusmodi non auditur. Hic non uem Musas atque Sirenes esse cogitamus, octo sphaerarum tonos, concordantemque ex tonis harmonicis. Proinde fatalem summam id est tractum inquit inter genua deae Necessitatis uerti. Cui tres sunt filiae, Lachesis, Clotho, Atropos, quae uita cum matre caelestia uoluant. Mitto quid de his sentiat Proclus, non solum ponens Iouem unum uniuersalem mundi totius opificem, sed tres insuper sub conuentiones particulares opifices. Deinceps pari proportione deam unam esse Necessitatem in ordine illo custodientem omnia, in quo communis Iupiter cuncta composuit. Praeterea tria fata, id est tris deas huius Necessitatis filias, quarum alia alia sub matris imperio procul a transgressione conseruet. Et Necessitatem quidem deam omnino collocat super mundum, filias autem partim quidem a mundo semotas, partim etiam declinantes ad mundum. Mihi uero sicut & philosophis, alijs Platonico, magis placet, Necessitatem esse mundi animam. Filias autem tres esse tres huius animae uires ad fatalia pertinentes. Vocat autem Necessitatem, non quia uel naturae, uel rationi inferat uolentiam: sed quia omnia in suo quodam ordine ab opifice rerum instituto conseruat, neque permittit quicquam leges illius adeo transgredi, quin mox regrediat in leges. Caelos uoluit genibus, id est in summa parte sui, tanta uidelicet facilitate ut expeditissime interim contemplationis gaudio perfruat. Sed hanc ipsam uegetalem eius partem tribus appellat nominibus. Lachesis quidem, quia rerum seminibus grauida est, & uitarum fortibus atque formis, quas descensuris inferit animabus. Clotho deinde, quoniam in istas uitae fortes ordine suo euoluit in actum uiuendam, & explicat in effectum. Postremo Atropos, quoniam uitas iam euolutas in actum progressu quodam indeclinabili, ad inuitabilem usque terminum conseruat atque custodit. Nonnulli primam nominant Vestem. Secundam Mineruam. Tertiam uero Martem siue Martiam. Deinde quae dicitur Parcas ad Sirenum motus harmonicos canere, accipit: fatales uitas ad effectum per celestes motiones influxusque procedere. Sedes Necessitatis, filiarumque eius, ostendunt fatalis ordinis firmitatem, quasi oporteat mobilium progressionem ab ipsa motoris immobilitate regi atque ordinari. Sed uero paria interualla iustam, ut inter fata, tum per fata distributionem fieri euidenter ostendunt. Vestes albae tum fatorum naturam inuolutam ostendunt, tum innocentem. Non enim agit uniuerso malum, quod ab optimo uniuersi duce dependet. Corona describit imperium. Cantare est per temporum interualla ea congruitate digerere singula, quae diuina mens momento quidem intuens temporis, digerenda praescribit. Hinc fit ut Parcae omnes temporanea cantent. Et cur Lachesis praeterita, Clotho praesentia, Atropos uero futura? Respondeat Proclus, in praeterito quidem tria tempora cogitari. Nam & praeteritum iam dicitur, & quandoque fuisse praesens, et antequam praesens esset, fuisse futurum. In praesenti uero ipsum cogitari praesens, quod prius fuerat & futurum. In futuro denique futurum duntaxat agnosci. Post haec uero declarari praecipua esse Lachesis. Secundo dignitatis loco Clotho. Tertio Atropos. Verum cur nam Parcae globos tractant manibus, mater uero nequaquam? quoniam in summa illius animae uires cognatiores globis sunt quam animae ipsius substantia. Cur item Lachesis gemina tangit manus? quia in exordio & medium continetur & finis. Cur deinde Clotho amplior, & ab extrinseco tangit ambitum atque dexteram? Atropos autem angustior, rem ab intrinseco atque sinistra? Quia euolutio uitae per media, & ab extrinseca exorditur causa, & amplior est, contingit quoque prosperior. Inuitabilis autem terminus, & ab intrinseca iam prouenit proprietate concepta, & definit in angustum. Adde quae clam surrepit, & ut plurimum contra uotum. Quod autem Parcas inquit caelum intermissione quadam temporis tangere, ne putes fatales mundanae animae uires modo regere mundana, modo non regere. Si enim mutabilitas sit in fato, cuius propria immutabilitas ipsa est, nihil fungi poterit non mutabile. Plato igitur humano quodam more atque sermone diuina pingens officia, inuere uult, fata partim res ipsas tractare, partim uero nequaquam, tum quia mundanae animae uires in ipsa suae integritatis dignitate consistens, actionem suam rebus gubernandis accommodat, ac uicissim dum accommodat non miscetur: tum quia temporalem in operibus, uicissitudine exhibent, et qua intermissione in operatione sua dicuntur habere, non in se quidem, sed in effectu demonstrant: tum quia naturalia quidem tractat, super naturalia non attingit. Quae enim ad rationem puram liberamque, uel ad diuinam intelligentiam fato superiorem pertinent, minime tangit. Talia enim ad sublimem dei prouidentiam celestis fati superiorem miro quodam ordine reducantur. Similiter in Politico scribitur, mundanas alias a fato, alias a prouidentia regi: non quia intermissa quadam uicissitudine temporum fiat eiusmodi commutatio, sed quia quoti die

quodam

quædam sub fato fiant, quædam per providentiæ leges super fatalem seriem dissonantur. Accedit ad hæc & ani-
me nostræ aliis in providentiâ aliis profusus in fato, aliis in utroq; simul. Cum enim expedita tantu-
mente contemplatrice uiuant, in providentiâ solum, penitusq; libere uiuant. Cum uero in uegetali parte ad cor-
pus hoc inclinatio inualefcit, atq; ad imaginationem usq; talis inclinatio propagatur, ad fatum iam declinantes,
pariter à libertate degenerat. At dum composito corpori cõiunguntur, iam in ipsius corporis sui fatum sese mer-
gunt, minusq; admodum pristinæ retinent libertatis. Deniq; postq; affectus corporeos in habitum cõtraxerunt,
fatio iam funditus obruntur, omni libertate priuata. Queritur quam ob causam hic anime naturali quodam in-
stinctu ad Lachesi uiuant accedere. Profecto in generali natura corporeæ machine omnium sunt semina spe-
cierum, certis non solum formis & modis, sed temporibus quoq; pullulatura. Quinetiam in propria qualibet
cuiuslibet speciei natura similis quidam est seminalis ordo, sed ad speciem propriam pertinens propagandam atq; ser-
uandam. Similis & in quolibet sub specie in diuiduo fomes procliuatq; ad singula modis temporibusq; proprijs
prouidenda. Tres hæ naturæ deinceps ita dispositæ sunt, ut indiuidualis sequatur specialis, specialis simul & ge-
neralem, adeo ut plurimum quod ex unius natura est, pariter sit ex alijs, & particularis natura cõ uniuersa con-
sentiat. Eadẽ ferme ratione se habet fatum, id est præfiguratio quædam rerum explicandaru, tum in ipsa mundi ani-
ma, tum in duodecim spherarũ & siderum animabus, tum etiam in animabus iam quasi particularibus: quarum
numero sunt humana. In uegetali ergo uirtute anime nostræ propriũ quoddam inest fatum, & inoluta series su-
turorum, consentiens in forma modoq; & tempore una cõ fatis celestiu animarum, animaq; mundana. Quædam
modũ igitur plantæ cuiuslibet germen proprijs quibusdã figuris & suo tempore pullulã, sponte uidetur unã
uniuersali temporis uerni natura ad idẽ prouocante cõcurrere: sic & anime suapte natura suoq; fato opportune
proprias quasdã tunc promittit uitas, quando ad eadẽ similiter uniuersale cõducit fatũ, ita ut animarũ chorus su-
is quibusdã saltandi figuris uariorũq; simul diuersitate saltantiũ, fatalem imitetur cantũ atq; sonũ. Cantũ quidem
intelligi malim in celestibus animabus, in spheris uero sonum, in nobis deniq; saltũ. Tali quoddã instinctu ad La-
chesim anime in auspicijs uite perueniunt ad sortes suas per sortes Lachesi cõfirmandas. Cõfirmantur igitur per
prophetã quendam. Propheta hic duo quædã significat, tum uniuersalem primumq; providentiã in fluxu in ani-
mam, tum opportunitatẽ, sub qua ciuimodi fit cõcurfus, ut anime ad idẽ serantur, quò & fatũ perferat uniuersale.
Quod ergo dicit prophetã disponere in ordinẽ animas, sortesq; ad Lachesi in eas trans ferre, significat hæc omnia
cõfirmari, tum per providentiã diuinæ fauorẽ, tum per cõcurfus illius opportunitatẽ. Neq; ab re dictũ est parcas
uniuersam quidẽ manib. gubernare, sortes uero animarum & genibus Lachesi accipi. Nã cum uniuersũ gubernã-
tio præstantior sit q̃ dispositio animarũ, merito illa quidẽ manibus, hæc autẽ genibus perfici iudicatur. Sedere autẽ
in tribunali, autoritatẽ exprimit & iudiciũ. Inter sortes uero uitarũ atq; exempla, talis quædã uidetur esse distin-
ctio: q; sortes quidẽ ad uires pertinentes uegetales, exempla uero ad imaginationes, superiores quidẽ uegetali pos-
sentia, sed propinquas. Nempe cõ primum in hac potentia talia quædã futura uite semina præ cæteris inualefcit,
simul in imaginationẽ quoq; uitæ similis, figuræ & machinamenta cõiungunt, affectusq; seruescunt: perinde ut
pudã nos sanguinẽ corporis affectionẽ hilaris imaginatio sequitur, cholericã iracunda, Melancholica uero tristis,
secundã luxuriosa. Hactenus fatalis procedit necessitas. At enim ratio imaginatione superior, cuius est ratiocina-
tio, consilium & electio, ideoq; motus ad utrunq; liber, percipiẽs imaginationis figurã atq; affectus, potest cuius-
modi uitæ descriptionẽ probare pariter atq; reprobare. Quã ob causam dicit uirtutẽ esse à fato liberam, culpãq;
in uite deterioris electione, eligentis esse, nõ fati. Nam & si ex fato est tam in cõmuni q̃ proprio nouã iam uitam,
& nunc ut prius eligeret, ex consilio tamen est talem proprie eligere aut talem. Quippe si primã uiuendi formã
ab imaginatione oculis rationis oblata, ratio examinãdo reiecerit, non deerit statim aliã melior, rursusq; aliã.
Hinc illa providentiã inspiratio propheta cognominatur. Præmonstrat enim rationi quoddã iudicij lumine, eam
habere liberam consultandi eligendiq; facultatem, quã ue potissimum ex temeraria electione sequatur. Dicitur
q; propheta sortes fundere, exempla uiuendi proponere, non solum quia providentiã diuinẽ influxus quodam
modo fatalia sancit, sed quia fatalia sortes & exempla fatalia producit in rationis examen atq; iudicium. Quod
autem in præconio nunciat animas esse diurnas, exprimit eas & ibi esse in perpetuo die, & uitam quam tantũ su-
ciunt, unum esse diem atq; nocturnũ. Addit initium alterius fore circuitus, ut aperiat mysteriũ animarum à celo
in terram uicissimq; remeantium. Appellat humanũ genus non mortale solum, sed ut anime sua mala præsegiãt,
addit mortiferũ, quasi dicat corporis uitam esse anime mortem. Prænuiciat deinde & si ratio à principio in eli-
genda uita sit libera, postquam tamen elegerit, in hac quidem reiicienda non amplius fore liberã, licet quãdã
libera futura sit in ea, qualiscunq; sit, aliter atq; aliter componenda uel temperanda. Si queras quare aliæ homi-
num anime uitas alias eligant, respondebunt alijs speciales quasdam in animarum naturis differentias esse, alijs in-
diuiduales ualde atq; proprias, ad deniq; differentias illi multas ex superioris uitæ diuersitate deducias. Quod
& Plotinus ualde cõfirmat, & sequenti bus maxime cõsonat. Proinde anime eligentes uitã, simul demonem senti-
untur electæ uitæ ducẽ. De hoc alibi multa diximus. Hic ita distingue. Deos Platonicos alios cogitat extra mundũ
mentes: scilicet seiunctas à corpore tanq̃ intellectuales spheras, colentes deum unum tanquam ipsarum centrum
firmissimam

firmissimam & stabilissimam unitatem. Alios mundanos appellant, uidelicet ultra diuinum cultum uolentis
mundi spheris accommodatos. His demones subdunt, quasi ministros ad ea quæ uel in specie uel in spheris uel
in spheris fiunt, disponenda atq; componenda. Totidem igitur numerant genera demonum, quot in dijs munda-
nis demonum ducibus uires inueniuntur. At uero in quolibet mundano deo unitas ipsa suprema est substantiæ
sue, quia diuinum referat unitatem. Post eam est intellectus, simul omnia contuens, per quem mentes representat
angelicas. Item ratio per formas quadam progressionẽ discurrens, talium propria animarum. Præterea imagi-
natio quædam eatenus per particulares congregiẽs formas, quatenus per uniuersales ratio ipsa progreditur.
Deinceps natura sequitur uegetalis spheræ uiuifica simul & motrix. Secundum has quinq; uires genera quinq;
demonum computantur. Quorum ex numero celestes quidẽ demones deorum mundanorum unitatem accom-
modate sequuntur: ætherei uero demones, id est ignei deorum eorundem intelligentiam, ærei demones rationem:
aquei imaginationẽ terreni uero naturam, quam in dijs appellauimus uegetalem. Sub his Orphici, demones col-
locant subterraneos mundanorum deorum corpora in simo quodam ordine referentes, scelerumq; ultores. Quo-
rum hic Plato mentionem fecisse uidetur. Si queras quales potissimum demones duces sint animarũ in corpora
descendentium, respondetur non celestes, non ignei. Hi enim tanquam sublimiores reducant animas, non deca-
cunt. Item nec aquei, neq; terreni. Hi enim tanquam in sima generationis artifices, non tam ducunt in fatali ite-
nere animas, quã in præcipitia fati præcipitant. Ærei ergo restant demones medijs per media duces, qui rã-
tionis diuinæ comites humanam rationem in hoc itinere ducunt. Ex horum uero genere demonum alij alias du-
cunt animas, Saturni quidem Saturnias, Martij uero Martias, alijsq; similiter alias, accommodati potissimum sin-
guli singulis, tum ex affectione animi propria, tum ex providentiã fatoq; communi, maxime uero secundum elec-
tæ uitæ formam. Hoc deinceps uitæ duce subeunt iam anime tria fata, quæ solum ante conspexerant, uidelicet &
ita stante demone ordinis totius executore, & iam affectu corporeo gradatim præponderante. Demum post
tres Parcas ad Parcarum transeunt matrem: Necessitatem ipsam scilicet, cuius iam experiuntur impulsus. Dein-
de sub uehementi astu ire animas, tria significare potest: scilicet corporei amoris ardorem crescere, simulq; cu-
ram & sollicitudinẽ augeri. Item per ignis spheram è celo descendere. Præterea calor naturalis ministerium
ad terrenum corpus uiuificandum. At quoniam nimia terrenorum cura, celestia obliuioni mandantur, atq; per
obliuionem ex fertilitate sterilitas accidit, idcirco mox in Letheum, id est obliuiosum descendunt campum peni-
tus sterilem. Et quia ob diligentem mortalium curam, negliguntur æterna, unde & obliuio nascitur & iactura
& remissentia difficultas, inquit animas in campo Letheo ad flumẽ Amelitam, id est negligentia fundum usq;
descendere, ibiq; sub nocte recumbere, id est sub diuini luminis priuatione prosterni. Verum quid significat Ame-
lite aquam nullo unquam uase contineri posse? Poetica hæc quidem metaphora est, significans inferiorem mate-
riam, quæ flumen dicitur, fluitare per formas iugiter atq; fluctuare. Item obliuionis uitium, quod est retinere ni-
hil, sed statim effundere. Adde quod nullum extrinsecum sustentaculum seruat animam propria negligentia per-
euntem. Quod præterea necesse sit ex obliuionis fluuiio bibere, patet, quoniam ita fieri ex natura propria, &
communi fato & providentiã est institutum. Bibere autẽ aut plus aquæ aut minus, ex affectu ad corpus prouenit
magis minusue procliuẽ: idemq; maioris minorisue obliuionis est causa. Sicut potius maioris aut minoris ad re-
missentiam facultatis. Has utiq; passiones quodammodo experitur anima in corpore quodam ex ære crassio-
ri composito in superiori campo, antequam terrenæ matris utero cõcludatur. A celestibus enim corporibus ad
terrena, non solum per elementum, sed per corpus æreum fit descensus. Subiungit animas in hoc æreo corpore
ad mediam usq; noctem dormire, ostendens mox sub terreno corpore non dimidiã iam, sed integram ignoran-
tiam noctem fore. Somnus testatur & rationis impedimentum & iudicij falsitatem. Postremo animas, inquit, for-
tuit terreno in sinuari sub tonitru quodam atq; terræ motu, duabus ut puto de causis: tum indicans infelicibus au-
spicijs hunc carcerem ingredi, tum ostendens tam celestem quã terrenum motum, & quidem uehementem, ad
diuinam animam tam tetro carcere coercendam concurrere oportere. Proflire uero ad generationem animas
stellarum instar, ultra figuram poeticam subinsinuat animas stellares esse quodammodo, & ad stellas denique
reducitur. Quod autem Plato de migratione animarum in corpora bestiarum tam ridiculam affert fabellam,
ab anticularum fabulis nihilo discrepantem, profecto nos admonet, totum allegorice exponendum: uidelicet rã-
tionales animas, non in uitam bruti, sed brutam, id est quodammodo bruto similem uicissimq; demigrare. Quod
quidem omnibus pene Platonicis excepto Plotino maxime placuit. Idemq; Origenes in libris cõtra Celsum con-
firmare uidetur. Tu uero ne negligas morale præceptũ, electionis rectæ peritiam cunctis rebus & artibus præ-
ponendam. Præterea tam multa de spherarum pulchritudine atq; potentia hic adducta fuisse, ut cogitemus in-
finitam & præmium in celo in gens consequuturam, & ad optimam uiuendi electionem magnopere conductũ
147. Verum dices iam magnanime Laurenti te hic à Marsilio Ficino commentarium accepisse potius quã ar-
gumentum. Esto sane, operæ precium fuisse arbitror atq; fore, ut argumentum quidem promiserim, commenta-
riam uero præsterim.

DIALOGVS DECIMVS

DE IVSTO.



IQV IDEM cogitanti mihi, inquam ego, de hac quam nuper uerbis condidimus ciuitate, cum alia permulta recte admodum statuiffe uideamur, tum uel maxime quæ de poesi sunt lata. Quæ nam ista, inquit. Ne uel delictet ulla poesis pars, quæ in imitatione consistit, recipiatur. Præ cæteris enim nunc est perspicuum, ut mihi uideatur, nihil tale à nobis esse recipiendum, postquam singulæ seorsum animi distinctæ sunt species.

Quomodo istud ais? Ut apud uos dicam quod sentio (neque enim uos me coram tragicis imitatoribusq; poetis alijs accusabit) corruptela quædam mentis omnia hæc esse uidentur eorum, qui cum imitationes istas audiunt, medelam illam mentis non habent, qua potissimum quales hæc fabulæ sint, discernant. Quorsum ista? Dicendum quidem, & si amicitia quædam & reuerentia à pueritia mihi erga Homerum cõtracta me detinet. Etenim insignium istorum omnium tragicorum dux & magister primus extitisse uideatur. At ueritati uirum non censeo præponendum. Quare quod institui, dicendum est. Omnino. Audi igitur. Immo uero responde. Interroga. Nunquid explicare mihi potes omnino, quid imitatio sit? Neque enim ego satis quid sit, intelligo. An igitur ego intelligam? Nihil id mirum esset. Nam sæpe cõtingit, ut qui hebetiore sunt acie, nonnulla prius intueantur, quàm qui acutius cernunt. Est ut dicis. Cæterum te præsentem, nunquam auerem quod mihi uideatur, exprimere. Sed ipse uideris. Vis hinc exordiamur, solita illa nostra ratione considerantes? Speciem unamquamque ponere solemus de quibuslibet pluribus quibus idem nomen imponamus. An non intelligis? Intellico quidem. Ponamus utique nunc quoduis è multis. Vt ecce, plures lecti sunt, atq; mensæ. Quid nî? Ideæ tamen harum rerum duæ sunt. Vna lecti, mensæ est altera.

Ita est. Solemus autem dicere, supellectilis utriusque artificem, sic opus suum absolueri si in ideam illam intueatur, unum quidem lectos, mensas alterum, quibus ipsi utimur, cæteraq; similiter. Nullus enim artifex ideam ipsam fabricat. Quo enim pacto?

Nulla. Vide præterea nunquid talem aliquem uoces artificem? Qualem? Qui facit omnia quotcumque unusquisque artifex eorum qui manibus operantur. Potentem narraturum atque mirabilem. Nondum integram eius uim expressi. Forte uero multo magis miraberis, si expressero. Nempe idem iste artifex, non solum omnia potest supellectilia fabricare, sed etiam quæcunque ex terra nascuntur efficit, & animalia omnia atque seipsum. Terram quoque, cœlum, ac deos, & quæcunque in cœlo sunt, & sub terris apud inferos, peragit. Sophistam narras mirabilem. Diffidus? Dic obsecro, nunquid nullo modo huiusmodi artifex esse tibi uideatur? uel quodam modo istorum omnium faber esse, quodam modo uero non esse? An non aduertis hæc omnia te quodammodo efficere posse? Quis nam hic modus? Haud difficile, potes enim passim & celeriter omnia facere. Speculum accipe, passimq; circumferas. Solem protinus facies, & quæ in cœlo sunt, terram quàm primû, ocyllime te ipsum, & cætera pariter animalia, supellectilia, plantas, & quæcunq; nuper cõmemorauimus. Imagines istorum quidem, res ipsas minime. Opportune, inquam ego, nimis respondisti. Talis utiq; faber est & ipse pictor. Nonne? Est. At ipsum dices haudquaquam facere uera quæ facit, quanquã & aliquo pacto pictor quoq; lectum facit. An non? Facit quidem & iste, sed apparentem. Nonne dicebas quod lecti faber speciem quidem ipsam quam esse dicimus id quod lectus est non facit, sed lectum aliquem? Dicebam equidem. Si id quod est non facit, haud sane quod uere est facit, sed tale aliquid, quale quod uere est, non tamen ipsum quod est reuera. Perfecite autem esse fabri, aut lectorum, aut aliorum artificiorum opus si quis dixerit, aberrabit. Nõ, ut uideatur his qui in disputationibus hisce uersantur. Nihil mirum igitur, si & hoc ad ueritatem est tenue. Non certe. Vis in istis quoque inuestigemus qui imitator iste sit? Si placet. Nonne tres hi lecti sunt? Vnus quidem in natura ipsa existens, quem deum dicemus, ut arbitror, effecisse. Num alium quenquam? Nullum. Alter quem faber cõficit. Plane. Tertius uero quem pictor. Nonne? Est. Pictor itaq; lecti faber, & deus.

deus, tres sunt, tribus lectorum speciebus præsidentes. Tres utique. Deus igitur siue quia nolebat, siue quia aliqua necessitas inerat, non plures, sed unum in natura ab ipso lectum fieri, ita solum ipsum unum fecit lectum, qui sane est id quod est lectus. Duo autem tales, aut plures, à deo neque tum geniti sunt, neque gignentur. Qua ratione?

Quia si duos faceret solos, unus iterum, cuius ambo haberent speciem, apparet: ipseq; esset id quod lectus est, non autem duo illi id essent. Scite. Hæc cum intelligeret deus, uelletq; uerus esse auctor ueri lecti, non autem lecti cuiusdam auctor quidam, unum duntaxat natura progenuit. Videtur. Vis ergo hunc, huius plantatorem uel tale aliquid appellemus? Par est, quandoquidem natura & hoc & alia omnia fecit.

Fabrum uero, nonne lecti opificem? Et hoc. Num & pictorem quoque factorem huius operis & opificem? Nullo modo. At quomodo ad lectum habere huc dices?

Apertissime dici mihi posse uideatur, imitator eius cuius opifices illi dicuntur. Ergo imitatorum uocas eum, qui tertium à natura facit? Valde. Talis utique erit & tragicus: siquidem est imitator, tertius quidam à rege & ueritate: similiterq; alij omnes imitatores. Apparet. De imitatore quidem consensimus. Sed de pictore mihi dicas uelim, utrum ipsum unumquodque quod est in natura, imitari contendat, uel artificum opera. Artificum opera. Vtrum qualia sunt uel qualia nobis apparent? Hoc præterea mihi discernas. Quomodo id ais? Sic lectus quidem siue ex obliquo, seu è regione cernatur, seu quouis alio modo, nunquid à seipso differt? Vel nihil differt? aliter uero uideatur dispositus aliter intuentibus, cæteraq; similiter? Sic apparet quidem, differt autem nihil. Animaduerte & istud, quid in singulis intendit pictoris industria: utrum ut se habet res singulas imitari: an quod apparet potius, ut apparet? Imaginis apparitis uel ueritatis potius imitatio? Apparentis imaginis. Procul igitur à uero est imitator: atq; uidetur, propterea omnia potest facere, quia exiguum quiddam cuiusque attingit simulacrum. Quemadmodum pictor pinget nobis coriarium, fabrum, & opifices alios, cum nihil in artibus his intelligat: ueruntamen si peritus sit pictor, expresseritq; fabri ipsius imaginem, quam procul ostendat, pueros demetresq; homines ita decipiet, ut ueris esse faber illis appareat. Quid nî? Cæterum, o amice, hoc in huiusmodi omnibus cogitandû.

Quotiens aliquis nobis de hoc ipso nunciat, se uidelicet homini occurrisse in omnibus artibus erudito, perfectissimèq; præ cæteris intelligenti quæcunque alius quouis intelligat: huic protinus respondendû, quod fatuus est, & in magum quendam præstigiatorum incidit, cuius imitationibus sit deceptus: idcirco enim illum uisum sapientissimum quod ipse nequiter scientiam ab inscitia, & imitationem ab ipsa re discernere. Verissima loqueris. Nonne post hac tragœdiam discutere decet, ducèq; ipsius Homerum? postquam à nonnullis accepimus, tragicos poetas artes omnes intelligere, humanaq; omnia tam ad uirtutem quàm ad uitium pertinentia, necnon & diuina: porro poetam bonum oportere si recte que componit sit tractaturus, eorum habere scientiam, aut nihil posse componere. Quare discernere debemus, utrum qui eos laudant imitatoria poetarum industria decepti sint, eorumq; opera dum aspiciunt, haud plane perfertiant tertio gradu distare à ueritate, faciliq; factu esse uel homini ueritatis ignaro. Umbras quippe non res ueras faciunt. An forte non nihil dicant, ac reuera poetæ boni intelligant ea de quibus uulgo bene loqui uidentur. Discernendum omnino. Siquis possit ambo perficere, & id quod in imitationem cadit, & eius simulacrum, nunquid eum putas in simulacris fingendis imitatorum? idq; opus sibi in uita tanquam optimum propositurum? Minime. Nè pesi ueram eorum quæ imitatur peritiam habeat, multo magis operibus ipsis quàm eorum imitationibus, ut reor, incumbet: conabiturq; multa & præclara opera sui monimentum posteritati relinquere. satiusq; censebit ut ipse ab alijs laudetur, quàm ut semper alienorum operum sit laudator. Ita equidem arbitror. neque enim æquus honor aut æquum emolumentum. Cæterum de alijs quidem rationem minime exigamus, Homerum aut alium quemuis poetarum interrogantes, si quis eorum medicus reuera fuerit, non solum uerborum ad medicum spectantium imitator, quos nam uel ueterum uel nostrorum hominum sanos poeta reddiderit, quemadmodum Aesculapius, aut quos reliquerit artis medicinæ discipulos, quemadmodum ille filios. Sed neque ab eis de alijs artibus sci-

scitemur. mittamus enim reliqua. At uero de maximis illis præclarissimisque rebus quas tentat Homerus, bellis, castris, rebus publicis, & hominum disciplinis, par est ita eum interrogare. O dulcis Homere, si non es a ueritate tertius, fingis uel uirtutis imaginem, quem imitatore in superioribus definiuimus, sed es secundus, potesque narrare quæ studia homines uel meliores uel deteriores priuatim publiceque efficiant, dic obsecro, quæ nam ciuitas per te rectius disposita est? sicuti Lacedæmon per Lycurgum, perque alios multos multæ & paruæ ciuitates & amplæ. Cuius potissimum urbis homines legum te optimum prædicant conditorem, & beneficia in se tua commemorant? Charondam quidem Italia & Sicilia celebrant. Nos Solonem. Te uero quis prædicabit, & qualem? Nullus, ut arbitror, beneficia eius commemorat. Quin neque ipsi Homeri assertores testari hoc audent. Quod præcipue bellum Homeri temporibus ipso consultore uel duce feliciter expeditum commemoratur? Nullum. Præterea quæ uiri huius tanquam in his rebus sapientis inuenta ad officia uitæ & artis aptissima referuntur? ut Thaletis Milesij, & Anacharsis Scythæ. Nihil tale. Si minus publice, at saltem priuatim, quibus nam Homerus ipse dum uiueret, disciplinæ dux dicitur extitisse, qui & eius consuetudine delectati sint, & posteris Homericam aliquam rationem uitæ tradiderint? Quemadmodum & Pythagoras in hoc summa cum auctoritate uixit, & posterius etiam his temporibus uitam Pythagoream celebrantes, inter ceteros illustres habentur. Neque tale quid rursum de Homero narratur. Creophilus enim, ô Socrates, forsitan Homeri familiaris, disciplina etiam magis quam nomine ridiculus apparebit, si quidem uera sunt, quæ de Homero narrantur. Dicitur enim negligentior in eum fuisse dum sub hoc ipso uiuere. Dicitur sane, At enim ô Glauco, si reuera poterat Homerus instruere homines, ac reddere meliores, utpote qui in his rebus non imitationis tantum esset, uerum etiam intelligentiæ compos, cur non multos sibi uendicauit amicos? cur non uiuens honoratus est? cur non amatus? Profecto Abderites Protagoras, & Prodicus Chius, alijque per multi possunt hominibus sui temporis suadere, priuatim singulos adeuntes, nunquam eos rem familiarem & publicam recte gubernaturos, nisi ipsi eos erudiant: & ob hanc sapientiam tam ardentem amantur, ut uix sectatores eorum se contineant quin capite eos circumferant. Homerum autem uel Hesiodum, illorum temporum homines, si quidem poeta illi quicquam iuuare eos ad uirtutem potuerunt, nunquid permisissent oberrare tam diu carmina passim decantantes? Quin potius magis hos quam aurum complexi fuissent, induxissentque ad domesticum familiarumque conuiuium; quem nisi impletraissent, sequuti fuissent passim, dum quantum satis erat, isdem studijs imbuti fuissent.

Vera prorsus mihi loqui uideris, ô Socrates. Ponamus igitur omnes ab Homero imitantes poeticos homines, uirtutis imaginum imitatores esse, cæterorumque similiter quæcunque canunt, ueritatem uero nequaquam attingere. Sed ut paulo ante diximus, pictor uisibilem coriarij pinget imaginem, cum & ipse de coriaria nihil intelligat, & imago illa coriarius ipse appareat illis qui rem ipsam nequaquam intelligunt, sed à coloribus figurisque spectant. Prorsus. Haud secus poetam dicemus colores quosdam artium singularum nominibus uerbisque exprimere, cum ipse horum nihil intelligat, sed imitetur duntaxat, adeo ut his qui hæc à uerbis iudicant, bene dicere uideatur, siue de coriaria, uersu rhythmoque & harmonia, siue de re militari, aut de quibuslibet alijs dicat. Vique adeo natura quadam aures poetica ista demulcent. Arbitror autem nosse te qualia uideantur hæc opera poetarum, cum musica coloribus spoliata considerantur. Animaduertisti nequam? Animaduerti. Nonne perinde se habent ac facies eorum qui propter adolescentiam formosi potius sunt, quam pulchri: quales aspectu sunt postquam ipsos flos ipse destituit? Omnino. Age igitur & hoc animaduerte. Imitator, simulacri auctor, rem ipsam haud quaquam intelligit, sed apparentem rei ipsius imaginem.

Ita est. Ne imperfectum id relinquamus, sed quod satis est, contemplemur. Dicis.

Pictor habenas pinget ac frenum. Plane. Faciet autem coriarius, ærariusque faber.

Valde. Nunquid intelliget pictor, quales esse debent habena, quale frenum? Vel neque ipse quidem factor, siue ærarius faber, siue coriarius, sed solus ille, qui his uti scit, eques? Vera loqueris. Annon circa omnia sic esse dicemus? Quomodo? Circa quodcumque

quodcumque has esse tres artes, Utentem, facientem, & imitantem? Certe. Virtus igitur, pulchritudo, rectitudo cuiusque instrumenti, animalis, & actionis, non ad aliud refertur quam ad usum, cuius gratia unumquidque est & factum, & genitum. Ita est. Necessè igitur eum qui utitur aliquo, peritissimum esse, & operis factori significare, qualia bona uel mala facit in usu eius quo utitur. Quemadmodum tibicen tibiæ fabro ostendit, quæ tibiæ ad usum aptissimæ sint, ordinatque quales oporteat facere: ille autem ministrum se præbet. Quid nunc? Nonne hic intelligens, de aptis & ineptis tibijs pronunciat alteri? Ille uero credens efficit? Plane. Circa idem igitur instrumentum, factor quidem rectam habet fidem de pulchritudine & prauitate, adherens intelligenti, coactusque ab intelligente audire: utens autem, scientiam. Prorsus. Imitator autem num habebit scientiam ex usu eorum quæ pingit, utrum pulchra sint & recta, uel contra? Vel opinionem rectam, ex eo quod necessario intelligenti adhæreat, instruatque ab eo qualia quæque pingenda sint? Neutrum. Ergo neque intelliget, neque recte opinabitur imitator, circa eorum quæ imitatur, pulchritudinem, contrarium uero?

Non uidetur. Bellus erit in effusione imitator quod sapientiam attinget, in ijs quæ facit? Non multum. Veruntamen imitabitur, haud intelligens quo pacto unumquodque uel recte habeat uel contra. Sed ut appareat, quod credat multis ignatisque esse pulchrum, hoc imitabitur. Quid enim aliud? Hæc sufficienter nobis asserta uidentur, imitatores scilicet nihil æstimatione dignum intelligere de his rebus, quas imitantur: sed esse iocum quemdam imitationem potius quam rem seriam: omnesque eos qui tragicam potestim tam bis heroicisque carminibus tractant, imitatores uel præ cæteris esse. Et maxime quidem. Per Iouem, inquam ego. Imitatio autem hæc tertio gradu distat à ueritate. Nonne? Est ut dicis. Ad quale igitur eorum quæ in homine sunt, pertinet, quatenus uim habet eiusmodi? De quo nam interrogas? De tali quodam. Magnitudo eadem eminus atque comminus conspecta non æqua uidetur. Non. Eadem quoque obliqua & recta in aqua nobis & extra aquam aspicientibus, cauæ iterum & prominentia propter uisum circa colores errorem, uidentur. Omnisque huiusmodi in anima nostra turbatio comperta est. Quam quidem naturæ nostræ debilitatem adumbrationis facultas, & præstigiolorum ingeniositas, reliquaque machinatio aggressa, nihil magicæ seductionis intentatum relinquunt. Vera loqueris. An non metiendi, numerandi, librandi disciplinæ aduersus hæc opportuna sunt homini adiumenta, ne id in nobis praualeat quod apparet maius uel minus, aut plus, aut grauius, sed numero, metro, latice deprehensum? Quid nunc? Atqui hoc rationalis animi partis est officium. Huius ipsius. Hoc autem sæpenumero mentiente iudicantemque maiora esse nonnulla uel minora alijs alia, uel æqualia, contraria simul circa eadem hæc nobis apparent. Sic accidit. An non aliàs diximus fieri non posse, ut eadem uel animæ simul & circa eadem contraria opinemur?

Ac merito diximus. Vis igitur animæ quæ præter mensuram opinatur, haud eadem erit atque illa, quæ cum mensura. Non certe. Sed enim quod mensuræ ratiocinationisque credit computationi, animi pars optima est. Nihil obstat. Quod ergo repugnantissimi ignobilis aliqua nostri pars erit. Necessè. Istam confessionem exprimere uolens, supra dicebam quod pictura & omnis imitandi facultas procul ueritate posita suum opus exerceat: rursusque cum aliqua nostri parte, prudentiæ prorsus experte, congredditur, & amicitiam contrahit: ad syncerum uerumque, nihil. Maxime. Vilis ergo imitandi facultas uisum cuidam se commiscens, uisum procreat. Apparet Vtrum talis est ea duntaxat quæ ad uisum spectat? An ea etiam quæ ad auditum? quæ poësim uocamus. Probabile est hanc insuper esse talem. Ne igitur ei soli credamus quod ex pictura uerissimile nobis appareat, sed ad eam ipsam cogitationis naturam, cui sese accomodat poetica imitatio, ueniamus, uideamusque num uile quiddam sit, an preciosum.

Sic oportet. Hunc ergo in modum proponamus. Imitatur quidem poësis homines aut uel aliquid, aut sponte agentes, existimantesque ex actionibus uel bonum sibi aliquod esse uel malum, ideoque uel dolore affectos uel uoluptate. An aliud quicquam?

Nihil aliud. Nunquid in his omnibus homo secum ipse consentit? Vel potius quem admodum secundum uisum dissidet, ut narrauimus, deique eisdem contrarias in seipso simul habet opiniones, ita & in agendo secum ipse dissidet atque pugnat? At nunc mihi

De viro pro/
bo ut dolorē
toleret

in mentem uerit, nihil esse de hoc nobis in praesentia disceptandum. Nam in superiori disputatione de his satis unā conuenimus, animum uidelicet nostrum confessi, multis & uarijs huiuscemodi contentionibus sibi eodem tempore aduersantibus agitari. Probe. Probe id quidem. Verum quod tunc à nobis est praetermissum, nunc mihi uidetur expediendum. Quale istud? Vir probus, mente que praeditus tali, si filium amiserit aut aliquid aliud sibi charissimum, facilius quam caeteri feret, ut diximus. Plane.

Nunc autem & id consideremus, utrum omnino non dolebit. Vel hoc quidem impossibile, dolorem uero quodammodo moderabitur. Hoc certe est uerius. Hoc mihi de ipso in praesentia dicas, utrum hunc censeas dolori magis repugnaturum quando à similibus spectatur hominibus, uel quando solus est, aliorum consortio destitutus. Per multum interest, si in aliorum conspectu sit. Porro cum solus erit, multa dicet, quae emittere coram alijs erubesceret. Multa faciet, quae conspici ab alijs nunquam uellet. Est ita. Quod ob stare iubet, ratio est & lex: quod autem ad dolores rapit, perturbatio. Vera loqueris. Cum homo circa idem simul contrarijs motibus agitur, necessario duo quaedam illa esse dicimus. Proculdubio. Alterum quidem legi obtemperare paratum est, ut cunquē iniunxerit. Quo pacto? Lex utique dicitur optimum esse in aduersis, quam maxime fieri potest, quietem agere, neque conquiri; quod incertum sit, bonum ne id sit, an malum, quod accidit, tum quod nihil dolor ad sequentia conferat, neque ulla humanarum rerum magnipendenda sit, ei que quod subito praesidio esse potest, dolor impedimento sit. Cui inquis? Consultare inquam circa ea quae acciderunt, in primis oportet, & tanquam in talorum factu, prout cecidit, quomodo conueneratio melius rem habere dicat, negotia disponere. Neque uero siquid aduersi incident, prosternere nos debemus, atque ut pueri solent cum offendunt in lapidem, procidentes circa id quod laesit, eiulando moram trahere; sed animum adiuuare ut ad sanandum praesto adsit, & quicquid aegrotat, dimissis lamentationibus corrigat. Opportunum hoc quidem est aduersus fortunae ictus remedium. Quod sane optimum est, rationi huic libenter obtemperat. Constat. Quod uero ad perturbationis recordationem lucum que rapit, in eisq; diutius detinet, irrationale est, languidum, formidolosum. Ita dicendum.

Quod querulum est, imitationem plurimam ac uariam suscipit. Prudentem uero patrumque morem semper sibi ipsi similem, neque facile possumus imitari: neque si imitemur, facile percipietur à turba, praesertim in theatrum uarijs ex gentibus confluentem, alieni namque affectus ipsi imitatio sit. Sic est omnino. Imitatio uero poetae haud ad hoc intendit, ut huic animi naturae sua sapientia placeat, si uulgo sit placitura, sed querulum animi morem uariumque obseruat, qui imitatione facile possit effingi. Patet.

Merito igitur imitationem poeticam reprehendimus, pictorisque imitationi eandem profusus esse dicemus. Primo quidem, quod utraque si ueritatem spectes uilia operantur. Deinde etiam quod parti animae rationis experti similiter suffragantur, & optimam deserunt. Atque idcirco iure eam in ciuitate legitime gubernanda nequaquam recipimus, quoniam hanc animi partem suscitatur atque alit: quam dum corroborat, rationis com potem uim disperdit. Atque ut ille qui in ciuitate eos qui plurimum possunt improbos reddens, proderet ciuitatem, probos destrueret: ita & imitator poeta, peruersam in animum cuiusque rem publicam inducit, dum illi animi parti blanditur, quae sine mente est, neque maiora minora ue discernit, sed eadem tum parua tum magna existimat, huicque simulacra fingit, à ueritate uehementer alienus. Longe quidem. Nondum quod maximum ex ea malum, proueniat enarrauimus. Maximum quidem hoc existimandum est detrimentum, quod probos quoque uiros paucis admodum exceptis corrumpere possit. Cur non possit: si quidem id facit. Ausculta inquam, ac uide. Nonne & optimi quique nostrum cum audimus Homerum, aut alium quemuis tragicum, qui heroum aliquid quem dolore afflictum, uociferantem, & querulis fortunam suam modulis desentem, & pectora pugnīs percutientem imitetur, delectamur quodammodo, inhiantesque ad illa sequimur ea, unaque afficimur, ac serio studiososque illum ut poetam bonum laudamus, qui ad eo nos uehementer moueat? Animaduerti. Quoties autem aliquem nostrum domesticus uerusque inuadit mœror, scis ut de contrario gloriemur: nempe si quo pacto quietem agere, & tolerare dolorem ualeamus; quasi hoc quidem uiri sit, mulieris illud quod antea lauda

laudabamus. Plane. Quam praecleara haec laus: quin absurdum est, ut qui talem spectat uirum qualem esse se minime uellet, puderetque maxime, non abominetur, sed delectetur, laudet. Absurdum profusius. Certe, si & hoc modo istud animaduertentis. Quo modo? Quod uidelicet id quod in proprijs calamitatibus uicohibetur, prohibeturque in lachrymas fletusque erumpere, & naturae suae lachrymarum auidae indulgere, illud ipsius est quod poetae explent, cui penitus blandiuntur. Tunc certe & quod natura in nobis est optimum, utpote nec ratione nec usu sufficienter instructum, querulum istud desinit custodire, quasi alienas spectet perturbationes, nihilque sibi dedecori sit, si dum uir alius qui uirtute praestare se praedicat, immoderatus defleat, ipse eum laudet & misereatur. Quin oblectationem illam lucrari se putat, neque ulla ratione ex contemptu poesis illa carere se uellet. Pauci sane animaduertunt, ut arbitror, quod ex alienis in propria transferre aliquid necesse est. Nempe si in alienis erumnis flebile illud ingenium nutritueris, uehementiusque reddideris, in proprijs haud facile sisses. Vera nimium loqueris. Nonne eadem de risu est ratio? Quod enim ipse effusiori risu imitari erubescas, id cum in comœdia uel priuata imitatione audis tanquam ridiculum libentissime aufcultas & imitaris, idemque hic facis quod in imitatione flebili fieri diximus. Nam ingenium illud tuum ad risum pronius, quod ipse in te à risu ueritus scurrilitatis crimen continebas, hic iam resoluus in iocos, uehementioremque sensum reddis risus ipsius affectum, ut & proprijs in gestibus in risu ultra quam deceat differri incipias, & scurra ridiculus comœdiae iocis excitus euadas.

Vehementer quidem. Idem quoque de ueneris & iracundia dicimus, deque omnibus animi cupiditatibus affectibusque, tristibus & iucundis, quos in omni actione insequi nos in superioribus diximus, & talia quaedam poeticam imitationem in nobis effingere. Nutrit enim ista, dum fouet atque irrigat, quae potius ariditate extenuanda sunt, efficitque ut haec dominantur in nobis, quae subesse potius deceat, ut meliores beatioreque ex deterioribus & inferioribus euadamus. Haud aliter dicere possum. Siquando itaque Glaucō Homeri laudatores offenderis, audierisque dicentes Homerum omnem Graciam erudisse, proque rerum humanarum gubernatione & disciplina poetam hunc asciscendum, & ad eius instituta omnem uitam in seruandam, memento ferendos & amandos esse tanquam profacultate sua optimos uiros, conicedendumque Homerum apprime poeticum esse, &AGICORUMque praecipuum. Scito autem hymnos in deos & in optimos uiros laudationes duntaxat ex poesi in ciuitate admittere oportere. Si autem uoluptuosam musam in canticis & carminibus acceptaueris, uoluptates in ciuitate ac dolor, pro lege & pro illo quod semper optimum uisum est, ratione scilicet, dominabuntur. Vera loqueris. Haec itaque in eam sententiam dicta sunt nobis, quod merito è ciuitate poesim que talis sit, expulimus. Sic enim ratio cogebat. Id quoque adiciamus, ne rigiditatis nos rusticitatisque accuset, quia uetus quaedam extat inter poesim philosophiamque dissensio. Cuius certe contentio argumentum dicta haec esse possunt quae subiiciam, aliaque permulta. Nempe, canis illa garrula ad aures domini latrans. Et, magnus ille in dementium uaniloquus. Et, turba superstitiosorum sapientum exuperans. Item, qui minuta & tenuia meditantur, paupertate premuntur. Atque alia innumerabilia simultatis eius ueteris signa. Veruntamen id dicatur, quod uoluptatis ministra poesis, imitatioque, si quicquam ad eam rationem afferre possit, ut in ciuitate recte instituta accipi debeat, libenter accipiemus, ut eius oblectamentis fruamur. Ita enim nobis ipsi conscij sumus. Enim uero quod uerum uidetur, prodere nefas est. Nam & tu o amice, nonne ab ea mulceris, praesertim Homericā. Valde. An non aequum est eam prodire in medium sese defendentem, uel cantilena, uel metro quouis alio. Omnino. Concedamus utique ipsius defensoribus quicunque poetae quidem non sunt, sed poetarum amici, ut absque carmine eam defendant, afferentes eam non modo iucundam sed & utilem esse ad rempublicam, & hominum uitam instituendam. Quam quidem defensionem aequo animo auscultabimus. Lucro enim id nobis fore existimamus, si non suauis tantum uerum etiam utilis nobis appareat. Quid obstat, quin lucro id futurum sit? Alioquin o dulcis amice quem admodum qui quandoque aliquid amauerunt, si deinde censeant amorem sibi illum inutilem fore, licet aegre amare desistant, desinunt tamen: ita & nos propter ingenium nobis talis poesis amore ex pulchrarum rerum educatione, benigne quidem expectabimus, ut optima uerissimaque appareat. Quousque tamen rationem pro se ipsa afferre non poterit, ita eam audiemus, ut

oratione supra à nobis exposita nosmetipsos ueluti quadam incantatione aduersus pericula imminentia muniamus, cauentes ne delicijs amatorijs uulgijq; amoribus rursus irretiamur. Illud quoque sciatemur, non ita esse huiusmodi poeti studendum, quasi uera sit aut seria: sed cauendum ab ea audienti cuique esse, interioriq; animi sui reipublice metuendum. Et quæ de poeti narrauimus, de ea prorsus existimanda. Consentio equidem. Ingens porro, ô amice Glauco, ingens, neque quantum uidetur, est certamen, bonum effici aut malum. Quamobrem neque pecuniarum gratia, neque honoris, neque potentia, neque poetici ullius oblectamenti, iustitiam cæterascq; uirtutes negligere decet. Assentior ex his rationibus quæ narrauimus, arbitror autem & quemuis alium eadem confessorum. Atqui ingentia uirtutis præmia mercedescq; illi propositas, nequaquam narrauimus. Immensa dicis præmia, si qua maiora sunt his quæ retulimus. Quid magnum breui in tempore esse potest? Nempe omne hoc tempus à peritritia ad senectutis extremum, exiguum quiddam est ad uniuersum. Immo uero nihil.

*Demonstratio
de animi im-
mortalitate*

Immortalem uero rem censes breui hoc pro tempore quidem, pro uniuerso uero nequaquam debere esse sollicitam? Pro omni certe, sed quorsum hæc? An ignoras immortalem esse hominis animam, & ab interitu liberam? Tum repente conuersus in me Glauco, admiratusq; intulit. Per Iouem ignoro equidem. Tu uero nunquid ostendere potes? Certe, nisi iniurius esse uelim. Puto autem & te id posse. Neque id difficile. Mihi quidem difficile istud. Te uero libenter audirem, id quod neque esse difficile, declarantem. Audies iam. Dic. Bonum aliquid uocas? & malum aliquid? Voco. Nunquid de his idem tibi quod & mihi uidetur? Quid?

Malum puto omne quod dissoluit atque corrumpit. Quod uero seruat & iuuat, bonum. Erego. Bonum ne cuique aliquod, & aliquod malum esse dicis? Veluti oculis lippitudinem, & toti corpori morbum, frugibus cibusq; eruginem, lignis cariem & putredinem, æri ferroq; rubiginem, atque ut dico, ferme in omnibus secundum naturam proprium cuique malum ac morbum? Equidem. Quotiens huiusmodi quicquam alicui accidit, ceterius illud efficit, ac denique totum dissoluit & perdit. Quid nunc?

Proprium igitur cuiusque malum, suaq; prauitas, quod libet corrumpit. Ac nisi id corruperit, nihil aliud unquam corrumpet. Neque enim quod bonum est, aliquid destruit: neque rursus id quod nec bonum, nec malum. Quo enim pacto? Siquid igitur tale est, ut ei malum aliquod sit, quod ipsum deterius efficit, dissoluere tamen ipsum non ualet, certe ita naturaliter affectæ rei nullus esse potest interitus. Consentaneum est.

Est ne aliquid quod animam prauam faciat? Et maxime quidem quæ commemorauimus, iniustitia, intemperantia, timiditas, & incititia. An quicquam ex his animam perdit? Atqui animaduerte, ne decipiamur, existimantes iniquum & insanum hominem cum in flagitio deprehensus est, tunc ab iniustitia quæ animæ uitium est, corrumpi. Dic age. Nonne corpus proprium eius uitium morbus liquefacit, resoluit, eoque deducit, ut non sit corpus? & quæ paulo ante diximus omnia, proprio malo quatenus inhaeret, inuquinante, esse desinunt? Nonne? Ita prorsus. Nunquid & animam eodem pacto iniustitia & reliqua prauitas cum inest sua ipsa præsentia dissipat & tabefacit, quousque in mortem trahens à corpore separet? Nullo modo istud. At uero absurdum illud est, ut alienum uitium interimat aliquid, cui proprium uitium non præbet interitum.

Præter rationem profecto. Attende, inquam ego, ô Glauco. Ex ipsa ciborum propria prauitate, qua uel uetustate corrupti, uel putridi, uel quouis alio pacto comparati dicuntur, corpus perire posse non arbitramur. Verum si ciborum uitium corpori proprio ipsius uitium intulerit, dicemus per illos corpus ab eius uitio, morbo scilicet, perit. Corpus uero ipsum cum aliud sit, ciborum, quorum alia natura est, alieno defectu, nisi proprium defectum induxerit, dissipari posse nunquam existimabimus. Recte nunc molum loqueris. Eadem ratione, nisi corporis detrimentum ipsi animæ ipsius animæ proprium intulerit detrimentum, haudquaquam existimare debemus, ex alieno malo absque propria prauitate, animam interire, neque alterius malo alterum dissipari.

Ita ratio monet. Aut igitur hæc redarguamus, quasi non recte dicantur. Aut quoad hæc integra permanent, neque ex febre aut alio quouis morbo, neque iugulatione, neque etiam si quis corpus in minutissima quæq; dissepit, dissipari animam concedamus,

præterquam ostenderit aliquis propter has corporis passiones animam ipsam iniquior rem prophandemque fieri. Quatenus autem alienum malum adest alteri, nec proprium cuiquam malum adhæret, corrumpi quicquam posse, minime concedamus. At enim nemo id unquam ostendet, morientium animas propter mortem iniustiores effici.

Si quis autem obijcere nobis audeat, quod deterior & iniustior sit qui moritur, ne cogatur immortales esse animas confiteri, oportere dicemus, si uera is dixerit, uiro iniusto letiferam iniustitiam esse, sicuti morbum, & ab hoc ipso perimente sua quadam natura, eos qui suscipiant, perimi: ocyus quidem illos qui maxime, serius contra qui minus: neque fieri duntaxat, quod nunc sit, ut iniusti propter iniustitiam tunc demum moriantur, cum eos alij poenis afficiunt. Per Iouem haud grauisimum quiddam malum iniustitia esse uidebitur, si erit uiro iniquo letifera. Malorum siquidem liberatio erit. Arbitror autem contra esse omnino, ut & alios pro uitibus interficiat, & hominem sui participem, uiuacem maxime faciat, & apprime peruigilem: usque adeo longe abest ut ea sit letifera. Scite loqueris. Quando sua cuique prauitas suam cuique malum animam perdere nequit, nunquam malum ex alterius pernicie atque ad aliud institutum ultra id cui proprie accidit, uel animam, uel aliud quicquam dissoluet. Nunquam, ut probabile est. Cui nullo prorsus malo siue proprio siue alieno interimat, patet eam semper esse, necessariū esse. Si semper esse, & immortalem existere. Necessè. Hoc igitur ita se habeat. Ac si ita se habet, animaduertas eandem semper animas fore. Neque enim pauciores unquam erunt, cum nulla prorsus intereat. Neque rursus plures. Si enim immortalium quicquam plus efficiatur, ex mortali efficietur, eruntq; demum ita mortalia omnia. Vera loqueris. At uero id nequaquam existimamus, ratio namque prohibet. Neque iterum arbitramur animam uerissima sui natura talem esse, ut uaria, dissimilis, atque differens in seipsa sit. Quomodo istud ais? Haud facile est sempiternum esse quod ex pluribus constitutum est, neque optimam compositionem est sortitum, ut nobis de anima nunc apparuit. Consentaneum est. Animam igitur immortalem esse & ratio præsens & alia præterea conuincere possunt. Si quis uero qualis ipsa reuera sit, inspicere cupit, haudquaquam intueri eam debet communiōe corporis malisq; alijs inquinatam, quod ipsi nunc intuemur, sed qualis cum pura fuerit, diligenter ratione discernere. Vbi certe & multo pulchrior apparebit, & clarius cum talis erit, quid iustum sit, quid non, & reliqua quæ supra diximus, iudicabit. Nunc quidem uera de ipsa, qualis uidetur in præsentia, diximus. Non aliter uero eam spectauimus, quam multi marinum inspicant Glaucum. Illi siquidem non facile possunt Glauci antequam considerare naturam, eo quod antiquæ corporis partes partim fractæ, partim contritæ sint, & ab undis penitus dissipatæ, aliaq; illi rursus inhaereant conchylia, alga, lapides, ex quibus multo magis feræ præ se fert imaginem quam naturæ prioris uultum. Ita & animam nos semper aspiciamus malis innumeris inquinatam. Sed enim illuc oculis conuertere decet, ô Glauco. Quo nam? Ad ipsius, inquam, philosophiam, & circa illam oportet animaduerrere, quæ attingit animus, & quibuscumque consuetudinem inire affectat & nititur, utpote qui cognatus sit diuino, immortalis, & sempiterno. Quæque præterea futurus est, si quando eiusmodi totus naturam sequatur, per hunc affectum nixumq; educus ex pelago quo ad præsens mergitur, nudusq; emergens excussus a bulo & ostreis, quæ ei nunc tanquam ex terra nutritio, terrena, lapidosa, & agrestia plurima inhaerescunt, propter eam utique alimoniam, quam pleriq; beatam existimant. Tunc demum ueram naturam ipsius animi contemplantur, agnoscemusq; utrum uaria sit, an simplex qualis sit omnis eius conditio. Nunc autem animi humana in uita affectus ac formas satis, ut arbitror, declarauimus. Prorsus quidem. Nonne cætera quidem in hac disputatione exposuimus? præmia uero ipsius & honores nequaquam attulimus, quemadmodum Homerum uos & Hesiodum adduxisse dicebatis: sed iustitiam ipsam ipsi animæ optimum præmium esse comperimus, iusteq; agendum esse monstrauimus, siue Gygis habeat annulum, siue etiam Plutonis galeam? Vera loqueris. Cæterū nunc quoq; præter hæc nulla inuidia prohibet, quo minus iustitiæ & uniuersæ uirtuti ea præmia tribuamus, quæ ipsa animæ tam apud homines quæ apud deos comparat, tam uiuēti quæ defuncto

defuncto. Magnopere. Nūquid ergo restituitis mihi, quæ in sermone muturati estis? Quid maxime? Dedi equidem uobis, iustum uirum uideri iniustum, iniustumque iustum. Vos enim petieratis. licet enim fieri non posset, ut ista homines deosque laterent, tamen concedi hoc disputationis gratia placuit, ut iustitia ipsa ad iniustitiam ipsam comparata iudicaretur. Non recordaris? Quid nū recorder? Postquam iudicium peractum est iam iterum postulo ut exponatis, quam iustitia mercedem à dijs & hominibus referat, ut & palmam ab opinione & manifesta existimatione reportet, qua cultores suos ipsa quoque decorat, postquam aperte uisa est etiam ipsa sui præsentia beneficia nobis conferre, neque eos decipere, qui uere possident. Debita postulas.

Primum quidem hoc mihi reddetis, quod qualis uterque eorum sit, & iustus & iniustus, deos non latet. Reddemus. Si deos id non latet, hic quidem à deo amabitur, ille odio habebitur, id quod principio confessi sumus. Est ita. Deorum autem amico omnia quoad fieri potest à dijs optima tribuuntur, nisi quid mali ex priori delicto, et necessitate quadam imminet. Omnino. Sicutaque de iusto uiro existimandum, si uel paupertati, seu morbis, siue quibusuis alijs eorum quæ mala uidentur, obnoxius sit, huic demum uel uiuenti uel mortuo ad bonum aliquod ista conducere. Neque enim à dijs unquam negligitur, quicumque iustus euadere uirtutisque officijs, quoad homini licet, deo similis fieri conabitur. Decens est talem uirum à simili non contemni. De iniusto autem contra omnino est sentiendum. Vehementer. Apud deos igitur iusto uiro hæc dabitur palma. Sic arbitror. Apud homines autem nonne sic euenit, si uera fateri debemus? Callidi quidem homines & iniqui perinde faciunt ac cursores illi, qui ab inferioribus currunt bene, à superioribus minime. Nam primo celeriter exiliunt: tandem uero risum reportant, auribus demissis, & sine corona discedentes. Veri autem cursores ad finem perueniunt, adeptique præmium coronantur. Viris iustis similiter idem, ut plurimum, accidit. Nempe in fine cuiusque actionis consuetudinisque & uitæ, probantur, munerisque ab hominibus referunt. Magnopere. Sustinebis ne ut ego de his, quæ tu de iniustis, adducam? Dicam equidem. Iusti enim cum ad maturam ætatem perueniunt, ciuitatis muneribus pro arbitrio funguntur: matrimonia quibus cum uoluerint, & dando & accipiendo uicissim ineunt: ac summam quæcunque de illis tu, ego nunc de his affirmo: rursusque de iniustis hominibus assero. Plerique enim ipsorum quamuis ad tempus sua uitia celent: tandem in curriculi calce, quales sint deprehenduntur: ridiculi prorsus euadunt: & in senio miseri à peregrinis & ciuibus obiurgantur, uerberantur, omnia patiuntur quæ tu aspera esse reuera dicebas. torquebuntur enim & inurentur: porro quæcunque ipse commemorabas, audire iterum ex me putato. Sed ut dicebam, uide an sis hæc toleraturus. Perferam equidem: dicis enim quæ decent. Hæc itaque sunt præmia, mercedes & munera, quæ iusto uiro præter ea bona quæ ipsa in se iustitia continent, à dijs & hominibus tribuuntur. Egregia ualde hæc sunt & certa. At enim hæc & numero & magnitudine nihil sunt, si ad ea comparentur, quæ utrumque defunctum manent. Audienda uero & ista sunt: ut omnia sufficienter quæ utrique conueniunt, comprehendantur. Dicas uero, non quidem ut iam nimis multa, sed tanquam libentissime audituro. Equidem tibi non Alcyni apologum, sed præstantissimi uiri Eri Armenij, genere Pamphylj, referabo. Qui cum occubuisset in prælio, sublati decimo die cadaueribus cæteris iam corruptis, integer quidem incorrupto corpore repertus fuit: domumque delatus ut sepeliretur, duodecima iam ab obitu die, dum pyræ impositus esset, reuixit: & quæ interim uiderat, retulit. Inquit ergo, postquam anima fuisset à corpore separata, unâ cum pluribus quendam in locum dæmonum peruenisse. In quo terræ duos proximos uidit hiatus: duos item alios è conspectu superne in cœli regione conspexit: inter hos uero hiatus iudices sedere: qui postquam animos iudicarunt, iustos quidem ad dexteram supra per cœlum ascendere iubent, in aduersa ipsorum parte signa eorum quæ iudicauerint, suspendentes: iniustos contra, ad sinistram infra, omnium quæ fecerant uisa, post tergum signiferentes. Cum uero ad iudices ipse quoque accessisset, illos aiebat respondisse: redire eum hominibus nuntium de his quæ illic uideat, oportere: iussisseque illum audire & intueri quæcunque eis in locis fierent diligenter

Narratio Eri
qui reuixit

diligenter. Viderat igitur illic per utranque cœli terræque portam animas lata sententia abeuntes: per alias item duas, ex terra quidem ascendentes, animas puluere, squalore, macieque confectas: è cœlo autem alias nitidas descendentes. Videritque inquit animas undique uenientes tanquam longa peregrinatione fatigatas, libenter in prato quod ibi est, tanquam celebri in conuentu recumbere: ac se inuicem quæcunque mutuam notitiam habuerint, salutare: easque omnes, tam quæ ex terra quam quæ è cœlo conuenissent, sese uilro citroque de his quæ suis in locis uiderint percontari, sibi que uicissim ad singula respondere: has quidem dolentes ac flentes memoria malorum quæ in præterito sub terris itine re & perpessæ sunt & uiderunt. Esse autem iter illud mille annorum. Illas uero quæ de cœlo descenderant, narrare delicias, pulchritudinisque ingentis spectacula. Multa quidem illa referre, quæ longo ordine recitabat, proluxæ nimium narrationis, ô Glaucô. Summam uero hanc esse dixit. Quosunque alijs iniurias intulisse cõstare, poenas singillatim pro quolibet decies reddidisse, id est spatio annorum centum: quasi hæc uitæ humanæ sit meta: ut animæ decuplam iniuriæ darent poenam. Itaque si qui cædis multorum causa fuerint, ciuitatesque & exercitus prodiderint, uel homines in seruitutem egerint, uel alicuius alterius flagitij & scelus cõscij fuerint, in his omnibus pro quolibet facinore poenas decuplas pendere. Atque iterum si qui beneficia quædam contulerint, iustitiamque & pietatem coluerint, eadem ratione præmia reportare. De his uero qui statim à nati sunt decellere, aut breue tempus uixere, quædam parum digna memoria recenset. Erga deos autem & parentes pios uel impios & homicidas, qui cæde manus proprias polluerunt, maioribus & præmijs & poenis affectos esse narrabat. Inquit enim se interfuisse, cum alium interrogaret quispiam, ubi nam Ardieus magnus esset. hic autem in quadam Pamphylia ciuitate tyrannus fuerat, annis iam mille ab isto tempore exactis: qui senem patrem & maiorem natum fratrem occiderat: aliaque plura impia scelera perpetrauerat. Interrogatumque illum aiebat respondisse: Non uenit Ardieus, neque ueniet. O dirum spectaculum. Dum enim egressuri hiatus peteremus, cætera omnia perpessi, illum specinus uidimus aliosque cum eo, omnes ferme tyrannos: inter quos & priuatos nonnullos, qui magna scelera perpetrauerant: quos ascendere iam se propemodum ausos hiatus ille minime permittebat: sed horride mugiebat quotiens aliquis eorum qui uel insanabile essent, uel nondum purgati, egredi niteretur. Aderant igitur illic feroces quidam uiri aspectu ignei: qui cum mugitum subito perpendissent, hos seorsum rapiébant, Ardieum scilicet eiusque perfimiles: manibusque & pedibus & ceruice deuinctis, prosternebant eos, excarnificabantque: & secus uiam quandam ad exteriorem partem raptos, tribulis lacerabant: prætereuntibus indicantes, quam illi ob causam talia paterentur, quod uel in Tartarum proijciendi agitantur. Vbi cum multa uariisque eos terrent, hic paor uehementissime uexabat: cum in ascensu mugitus excitabatur: quo silente quisque libentissime ascendere uidebatur. Ac poenas quidem & supplicia huiusmodi recenset: contra uero beneficia eiusmodi. Cum uero animæ illæ quibus de supra diximus, in prato dies septem requieuerint, oportere eas dicebat octauo surgentes die illinc recedere: & quarto demum die ad locum aliquem peruenire: unde superne per totum cœlum, atque terram extensam uideatur lumen tanquam columna erectum Iris simillimum, clarius tamen ac purius. In id unius diei itinere uenisse: uidisseque ibi medio in lumine extrema cœlestium ligamina è cœlo tensa. Esse enim lumen istud cœli uinculum: quemadmodum trirremium succincturæ, atque ita circumferentiam omnem esse contentam. Ex apicibus uero suspensum Necessitatis deæ pensum: per quod omnes circuitus peragantur. Cuius sifus quidam & cuspis ex adamante: uerticulum uero ex hoc alijque generibus mixtum. Cuius natura huiusmodi sit secundum figuram quidem, qualis apud nos cernitur. Animaduertendum tamen ex illius sermone, perinde se habere ac si uno quodam amplo concauoque uerticulo, & per totum sculpto, aliud minus simileque insertum iaceat: ita congruens, ut plerumque cadi, qui inuicem inseruntur: atque ita tertium & quartum: & alia quatuor. octo enim illa uerticula esse, insertos inuicem circulos, labia superne ostendentia: dorsum uero unius uerticuli continuum circa sifum efficientia. Fusum uero illum per medium octauum, perque totum esse traiectum. Primum igitur extimumque uerticulum labij circulum habere latissimum. Sexti autem secundum.

Tertium

Tertium quarti. Quartum octauum. Quintum sextum. Quinti sextum. Tertij septimum. Octauum uero secūdi. Primi item atque maximi circulum uariū esse. Septimi lucidissimi. Octauum autem uerticuli circulum colorem à septimo irradiante suscipere. Secundum uero ac quinti similes inuicem, illis aliquantulo flauiores. Tertium sane colorem cādidissimum possidere. Quartum, subrubeum. Secundum uero sextum albedine superare. Ac fufum quidem totum uolutione simili circumferri: cum uero totum uoluatur, septem interiores circulos motu totius contrariō tardius circunuerit. Ex his plane octauum motura p̄dissīmo agitari. Secundos uero alterum alteri consequenter: septimum, sextum & quintum. Tali uero tertium motu ferri, ut quartum circunnuoluere uideatur. Quartum autem tertium, & quintum secundum. Fufum uero in necessitatis genibus circunuerit. Superne præterea cuiuslibet circulo hæreere sirenem una cum globo delatam, uocem unam tonitruum uidelicet emittentem. Vnam tamen harmoniam ex omnibus octo concinere. Alias autem tres Necessitatis filias æquali inuicem intervallo in throno sedere: parcas uestibus albis, capite coronato: Lachesium, Clotho, Atropon. Quæ ad sirenem harmoniam canant. Lachesis quidem præterita. Præsentia Clotho. Atropos uero futura. Et Clotho quidem cum matre simul intermissione quadam temporis, dextra manu tangentem fuisse extimam circumferentiam circumagere. Atropon uero sinistra iterum interiores similiter. Lachesium denique uicissim utraque manu utrinque tangere. Illuc animas ergo cum uenerint, statim oportere ad Lachesium accedere: Vbi illico propheta aliquis primum singulas disponit in ordinem: postea cum ex genibus Lachesis sortes, & uitarum exempla susceperit, aliquid sublimè tribunal ascendens sic fatur. Sic hæc Lachesis, o uniduanarum animarum, Necessitatis filia dicit: circūitus alterius initium, mortalis ac letiferi generis, nō uos dæmon fortitur, sed uos dæmonem eligitis. Qui prior sortem cœperit, prior eligat uitam: cui necessariō inherebit. Virtus inuolabilis ac libera. Quam prout honorabit quis, aut negliget, ita plus aut minus ex ea possidebit: Eligentis quidē culpa est omnis: deus autem extra culpam. Hæc fatus, sortes super omnes fundit: ex quibus quilibet eam rapit quæ super ipsum ceciderit. Neque licet cuiquam quotus ordine sit agnoscere, nisi cum ceperit. Tunc enim duntaxat quotus sit, sortitus intelligit. Post hæc item exempla uitarum coram ipsis in pauimento disponit: multo plura quàm quæ hic ad præsens apparent. Esse uero hominum atque omnium animalium uitas omniformes asserbat. Tyrannides enim in illis extare: partim perpetuas, partim ad tempus: quæ medio in spatio corruant, in paupertatem delapsæ, exilium, & inopiam. Extare & præclarorum uirorum uitas, partim speciei, decore, uiribus, certaminibusq; præstantium: partim maiorum profapia & uirtute, nobilitum. Et mulierum uitas eodem modo. Animæ uero ordinem & conditionem non in esse: eo quod nec esse sit, ut altam uitam eligens conditionis alterius efficiatur. Cætera uero inuicem, partim diuitijs & paupertatibus esse commixta: partim morbis & sanitate: partim istorum mediū obtinere. Vbi profecto, o Glaucō, omne hominis consistit periculum. Quamobrem omni studio danda opera est: ut quisque nostrum omnis ceteris disciplinis, hanc quærat, assequaturq; pro uiribus disciplinam: per quam & possit & sciat uitam bonam à mala discernere: & quoad fieri potest ex omnibus eligere meliorem: animaduertens quæ nunc diximus omnia, quid coniuncta inuicem uel disiuncta ad uitam uirtutem uitæ conducant. Nec nō intelligat quid pulchritudo cū paupertate uel diuitijs iuncta & quali cū habitu animæ, malū operat uel bonū: quid uel nobilitas ignobilitas uel: uita priuata & imperium: robur & imbecillitas: uelox ingenium & tardum: cæteraq; huiusmodi quæ natura circa animam sunt & quæ acquiruntur, inuicem copulata faciunt: ut ex his omnibus singulorum naturam ualeat considerare ad animæ naturam respiciens: & meliorem uitam à deteriori discernere: deteriorem eam appellans quæ iniustiorē animam efficit: potiorē autem, quæ iustiorē: reliqua uero contemnat. Vidimus enim & uiuenti & mortuo electionem hanc optimam esse. Cum hac igitur opinione instar adamantis firma atq; rata oportet ad inferos proficisci, ne quis illic diuitias malæ huiusmodi admittatur: ne uel in tyrannides & alias huiusmodi actiones incidens, multa & infania scelera perpetret: ipsaq; rursus deteriora perpetiatur. Immo uero sciat mediā semper istorum omnium missis extremis uitam eligere: & in hac uita & in futura. Ita enim quisq; sit beatissimus. Enim uero qui tunc redijt illinc nunciū, ostendebat hoc p̄phetam

phetam in ædificio adiecit: si quis postremus etiā accedit, eligat modo prudenter, constanter uita, uita occurrerit expetenda non mala. Primus ne oscitanter eligat, ultimus ne desperet. Cum hæc dixisset, eum cui primo fors obuenerat, illico inquit properantem tyrannidem maximam elegisse: ac propter inscitiam auiditatemq; haud satis singula prius examinauisset: & iccirco ignorauisset, quod in ea uita fato decretum erat ut filios suos uoraret, aliaq; mala plurima sustineret. Postea uero ubi per otium electam uitam considerasset, eiulasse, electionem noxiam deplorantem, quod non cauisset quæ propheta prædixerat, neque seipsum tanquam malorum causam damnantem, sed fortunā dæmonesq; & reliqua omnia potius quam seipsum. Fuisse uero illum ex his qui de cælo descenderant, qui sane in superiori uita, in ciuitate aliqua moderata uixerat, uirtutemq; usu quodam, absque philosophiæ tamen studijs exercuerat. Neq; pauciores ex his qui ex alto cadunt, quàm ex alijs, utpote malorum ignaros decipi eligendo. Eorū uero qui è terra uenerunt, plurimos quia & ipsi calamitatibus laborauerint, & laborantes alios uiderint, haud temere uitam eligere. Quam ob causam, ac etiā propter sortis fortunam, bonorum malorumq; multis animis mutationem contingere. Porro si quis semper cum in hanc uitam uenerit, sincere philosophiæ, neq; electionis fors ultima ei contingat, eum ex his quæ illinc nunciatur apparet, non hic solum felicem fore, sed & profectiōem hinc illuc, regressiōemq; huc iterū haud sane terrenam & asperam subiturum, sed lenem atq; cœlestem. Hoc quoq; consideratiōne dignum spectaculum esse dicebat, quomodo singulæ animæ uitas singulas eligebant. Miserabile quippe istud, ridiculum, uisusq; mirum, electionem scilicet secundum uitæ prioris consuetudinem, ut plurimum facientes. Animam enim inquit, quæ olim Orphei fuerat uidisse, cygni uitam odio muliebris generis eligentem: nolentem uidelicet ex mulieribus à quibus occisus fuerat, nasci: Thamiris uero philomenæ. Cygnum etiā cōspexisse ad humanæ uitæ electionem conuersum, aliq; musica animalia; ut consentaneum est, si militet. Quandam etiā, cum oblatae sortes essent, leonis elegisse uitam: hanc uero Aiæcis Telamonij fuisse dicebat, detestantem homines quoties iudicij illius, ubi pro armis cum Vlyxe contendit, in mentem uenisset. Post hunc Agamemnonis animam propter ærumnas, odio humani generis uitam aquilæ asciiuisset. Atalantes autē animam, cui mediā quædam fors contigerat, inuitam dixit quàm maximis honoribus uir athleta afficiatur, contentere se non potuisse quin uitam athletæ eligeret. Animam deinde Epei Panopæcis ad artificiosæ mulieris naturā protinus migrasse. Longe uero inter nouissimas ridiculosi Theriis animam simiam induisse. Casu uero, Vlysis animæ sortem ultimam contigisse. Quo circa & ad eligendum ultimam aduenisse dicebat. Præteritorum autem laborum memoria, ab ambitione cessantem, diuq; prius quàm eligeret circumeūtem, quæsiisse priuati hominis minimeq; curiosi uitam. Eamq; uix tandem alicubi facientem & ab alijs neglectam reperisse, dixisseq; nō aliam se uitam electuram fuisse, etiā si sortem primam nacta esset: quare uitam illam libetè fuisse complexam. Ex feris item alijs in homines transire animas asserbat, & inuicem commutarī: iniustas quidem in feras agrestes: iustas autem mansuetorum animalium uitam capessere, atq; omnes hunc in modum confici mixtiōnes. Cū uitas, omnes animæ gradatim, ut fors dederat, elegissent, longo ordine ad Lachesium accessisse narrabat. Lachesium uero cuiq; dæmonem quem ceperat quæq; ipsius uitæ custodem præscripsisset, electorumq; operum executorem. hunc in primis ad Clotho animam ducere, & sub illius manu reuolutioneq; & uertigine fuisse, approbare quam sortitus fortunam elegerat. Hanc ubi tetigit, mox hinc ad Atropon nentē, quæ immutabilia stamina reddat. Illinc postea prope Necessitatis thronum adire: per quem cum trāsierint omnes, sub uehementi calore & æstu in campum Letheum proficisci, arboribus & omnibus quæ cuncting terra nascuntur, penitus destitutum. Recumbere igitur ipsas aduētante nocte iuxta Amelitam flumen dicebat: cuius aquam uas nullum contineat. Atq; ipsius aquæ bibere aliquantulum cuiq; necessarium. Eos autem qui prudentiam ducem non habent, ultra quàm decet at bibere. Semper uero bibentem omnium obliuisci. Vbi uero ad mediā noctem dormierint, subito tonitruo & terræ motu excitos repente alium aliō sursum ad generationem consergere stellarum instar profilientes. Se uero flumine ex illo potare prohibitum fuisse narrabat. Quomodo autē in corpus redierit, ignorare: sed cū diluculo subito circūspiceret, seipsum pyrae impositum animaduertisse. Atq; ita o Glaucō seruata est fabula, neq; perijt, seipsum pyrae impositum animaduertisse. Atq; ita o Glaucō seruata est fabula, neq; perijt,

nosq; seruabit pariter, si ipsi parebimus: & Letheum, id est obliuionis fluium bene transibimus, nullaq; macula animam inficiemus. Quamobrem si sermonibus meis obtemperabimus, immortalē fore animam arbitantes, talemq; ut & mala possit & bona omnia sustinere, uiam temper ad superiora ducentem sequemur, iustitiamq; cum prudentia omni ratione colemus: ut & nobis ipsis simus, & dijs amici, dum hanc ducimus uiam. & postquam uirtutis præmia reportauerimus, tanquam potiti uictoria & triumphis, & hic, & in millenario annorum itinere, quo de diximus, feliciter habeamus.

COMPENDIUM MARSILII FICINI

IN TIMAEVM.

DE SUBIECTO LIBRI.

CAPVT I



QUEMADMODVM in Parmenide cuncta diuinorum genera pro uiribus comprehendit, sic omnia in Timæo complectitur naturalia, & utrobique plurimum Pythagoricum est, sub persona Pythagorica disputans. Atque in Parmenide quidem, Parmenidem & Zenonem Eleates Pythagoricos, qui de diuinis scripserant, imitatur. In Timæo autem, Timæum Locrum, Pythagoricum, qui librum de uniuersa natura composuit, sequitur. Ita tamen, ut his non eloquentiam solum adiungat, sed mysteria. Quoniam uero diuina quidem naturalium principia & exemplaria sunt: naturalia uero diuinorum effectus atque imagines: iccirco & in Parmenide dum de diuinis agit, interim descendit ad naturalia: & in Timæo naturam tractans, surgit sepius in diuina. Neque iniuria diuinitatem simul naturamq; copulat. Natura enim diuinitatis est instrumentum. Atque ita uel de naturalibus agit diuine, quemadmodum Aristoteles, uel de diuinis naturaliter agit. Interferit quoque mathematica tanquam utrorumque media, diuinorum scilicet atque naturalium. Quæ uidelicet, per numeros quidem diuina, per mensuras uero significant naturalia. Sit ergo huius libri subiectum ipsa uniuersa natura, id est, semina, uia quædam & uiuifica uirtus toti infusa mundo, anime quidem mundanæ subdita, materie uero præfida, eisdemq; ordine singula pariens, quo & anima ipsa concepit, tam diuinam suscipiens mentem, quam appetens boni.

DE ORDINE LIBRI ET PARTIBVS EIVS.

CAPVT II



PATEBIT autem naturam uniuersi ipsiusq; uniuersum non ex se quidem consistere, sed ex superiori diuinâq; causa dependere. Patebit insuper quot in gradus natura distribuatur, celestes, elementales, simplices, compositos, rationales, ratione carentes. Patebit totam sub luna generationem ad animal rationale quasi finem dominumq; referri. Multa præterea de hoc ipso animali, tam ad animam, tum ad corpus spectantia tractabuntur. Multa quoque de rebus quæ à natura infra rationale animal componuntur. Et ut summam dicam, de triplici mundo tractabitur, scilicet de diuino celestiq; & humano. Ostenditur quoque omnium quæ in mundo componuntur ipsiusq; mundi, duo quædam præcipua intrinsecus elementa esse, scilicet materiam atque formam: tria uero extrinsecus esse principia, scilicet efficientem mundi causam, & exemplarem atque finalem. Et efficientem quidem esse diuinam potentiam, & intelligentiam atque uoluntatem. Exemplarem uero ideas intelligentia diuina conceptas: finalem deniq; bonum.

DE INTRODVCTIONE AD DIALOGVM.

CAPVT III



QUAE TERVM ut ad ipsam dispositionem dialogi ueniamus, Plato quinque continuos diebus destinauerat dies. In primo quidem Socrates in Piræo una cum Polemarcho, Glaucone, Adimanto, Thrasimacho Sophista, de rebus disputauit. Secundo uero die in urbe recessit eadem Timæo & Critia atq; Hermocrati, & quarto cuidam absque nomine peregrino, forsitan Timæi comiti. Tertio die horum epilogum faciunt. Quo quasi exordio mox facto Timæus disputauit de natura, presentibus tribus, Socrate, Critia, Hermocrate. Quartus enim qui absque nomine secundæ interfuit narrationi, iam abest à tertio: non enim cuiuslibet est secretioribus interesse. Quarto autem die orationem habuit Critias. Quintus denique nondum dies illuxit. Commodè admodum post diuinæ apud homines reipublicæ tum dispositionem, tum exemplum ad celestem reipublicam huius exemplar in Timæo accessit ab ipso deo compositam; deinde ad mundi generisq; humani antiquitatem, & res miras à veteribus strenue gestas.

ALLEGORIA HISTORIÆ QUÆ NARRATUR IN PROLOGO

CAPVT IIII



NARRAT autem inter dialogi huius exordia historiam de bello quodam inter Athenienses Atlanticosq; commissio. Hanc itaq; Crantor tempore primus Platonis interpres nudam absq; allegoria historiam accepit. Quidam uero contra, tanquam solam allegoriam. Sed hos redarguunt probatissimi quiq; Platonidorum affirmantes quidem historiam, quia Plato dixerit: Sermo futurus est ualde mirabilis, sed omnino uerus. Sensum præterea Platoni nihil usquam temere molienti allegoricum existimant exhibendum. Bellum igitur illud inter Athenienses atq; Atlanticos imaginem præ se ferre putant oppositionum quæ in uniuerso sunt omnium. Bellum enim, id est oppositionem apud Heraclitum esse omnium patre. Anclius quidem oppositionem adducit inter firmamentum atq; planetas; præsertim quoniam in Critia dicitur Atlanticam insulam in septem circulos fuisse diuisam. Origenes uero oppositionem superiorum demonum ad inferiores, atq; uictoriam illis potentia; his numero excedentibus. Numenius autem disensionem excellentium animarum sequentium Palladem, aduersus alias animas generationem sub Neptuno sequentes. Porphyrius pugnam inter demones deducentes in generationem, & animas ad supera contententes. Distinguit tripliciter demones: alios esse diuinos: alios esse secudum habitudinem quandam: quorum numerum particulares impleant anime sortem nactæ demonicam: alios esse malos & noxios animabus. Hos igitur demones in simos consistere cum animabus in ascensu semper atq; descensu; præsertim occidentales demones. nam eam ab Aegyptijs plagam noxijs accommodari demoniibus. Proinde Iamblichus, Syriacus, Proculus, his addunt oppositionem ipsam in uniuersis uigentem perpetuo, inter unum & multitudinem: terminum & infinitatem: idem & alterum, statum & motum: ex quibus sub primo omnia componuntur. Item ens, aut per se, aut per se. Rursus essentia uel incorporea uel corporea. & in corporea quidē uel non declinat ad corporea, uel declinat. Corporea uero uel non caduca ut celestis: uel caduca ut elementalis; Deniq; in cælo quidem oppositi inter se motus, & diuersæ uirtutes. Sub cælo autem repugnantes inter se qualitates. Summatim uero horum omnium discrepantia per antiquum illud bellum significatur: & ubique superiora præstantioraq; per Athenienses; alia per occidentales significantur. Eiusmodi uero allegoria disputationi Timæi non mediocriter conuenit. Confirmatur etiam per ea quæ in Critiam commentamur.

CASVS PHAETHONTIS, DILUUIA, INCENDIA.

Mineræ descriptio.

CAPVT V



HIC iterum te admonco ut memineris nouem annorum milia ab Eudoxo milia mensium computari. Item Phaethontē solis filium fulminatū exussisse terrā, significare apud quosdā uasam cometam naturā solarem tandem dissolutā intollerabiles æstus cœcitauisse. Forte etiā incendia quæ narrantur Moyses missa diuinitus. Vbi uero ad diluua peruenit, memento ignem quidem omnium efficacissimum esse: aquam uero efficaciorē esse terrā, & patibilem minus aere. Item ignem diuidere potenter atq; penetrare: aquā undiq; ualde percutere. Ideo per duo hæc elementa uastiores calamitates acciderunt. Adde & finalem causam: quia uidelicet per exitium factum ab his duobus, sequitur maius bonum, id est fecundior rerū regeneratio q̄ per aeris pestes terræq; hiatus. Ideo prouidentia ad amplissimum exitiū his duobus præcipue uti. Cui sic rote. Celestes inde recte obtemperant: ut quibus temporum interuallis exitium immo reformationem fore deus instituit; iisdem planetæ omnes ad astra uel ignea uel aquæ stellis quoq; fixis ad idem conducuntur rite concurrant. Memineris præterea Neptunum quidem prouidentia naturalem, Palladem uero prouidentiam intellectualem significare; atq; hanc ipsam Palladem à Platonice describi, diuinitatē sapienter simul atq; potenter tum celestia exornantem, tum quæ sub cælo sunt adificantem: inter astra Arieti præcipue præfidentē: & æquinoctialis circuli ducem: ubi potissimum uigere putant motricem uniuersi uirtutē. Mandabis memorie aureum epigrammat: quod Proculus in Aegyptiorum historijs legit Mineræ templis inscriptū. Ego sum quæ sunt, quæ erunt, & quæ fuerunt. Velum meum reuelauit nemo. Quem ego fructum peperit sol est natus.

PRÆCEPTA DE VOTIS ET PRECIBVS ELECTISSIMA

CAPVT VI



MBI uero Plato ad deum peruenit suppliciter adorandum: audi Porphyrium diuinas supplicationes ita probantem. Cum deus nobis prouideat, ac res nostræ possint aliter se habere, certe pro rerum nostrarū usū utiliter adoramus: uidelicet si boni simus. sic enim utpote similes facti deo propius coniungemur: in qua quidem coniunctione adorationis nis tota consistit. Nempe cum dei filij simus: sed ab eo quasi in exilio & carcere segregati; suppliciter adorare decet, quo hinc liberati reuertamur ad patrem. Alioquin similes eorum erimus, qui parentum patrocinio sunt orbat. Profecto cum uniuersa partes simus, uniuersa proculdubio indigemus. Ipsa enim ad totum conuersio partibus salutem præstat. Sine igitur uirtutem sectariorum

LI 2 adorandus

adorandus est tibi qui totam uirtutē cōtinet. Ipsum namq; amare bonū, causa erit & tibi eius quod tibi expedit boni. Sive corporeū optas bonū, extat in uniuerso uirtus omnia continēs corpora. Inde igitur provenire necesse est partibus quibuscūq; salutē. Comperit uero habemus excellentissimos quosq; apud omnes gentes sapientia uiros diuinis potissimū notis incubuisse: præcipue Indorū Brachmanas; Persarum magos; Græcorū theologos, Chaldaeos autem, & aliud quiddā adorauisse. Ipsam enim superiorum uirtutem appellantes hæc, uero hoc nomine uenerant sunt. Hæc Porphyrius. Post hunc discipulū eius diuinum Iamblichum audiamus, bac in re in primis à Proculo cōprobatur. Omnia ex deo ita funt, ut nusq; uel minima queq; deserantur à deo. Vbiq; enim diuina uiget uitas; per quam res queq; consistunt: ac perpetuo quodā intimoq; circulo ad deum ipsum à quo & in quo sunt mirabiliter reuoluuntur, alioquin in nihilum repente prouerent. Ab unitate diuina omnia procedunt: procedentiq; unitatem quandā ipsi impressam retinent diuine unitatis imaginem: qua reuocantur in illam, & reuocata perficiuntur. Hæc ipsa animas rapit ad uota, quibus unio cum deo nobis penitus impletur. Quod si natura ex deo manans quasdā rebus quibusdā conuenientes cum superis proprietates inseruit, per quas quodāmodo ad superiores sese uertant, ceu ad solem solaria, ad lunā uero lunaria; multo magis animarum pater rapientes ad se uires eis impresit. Que quidē in primis in diuina quadā unitate intellectu superiore, nec non in ipsa intellectuall reflexione site uidentur. Ipsam uero nostrā in deum restitutionē adoratio supplex hinc orta absolute consumat: diuinam in nos beneficentiam naturali trahens cōgruitate, copulās adoratores cum adorato, coaptans superiorū intelligentiā uouentū preces: mouens uoluntatē eorum qui bona in se omnia cōplectuntur, ad bona nobis ad uotū impartienda, diuine persuasionis effectrix, nostra omnia in superiorū stabiliens firmitate. Ad uoti uero perfectionem quinq; præcipua pertinet. Primū quidem est notio quædam eius quod adorandū est, & qua ratione colendum. Secundū uero asinulatio quædā uite nostre ad diuinā uitam, puritate, castitate, sanctimonia, disciplina, ordine proficiscens, diuināq; captans beneuolentiā, & animas diuine largitioni subiiciens. Tertium est contactus aliquis, per quem essentiā diuinā ferme iam attingimus: & in ipsam summitate quadā anime uergimus. Quartum ingressio quædam in lumen diuini uestibulū. Quintum deniq; unio, unitatē anime propriā diuine unitati insinuans penitus & connectens; unamq; iam actionē eandemq; anima deiq; conflans; adeo ut nec ultra nostri iuris, sed dei simus, splendore obrui & circumsus diuino. Huius autē adorationis que absq; intermissione agenda est, superius est finis, ut uidelicet cōuersionē anime cum ipsa permanstone cōiungat: & quicquid à diuina unitate processit, rursus idē firmiter restituat unitati lumenq; nostrū superno lumine circumsundet. Sola igitur adoratio recta animas beate reddat patriæ. Sola sanctimonia est plena uirtus. Solus uir bonus, ut Plato scribit in legibus, deū decenter feliciterq; precatur. Sola cū superis cōsuetudo beatos facit. Ab hac flagitiosissimo omnino sunt alienit: tanquam profani à uotis & sacrificijs segregandi. Puri uero decenter ad supplicandū accedunt, ducentes uidelicet secum tres præcipue comites, fidem, ueritatē, & charitatē. quibus stipati spem bonorū concipiant firmam, atq; extrate raseq; ipsos postiti diuine seipos luci prorps immergant. Frustra enim deū queritat, qui nō adhibet se solum soli immobilēq; stabili, & simplicē simplicissimo. Quæadmodum enim nō possumus enti per nō ens coniungisic neque unitati per multitudinē: & stabilitati per motū, & simplicitati per mixtionē; sed relabimur potius in oppositum. Hæc Iamblichus atq; Proculus. His addit magnus Theodorus: Si quis naturas rerū diligentius explorauerit, inuenturum non animas tantum atq; mentes, sed quodammodo omnia excepto primo adorare atq; uocare.

MUNDVM HABERE SVpra SE TRES CAUSA: AC DE

pendere à causa incorporea. CAPVT VII



POST hæc autem actis precibus Timeus, quia mundum existimat esse factū, ideoq; ab alio factum, triplicem eius causam perscrutat. primo quidē efficientem, id est diuinam mentem; secundo exemplarem, id est idearum seriem diuina mente conceptā: tertio finalem, id est, bonum. Mundum uero esse ab alio ex eo indicat, quod & si pro natura corporea perfectissimus est, tamen pro absoluta natura non est omnino perfectus: cum propter materiā patiat in forma uel deforma: propter dimensionē subiecti uirtutis defectum, diuisionemq; expectet, si diuisor accesserit: propter compositionem dissolutioni sit obnoxius: ob partium repugnantiam machinetur malum: ob motum indigentiam præ se ferat, & priuationem patiat ad mixtam; denique ob ipsum ex diuersis congressum uno quodam superiore indigeat connectente: qui perfectissimū sit, quoniam ex seipso sit: quemadmodum mundus quia non est perfectissimus, cognoscitur ex seipso non esse. Omnino autem omnia rerum compositarum genera reducuntur ad aliquod quod in eo genere non est compositum: sicut dimensiones ad signum, quod ex dimensionib; non componitur: numeri ad unitatē, que nō fit ex numeris: elementa ad id quod ex elementis non miscetur: ergo & entium uniuersus ordo ad ens, quod non cōstat ex entibus. Id autē erit substantia accidentibus nullis admixta. Igitur neq; quanta erit neq; qualis: sed tota impartibilisq; substantia. Neq; ex eo quod unicūq; & simplicissimum erit solum, minus habebit; q̄ que præter substantiam subiectam accidentia. Quæ enim in sequētibus accidentia sunt, in supremo debent esse substantia: & illa quidem optima.

QVO

QVO uero plura addideris optimo: eo coges longius ab ipsa optimitate discedere. Siquidem ex admixtione noua illic resulat qualitas, atq; degenerans. Non solum ergo hic mundus quia omnino compositus est, sed etiam si quis esse superior, & tamen aliquo pacto cōpositus, à superiori simplicitate dependet. Que etiā super æternitatem extat: à qua & in diuinis mentibus integra sit æternitas: & in animalibus rationalibus æternitas mixta temporis: & in mundi sphaeris sempiternitas tēporalis. In his autē que sphaerarū motu uirtutēq; sunt, quædā portio temporis. Que igitur super animā cogitantur, semper quidem sunt, & nunquam fiunt. Ipsa uero & est & fit semper. Mundus est quidem nunquam, sed fit semper. Que in mundo gignuntur, sunt quoq; nunquā, sed aliquando fiūt. Fieri quidē dicimus tempore transigi. Quoniā uero perpetuo motu tēporēq; peragitur mundus, ideo semper fieri uideatur. Quatenus uero sit: nondū est itaq; dicitur esse nunquā, perinde ac si in torrente iugiter fiat restituarq; imago montis, semper quidē in ipso fieri ducta, nunquā in esse cōsistens. Id uero inter animam & mundū differre Platonici putant: quod cœlū non modo per actionem, sed etiā per essentiā continue fiat. Anima uero per actionē quidē fiat, per essentiā uero sit potius à deo, quā fiat à deo: & quoniā essentia impartibilis est, habeat uim quam sui ipsius quodāmodo producat: per quam edat in seipsa uitā propriā atq; motū: Cœlum uero unūq; pendat aliunde. Summatim quē. idmodum ab eodē scopulo, inter stagnum torrentemq; sito, assidue in stagno quidem est, in torrente uero sit imago, & euntesens iugiter recreatur: sic à deo semper pendet urting; sed aliter atq; aliter. Nam ab ipso anima quidē semper est, mundus uero fit semper. Sed ab alio principio rursus exordiamur.

IPSVM BONVM EST OMNIVM CAUSA MAGIS QVAM

sequentes cause, nec ullam habet cum ceteris proportionem. CAP. VIII



UNIVERSVM hoc à summo deo habere omnia, & actionē & uirtutem pariter, & essentiam Platonici oēs absq; cōtrouersia consistunt. Id enim à Platone ex omnibus eius libris accipiunt. Audiūt & idē in epistolis cōfirmantē. Vbi profecto ingenti cū mysterio tertios effectus in causam tertiā, secundos retulit in secūdā; cunctos uero in unā omnium causam. Neq; dixit primos effectus in primā causam reducidos: ne pronuciādo duntaxat primos, suspicaremur eos solos à deo pendere, neque dei nominatō causam primā, suspicaremur ipsum & cū ceteris causis in quodā genere conuenire, & cū effectibus in quadā dominationis proprietate congruere. Itaq; cuncta ab ipso procedere simul ostēdit: & ipsum interea ab omni procedētium cōmunionē esse penitus absolutū, idq; ob absolutā simplicitatē nominat ipsum unū: ob exuberantē uero beneficentiā, per quā & tanquā principū producendo efficit omnia, & tanquā finis eadē perficit reducēdo, nominat ipsum bonū. Putat autē que cūq; sunt, magis ab ipso q̄ à ceteris causis depēdere. Siquidē ipsum in quouis opere & prius agit, & diutius, & uehementius q̄ reliquæ causæ: & reliquæ quicquid sunt, eo faciente sunt: & quicquid agūt, eo ducte agūt. Vt autem ostenderet singula ab ipso magis quā ab alijs causis emanare, ter replicauit ipsum omnium esse principium. Inquit enim, Circa omnium regem omnia. Item eius gratia omnia. Rursus ipse omnium causa, ut intelligeremus & cuncta maxime inde oriri: & deum esse cūctorum effectorem & exemplar & finem. Proinde unum ipsum, atque bonum esse super essentiam omnem & intellectum, atq; esse causam utriusque, in sexto Reipub. atque in Parmenide & Sophista euidenter ostendit. Constat autem idem esse unum atq; bonum: ne si diuersa sint, duo cogantur esse principia summa. Principium profecto & simplicissimū esse debet & optimum. Nihil autem uel unitate simplicius, uel melius bonitate. Neque etiam unitas melior bonitate, neq; bonitas unitate simplicior. Vnum ergo sunt ambo summusq; deus, idq; totum super essentiam esse atque mentem, satis in Theologia & alibi confirmauimus.

DE DEPENDENTIA MATERIAE AB IPSO BONO: ET DE

actione mentis & anime in materiam: & de mundo intelligibili. CAP. IX



AB hoc utiq; uno bonoq; super omnem essentiam eminente Plato in Parmenide & Sophista omnes entium deducit gradus: tum eorum que uere sunt, id est, formarum separatarū; tum eorum que non uere sunt, id est, formarum materiæ inherentiū; tum infimum materiæ gradum. Qui usque adeo non uere est, ut proximus ei sit, quod fingitur iam uere non esse. Hanc utiq; materiā in Parmenide ab ipso bono in ultimo rerum gradu deductam, accipit in Timeo quasi iam genitam: & architecto mundi id effectum mundani operis subditam. Sed nunquid deus mundi auctor, idem & materiæ est effector? Respondebit hic Ammonij & Origenis schola, eundē esse. Et in Parmenide quidē tractari, quemadmodum materia esse à deo accipit in Timeo uero, qua ratione ab eodem accipit bene esse: prius autem quodammodo esse quā bene esse excogitari. Respondebit aliter cōmunis Platonicoꝝ schola: non eundem esse deum, qui materiam facit; & qui formam proxime. Immo materiam à summo quidem bono esse: ab intellectu uero formari: ab anima postremo moueri. Immo uero omnia hæc à primo; sed esse à primo tantum. Formari à primo per intellectum: moueri, & mouendo formari mobiliter, à primo per intellectum simul & animam. Perinde ac si fingamus figulum quendam, qui ma-

nu propria lutum faciat, factum per rotam formet: formando ligneo quodam distinguat pectine atq; figuret. Neq; utiq; dixerit uas à pectine atq; rota magis fieri quàm à figulo: quamuis à figulo per rotam fiat & pectine. Vni uersum hoc similiter ab ipso bono iudicant per intellectum quendam diuinum animamq; uniuersi procedere. Merito ab ipso mundo proxime fieri maxime unum, ab ipso bono maxime bonum. At quoniam uisibilis hic mundus ob multiplicem partium distantiam, qualitatum repugnantiam, effectuum diuersitatem, materialium deformitatem, neq; maxime unus est, neq; maxime bonus, ideo ante hunc existimant ab ipsa unitate bonitateq; diuini mundi alterum proxime emanare, & prout natura patitur quam simillimum, non uisibilem quidem, sed intelligibile, intellectualem, exemplaria omnium quae in hoc gignuntur habentem. Quem quidem diuinum intellectum, nominant non ipsum bonum, sed optimum boni filium. Quem si unius cum primo substantiae esse intelligamus, Platone christiana & theologiae magis conciliabimus. Sed ceteri Platonis interpretes reclamabunt.

SOL LVX, LUMEN, SPLENDOR, CALOR, GENERATIO, SIMILITER UNITAS, BONITAS, INTELLECTUS, ANIMA, NATURA, CORPUS MUNDI, IMAGO MUNDORUM SUPERIORUM.
LIBER X

MANE AT ergo Christiana & Mosaiica ueritas. Ac interim, si pluribus placet interpretum, forsitan fuerit haec uel Platonis opinio, uel Pythagorae: Intelligibile mundum inter uisibilem atq; ipsum bonum esse medium imaginem quidem boni, exemplar uero corporei mundi: ita à bono pendente, sicut lumen extra solem à luce intra solem. Praeterea producentem ex se proxime mundi animam sicut & lumen fundit ex se splendorem: perq; animam singula quotidie generantem, sicut splendor per calorem corpoream gignit. Quomodo igitur sex hi gradus ordine disponuntur: Primo quidem ipsa solis substantia, deinde lux substantialis & intima: Tertio lumen inde manans: Quarto splendor resultans ex lumine: Quinto calor splendore succensus: Sexto generatio caloris flagrantia coalescens: ita sex alij digerantur. Primo quidem unitas, deinde bonitas: neque tamen re ipsa duo haec, sed ratione quodammodo distinguantur. eadem namq; diuinitas: & quia omnia supereminet, unitas: & quia per omnia rursus exuberat, bonitas appelletur. Hanc utique exuberantiam uirtutem Plato in sexto de Repub. ideam appellat boni. In epistolis uero bonorum. boni quidem, id est sui ipsius, bonorum quoq; quae ab ipso proficiuntur. Tertio in gradu ponatur diuina quaedam mens, quasi lumen de luce manans, multiformesq; ut ita loquar, ideas in se concipiens duplici quodam superna lucis, ideaeque unius diuinae similitudo: non aliter quam in lumine multi iam radij ex uno lucis radio deriuantur. Non solum uero in hac mente rerum comprehenduntur ideae quasi fontes: sed & ad hanc multi mentium reducuntur exercitus quasi decem: ab eadem uelidelicet diuina luce à qua & ipsa aequae profiliunt. Totum uero id genus mundus superior nominatur: sed quantum ad mentes spectat sequentes, intellectualis mundus: quantum ad decem intelligibiles. Sed ipsa quoque mens dux mentium, partim quidem intellectus, partim intelligibile nominatur. Intellectus quidem qua rationibus rerum discernens dis incumbit. Intelligibile uero, qua rationes eius modi in se continentur ideis. Idea denique boni modo super intellectum: sed etiam super intelligibile regnat. Post archetypum hunc mundum quarto gradu sequatur corporei mundi anima: Mundus iam rationalis ex intellectuali mundo progenitus, quasi splendor ex lumine. Et sicut splendor iam motui permiscetur, sic anima immobilium idearum rationes mobili quodam pacto attingit atq; percurrit. Quintus huic succedat gradus, ipsa uidelicet natura rerum, mundus iam feminarius, ex rationali anima mundo, quasi calor splendore resultans. Sexto tandem gradu mundus hic corporeus colloctur, ex seminario ita proxime ductus, sicut rerum generatio ex calore. At si ceteris omissis aptius comparare uolueris, cogitabis in architecto quodam sapientissimo uim primo bonitatemq; naturalem. Deinde geometricum contemplatoremq; intellectum, communes rationes mensurarum habentem. Tertio rationem, ut aiunt, practicum iam per rationes ipsas de artificio consultantem. Quarto imaginationem figurarum iam & modos conducentes operi effingentem. Quinto affectum. Sexto mouendi uirtutem. In eiusmodi uero comparationibus uidebis effectus multo magis ab antecedentibus fieri quam sequentibus.

SINGULI ORDINES AD SINGULA CAPITA REDUCUNTUR,
uniuersus ordo ad uniuersale caput, à quo omnia componuntur ex actu & potentia.

CAPVT XI

QUAE uero latere nos debet propria rerum genera ad capita propria, uniuersum genus ad uniuersum caput oportere referri. Cuncta enim mundi corpora ad corpus unum: Naturae omnes ad unam quoque naturam: Anima ad animam: Mentis ad mentem: ad bonum denique bona. & quia bona, ideo cuncta. Sic utique omnia conuersione quadam naturaliter bonum appetunt tanquam finem: quoniam ab ipso bono, communi quadam processione tanquam principio prouenerunt: atque adeo cuncta ipsum appetunt, ut materia infima appetat appetitu non infimo. Perpetuo siquidem in omnibus generandis ad ipsum boni uergit similitudinem: ut appareat hanc à bono pendere. A bono inquam potius, quam à mente. Quippe

etiam mentis actio quae per formas fit ideales, terminetur ad formas. Actio uero boni, utpote amplissima, uel tripartita descendat etiam in materiam, efficiatq; bonorum auidam & capacem. Sed quam nunc uoco materiam, Plato in Philebo latiori nomine infinitudinem nuncupat: dicens ipsum bonum proxime infinitudinem ac terminum peperisse, statimq; inuicem miscuisse, atque ex hac mixtione cuncta composuisse, id est ex potentia quadam formabili & accedente forma. Potentiam enim formabilem quasi ex se nondum definitam nec perfectam uocat in infinitudinem. Formam uero huc adhibitam nominat terminum: quod uidelicet indefinitam à potentiam definitam, & in specie iam optata perficiat. Ex his ergo duobus & intelligibilem mundum proxime à deo uolunt esse constitutum: & sensibilem deinde ab intelligibili ex eisdem uel similibus constitutum. Ita ut intellectus ille proximus mundi uisibilis architectus, materiam acceperit ab ipso bono quodammodo spiritalem: sed iamiam sub se in dimensionem molis degerantem, & uacuum: ac si forsitan ex se moueatur, absque ordine nutaturum: sed per idearum ordinem ab eodem bono susceptum, formauerit eam, redegeritq; in ordinem, ante quam extra ordinem uagaretur. Praesertim cum animam ipsi rationalem in primis infuderit, motionis ordinatissime dominam. Non solum uero materiam per se informem fore, sed animam quoque fore informem inquit, nisi deus utraq; formet. Quod uero est in materia corporalis species, id ratio est intelligentiaq; in anima: quasi si caruerit, materiam inordinate mouebit. Quod autem id exprimeret, materiam considerauit in formam & animam rationalem: uidelicet motum inde sine ordine prouenturum.

MATERIAM NON FUISSE INORDINATAM ANTE mundum tempore, sed quadam ordinis ratione. CAPVT XII

In his omnibus colligere possumus materiam non esse aequalem mundi fabricae: non esse ante mundum ullo temporis intervallo, licet origine quadam & ordine: non iactari inordinate ante ordinem, sed erratam fuisse procul ab ordine, quantum in se est, nisi statim de super ordinata fuisset. At ne quis hunc loquendi modum improbet in Platone fingente materiam ante mundum inordinate iactatam, audiatur & Moyses ante mundi distinctionem dicentem terram fuisse inanem & incompressam, & super faciem abyssi tenebras extitisse. Mitto in praesentia poeticum chaos. Adducere iuuat in medium Philonem Iudaicum simili re uerbis Moysis Genesim exponentem. Si quis causam quare uniuersum hoc creatum sit uelit exquirere, non ex rebus meo iudicio, si id existimabit huc quidam ex ueteribus protulit: bonum esse creatorem ipsum & genitorem, & autorem uniuersi: & bonitatis suae gratia nulli substantiae inuidisse, quae sua natura nihil boni haberet, & tamen fieri omnia posset. Erat enim sua ipsius natura inordinata, informis, inanimata, omnino uaria, incongrua, inconcinna, inconstans, apta qua in contrarium mutaretur, & optimarum rerum rationem susciperet, formae uelidelicet animationis, similitudinis, congruitatis, concinnitatis: omnium denique rerum idae melioris. Item in secundo eiusdem libri uolumine. Cum, inquit, creator substantiam inordinatam & naturam suam confusam in ordinem ex inordinatione, & in discretionem ex confusione traductam formare cepisset: Terram atque aquam medio loco firmavit. Haec Philo. Proinde si gradus rerum sex in superioribus adductos consideraueris, perficies forte quam similis sit Plato Moysi: sex diebus mundi Genesim absoluentem: quam similis & Pythagoras, probans senarium numerum Genesim nuptijsq; prorsus accommodari, unde & Gamon appellat: propterea quod partes suas iuxta positae ipsum gignant, similemque reddant genitum genitori.

DVPLEX OPINIO DE ORIGINE MUNDI CAPVT XIII

QUIS interroget nunquid apud Platonem mundus fuerit sempiternus: Respondeo equidem interpretibus Seuero & Attico, & Plutarcho, alijsq; ut Proculus narrat multis, non fuisse semper. Sed interpretantibus Crantoro, Plotino, Porphyrio, Iamblichio, Proculo & plerisque alijs, semper quidem fuisse, & fuisse semper à Deo, inamo fluxisse. Deum enim semper esse aiunt. Mundum uero fieri semper, & fluere. Ac si initio temporis carentem consideraueris, ingentem dici mundum: sin autem perpetuum à Deo eius effluxum, assidue genitum: neque minus ex Deo pendere, si dependerit pendeatq; semper, quam si aliquando ceperit pendere, uel desinat. Quomodo lumen non minus à sole ducit originem, neq; minus seruit soli, si semper quam si aliquando profluxerit, effluatq; à sole.

TRIPLEX CONIECTURA PLATONICAE OPINIONIS de mundo, & quae sit certitudo sententiae Platonicae de mundo.
CAPVT XIII

AETERVM in rebus Platonice, uel coniectura incedimus, uel scientia. Quantum ad coniecturam spectat, ita & ipse loquitur, & sui disputant, ut opinionem eius de origine mundi in tria capita colligere liceat. Aut eni putant materiam aliquando ex nihilo à deo creatam, simulq; formatam tempore. Quamuis in hoc opere quod componitur ex materia, secundum quendam productionis ordinem materia

ipsa prius cogitur fieri quam formari: & esse materiam prius quam esse formatam: atque ante opus ex materia factum materia quæri solet ex qua fuerat opus conficiendum. Aut deum materiam non aliquando nouam peperisse sed ab æterno, similiterque ornasse: quamuis inornata prius quam ornata fingatur. si quid natura sua caret ordine: quem expectat ab alio. cumque res quælibet prius cogitur secundum id quod est, quam secundum id quod accipit, merito seorsum ab ordine potest ipsa in se ordinis expers excogitari. Aut ut dixi, materiam semper a deo fuisse, atque continue: sed non continue ordinatam, immo per temporum intervalla: ita ut dei sit stabiliter ordinata: rem materiam uero ordinari mobilitate: accipiatque temporalem ordinis sui temperationem non aliter quam a fibro accipit horologium: per aërisque pro natura sua certis temporum intervallis amittit ordinem paulatim ac denique totum, redeatque in Chaos: sed deus subito extremam confusionem minime tolerans in priorē dispositionem unico nutu retemperet, idque fiat in finite uicissim, nunquam mutato Deo, in finite reformata materia. Hæc enim humana in Platonis præcesserit coniectura. Quantum uero habemus scientia, affirmamus Platonem nostrum affirmasse Mundum non ex se existere, sed ex causa: non ex causa fortuita, sed ex certa: non ex naturali diuinitate causa, sed intellectuuali: non ex intellectu per modum naturæ determinato, sed potius uoluntario: non uoluntate ex naturali quodam instinctu compulsæ, sed libera. Nihil enim magis liberum quam quod per se est, & per se agit omnino: neque tamen contingente aliqua uoluntate. Nihil enim contingens, ubi idem est uoluntas atque necessitas. Nihil iterum uolentem, ubi idem est uicissim necessitas & uoluntas. Ut autem id aperiret, non minus replicauit in fabricando mundo uoluntatis diuine quam intelligentie nomen. Atque addidit ipsam uoluntatem boni esse summam causam: & certissimam causarum. Quam ex eo ostendit liberam esse, quod sepe ait Deum architectam more consultauisse: atque deliberauisse de opere construendo, quibus in uerbis non ambigunt intelligi Deum uult, sed libere eligentem. Proinde mundanum opus non semel tantum processisse inquit à Deo, sed procedere seruiciumque assidue. Quinetiam suprema mundi numina una cum mundo ex seipsis dissolubilia fore, nisi diuina uoluntate regantur. Satis ergo fuerit & id quidam quam maximum, talia de affirmante philosopho affirmasse. his enim concessis facile poteris Deum dicere quando providente & libera efficit uoluntate, mundum abque nouitate sui nouum composuisse. Ac si audieris non aliquando nouum, sed ab æuo potius edidisse: poteris maiestatem simul suam seruare Deo, cuius uoluntate, & hac quidem libera, mundus non minus eget, & pendet si eget pendetque semper, quam si quandoque processerit. Quoniam uero Plato sepe ait, eatenus de diuinis assenserandum, quatenus diuinis oraculis comprobetur: & nos sacris literis potius quam coniecturis nostris assentire debemus.

MUNDVS BONI GRATIA PROCREATVS AD DIVINAE
rationis uerbiq; diuini similitudinem. CAPVT XV

MUNDVM ergo fecit uoluntate, id est bonitate sua, tam uoluntarie quam naturaliter ob immensam fecunditatem exuberante. quæ primum quidem seipsa gaudet: ob idque deinde de sua hac delectatione imaginem: ita tamen, ut non in hac imagine, sed in ipsa exemplari, atque principio delectationis huius constituat finem. Quoniam igitur bonitate fecit mundum: idcirco boni gratia fecit ipsum, non enim ut esset, uiueret, intelligeret simpliciter, procreauit: sed ut & bene esset, uiueretque, & bonum intelligeret atque compararet. Id illi Mosaico ualde consonat. Vidit deus hoc & illud esse bonum: & cuncta ualde bona. Et quia pulchritudo splendor est bonitatis, ideo subdit ab optimo Deo mundum esse pulcherrimum procreatum: temporalem quidem, sed ad æterni exemplaris imaginem. Dicit & sepe, quot species sunt in archetypo, id est principali mundo, id est intelligibiles atque imitabiles, totidem rerum formas in hoc mundo disposuisse, atque ita sibi similem effecisse: utpote qui intelligat ideas rerum non inter nubes, ut maledici quidam calumniantur: sed in mundani architecti mente consistere. Vbi uero ait in ipsa uita ideas esse, uaticinari uidetur euangelicum illud: Quo factum est in ipso uita erat: & ubi ait repetitque sepe mundum diuina providentia constitutum, totam esse materiam religionem. Quod quidem cum obseruasset Theophrastus tanquam in philosopho mirum, ait. Plato solus, uel certe maxime omnium, à diuina providentia rerum causas assignauit. Sed à Theophraste quacumque id mente de Platone dicas, proculdubio confiteberis Platonem solum uel omnium maxime providentem esse atque diuinum.

CVR MUNDVS SIT VNVS, ET SPHAERICVS, ET
moueat in sphaeram. CAPVT XVI

STENDIT uero deinceps diuinum ipsum mundi exemplar: quod euangelista, sed diuiniore sensu diuinum appellat uerbum, esse unicum: quia quod cõtineat omnia, nihil relinquat extra seipsum: ideoque sit necessario unicum. Sed de hoc ipso in Theologia diffusius. Cum autem mundus hic in certis quoad fieri potuit, mundum intellectumque diuinum referat: adeo ut qui formas in hac materia conspiciat

conspicit, quasi diuinum uultum contineatur in speculo: certe in ipsa etiam unitate omnium effectrice atque seruatrice representat illum, ut architecti unius unum sit opus. Vnus igitur dei unius est mundus. Perfecto si posset architectus humanus dominari materie, postquam plura ædificia effecisset, quorum quodlibet in se sit unum, cuncta uero quodam tandem circumuallaret: deus autem potest omnino, cum sit materia dominus. Neque somnari licet mundos plures quasi pilas, alios extra alios. Sic enim diuinum opus dissipatum foret: atque inter mundos spatia uacua foret. Probabilius existimabimus, si quot orbis singulis per uacuum spatios, tot excogites sphaeras potius intra sphaeras, ut quælibet sphaera sit mundus in mundo: uniuersumque opus unum sit, atque inuicem ordinatum: nihilque uel uacuum, uel ordinis unionisque expers reperitur. Sit autem figura mundi sphaerica, sic enim est maxime uniformis capax, indissipabilis, agilis: atque ita nec aliter potest moles in mole, & sine uacuo collocari, & sine offensione moueri: id est, si non quadrata quadratis, aut circulis, sed orbis orbibus inserantur. Denique præcipua mundanae huius sphaera causa est: quod & orbicularis est diuini mundi natura: quæ in seipsam intelligendo & amando reflectitur. Motionis uero sphaerica ratio est tum figura ipsa quæ motum recipit: tum mundanae ipsius animæ quæ mouet, intima per intellectuales species reuolutio.

CVR MUNDVS DIVIDATUR, VEL IN QVINGVE, VEL IN SEX
plagas: & quomodo ei cõueniat septenarius, & numerus circularis: & quomodo distribuatur ad intelligibilis mundi similitudinē. CAPVT XVII

QUAM OBREM mundanae diuisioni non iniuria accommodantur numeri: in quibus radices primæ sunt circularium numerorum: Quinarius uidelicet ex imparibus: sex paribus uero senarius. Diuinus autem numerus uiginti quinq; ex quinario in circuli morem multiplicari: quoniam ab eodem quodammodo redeatur in idem: dum quinque quinq; cõputantur uiginti quinq;. Item simili circulo numerus centum uiginti quinq;. Quinque enim uiginti quinq; tot faciunt. Eadē est ad triginta sex, itemque ad ducentos sexdecim, circularis senarij ratio. Sexies enim sex implet sex atque triginta. Item sexies triginta sex ducentos implet & sexdecim. Et si superiores numeros ratione ortus sui alios quadratos, alios oblongos nominant: tamen ratione casus atque finis nuncupantur circulares. Itaque per quinarium & senarij radices primas circularium numerorum, mundi corpus circulare diuidimus. Primo quidem in partes quinque, scilicet ignem caelestem, ignem æthereum sub luna, Aërem, Aquam, terram. Quæ quidem diuisio in Epinomide cõprobatur. Deinde distribuitur per senarium: ubi caelestem ignem in non erraticum diuidimus & erraticum. Quæ partito à Platone frequentius usurpatur. Verum sensibilis mundi distributionem ab ipsa exemplaris sui distributione commodius hunc in modum more Platonicum deducemus. Excogitat quidem deus in mundo penes ipsum intelligibili alteram quidem uim formabilem, alteram formatricem. Illam, ut dixi, in finitudinem: hanc terminum Pythagorici & Platonicici nominant. Excogitat & mutuam harum utriusque mixtionem: intelligitque tertiam quandam ex hac mixtione formam protinus coalescere. Sed & hanc ipsam formam quasi triplicem animaduertit: habere enim nonnihil infinitudinis: nonnihil & termini: nonnihil & proprii. Quo fit, ut post binarium numerum, infinitatis scilicet atque termini, ternarius euestigio surgat, addita his tertia forma. Surgat quoque quinarius, eiusmodi forma tripliciter distributa. Senarius denique nascitur, ubi mundi illius munus ad inferiora producenda porrigitur. Nascitur & septenarius, ubi mundus ille uelut imago refertur ad patrem. In quo quidem gradu septimo quasi die septimo conuiescat. Si uero reddideris singula singulis: animaduertes corpus hunc mundum ab ipso summi mundi termino ceu formam habere ignem: ab infinitudine uero ceu materiam habere terram. A media uero illius forma humorem ignis terræque conciliatorem: qui & conglutinet terram, natura propria dissipabilem: & nutriat ignem ex se facile resolubilem: & tria quædam in seipso possideat: hinc quidem igneam: inde uero terram: sed nonnihil in medio proprium purum quæ æream: cum aliunde per sublime uergat ad ignem: aliunde per infimum uergat ad terram. Post hunc mundi quinarium sit senarius: si communem cunctiorum excogitaueris formam. Fit iterum septenarius: si hanc ipsam mundi formam reformaueris exemplari: in quo quidem die septimo conuiescat.

QVARE SINT IN MÜNDO PARTES DISTINCTAE, ET QVA
re contrarie, & de quatuor elementis. CAPVT XVIII

NON solum uero distinctionem formarum, sed etiam repugnantiam uidemus in mundo. procedit enim à primo, & procedendo degenerat. Proccasio quidem distinctionem facit: degeneratio repugnantiam. Quinimo diuisionis ipsius origo est fecunditas cause foras exuberantis: sed propagantia in amplum, procedente uero per gradus multos diuisione, in repugnantiam denique peruenitur: præsertim cum mundi materia ob imbecillitatem nequeat ita inuicem formas conciliare, ut mundus ille superior in seipso

in seipso coneliat. Quo factum est ut Deus materiam dimensione protenderit, ut repugnatis inter se formas hospitijs diuersis exciperet. Deniq; cum & illa dicamus inter se contraria, quae in eodem genere maxime distant, & illa diuersa, quae inter se generibus separantur: ex eo quidem q; contraria sunt in mundo, apparet genus quodlibet species habere quamplurimas: ex eo autem quod diuersa, constat uniuersum genera possidere permulta. Quoniam uero & species omnes ad genera, & genera ad uniuersum, communemq; eius formam deniq; reducuntur, & adduntur, sicut superior mundus uniformis est atq; omniformis, ita hunc omniformem esse atq; uniformem. Conducit autem contraria elementorum colorumq; qualitas & figura, ad nouas formas quoad generandas: conferente uidelicet motione. Siue enim unicum fuerit elementum, nihil utiq; generabitur: quod & Hippocrates asserit. Siue plura inter se similia, noui nihil efficietur: quod probat Heraclitus. Oportet tamen hunc mundum perpetuo nouarum generatione formarum aeternam superioris omniformisq; mundi actionem pro uiribus imitari. Esto itaq; ut poesis canit Empedoclis, contraria inter se elementa. Esto & inter contraria medium: quando contraria & maxime distant, & absq; medio minime congruunt. At medium hoc indiuisibile esse nequit. alioquin per ipsum contraria non distabunt. habet ergo dimensionem. Sed qua parte alterum tangit, non tangit alterum. Et habet insua per partem necessario mediam, per quam aequae discrepet ab extremis. Propterea Plato inter contraria semper media saltem interferit duo: quemadmodum ex uerbis eius euidenter apparet. Interferit & tertium: ubi ait, medium uim habere per quam non solum extremorum sed suam quoq; custodiat unionem. Sed ponat manifeste duo, neque enim nunc id contendimus: ceu inter ignem & terram, duo quaedam: Acrem scilicet atq; aquam. Opus autem esse duobus saltem medijs inter contraria omnino corpora: ostendit ex numeris, atque dimensionibus, quae naturalia corpora quodammodo antecedunt.

NUMERI LINEARES, PLANI, SOLIDI. ET QUARE INTER PLANOS UNUM SUFFICIT MEDIUS SED INTER SOLIDOS NON SATIS FACIT. ET QUOMODO MATHEMATICAE RATIONES AD PHYSICAS REFERANTUR. CAPVT XIX

RIPLICES esse numeros apud Pythagoricos alibi declarauimus, Lineares, Planos, Solidos. Lineares quidem quos sola metitur unitas quasi punctum: ut Binarium, Ternarium, Quinarium, Septenarium atq; similes. Planos autem qui multiplicentur ex numeris quasi lateribus. Cuius senarius ex bis tribus fit terne duobus. At qui ex planorum numero eos quadrangulos, & aequilateros appellamus, qui ex numeri alicuius in seipsum ductu conficiuntur. Cui quaternarius ex bis duobus, & nouenarius ex ter tribus: & sedecim ex quater quatuor. Inaequilateros autem, qui ex ductu minoris numeri in maiorem: qualis fit senarius ex duorum in tria deductione. Dicimus & oblongos: qui ex ductu numeri admodum minoris, in numerum longe maiorem conficiuntur: qualis est denarius ex deductione duorum in quinq; resultans. Si quidem ex bis quinq; fit decem. Hunc si in decimo de Rep. appellauimus quodammodo linearem, intelligi uolebamus oblongum. Praeter hos autem, eos solidos dicebamus: qui ex deductione atq; reductione numeri alicuius in seipsum efficiuntur, instar molis solidae in trinam quasi producti dimensionem: ut bis duo bis, octo. Ter tria ter, uiginti septem. Quater quatuor quater, sexaginta quatuor. Accipe duos planorum primos: qui uidelicet a primis linearibus procreantur: ut puta hinc quidem quaternarium a binario; inde uero nouenarium a ternario procreatum. Hos sane planos duos, nouenarium scilicet atq; quaternarium, poteris unico competenti medio inuicem deuincire: hec est senario. Quae enim proportio est nouem ad sex, eadem sex erit ad quatuor. utrobique enim est proportio sesquialtera. si quidem nouem continet sex; & insuper alteram eius partem, id est ternarium. Similiter sex comprehendit quatuor, atque insuper binarium, alteram, id est dimidiam quaternarii partem. Senarium uero esse competentens medium inde patet, quod ex utriusq; componitur. Latus enim quaternarii quidem est binarius; nouenarii uero ternarius. Ex multiplicatione autem binarii in ternarium fit senarius. Similiter si acceperis ultra nouem alium quadratum scilicet sedecim; medius erit duodecim: qui ex lateribus horum nascitur. Latus enim nouenarii quidem tria; sedecim uero quatuor. At si tria ducas in quatuor, duodecim reportabis: qui horum medius pariter utrumque ratione connectit, sesquialtera uidelicet ratione. Nam sexdecim comprehendit duodecim, ac tertiam insuper eius partem. Similiter duodecim ultra nouem includit tertiam nouenarii portionem. Cernis itaq; quod inquit Plato: planos numeros unico posse medio colligari. Accipe praeterea numeros solidorum primos: eos in quam qui primis primis efficiuntur linearibus in se ductis atq; reductis: hinc quidem octo a binario; inde uero uiginti septem a ternario procreati. Hos utiq; non poteris unico inuicem medio copulare: sed cogaris duo saltem accipere media, scilicet duodecim, atq; decem & octo. Accipies enim duodecim ex bis duo ter; decem uero & octo ex ter tria bis: per quos hos numeros conciliabis extremos sesquialtera ratione. Nempe uiginti septem numerus, decem & octo complotitur: & alteram rursus eius partem, id est, nouem. similiter decem & octo exuperat duodecim. Item duodecim aequaliter excedit octo, & per haec perspicuum est: solidos numeros pluribus semper quibus conueniunt

copuletur, medijs indigere. Quod autem exposuimus in numeris, idem possumus in dimensionibus, tum planis, tum solidis demonstrare, ostendentes inter plana comparabilia inuicem unum saepe sufficere medium: inter solida uero comparabilia, plura uera media esse ponenda. Quod quidem & prolixum nimis foret, & satis a Iamblichis, & Proclo, & Chalcidio est ostensum. Quoniam uero Plato Mathematica haec non propter seipsa quidem, sed propter naturalia hic accepit; his praetermissis consideremus breuiter quae potissimum natura mysteria per mathematicas imagines subintelligat. Principio quod in sacris literis legitur: Deum omnia in numero, mensura, pondere perfecisse, manifeste tangit & a Platone, numeros, mensuras, solida in medium adducente, Per solida enim comprehendit & pondera, quae etiam significat ubi post dimensiones commemorat uires inclinationum quasi ponderum causas. Per numeros quidem intelligi uult ipsas rerum naturalium species formasq; substantiales: quas etiam Aristoteles numeris comparauit. Per mensuras autem certas instrumentalesq; figuras, uel magnitudines speciebus certis accommo datas. Per solida deniq; atq; uires, significat qualitates, & quae cum motibus penitus protenduntur, & praesant motionibus actionibusq; momentum. Inducunt autem omnes in uniuerso, tum rerum species, tum specierum figuras magnitudinesq; tum qualitates, geometrica inuicem, & musica proportione compositas: ut qua ratione infima a medijs, eadem media a superioribus excedantur. Item per numeros designat medium arithmeticum, quod numerorum paritate consistit. Per dimensiones atq; mensuras medium geometricum, quod in rationis proportionisq; identitate locatur. Per pondera & uires, medium musicum: quod in portionis aequalitate uel similitudine situm, uelocitatem, tarditatemq; motionum, & acumen grauitatemq; uocum uirtute comprehendit.

PRIMA DISCVSSIO, QUARE QUATERNARIUS ELEMENTORUM NUMERUS MUNDO CONUENIAT. CAPVT XX

SED de his dilibitatus, iam uero ad partitionem mundanarum partium reuertamur, quo harmoniam ipsarum compositionem conspiciere ualeamus. In superioribus quidem quinarium, & senarium circulari mundi figura congruere dicebamus. Nunc insuper quaternarium eiusdem plenitudini decimus conuenire. Profecto quaternarius primus implet omnem differentiam numerorum: primum parem ac primum imparum in se completens. Implet & simplicem numerorum progressionem, quando terminis quatuor explet denarium, uno, duobus, tribus, quatuor denariu perfecte consummans. Implet processum quoq; dimensionum, terminis uidelicet quatuor assequens, signo, longitudine, latitudine atq; profundo. Implet musicam consonantiam. Nempe intra quaternarii limites dupla, tripla, quadrupla, sesquialtera, sesquitercia, diapason, disticha pason, diapente, diatessaron, coercentur. Implet naturam ad quatuor usq; terminos procedentem, substantiam, quantitate, qualitate, motu. Implet deniq; uniuersum, siue quod in natura, siue quod supra naturam, essentia, esse, uirtute, atq; actione. Merito igitur Pythagoricam quaternarium plenitudinem mundani, tum corporis tum animi designabant, eamq; iure iurando testabatur natura perpetuo fluentis finem esse quadruplicem. Ex hoc nimium forte manat quaternarius elementorum numerus. Hinc quadruplicitas in caelo quadruplex. Hinc sub caelo tempora quatuor. Hinc sub tempore, quatuor humores, complexiones, affectus. Hinc super tempus quatuor uirtutes surgunt. Hinc in aeternitate quatuor exempla uirtutum.

SECUNDA AD IDEM PROBANDUM DISCVRSIO. CAPVT XXI

RATEREA nisi uererer partim prolixitate, partim etiam nouitate, recensere mira quaedam Iamblichis & Syriani Proculiq; commenta, gradus quatuor super mundum supernum constituentium, scilicet unum, terminum, infinitudinem, mixtionem. Proinde supernum mundum, id est primam intelligentibilem; mentem: post eam potentium mentem mundumq; partim intelligibile, partim quoque intellectualem: post hanc intellectualem simpliciter mentem atq; mundum. Quarto uero loco mentem iam mundumq; animalem, sensibilib mundi ducem. Item supremam mentem & suspicere quatuor illa, unum scilicet terminum, & infinitatem atq; mixtionem, & habere suapte natura quatuor: uidelicet hinc quidem unitatem, inde uero essentiam. Rursus unitatem essentialem, & essentiam uniformem, atq; omnes omnino rerum ideas quadruplicis similiter naturae participes. Item mentem ipsam intellectualem ioualemq; mundi opificem in fabricando mundo suspicere in mentem intelligibile atq; supremam uelut exemplar, & in bonum ueluti finem. Et qua ratione in mundo intelligibili, quod & ipsum ens ipsumq; uiuens nominant: principia & ideas suscipit naturae quadruplicis, in quatuor similiter plagas digere mundum. Quarum prima a primo caelo, postq; caelum per ignis sphaeram usque ad aeris principium protendatur: Secunda inde ad aerem usque medium: Tertia inde ad terram: Quarta uero sit terrae atq; huiusmodi partitioni quatuor in qualibet plaga respondeat exercitus rationalium habitantium, deorum scilicet mundanorum, item angelorum, deinde daemonum, postremo particularium animarum. Sed his omissis ad institutum nostrum regrediamur.

TERTIA AD IDEM CONFIRMANDVM DISCVSSIO
CAPVT XXII

QUATVOR apud metaphysicum sunt elementa, essentia, esse, uirtus & actio. Quatuor apud mathematicum, signum, linea, planum atq; profundum. Quatuor apud physicum, seminaria natura uirtus, pullulatio naturalis, & adulta forma atq; cōpositū. Redde uero singula singulis. Essentia quidem signum atque semen, ipsi uero esse lineam, pullulationemq; uirtuti planum atq; formam, actioni profundum atq; compositum, & ubiq; extrema uelut solida duobus concilia medijs. Manifeste uero quod in mathematicis signum est, Plato in Phisicis uirtutem seminariam in diuiduamq; & stabilem esse putat. Quod autem in mathematicis linearis in longum productio; id in Phisicis germinantis formæ pullulationem, ut ita loquar, existimat. Item quod ibi planum, hic proprie formam: ut enim planities corpus terminat, ita forma materiam, deniq; quod ibi profundum, hic est compositum: compositum inquam duplex, tum formale, id est, ex pluribus formis complexio quædā spheræ solidæ similis: tum materiale, id est, ex forma atq; materia, cubo similior. Quod ergo ait inter duo plana unum sufficere medium, intellige inter duas formas mediū unicum satisfacere, id est formale. Formæ enim cum formis deinceps ubi per extrema sui sese contingunt, uno quodam formali medio congruunt, uirtusq; partim quidem conueniente, partim etiam differente. At uero quod inquit, solida solidis medio duplici copulari, significat inter composita naturalia duo diuersæ naturæ gemina mediā interponi. Quorum alterum quidem formale sit, alterum uero materiale. In quolibet enim composito, hinc principalis forma, inde accommodatum forme subiectum consideratur. Hinc efficitur, ut inter diuersa composita cōsurget discrepantiā duplex: altera quidem magis ratione formæ, altera uero magis ratione subiecti.

QVARTA AD IDEM DISCVSSIO, ET DE VIRIBVS
proportionibusq; elementorum CAPVT XXIII

ADEM hæc alia insuper ratione corroborantur, si à quadrinitatibus modo descriptis, ad quadrinitatem spheræ descendas. In hac utique consideratur & natura medijs, consideratur & natura circumferentiæ longissime inter se distantes tam proprietate quàm situ. Cōsideratur insuper hinc quidē spatium, quatenus propria uirtus centri porrigitur: inde uero spatium, quatenus propriamque circumferentiæ uis protenditur. Hinc quatuor computantur plagæ mundi, & quatuor similiter elementa.

A substantia, A uirtute, Ab actione.

Ignis,	subtilis,	acutus,	mobilis.
Aer,	subtilis,	obtusus,	mobilis.
Aqua,	crassa,	obtusus,	mobilis.
terra.	crassa,	obtusus,	immobilis.

Alia positio earundem.

Ignis,	acutus,	subtilis,	mobilis.
Aer,	obtusus,	subtilis,	mobilis.
Aqua,	obtusus,	crassa,	mobilis.
Terra,	obtusus,	crassa,	immobilis.

Quorum quod in circumferentiā ponitur naturā eius sequens, amplissimū est, idēq; omnium subtilissimum per substantiam, per uirtutem uero acutissimum, penetrationisq; aptissimum, per actionem deniq; promptissimum est ad motum. Quod autem situm est in mediō, natura quoq; sequens medijs, angustissimum est, & densissimum per substantiam, per uirtutem uero obtusum, per actionē deniq; ad motum est ineptissimū. Mediā uero duo medio in his modo se habent. Proinde sicut maxime distāt in spherā ambitus atq; centrum, ita per situm & naturam ignis terræq; plurimum discrepant. Ille enim ita petit ambitum, ut nunq̄ naturaliter mediū; hæc ita centrū, ut nunq̄ naturaliter ambitū. Aer uero interdum descendit, si uidelicet in sublimi ignis regione ponatur. Aqua etiā ascendit, si sub terram cōhibeatur. Quæadmodū uero in igne & terra tria considerātur, scilicet substantia, uirtus, actio: sic & tres potissimū proprietates, uidelicet in igne quidem per substantiam crassitudo, per uirtutem acumen, per actionem mobilitas. In terra uero opposita, per substantiam crassitudo, per uirtutem obtusitas, per actionem immobilitas. Dicuntur autē horū naturæ apud Platonem solidæ, quia instar dimensionis trinæ, trinas possident qualitatesq; si duntaxat haberent planorum instar, unum sufficeret medium: quod uidelicet in qualitate quidem una congrueret cum extremis, in altera uero differret. At quoniā tres inuicem oppositas habent, duobus, ut uinciantur, opus est medijs: quorum utruq; cum proximo quidem, tum in mediō duplici conueniat qualitate, in unica discrepet: cū remoto uero extremo, in una quidē congruat, sed differat in duabus. Sic utique ignem sequitur aer, in subtilitate & mobilitate igni per similes: sed quædā uirtutis obtusitate dissimilis: in qua etiā unica quodāmodo cum terra cōsentit: cum aqua uero duabus, scilicet obtusitate atq; mobilitate. Aqua sequitur aerem in duabus his aeri similes: sed una similis igni, scilicet mobilitate duntaxat: at dissimilis igni duabus, crassitudinis obtusitateq; simul: dissimilis terræ mobilitate, sed crassitudine obtusitateq; similis. Profecto q; ignis ad terram analogia quadam, id est rationis similitudine atq; proportione comparabilis sit, apparet. Quæadmodū enim se habet subtilitas ignis ad terram crassitudinem: sic ignis acumen ad obtusitatem terræ: sic iterum ad im-

mobilitas

mobilitatem terræ mobilitas ignis. Quod etiam comparabilis sit, sed potiori aliqua ratione, ignis ad aerem: aer ad aquam: aqua ad terram: ex consensione qualitatum est manifestum. Videtur autem elementi proximi quidem ad proximum conuenientia ad discrepantiam esse duplici: ad remotum uero contra, duplici esse ad conuenientiam discrepantiā. Videtur ignis aere duplo subtilior, triplo mobilior, quadruplo uero acutior. Item aer aqua acutior duplo, triplo mobilior, quadruplo esse subtilior. Rursus aqua quàm terra acutior duplo, triplo subtilior, quia duplo ad motum esse paratior. Procedere uero inter cognata ad quadruplam usq; proportionem duntaxat apud musicos est concessum. Longiori enim progressionem aures offenduntur. Quinetiam in his perfectæ rationes musicæ continentur. In his utique per tres qualitates quasi per trinas dimensiones, & solida quædam, ter quoque solidi, deq; ad solida usque procedimus. Nam per duplam quarto gradu ad octo peruenimus: qui primus est solidus, item per triplas quarto similiter gradu ad uigintiseptem: qui solidus est secundus. Rursus per quadruplas rationes, quarto denique loco ad sexaginta quatuor, qui tertium inter solidos numeros obtinet locum. octo enim à binario solide, id est, ter accepto; siue ducto: uigintiseptem à ternario ducto ter: sexaginta quatuor à quaternario similiter in seipsum ter multiplicato creatur. Caterum ut notius sit quanta apud Platonem congruitas mathematicis inest ad physicas, repetenda sunt duo illa primorum mediā solidorum. Posuimus enim inter octo atque uigintiseptem, competentia mediā duo, uidelicet duodecim atque decem, & octo. Duodecim quidem numerus, tum ex octo, tum ex uigintiseptem nascitur. Latus si quidem ex quo multiplicatur octo, binarius est: Latus autem ex quo uigintiseptem, est ternarius: sed ex binario atque ternario ita fit duodenarius, si egeris bis duo ter: ubi duodenarius oriens duo ab octonario accipit latera, unum uero à uigintiseptem. Item ex binario atque ternario ita fit decem & octo, si egeris ter tria bis: ubi decem & octo numerus nascens, ab octonario quidem remoto latera accipit unum, ubi dicitur bis: sed à numero uigintiseptem latera duo, ubi ter tria. Similiter elementa duo inter ignem terramq; mediā, dum ex extremis contemperantur, interim à proximo quidem naturas reportant geminas: à remoto uero unicam mutuuntur.

QVOD TOTVS MVNDVS EX QVATVOR COMPO
nitur elementis: & quomodo hæc alia ratione sunt in caelo:
aliter infra lunam. CAPVT XXIII

HIS quatuor elementis geometrica & musica inuicem ratione coniunctis, uniuersum mundum esse compositum Pythagorici Platonisq; omnes existimant: ita tamen, ut cōsonantia horum in caelo nullam unquam dissonantiam patiatur: sub caelo autem, dissonantia quædam alicubi oriri uideatur interdum: sed statim per superiorem concentum in formam consonantem mirabiliter redigantur. Esse utique elementa hæc sub luna, nemo negabit. Esse uero in caelo, physici nonnulli negabunt. Sed isti audiant metaphysicos precor probantes elementa per ideas suas esse in ipso mundi opifice: esse in de in anima mundi per rationes suas: esse in natura per semina. Ergo & in caelo per uirtutes: & sub caelo per formas. Quo enim pacto à causis caelo superioribus elementorum naturæ transeunt infra cœlum? & ibi quidem protinus naturæ, nisi uirtutes horum moderatrices caelo interim insundantur? Quinimo sicut agricola quidem non regit architectum, quoniam architecturæ nullas cōtinet rationes: geometra uero has possidens, regit illum: sic & cœlum nisi elementorum elementaliumq; comprehendat uires, hæc gubernabit nunquam: gubernans uero complectitur: immo complectendo gubernat. Audiant & astronomos tam in signis quàm in planetis naturas designantes elementorum, & effectū probantes. Audiant denique sacras literas ponentes sepe in cœlis aquas: ponentes terram quoque uiuentium. Quod si duo hæc ibi cœlestium dissimiliora ponuntur: multo magis ignis & aer cœlestium similiores ibidem à sacris literis collocantur. Respondent, ut arbitror, aliqui: uires illic quidem elementorum excellentissimas per modum causæ ponendas esse: in spheris autem elementorum sub luna naturas eorum secundum formam: in compositis tandem participatione quadam: sed naturas ipsas elementorum in caelo esse negabunt. Ad hæc adducunt Platonici uirtutes ubique proprias in propria natura fundari. Itaque si sunt horum uirtutes in caelo, esse quoque naturas, sed quemadmodum uirtutes illic in genere quodam longe his excellentiore consistunt: ita naturas in excellentiore: immo, ut rectius loquar, excellentissimo. Et naturam illam ignis eminentissimam præbere caelo sensibile lumen, uisibilem calorem, motumq; promptissimum. Naturam terræ largi rursus firmamq; stabilitatem. Item & stellis densitudinem qua uideri possint: & luna qua radios repellat solares. Naturam aeris præstare perspicuam qualitatem, quæ nominant translucentem. Naturam aque afferre delicatissimam, & equalissimam lenitatem. Et quod maximum est, ipsi spherarum labijs quibus se contingunt, inferere uirtutem illam frigoris & humoris: per quam fiat, ut quamuis ex uelocissimo motu rapidissime & uehementissime se contingant: æstus tamen illic resolutioq; non accedat. Has quidem in cœlis aquas Hebræi ualde probant

M m sunt

bunt. Probabunt etiam, ut arbitror, si audierint per naturam illic terre uiuentium fieri, ut materiae alioquin tenuissime ex tanto motu non dissipentur. Meminisse uero oportet, tantam esse in caelesti substantia uirtutem, tamq̃ ad conciliandum efficacem, ut qualitates & motiones quae apud nos sunt inter se repugnantes, ibi non pugnent. Item ut reliqua illic elementa statim à prima genitura mundi in formam praestantissimam, id est, ignis redacta fuerint: quemadmodum per motum caelestem elementa quatuor apud nos in quauis genitura ad unam reducuntur mixti formam. Neque miraberis in unum illic elementa constari: si cogitabis etiam infra lunam in unam molem esse compacta, & ignem esse soliditatis terrene participem, ne ob tenuissimam mobilissimamq̃ naturam continuo dispergatur: terram quoque per se torpentem, ignis consortio actionem uitamq̃ nascisci. Quod si extrema miscentur, nimirum & media medijs extremisq̃ misceri. Item si tanta est infra lunam unio, super Lunam esse uelto maiorem: sed terra soliditatem siue stabilitatem illic absque crassitudine in uaporea quasi forma regnare. Rursus & quabilitatem lenitatemq̃; aquae procul à lapsu; agilitatem acris ab effluxu seorsum: efficaciam ignis in lumine salubriq̃; calore intelligentiae utiq̃; per simili dominari, seorsum ab ea combustionem, ad quam efficiendam apud nos cogitur, tum lumen inter concava repercussum, tum calor igneus aspera quadam materia, & mordaci conclusionis. qui certe quatenus à terrena crassitudine soluitur, eatenus lucet purius caletq̃; salubrius. Ergo una cum Heraclito & Empedocle, dicemus ignis ipsius, qui in idea est, intellectuale lumen, in coelo quidem uisibile lumen ad oculos emicare: sub coelo autem in aethere puram ipsius & innoxiam uigere flammam: in terra uero carbonem in aspera materia comburentem. Dicemus postremo cum Orpheo esse in super apud inferos quatuor elementa: Pyriphlegethontem, Acherontem, & Oceanum, & Cocytum. Dicemus cum Platone: quemadmodum in archetypomundo omnia sunt in omnibus, ita in hoc imaginario mundo omnia in omnibus esse: sed pro natura suscipientium ubique singula suscipi: ut caelestia in elementis elementalia sint: elementa in coelo caelestia: atque tantam esse caelestis regionis super alios excellentiam, ut caelestis ignis praeter elementalem ignem tria; reliqua elementa dici quintum ualeat elementum. Hinc mundos quinque appellari posse ait. Siquidem omnia rerum genera in quolibet horum quinque sunt pro sua cuiusque natura. Concludemus denique concordiam inter Moysen & Platonem, quem Numenius alterum cognominat Moysen. Quod enim Moyses ait: In principio fecit deus caelum & terram; Plato ait: Deus primo ignem fecit & terram, ignem intelligens praecipue caelum. Principio enim in sphaera mundi centrum considerauit & ambitum. Reliqua horum gratia interiecit.

CIRCULARIS MOTVS OMNIS, SPHAERAE
semper mobili proprius est. Item ignis maxime proprium
est lumen. CAPVT XXV



ED neque nos turbent qui caelum idcirco igneum esse diffidunt, quia caeli quidem motus sit circularis, ignis uero sit rectus. Nam etiam caeli portio quaelibet, si forte ponatur in medio, repente ascendit in rectum, breuiori uidelicet tramite patriam petitura, & tamen caeli motus proprius est circuitus: & terra si separetur à centro, descendet, & tamen eius proprium est quiescere. Profecto quaelibet sphaera mobilis tam elementalis quam caelestis, pro figura sua naturaliter mouetur in orbem, sic loco suo plenius fruitura. Motus autem rectus ubicunque est, non tam naturalis est, quam reductus in naturam. Si cui uero corpori circuitus conuenit, maxime conuenit igni. Cum enim à terra distantissimus sit etiam per naturam, sicut terra est semper immobilis, ita ille semper est mobilis. Si semper mobilis, ergo in orbem. Quod enim mouetur in rectum, per actio spatio quod finitum est, finit & motum. Moueri uero in circulum tam ignem quam aereum, ostendit circuitus cometarum. Circuitum quoque aquae testatur influxus perpetuus & effluxus. Manere uero oportuit terram, ut indiuisibili & stabili centro foret similior, eoq̃ commodius fruere. Moueri autem superiora, ut uaria semper pro motionis uarietate producerent. Neque negent aliqui caelum esse calidum, sed negent potius esse urens. Neq̃ dicant Solis lumen sola repercussione calefacere, sed sola comburere. Nam Lunae radij repercussu nihil calefaciunt, cum in ea uirtus aquae dominetur. Calefaciunt autem Solis radij salubriter pro ignea solis uiuificaq̃; natura. Neque obijciant ex tardiori Lunae motu continere, ne Lunae radij calefaciant. Nam et si ponitur esse tardior, tamen tanto propinquior est quam Sol hominibus, ut debeat si non tantum, ali quantum tamen calefacere, si repercussio ne duntaxat proneniat calefactio. Neque adducant aëstem esse ignis proprium. Siquidem quo minus aliene miscetur materiae, minus urit. Sed dicant lumen ignis proprium. Quo enim purius, eo lucidius, licet oculis quibusdam non manifestius; & lucet longius quam calefaciat, & prius illuminat, & momento, & calore largitur calefacto post ignem ad tempus seruante calore: lumen uero largitur nulli, utpote sibi proprium. Siquidem abeunt igne, simul abijt & lumen.

DE SPIRITU MUNDI, ID EST, DE INTELLECTU ET
anima, & intelligentia, & natura. CAPVT XXVI




OST QVAM uero tractauit quemadmodum deus corpus construxit mundanum, deinceps quemadmodum mundanam animam temperauit, aggreditur disputandum. Osendit interea se ante oculos posuisse prius & in formem molem quam formatam, & mox formatam quodammodo prius quam animatam: non quia uel informitas ante formationem fuerit, uel formatio corporalis ante animam, sed ut cognosceremus tam formabilem naturam formationis corporeae gratia, quam corpoream formationem gratia animae tanquam finis, esse diuinitus institutam. Volens itaq̃; deus opus perfectum facere, uiuum & intellectualem effecit mundum: atq̃; ut ex ipso spiritu, & materia mundi commodius animal unum conecteretur, materiam distinxit in quatuor, ut diximus, elementa, quasi animalis huius humores, quia & spiritum eius in quatuor uoluerat esse distinctum. Quatuor enim ad mundi spiritum pertinent. Primum quidem intellectus, in se manens immobilis, sphaerae motor siue rector, ita regendis sphaeris ab autore rerum omnium institutus. Secundum sphaerae animae, motor mobilis quidem, sed mobilis per seipsum. Tertium intelligentia quaedam, huius animae à deo, & intellectu superiore diuinitus infra. Quartum natura, id est seminaria uitalisq̃; uirtus, ab anima passim infra materia. Intellectus quidem & anima substantiae sunt, intelligentia uero atq̃; natura sunt qualitates. Illa quidem animae, haec uero materiae. Horum quatuor imagines sunt quatuor elementa. Ignis enim intellectum refert, Terra naturam, Intelligentiam Aer, A qua deniq̃; animam. Et sicut igni tria propria sunt, tria quoque opposita terra, medijsq̃; media quadam ratione conueniunt: sic tria intellectui propria eorumq̃; opposita propria sunt naturae, medijs quoq̃; media. Intellectus enim in diuiduus est, uniformis, aeternus. Natura diuidua, et multiformis, & temporalis. Anima uero inter haec media per intelligentiam quidem magis intellectus ipsius particeps euadit quam natura: per animalem uero potentiam, cum natura potius quam cum intellectu consentit. Quamobrem partim in diuidua dicitur, partim quoq̃; diuidua. Item uniformis similiter & multiformis. Rursus aeterna partim & temporalis. Proinde quatuor uitae secundum quadruplicem mundi spiritum numerantur. Saturnia quidem uita in intellectu suspiciete patrem suum caelum, id est, deum caeli fabricum. Iouialis autem in intelligentia ad actionem iam mobilem declinante. Venerea in animalis uirtute iam amante materiam. Dionysia in natura quasi ebria, id est, immersa materiae. Praeterea sensus simili ratione quatuor in uniuerso connumerantur. Primus utique sensus in anima mundi, communis in quam sensus, & unus, id est, imaginaria quaedam uirtus sic intelligentiam eius comitans, & formas rerum particulares attingens, ut illa uniuersales: attingens in quam intrinsecus, ideoq̃; nullis indiget instrumentis, neq̃; extra procedit usquam neq̃; patitur. Secundus uero sensus in animabus sphaerarum est atq̃; stellarum, communis certe impatibilisq̃; similiter, sed extra procedens. Tertius in particularibus animabus, ultra uim communem iam per instrumenta singula distributus, & extra se porrigens, atq̃; à passione exorians, sed desinens in iudicium. Quartum uero sensus Pythagorici concedunt plantis, immo sensus simulacrum, & id quidem stupidum, nullum iam habens uicium iudicium qualitatis, sed in sola positum passione uoluptatis cuiusdam atq̃; doloris. Sensus primus intellectum repraesentat. Secundus intelligentiam. Tertius uim animalem. Quartus denique naturalem. Meminisse uero oportet ipsam mundi materiam neq̃; aliter suscipere animam quam per naturam, neq̃; aliter intelligentiam quam per animam, neq̃; aliter intellectum quam per intelligentiam. Quemadmodum per terram accipit aquam, per hanc aeream, per hunc & ignem. Ceterum quod deinceps his simile sequitur, animae maduerit. Ait enim: Deus animam in medio posuit, eamq̃; inde extendit per totum, ac demum per ipsam extrinseca mundi protexit. Primo quidem significat animam & implere totam mundi molem, alijs scilicet uirtutibus alias mundi partes moderantem, & suprema sui circa mundum uirtute, id est, intellectuali prouidentia mundum exuperare. Quod autem uirtus animae ab ipso medio porrigatur per uniuersum, bis per quatuor gradus exponitur. Primo quidem à media terra passim uirtutem conueniendi protendit, à media aqua diffundit uim uitalem, ab aere similiter sensualem, ab igne rationalem. Deinde à media mundi sphaera uim, ut diximus, conueniendi, à sphaera lunae generabilium in generabiliumq̃; media uim uitalem, à Sole mundi corde sensualem, à Zodiaci medio firmamenti rationalem. Cum uero duplex sit ad deum ordo rerum, alter quo ab eo procedunt, alter quo procedentes conuertuntur ad ipsum, Plato processionis ordinem secutus est, ubi ait: Deus intellectum in anima, animam loca uit in corpore. Conuersionis quoq̃; ordinem cogitans, ait: Deus animam in medio positam protendit eam inde per totum, & interim aliquid eius eduxit extra mundum: quo uidelicet, dum prouideret mundo, conuerteretur ad deum.

DE COMPOSITIONE ANIMAE, ET QVOD PER QVI
narium in ea componenda opportune proceditur. CAPVT XXVII



VONIAM multa quae pertinent ad sphaerarum animas, metes, motiones, compositionem animae, in Theologia planius exposuimus, idcirco in illis exponendis hic & fuimus, & erimus breuiores. Nam ad nonnulla magis propria iam properamus. Principio quinarium numerum compositionis partitionisq̃; animae conuenire tribus de causis arbitramur. Prima, quia sicut quinarium ex primo

pari primoque impari constat, sic anima ex diuidua indiuiduaque natura. Scis autem parem numerum appellari diuiduum, imparem uero indiuisibilem, quoniam in partes æquales diuidi nequit. Secunda, quoniam genera etiam quibus à deo componuntur omnia, per quinq; distribuuntur. Sunt enim essentia, idem, alterum, status, motus. Anima uero uelot omnium mediam, præcipua quadam ratione ex ipsis quinq; omnium generibus compositam arbitrantur. Tertia, quia cum anima sit medium uniuersi, naturaliter quinarium suscipit, uniuersi numeri medium. Est enim quinarium perfectum denarij mediū. Nam cum quinque rite denarium diuidamus, medium est æque distans in qualibet diuisione quinarium. Primo quidem si decem in nouem diuiseris atq; unum, uidebis quinarium inter unum nouemque esse medium pariter utrinque distans. Si secundo in octo atq; duo partiri decem uolueris, rursus quinarium æquale inter hæc medium reportabis. Si tertio in septem atq; tria, uel quarto in sex et quatuor, iterum medium uerum accipies inter extrema quinarium. Mediū ubiq; dicimus Arithmeticum. Quod autem quinto decem partitus in quinq; atq; quinq; medium quinarium habeas, dictū superuacuum est. Quas ob res Plato in distributione uniuersitum corporis, ut ita dixerim, animabilis, tum animi, quinq; potissimum capita adducit in medium. Nam utrobique primum agit de ipsa rei ipsius, ut ita dixerim, subsistentia atq; fundamento, siue corporis inquam, siue animæ. Secundo de partium utriusque concordia. Tertio de specie ex partium concordia resultant. Quarto de uirtutibus speciei. Quinto de actionibus, quæ à uirtutibus oriuntur. Volunt uero Platonicæ ad essentiam animæ tria illa, scilicet subsistentiam, concordiam, speciem pertinere: per hæc sequi uirtutem et actionem. Concordiam inquam, id est, congruam contemperantiam, et hanc quinarium, scilicet generum, partium, rationum, uirtutum, actionum. Constat enim anima ex illis rerum quinq; generibus, per quæ et partes eius propriæ assignantur. Suscipit rursus à deo rerum omnium rationes. Habet hinc uires multas propriasque, per quas edit et actiones. Vbi uero animam appellat concordiam uel concentum: meminere Platonem in Phædone quidem negare animam esse harmoniam, scilicet partium corporalium, ex ipsis confectam, in eisque iacentem. In Timæo autem affirmare animam harmoniam esse, scilicet partium suarum, in se manentem, et ex se corpus contemperantem. Præterea ubi ait, Composuit deus ex indiuisibili semperque eodem se modo habente essentia, itemque ex illa quæ circa corpora sit diuisibilis, mediam essentia speciem, id est animam, exponit hæc per illa quæ dicit alibi: Fecit deus mundum uiuentem, animatum, intellectualem. Vbi enim dicit uiuentem, designat uitam quandam naturalem per mundi corpora sparsam, una cum corpore mundi extensam mobiliterque agentem. Vbi uero ait intellectualem, intelligit intellectus angelicos qui proprie regendis spheris præfecti, et indiuisibiles sunt secundum locum, et immutabiles secundum tempus, opposito se modo habentes, atque naturalis uita formaque corporea diuisibilis atque mutabilis. At ubi ait animatum, significat ipsam animæ mundanæ substantiam, cuius essentia quidem, et indiuisibilis est, et immutabilis, ut intellectus. Dicit tamen potest quodammodo diuisibilis atque mobilis, quia sensus proprius est uirtutum quarundam ad diuisibilia et mobilia declinantium. Virtus autem actioque partim indiuidua et immobilis, quatenus congruit cum diuinis, et stabiliter agit: partim uero et diuisibilis est quodammodo, tum quia multiplex, tum quia ad corpus multiplex diuisumque declinat: et mobilis, quia temporaliter operatur. Hanc itaque animam appellat essentia speciem tertiam, inter indiuidua æternaque, et rursus diuidua atque temporalia mediam. Quod autem ubi mundum denominat intellectualem, significare uelit intellectus angelicos, ex eo probatur, quod mundi corpus per uitam paratur ad intellectum, ergo quemadmodum se habet ad uitam, similiter ad intellectum. Itaque sicut non solum habet naturalem uitam in materia mundi iacentem, sed uitam etiam animalem, id est animam in se existentem: ita non modo habet intellectualem qualitatem infusam animæ, uerum etiam intellectualem substantiam in se ipsa manentem. Vbi que enim qualitates certæ ad certas substantias reducuntur, ut quemadmodum uirtutalis qualitas ad uitalem substantiam, ita intellectualis quoque qualitas ad intellectualem substantiam referatur. Componit autem animam quinq; potissimum modis. Primum scilicet ex ipsis quinque rerum generibus. Item ex numeris. Tertio ex concentibus numerosis. Quarto ex initijs figurarum. Quinto ex principijs motionum, uel licet ut possidens metaphysicorum mathematicorumque rationes, ita cuncta cognoscat, scilicet essentias, numeros, concentus, figurarumque et motus. Item quatenus anima diuinis cognata est, ex rerum generibus quæ primo diuinis insunt, dicit esse compositam. Quatenus cognata est naturalibus, miscet eam figuris et motibus. Quatenus autem inter utraq; medium obtinet, numerosas eam concentibus rationibusque contemperat. Quinque uero illa, scilicet essentiam, idem, alterum, statum, motum, genera rerum nominat: quod ex illis præter primum omnia componuntur.



Essentia quidem manifeste significat rationem rei cuiusque formalem, inquit quoque esse, itaquam actum essentie proprium. Idem uero dicitur, quoniam quodlibet, et secum in primis, et cum alijs congruit. Rursus additur alterum, quia quandam, tum intra seipsum, tum ad alia differentiā habet. Præterea status, quippe cum aliquam diuisam quandam retineat unitatem. Denique motus hoc in loco exitum quendam ex potentia in actum, siue essentia, siue quomodo libet intrinsecus extrinsecus ue agendo significat. At super hæc quinq; genera ponitur tria, terminus, infinitudo, mixtio. Super tria hæc, ponitur ipsum unum. Essentia quidem diuinum ipsum unum sequitur. Idem uero statusque, terminum. Sed alterum atque motus, infinitudinem comitatur. Denique sicut ipsa mundi quatuor elementa per summum gradum locum in cælestibus, per medium sub luna, per infimum uero sub terra: sic genera quinque summa quadam ratione ponimus in diuinis, media in anima, infima uero sub anima. In diuinis enim, et unitas multitudinem, et terminus infinitudinem superat, et idem excedit alterum, et status præuolat motioni. In rebus autem inferioribus omnino contra fit: et quæ ibi superabant, hic uicissim iam superantur. In anima potissimum æqualis euadit singulorum ad singula temperatio, ut non immerito hæc præcipue, tum rerum mediam, tum musicis rationibus temperatam esse uelint. Congruunt animæ mathematica, utraq; enim in ter diuina et naturalia media iudicantur. Congruunt musici numeri animæ plurimum. Mobiles enim sunt, proptereaque animam, quæ est principium motionis, rite significant. Non solum uero per numeros, sed etiam per figuras describitur anima: ut per numeros quidem incorporea cogitetur, per figuras autem cognoscatur ad corpora naturaliter declinare. Conuenit triangulus animæ. Quia sicut triangulus ab uno angulo in duos protenditur, sic anima ab indiuidua diuinæque substantia profuens, in naturam corporis labitur penitus diuisibilem: ac sic cum diuinis conferatur, diuisa uidetur. Quæ enim illa per unam et stabilem uirtutem agunt, atque subito, hæc per plures mutabilesque uires actionesque peragunt, ac temporis interuallis. Sin autem conferatur cum naturalibus, indiuisa censetur. Non enim alibi habet partes alias loco disiunctas, ut illa, sed est in qualibet totius parte tota: neque omnia mobilitate temporeque persequitur, sicut illa, sed non nihil etiam subito consequitur, æternæque possidet. Licet in hoc in super animam cum triangulo comparare, quod triangulus prima figura est earum quæ pluribus constantibus lineis producuntur in rectum. Anima similiter prima omnium in plures distribuuntur uires, quæ in ipsa intelligentia subiguntur: ac produci uidetur in rectum, dum à diuinitate labitur in naturam. In quo quidem descensu ab intelligentia summa in tres profuit uires inferiores, id est in discursum quendam rationalem, in sensum, in uertentem ad uirtutem. Quemadmodum et triangulus à signo productus, in tres deducitur angulos. Dico autem animam ex omnium genere primam, et ex pluribus quodammodo uiribus commixta, et in rectum, ut ita dixerim, cadere. Mens enim angelica super animam inferioribus intra se nullis indiget uiribus, sed pura mens est, totaque mens atque sufficiens. Item ad inferiora non uergit, sed in diuinitatem solam, unde est; circuli more conuertitur. Ideoque eius actio circulo comparatur. Vna enim actio est et æqualis: sicut ex una, et æquidistanti linea circulus, et mira quædam utriusque capacitas. Præterea circulus prima est et ultima figurarum. Prima quidem, quia una circum contentus est linea. Vltima, quia figura ex pluribus lineis constituitur, quæ plures subeunt facies, eo propinquius paulatim ad circuli formam quasi finem uidentur accedere. Similiter et intellectus omnium primus procreatur à deo, et intellectualis uultus, id est, absolutus ordo rerum ultimus omnium in speculo nature resurgit, ad quem naturales formæ quasi finem magis gradatim magisque accedunt. Sed de intellectu alia. Nunc ad animam reuertamur.

CVR ANIMA REI COMPOSITÆ COMPARATUR, CVR
CONSONANTIÆ MUSICÆ. CAPVT XXVIII

ARIA potissimum de Anima in præsentia querimus. Primum, quæ obrem Plato animam finit rei compositæ similem. Secundum, quæ ob causam rei concordia quadam compositæ. Tertium, cur consonantiæ musicæ. Principio anima, et si in dissolubilibiter composita est, tamen tanta est multiplicitate composita, ut naturali quadam inclinatione ad ea uergat quæ sunt omnino composita. Idcirco compositis, quibus cum naturali quadam non dico consanguinitate, sed affinitate consentit, quodammodo simili figuratur. Deinde quia media rerum est, merito et ex omnibus componitur, et concorditer cuncta deuincit: ideoque cuncta, uel concordia, uel concorditer composito comparatur: præsertim quoniam quæ in natura inter se pugnant, anima conciliat inuicem, conciliata connectit, connexa conseruat. Itaque non iniuria concordia quædam substantialis, siue substantia maxime concors in dissolubilibis que, anima iudicatur. At cum illa etiam quæ ceteris sensibus apprehenduntur, sapissime concorditer composita sint, quæ rebatur tertio, cur Plato concordia potissimum musicæ similem expresserit animam. Respondetur ad hæc: Musicam consonantiam in elemento fieri omnium medio, perque motum, et hunc quidem orbicularem ad aures pronenire: ut non mirum sit eam animæ conuenire, tum mediæ rectum, tum motionis principio in circuitum reuolubili. Adde quod concentus potissimum in

ter illa que sentiuntur quasi animatus, affectum sensuumque cogitationem anime, siue canentis, siue sonantis perfert in animos audientes; ideoque in primis cum animo congruit. Præterea que ad usum quidem spectant, & si pura quodam modo sunt, tamen absque motionis efficacia, & per imaginem solam absque rei natura sepius apprehenduntur: ideo parum admodum mouere animos solent. Quæ uero ad olfactum, gustum, tactum, quasi ualde materialia, potius instrumenta sensuum titillant, quam animi intima penetrent. Concentus autem per æream naturam in motu positam mouet corpus; per purificatum ærem concitat spiritum æream anime corporisque nodum: per affectum, affectit sensum simul & animum; per significationem, agit in mentem; denique per ipsum subtilis aeris motum, penetrat uehementer: per contemperationem lambit suauiter; per conformem qualitatem mira quadam uoluptate perfundit; per naturam, tam spiritalem quam materiam, totum simul rapit & sibi uendicat homine. Et profecto si quis tanta Musarum arte diligentiaque concentus offerret auditui, quanta natura artis uel cura uel saporibus gustui, uel mollia tactui offeruntur, proculdubio cognoscere Apollinem multo magis animum reperire melodia, quam uel Bacchus uino gustum, uel Venus pruritu tactum, soleat occupare. Accidit ad hæc, quod ubi Plato mundi fabricam inducit loquentem, tum secum ipso ratiocinando, tum ad reliqua imperando, eloquium ipsum quasi Apollineum cantum apprime musicum, originem mundani tam animi quam corporis esse putat, & animam in dea natam musica similiter ratione citata pulsare coelestem. Et profecto quod in celesti melodia est, tum ex tardiori motu grauis tonus, tum ex motu uelociori tonus acutus, idem sub celo est grauitas, & leuitas; item frigus & calor, rursus humor siccitasque elementorum. Idem in generatione rerum, materia est & forma. Idem in humanis ingenijs, mansuetudo & magnanimitas, temperantia atque fortitudo. Et quemadmodum ex graui acutaque uoce, sic ex geminis cum aliis quas narrauimus naturis uisusque fit unum. Cum igitur consonantia musica quasi uia sit, & rationalis & efficax, item utpote quam simillima, animo quam gratissima, rursus totum sibi inuicem uendicat, & quod maius est, per ipsam factus sit animus, facta sint omnia, per ipsam conseruentur, per ipsam & mouentur, haud ab re Plato noster animam effectricem, seruatricem, motricem omnium naturalium numeris præcipue numeris rationibusque descripsit, numeris inquam non mathematicis accidentibus, ut quidam calumniantur, sed idealibus numerorum metaphysicisque rationibus constitutam.

PROPOSITIONES ET PROPORTIONES AD MUSICAM
Pythagoricam, & Platoniam pertinentes. CAPVT XXIX

PHONGVM, id est sonum melodijs aptum uocant, quo & grauiorem & acutiorem facile quis a dere possit, ut neque tam profundus remissusque sit ut sit silentio similis, neque tam altus & intetius ut perstrepat. Graue sonum motu remisso & tardo, acutum intentiore & uelociore creati possunt. Quemadmodum uero remissus admodum, & tardissimus motus ad quietem quasi uidetur accedere, sic sonus grauissimus ad silentium. Rursus sicut uehementissimus celerrimusque motus ad uolentiam, sic ad offensionem sonitus acutissimus. In terualla uero sonorum appellat certos excessus inter eos in acumine grauitateque matuos. Compositiones autem congruentium sonorum ex opportunitate proportionibus consonantium, coniunctionibus. Coaptationes quoque fidium in Musicis instrumentis, siue in unico tetrachordo, quale & inuenit Mercurius, & Orpheus confirmauit, siue in duobus tetrachordis per chordas septem una cõiunctis, qualia Terpander dicitur effecisse, siue in geminis tetrachordis per chordas octo dispositis atque distinctis, quorum Lycaon Samium fuisse asserunt autorem, siue in tetrachordis quatuor coniunctis, atque ex fidebus quindecim Græcorum tandem omnium approbatione constantibus, in his omnibus tetrachordis gradatim diatessaron resonat consonantia. Iam uero post sonorum, in teruallorum, compositionum mentionem ad proportionem ex quibus fiunt consonantia, procedamus. Proportionem a qualitate nominant, quæ sit inter terminos omnino inter se pares, & æquales, ut inter unum hoc atque unum illud, & cubitum atque cubitum. In æqualitate autem, quæ inter impares uel inæquales, ut inter unum atque duo, & cubitum atque bicubitum. Et hæc quidem altera maioris in æqualitate, ut dupla: altera uero minoris, ut subdupla. Præterea proportionem inæqualitatis triplicem in præsentia considerare debemus. Primam quidem, quam multiplicem nominant, ut duplam, triplam, quadruplam: quæ per maiorem numerum nos diuidit minorem, sed resumit multiplicatque totum, siue bis, siue ter: atque ita per modum numeri in finite multiplicabilis in finite procedit. Secundam uero, quam superparticularem nuncupant, in qua maior numerus præter id quod minorem comprehendit semel totum, diuidit ipsum deinde, partemque diuisam superponit toti, sed partem quam uocamus aliquotam, id est, ex qua aliquoties replicata fit totum. Harum prima est sesquialtera, inter binarium & ternarium. Ternarius enim binarium comprehendens, addit insuper unikatem, quæ bis resumpta binarium efficit. Secunda sesquitercia, inter quatuor atque tria, atque ita in infinitum per modum continui diuisibilis in finite proceditur. Tertia est superpartiens, quæ toti superaddit partem, quæ aliquoties accepta totum præterire creare non ualeat, qualis est inter quinarium & ternarium. Nam quinarius ultra ternarium adiungit binarium, qui semel sumptus

semel sumptus non implet ternarium, & bis acceptus excedit. Proportio hæc quia totum diuidit in partem restitutioni totius ineptam, inepta uidetur ad consonantiam, in qua omnis diuisio in totum, & multiplicatio in unum necessario restituitur. Secunda uero apta censetur, quoniam & si diuidit, tamen ab ipsa restitutionis facilitate non errat, & in ipsa termini esse inuicem commensurabiles iudicantur. Differentia enim inter duo atque tria est unitas. hæc uero communis est utriusque mensura. Accepta enim bis, metitur binarium: ter accepta, ternarium. Sed inter quinarium, & ternarium differentia est binarius: hic autem non potest aliquoties acceptus uel ternarium, uel quinarium ullo pacto metiri. Proportio uero prima concentibus accommodatissima est. Non enim diuidit, sed & multiplicans restituit, & restituendo multiplicat. Neque querit aliunde mensuram, ut superparticularis, sed minor terminus maiorem metitur, in dupla bis, in tripla ter replicatus. Neque ab integritate, neque a simplicitate cadit. Superparticularis autem ab integritate quidem labitur: diuidit enim: sed seruat simplicitatem. per unam enim quandam diuidit partem. Superpartiens uero non modo amittit integritatem, sed etiam simplicitatem, ubi plures commiscet partes, in unum quiddam restitutioni totius ineptum. Idcirco hæc a consonantia dissonat, duæ uero superiores consonant, magis autem multiplex, maxime dupla. Nempè in hac non uidetur aliud proprie aliud superare, sed superari quodlibet a seipso. Nam in dupla binarius superat unum uno, Quaternarius binarium binario, similiterque deinceps. Adde quod prima est inter primos numerorum terminos, unitatem scilicet binariumque progenita. Progenita inquam sola, absque aliarum commercio, quasi libera, & ab omnibus absoluta. Tripla uero, dum inter unum oritur atque tria, scilicet etiam habet sesquiterciam simul inter duo triaque nascentem. Quadrupla quoque uidetur sesquitercia commisceri. Nam cum primum quadrupla nascitur quatuor inter & unum, oritur simul & sesquitercia quatuor inter & tria. Item dupla proxime oritur ab ipsa æqualitate proportionem, ab hac tripla & sesquialtera. Item a tripla quadrupla & sesquitercia nascitur, diæque similiter. Quod quidem, nisi prolixitate uererer, perspicue demonstrare. Ad duplam igitur tanquam ad principium atque finem omnes alie rediguntur, eamque uel diuidunt, uel multiplicant. Dupla enim prima, integra, simplex, absoluta & æqualissima est, ut non mirum sit consonantiam ex hac ipsa nascentem esse omnium perfectissimam, & appellari Diapason, quia & ipsa per omnia protendatur, & omnes proportiones reducuntur ad ipsam. Verum antequam consonantiam prosequar, admonedi sumus, quem Græci Logon nominant, non rationem proportionemque nominare, & quæ illi Analogia, nos rationis comparationem siue similitudinem rationis et proportionalitatem rursus, appellatione uere tam eleganti que propria. Et proportionem quidem inter duos fieri terminos, & quædã rite fit, cõducens uidelicet ad melodias, definiti mutuam duarum quantitatum inter se cõmensurabilem habitudinem, ut dupla inter unum atque duo, & sesquialtera inter duo atque tria, similesque deinceps. Proportionalitatem uero definiti mutuam duarum proportionum comparationem. Ceu quando dicimus, quemadmodum se habent duo ad quatuor, ita quatuor se habent ad octo, per rationem uidelicet utrobique duplam. Quæ quidem comparatio, quia inter tres fit terminos, cõtinua nominatur. Discreta uero est, quoties inter plures efficitur, ceu quando ita conferimus: Sicut duo ad quatuor, ita octo ad sexdecim sese habent. Item comparationem eiusmodi esse triplicem, scilicet arithmetica, geometricam, & harmonicam. Arithmetica in numeri paritate consistere. Sic inter tria & septem medius est quaternarius, numero eodem, scilicet binario alterum tertium superans, ab altero superatus, per proportionem utrobique bipartientem. Geometricam uero in rationis æqualitate sitam esse, in qua sunt multiplex atque superparticularis: quando uidelicet ita comparamus, sicut se habent tria ad nouem, ita nouem ad septem atque uiginti, nam utrobique tripla. Item quod est nouenarius iuxta senarium, idem est senarius iuxta quaternarium. Nam & hic, & ibi est proportio sesquialtera. Denique proportionem harmonicam in quadam similitudine collocant, per quam tritus terminus in ordinem positus, sicut maximus terminus aspicit minimum, similiter differentia inter terminos maior minorem respicit differentiam. Si enim ponas tria, quatuor, sex, differentia inter sex & quatuor est binarius: differentia inter quatuor & tria, unitas, sicut autem inter sex & tria dupla ratio est, ita inter duo & unum est ratio dupla. Viget hic altera quoque similitudo, scilicet portio numerus: Similiter namque extremorum portio medius terminus excedit atque exceditur. Quaternarius enim superatur a senario per tertiam senarij partem: superat quoque ternariam tertiam ternarij parte. In hac utique artificio uersatur harmonicum, quod proportiones quidem superpartientes quasi disgregatas dissonasque deuitat, multiplices autem & superparticulares admittit, componens duplas ex sesquialtera atque sesquitercia, per harmonicam qualem diximus rationem concordie uarietate gaudentem. Amat uero quemadmodum dicebamus comparationes multiplices, necnon superparticulares, ea in super ratione, quod in his tanta est ad idem restitutum procliuas, ut quando plures rationis eiusdem inuicem componuntur, medium in se ductum tantumdem multiplicat quantum extrema si inuicem perducantur. Pone duo, quatuor, octo: sicut autem bis octo, sic & quater quatuor, sexdecim procreant. Item pone, quatuor, sex, nouem: sicut ergo quater nouem, sic etiam sexies sex multiplicat sex atque triginta. Similiter si duo inter extrema, media interieris, puta inter duo atque sexdecim posueris quatuor atque octo. Omnes enim hi deinceps numeri dupla proximum ratione conspiciunt. Si ergo duo

in sexdecim ducas, tantundem reportabis, ac si quatuor in octo perduxeris. Idem contingit in ceteris tam superparticularibus quam multiplicibus. In superpartientibus autem non fit idem. Disponde trias, quinq; septem. Sicut à septenario ad quinarium est habitudo superpartientis, sic à quinario ad ternarium. Vtrobique enim duæ quædam partes toti insuper apponuntur. Si ducas ternarium in septenarium, non eundem numerum procreabis, ac si quinarium in seipsum. Primo itaq; gradu sunt multiplices: quoniam præter id quod modo dicebamus, per eas numeri omnes respiciunt etiam unitatem, dum aspiciunt numeros. Secundo gradu superparticulares: quia & si unitatem ipsam non spectant, semper tamen unam quandam spectant partem ad integrum unum accommodatam. Tertio superpartientes: quia horum neutrum uidentur aspicere. Quamobrem hanc odit habitudinem facultas harmonica, tanquam concordie reluctatam. Optat enim, uel ex ipsa æqualitatis proportionem uniuocum unisonumq; conficere: uel ex rationali, id est multiplici & superparticulari in æqualitatis proportionem, æquiuocum æquisonumq; constare. Talem uero æquisonum constat ex dupla, qualis unisono sit quàm proximis: quia in dupla & minor terminus maiorem metitur, metendog; adæquat: & maior ubi minorem superat, non alio numero quàm ipsemet minore, ut ita dixerim, exuperare uidetur.

QUOD IN MUSICIS CONSONANTIS VNVM EX MVLTIS
efficitur, per quod consonantia definitur. CAPVT XXX

QUÆ AD MODVM medici peritissimi certos inuicem succos certa quadam ratione commiscunt, per quam in unam nouamq; formam plures atq; diuersæ materiæ coeant; & ultra uim elementalem uirtutem quoq; celestem mirifice nanciscantur, quod in Mithridatis confectio, & Andromachi Theriaca est manifestum: similiter artificiosissimi Musici grauissimas uoces quasi materias frigidæ, uoces item acutissimas quasi calidæ, rursum mediocriter graues ut humidæ mediocriter, & acutæ ut siccas, tanta ratione contemperant, ut una quædam forma fiat ex pluribus, quæ ultra uocalem uirtutem consequatur insuper & celestem. Quod quidem ex eo quod Democritus Theophrastusq; aiunt, & Pythagoras efficitur probauit, euidenter apparet, Nam certis concentibus morbi quidam tam corporis quàm animi mirabiliter curari dicuntur, ut nō mirum sit ueteres sapientes in idem, id est, Apollineum numerum, tam medicinæ quàm musicæ originem retulisse. Vtrobique enim medicina est. Sed altera quidem ex corpore animam, altera uero ex animacuratur corpus. Accommodatissime etiam Apollini melodiæ fonti uaticinium tribuerunt. Sola enim melodia ab omnibus quotcunq; distrahunt animum retrahens, contrahit in seipsum, in auditum quendam, ut ita loquar, interiorum: quo non uoces solum, sed & rationes uocum percipiuntur, sedatisq; perturbationibus celestibus contemperat harmoniæ, diuinæq; coelitus effundit oracula. Sed ne quis forsitan neget ex acuta grauiq; uoce tertiam fieri commanemq; uocalem formam, cogitandum est graues uoces acutis perfectius commisceri posse, quàm succis lacti permisceri dicantur. Primo, quia uocales materiæ ob subtilitatem suam continuumq; motum uniformemq; in cunctis corporis æret qualitate, facilius consummatiusq; quàm succi & crassi, & ad motum ineptiores, & qualitatibus admodum discrepantes constantur in unum, & si in unum, ergo & ad unam nouamq; formam aptius paratur concipiendam. Deinde quoniam instrumentum uocis naturale, intrinsecum, uirtuti uitali, animali, rationali quàm proximū atq; obedientissimum, facilius perfectiusq; arti obtemperat musicæ ad unū ipsum quod spectat cōficiendum, quàm extrinsecā medicis instrumenta: atq; etiam si pulsetur cithara digitis, fidelius obsequentur musici uoto fides, quàm medicis herba. Ac si in herbarum congestam molem ultra industriam & operam medicorum egit deinde natura, & tempore quidem certo, multo magis in uocalem materiam tractabilem admodum & formabilem agit natura subito: natura inquam ubiq; uiuens uiribusq; munita celestibus in materiam cælo similiorem & quasi uiuam, cui quidem repente nouam, uiuam, mirificam, adhibet formam, per quam occulta uirtute uires suas in corpus experiat & animum. Proinde quemadmodum in corpore ex elementis quatuor naturaliter constituto, qualitates elementorum quatuor, unam, & ut quidam nominant, quintam consciunt complexionem, uide licet subiectam uirtuti speciali oculis modis coeliis prouenturæ: sic & uoces plures rite commixtæ unum quædam inuicem resonant rebotatum uirtutis nouæ atq; mirabilis fundamentum. Nam si ex sonante cithara in citharam similiter temperatam resonat repente nonnihil: & ex chorda uibrata, statim in chordam æque tentam tria sit uibratio similis: cuiusmodi dubiū sit ex pluribus uocibus una quadam ratione conflatis unam subito nasci quasi formam cōmunem cunctis, per quam plura sint unum, ideoq; ut unū percipiuntur à sensu, & in unū quendam cōgruantur effectum. Constat enim idem ex uoluptate sensus, in quo cū una forma fit ex multis, oblectatio plena prouenit ex una similiter forma, quæ cōgrue conficiatur ex multis. Hinc fit, ut audire diuitius unisonū debeat, in quo sine ulla in æqualitate sentiatur æqualitas. Fit insuper, ut dissonus offendat sonus, in quo in unum differētia non conspirant, ideoq; multa perspicue discernuntur à sensu, & ab ipso quasi gustantur ut multa. Gustantur inquam, quia sic ferme ad uocum, ut gustus ad saporum afficitur mixtionem. Hinc propheticum illud: Dulciora melle ori

meo eloquia tua domine. Deniq; siue graues soni acutos absorbeant, siue acuti graues occupent, non prouenit delectatio, & tamen unio quædam ubique requiritur. Cum uero unio, uel ex absorbente, uel ex occupante non placet, reliquum est ut sola placeat, quæ noua & efficax ex moderata quadam cōsolatione resultat. Hinc igitur consonantia definitur, soni grauis & acuti mixtura uniformiter ad aures suauiterq; accedens. Est autē mixtura hæc ei similis, quæ in saporibus gustu satisfacit: in quibus sapor dulcis nimium atque pinguis, uocis remissiori admodū grauiorq; similis iudicatur. Sapor autem acutissimus, acutissima. Sed dulcis sapor acrimonia mixtus, uocē refert moderatè grauem. Mixtus uero falsedini, uel acumini, mediocriter acutam representare uidetur. Ac tum demum permixtio multiplex implet sensum, cum non discernitur ut multiformis, sed seipsam insinuat uniformem. Tradit Physiæ sonum in orbicularem figuram multis gradatim amplificatam circularis ad aures peruenire, non aliter quàm in stagno ex iactu lapidis ab alto circuli multiplicentur ad littus. Concentum uero ex grauibus acutis que constat, uelut unam formam, & hanc rotundam quidem, sed oualem illi aurius arbitramur. In qua quidem ouata uox quasi per acutiorem uerticem, uocis primæ latitudinem sibi continuans, ex seipsa atque prima unam iam constat uocem: atque sicut oculus oualem rotunditatem tanquàm unam uidet figuram, quanuis hinc latam magis inde minus: sic auditus uocem ex graui octaua que resiliantem haurit tanquam unam, ab amplo quodam profundo quasi in acutam sublimitatem uel instar gradatim sese ac suauiter attollentem. Hinc fieri arbitramur, ut & natura eiusmodi quasi figuram audiendi in strumento tribuerit, similemque instrumento loquendi, & ars præterea similem quoad fieri potuit musicis instrumentis. Ea certe consonantiora sunt, quæ ouali figuræ propinqua.

QUAE CONSONANTIAE EX QVIBVS PROPORATIO
nibus oriantur. CAPVT XXXI

PYTHAGORAM ferunt, cum apud ætariis fabros annotauisset ex malleorū iudicibus consonantiam lege ponderum prouenire, collegisse numeros, quibus sibi cōsentiens diuersitas ponderum continebatur, deinde tetendisse neruos tam uarijs ponderibus alligatis, quàm uaria in malleis fuisse didicerat: atque hinc manifeste considerauisset, ex neruo qui super alium sesquialtera ratione protendebatur, aduersus alium discerni tonum, id est, plenum integrum que sonum, qualis erat nouem ad octo proportio. Neque potuisse tonum in duo hemitonium inter se æqualia distribueri, quando neque nouenarius in partes duas secaretur æquales: sed inuenisse hemitonium alterum quidem esse paulo maius dimidio, alterum uero paulo dimidio minus, quod ille Diesis, Plato Linxa uocauit. Quantum uero deficiat hemitonium minus ab integro tono, & ad uero hemitonio, Plato in interuallo horum indicat numero rum, scilicet inter ducenta quadraginta tria, atque ducenta quinquaginta sex. Cum enim octaua pars minoris illius numeri sit triginta, & prope semis, hic uero maior numerus super minorem illum addat duntaxat tredecim, neque tonum reddat, neque integrum hemitonium. Animaduertit deinde Pythagoras integram plenam que tonum, ut ita dixerim, latitudinem duobus sonis & uno interuallo constare: atq; ita prima consonantiæ adeptus est elementa. Quarum prima Diapason extitit, ex prima uidelicet proportione, id est dupla resultans, ubi scilicet chorda hæc super illā ex duplo pondere, duplo magis tenta, dum pulsarentur ambe, duplo uerhemētius citius que in suam sese recipiens restitueret, uocē longe acutiorem uicissim longe grauiori reddebat, adeo tamen amicam, ut quasi unicus appareret sonus seipso hinc angustior, inde amplior. Sonum hunc ubi occurrebat acutior, modulando metitus est in octauo altitudinis gradu à graui, connumerato uidelicet graui, esse locatū: item octo quidem sonis, & interuallis septem, tonis autem sex ferme constare. Præterea ubi inter fides ratio intentionis remissio minq; sesquitertia erat, inuenit consonantiam Diatessaron, tonos quidem duos, & hemitonium minus, sonos autē quatuor, & interualla tria comprehendente. In sesquialtera uero repperit Diapente, & in hac tonos tres, & hemitonium minus, sonos uero quinque, & quatuor interualla percepit. Animaduertit deinde diapason ex diatessaron & diapente componi: quia ratio dupla quæ gignit diapason, ubi habet medium, ex sesquitertia & sesqui altera, ex quibus illæ sunt, constituatur. Prima enim dupla medium habens duorum est ad quatuor, cōposita ex sesquialtera inter tria atque duo, & ex sesquitertia inter quatuor atque tria. Sed in habitudine tripla diapason diapente considerauit, habentem sonos quidem duodecim, sed undecim interualla. Nam diapason quidē in dupla, diapente uero in sesquialtera sedē habet. At sesquialtera duplæ cōtinuata efficit triplam. Sex enim aduersus tria duplæ est. Adde nouem, unde ad sex nascitur sesquialtera, statim triplam à nouē habebis ad tria. Neq; tamē sit triplæ, si duplæ adicere sesquiterciam, ut pote si illi scenario adiunxeris octonarium, deest enim sesquialtera, scilicet nouem ad octo. Et quoniam sesquitertia duplæ addita, fit superpartiens, ut octo ad tria: est enim hic habitudo dupla superpartientis per bissequitertia: ideo Pythagoras prohibuit ultra duplā, id est diapason repete cōtinuare per sesquitertia diatessaron: quamuis alicubi subiunctionē hanc admittat. Cōmode uero adiungitur sesquitertia triplæ, hinc enim fit proportio quadrupla, & per quadruplā consonantiā diatessaron, habēs sonos quindecim & quatuordecim interualla: puta si posita tripla inter nouē atq; tria, subiūxeris duodenarium, qui est

aduersus nouenarium sesquitercius,acquires subito quadruplam ex duodecim ad tria nascetem. Ultra uero quadrupla progredi uetat gratia melodia, non solu quia ex uehemetiori motu fractione; in sensum prouenit nolentia, sed etia quia cum primu ultra primam quadruplam quincupla nascitur inter quinq; atq; quatuor, oritur simul superbi partiens inter quinq; atq; tria, quae dissonantiam intermiscet. Sed ut citra quadruplam redeamus, uetat etiam uitandi torporis gratia infra sesquiterciam sepe descendere. Uetat sesquitercias sepe duas continere, tum quia alioquin distillent, tum quia non implent duplam atq; Diapason. Si dissonas nouem, duodecim, sexdecim, sesquitercias quidem duas habes, duplam uero nequaquam; decem enim sesquioctaua, scilicet decem et octo, ad sex de cim, ut dupla a decem et octo nascatur ad nouem. Neq; libenter geminas continuat sesquialteras, haec namq; continua duplam superant sesquioctaua. Quod quidem si quatuor, sex, nouem descripsis, deprehendere poteris. Hic enim duae sunt proxime sesquialtera a quatuor usq; ad nouem. Nouenarius autem octonarius, qui duplus est ad quatuor, sesquioctaua superat portione. Ex hoc apparet potentia sesquialtera uero dupla dimidio esse maiorem. Ex quo etiam patet potentiam sesquiterciae tantumdem dimidio esse minorem; quam quidem ex ambabus dupla creatur. Superatur quidem sesquitercia a sesquialtera per octaua unicum portione. Ab octo enim ad sex habes sesquiterciam, sed a nouem ad sex habes sesquialteram. At uero a nouem ad octo sesquioctauam; et haec ipsa sesquioctaua parte comprehendit sesquitercia a sesquialtera superari. Meminisse uero oportet Diatessaron, id est comparationem sonorum quatuor ad quartam altitudinem ascendentium per se quidem audit: non approbatur, recipi tamen ex eo libenter, qui facile tonum addito fit Diapente gratissima uocis quintae concordia, item quia si cum Diapente conuenitur, Diapason conficit omnium perfectissimum. Neq; uero turbare quenquam debet, quod cum dixerimus Diatessaron quidem quatuor, Diapente uero quinq; sonos habere, tamen Diapason ex utrisq; composita sonos non plures dicamus habere quam octo. Nam ubi de compositis agimus consonantijs, ita in quatrachordis inuicem coniungatis fides ipsas disponimus, sonosq; continuamus, ut ultimum primae consonantiae sonus, sit primus secundae in ipsa compositione sequentis. Hinc ergo res admonet, ut ad septichordum Terpantri regrediamur, in quo quata chorda bis pulsatur, ut quodammodo euadat octochordum. Quam quidem coniugationem propterea secuis, ut arbitror, est Terpander, quia multiplicatio uocum manifeste inter se discrepantium ad sonum usq; septimum augetur. Octauus autem iam mira quadam similitudine redit ad primum; quae admodum et ratio dupla per qua creatur, restituit minorem que superat numerum, dum eundem excedit eodem. Nonus reuertitur ad secundum, et dissonatur secundus. Decimus ad tertium, et consonat sicut tertius. Undecimus ad quartum. Duodecimus ad quintum. Ad sextum tertiusdecimus. Sed quartusdecimus redit ad septimum. Deniq; quintusdecimus ad octauum, et cum octauo simul ad primum. Primum uero grauissimumq; sonum Hypaten nominant. Sequentem, Parypaten. Tertium, Lichanon. Quartum, Mesen. Quintum, Paramesen aut triten. Sextum, Paracten. Septimum sonum uero, Neten. Praeterea in qualitate motuq; diurno comparatio fiat, Hypaten cum Saturno, sequentesq; sequentibus planetis ordine conferemus. Sin autem in motu diurno eiusq; celeritate uel tarditate, uicissim Hypaten cum Luna, sequentesq; deinceps cum planetis superioribus comparabimus. Inueniemusq; graues in caelo sonos mixtos acutus, eosdemq; orbis altero quidem motu acutum tonum edere, altero uero grauem. Item ex ingentibus globis in gentes, ex diuinis diuinis nos, ex multiplicibus reuolutionibus pari ratione multiplices. Et quaedam ultra septimum sonum reuolutio fit in idem, sic super planetarum septem distinctos orbis, omnia reuoluit in unum orbem, in seipso eiusmodi septenarium mirabiliter complectentem. Sed de his alijs. Redeamus ad consonantias, easq; iam sine quodam proprio concludamus. Haec quidem tres apud ueteres numerantur. Prima Diatonica, in qua quodlibet quadrichordum per hemitonium minus procedit, et tonum atq; tonum, quam tum sapientes alij, tum Plato uel maxime ante alias comprobauit, tanquam maxime omnium naturalem, quando quidem ab hemitonio minore quasi molli materia ritum turae procedit ad ualidiorum toni materiam, formamq; habet simplicem, et mansuetam simul atque robustam. Adde quod potissimum conuenit quadrichordo, in quo Diatessaron ex geminis tonis et hemitonio procreatur. Secunda consonantia, Chromatica nuncupatur, quae per Hemitonium minus atq; Hemitonium maius, et Tritum tonium, discurrere conuenit, sed hanc utpote molliorem philosophi reprobant. Tertia nominatur Harmonica, progrediens per quartam ferme toni partem, rursusq; per quartam similem atq; Ditonium. Hanc quoq; non probant ob perceptionis et usus superstitiosam difficultatem. Multa uero quae in praesentia ad eadem spectantia praetermittimus, in octauo Epistolarum nostrarum libro diligentius pertractamus.


DE HARMONICA ANIMAE COMPOSITIONE.

CAPVT XXXII



DEVS Animam mundi procreaturus, ea ex in diuidua atq; diuidua consistit essentia. Prima haec apud Platonem diuisio, in essentia scilicet et in diuisibilis proprietate atq; diuisibilem, est communissima. Nam quod in diuidua dicit, cohaeret in se quod neq; secundu locu secatur in partem extra partem, neq; secundu tempus a priori distat in posterius. Per primum quidem appellatur idem; per secundum status et stabile. Similiter quod diuidua nuncupatur, in seipso cohaeret et quod loco diffunditur, et quod tempore latitur. Per

Per primum quidem appellatur alterum; per secundum motus et mobile; motus inquam in naturalibus. Quapropter sub illa diuisione quae dicebat animam ex essentia indiuidua et diuidua glomerari, quinq; rerum genera quodammodo continentur, essentia, idem, alterum, status, motus. Plato uero breuitatis gratia non replicat quinq; sed tria. Repetit enim essentiam, idem, alterum, quasi sufficiant. Nam ad idem quidem sequitur status, ad alterum uero motus. Atq; uicissim ad statum sequitur idem, ad motum similiter alterum. Inquit autem deum ex essentia, et eodem, et altero unam confluissim naturam tam exacta commixtione, ut in essentia eius ubi quae idem inesset et alterum, atque uicissim in ipso eius eodem inesset et alterum et essentia, rursus in ipso eius altero et essentia lateret et idem. Nam essentia per idem habet ut et secum ipsa alijsq; congruat: per alterum, et quodammodo in se distinguitur, et multo magis a ceteris. Idem uero et alterum ambo ut existant ab essentia sortiuntur. Sed idem a se ipso conuenientiam possidet, ab altero differentiam. Ipsum uero alterum a se quidem differentiam, sed ab eodem congruitatem simul et ordinem. Horum uero congeriem generum Plato conuocare putat animam ad res omnes, tum iudicandas, tum etiam peragendas. Nempe, quoniam ex essentia constat, quid sit unum quodq; definit: quia ex eodem cognoscit quid simplex: et si compositum, qua unione coniunctum, et quomodo secum ipso alijsq; consistat: quia ex altero, quid sit diuersitatis in quolibet, et qua conditione uel in se digeratur, uel secernatur a ceteris: quoniam ex statu, quale et quo pacto, quod uis in seipso permaneat: quia ex motu constat, agnoscit a quali res quaeq; et quali ratione dependeat, item qualia et quomodo faciat. Praeterea per essentiam, dat esse rebus; per idem, res sibi coniungit et alijs: per alterum uero sciungit: per statum in natura propria confirmat et ordine: per motum mouet, et efficit ut moueantur et agant. Quamobrem non immerito Plato in anima fabricanda, rerum omnium genera certa quadam ratione commiscet. Mixta uero haec inuicem ait harmonica ratione, non arithmetica, alioquin iniusta foret alicubi distributio: neque geometrica tantum proportione, alioquin tanta foret aequalitas in mixtura, ut cum extrema corporum diuersitate proxime conspirare non posset. At harmonica ratio uariorum similitudine consistens, et dissimilia facit similia, et inaequalia communi quadam aequalitate conuenit. Eiusmodi autem est anima, tum ad seipsam, tum ad corpora qualitas et officium. Siue enim agat secum ipsa, tam in intelligentia ut ita loquar, identitati quandam miscet alteritatem, quam rationis alteritati quandam identitatem. Similiter in imaginatione facit et sensu. Siue agat in corpus, in ordine quodam stabili quasi identitate producit motionis alteritatem; quod apparet in caelo; item sub caelo in ipsa generationis alteritate per continuatum ordinem seruat identitatem: et utrobique conseruat essentiam atq; restituit. Quamobrem deus animam mundi componens, utitur harmonica ratione, tum in rerum generibus inuicem commiscendis, tum in portionibus ipsis, quas ab eis accipiat ad animam componendam, tum in anime uiribus ortum eius euectio comitantibus, tum in mundi sphaeris anime congruentibus. Talem uero mixturam anime conuenire, Plato non solum rationibus perscrutatus est, sed etiam coniecturis acceptis a mundo diligenter aspiciatus. Cum enim mundi corpus, et sub anima positum, et eius gratia factum, et ab ea reatum, motum reformatum contempleretur, naturae consentaneum iudicauit, ut a figura mundi uelut imagine, formam quandam eius anime tanquam exemplar conieceretur. Quibus itaq; proportionibus sphaeras mundi compositas, dispositas, agatas, suspiciebat, eisdem ferme, id est harmonicis rationibus eius animam auguratus esse contemperatam: ut quemadmodum apud muscos a concentu artificiosae mentis profuit et concentus in uocem, sic ab harmonia caelestis anime in mundum transeat harmonia. Sed Platonem ipsum iam audiamus. Vnam principio accepit portionem ex uniuerso. Secundam uero primae partis duplam. Deinde tertiam, quae secundae quidem sesquialtera esset, primae uero tripla. Postea quartam, secundae duplam. Quintam deinceps, tertiae triplam. Sextam primae octuplam. Postremo septimam, quae partibus sex et uiginti primam excederet. Haec ille. Constituamus ergo triangulum in cuius apice locata sit unitas, a qua terni utrinque numeri profuant, hinc pares, inde similiter impares: hac uidelicet ratione, ut a parte altera post unitatem primum duo, deinde quatuor, demum octo: altera ex parte sub unitate similiter primum tria, deinde nouem, postremo septem atq; uiginti. Primam itaq; portio quam accipit deus ex ipso generum, ut ita loquar, fermento ad animam effingendam, est unitas. Secunda binarius, primae duplus. Tertia uero ternarius, cuius ratio tripla est primae, hoc est unitatis, sesquialtera uero secundae, id est binarij. Quarta portio quaternarius, duplus secundae, hoc est binarij. Quinta nouenarius, cuius tripla ratio tertiae, id est ternarij. Sexta octonarius, cuius octupla ad primam, id est unitatem proportio. Septima uigintiseptem, ratio quidem ad nouenarium tripla, unitatem uero excedens partibus sex atq; uiginti. In his utique numeris rationes omnes comprehendit harmonicas. Nam in sesquioctaua inter nouem et octo proportionem, progenit tonum Musis nouem obtemperantem. In sesquialtera inter tria et duo Diapente, gratiam uocis quintae ueneram. In sesquitercia inter quatuor atq; tria Diatessaron Mercurialem




uocis

Item usque protendi: quantumq; ab ipsa usque ad solem; triplum ab eadem esse ad Venerem. Rursus quantum à terra ad Venerem, quater tantum ab eadem ad mercurium. Item quantum ad Mercurij stellam ab ipsa terra, nouies tantum à terra ad Martem. Et quantum à terra ad Martem, octies tantum à terra ad Iouem. Quantumq; à terra est usq; ad Iouem, septies & uicies tantum à terra usq; ad Saturni circum. Hic inter cetera uides grauiores planetas Iouem atque Saturnum utriusq; per solidos numeros designari. Et si alibi ex nonnullorum Pythagoricorum opinione, alias interuallorum mensuras recensui, Platonicas tamen probabiliore existimo. Per hæc autem forsitan intelligi possunt quæ in decimo de Republica de spheris obscurius inuoluuntur. Item per illa quæ de numerorum proportionum quæ uirtute tractauimus, coniectari possunt quæ in octauo de Republica de coelesti circuitu, & numeris, & proportionibus implicantur.

QUOMODO REPLEANTVR DVPLORVM TRIPLO-
rumq; numerorum interualla. CAPVT XXXV



LATTO postquam primam excogitauit figuram septem limites continentem, in qua duplæ atque triplæ rationes comprehenduntur, deinceps alteram effingi iubet figuram, adeo maiores numeros complementem, ut ubi duplæ sesquitertij sesquialterisq; replentur, hæc quoq; mediæ sesquioctauis se implerentur, ut sesquitertij spatia tonum capiant. Describamus ergo figuram primæ similem, scilicet senarium ponamus in apice, post quem longo spatio subdamus eius duplum, id est duodenarium, idq; spatium occupemus octonario simul & nouenario. Deinde similiter longo spatio uiginti quatuor post duodecim describamus, & in hoc ipso spatio sexdecim decem que & octo ponamus, eodem ordine inter uiginti quatuor & quadraginta octo, uelut mediæ triginta duo & triginta sex inferentes. Hactenus duplorum latus absoluius. Deinceps uero triplorum spatia consummemus, procul à senario secernentes decem & octo senarij triplum, atque inter eos nouem & duodecim designemus. Similiter inter decem & octo & quinquaginta quatuor eius triplum, uiginti septem & triginta sex, collochemus. Postremo à quinquaginta quatuor ad eius triplum, centum sexaginta duo, per gemina similiter mediæ, scilicet octoginta unum centumq; & octo progrediamur. Vtergo ad primam figuræ huius duplam habitudinem reuertimur, consideremus inter sex & duodecim medietates duas, octo scilicet atq; nouem. Et octonarium quidem inter sex & duodecim ratione harmonica se habere. Nam & excedit senarium, tertia senarij portione: & exceditur à duodenario, proportionem similiter duodenarij tertia. Item ad senarij sesquitertij est, sed duodenarius ad ipsum est sesquialter. Preterea differentia inter duodecim atque octo quaternarius est. Differentia uero inter octo atq; sex, binarius. Sic igitur quatuor ad duo, sicut duodecim ad sex, duplicem continent rationem. In his uero quæ diximus artificium uersatur harmonicum. Comparemus quoque nouem & ad sex per sesquialteram, & ad duodecim per sesquitertij qualitatem, & ad octo per sesquioctauam proprietatē, qua resonet tonus: intelligemus profecto hæc ipsa sesquioctaua duos sesquiterjos colligari, id est, octo ad sex, nouemq; ad duodecim. Neque deest medietas his numeris arithmetica: siquidem nouenarius senarium quidem excedit ternario, & à duodenario pariter ternario superatur. Similiter per rationes easdem in duplis sequentibus procedamus, colligantes duplas quidem per sesquitertij & sesquialteras: item sesquioctaua proportionem sesquitertij geminas connectentes. Similiter ferme excepto tono per triplas discurre licet. Quoniam uero sesquitertij rationes non solum ex duobus tonis sunt, uerumetiam ex hemitonio, & hoc quidem minore, cui deest ad plenum hemitonium particula quædam, ideo Plato inquit, in sesquitertij portiuiculam quandam esse relictam. Ceterum quidnā sibi uelit in anima figura hæc per ampliores numeros explicata, nondum satis uidetur à Platonice explicatum, neq; nos in presentia explicabimus: nisi forsitan dum plura ac saltem duo mediæ inter extremos terminos collocat, subintelligi uelit genera rerum elementarum, quæ opposito se inuicem modo respiciunt, qualitates duas inter se inuicem reddere. Velut si ubi terminus tangit infinitudinem, indefinitam reportet termini qualitatem: atq; uicissim ubi finitudo tangit terminum, determinatam in finitudinis subeat passionem: preterea & in termino sit in finitudo quo dammodo terminalis, & uicissim in ipsa infinitudine terminus indefinitè progrediens. Accedit ad hæc quod & inter ipsas anime uires talia quædam cogitari mediæ possunt, & anima ad superioris exemplar in mundo inter ea quæ longe distant, duo saltem mediæ inferere consueuit. Tonus autem plenus significat motum pulsantem quæ animæ tam in seipsa quàm in cælo. At hemitonium remissiorem in elementis, & usque adeo à primo deficientem, ut perfectionis eius dimidia minorem suscipiat portionem. Totus deniq; superior de harmonia tractatus triplæ concordiam significare uidetur, scilicet inter animam atque corpus, & inter anime partes inuicem, atq; inter partes corporis inuicem.



mur, consideremus inter sex & duodecim medietates duas, octo scilicet atq; nouem. Et octonarium quidem inter sex & duodecim ratione harmonica se habere. Nam & excedit senarium, tertia senarij portione: & exceditur à duodenario, proportionem similiter duodenarij tertia. Item ad senarij sesquitertij est, sed duodenarius ad ipsum est sesquialter. Preterea differentia inter duodecim atque octo quaternarius est. Differentia uero inter octo atq; sex, binarius. Sic igitur quatuor ad duo, sicut duodecim ad sex, duplicem continent rationem. In his uero quæ diximus artificium uersatur harmonicum. Comparemus quoque nouem & ad sex per sesquialteram, & ad duodecim per sesquitertij qualitatem, & ad octo per sesquioctauam proprietatē, qua resonet tonus: intelligemus profecto hæc ipsa sesquioctaua duos sesquiterjos colligari, id est, octo ad sex, nouemq; ad duodecim. Neque deest medietas his numeris arithmetica: siquidem nouenarius senarium quidem excedit ternario, & à duodenario pariter ternario superatur. Similiter per rationes easdem in duplis sequentibus procedamus, colligantes duplas quidem per sesquitertij & sesquialteras: item sesquioctaua proportionem sesquitertij geminas connectentes. Similiter ferme excepto tono per triplas discurre licet. Quoniam uero sesquitertij rationes non solum ex duobus tonis sunt, uerumetiam ex hemitonio, & hoc quidem minore, cui deest ad plenum hemitonium particula quædam, ideo Plato inquit, in sesquitertij portiuiculam quandam esse relictam. Ceterum quidnā sibi uelit in anima figura hæc per ampliores numeros explicata, nondum satis uidetur à Platonice explicatum, neq; nos in presentia explicabimus: nisi forsitan dum plura ac saltem duo mediæ inter extremos terminos collocat, subintelligi uelit genera rerum elementarum, quæ opposito se inuicem modo respiciunt, qualitates duas inter se inuicem reddere. Velut si ubi terminus tangit infinitudinem, indefinitam reportet termini qualitatem: atq; uicissim ubi finitudo tangit terminum, determinatam in finitudinis subeat passionem: preterea & in termino sit in finitudo quo dammodo terminalis, & uicissim in ipsa infinitudine terminus indefinitè progrediens. Accedit ad hæc quod & inter ipsas anime uires talia quædam cogitari mediæ possunt, & anima ad superioris exemplar in mundo inter ea quæ longe distant, duo saltem mediæ inferere consueuit. Tonus autem plenus significat motum pulsantem quæ animæ tam in seipsa quàm in cælo. At hemitonium remissiorem in elementis, & usque adeo à primo deficientem, ut perfectionis eius dimidia minorem suscipiat portionem. Totus deniq; superior de harmonia tractatus triplæ concordiam significare uidetur, scilicet inter animam atque corpus, & inter anime partes inuicem, atq; inter partes corporis inuicem.

DIVISIO ANIMAE, MOTVS ET TEMPVS.

LIBER XXXVI



QUOD uero ait ipsam generum commixtionem in consummatione anime fuisse consumptam, intellege animam à deo processisse perfectam, ut suam ferme ideam impleuerit. Diuisio præterea in longum, ostendit proprium anime motum naturaliter esse rectum, scilicet in sensum, & uegetandi siue mouendi naturam. Item ob id fecit in duo, ut ostendat tum in anima duplicem esse uegetum motum, scilicet ad sentiendum atque mouendum; tum ab anima in corpore similiter esse geminum, scilicet uniformem atque multiformem. Interfecit uero lineas duas ad animam figurandam, deinde eas reflexit in gyrum, indicans naturam anime ex se ad rectum motum procliuiorem, ab ipso deo per intelligentie munus circulari motui prorsus accommodari: geminis inquam circulis, firmamento scilicet non erranti, ac post firmamentum orbibus peruentum planetarum. Firmamenti quidem circuitus ipsam identitatis intelligentieq; naturam proprie refert. Anfractus autem multiplices planetarum, proprie naturam alteritatis inferiorumq; anime partium representant. Sed ex ipso interiori animi motu simul & tempore, tempus in mundo una cum motu consequitur. Tangit inter hæc pauca quædam atque communia, quæ ad Astronomiam pertinent: sed hæc facile quibus uel mediocriter eruditus intelligit, & de his nimis multa Platonici quidam, tum Graeci, tum Latini pertractant. Surgit mox questio de ideis ac de generibus animalium mundanorum, de quibus in theologia latissime pertractauimus. Preterea quod de ipsa deorum quorundam demonum quæ genealogia recenset, quidam habeat uerisimilis, in Theologia similiter & alibi declaratur.

QUAE A DEO PROXIME, ET QUAE PER MEDIA FIANT

LIBER XXXVII



HACTENVS patere cuique potest, ab intellectu diuino mundi opifice animos deosq; mundanos & demones, & omnes mundi sphaeras, speciesq; ipsas rerum absque medijs causis processisse. Quæ autem de materia prima sit inter Platonicos ambiguitas, narrauimus ab initio. Mandat ergo post hæc architectus mundi filijs suis, id est, animabus sphaerarum stellarumq; & demonum, uel etiam inferioribus angelis, ut ad imitationem sui, mixtionem sub luna rerum aggrediantur, hominibusq; subijciant omnia, rationalemq; eius animam ab ipso acceptam, corpori caduco concilient per uitam quandam irrationalem, partim ab ipsis, partim ab anima hominis dependentem. Notabis autem in ipsis dei uerbis quicquid proxime sit à Deo, sempiternum esse: & quicquid ulla ratione componitur, quatenus compositum est esse etiam dissolubile. Sed quatenus per diuinam uoluntatem composita quædam ita constant, ut in eis unitas superet multitudinem, in dissoluta seruari. Notabis insuper, ubi ait deum in suo habitu permanere dum mandat, ministros autem se qui, nihil mutabilitatis in Deo esse dum mobilia regit & mouet: in ministris autem eius prouidentiam esse mutationi cuidam propinquirem. Denique in his omnibus Mosaicum illud: Ego sum qui sum, cognoscet mirifice confirmatum.

DE HOMINE QUOAD PERTINET AD ANIMAM ATQVE

CORPUS. CAPVT XXXVIII



RATIONALEM hominis animam ait à deo ex eisdem rerum generibus eodē in cratere commixtis, atque mundi animam fuisse constalam. Crater significat ipsam uitæ rationalis ideam. Sed ad saluam uitam inferiores esse. Tum uero deus animas, id est singulos ordines animarum, singulis stellis ac commodat. Adhibet & uehicula, id est aetherea corpora. Docet & fatales leges, dum animabus in fundit formulas idearum, per quas anime in se quandoq; conuersæ, rationes rerum agnosere possint. Quod autem de anime descensu fatali atque circuitu inquit, alibi est expositum: Post hæc ministri dei fabricam humani corporis professuntur, occultis eam uinculis connectentes. Per uincula hæc occulta intelligit complexionem hominis esse adeo temperatam cæloq; per similem, ut uix in ea elementalium qualitatum excessus appareat. Subdit deinde circuitus anime in mole corporis impediri. Hic tu ante alia memento animam nostram simili ratione atq; mundi animam contextam fuisse, similesq; circuitus possidere. Circuitum ergo intelligentie impediri ait, rationis uero circuitum distabi, duabus præcipue rationibus: tum quia prius quàm adultum sit corpus, anima tota in fabrica corporis occupatur: tum quia quæ extrinsecus sensus mouent, in teneriori etate offendunt uehementius, & propter nouitatem rerum animam circa corporea reddunt admirandam. His ergo de causis, diu & intelligentia à diuino uocatus officio, & rationalis ipse discursus circa inferiora distractus, quasi demens, turbatur & fallitur. Sic igitur totus animus peruersam figuram subit, uitamq; ducit laboriosam, dum ratio cedit sensibus, perinde ac si quis car-

put pro pedibus humi figat, pedes uero pro capite tollat in altum. iam uero quæ de membrorum corporis dispositione adducit in medium, satis à medicis pertractantur. In quibus id potissimum obseruabis, caput dici non principale solum, sed etiam totum in corpore. reliqua enim solum ut capiti seruiant, adiuncta fuisse. Ex quo colliges hominem contemplationis gratia esse natum. Sequitur de sensuum instrumentis. Quæ uero in his de uisu dicuntur, à Chalcidio satis, & quæ de sonis, alibi satis exponuntur à nobis. Considerabis mox firmam de causis Platonis nostri sententiam: res qualitatesque corporeas quæ non ex se, immo ab incorporea quadam causa mouentur, & diriguntur ad finem, non esse reuera causas appellandas, sed latentis prouidentie instrumenta. Causam uero præcipuam esse uoluntatem prouidentie, ad exemplar sui sic omnia disponentis, ut optime se habere iudicat & decernit. Ita que finalem causam præscriptam in prouidentia, summam Plato asserit causarum. Tum confirmat iterum hominem esse natum ad cœlestia contemplanda, immo uero ad ipsum cœli motorem pro uiribus imitandum. Et quemadmodum dixerat uisum, sic & auditum cœntemplationis & discipline gratia nobis esse tributum: item ut per sensibilem harmoniam animi quoque motus harmonice componamus. Ceteros autem præter uisum & auditumque sensus, quasi minus conducant ad speculandum, nibili pendit.

QUOMODO MUNDVS EX MENTE ET NECESSITATE
compositus sit. CAPVT XXXIX




POST QUAM tractauit de formali mundi ordine, quem ideo uocat intellectum, quoniam est intelligentie diuine simulacrum, tractat iam de materia mundi: quam ideo necessitatem nominat, quia non propter seipsam, sed tanquam formis ultimis necessaria, est introducta. Item quia mundus ob eius admixtionem deforme nonnihil necessario patitur. Hinc illud: Mundus est ex intellectu & necessitate compositus, id est ex ipso formarum ordine atque materia. Possimus quin etiam sub necessitatis nomine intelligere non materiam solum, sed animam quoque eius in primo processione sue signum uelut informem materie instar consideratam. Vtraque enim, tam anima quam materia, in primo origine sue signum informis quidem est, sed facile est formabilis per intelligentie munus. unde & ipsi anime rationes seminaque formarum naturalium infundantur, & materie qualitates atque forme. Quod autem ait, ante mundi dispositionem elementa quodammodo extitisse, intelligi quasdam elementorum uires tum formatrices in anima, tum formabiles in materia. Item quod inquit, materiam ante mundum absque ordine fuisse iactatam, exponit potentiam anime motricem etiam ante intelligentie munera potuisse materiam agitare, sed procul ab ordine. Præterea ubi ait mundum à Deo exornatum fuisse persuasum prius Necessitate, sic accipe, ut prima illa materie anime que natura quamuis cogitur informis, tamen preparationem à Deo ad formas adeo formabilem suscepit ab initio, ut non potuerit esse paratior. Obseruanda inter hæc est illa distinctio, qua dicitur uniuersum in exordio libri in duo fuisse diuisum, id est, exemplar atque simulacrum: nunc uero distinguendum esse in tria, id est, exemplar, & simulacrum, & materiam. Hic primo quidem uideri potest re ipsa idem esse, ipsum exemplar mundi & efficientem eius causam & finalem. Deinde totum mundi ordinem non tam substantiale quiddam esse, quam inuisibilis mundi simulacrum. Præterea quod materiam & supra secreuit à mente, & hic à mentis fecerit simulacro, coniectare possumus materiam non tam per ideam propriam quam per ideam formæ à Deo procedere, neque antecedenti proposito sed quodammodo consequenti, ab intelligentia, ut ita dixerim, adiuuentam. Tum uero & materiam esse, & quid sit, & quo pacto se habeat, ex perpetua transmutatione formarum diligenter ostendit: ex qua etiam materiales formas esse quodammodo falsas argumentatur. Deinde per eas ad ueras idealesque formas ascendit, que omnia in Theologia planius declarantur. Adduxit in medium multa materie nomina, scilicet speciem inuisibilem, Sinum informem omnium que capacem formarum, Naturam, Potentiam, Materiam mundi, Nutricem formarum, Subiectum, Receptaculum, Locum. Sed ex hoc loci nomine ridere licet Peripateticum adeo ineptum, siue maleuolum potius, ut dementia Platonem insimulet, quasi materiam uoluerit locum esse proprie mathematicum. Quod quidem per cætera materie nomina euidentissime consutat. Denique ex eo quod materia propriam sibi uendicat in formatem, argumentare unitatem sibi pariter uendicare. Si enim informis, ergo & indistincta. Si ita, ergo & unum. At ex eadem informitate non sibi uendicat esse, sed per ipsam potius cadit ad esse. Cum igitur unum, atque ens, non eque materie congruant, eadem inter se esse non possunt. Est autem unum superioris ente, quoniam latus se fundit: præsertim cum priuationi insuper cui non conuenit ens, tamen conueniat unum. Ex hoc rursus argumentatur materiam à summo tantum principio rerum posse produci.

QUOMODO PHYSICA CONSTENT EX MATHEMATICIS
ac de elementis & mixtis. CAPVT XL



PRINCIPES Physica per mathematica probaturus, in primis mathematicorum doctrinam laudat tanquam omnis eruditionis in genæ uiam. Longum Laurenti foret in præsentia recensere, quot non stiris temporibus mathematicam ingressi uiam, ad finem peruenierint exoptatum. Petrum Platonem Spoletinum nouimus mathematicorum maxime beneficio, non Aristotelicos tantum, uerum etiam Platonicos iam sensus penetrasse. Florentia uero Baptistam Leonem Alberti ab eisdem disciplinis exorsum, opus in architectura pulcherrimum edidisse. Quid dicam de Francisco Berlingherio nostro Nicolai filio? nonne hic mathematicorum beneficio fretus de Cosmographia uerbis scripsit egregie? Neminem uero turbet, quod Platonem Pythagoræ more ex mathematicis physica componere uideatur. Non enim intelligi uult naturalia corpora ex figuris & numeris tanquam ex elementis & partibus, sed tanquam ex terminis, quadam resolutione componi: quod uidelicet naturalia in illa quasi priora, ac ueluti terminos resoluantur. Nunc termini corporum dimensiones sunt atque figure? Numeri etiam termini figurarum? Præterea species naturales subiecto non solum communi, sed proprio indigent. Figuris autem satis facit commune subiectum. At numeri, neque proprio, neque communi, neque ullo proprio corpore indigent fundamentum. Ex quo patet figuras quidem naturalibus speciebus, numeros autem figuris esse priores. Triplicem ergo in rebus ordinem Pythagoras Platoque cogitabant, specierum, figurarum, & numerorum. Triplicem similiter inter ideas, adeo ut & in rebus & in ideis, species in figuris, figurae resoluantur in numeros, atque certa species figuris certis, certa figurae certis numeris quodammodo congruant, rerum ordine omnino sic exigente. Quamobrem ubi aiunt speciem ignis ex pyramidali figura, & pyramidem solidam ex trigonulis quatuor, & hos ex quaternario ternario uel constitutui, significare uolunt proprietatem quandam in his cunctis cõmuniter esse persimilem, & comparanda hæc inter se potius quam componenda. Hæc utique ratione figurarum igni pyramidalem tribuit. Aeri figuram facies habentem octo, quam nominat Octaedram. Aque facies habentem uiginti, quam Icosaedram uocat. Terræ facies sex habentem, nomine Cubum atque Talum. Vniuersio denique duodecim facies possidentem. Et pyramidalem quidem figuram ideo conuenire uult igni, quia tenuis, & ad incisionem præ cæteris apta, ex paucioribusque triangulis constituta: ideoque omnium leuissima figurarum. Figuram uero cubicam terræ, quia solidissima atque stabilissima sit. Figuras alias medijs elementis, quoniam ad motum atque statum inter ignem & terram medio modo se habent. Dodecaedram, qua duodecim facies habet, congruere putat mundo propter hæc duodecim, ac signa duodecim in Zodiaco. Resoluit autem solida in plana, plana uero in triangulos, præcipue in eos qui rectanguli nominantur. Quorum unus Scalenus sit, id est scalaris, latera omnia inæqualia possidens. Alter Isosceles, id est æquicrurus, duo habens equalia latera. Nam triangulum æquilaterum, in quo neque rectus angulus, neque linea in perpendicularum recta sit, minus componendis planis aptum existimat. Constituit ex Scalenis pyramidalem & octaedram, Icosaedramque molem: cum pyramidem ex triangulis quatuor æquilateribus constituatur, quorum quilibet in sex triangulos Scalenos diuiditur. Octaedra figura ex octo similibus, quorum quilibet in sex triangulos Scalenos similiter distribuitur. Icosaedra figura ex uiginti similibus, quorum quilibet similiter in sex scalenos euadit. Isosceles autem triangulus figure cubicæ dicitur elementum. Quatuor enim isosceles trianguli concurrentes quadrangulum complent. Ex huiusmodi uero quadrangulis sex Cubus efficitur. Denique Dodecaedram figuram mundo, ut dicebam, accommodauit, quoniam siderum formæ duodecim suspiciuntur in zodiaco, quorum quilibet in partes triginta secatur. Similiter in figura dodecaedra intueri licet pentagonos duodecim, singillatim in triangulos æquilateres quinque diuisos, ut in unum quilibet rursus ex triangulis sex Scalenis conficiatur, & in



omni mole dodecaedra trecenti sexaginta reperiuntur trianguli, quot etiam in zodiaco portiones existunt. Tractat uero deinceps de motibus passionibusque elementorum. Item quo pacto distinguantur in partes, & inuicem misceantur, & quos effectus mixtione conficiant. Præterea qualis sit tum elementorum tum mixtorum inuicem commutatio. Inter hæc de mixtis imperfectis agit, & de perfectis, de liquoribus, & lapidibus, & metallis. Sed hæc ferme omnia Pythagorico more subtilis obsecris metaphoris inuoluunt: apertioribus autem uerbis Platonem auditoribus suis tradidisse putamus, & Aristotelem præ cæteris manifestius eadem literis commendasse. Horum itaque omnium à libris Aristotelis de generatione atque Meteoris interpretatio requiratur. Tractat insuper de passionibus que ab elementis animalium sensibus inferuntur. De passionibus inquam, & oculis, & manifestis. De uoluptatis dolorisque speciebus. Quæ in Philibeto, & nostro de Voluptate libro perspicue declarantur. Agit præterea de sensibus ipsis, eorumque obiectis. Distinguit sapes, odores & uoces atque colores.

ITERVM DE HOMINE QVANTVM AD ANIMAM
spectat & corpus. CAPVT. XLI



CONSIDERATIONE dignū est, quantum nos admoceat Plato dandam esse operam, ut nos ipsos pro uiribus cognoscamus, meminerimusq; omnia infra lunam fuisse nobis à deo subiecta, ne quando ipsi contra dignitatem nostram inferioribus nos uicissim subiciamus. In ipso enim totius disputationis exordio decretum est de uniuerso tractari usq; ad ipsam hominis genituram. Rursus in medio disputationis cursu dijs à patre precipitur exornare hominē, dominum animalium, quem ad imaginem & similitudinem suam esse uelit atq; præesse. Deinde paucis interiectis reditur ad hominem. Denum prope finem re sumitur, quod primo fuerat institutum, uidelicet de uniuerso usq; ad geniturā hominis fuisse tractandum. Atq; in cunctis Mosaico more probatur hominē in diuino hoc opificio, & in primis proponi, & postremū fieri quasi finem. Ergo nunc & omittens alia repetit diuinū in homine generando mandatū, & in hoc absoluedo diuinorum obsequium ministrorum, neq; id quidem iniuria. Prædixerat enim solum in terris hominē institutum et superos effculturum; ut maxime rationi sit consentaneū, deos genituram hominis diligenter excoluisse. Sed his omisissis, quæ sequuntur expediamus. Iterum de anima irrationali tractatur nō à deo proxime, sed per sequentes mobilesq; causas constituta, quæ rationali subiecta sit, cœlitus à deo demissa. Irrationalem uero animā Platonicū nō tam substantiale aliquid, q̄ accidentale quiddā esse putant, quasi rationaliū uestigium animarū, in quo sensus quidem sunt sed per diuersa corporis instrumenta diuisi atq; patibiles. Sensum aut in ipsa anima rationalis substantia ponunt cōmunem, simplicē, impatibilem, qui nō proprie accipiat illatas à corporibus passiones, quæ admodū sensus aliter, sed alterius sensus percipiat, siue potius iudicet passiones. Proinde rationalis animæ substantiam in diuisam, & in se consistentē esse probant, neq; capiti uelut sustentaculo, cōmendatam, sed quasi uel in strumento ipsius accommodatam, uel cuidam in suo genere simili cōparatam. Irrationale uero in membris quodammodo residere: & paritatem quidem eius audaciam & iracundiā cōpotem cordi paritē uero cōcupiscentiæ deditam, iecori cōmendatā. Verū de hoc ipso iecore mirā Pythagoricorū notabilis opinio ē, uidelicet id membrū ex certa soliditate & clara paritate lenitate sic esse contemperatum, ut speculi modo imagines rerum accipiat facile admodum atq; reddat. Profecto quædammodum imaginatio uehemens grauidæ mulieris in fetu tenerimo sepe exprimit rei desiderate notas: ita uehemens sine mentis notio, siue sensus imaginatio naturam iecoris specularē facillimē format. In hoc ipso speculo demones superius futurorū effingūt imagines, quoties peccato prorsus animo aliud illic imagines nō pinguntur. Itaq; futurorū notæ speculo huic infuse in mentē protinus imaginationemq; resiliunt: sed illic sepe imaginibus alijs adeo cōfunduntur, ut futura portendere nequeant. Quando uidelicet uel mens prudentiæ officijs occupata circa gubernanda distrahitur, uel imaginatio similibus negotijs occupatur. Vbi uero rationis imaginationisq; uacat prudēs & cōtinuata & laboriosa discursio, sepe imagines futurorū à superis in speculū nostrum profluerit, eade in iudiciū manifeste resiliunt. Verū quidam portendant discernere illius est officium, qui ab antecedentibus in consequentia prudenter sagaciterq; discurrere consueuit. At uero discursio talis impedit uaticinium, ut merito alij sint qui præuident, alij qui præuisa interpretantur & explicant. Post hæc profectur materiam latissime à medicis explicatam de humoribus cōplexionibusq; & mirabili humani corporis artificio. At qui elegantiam Platonis in hominis corpore describendo adeo admiratus est Bartholomeus Fontius noster rhetor egregius, ut præ clara oratione probauerit, neq; Lactantium, neq; Cornelium Celsum, neq; Ciceronē ipsum in re describenda ad miram Platonis eloquentiam accedere potuisse. Inter hæc præceptum religiosum cōsiderabimus, nō esse de diuinis ulterius affirmandum, q̄ diuinū confirmet oraculū. Item prouidentia in homine cōponendo nullam omnino aliam habuisse rationem, nisi ut cōtemplationi foret aptissimus. Rursus res naturales in effectibus producendis nō esse proprie causas, sed diuinæ prouidentie instrumenta. Principale namq; causam singulorū in ea intelligentia sitam esse, quæ boni rationē habens, singula future cōmoditatis gratia fabricat. Desinit deinceps quid sanitas corporis sit, quid morbus. Distinguit quoq; morborum, tum aliorum, tum febriū species, singulorumq; rationes assignat. Quales esse potissimum rationes quas apud Galenū Platonice legis, iam diu existimauit, ac nuper à Georgio Cyprio insigni medico sum in sententia cōfirmatus. Hic enim his diebus cū ad me curadæ matris meæ gratia frequenter accederet, meq; reperiret hæc ipsa legentē, miro quodā ordine Galeni mentē cum Platonica mente coniunxit. Post hæc autē perfectam hominis ualetudinē definiit cōmunem corporis animiq; cōcordiam. Quam tunc demum possideri putat, quando tã corpus q̄ anima in seipsis disponuntur bene, dein de simul optime cōponuntur. Optime inquam, id est, equali quadā mensura, ut neq; robur animi nimis excedat modum corporis, neq; robur corporis superet animi modum. Sed anteq̄ perfectam hanc definiat sanitatē, animi morbum distinguit in duos, scilicet ignorantiam & insaniam, insaniam uero duplicem esse ait. Vnam quidem occultā, quæ in continua pronāq; ad insaniam affectione consistit, puta habitum quendam ad perturbationē aliquam propensissimū. Alterā uero manifestam, scilicet quam uel aliqua perturbatio supra modum aduicta detegit, ut in gradu summo cupiditatis & uoluptatis, timorisq; & doloris, & iræ: uel uapores humorum inclusi membris inducunt, ut atra bilis ex sanguinis

uel bilis, uel falsæ pituitæ aduisione proueniens. Interea ubi ait, neminē sponte esse malum, sed propter naturam consuetudinēq; depravatam, intellige naturalem procliuatē non mediocriter per oppositam consuetudinē cohiberi ab initio potuisse: sed procliuatē illam diuturna consuetudine confirmatam extirpari quidem omnino non posse, exacta nihilominus doctrinā exhortationibusq; amputari. Docet post hæc colere corpus simul & animū, perpetuo quodam exercitationis motu. Exercitationis inquam moderatæ, motu inquam proprio, & ad bonum proprium rite directo; quo utrunq; exercitatum atque nutritum tantum uirium consequatur, ut alteri non succumbat. Optat quidem Plato corpus animo cedere, sed non ita succumbere, ut motus animi susinere nō possit. Optat corpus ualidum atq; firmum, sed sub animo longe ualidiorē. Mox quantum exercitacionem laudet, attendet quantum temerarium pharmacorum uituperet usum. Proinde quemadmodum tam corpus quam animam proprijs exercere & confirmare motibus iusserat, sic tres animæ uires, id est rationalem, animosam, cupidam, suis quamlibet motibus precipit conseruare: Veruntamen rationalem alimentis frequentioribus enutrire, ne ceteris succumbere compellatur. Ait intellectum homini pro demone datum, scilicet intimo. Alterum enim demonem habet externum. Item rectum corporis habitum quasi cœlesti tributum. Rursus eum qui uires irrationales supra modum nutrit, mortale euadere quasi doceat quomodo accipiendum sit, ubi ait hominem fieri brutum, id est brutum persimilem. Addit eum qui præcipue alit mentem, sic immortalē fieri, ut immortalitatis nulla pars desit. Immo perfecta enim immortalitas est, quæ motum agit perpetuum: perfecta uero, quæ manet, qualis utiq; est in eo qui solam intelligentiam uiuit, euaditq; ex homine demon. Ex quo intelligitur etiam, quando ait hominem effici brutum, id non proprie, sed quadam similitudine dici. Præterea ex eo quod subdit, feminas ortas ex masculis, si placet, absque nobis referat Mosaicum illud: Eum ex uiro fuisse productam. At uero gradus brutorum omnes paulatim ex grauiori rationalis animæ lapsu multiplicari, intellige animam nostram ob quandam liberi motus in finitatem, posse & intra se in brutorum omnium affectus habitusq; proruerē, & extra se supplicij loco inter similia bruta, uel brutorum loca diuino quodam transferri iudicio. Item omnes inferiorum uiuentium dotes in hominis anima tanq̄ perfectissima contineri: atq; brutorum animas in ipso rerum generationisq; ordine ad nostram referri, quasi finem. Si hunc in modum progressionē animæ rationalis in alias, atq; uicissim in hanc aliarum regressio nem acceperis, forsitan à Platónico sensu non aberrabis. Ipse enim hic sub persona Pythagorica loquens, fabulam opportune consingit Pythagoricarum similem fabularum. Atq; ne hæc quasi sub historica ueritate forsitan admitteremus, non aliter q̄ poete soleant animalium transformationes adducit. Atqui Timæus Locrus in libro de Mundo fabulosa hæc esse fatetur. Hæc igitur sic accipito: Timæiq; librum eo sine concludito, qui doceat nos, Deum ante omnia colere, qui bona omnia sola benignitate prouidentia procreauit. De reuerentiam magnanime Laurenti breuiora hic quemadmodum argumentum decere uidebatur, afferre, multaq; amplioribus commentarijs, quæ in Timæum iam designauimus, reseruare: Sed Philippus Valor Platoniceorum studio sissimus, penes quem uniuerso Platonico operi in agro Maiano extremam manum imposui, plura me hic coegit effundere. Philippus Valor uirtutis generosissimus heres. Cui ego plurimum debere me fateor, tum quia Platonica egregiaq; omnia magnopere colit, tum quia singulari amore erga te tuosq; omnes afficitur.

TIMAEVS PLATONIS

SOCRATES. TIMAEVS. CRITIAS. HERMOCRATES.



NVS, duo, tres. Quartus autē o amice Timæe eorum qui à me heri cōiuiuo accepti, uicissim me accipiunt nūc, ubinā est? T. I. Aduersa aliqua ualetudine laborat o Socrates. Nō em̄ sponte ab hoc cœtu & disputatione abstinuisset. S. O. Ergo tuū o Timæe, & horum erit officium, quartum illius absentis partes implere. T. I. Ita prorsus. Sane nihil quoad fieri poterit, prætermittemus. Nā cū laute abs te heri accepti fuerimus, haud æquū sit, si nō pari alacritate qui hic sumus uicissim accipiamus. S. O. Nō recordamini quæ uobis & q̄ multa tractanda proposuit? T. I. Partim quidē recordamur, partim uero tu, si exciderint suggeres. Imò uero nisi molestū sit breuiter illa ab exordio repete, quo magis ea nobis cōstent. S. O. Faciā equidē. Summa disputationis hefferne gradus, Resp. qualis mihi, & ex qualibus uiris optima posse fieri uideret. T. I. Nobis certe omnibus ualde probata sunt o Socrates quæ dixisti. S. O. Principio agricolas ceterosq; artifices à militibus separauimus. T. I. Certe. S. O. Cum uero cuiq; quod pro natura instinctu præcipue suū est, & singula tantū singulis artificibus officia tribueremus, illis quoq; quos præ ceteris bella genere oporteret, id unū duxerat, protegēde scilicet ciuitatis munus

munus iniunximus, & aduersus externos hostes, & aduersus ciues reipub. euerfora ut
 erga subiectos tanq̄ natura amicos mites sint, contra hostes uero prælio ferocissimi. T. I.
 Ita profus. s. o. Duplicem sane naturam in custodiendis animis esse debere diximus, & iracundam,
 & philosophico ingenio præceptis accommodatam, ut recte in suos mansueti
 sint, in alienos autem feroces. T. I. Proculdubio. s. o. Quid autem de educatione dicemus?
 Nonne gymniciis exercitationibus, & musica, cæterisque decentibus disciplinis, eos a no-
 bis institutos fuisse? T. I. Valde quidem. s. o. Ita educatos homines neq̄ aurū, neq̄ argen-
 tum, neq̄ aliud quicq̄ propriū, aut habere, aut putare statuimus, sed tanq̄ adiutores pu-
 blicosq̄ ministros sola mercede contentos esse, tanta ab his quos tuentur exhibita, quan-
 ta moderate uiuentibus sufficere uideatur. Stipendio præterea publico in commune uti
 uoluimus, & ad communem inter se uictum impendere, ut cæteris posthabitis omnibus
 solius uirtutis & custodiæ curam habeant. T. I. Hæc quoq̄ ita abs te dicta fuerunt. s. o. Na-
 turam præterea mulierum non aliter quam uirorum effingi præcepimus, studiaq̄ omnia
 tam belli quam pacis mulieribus cum uiris esse cõmunia. T. I. Id quoq̄ dictum. s. o. Ante-
 netis memoria quæ de procreandis liberis diximus? Forte uero ob rei ipsius nouitatē fir-
 miter tenuistis. Communes quippe nuptias liberorū statuimus, ut nemo natos suos dis-
 cernat, sed omnes ab omnibus consanguinei existimentur, dum æquales ferme natu fra-
 tres sororesq̄ uicissim se iudicant, maioribus uero patrum uel auorum reuerentiam exhi-
 bent, erga minores autem tanquam filios & nepotes afficiuntur. T. I. Hæc quoq̄ memora-
 tu facilia sunt. s. o. Vt autem q̄ optimi ab ipso initio pro uiribus gignerentur, magistratus
 utriusq̄ sexus nuptijs præposuimus, qui clam sortibus quibusdam operam darent, ut pra-
 ui prauis, boni contra bonis mulieribus miscerentur, neq̄ ulla ob hoc discordia oriretur,
 cum in congressu minus prospero quisq̄ fortunam potius sit q̄ consilium principum cui
 paturus. T. I. Recordamur. s. o. Præterea sanximus honorum socius in patria alendos esse,
 aliorum uero alios alio clam mittendos. Adultos demum utrosq̄ diligenter consideran-
 dos: ut si qui inter relegatos bonæ indolis sint, in patriam reuocentur: si qui uero inter do-
 mesticos contra uideantur affecti, similiter relegentur. T. I. Ita statutum est. s. o. Num satis
 iam hesternam disputationem quantum compendii licet, narrauimus? an aliquid etiam
 à me prætermisissimam ô amice Timæe recenseris desideras? T. I. Nihil sane. hæc enim ferme
 sunt quæ tractabas. s. o. Audite deinceps quo pacto erga hanc quam descripsimus temp-
 sim affectus. Comparatione plane uobis aperiam. Quemadmodum si quis animalia exi-
 miæ pulchritudinis intuitus seu picta, seu uiua quidem, sed torpenta, motus gestusq̄ ui-
 uentium & certamen aliquod eorum spectare desideret: sic ego nunc libenter aliquē nar-
 rantem audirem, quo pacto supra descripta ciuitas cum finitimis ciuitatibus decertaret,
 quid uel tanta eius educatione disciplinæ dignum, uel bello uel pace, tam dicēdo q̄ agen-
 do erga ciuitates singulas demonstraret. Equidem ô Critia & Hermocrates mihi cõsci-
 sum non posse me eam urbem uirosq̄ pro dignitate laudare. Me quidem non posse nihil
 mirum, sed de ueteribus quoq̄ & huius seculi poetis idem existimo: non quo poeticū ge-
 nus contemnam, sed quod euidens unicuiq̄ sit, imitationis studiosos ea facile & optime
 imitari, in quibus fuerint educati: aliena uero longeq̄ ab eorum educatione remota, oper-
 ribus quidem difficile, uerbis etiam difficilius posse prout cõuenit æmulari. Sophistas uel
 que & dicendi & aliarum ferme præclarissimarum artium peritos esse arbitror: sed quia
 multas quotidie ciuitates pererrant, nec proprias sedes ulla habent, uereor ne cõiectura
 quidem assequi nequeant, q̄ multa & qualia uiri philosophi atq̄ ciuiles, tam bello quam
 pace erga singulos uerbis & operibus agant. Sola igitur uestra professio superest, tum na-
 tura, tum disciplina philosophiæ, & rerum gerendarum studio pollens. Timæus quidem
 hic ex Locris, quæ urbs in Italia iustissime gubernatur, nobilitate & opibus præstantissi-
 mus, summis magistratibus & honoribus functus est, & ad summa totius philosophiæ fa-
 stigia, ut opinor, ascendit. Critiam quoque scimus hæc utraq̄ consecutum. Hermocratis
 etiam naturam educationemq̄ his omnibus quæ diximus tractandis esse accommodatam,
 cum multis testimonijs moneamur, dubitare non licet. Quapropter roganibus uo-
 bis heri de republica disputari, libentissime parui, cum cogitarem, quod deinde instituto
 operi superforet, à nemine commodius quam à uobis modo uelitis, posse tractari. Cum
 enim ciuitatē ad bellum idoneam constitueritis, soli omnium uos quæ eam decet, uicissim
 omnia

omnia tribuetis. Cum uero in superioribus quæ mihi iniuncta fuerant perfecissem, quæ
 modo retuli uobis tractanda commisi: uos autem communi consensu imperatorum munus
 mutuo mihi parandi nunc sermonum conuiuij recepistis. Ego igitur adsum ad promissas
 epulas paratissimus. H. E. R. Nos quoq̄ omnes ô Socrates ut pollicitus est modo Timæus,
 quod iubes pro uiribus exequemur, præsertim cum nulla excusandi sit ratio, quo minus
 id facere debeamus. Nam præterito die cum disputatione peracta mox ad hospitium quo
 apud Critiam suscepti sumus, rediremus, & inter eundem primo, & domi rursus de his
 rebus uerba fecimus. Hic igitur nobis ueterem narrauit historiam, quam uelim ô Critia
 Socrati modo recenseas, ut cum audierit, iudicet nunquid ad eam rem quam nos ex-
 qui iussit, conducere uideatur. C. R. I. Faciendum est, si ita Timæo quoq̄ uideatur, tertio dis-
 putationis huius participi. T. I. M. Videtur sane. C. R. I. Audi Socrates miram quidem, sed
 plenam ueritatis historiam, quam Solo septem sapientum sapientissimus recensebat.
 Erat enim domesticus admodū amicisq̄ Dropidis proauū nostri, quod in carminibus suis
 ipsemet sæpe testatur. Auo autem nostro Critiæ, ut ipse nobis senex postea referebat,
 quandoque narrauit res gestas huius urbis memorabiles, diuturnitate temporis homi-
 numq̄ interitu oblitteratas. Vnum uero præ cæteris facinus insigne recessit, quod uobis
 nunc narrandum censeo, ut & tibi morem geramus, & deam cui hodierna pompa dicata
 est, hæc narratione quasi quodam hymnorum cantu, ut par est, honoremus. s. o. c. Recte
 loqueris. sed quid istud tandem est, quod Critias non quasi uerbis descriptum, sed quasi
 ab hac ciuitate quondam gestum ex Solonis narratione uobis aperuit? C. R. I. T. Referam
 præterea mihi puero traditam ab auo historiam. Cum ageret Critias annos, ut ipse dice-
 bat, circiter nonaginta, ego uero decem, celebrareturq̄ solennis ille dies, in quo ad canen-
 dum carmina pueri conuocari solent, congregati sumus & nos una cum proximis no-
 tisq̄ pueris, nobisq̄ à parentibus carminum canendorum certamen est iniunctum. Vbi
 multorum poetarum carmina non pauca memoriter pronuntiata sunt, & Solonis uer-
 sus à plurimis puerorum utpote nouitatem poematis admirantibus decantati. tum con-
 tribulis quidam, seu quod ita iudicaret, siue quod Critiæ blandiri uellet, uideri sibi inquit,
 cum in cæteris sapientissimum fuisse Solonem, tum in carminibus poetarum omnium
 generosissimum. His uerbis, ut recte memini, ualde lætatus est senex, atque ita ridens, in-
 quit: Si Solo ô Amynder non tantum relaxandi animi gratia, sed dedita opera serioq̄
 sicut alij poemis esset secutus, uel historiam quam ab Aegypto reuersus instituerat absol-
 uisset, à qua quidem seditionibus cæterisq̄ ciuitatis fluctibus deturbatus medio in cursu
 destitit, nec Homero nec Hesiodo, nec alio quoquam poetarum, ut opinor, inferior extir-
 uisset. Ad hæc ille: Qua de re ô Critia tractare Solo instituit? De maximis, inquit, rebus ab
 hac ciuitate quondam gestis, quarum memoria apud nos temporis diuturnitate & inter-
 tu hominum extincta est. Dic quæso, inquit, ô Critia, quid illud opus, & quomodo actum,
 & à quibus habitum tanq̄ uerum Solo narrabat. Est, inquit, Aegypti regio Delta, cuius
 è uertice scinduntur fluenta Nilus. Eius campi, Saitica præfectura nominantur. In quibus
 maxima ciuitas est, quam Saim uocant, unde Amasis fuit rex. Urbis eius fundatrix dea
 fuit, quam Aegyptij Neithen, Græci Athenan nominant. Ipsi porro homines Athenien-
 sium amici sunt, eisq̄ genere quodam coniunctos esse se prædicant. Quo Solo profes-
 sum se honorifice acceptum fuisse referebat. Et cum de ueritatis memoria ab illis sacer-
 dotibus qui in hac re cæterorum peritissimi erant, quæsisset, expertum se esse dicebat, ne-
 que seipsum neq̄ alium Græcorum quemquam cognitionem antiquitatis ullam habere:
 quandoq̄ uero coram sacerdotibus, ut eos ad sua narranda prouocaret, de antiquissimis
 illis Athenarum gestis uerba fecisset, Phoroneo primo & Niobe, postq̄ inundatio-
 nem mundi de Pyrrha & Deucalione, eorumq̄ posteritate, & de temporibus quibus sin-
 gula conrigerunt. Tunc ex sacerdotibus quendam grandem natu dixisse: O Solo Solo,
 Græci pueri semper estis, nec quisquam è Græcia senex. Cur istud diceret percontante
 Solone, respondisse sacerdotem: Quia iuuenis semper uobis est animus, in quo nulla est
 ex ueritatis commemoratio, præterea opinio, nulla cana scientia. Quod ideo uobis con-
 tingit, quia multa & uaria hominum exitia fuerunt, eruntque. Maxima quidem aut ignis
 conflagratione, aut aquæ inundationibus provenire necesse est: minora uero alijs qui-
 buslibet calamitatibus fieri. Nam quod apud uos fertur, Phaethontem quondam Solis
 filium

filiū currus ascēdisse paternos, nec patris aurigatione seruata, exuissē terrena, ipsūq; flammis cœlestibus conflagrasse, quamuis fabulosum uideatur, uerum quodammodo esse purācū est. Fit enim longo temporum intervallo cœlestis circuitus permutatio quædam quam inflammationis uasitas necessario sequitur. Tunc hi qui edita & arida uiciorum loca, magis pereunt, quam mari fluuijsq; uicini. Nobis porro Nilus cum in pleijsq; rebus salutaris est, tum huiusmodi à nobis arceat exitium. Quando uero dii aquarum coluione terræ fordes diluunt, pastores ouium, atq; bubulci qui iuga montium habitant, periculum illud euadunt, uestre autem ciuitates in planitie sitæ impetu fluminum ad maria rapiuntur. Sed in hac nostra regione neq; tunc, neq; aliàs unquā aqua in agros superne descendit, contra uero sursum ē terræ uisceribus scaturit. Quamobrem antiquissimarū rerum apud nos monimēta seruantur. Proinde ubicunq; nec imbrium tempestas nimia, nec incendium ingens contingit, licet aliàs pauciores, aliàs plures, semper tamen homines sunt. Quæcunq; uero à nostris siue à uestris siue alijs nationibus gesta sunt memoratū digna, modo ad aures nostrorū peruenerint, nostris in templs descrypta seruantur. Apud uos quidem, & alias gentes res gesta nuper, literis monimētisq; traduntur, sed certis temporum curriculis illuues immissa cœlitus omnia populatur. Ideo qui succedūt, & literis & musis orbatī sunt. Quo fit ut quasi iuuenes iterum sitis & rudes, præteritarum rerum omnium profusus ignari. Nam & ea ipsa quæ modo ex uestris historijs recensebas, à fabulis puerilibus ō Solo parum distant. Primò quod unius tantum inundationis memineritis, cum multæ præcellerint. Deinde quod genus maiorum uestrorum in regione uestra clarissimum & optimum ignoretis, ex quo tu & Athenienses ceteri nati estis, exiguo sermine quondam publicæ cladī superstitē, quod propterea uos latuit, quia superstitēs illorumq; posteriliterarum usu multis seculis caruerūt. Fuit enim ante exitialem illam terræ illuionem ō Solo Atheniensium ciuitas tam belli quàm pacis officijs præstantissima, eiusq; opera legesq; omnibus quorum memoria ad nos peruenit, excelluerunt. Tunc admiratum Solonem obnixè sacerdotes obsecrauisse ait, ut omnia diligenter præcorum ciuium opera reuelarent. Atque illi sic à sacerdote quodam fuisse respōsum. Nulla hoc in uisda prohibet Solo. Dicam equidem libenter tui & ciuitatis uestre gratia. Maxime uero gratia deæ, quæ & uestram illam, & hanc nostram cōdidit, educauit, instituit, priorem uestram annis mille, ex terra & Vulcano accipiens femina. posteriores autem huius nostræ urbis res octo annorum milibus gestæ in sacris literis continentur. Illorū ergo ciuitum qui in hoc nouem milium annorum tempore ante nos fuerunt, instituta & præclara facta nora, breuiter Solo in præsentia tibi perstringam. Deinceps uero cū plus dabitur otij, accepto historiarum libro, latius exponemus. Ac primum leges illorum considera quo pacto cum his nostris conueniant. Multa enim hic similia illis reperies. Principio quod sacerdotes separati ab omni turba uitam agunt. Deinde uaria opificum genera ita inter se discreta sunt, ut suum quisque agat, promiscue uero nullus. Similiter pastorum, uenatorum, agricolarum inter se distincta sunt opera. Milites quoq; hic, ut nostri ab alijs omnibus segregati, bellica duntaxat tractare legibus iubentur. Armatura etiā ut clypeorum scutorumq; usus, apud utrosque per similes. his primi nos in Asia uisum sumus, & dea ut illis in locis sic uobis primis hæc tradidit. Prudentiæ quoque & modestiæ magna sicut uides, nostris legibus ab initio cura fuit, diuinationis in super & medicinæ, & fanitas nobis per hæc diuinitus procurata. Demum quæcunq; ad hæc attinent disciplinæ, diligenter institutæ à lege reperiuntur. Huiusmodi institutione & ordine priorem uestram urbem dea à primordijs exornauit, cum in urbe condenda eam regionem elegisset quæ ob aeris temperiem prudentissima ingenia procrearet. Vtpote enim bellicosa & sapiens dea regionem eligendam celsit talem, quæ esset sui similes homines editura. His itaq; legibus uel etiā honestioribus institutionibus formati ueteres Athenienses omni uirtutum genere ceteris omnibus excelluerūt, ut decebat eos qui dijs geniti editiq; essent. Multa quidem & mirabilia uestre ciuitatis opera in monimentis nostris leguntur, sed unum magnitudine & uirtute præcipuum facinus. Traditur enim uestra ciuitas restitisse olim innumeris hostium copijs, quæ ex Atlantico mari profectæ prope iam cunctam Europam Asiāque obsederant. Tunc enim erat fretum illud nauigabile, habens in ore & quasi uestibulo eius insulam, quas Hercules Columnas cognominatis: ferturque insula

illa Libya simul & Asia maior fuisse, per quam ad alias proximas insulas patebat aditus, atque ex insulis ad omnem continentem e conspectu iacentem uero mari uicinam. Sed intra os ipsum portus angustio sinu fuisse traditur. Pelagus illud uerum mare, terra quoque illa uere erat continens. In hac Atlantide insula maxima & admirabilis potentia extitit regum, qui toti insulæ illi, multisq; alijs, & maximæ terræ continentis parti, præterea & his quæ penes nos sunt, dominabantur. Si quidem tertiæ mundi parti quæ Libya dicitur, usque ad Aegyptum imperauerunt. Europæ uero usque ad Tyrrhenum mare. Horum uis omnis una collecta nostram ō Solo uestramq; regionem, & quicquid intra columnas Herculis continebatur, inuasit. Tunc uestre ciuitatis uirtus in omnes gentes extitit. Quæ cum omnes magnanimitate bellicisq; artibus antecelleret, partim una alijs Græcis, partim sola ceteris deferentibus, extrema discrimina subiit, hostesq; expugnauit, amicis seruata uel reddita libertate. Post hæc ingenti terramotu iugisq; diei unius & noctis illuione factum est, ut terra dehiscens uestros illos una omnes bellicosos homines absorberet, & Atlantis insula sub uasto gurgite mergeretur. Quam ob causam innauigabile pelagus illud propter absorptæ insulæ limum relictum fuit. Hæc ō Socrates eorum quæ Critias maior à Solone accepta narrabat, summa est. Sed dum præterito die de Republica ciuibus que suis dissereres, subiit mihi quædam ex recordatione admiratio, cogitanti uidelicet diuina quadam sorte factum esse, ut simillima quædam haud ab re Solonis historiæ traderes, ob eam uero causam nihil tunc protulsi, quoniam ex diuturna negligentia non satis reminiscebar. Satius igitur ipse censui, ut prius quàm referre uobis inciperem, mecum ipse repeterem. Ideo uero statim imperio tuo consensi, quia confidebam ut in rebus huiusmodi maxime decet, aliquid me quod propositæ rei congrueret reperitum. Ita heri, ut iste ait, post discessum protinus his prout tunc recordabar, recensui. A nocturnis deinde uigilijs pene omnia recuperauī. Profectio quæ in pueritia discimus, diutius firmiusq; ut fertur, meminisse solemus. Atque haud scio, an quæ heri audiui, referre nunc omnia memoriter possim: quæ uero puer accipi, mirabor equidem si quid eorum memoria mihi exciderit. Ea quippe cum uoluptate & ioco audiebam, cum & senex ille libenter me doceret, & ego ab illo sedulo sciscitarer. Quapropter quasi quædam literarum inultæ indelebilitate notæ, ea mihi omnia infixæ memoriæ permanserunt. Atque his etiā ante solis ortum ipsa narraui, ut una mecum essent ad hanc orationem paratiores. Verum ut ad id quò hæc omnia spectant, me conferam, paratus sum ō Socrates, nō modo summam sed hestertim sicut audiui omnia enarrare. Ciuitatem utique & ciues quos quasi per fabulam hestertam disputatione finxisti, rem uerā esse ponemus. Ciuitatem quidem illam, Atheniensem hanc urbem esse. Ciues quoq; quos ipse excogitabas, nostros illos maiores à sacerdote narratos fuisse censebimus. Nempe omnino hæc congruent, neque ab re fuerit, si ciues tuos reuera præcoros illos extitisse dixerimus. Quare communiter rem ipsam inter nos partientes conabimur omnes muneri ab te nobis imposito pro uisibus satisfacere. Sed uide ō Socrates nunquid sermonem hunc probemus, an alium exigamus. S O C R. At enim quem ō Critia sermonem magis quàm istum probabimus? qui presentibus deæ sacris propter propinquitatem quandam mirifice congruit. Maximum uero illud est, nō fictam à nobis fabulam, sed ueram historiam recenserit. Quomam igitur pacto & unde, hæc spreta, disputationem aliam exordiemur? Certe non licet. Ideo bonis fortunæ auspicijs oportet iam tam uos disserere, quàm me pro hesterna narratio. ne, hodie silentio uos audire. C R I. Considera Socrates, an commode mutuum tibi conuuiuium disposuerimus. Visum nobis est, ut Timæus tanquam in Astronomia nostro rum omnium peritissimus, maximeq; in rerum natura cognoscenda uersatus, primus edisserat, ita ut à mundi generatione exordiens usque ad generis humani naturam deueniat. Atque ego deinde suscipiens homines à Timæo quidem genitos, à Critia uero ut plurimum institutos, secundum Solonis sermonem legemq; in iudicium uestrum adducam, ciuitatisq; istius ciues efficiam eos qui præcori illi Athenienses fuerunt, quos iam ex antiquos sacre Aegyptiorum literæ in lucem è tenebris eruerunt, adeo ut de illis deinceps tanquam de ueteribus Atheniensibus uerba fiant. S O C R A. Copiosam & splendidam disputationis mensam apparuisse mihi uideris. T u a ergo interest ō Timæe, in uocatis secundum legem dijs, disputationem iam exordiri. T I M A E. Probe consulis Socrates

De ueteribus
Atheniensibus
& Aegyptiis
historijs

crates. Nam cum omnes qui mentis quoquo modo compotes sunt, in operis cuiuslibet uel magni uel parui principio inuocare deum soleant, quanto nos qui uisus est de uniuerso siue genitum sit siue ingenitum disputaturos, nisi forte desipimus, inuocare diuinam opem? Ergo deos omnes deasque precamur, in primis quidem ut ea dicantur a nobis, quae illis placeant; deinde ut nobis ipsi constemus. Quantum ad deos attinet, sic a nobis orati sit. Sed quod ad nos spectat, poscendum est, ut & uos facile assequamini, & ego secundum intentionis propositum rem ipsam qua de agitur transigam. Principio ita mihi distinguendum esse uidetur, quid sit quod semper est, carens generatione; quid uero quod gignitur quidem, neque est unquam. Illud intellectu per rationis indaginem percipi potest, cum semper sit idem. Hoc opinione per irrationalem sensum attingi, cum gignatur, & intereat, neque uere unquam sit. Quicquid autem gignitur, ex aliqua causa necessario gignitur. Sine causa uero oriri quicquam impossibile est. Quando igitur opifex in operis alicuius constructione ad id quod eodem modo se habet semper aspicit, & huiusmodi quodam usus exemplo ideam uimque in opus educit, pulchrum fieri tunc opus omne necessarium est: quando uero ad id quod factum est respicit, minime pulchrum. Uniuersum igitur hoc, Coelum, siue Mundum, siue quo alio uocabulo gaudet, cognominemus. De quo primum consideremus, quod in quaestione de uniuerso ante omnia inuestigari debet: Vtrum ne semper fuerit sine ullo generationis principio, an genitum sit ab aliquo principio sumens exordium. Id profecto cernitur, tangiturque, & corpus habet. Omnia uero huiusmodi sensus mouent. Quae sensus mouent, opinione per sensum percipiuntur. Haec uero talia esse constat, ut gignantur & genita sint. Quicquid autem gignitur, ab aliqua causa necessario gigni a se, riuimus. Opificem quidem & patrem mundi inuenire difficile, & cum iam inuenis praedicare, eloqui uulgo impossibile est. Rursus considerandum est utrum mundi faber sit imitatus exemplar: id ne quod idem semper & simile est, an id quod genitum fuerit. At qui si pulcher est hic mundus, & opifex mundi bonus, sempiternum certe exemplum maluit imitari. Sin secus, quod ne dictu quidem fas est, generatum exemplar est propter, non secutus. Cum uero & mundus omnium genitorum pulcherrimus sit, & eius auctor causarum omnium optimus, dubium non est quin sempiternum sit secutus exemplum. Sic igitur generatus, ad id est effectus, quod ratione & sapientia sola comprehendere potest, & immutabile permanet. Ex quo efficitur, ut necesse sit hunc mundum alicuius simulacrum esse. Rationem uero originis naturaliter explicare difficillimum est. Ideo de simulacro & exemplo sic distinguamus. Rationes utique cum his rebus quas exprimum, cognitionem quandam habere uidentur. Ergo cum de re firma & stabili & mente comprehendenda differitur, stabiles similiter immutabilesque & quam maxime fieri potest impugnable rationes esse oportet. Cum uero de ipsius rei firmatae stabiliisque simulacro disputatur, uersimiles rationes sufficiunt, quae ita se ad superiores habeant rationes, ut simulacrum ad exemplum. Nempe quod est ad generationem essentia, id ad fidem est ueritas. Cum ergo o Socrates multa de dijs mundi quae generatione a multis dicta sint, ne mireris obsecro, si rationes de ijs probatissimas exactissimasque afferre non possim. Satis enim factum putare debebis, si non minus probabiles quam quiuis alius rationes attulerim. Aequum est meminisse, & me qui differam, & uos qui iudicabitis, homines esse: ut si probabilia dicentur, nihil ulterius requiratis. S O C R. Scite loqueris o Timaeus. Quare nos ut iubes agendum putamus. Exordium quidem hoc orationis mirifice apud probauimus. Sed age deinceps disputationem perage. T I M. Dicamus igitur quam ob causam ille rerum auctor generationem & hoc uniuersum constituit. Bonus erat. Bonus autem nulla unquam aliqua de re inuidia tangitur. Ergo cum liuor ab eo alienissimus esset, omnia sibi quantum fieri poterant simillima fieri uoluit. Si quis hanc gignendi mundi causam praecipuam a prudentibus uiris acceperit, rectissime profecto accipiet.

Itaque cum uellet deus bona omnia fore, nihil uero quoad natura pateretur malum, quicquid erat quod in cernendi sensum cadere posset, assumpsit, non tranquillum & quietum, sed temere agitatum & fluitans, idque ex inordinata iactatione redegit in ordinem. Hoc enim iudicabat esse praestantius. Fas autem neque erat neque est quicquam nisi pulcherrimum facere eum, qui est optimus. Cum igitur excogitasset, inuenit nihil eorum, quae secundum naturam aspectui subiecta sunt, si expers intelligentiae sit, intelligente alio, totum toto pulcherrimum

De ueritate mundi

Ordinem in ordinato praestare

chritus

chritus unquam fore, intellectum uero alicui sine anima dari non posse. Hac ratione mentem quidem animae, animam uero corpori dedit, totumque ita mundum constituit, ut pulcherrimum natura opus optimumque foret. Quocirca sicut ratio nobis haec probabilis persuadet, dicendum est, hunc mundum animal esse, idque intelligens, reuera diuina prouidentia constitutum. Hoc posito, quod sequitur uideamus, ad cuius animalis similitudinem deus mundum constituit. Vni cuidam propriaeque animalium speciei similem fecisse, ne arbitremur. Nam si imperfecto animali similis esset factus, pulcher certe non esset. Immo uero illius animalis eum simillimum esse dicamus, cuius animalia caetera & singulatum & generatim partes sunt. Illud si quidem uiuentia omnia, quae sola mente percipiuntur, in seipso complectitur, quemadmodum mundus hic nos & caetera quae cernuntur animalia continet. Volens itaque deus omnium quae intelligi possunt pulcherrimo & undique absoluto mundum hunc simillimum reddere, animal unum ipsum effecit, aspectui subiectum, animalia cuncta naturae suae convenientia intra suum limitem continens. Proinde recte ne mundum unum diximus: an rectius plures innumerabiles uel dici oportuit? Vnum profecto, si modo ad unius similitudinem sit formatus. Quod enim uiuentia omnia quaecumque intelliguntur continent, socium alterum habere non potest. Alioquin aliud animal, quod haec duo continet, esse oporteret, cuius duo haec partes sint, nec illorum, sed tertij huius, mundus hic si mulacrum rectius diceretur. Vt igitur hic mundus esset animali absoluto simillimus, ex eo quod solus atque unus esset, idcirco neque duo neque innumerabiles procreati sunt, sed unus mundus unigenitusque factus est & erit. Quoniam uero corporeus, spectabilisque, & tractabilis erat futurus, ac sine igni uideri nihil potest, nihilque sine solido tangi, & solidum absque terra nihil, ideo in operis huius exordio deus ignem primo terramque creauit. Sed duo sola absque tertio quodam commode cohaerere non possunt, mediisque aliquod uinculum utrorumque desiderat. Vinculorum uero id est aptissimum atque pulcherrimum, quod ex se & ex ijs quae astringit, quam maxime unum efficit. Hoc maxime proportio ratioque alternae comparationis assequitur. Quando enim in tribus numeris aut molibus aut uiribus medium ita se habet ad postremum, ut primum ad medium, uicissimque ut postremum cum medio, ita medium cum primo congruit, tunc quod medium est, & primum sit & postremum, postremum quoque & primum media sunt. Ita necessitas cogit, ut omnia quaecumque deuinctia fuerint, eadem inter se sint. Eadem uero cum facta sint, efficitur ut omnia sint unum. Quod si uniuersi corpus latitudinem habere debuisset, nulla uero profunditatem, unum sane tum ad seipsum, tum ad extrema uiuicenda interiectum medium suffecisset. Sed cum soliditatem mundus requireret, solida uero non uno sed duobus semper medijs copulerentur, inter ignem & terram deus aerem aquamque locauit, eaque ita inter se inuicem quoad fieri poterat, comparauit, ut quemadmodum ignis ad aerem, ita aer ad aquam; ut aer ad aquam, sic aqua ad terram congrue conferatur. Qua ex coniunctione ita constitutus est mundus, ut aspici tangique possit. Propterea ex huiusmodi rebus numero quatuor, mundi corpus constitutum est, ea connexum comparatione qua dixi. Ex quo seipsum amicitia concordie complectitur, atque ita apte cohaeret, ut nequeat dissolui ullo modo, nisi ab eodem a quo est colligatum. Quatuor igitur earum rerum quamlibet integram mundus accepit. Ex omni quippe igni, aere, aqua, terra, ipsius faber ita ipsum composuit, ut nullam cuiusquam istorum partem aut uim extra relinquere. Idque ea ratione fecit, primum quidem ut totum hoc animal quam maxime perfectum ex perfectis partibus esset. Deinde ut esset unum, cum nihil extra relictum fuerit, ex quo alterum generetur. Postremo ne quis ipsum morbus aut senectus attingeret. Videbat enim eam esse naturam corporis, ut importuna caloris uel frigoris aliarumque rerum nimis uehementium accessione laedatur, & in morbos seniumque impullum deficiat. Quae ob causam rationemque unum totum ex omnibus totis & perfectis perfectum, morbi & senectutis expertem deus mundum constituit. Cui & figuram maxime congruam & decoram dedit. Animal quippe hoc, quod intra suum ambitum erat animalia omnia contenturum, eam figuram praecipue requirebat, in qua figurae omnes continerentur. Quapropter sphaericum fecit, in quo omnis extremitas paribus a medio radijs attingitur. quae quidem figura omnium perfectissima sibi ipsi simillima iudicatur. Putabat enim simile dissimili multo pulchrius esse. Lenem praeterea hunc globum extrin-

Definitio mundi

De causa exemplari

De unitate mundi intelligibilis. Unusne an plures mundi

Vbi terra & ignis

Mundus ex tota materia constat



Seni & morbus ab externis causis. ex quibus, uide mundum esse aeternum a defectu cause non a materia

Oo secus

secus undiq; expoliuit. Nec immerito summa eum aequalitate tornauit. Nec enim oculis indigebat, quia nihil extra quod cerni posset, relicum erat. Nec auribus, cum nihil super esset foris quod audiretur. Nec erant aere circumfusa externa mundi, ut respirationem requireret. Nec membris quidem talibus opus erat, per quae noua alimenta susciperet, aut decocti cibi excrementa emitteret: nulla decessio fieri poterat, nulla accessio. Nec enim erat aut quo aut unde talia fierent. Ipsum enim se consumptione & senio suis ipsius alit. Ita nempe diuina arte fabricatus est mundus, ut omnia in seipso & a seipso patiat, & agat. Ratus enim est ille auctor, mundum si sibi ipse sufficiat, praestantior fore, quam si aliorum adminiculis egeat. Nec ei manus necessarias esse duxit, quia neq; capiendum quicquam erat neque repellendum. Nec pedibus aut alijs ad progressum statum ue membris opus erat. Motum enim illi congruum suo corpori tribuit, qui ex septem motibus unius ad mentem maxime & intelligentiam pertinet. Ideoq; cum illum per eadem, & in eodem, & in seipso circūduxisset, effecit ut circulari conuersione moueretur. Sex autem reliquos motus separauit ab eo, & ab eorum errore & peruagatione penitus liberauit. Ad hanc igitur conuersionem quae pedibus non egebat, crura pedesq; non dedit. Cum haec igitur deus ille qui semper est, de aliquando futuro deo cogitaret, lenem eum effecit aequalemq; & a medio ad summum undiq; parem, corpusq; ex corporibus totis & perfectis totum atque perfectum. Animam autem in eius medio collocauit, perq; totum tendit, atq; ea corpus ipsum etiam extrinsecus circumtextit, mundumq; hunc unum & solum solitariumq; & circulare uolui in circulum statuit, qui propter uirtutem secum ipse facile coercere possit, nullius alterius indigens, satisq; ipse sibi notus atq; amicus. Itaque omnibus his de causis mundum opifex eius beatum deum effecit: sed animam haud ita ut modo dicere coepimus, tum deniq; cum corpus ei effecisset, procreauit. neq; enim qui haec contunxit, parere iuniori antiquius permisisset. Sed nos multa utpote fortunae participes inconsiderate & temere loquimur. Ille uero tam generatione quam uirtute priorem antiquioremq; animam corpore constituit, utpote quae obediens corpori esset imperatura, ex his uidelicet, atque hoc pacto. Ex ea substantia quae indiuidua & semper eadem similisq; est, & ex ea rursus quae circa corpora diuidua fit, tertiam substantiam speciem commiscuit mediam, quae rursus esset naturae ipsius eiusdem, & naturae ipsius alterius particeps, eamq; per haec mediam constituit inter indiuiduam substantiam, & eam quae circa corpus diuiditur. Ea cum tria sumpsisset, in unam speciem omnia temperauit. Vbi naturam eius quod alterum diuersumq; uocamus, commixtioni repugnantem, cum eo quod idem dicitur uel quadam conciliauit. Postquam uero duo illa cum substantia commiscuit, & ex tribus unum fecit, rursus ad totum in ea quae decuit membra partitus est, quorum quodlibet ex tribus, eodem, altero, substantiaq; constaret. Fuit autem talis illa partitio. Vnam principio accepit ex uniuerso portionem. Secundam autem primae partis duplam. Deinde tertiam, quae secundae sesquialtera esset, primae tripla. Postea quartam, secundae duplam. Quintam deinceps tertiae triplam. Sextam primae octuplam. Postremo septimam, quae partibus sex & uiginti primam excederet. Post haec dupla & tripla interualla repleuit, partes rursus ex toto defecans, quas interuallis ita locauit, ut bina essent in singulis media, siue ut ita dixerim, medietates: quarum una eadem parte excedit alterum extremum, eadem ab altero superatur. Altera medietas pari numero extremum unum superat, pari superatur ab altero. Cum uero sesquialtera interualla, sesquitertia, & sesquioctaua sumpsisset, ex his nexibus in primis spatijs, sesquioctauo interuallo sesquitertia omnia explebat, particula singulorum relicta. Huius autem particulae interuallo assumpto ea inde habebatur numeri ad numerum in terminis comparatio, quae est inter ducentos quinquaginta

Motus loci
his septem species

Partes substantiae animae



sex, & ducentos quadraginta tres. Iam uero commixtum illud unde ista secernebat totum, huiusmodi partium sectione consumptum erat. Tunc seriem hanc uniuersam in longum secuit, & ex una duas fecit, mediamque medij in speciem X Graecae litterae accommodauit. Deinde in orbem intorsit, quoad ita coirent inter se capita, ut linea ipsa & secum & inter se inuicem eregione intersectionis ipsius coniungeretur: atque eo motu qui in eodem & similiter semper reuoluitur, undique est eas circumplexus: & circulorum alterum exteriorum, in teriorem alterum fecit. Exteriorum quidem latorem eiusdem naturae, interiorum uero alterius nominauit. atque illam quae erat ipsius eiusdem naturae cognata, in latus ad dexteram partem: eam uero quae alterius, per diametrum ad laeuam flexit. Sed principatum dedit eiusdem ipsius similisq; agitatiōi. Eam namque solam indiuisam reliquit, interiorum uero cum sexies diuisisset, septemq; orbis inaequales dupli & tripli interuallis effecisset, singula cum tria sunt utriusque contrarijs inter se cursibus orbis peragere iussit, & ex septem interioribus tres quidem pari celeritate, quatuor uero & ad se & ad reliquos tres celeritate quidem impari, debita tamen ratione conuerit. Postquam igitur secundum creatoris illius mentem tota animae constitutio absoluta fuit, mox omne corporeum intra ipsam effinxit, mediumq; mediae accommodans apto modulamine copulauit. At illa a medio per omne usque ad caeli extrema se porrigens, eiq; extrinsecus circumfusa, seq; in seipsa conuertens, ita sempiternae sapientisq; uitae in uniuersum tempus diuinum dedit exordium. Et corpus quidem caeli spectabile factum est, anima uero oculorum effugit obtutum, rationis & modulaminis compos ab auctore suo omnium quae semper sunt & ad intelligentiam pertinent optimo, ipsa quoq; optima omnium quae genita sunt effecta. Quoniam igitur ex tribus partibus, eodem scilicet, & altero, & essentia, conflata est, ratione proportionis distincta atq; compacta, necnon in seipsam orbe reflectitur, quotiens aliquid attingit quod essentiam diuiduam habet & quod indiuiduam, in seipsam omnino conuersa quid sit utrumque discernit, & cui quid idem sit, a quo alterum & diuersum, ad quid quaeq;, & ubi, quomodo, & quando esse huiusmodi aliquid uel pati contingat, tam in ijs quae gignunt, quam in illis quae semper sunt eadem. Ratio porro ad ipsum quod idem uergens atq; ueridica, tam circa alterum quam circa idem uersata, & si nescio strepitusq; omni in eo quod seipso mouetur reuoluta, quando ad sensibile aliquid se conuertit, si tunc etiam alterius diuersaq; naturae circulus recte per omnem ipsius animam rem ipsam nunciat, opinionis fideiq; assensiones firmas uerasq; producit. Quando rursus circa rationale se uersat, & ipsius quod idem est circulus se apte reuoluens rem denunciat, intellectus necessario scientiaq; perficitur. Haec quisquis in alio quam in anima fieri dixerit, a uero penitus aberrabit. Cum igitur hoc a se factum sempiternorum deorum pulchrum simulacrum moueri & uiuere pater ille qui genuit animaduerteret, delectatus est opere, & hac ductus laetitia opus suo multo etiam magis primo illi exemplari simile reddere cogitauit. Itaque quemadmodum illud sempiternum animal est, ita uniuersum hoc pro uiribus tale facere statuit. Illius quidem animalis aeterna natura est: quod genito operi congruere omnino non potest. Idcirco imaginem aui mobilem effingere decreuit, ac dum caelum exornaret, fecit aeternitatis in unitate manentis aeternam quandam in numero fluentem imaginem, quam nos tempus uocamus. Dies porro & noctes, & menses, & annos, qui ante caelum non erant, tunc nascete mundo nasci iussit. quae omnia temporis partes sunt. Atqui erat & erit, quae nati temporis species sunt, non recte aeternae substantiae assignamus. Dicimus enim de illa, est, erat, & erit. Sed illi uera solum esse competit. Fuisse uero & fore deinceps, ad generationem tempore procedentem referre debemus. Motus enim quidam duo illa sunt. Aeterna autem substantia cum eadem semper & immobilis perseueret, neq; senior seipsa fit unquam neq; iunior, neq; fuit haec natus, neq; erit in posterum, neq; recipit eorum quicquam, quibus res corporae mobilesq; ex ipsa generationis conditione subijciuntur. Nempe haec omnia temporis imitantis



De genitura temporis

æuum, sed numero reuoluentis, species sunt. Saepe etiam dicimus quod factum est, esse factum: quod fit, in generatione esse: quod fiet esse faciendum: & quod non est, non esse. Quorum nihil recte & exacta ratione dicimus. Sed exquisitam de ijs discussionem præsens disputatio non requirit. Tempus uero unâ cum cælo factum est, ut unâ orta, unâ etiam dissoluantur, si qua his dissolutio unquam contigerit. Et ad exemplar æternæ naturæ ideo factum est, ut mundus hic illi præstantiori quo ad potest simillimus sit. Ille enim mundus, huius exemplar omne per æuum est. Hic uero perpetuo per omne tempus fuit, sitq; solus, & erit. Hac ratione consilioq; dei tēpus creare uolentis Sol & Luna, & alia quinque stellæ quæ uocantur erraticæ, factæ sunt, quo temporis numerus distinguatur atq; obseruetur. Cum uero stellarum huiusmodi corpora septem fecisset deus, septem orbibus qui alterius ipsius diuersæq; naturæ circuitu uoluuntur, adhibuit. Lunam in primo supra terram circuitu posuit. In secundo Solem. Luciferi deinde globum, & Mercurij sacrum ut dicitur orbem circulis affixit. Soli uelocitate equalibus, potentia uero illi contrarijs. Quo fit ut apprehendant se inuicem, & à se uicissim apprehendantur similiter hæ stellæ, Sol, Lucifer, & Mercurius. Cæterarum stellarum ordines progressusq; & rationes si quis omnino percurrere uelit, plus erit opere ipso, quod operis gratia sumetur. Hæc enim forte à nobis pro dignitate reialtâs si dabitur otium tractabuntur. Postquam uero singula quæ ad seriem temporis pertinebant, conuenientem sibi progressum sortita sunt, corporaq; nexibus compacta uitalibus animalia euaserunt, præscriptum tenorem & institutum ordinem tenuerunt: ut uidelicet secundum alterius diuersæq; naturæ obliquam agitationem eiusdem ipsius agitationi subiectam, orbis illi partim ampliorem, partim angustiorum circulum peragant: & quæ minorem, uelocius: quæ maiorem, tardius reuoluantur. Secundum uero ipsam eiusdem naturæ lattonem, quæ uelocissime percurrunt comprehendentia, à tardioribus comprehenduntur. Omnes quidem eorum circulos superna illa uertigine uaria circuitione reuolens, propterea quod isti duobus simul contrarijs motibus agitantur, id quod tardissime ab ipsa quæ uelocissima est recedit, proximum declarauit. Vt autem esset quædam uelocitatis illorum tarditatisq; mensura certissima, omniumq; octo motuum prodiret in lucem chorea, accendit lucem clarissimam deus in secundo à terra circulo, quam modo Solem uocamus. Cuius splendore cœlum omne illustraretur, & animantes omnes quæcunque natura numeri capaces sunt, ipsius participes efficerentur, usum numerandi discerentes ab illo eiusdem similitudinisq; naturæ circuitu. Hinc quoque noctis dieiq; uarietas orta est. Propter hæc etiam unius sapientissimiq; circuitus reuolutio. Mensis uero prouentus, quando Luna lustrato circulo suo Solem consecuta est. Anni, ubi Sol suum peragrauit orbem. Cæterorum autem siderum ambitus ignorantes homines, præter admodum paucos, neque nomine certo illos appellant, neque ueneris inter se distinctis commetiuntur. Itaque, ut ita dixerim, nesciunt horum peruagationes id ipsum esse quod rite dicitur tempus, multitudine infinita & uarietate mirabilis præditas. Est tamen intellectu facile, quod perfectus numerus temporis, perfectum tunc demum compleat annū, cum octo ambitus cōfectis suis cursibus, quos orbis ille semper idem similiterq; procedens metitur, ad idem se caput retulerint. Has ob causas nata sunt ea altra quæ per cœlū meantia cōuersiones habent, ut hoc omne animal quod uidemus, esset perfectissimo animali illi quod mente perspicitur, harmoniæ imitatione simillimum. Iam uero cætera usq; ad tēporis ortum, ad imaginem propositi exemplaris effinxerat. Sed quia mundus hic nōdū animalia omnia inter suum ambitū cōtinebat, ex ea parte deficiebat ad illud exemplar imaginis huius similitudo. Hoc igitur quod deerat, superni illius exemplo deus explebat. Quot igitur & quales mens ideas in eo quod est animal inspicit, totidem & tales hoc mundo contineri oportere excogitauit. Sunt autem quatuor. Vna quidem deorum cœlestium genus continet. Alia uolatile & aëriuagum. Tertia aquæ liquoribus accōmodatum. Quarta terrenorum animantium genus. Diuini quidem animalis speciem ex igni maxima ex parte componebat, ut splendidissimum esset uisusq; pulcherrimum. Cumq; illud uniuersi figuræ simile uellet fore, rotundū fecit, posuitq; in ipsius optimi sapientia, atq; illud sequi iussit, circumq; omne cœlum distribuit, ut uerus illi ubiq; ex hac uarietate ornatus accederet. Dedit autem diuinis duo genera motus. Alterum quo in eodem semper & similiter uoluerentur, cum de eisdem semper secum ipsis eadem cogitent

Genera animalium

Quatuor
ideæ animalium

tent. Alterum quo in anteriorem partem ab eiusdem ipsius similitudine uertigine ducerentur. Reliquos autem quinq; motus ab his esse uoluit alienos, ut unum quodque illorum quoad fieri potest, optimum esset. Qua ex causa facta sunt altra illa erroris expertia, quæ diuina animalia sunt, proptereaq; in eodem semper circuitu perseverant. Quæ uero uaga sunt, & mutabili ratione labuntur, ita deinceps ut supra diximus sunt. Terram autem altricem & nostram circa polum per uniuersum extensam alligatam, diei noctisque effectricem & custodem esse uoluit, nec non primam antiquissimamq; deorum omnium qui intra cœlum sunt geniti. Horum uero deorum choreas, & inter ipsos concursionem, circulatorumque ipsorum reuolutiones uarias & accessus, quales præterea fiant conuicti sibi inuicem uel oppositi, siue ante inter se; siue retro, quid uel ex illorum serie nobis proueniat, quibus tēporibus & quo pacto delitecant singuli, uel emergant, quid uel portendant quando orientes hominibus harum rerum peritis timorem incutiant: Hæc inquam omnia absque diligenti simulacrorum ipsorum inspectione explicare uelle, inanis est labor. Sed de his satis: & iam quæ de natura deorum illorum qui tales geniti sunt ut cernantur dicenda erant, finem habeant. Cæterorum uero qui demones appellantur, & cognoscere & enunciare ortum, maius est opus quam ferrè nostrum ualeat ingenium. Priscis itaque uiris hac in re credendum est, qui dijs geniti ut ipsi dicebant, parentes suos optime nouerant. Impossibile sane deorum filijs fidem non habere, licet nec necessarijs nec uerissimis rationibus eorum oratio confirmetur. Verum quia de domesticis rebus loqui se affirmabant, nos legem securi fidem præstabimus. Sic igitur ut ab his est traditum, horum deorum generatio habeatur atque dicatur. Terræ cœliq; filij Oceanas & Tethys fuisse traduntur. Ab ijs Phorcyn, Saturnus, & Rhea geniti, & reliqui horum fratres. Ex Saturno & Rhea Iupiter, & Iuno, & reliqui, quos eorū fratres quotidie memorari audimus, nati dicuntur. Ex his deinceps ut traditur alij. Postquam ori sunt omnes, & qui cœlo uoluuntur dii nostris oculis manifesti, & qui eatenus nobis conspicui sunt quatenus ipsi uolunt, tum ad eos mundi genitor ita fatur. Dijs deorum quorum opifex ego & pater sum, hæc attendite. Quæ à me facta sunt, me ita uolente indissolubilia sunt. Omne siquidem quod unicum est, solui potest. Sed mali est, quod pulchre compositum est, sedq; habet bene, uelle dissoluere. Quapropter quia generati estis, immortales quidem & indissolubiles omnino non estis. Nec tamen unquam dissoluentis nec mortis fatum subibitis. Nam uoluntas mea maius præstantiusq; uobis est uinculū ad uitæ custodiam, quam nexus illi, quibus estis tunc cum gignebamini, colligati. Sed nunc iam quid iubeam, cognoscite. Tria adhuc genera mortalium nobis generanda restant, absq; horum generatione cœlum imperfectum erit. Omnia enim animantium genera ambitu suo non continebit. Contineat autem oportet, si est mundus omnino perfectus futurus. Hæc uero si à me fiant solo, uitaq; donentur, dijs adæquabuntur. Quapropter accedite uos secundum naturam ad animalium generationem, ita ut uim imitemini meam, qua in ortu uestro sum usus. Atq; eius quidem animalis quod in ipsis tale futurum est ut cum immortalibus appellatione conueniat, diuinumq; uocetur, principatumq; teneat, & iustitia simul ac uos ultro colat, ego uobis semen & initium tradam: uos cætera exequi par est, ut immortalis naturæ mortalem attextentes, faciatis generetisq; animalia, subministrantesq; alimenta augeatis, & consumpta rursum recipiatis. Hæc fatus, in eodē rursus cratere, in quo mundi totius animam permiscens temperauerat, superioris temperationis reliquias miscendo perfudit, modo quodā eodem, non tamen perfectas similitudines, sed & secundo & tertio gradu à primis deficientes. Deniq; cum uniuersum constituisset, astris parem numerum distribuit animarum, singulis singulas adhibens, eisq; tanquā ueliculo impositis monstrauit uniuersi naturam, ac leges fatales edixit: ostendens quidē primam omnibus generationem ordine quodam unam fore, nequis ab eo minis aliquid sortiat. Satis autē & quasi sparsis animis per singula singulis conuenientia temporum instrumenta, fore ut animal nasceretur, quod omnium animalium maxime esset diuino cultui deditum. Esse autem naturam hominis geminā: cuius id genus fore præstantius quod uiri nomine sit appellandum. Cum uero animæ corporibus necessitate quadā insertæ fuerint, & corporalibus earū accesserit aliquid uicissimq; abcesserit, primū utique necessario sensum unum omnibus intimum, & naturæ contuncium illic à uolentis passionibus

Terra anti-
quissima deo-
rum qui intra
cœlum

Cuiq; generi
animarū unū
tributum esse
astrum

Amor mixtus uoluptate & dolore excitari, deinde uoluptate & dolore mixtum amorem, post hæc metum & iram, & quæcunque uel ista sequuntur, uel ab istis ut contraria dissident. Hæc qui superauerint, eos iuste uicturos, iniuste uero qui ab his fuerint superati. Atque illum qui recte curriculum uiuendi à natura datum confecerit, ad illud astrum cui accommodatus fuerit, reuersum beatam uitam acturum. Contra uero agentem cogi in ortu secundo sexu mutato fieri mulierem. Et qui ne tum quidem finem peccandi faciat, quatenus deprauatur, eatenus in brutorum naturam suis moribus similem permutari: nec prius à mutationibus laboribusque cessare, quam illam sibi insitam eiusdem ipsius similisque naturæ conversionem fecerit ipse, eiq; subiiciens turbulentos multiplicisque affectus postea ex igni, aqua, aere, & terra contractos, ratione sedauerit, & ad primum optimumque sui habitum iam redierit. Quæ cum illis ita designauisset, nequa penes se futuræ prauitatis causa esset, alios in terram, alios in lunam, alios in alia temporis instrumenta spargens quasi ferebat. Post huiusmodi fementem, quod reliquum erat, dijs iunioribus agendum mandauit, ut corpora mortalia fingerent, quantumque esset humanæ animæ quod reliquum huic deberet accedere, id omne & quæ consequentia essent, adiungerent regerentque, & quàm optime & pulcherrime fieri posset mortalis animalis naturam gubernarent, nisi ipsum sibi metum malorum causa esset. Atque is quidem qui hæc cuncta disposuit, rite in suo habitu permanebat. Quo quidem permanente, eius filij cum parentis ordinem cognouissent, cum protinus sequebantur. Itaque accepto ab illo mortalis animantis immortalis principio, sui effectorem imitati, ignis, aeris, aquæ, terræ particulas, quas rursus redderent, à mundo mutuabatur; easque inter se copulabant, haud isdem illis indissolubilibus uinculis, quibus ipsi fuerant colligati, sed talibus quæ propter paruitatem cerni non possent: crebrisque huiusmodi clauis coniunctis unum ex omnibus corpus efficiebant, atque in hoc ipsum tum influente, tum effluente corpore animæ diuinæ circuitus illigabant. Itaque hi circuitus in profundum flumen immersi, neque tenebant neque tenebantur, sed uiferebantur, atque ferebant. Ex quo factum est, ut totum animal moueretur, sine ordine tamen, & fortuita quadam iactatione. Cui quidem sex peruagari motibus contingit undique per sex loci differentias progrediendo, uidelicet ante & retro, ad dexteram & læuam, sursum atque deorsum. Cum uero plurimum inundaret fluctus atque deflueret unde animal nutretur, multo etiam maior à passionibus extrinsecus illatis turba sequebatur, cum corpus aliquod ignis exterioris incurrisset offensionem, uel à terræ soliditate, aut aquæ humore, aut aeris flatu læsum esset. Porro ab his omnibus per corpus motus usque ad animam transeunt, qui propterea & initio & nunc sensus cognominati sunt. Hi quidem ab initio continue multos & maximos motus cient, riuo illo iugiter fluente, atque his fluctibus uehementer animæ circuitus quatunt. Et circuitum quidem illum eiusdem similisque naturæ in ipso cursu prorsus impediunt: alterius uero circuitum distrahunt: usque adeo ut dupla illa & tripla utrinque disposita interualla tria, medietatesque & colligationes seque tertiam, sesquialtera, sesquioctaua ratione interiectas, quæ dissolui à nullo nisi ab eo qui coniunxit possunt, omni reuolutionis genere torqueant, omnesque anfractus & uarietates orbium, quotcumque contingere queunt, inducant: ita ut ambitus ipsi uix sibi inuicem connexi, ferantur quidem, sed sine ratione ferantur, tum contra, tum ex obliquo, tum resupina quadam dispositione, ceu si quis caput pro pedibus humi figat, pedes uero pro capite tollat in altum, tunc arbitror tam eius qui sic affectus est, quam eorum qui spectant, dextræ partes sinistrae, & contra sinistrae dextræ sibi inuicem esse uidentur. Itaque cum hoc ipsum cætera uel huiusmodi animi quoque ambitus maxime patiuntur, si tunc extrinse cum aliquid eiusdem ipsius uel alterius generis inciderint, falso quid idem alicui sit, quid uel alterum ab aliquo iudicant. Ideoque mendaces tunc dementesque sunt, nec ullus princeps & dux in eis tunc est circuitus. Cumque extra positi sensus pulsauerint animam uehementius, totamque eam possederint, tunc illi subjugati quidem & seruientes dominari uidentur. Quas ob res ab initio anima cum mortalis corporis uinculis includitur, amens efficitur. At postquam nutritionis & augmenti riuus lenius minusque fluit, animæque circuitus tranquilliore motu iter suum peragunt, processuque temporis sedatores fiunt, & in figuram naturæ suæ congruam restituntur: tunc singulorum circuituum directæ conuersiones, eiusdem & alterius naturam probe discernunt, hominemque sic institutum prudentem efficiunt. Quod

Cum seniores prudentes

Quod si quis educationi rectæque nutritioni disciplinam quoque & eruditionem conuenientem adiunxerit, morbo grauissimo deuotato sanus & integer prorsus euadet: sin autem neglexerit, claudum uitæ iter ingressus, tanquam mancus & omnino inutilis rursus ad inferos decedit. Sed hæc quidem post ortum contingunt. Nunc uero de primis hominis compositione exactius differendum, ac probabiliter monstrandum, qua causa & providentia deorum singula membra corporis ad singula animæ officia sint accommodata. Principio dijs figuram capituli ad rotunditatem mundi finxere, in eoque duos illos animæ diuinae circuitus statuerunt. Est autem caput membrum corporis diuinitissimum, reliquorumque membrorum princeps: cui totum corpus connexum dijs subesse & parere iusserunt. Excogitauerunt enim motuum omnium quotcumque esse queant, composid fore. Cum uero inæqualis & aspera, ac partim quidem accliuus, partim decliuus terra sit, sicut caput serperet, perque terræ superficiem uolueretur, hos anfractus sine offensione transire non posset. Quod sane malum ut uitaretur, procerum hunc habitum corporis ad faciliorem progressum dijs pro uehiculo capiti subiecerunt. Corpori præterea quatuor in longum porrecta & flexibilia membra annexerunt, quibus facile diuina providentia moueretur, apprehenderet uidelicet obiecta quæque, staret, & sisteret, perque omnia graderetur caput superne subsistens diuinitissimi sacratissimi habitaculum. Hanc igitur ob causam nobis crura manusque dedere. Anteriores autem partes posterioribus præstantiores & ad imperandum aptiores arbitrati, in anteriorem quoque partem moueri nos ut plurimum uoluerunt. Oportebat porro anteriora discreta & dissimilia esse. Quapropter primum globo capituli faciem adiecere, facieque instrumenta quæ adminiculantur omnium animæ providentiæ, assignauerunt, decreueruntque naturale hominis imperium in hac parte interiori priorique consistere. Sed ex omnibus facie partibus primi luciferi oculorum orbis conuiscant, hac causa dati. Ignis certe illius qui non urit quidem sed illuminando suauiter diem inuehit mundo, participes oculorum orbis dijs fecerunt. Intimum siquidem nostri corporis ignem huiusmodi ignis germanum sincerumque per oculos emanare uoluerunt, in quibus lenis congestusque ubique ignis huiusmodi sit, sed per eorum duntaxat solidiorem angustamque medietatem ignis purior euolet, crassior uero cohibeatur. Itaque cum diurnum lumen applicat se uisus radio, tunc ea duo inter se similia concurrentia atque commixta, quo oculorum acies diriguntur, ibi in unius iam domestici corporis coherentis speciem, ubicumque uidelicet tam intimi quam externi luminis sit concursus. Totum igitur hoc propter similitudinem passionem eandem sortitum, cum quid aliud tangit, uel ipsum ab alio tangitur, motum huiusmodi ad corpus omne perque id ad animam usque diffundens sensum efficit, qui uisus uocatur. At postquam in noctem discesserit cognatus ignis, uisionis radius euanescit. Nam in aerem sibi dissimilem erumpens permittitur atque extinguitur, cum nullam habeat cum proximo aere, utpote ignis splendorem carente, naturæ communionem. Idcirco uidere desinit, somnumque inducit. Etenim salubre palpebrarum tegmen dijs oculis machinati sunt: quibus obductis uis illa ignis intimi conuenientia tegminis coeretur, compressaque interiores motus perfundit & mulcet, quibus relaxatis atque mollitis quies oritur. Si profundus ob multam quietem motuum nos occupat sopor, exigua sequuntur insomnia. Sin uehementiores aliqui motus quasi uigiliarum reliquæ relictæ sint, quales quidem & qualibus ex locis hausta reliquæ sunt, talia somniorum simulacra nascuntur, eorumque nobis expergefactis restat memoria. At uero simulacrorum quæ uel in speculis oboriuntur, uel in perspicua lenique cernuntur superficie, facillime affecitum est. Nam ex utriusque ignis tam intimi quam extra positi communionem, eiusque rursus concursu & congruentia, qui passim tergo lenique corpori accommodatus est, necessario hæc omnia oritur, cum ignis oculorum cum eo igne qui est à conspectu effusus, circa lene nitidumque corpus sese confudit. Dextera uero uidentur quæ læua sunt, quia contrariis partibus oculorum insolito more contrarias partes attingimus. Respondent autem dextera dexteræ, læua læuis, quando commixtum lumen cum eo cui permiscetur, transit. Id cum speculorum lenitas hinc illincque altitudinem assumpsit, & ita dextram oculorum partem in læuam speculi, læuamque in dextram detorsit. Quod si speculum ad uultus longitudinem conuertatur, uultum reddit resupinum, cum superior luminis pars ad inferiora, inferior uero ad superiora uertatur. Atque hæc omnia ex eorum genere

Caput membrum diuinitissimum

Proceritas

De oculis multa

sunt, quæ principales rerum adiuuant causas, quibus ut ministris utitur deus ad optimi, quoad fieri potest, ideam perficiendam. Sed existimant plerique non adminicula hæc principalium causarum, sed has ipsas esse omnium causas, quæ frigoris & caloris, rari & densi, cæterorumque similitum natura habeant, rationem uero mentemque nequaquam. Mentem enim à nulla re alia nisi ab anima possideri conuenit. hæc uero aspectum effugit oculorum. Sed ignis, aqua, aer, ac terra corpora sunt, atque cernuntur. Oportet autem mentis & scientiæ amatorum principales sapientiæ naturæ causas querere: atque eas quæ necessario ab alijs quidem mouentur, alia uero mouent, secundas causas arbitrari. Quocirca à nobis sic censeo faciendum, ut de utroque causarum genere differamus. Separatim autem de his quæ cum intelligentia effectrices sunt pulchrarum rerum atque bonarum, de ijs rursus quæ uacantes prudentia quodlibet passim sine ordine faciunt. Ac de secundis quidem causis oculorum ad eam uim quam habent conducentibus, satis esse dicam puto. Maximum uero opus cuius gratia utiliter nobis à deo donati sunt, satis esse dicam explicandum censeo. Rerum enim optimarum, ut arbitror, cognitionem nobis oculi atulerunt. Nam hæc quæ de mundo disputantur, nunquam inuenta essent, si neque sidera, neque sol, neque cælum suspici potuissent. Cognitionis uero diei ac noctis ab oculis orta fecit, ut dinumeratione quadam mensium annorumque ambitus metiremur, tempus cognosceremus, uniuersæ naturæ ordinem scrutaremur. Quibus ex rebus philosophiam adepti sumus. Quo bono nihil unquam maius mortalium generi datum est deorum munere, neque dabitur. Hoc igitur maximum oculorum beneficium esse dico. Minora alia prætereo. Quibus qui à philosophia alieni sunt, orbat si querantur, frustra querentur. Nobis uero asserendum est ob hanc potissimum rationem deum oculos genuisse, ut mentis circuitus qui in cælo peraguntur, intuitu, in usum redigamus nostræ mentis: cogitationis, quæ nostræ discursiones illis cognatas, sed perturbatas quodammodo ad illorum temperiungulum reuocemus. Et cum illos agnouerimus, & recta ratione secundum naturam præditi singulorum ordinem perceperimus, conuersiones dei quæ sine ullo errore aguntur, imitemur, atque ad earum exemplum discursiones nostræ cogitationis uagas & erraticas componamus. Vocem quoque auditumque eiusdem rei gratia deos dedisse nobis existimo. Nam ad hæc ipsa sermo pertinet, plurimumque conducit, omnisque musicæ uocis usus harmoniæ gratia est tributus. Atqui & harmonia, quæ motiones habet animæ nostræ discursionibus congruas atque cognatas, homini prudenter musis utenti non ad uoluptatem rationis expertem, ut nunc uidetur, est utilis: sed à musis ideo data est, ut per eam dissonantem circuitum animæ componamus, & ad concentum sibi congruum redigamus. Rhythmus quoque ad hoc uidetur, esse tributus, ut habitum in nobis immoderatum gratiaque carentem aptissime temperemus. Hactenus opera mentis paucis exceptis tractauimus. Oportet autem de his quoque quæ necessitas inuehit, dicere. Mundi enim huius generatio ex necessitatis mentisque coitu mixta est. Nam cum mens necessitati dominaretur, propterea quod persuadendo eam ad optimos ut plurimum rerum euentus induceret, ipsa hæc ratione cedens sapienti persuasioni pareret, mundi huius exordia constituerunt. Oportet igitur eum qui mundi constitutionem uere narraturus erit, erraticæ quoque causæ speciem pro naturæ ipsius instinctu miscere. Quod ita commode fiet, si horum ipsorum conuenienti principio sumpto, sic de his quemadmodum de superioribus ab ipsa rursus origine differamus. Naturam ergo & passionem ignis, aquæ, aeris, atque terræ, generationem cæli præcedentes consideremus. Nullus profecto ad hoc usque tempus eorum generationem ostendit, sed quasi notum sit quid sit ignis & reliqua, sic de illis uerba facimus, eaque mundi primordia constituimus, cum nec syllabarum quidem nedum elementorum uitam tenere apud homines mentis quoquo modo compotes debeant. Nos uero in præsentem nihil de principio uniuersorum, siue principijs, siue quomodo cūque aliter id appelletur, dicendum putamus. Cui quidem disputationi nihil aliud impedimento est, nisi quod difficile sit præsentem disputandi modo quæ de his uidentur exprimere. Neque igitur uos id expectabitis, neque ego mihi persuadebo recte me tantum opus aggredi posse. Quod autem ab initio dixi, uerisimilitudinis uim seruetur, studebimusque in rationibus uerisimilibus circa hæc assignandis nulli cedere. Atque ita & singula & uniuersa à principio exponemus. Deum igitur etiam nunc disputationis seruatorem in primis oremus

Cur oculi dati hominibus

De uoce & auditu

Mundi generatio

oremus, ut nos ex admirabili & insolita expositione ad uerisimilem doctrinam traducat, atque ita instituti disputationem exordiamur. Sed hanc de uniuerso disputationem ab anteriori diuisione quam supra docuimus. Tunc enim duas in species facta diuisio est. Nunc tertium genus addendum. Duo enim in superioribus sufficebant. Vnum quidem exemplaris loco, semper idem, solaque intelligentia comprehendendum. Alterum simulacrum ab hoc exemplari deductum, generationi oculisque subiectum. Cum uero duo hæc sufficere putarem, tertium non adiunximus. Nunc autem cogere nos ratio uidetur, ut difficilem & obscuram speciem declarare conemur. Quam igitur uim, quam ueritatem habere putandum? Hanc utique, generationis horum omnium receptaculum & quasi nutritricem esse. Quod quamuis uere dicatur, paulo tamen apertius est dicendum. Arduum id quidem, eo maxime, quod ad huius rei demonstrationem dubitare prius necesse est & inquirere de igni & reliquis quæ elementa uocantur, quid istorum aquam potius quam ignem, aut aerem potius quam terram, aut certum aliquid unum magis quam cuncta uocare oporteat. Difficile sane certum aliquid & firmum de istis asserere. Quoniam igitur pacto, & quæ ratione, & quod probabile in huiusmodi inquisitione dicemus? Principio id corpus quod modo aquam nominauimus, quando in solidam concreuit materiam, lapidis & terra fieri uidetur: quando uero liquefcit & diffluit, spiritus atque aer. Item aer exustus ignis efficitur. Ignis extinctus & corpulentior factus aerem creat. Rursus crassior factus aer, in nebulas nubesque concrefcit. His etiam magis compressis pluuia defluit. Ex aqua rursus terra lapidesque gignuntur. Atque ita uidemus hæc omnia circuitu quodam sibi inuicem uires fontemque generationis uicissim tribuere. Quæ cum nunquam eadem appareant permanere, quis nam sine rubore redargutionisque suspitione poterit istorum aliquid unum potius quam aliud certe & firmiter appellare? Nemo certe. Quare tutissimus in his hic erit loquendi modus. Hoc quod semper aliàs aliter formatum uidetur, & plerumque iuxta ignis effigiem, non est utique ignis hoc aliquid, sed tale, id est igneum quiddam: nec aqua hoc aliquid, sed tale quid id est aqueum, nec aliud quicquam uelut ullam habens stabilitatem. Denique nec pronominiibus quidem ullis hæc signanda sunt, quibus in rei cuiuslibet demonstratione, cum hoc uel illud dicimus, uti solemus, fugiunt enim, nec expectant uel eam demonstrationem, quæ hoc & huius & huic designat: uel appellationem, quæ de his tanquam de existentibus & stabilibus habeatur. Igitur huiusmodi omnia neque hoc, neque illud, sed tale potius, aut tale propter similitudinem aliquam appellare debemus. Et ignem quidem ubique tale, ac de cæteris quæ gignuntur eodem pacto. At uero illud in quo fieri singula hæc uidetur, ac deinde dissolui, solum ijs pronominiibus quibus hoc uel illud signamus, appellandum puto. Quale uero quodammodo, calidum scilicet uel album, uel aliquid tale contrariorum, uel ex contrarijs illud minime appellandum. Sed apertius quod uolumus exponamus. Siquis enim cunctas figuras ex una eademque materia factas continue in alias & alias reformet, deique una quadam illarum præfens aliquis quid sit querat, uere admodum & tutissime respondere possumus aurum illud esse: triangulum uero esse aut aliam figuram earum quæ impressæ eo sunt & continuo permutantur, quasi reuera sint non licet dicere. Sola quippe illa responsione tanquam tutissima contenti esse debemus. Eadem de illa natura quæ cuncta recipit corpora ratio est: idem semper esse dicenda est. Siquidem ex propria potetia recedit nunquam. Suscipit enim semper omnia, nec ullam unquam ijs similem ullo pacto sibi formam contrahit. Omnis sane natura fictionis subiecta est, agitataque ab ingredientibus & figurata quodammodo, aliàs aliter se habere uidetur. Quæ uero ingrediuntur & exeunt, uere ac semper existentium rerum simulacra sunt, miro & uix explicabili modo ab ipsis rebus quæ uere sunt, figurata, quemadmodum deinceps narrabimus. Tria in præsentem genera sumenda sunt. Vnum quod gignitur. Aliud in quo gignitur. Aliud à quo similitudinē trahit quod nascitur. Idcirco comparare hæc ita decet. Quod recipit, patri: unde recipit, patri: natura istorum mediata, proli. Sed ita intelligendum est, quod cum esse debeat effigies rerum omnium formarum uarietate distincta, nunquam illud ipsum formationis huius gremium bene erit præparatum, nisi informe sit, & suapte natura omnibus formis quas recepturum est, careat. Nam si erit alicuius eorum quæ in se recipit simile, cum contrariam eius cuius simile est naturam aut aliam proforsus suscipiet, nequaquam eius similitudinē & effigiem exprimet, cum præ se tulerit suam

Quod ignis & alia non sunt uere hoc aliquid, sed tale

Vide ut quæ elementa uocantur ne pronominiibus, quibus demonstrari possint

Vide ut materia analogia monstratur

Materia nunquam recedit à potentia

Quæ in materia sunt sunt simulacra rerum uerarum

Vide ut materia est informe

suam. Quo fit, ut nullam sibi propriam habeat speciem, quod est omnia genera suscep-
 turum. Ut qui unguenta suauiter redolentia confecturi sunt, humidam materiam quam
 certo condire odore uolunt, ita preparant, ut odorem nullum proprium habeat: & qui
 materijs mollibus impressione cedentibus figuras imprimere aliquas uolunt, nullam
 omnino priorem in eis figuram apparere patiuntur, sed exactissima quadam leuigatio-
 ne eas poliunt. Ita illud quod in omnibus passim æternorum omnium simulacris recte si-
 gurandum est, his omnibus formis natura sua carere necesse est. Quamobrem uniuersi,
 quod & genitum est, & sensibus omnibus manifestum, matrem ipsam receptaculumque,
 neque terram, neque aerem, neque ignem, neque aquam esse dicamus, neque rursum ex
 his aliquid constitutum, aut aliqua ex quibus proprie hæc ipsa subsistunt: sed inuisibilem
 potius speciem quandam & informem sinum omnium capacem, qui modo quodam am-
 biguo & uix explicabili diuinæ & intelligibilis naturæ fit particeps. Ipse quidem compre-
 hendi per se nullo pacto potest: sed quantum ex supradictis naturam eius attingere liceat,
 sic utique recte possumus dicere: Ignem quidem, partem eius ignitam uideri: humefactam
 uero partem, aquam: Terram quoque aeremque similiter, quatenus ipsorum simulacra sus-
 cipit. Sed de his ita distinguentes ratione considerare debemus, si ne ignis aliquis seorsum
 à materia ipse permanens in seipso, & cætera quæ sæpe dicimus per se ipsa manere: an
 hæc sola sunt, quæ corporis sensu percipimus, & talem in se continent ueritatem, nec ul-
 lo pacto præter hæc ulla sunt usquam, sed frustra intelligibilem uniuersumque speciem a-
 liquam ponere solemus, nec aliud hæc sunt quam uerba. Quod quidem neque ita uel
 liter se habere temere & sine examinatione asserendum, neque ad præsentem disputatio-
 nem natura sua prolixam, alia quoque prolixa, & ad rem minime pertinens addenda ui-
 detur. Ea uero circumscripção quæ breuibus magna comprehendat, admodum opportu-
 na uidebitur. Ita igitur ipse meam hac de re sententiam feram. Si intellectus & uera opi-
 nio duo genera sunt, necesse est huiusmodi species esse, quæ per se ipsæ sint, & intelligen-
 tia potius quam sensibus comprehendantur. Sinautem ut quibusdam uidetur, uera opi-
 nio ab intellectu nihilo differt, omnia quæ corporis sensus attingit, certa habenda sunt.
 Sed opinor duo esse dicenda, quia seorsum sunt facta, & dissimilia sunt. Quippe quo-
 rum alterum doctrina nobis insinuat, alterum persuasio: & illud quidem semper cum ra-
 tione uera, hoc autem sine ratione: illud nulla persuasionem mutabile, hoc contra huius mu-
 rationi subiectum. Veræ quidem opinionis uir quilibet particeps: Intelligentiæ uero di-
 quidem omnes, homines uero pauci admodum particeps sunt. Quæ cum ita se habe-
 ant, fateri oportet esse speciem quæ semper eadem sit sine ortu atque interitu, quæ nec in se
 accipiat quicquam aliud aliunde, nec ipsa procedat ad aliud quicquam, sensusque corporis
 nullo percipiatur. atque hoc est quod ad solam intelligentiam pertinet, eiusque intentionis
 est proprium. Sed est aliquid post hoc quod cum ipso non ratione, sed nomine conuenit,
 eiusque similitudinem gerit, genitum sensibus manifestum, quod fertur & sustentatur ab
 alio semper, & in aliquo loco gignitur, rursumque inde recedit opinione per sensus compre-
 hendendum. Tertium genus locus est, qui interit quidem nunquam, sed omnibus quæ
 gignuntur, sedem exhibet. hic sine tangentis sensu tangitur, adulterina quadam ratione
 uix opinabilis. Denique cum ad hunc animo respicimus, somniamus quodammodo, ne-
 cessariumque putamus, ut quicquid est, in aliquo sit loco positum, regionemque obtineat ali-
 quam: & quod neque in terra, neque in cælo sit, minime esse credimus: atque has omnes & simi-
 les passiones à peruigili uereque existente natura ipsi huiusmodi somnijs occupati secerne-
 re non ualemus. Ideoque nec discernere id etiam possumus, quod dimaginis quidem postquam
 id ipsum in quo facta est non ipsius est, sed ea semper alterius fertur simulachrum, non in-
 suria conuenit ut in alio quodam sit, atque ita quodammodo essentie fiat particeps, aliter ue-
 ro esse nullo modo possit. Et autem quod uere est, uera hæc & exquisita ratio suffragatur,
 docens quod dicitur res ita se habet, ut hoc quidem aliud sit, & illud aliud, neutrum in neutro
 unquam factum unum simul idem & duo fient. Hæc tandem meæ mentis summam sen-
 tentiam sit, esse, & ante cæli ortum ratione triplici fuisse tria hæc, existens, locum, & genera-
 tionem. Generationis uero nutricem, ignitam & humefactam, terræ item & aeris for-
 mas suscipientem, passionemque horum pedisse quas perpetientem, omniformem aspectu
 uideri. Verum quia nec similibus neque ad pondus æquatis uiribus referta est, nulla ex
 parte


Probat breui-
 ter ideas esse

Homines pau-
 cos esse intel-
 ligentiæ parti-
 cipes

Quod mate-
 ria est locus

parte æquilatrem esse, sed inæqualiter undique uergentem declinantemque ab illis qui-
 dem quæ diximus agitari, rursumque ipsam commotam eadem agitare. Quo pulsus concu-
 ta in diuersa raptari atque discerni, perinde ut quæ in frumenti purgatione pistorijs instru-
 mentis facta atque excussa discerni uidemus, atque aliò solida grauiusque, aliò rara & leuia fer-
 ri. Sic illa tunc quatuor genera ab ipso eorum receptaculo instrumenti illius pistorijs instar
 tumultuante & discernente commota, dissimilia quæque à dissimilissimis longe separaba-
 tur, simillima uero rursum coibant: atque idcirco etiam ante mundi exornationem sedi-
 bus diuisa erant, sed neque his ratio inerat, neque modus. At uero ubi cuncta redigita ad
 modum placuit, deus ignem primo ac terram, aeremque, & aquam, quæ quidem elemen-
 torum præferabant uestigia, sed ita erant affecta ut par est illa à quibus deus abest, distin-
 ctis figuris, speciebus, & numeris exornauit. Ea uero apud nos sententia semper rata in-
 dubiaque præ cæteris habeatur, quod deus illa cum talia non essent, quam pulcherrime
 optimeque fieri poterat, ordinauit. Nunc iam dispositionem genituræ ipsorum singillatim
 demonstrari conuenit, nouo quidem & inusitato demonstrationis genere, sed uobis qui
 omnes eruditionis ingenuæ uitas peragrauistis, plano atque perspicuo. Principio quod dig-
 nis, & terra, aqua, & aer, corpora sint, nemo utique dubitabit. Omnis autem corporis
 species profunditatem habet. Profunditatem uero planis constare necessarium est. Recti-
 tudo porro planæ basis ex triangulis constituitur, atque trianguli omnes ex duobus ini-
 tium habent, habentibus utrisque rectum angulum unum, acutos duos. Quorum alter
 utrinque anguli recti partem obtinet, æqualibus distincti lateribus: sed in altero inæqua-
 libus inæqualia distribuuntur. Igitur per rationes probabiles necessitati coniunctas in-
 cedentes, ignis cæterorumque corporum huiusmodi ponamus exordium. Superiora uero
 his horum principia deo nota sunt, atque ei qui dei sit amicus. Videamus igitur qua-
 potissimum ratione quatuor corpora pulcherrima fiant, dissimilia quidem inter se, sed
 quæ in se inuicem dissoluantur, & ex se inuicem generentur. Si id comprehendimus,
 ueritatem ipsam de generatione ignis terræque, & eorum quæ competenti ratione seruata
 horum media fiunt, tenebimus. Tunc enim nemini concedemus dicenti alicubi esse o-
 culis patentia pulchriora his corpora, quorum quodlibet secundum unum sit genus. Co-
 nandum igitur quatuor corporum genera pulchritudine præcellentia constitutere, atque
 ita asserere horum nos naturam sufficienter comprehendisse. E duobus quidem trian-
 gulis isosceles, id est qui cruribus constat æqualibus, unicam habet naturam: qui uero
 altera parte est oblongior, infinitas. Ergo si recte exordiri uolumus, infinitorum quoque
 pulcherrimum præeligere nos oportet. Ac si quis pulchriorem à se electum ad horum
 constitutionem asserere uoluerit, eius non tanquam aduersarij, sed tanquam amici sit sen-
 tentia potior. Vnum itaque reliquis posthabitis, triangulorum multorum pulcherri-
 mum ponimus, à quo æquilatere triangulus ex tertio constitit. Ratio uero cur ita sit, pro-
 lixior esset. At eum qui diligentem discussione ita esse competet, dulce manet uictoriæ
 præmium. Propositi sane nobis sunt duo è multis trianguli, ex quibus ignis cæterorumque
 corpora composita sunt. Horum unus isosceles sit æqualibus cruribus constans trian-
 gulus. Alter uero sit ille qui longius latus semper breuiore latere potentia triplo maius
 habet. Verum quod securi nimium in superioribus diximus, nunc magis est distinguen-
 dum. Videbantur quidem nobis, neque id quidem satis recte, omnia quatuor genera ex se
 inuicem generari. Profecto quatuor genera ex triangulis quos elegimus generantur. Tri-
 quidem ex uno, inæqualia habente latere. Quartum uero unicum ex triangulo isosceles
 componitur. Non igitur possunt omnia ita in se inuicem resolui & commutari, ut ex mul-
 tis paruis pauca ingentia uel conuerso efficiantur. Tria certe possunt. Cum enim ex uno
 hæc facta sint omnia, quando maiora soluantur, multa exigua ex eisdem constituuntur,
 paruas congruasque sibi figuras adepta. Rursum quando multa per triangulos dispergun-
 tur amplificata, unum unius molis faciunt numerum, magnamque aliam speciem unam
 perficiunt. Hæc utique de mutua ipsorum generatione dicta sint hæc. Reliquum
 est, ut qualis quæque eorum facta sit species, & ex quibus concurrentibus numeris cor-
 acruata, dicamus. Erit utique prima species, quæ ex paucissimis composita fuerit, ele-
 mentum eius, quod latus oblongius breuiori latere duplo maius habet. Cum uero bini hu-
 iusmodi secundum diametrum componantur, tertium id fiat, & diametri latera breuiora in id
 quatuor

Dispositiones
 & genituræ
 elementorum



quasi centrum ducantur, unus triangulus æqualiter ex triangulis numero sex conficitur. Trianguli autem æquilateres quatuor compositi secundum ternos planos angulos, unum solidum faciunt angulum: qui angulum planorum omnium obtusissimum deinceps ortu subsequitur. Atqui triangulis huiusmodi quatuor natis prima solida species totius circumferentis distribuita in partes æquales ac similes oritur. Secunda uero ex eisdem quidem triangulis, secundum æquilateres triangulos octo constitutis, unum facientibus solidum angulum ex planis quatuor, factisque sex huiusmodi, corpus secundum absolutum. At tertium ex elementis bis sexaginta copulatis, & angulis solidis duodecim, quorum quilibet quinque planis triangulis æquilateribus continetur, habens uiginti æquilateres bases, nascitur. Iam igitur elementum alterum sic habitus ista genuerit. Verum Isosceles triangulus quartum generauit naturam secundum quatuor constitutus, & ad centrum rectos congregans angulos, unumque quadrangulum æquilaterem faciens. Sex uero huiusmodi copulati angulos octo solidos, quorum quilibet per tres planos rectos coaptatus est, effecerunt. Corporisque ita constituti figura cubica facta est, sex planos quadrangulos æquilateres bases adepta. Est & quinta quædam compositio, qua deus ad uniuersam constitutionem est usus, eaque descripta & figurata, quæ contemplatus aliquis non absurde dubitauerit utrum infinitos esse mundos an finitos existimandum sit. Infinitos quidem dicere illius putabit esse proprium, qui nullam rerum cognitione dignarum peritiam habeat. Sed utrum unus mundus an quinque reuera nati sint inquirere, minus utique putabit absurdum. Ratio quidem nostra unum ipsum uerissimè probatione asserit naturam. Alius uero quis ad alia respiciens aliter opinabitur. Sed hæc dimittenda sunt. Et iam genera quatuor à nobis paulo ante digesta, scilicet ignem, terram, aquam, aeremque distribuamus. Terræ cubicam speciem assignemus. Nam omnium quatuor maxime immobilis terra est, & corporaliu omnium compacta maxime. Tale uero illud præcipue factum esse necessarium est, quod firmissimas tutissimasque possidet bases. In triangulis porro à principio positis, qui æquilateres sunt, firmissimam tutissimamque quam inæquilateres basem possident. Et quod ex utroque compositum est planum æquilateræ æquilateri quadrangulum, certe triangulo tam quo ad totum quam quo ad partes stabilis necessario prouenit. Quamobrem si conuenientem probabilemque sequi rationem uelimus, terræ id tribuamus: Aquæ deinde, quod tribus reliquis est immobilis: igni quod mobilissimum: Aeri medium. Et corpus quidem minimum igni, aquæ maximum, aeri medium: acutissimum quoque igni, secundum ab hoc aeri, aquæ tertium. Ex his omnibus quod bases paucissimas habet, uelocissimum esse necessarium est. Est enim ad penetrandum promptissimum, quippe cum prorsus sit omnium acutissimum. Leuissimum quoque, cum ex paucissimis partibus eisdem constet. Quod secundum est, secundo loco habeat hæc oportet. Tertium tertium. Igitur secundum rectam probabilemque rationem pyramidis species solida elementum sememque sit ignis. Secundam uero generationem speciem aeri, aquæ tertiam tribuamus. De his omnibus adeo paruis ita putandum est, quod si singula duntaxat singulorum generum capiantur, nullum eorum propter paruitatem cerni à nobis poterit: sin multa inuicem congregentur, eorum moles magnitudinesque cernentur. Quinetiam hæc omnia, adeo tanta ubique quo ad multitudines, motus, atque potentias proportionem exacte absoluta connexaque sunt, quantam necessitatis natura libens & persuasa capere poterat. Ex omnibus sane quorum genera supra narrauimus, ita merito se habere uidetur. Terra cum in ignem incidit, eius acuminem dissoluta fertur resoluta in ignem, aut aerem, aut aquam, quousque partes ipsius congressæ iterum, sibi inuicem copulatae terram reficiant. Non enim in aliam unquam speciem transigraret. Aqua præterea ab igni uel aere diuisa in partes, unum, partibus suis reconciliatis, ignis corpus, aeris duo facit: portiones uero aeris ex una dissoluta parte duo ignis corpora faciunt. Rursus quando ignis ab aere uel aqua uel terra aliqua occupatur, & ipse quidem paucus in multis mouetur, atque in agilitate pugnat, iactatusque distrahitur, duo corpora ignis in speciem aeris unam concrefcunt: deinde superato aere atque disperso, ex totis duobus atque dimidio una aquæ tota species coalescit. Denique sic ea rursus consideremus, quoties ab igne

compre

comprehensum aliorum genus aliquod angulorum laterumque ipsius acumine scinditur, tum demum discerpi desinit cum in ignis naturam transierit. Simile enim idemque genus quodlibet à simili eodemque minime patitur: quousque uero in aliud permutatur, imbecilliusque cum potentiore lucatur, dissolui non desinit. Rursus quando minora à multis maioribus circumuenta sunt, & pauca lacerata extinguuntur, cum in uicentis ideam consistui uelint, cessant extingui, sicut ex igni aer, ex aere aqua. Quod si in hæc transitus fuerit, & aliorum aliquod genus impugnet, non cessant agitata dissolui prius quam aut omnino cum dissolubilia sint depulsa ad cognatum refugiant, aut expugnata in unum quiddam ex multis superanti simile tandem euadant, familiariterque cum uictore permanent. Enim uero per has passionem sedes uicissim cuncta commutant. Generis namque cuiuslibet multitudines per locum proprium distinguuntur, ob sedis ipsius agitationem. Quæ uero dissimilia inuicem facta sunt, propter fluctum concussionemque ad locum eorum quibus similia euasere, feruntur. Corpora igitur immixta ac prima ex causis huiusmodi fabricata sunt. Quod autem in eorum speciebus alia quoque innata sunt genera, causa est elementi utriusque constitutio: quæ non solum ab initio unum cum magnitudine triangulum peperit, sed etiam maiora & minora tot quidem numero, quot in speciebus sunt genera. Quapropter mixta hæc in seipsis atque inuicem, infinitam habent uarietatem: cuius peritos esse eos oportet qui de natura sunt rationem probabilem reddituri. Igitur nisi quis quo pacto & cum quibus unâ motus & constitutio fiat certe comprehendit, multa disputationi quæ manet à tergo, impedimento futura uidentur. De his partim quidem dictum est, partim uero restat dicendum. In ipsa leni plana que natura motus esse nesciam quam solet. Nam agitandum absque agitato, uel agiturum absque agitando difficile est, immo impossibile, reperiri. Motus autem horum omnium minime est. hæc uero leuia plana esse nunquam possunt. Sic itaque statum quidem in planitie lenitateque, motum uero in contraria semper natura ponemus. Inæqualitas porro naturæ huius est causa, quæ leni planoque contraria est. Inæqualitatis uero generationem iam tractauimus. Sed quoniam modo singula secundum genera non diuisa moueri inuicem ferrique desinunt, nequaquam exposuimus. Id ergo deinceps sic explanabimus. Vniuersæ naturæ circuitus cum circulari ambitu suo genera complexus sit, & secum ipso congregi studeat, constringit omnia, locumque uacuum relinquere nusquam patitur. Quo circa ignis per omnia maxime penetrat: deinde aer, utpote qui ipsi tenuitate est proximus, & alia simili ratione deinceps. Quæ enim ex maximis partibus sunt composita, uacuitatem quoque in sua constitutione maximam relinquere, minima contra minimam. Coactionis autem ipsius angustia, parua in magnorum contrahit inania: Quare cum parua magnis insinuata sint & ipsa quidem parua quæ magna sunt discernant, maiora uero minora coerceat, omnia sursum deorsum uel in sua loca feruntur. Nam quod libet mutata magnitudine sedem mutat. Sic utique & has ob causas naturæ lenitati contrariæ semper generatio conseruata horum motum & in præsentem & in futuro perpetuum exhibet. Post hæc sciendum est multa esse ignis genera: flammam uidelicet: & quod ab ea est accensum, quod urit quidem, lumen uero nullum oculis affert: quod uel extincta flamma intra illa que accensa fuerat, remanet. Similiter aeris genus aliud purissimum agilissimumque, quem ætherem nuncupant: aliud turbulentiissimum, caligine nubibusque obscurum: aliasque species sine nomine esse putandum est, propter ipsam triangulorum inæqualitatem. Aquæ genera duo sunt præcipua. Vnum humidum, alterum fusile. Humidum quidem, quia generibus aquæ paruis & inæqualibus constat, facile à seipso & ab alio propter inæqualitatis conditionem & figuræ speciem moueri solet. Quod autem ex grandioribus æqualibusque & lenibus est compositum, stabilius illo. Et graue propter lenem æqualitatem compactum est, sed propter ignis penetrantis dissoluentisque impetum æqualitate amissa motus fit particeps: factumque agile mobileque, à proximo aere pulsatum extensumque per terram duo quædam patitur: nam & liquefcit & in terram decidit, primum illud molis, purgatio, hoc fluxus cognominatur. Rursus igne hinc euolante, quippe cum non fiat in uacuum exitus, proximus aer pulsus mobilem adhuc molem humidam in ignis sedes impellit, ipsi que ipsam commiscet. Moles denique compulsa, iterumque lenem æqualitatem adepta, cum ignis inæqualitatis artifex iam abierit, in idem secum coaceruat: atque ignis abscissum frigeactionem, copulam uero congressumque

Ignis multa genera

Aeris multa genera

Pp igni

Generaciones
metallorū
&
adamantis

igni abeunte factum conglutinationem gelidamq; rigiditatem uocamus. Ex his uero quas aquas fusiles appellauimus, quod ex tenuissimis lenissimisq; sit densissimum, unifornis, splendidum, flauumq; preciosissima res est, aurum florens per petram compactum est. Auri autem ramus propter densitatem durissimus & nigro præterea colore subfusus, adamas appellatur. Sed quod auro proximas habet partes, pluresq; una species continet, auro quoque densius, & terræ partis pauca tenuisq; particeps, adeo ut asperius duriusq; sit, uerum ex eo quod interualla intrinsecus habet magna, leuius est, hoc genus nitentium concretarum que aquarum unum est, atque æs nominatur. At quando terrena pars huic immixta propter uetustatem à cæteris partibus eius secernitur, ad extremamq; emissã superficiem per se ipsa aspectui patet, rubigo iam nascitur. Cætera generis eiusdem uerisimilibus rationibus assequi, haud quaquam laboriosum est. Quod si quis remittendi studij gratia rationibus eorum quæ semper sunt intermissis considerauerit uerisimiles de generatione probationes, atq; eiusmodi cõsideratione sine poenitentia accessione delectetur, moderatum in uita prudentemq; ludum consequetur. His utique nunc ita concessis, deinceps quæ de eisdem probabilia uidebuntur, ita percurrenda uidentur. Igni sæpe miscetur aquæ pars tenuis, atque humida fluidaq; sic ideo nominata, quia lubrica terra circumfluit; mollis quoque ob eam causam, quia eius bases minus firmæ stabilesq; quam terræ, facile cedunt atque labuntur. Hæc quando ab igni destituta, ab aere quoque deseritur, fit lenior, & alienis expressis cogitur in seipsam; atque ita compacta, si supra terram id contigerit, grando fit; si in terra, glaciæ: quæ quidem tunc sunt cum riget coherescitq; maxime gelu. cum uero minus congelatur, si supra terram accidit, nix; si in terra ex rore crassior facta, pruina. Verum quando plurimæ aque species inuicem commiscetur, uniuersum aliud genus à terra per arbores stillans, liquor humorq; uocatur. Liquores uero singuli propter mixtiones dissimilitudinem nacti multa quidem alia sine nomine faciunt genera, sed quatuor igneæ species euidentes & perspicue maxime, sortitæ sunt nomina. Quod enim animam simul cum corpore calefacit, uinum dicitur. Quod uero lene est, discernitq; uisum, ideoq; aspectui splendidum, atque nitens, & pingue nobis apparet, unctæ & oleariæ species est, pix, gummi, & oleum ceteraq; id genus. At quod oris angustus meatus ad penetralia usque naturæ perfundit, hac uis dulcedinem adhibens, mel communiter nuncupatur. Deniq; quod carnem dissoluit uritq; & spumeum est ex omnibus secretum liquoribus, succus uocatur. Terræ uero species per aquam emergens hoc modo fit lapis. Congelata enim aqua quâdo in commixtione dicitur, in aeris speciem transit: hic aer suum in locum recurrit, uacuum autem ipsorum nihil, proximum ergo aerem pulsât. Iste si grauis sit pulsus, circūfusq; terræ molli, uehementer illidit, seq; ipsum in eas sedes unde nouus ascenderat aer, conducit. Terra deniq; ab aere indissolubiliter cum aqua coacta, lapides concreat, pulchriores quidē illos, qui perspicue ex æqualibus planisq; partibus emicant, deformiores uero qui cõtra. Vbi uero ignis acuminè humor omnis resoluatur, corpusq; illo aridius redditur, ea restat species, que solida uocatur futilisq; tellus. Quandoq; etiam humore relicto, terræq; fusili per ignem facta, ac deinde accedente gelu, niger fit lapis. Quando uero id ipsum similiter ex commixtione multo priuatur humore, sed tenuioribus terræ partibus cõstat, salsumq; est, & semiglaciale fit, perq; aquam emergit, partim quidem olei terræq; purgatorium genus, nitrum dicitur, partim uero quotidiano uicui commodissimum legitime, sal Deo amicam corpus. At enim communia ex utrisq; aqua quidem non solubilia, igni uero propter tale aliquid ita conglutinantur. Ipsas terræ moles, ignis & aer non liquefacit. Cum enim duo hæc tenuissima sint, & uacuitatibus terræ minutiora, ita per capacissimos eius meatus sine ulla uiolentiâ permanant, ut neq; eam dissoluant, neq; liquefaciant. Aquæ uero partes quia maiores sunt, uiolento fluxu liquefaciunt. Terram itaq; male compactam sic sola aqua uisoluit, compactam uero duntaxat ignis, nihil enim præter ignem hanc penetrat. Aquæ rursus concretionem, uo lentissimam quidem solus ignis, debiliorem uero utraq; & ignis & aer diffundunt, aer inquam per uacua, ignis etiam per triangulos. Aerem uero ui constructum, nihil nisi per elementum soluit: sine ui coherentem solus resoluat ignis. Corpora ex aqua terræq; ita cõposita ut aqua terræ inanità ui coarctata obstruat, sic prorsus se habet ut aqua exterior influere per ea non possit, ideoq; minime liquefaciat, sed ignis aquæ meatus per-

De grandine,
glaciæ, niuæ,
pruina

Liquores
quatuor

De lapide, ni-
tro, sale, uitro
& cæteris

netrans quemadmodum & aqua terræ inanità, atque ita aquam afficiens ut ignis aerem, communi corpori liquefactionis causam præbeat. Hæc uero partim aquæ minus habent quam terræ, quemadmodum uitri genus, & lapides illi qui fusiles appellantur; partim contra plus aquæ, qualia sunt omnia quæ conglutinata sunt, cæreaq; euadunt, & uapore emittunt. Hactenus eas species quæ figuris, commutationibusq; inuicem uariantur, pene iam demonstrauimus: quas uero ob causas passionis earum nascantur, deinceps demonstrare conabimur. Principio sensum his quæ dicta sunt, adesse semper oportet. Carnis uero & eorum quæ ad carnem attinent, generationem, animæ quoque quantum mortale est, nondum declarauimus. Sunt enim hæc à passionibus quæcumque cum sensu sunt, minime separata, & illæ sine his exponi sufficienter non possunt, simul uero expleri ferme nequeunt. Prima igitur alia ponenda sunt: denique quæ sequuntur, expedienda. Ut ergo deinceps in disputando genera passionis ipsæ sequantur, prima nobis extent quæ ad corpus & animam pertinent. In primis quæ ratione ignis calidus dicitur, uideamus, quod ita demum perspiciemus, si discretionem diuisionemq; ab eo in nostro corpore factam consideremus. quod enim acumen quoddam ea passio est, ferme est omnibus manifestum. Tenuitatem uero angulorum laterumq; subtilitatem, paruitatem particularum, motus uelocitatem, quibus omnibus uehemens & penetrans est, uelociterq; quod occurrit, diuidit semper & dissipat, considerare debemus, figuræ ipsius generationem memoria repetentes. ea quippe, non alia natura corpora nostra diuidens, & in partes exiguas partiens, merito passionem illam quæ legitime calor nominatur, inducit. Contraria uero huic passio licet cuique manifesta, sua tamen explanatione non careat. humidæ nanque partes corporum, partibus nostris humidis grandiores, cum in corpus influunt nostrum, minores quidem partes extrudunt, sed in earum sedes sese insinuare non possunt, humorem autem nostrum coagulant, atque ex inæquali & agitato immobilem propter æqualitatem coagulumque faciunt, inq; angustum coagunt. Quod autem præter naturam coactum est, secundum naturam renititur, seq; reuocatur in contrarium. In hac reuocacione quassationeq; tremor rigorq; consistit; omnisq; huiusmodi passio, frigus, quod ue eam infert, frigidum nominatur. Durum autem dicitur illud cui caro nostra cedit, molle quod carni; resq; ipsas inuicem & duras & molles, eadem ratione uocamus. Cedit autem quicquid paruo nititur. Quod uero ex triangularibus basibus firmamentisq; est, utpote plano uehementer innixum, renititur maxime atque resistit: quod uero summopere densum est, contra uenientia uehementer repercutit. Graue præterea & leue cum ea natura simul quæ sursum deorsumue dicitur, commo disime declarabitur. Sed illud dictu absurdum est, esse duo quædam natura loca à se inuicem longo interuallo distincta: & unum quidem deorsum uocari, ad quem locum ea deferantur omnia quæcumque molem quandam corporis habent: alterum uero sursum, ad quem ui omnia moueantur. Cum enim cœlum omne rotundum sit, quæcumque à medio æque distantia extrema facta sunt, similiter esse oportet extrema. Medium quoque æqualibus lineis ab extremis undique distans, eregione æque omnia respicit. Quoniam igitur ita mundus dispositus est, si quis dictorum quicquam sursum esse dixerit uel deorsum, non iniuriâ errare uidebitur. Medium enim locus in ipso, neque sursum, neque deorsum dici debet, sed medius. Quod rursus undique circuit, neque medium est, neq; partem in se habet aliam ab alia differentem, quo ad ipsum medium, & omnino quicquid sit eregione locatum. Et uero quod sui ipsius simillimum est, contraria nomina iure nullus attribuet. Siquid enim solidum æquilibratumq; in uniuersis medio sit, ad nullam extremorum partem propter perfectam ipsorum similitudinem declinabit: at si quis circa illud obambulet, sæpe sibi met plantis stabit oppositis, eademq; illius partem, tum sursum, tum deorsum uocabit. Itaque uniuersum quemadmodum paulo ante diximus, cum sit rotundum, locum habere superiorem aut inferiorem uir prudens minime affirmabit. Sed unde nomina sunt ista, & in quibus ea intuiti ex illis ad mundum totum transulimus, huiusmodi quædam in primis ponentes, inuestigemus. Siquis in ea mundi regione quam ut plurimum sortitus est ignis, & ad quam undique fertur, insideat, uimq; aliquam nanciscatur, per quam ignis partes arripit libretq; aut ubi in statera lancibus collocauit, ut deorsum in dissimilem detorqueat aerem, constat plane minorem ignis portionem maiori fa-

Cur ignis calidus, & de caliditate

De frigore

De duro & molli

Sursum & deorsum

cilius coactum iri. Vbi enim duo simul uno robore suspenduntur, minus quidem magis, plus autem minus inferentiūm cedit. Et unum quidem graue deorsum que ferri dicitur, alterum uero sursum ac leue. Idem nobis terram habitantibus accidit. Nam terræ innixi, perq̄ eam gradientes, terrena genera inuicem separamus atque distinguimus, & sæpe terram in dissimilem aerem iacimus uiolenter, præterq̄ naturam, sæpe partes utraq̄ cognatæ naturæ participes. Hic portio minor facilius quàm maior ad dissimilem locum iacta, prius uiolentiæ cedit, eamq̄ leuem cognominauimus; & locum ad quem compellimus, sursum. Contrariam his affectionem graue quiddam, atque deorsum. Hæc utique differre inuicem necessarium est, propterea quod generum multitudines locum alijs contrarium obtinent. Quod enim in alio loco leue est, leui quod in hoc loco est contrariū; & graue similiter graui; & ei quod deorsum dicitur, id quod deorsum: eiq̄ quod sursum, id quod dicitur sursum. omnia enim hæc transuersa inuicem & contraria ac penitus differentia esse fieriq̄ reperientur. Vnum tamen id de his omnibus cogitandum, quod uia gressioq̄ singulorum ad simile atque cognatum ferens, graue facit id quod fertur: locum uero in quem tale quid fertur, deorsum. Quæ alter se habent, aliter efficit. Harum igitur passionum huiusmodi quædam dictæ sint causæ. Lenis item & asperæ passionis causam quilibet intuitus aperire alijs poterit. Durities enim hæc in æqualitati permixta, illam uero æqualitas exhibet densitati. Sed earum passionum que circa totum corpus communiter accidunt, ea restat maxima quæ uoluptatis dolorisq̄ est causa in his quæ diximus. Similiter quæcunque per corporis partes sensibus patent, doloresq̄ & uoluptates cient. Ita igitur omnis tam sensibilis quàm insensibilis passionis, causas capiamus, in primis memoria repetentes quod de ea natura quæ facile mouetur, deq̄ ea quæ mouetur difficile, supra distinximus. hoc enim pacto ea persequi debemus omnia quæ comprehendere cupimus. Quando in id quod facile moueri solet, aliquid uel breuis incidit passio, pars eius quælibet sequentibus partibus undique passionem ipsam transfundit, quousque ad prudentiæ sedem perueniatur: ubi per hos quasi nuncios potentia illius quod passionem intulit, noscitur. Quod uero contra est affectum, & immobile quodammodo permanet, circularem illam transfusionem non habet: & ipsum quidem patitur solum, proxima uero minime mouet. Quapropter cum partes alie alijs passionem primam non impertiant, totumq̄ animal hinc minime agitur, sensus expers id quod patitur extat. Id profecto circa ossa capillosq̄ & reliquas partes quæ terrenæ ut plurimum in nobis sunt, accidit. Visus uero & auditus instrumenta aliter omnino efficiunt, quia illis ignis aerisq̄ uis maxima inest. Quod præterea ad uoluptatem attingit & dolorem, ita consideretur. Passio uiolenter præterq̄ naturam abunde simulq̄ nobis illata, molesta fit. Rursus quæ in naturam abunde simulq̄ reuertitur, dulcis: quæ contra fit, contra. Passio uero magna cum facilitate illata sentitur quidem maxime, uoluptatis autem & doloris minime particeps. huiusmodi sunt, quæ ex aspectu proueniunt. Cui quidem corpus nostrum cognatum fieri in die supra narrauimus. huic adustiones sectionesue & quæcunque passionis huiusmodi, dolorem non inferunt: nec etiam quando in suam speciem fit restitutio, uoluptatem. Sensus tamen uehementes clarissimi q̄ ipsi competunt, quatenus aliquid patitur, incurruntq̄ in aliquid & attingit. Violentia siquidem huius discretionis concretionis nulla penitus inest. Corpora uero ex partibus grandioribus constituta, & uix agenti cedentia, quando motiones illatas in totū corpus traiciunt, uoluptates doloresq̄ continent: quando uidelicet è suo statu mouentur, dolores: quando redeunt, uoluptates. Quæcunque paulatim abcessus euacuationesq̄ sui perpetuantur, repletiones uero simul atque abunde, cum euacuationis quidem sensum habeant nullum, repletionis autem habeant, mortalitate ipsius potentia dolores nullos, uoluptates uero maximas afferunt. Quod ex suauium odorum perceptione cognoscitur. At quæ è sua natura simul & abunde pelluntur, paulatim uero uix in eam restituntur, contra quam superiora affici solent. hoc plane in secandis urendisq̄ membris apparet. tam communes toti corpori passionis, easq̄ inferentium cognomen attraximus. Nunc igitur eas quæ certis nostri corporis partibus accedunt, & unde proueniunt, quibusue causis inferuntur, pro uiribus exponamus. Principio quæ supra quando de humoribus agebamus reliquimus, cum linguæ passionis sint, siquo modo possumus declaremus

De leni & aspero

De uoluptate & dolore

remus. Videntur autem hæc quemadmodum & alia multa discretionibus quibusdam & concretionibus fieri, ac præterea lenitate asperitateq̄ magis quàm cætera uti. Tenduntur à lingua uenæ ad cordis sedem, saporum nunciæ: in quas siqua ita inciderint ut humor midam carnis mollitiem penetrantia terrestri sua natura modice liquefacta, uenas ipsas contrahant arefaciantq̄, saporis huiusmodi pariunt. Videlicet si asperiora sunt acerbos acres que: sin aspera minus, austeros & ponticos. Quæ & illas purgant, & siqua linguæ inhaerescunt, abluunt, si ultra modum id faciunt, naturæq̄ ipsius non nihil liquefaciant, qualis est in nitro potentia, amara omnia nominantur. Sin autem uim nitro temperatorem habent, leniusq̄ abstergunt, falsa sine amaritudinis asperitate, magisq̄ amica nobis apparent. Quæ autem applicata oris caliditati, ab eoq̄ mollita & feruefacta ipsum uicissim feruefaciunt, suaq̄ leuitate sursum ad sensus capitis eleuantur, suoq̄ attractu singula diuidunt, propter huiusmodi uires acuta uocantur. Quandoque uero hæc eadem ex putredine attenuata angustas uenas ingrediuntur, coguntque partes interioriores tam terrenas quàm quodammodo aereas iactatas inuicem commisceri, permixtasq̄ circumlabi alias, & alias ingredi, ingressuq̄ suo penetratas concavas tenas que efficeret, ubi concauus & ampullosus humor aeri circumfundit: isq̄ humor altis terreus quoquo modo est, aliàs purus, fitq̄ ex aqua concava uasculum aeris humidum atque clarum. Sed quod ex pura nascitur aqua, perlucet undique, ampullaq̄ uocatur. Quod autem ex lutulento magis humore simul agitato quidem elatoq̄ & circumtenso conficitur, ebullitio, bulla, fermentumque dicitur. harum omnium passionum causa acida qualitas appellatur. His omnibus quæ de his dicta sunt contraria passio, à contraria causa proficiscitur. Quando uero ingredientium qualitas humida est linguæ qualitati naturaliter conuersa & consentanea, ac lenit mollitq̄ eam, contractamq̄ demulcet asperitatem, & quæ in nobis præter naturam contracta uel sparsa fuerunt, relaxat uel colligit, ac summam naturalem singulis restituit habitum, suaue huiusmodi omne amicumq̄ est omnibus, uolentiarum quoque passionum medicina atque remedium, dulceque uocatur. Circa narium uim species non sunt. Semigenia enim odorum natura. Speciei uero nulli competit odorem ullum habere. Sed nostræ circa hæc uenæ ad terræ & aquæ genera angustiores sunt, ad ignis uero aeris que genera latiores. Quocirca nemo unquam istorum aliquid quem sensit odorem. Sed in madefactione quorundam, uel putredine, uel liquefactione, uel euaporatione gignuntur odores. Cum enim in aerem aqua uel aer in aquam transit, in medio istorum odores fiunt, omnisq̄ odor aut fumus est, aut caligo. Sed horum quod ex aere mutatur in aquam, caligo: quod uero ex aqua in aerem, fumus. hinc fit ut aqua odores tenuiores sint, aere crassiores. Quod maxime perspicuum fit, quando certa quadam re naribus occurrente aliquis in seipsum uehementer spiritum retrahit. Tunc sane nullus simul influit odor, spiritus autem ab odore nudus solus sequitur. Duæ igitur hæc in his uarietates absque nomine sunt, nec ex pluribus, nec ex simplicibus speciebus: sed duo ibi nomina tantum manifesta sunt, suaue scilicet & molestum. Hoc quidem distubat uiolatq̄ omnem eam capacitatem quæ à summo capitis uertice ad umbilicum protenditur. Illud uero eandem mulcet, & amico quodam ingressu naturalem eius seruauit habitum. Tertiam præterea uim sentiendi, auditum uidelicet, ita considerare debemus, ut quibus ex causis passionis eius proueniant, exponamus. Omnino igitur uocem ponamus pulsationem quandam ab aere, per aures cerebrumq̄ & sanguinem usque ad animam penetrantem. Natam quoque ex ea motionem incipientem à capite, & in sedem iecoris desinentem, auditum uocemus. Morio quidem uelox, acuta prouenit: tarda, grauis. Vna æqualis atq̄ lenis, contraria uero aspera. Magna quæ multa, parua quæ pauca. Harum uocum concordiam consonantiasq̄ in sequentibus declarabimus. Sequitur quartum sentiendi genus exponendum, quod uarietatem in se plurimam continet: & quæ sub eo sunt omnia, colores uocantur. Est autem color ueluti flammula quæ dâ fulgorq̄ à singulis corporibus emanans, partes habens uisui ad sentiendum accommodatas. Causas uero ex quibus uisus gignitur, supra traçauimus. Nunc de coloribus potissimum hoc pacto probabilia dicenda uidentur. Quæ ab alijs delata partibus in aspectū cadunt, partim minora, partim maiora, partim uisus ipsius partibus æqualia sunt. Aequalia quidem sen-

Sapores

De odore

De auditu

De coloribus

tiri non possunt, quæ diaphana, id est utrinque perspicua nominantur. Minora uero aut maiora partim discernere, partim contrahere uisum dicimus, instar eorum quæ caliditate uel frigiditate carnem, aut eorum quæ acrimonia uel acumine caliditate uel lingua contrahunt uel discernunt. Atque ea quæ uisum sic afficiunt alba nigraue uocamus, quæ quidem passiones eorum sunt quæ modo narrabam, & illorum quidem germana eademque quodammodo, sed in genere alio, diuersa tamen propter has causas esse uidentur. Sicutique appellanda sunt ista, quod uisum disgregat, album; nigrum uero, quod congregat. Motionem profecto acutiorem alteriusque generis ignis, incidentem dispergentemque uisum usque ad oculos, orbesque ipsos oculorum meatusque uel diuerberantem liquefacientemque, ignem esse dicimus ex opposito obuiantem, cuius occursum lachryma, corpus ex igni & aqua mixtum, effunditur. Et uno quidem igne uelut e coruscatione quadam exilente, altero uero penetrante, & ab humore extincto, uarij creantur ex huiusmodi mixtione colores: atque ipsam passionem fulgorem coruscationemque uocamus: quodue id facit, splendidum atque coruscum. Horum medium ignis genus ad oculorum humorem perueniens, illique se miscens, minime quidem coruscum, sed ex ipsa ignei radij ad humorem admixtione, sanguineum creante colorem, rubeum nominauimus. Splendidum albumque rubeo mixtum flauum procreat. Quo autem mensuræ modo singula singulis miscantur, etiam si quis nouerit, narrare prudentis non est, præsertim cum neque necessariam, neque uerisimilem de his rationem asserre ullo modo possit. Rubeum cum albo nigroque, purpureum generat. Paulo obscurior moreus luteolusque sit color, quando his inuicem conflatis adustisque magis est adiuncta nigredo. Fuluum flauifuscumque temperatione producit. Fuscum uero albi & nigri confusione, Pallorem albi flauique copula generat. Splendidum albo adiunctum plurimamque obsusum nigredine cæruleum efficit. Cæruleum cum albo glaucum creat. Fului nigrique temperie color uiridis nascitur. Cætera ferme ex his omnia manifesta fiunt. Siquis enim superiores mixtiones imitatus reliquos colores exequitur, probabilibus rationibus disputabit. At si quis horum discussionem probationemque opere ipso aggredietur, quid inter humanam diuinamque naturam inter sit, ignorare uidebitur. Nempe deus multa in unum colligere, rursusque unum in multa producere sufficiens est. scit enim simul ac potest. Homo autem nullus qui alterutrum ualeat, aut est nunc, aut unquam erit. Hæc sane omnia ita tunc naturaliter affecta ex necessitate ille pulcherrimi optimique operis fabricator in his quæ gignebantur assumebat, quando deum seipso sufficientem, & perfectissimum generabat: utens quidem causis ad hæc ministris, quod autem bene se habebat, ipse in singulis agens. Duas enim causarum species distinguere decet. Vnam quidem necessariam, alteram uero diuinam. Ac diuinam in omnibus querere, ut beatam uitam quoad naturæ nostræ possibile est, adipiscamur. Necessariam quoque causam illorum gratia perscrutari. Cogitare enim oportet absque his illa in quibus studium ponimus, non posse intelligi, uel comprehendere, uel quomodo cunque aliter percipi. Quoniam uero nobis in præsentia ueluti fabricis materia subiacet, causarum uidelicet genera uicem ferme iam præparatæ materiæ obtinentia, ex quibus est sequens disputatio contexenda, rursus ad principium breuiter redeamus, citoque illuc regrediamur, unde hucusque processimus, atque ita demum finem apicemque disputationi, qualem superiora exigunt, imponamus. Quemadmodum ab initio diximus, cum hæc ordine carerent, singulis deus, & ad sese, & ad alia inuicem eatenus modum rationemque proportionis indidit, quatenus suscipere singula poterant. Tunc profecto nihil erat ordinis, nisi forte casu aliquo, particeps: nec quicquam tunc aqua uel ignis uel aliud aliquid eorum quæ modo apud nos nominantur, iure uocandum erat. Verum hæc primum omnia exornauit, deinde ex ijs hoc uniuersum constituit, animal unum, animalia in se omnia mortalia & immortalia continens. Et diuinorum quidem ipse est auctor, mortalium uero generationem natis suis tradidit absoluentem. Illi igitur suum imitari parentem, principiumque animæ immortale suscipientes, animam ipsam mortali corpore clauerunt, totumque corpus animæ, quasi uehiculum subdidere, atque in eam animæ speciem mortalem fabricauerunt, quæ grauibus necessariisque perturbationibus afficeretur. Quarum prima foret uoluptas esca maxima mali, Dolor dein de fuga

Due causarum species

Perturbationes

impedimentumque honorum, Audacia præterea metusque consultores amentes: accedere & implacabilis iracundia, Spes etiam blanda conciliatrixque cum irrationali sensu, amorque omnium inuasore. Illi ergo hæc miscentes necessario mortale genus composuerunt. Cæterum ne diuinum ulla mortalium contagione, nisi quantum summa necessitas cogere, pollueretur, seorsum ab illo in alia corporis sede mortale collocauerunt: atque à peccore caput, ceruice & collo interiecto separauerunt. In peccore igitur & thorace mortale genus animæ posuerunt: cumque id naturaliter partim melius, partim deterius esset, disperserunt rursus thoracis capacitate, discernentesque sedem tanquam uirorum alteram, alteram foeminarum. Cartilagineum enim quandam nomine diaphragma, quod etiam Diaphragma phrenas uocant, inter hæc mediam interiecerunt. Partem igitur animæ fortitudinis iracundiæque participem contentiosamque capiti propinquirem fecere inter diaphragma ceruicisque mediam, ut hæc obediens rationi, una cum ipsa cupiditatum genus uisillata corereat, si quando rationis in arce capitis habitantis iussa cupiditas respuat. Cor uero uenarum originem fontemque sanguinis per omne corpus impetu quodam manantis in stipatorum regione suspendere uoluerunt: ut quando iræ uis exardescit, ratione nunciantes siquid extrinsecus iniuste fiat, uel intrinsecus aliqua concupiscentia turbet, tunc celeriter per angustos quoslibet meatus quicquid in corpore sensus est particeps, iussa minasque perferat, atque ita obediat obsequaturque omnino, toleretque in omnibus præstantissimi illius imperium. Cum uero cognoscerent cor rerum terribilium obiectum trepidaturum, & ira sæpius flagraturum, idque opus omne per ignem fore, æstus huiusmodi temperandi gratia, pulmonum tegmen cordi adhibuerunt, molle primum atque exanxgue, deinde cauis extrinsecus fistulis spongiæ instar distinctum, ut spiritu potius haurito cordis ardorem huiusmodi respiratione & refrigerio tepesciat. Quam ob causam arterias tanquam aquæ ductus per pulmonum substantiam deriuarunt, eamque cordi, quasi mollem saltum circundederunt: ut quando nimia feruet ira, inde ad faciliorem obediendam temperatum deferretur, sedatoque tumultu rationi facilius cum ira ministrare & obsequi ualeat. Postremo eam animæ partem, quæ esculenta & poculenta cupit, & reliqua omnino quibus corpus indiget concupiscit, mediæ regionis inter diaphragma & umbilicum applicauerunt: ubi quoddam quasi præsepe ad totius corporis alimoniam extare uolebant, & ibidem illam uim animæ tanquam agreste animal alligauerunt. Hic sane illam corpus suum alere necessarium est, si quidem mortale quandoque futurum est genus. Ut ergo ad præsepe semper illa pascatur, habitetque procul à consultore, ideoque illi clamore & strepitu suo minime turbet, sed permittat præcipuum nostri ducem tranquillo in otio communi omnium utilitati consulere, regionem idcirco inferiorem ipsi habitandam dii dedisse uidentur, quoniam uero uidebat deus partem illam animæ talem fore, ut rationem non exaudiret: & si quo sensu pulsaretur, nullo modo rationibus obtemperaret, sed simulacris uisusque nocte dieque maxime raperetur: idcirco naturam iecoris procreauit, & in eius habitationem disposuit, densam inquam naturam, lenem, claram, dulcem, & amaritudinis non expertem: ut cogitationum ex mente descendens potentia in ipso iecore uelut in speculo figuras suscipiente, aspectuque simulacra reddente, quandoque recepta terreat ipsum, quandoque cognata amaritudinis parte usa, minasque interdens, & toti repente suffusa iecori felleos terribilesque colores ostentat: contrahens præterea ipsum rugosum & asperum totum reddat, ac fibras eius, bilem, eiusque uentriculū, & uenas quæ portæ uocantur, sic afficiat, ut partim ex habitu recto deflectens atque contorques, partim obstruens & concludens, dolores detrimetque præbeat. Ac rursus quando mansuetudinis ex mente inspiratio contraria uisa effingit, amaritudinem quidem sedans ex eo quod aduersam sibi naturam neque cedere, neque attingere uelit, dulcedine uero illi lingenta utens, & omnia recta, lenia, libera in ipso digerens: tunc sane pacatam malitiam tamque partem animæ in iecore habitantem facit, adeo ut etiam in somno moderate affecta sit, uaticiniosque utatur, quando rationis prudentiæque est expertus. Qui enim nos composuerunt paterni illius mandati memores, quo mortale genus præceperat quam optimū pro uiribus fieri, ita deteriore nostram partem instituerunt, ut ipsa quoque ueritatis foret quodam modo particeps. siquidem in ea expleri uaticinium statuerunt. Quod autem demum

Diaphragma

Cor uenarum origo, & sanguinis fons

Pulmo

tiæ humanæ deus diuinandi uim dederit, illud argumento esse nobis potest, quod nemo dum sanguinis est, diuinum & uerum uaticinium ullum assequitur, sed cum uel somno prudentiæ uis præpedita est, uel oppressa morbo, uel diuino aliquo raptu e suo statu dimota, fieri diuinationis solet. Prudentis uero duntaxat officium est, quæ à fatidico fureteq; ingenio dormiendo uel uigilando pronunciata sunt, intelligere: & quæcunque uis illuxerint, ratiocinatione ita discernere, ut qua quidque ratione, & cui futurum aliquid, uel præteritum, præsensue bonum uel malum portendere uideatur, explanet. Illius autem qui mansit manetq; adhuc in furore, non est officium quæ uiderit aut pronulerit iudicare. Scitum profecto priscum id dictum: Agere sua, seq; ipsum cognoscere, solius prudentiæ est opus. Hinc lex iubet diuinis uaticinijs iudices præesse prophetas, quos Vates quidam nominant, ignorantibus eos oraculorum uisumq; quæ obcuris uoluntatibus inuoluuntur, interpretes esse, non uates. Quare qui uaticinia iudicant, non uates illi quidem sed prophetae, id est uaticiniorum interpretes pronuntiatoresque uocandi. Atque iecoris quidem natura ob hanc causam talis facta est, & in ea sede quæ diximus collocata, diuinationis scilicet gratia. Ac etiam uiuente unoquoque talium signa clariora exprimi solent: uita uero priuato, cæcitas accidit, nec euidentis quicquam sit uaticinijs signum. Proximum huic ad sinistram locatum est huius gratia membrum, ut purum hoc semper clarumque reddat, & instar speculi nitens atque perspicuum, adimaginesq; exprimendas accommodatum. Quapropter quando propter corporis morbum sordibus iecur abundat, lienis raritas id purgans, eas combibit, cum membrum hoc cauum sit & exangue. Vnde purgamentis impletum, excrescit tumetq; sanie. Ac rursus cum mundatum corpus est, restrictum in seipsum considerat. Quid igitur anima mortale, quid diuinum habeat, & ubi, & quibuscum, & quare hæc inter se disiuncta sint, diximus. At quod reuera ita sit ut diximus, ita demum asseremus, si diuinum confirmaret oraculum: quod uero uerisimile sit ita esse, & nunc & deinceps diligentius etiam inuestigandum ad asseuerare non dubitamus, atque in præsentia ita sit nobis assertum, quod autem hæc sequitur, similiter est tractandum. Reliquum est enim qua ratione cætera corporis membra digesta sunt, enarrare. Itaque hac potissimum ratione constare hæc de ceter. Cognoscebant illi profecto nostri generis fabricatores nos ad cibum potumq; interim peratos fore, ac propter ingluuiem plus quam modus aut necessitas postularit, ex his sumptuosos. Igitur ne subitus propter morbos interitus proueniret, atque ita imperfectum mox genus mortale desineret, inferiorem uentrem fabricauerunt ad esculentorum poculentorumue superabundantiam capiendam. Eum præterea spiritus intestinalium circumpleuerunt, ne subito alimenta nobis assumpta defluerent, ac rursus noui alimenti festum necessitas immineret. Ob illam enim inexplebilem perpetuamq; uoraginem genus nostrum philosophiæ musicæq; & moderationis omnis expertis relictum fuisset, illi parti quæ in nobis diuinissima est, minime obsecutum. Ossium uero & carnis cæterorumq; huiusmodi ita est natura composita. His nempe omnibus medullæ generatio initium præbuit. Vincula enim uitæ illius quam anima corpori iuncta ducit, applicata medullæ, ex eaq; per omne diducta, uinciunt fulciuntq; corporis nostri constructionem. Ipsa uero medulla est ex alijs generata. Sunt quidem trianguli primi quidam & in deflexi, lenesq; ad ignis, aeris, aquæ, terræ, exactissimam generationem accommodatissimi, è quorum generibus singulis deus fecerens singulos, & inuicem contemperatos permiscens, totius generationis mortalium sementem fomitemq; constituit, dum medullæ ex his substantiam procrearet. Postea uero ferens in ea, animarum genera alligauit. Figuras præterea quotcunque & qualescunque ex singulis speciebus adesse medullæ oportuit, tot penitus, atque tales statim in prima illa distributione distinxit. Et illam quidem medullæ partem in quam uelut agrum quandam diuinum semen faciundum erat, globosam & undique teretem finxit: atque encephalum, id est cerebrum, idcirco uoluit nominari, quia unoquoque animali denique absoluto uasculum cerebri capax, cephalum, id est caput, uocandum erat. Quod autem reliquas mortalesq; animæ uires comprehensurum erat, rotundis simul oblongisq; figuris ornauit, totumq; medullam uoluit nominari: atque ex ijs quasi quibusdam ancoris faciens totius animæ uincula, circa illas iam uniuersum nostrum

Prudentis
opus

Iecur

De liene

De intestinis
atque eorum
spiritus

De ossibus &
carne

nostrum corpus absoluit, ossiumq; textura extrinsecus eas fulciuit. Os uero ipsum ita composuit. Terram atterens puram lenemq; miscuit, madefecitq; medulla. Id postea in ignem iecit, deinde in aquam misit, rursus in ignem, iterum & in aquam. Atque ita saepe transferens in utrunque, tale reddidit, ut à neutro liquefieri posset. Hoc igitur usus sphaera ossæ quasi torno facta cerebrum circumsepsit. Huc angustos reliquit meatus, & circa ceruicis simul dorsiq; medullam ex ipso rotulas uertiginesq; effingens, quasi cardines subdidit, ita ut à capite per totum protenderit. Sic utiq; semen omne seruauit, dum lapideo ambitu circumuallauit. Articulos insuper addidit, alterius ipsius natura usus in ipsis tanquam mediis quadam existente potentia motus flexionisq; gratia. Arbitratus uero ossium naturam aridiorem rigidioremque quam oporteat fore, & cum ignita euasere, ritatque etiam frigefacta illisuram corrupturamq; cito semen internum, neruorum carnisq; genus effinxit: ut neruis quidem membra reliqua uiuentibus, intensis remissisq; que circa cardines ipsos, corpus omnem ad flexionem tensionem ue promptum & agile redderet: caro uero tegmen foret aduersus frigus atque calorem; & quemadmodum externa corporis fulcimenta solent, ad casus uarios munimentum: præsertim quia talis erat futura, ut molliter leniterq; corporibus cederet. Cui calidum idcirco humorem indidit, utestate quidem rosca madida que extrinsecus, toti corpori domesticum praebebat refrigerium, hyeme uero rursus proprio igni exteriorem glaciem moderate repellat. Hæc cum fictor ille nostri corporis cogitaret, mixtione quadam ex aqua, igne & terra contemperata, & acuto illis falsoq; fermento adhibito, succi plenam ac mollem carnem confluxit: natura uero neruorum ex ossibus & carne non fermentata unam ex utriusque potentia mediam temperauit, flauoq; infecit colore. Hinc fit ut carne quidem tensior & aridior, ossibus autem agilior molliorq; sit neruorum substantia. His deus medullam simul & ossa deuinxit, & hæc omnia carnibus cooperuit. Quæ igitur ossa animata maxime erant, paucissimis carnibus adoperuit: quæ uero minime, contra plurimis atque crassissimis. Iuncturis insuper ossium, præterquam ubi necessitatis ratio aliter postulabat, paucas carnes adiecit, ne flexionibus impedimento forent, tarda q; ad motum corpora facerent, ne ue sua quadam solida crassitudine obtusioriq; mole sensuum aciem hebetarent, memoriam impedirent, ingenij acumen obtunderent. Quamobrem inguinum, tibiarum, iliorum, brachiorum, lacertorum ossa, & cætera omnia quæ articulis carent, quæ ue intus latentia ossa propter animæ paucitatem in medulla, prudentiæ uacua sunt, multis sunt carnibus adoperita. Paucioribus uero quæ prudentiam habent, nisi forte carnosam quendam moles proprie ad sensum aliquem aptata sit, qualis est lingua. In cæteris est ut diximus. Natura enim ex necessitate genita atque nutrita nullo modo os compactum carnemq; multam simul & acutum sensum admittit. Maxime namque omnium ea capitis compositio habuisset si una concurrere potuissent: genus que hominum pingue, neruosum, robustum que habens caput, uitam duplam, ac etiam multo diuturniorem, ualidiorem, placidiorem quam nos possedisset. Cæterum nostris illis fabricatoribus de nostro genere consultantibus utrum diuturnius quidem, sed deterius, an breuioris quidem uitæ, sed melioris, efficerent, uisum fuit uitam breuiem melioremq; diuturnæ & deteriori esse omnino anteposendam. Itaque caput osse raro texere, sed carnibus neruisq; quia flexiones non erathabiturum, non fulciuerunt. His omnibus de causis caput membris omnibus acutius ad sentiendum prudentiusq; sed imbecillius est constitutum. Neruos autem ob hanc rationem atque hoc pacto deus extremæ parti capitis circumponens, spinæ dorsique quadam similitudine circumplecauit, summisque illis maxillas sub uultu deuinxit, reliquos per omnia membra disseminauit, articulum connectens articulo. Nostri præterea illi exornatores, oris naturam dentibus, lingua, labijs, ita ut nunc uidemus, necessariorum simul & optimorum gratia ornauerunt. Nam ingressum quidem necessarium, egressum uero optimorum gratia excogitauerunt. Nempe necessarium est quicquid alimoniam in corpus admittitur. Verborum autem effluxio sinistra prudentiæ, effluxionum omnium optima est atque pulcherrima. Caput præterea nudo osse relinqui omni alio tegmine destitutum non poterat, propter caloris frigorisq; excessum: neque rursus carni pondere pragrauatum, sensus expertus obtusumq; reddendum erat.

Carne

De capillis

Carne igitur non penitus desiccata residuum quod maius supererat segregatum est, cutisq; ipsa circa cerebri humorem sibi ipsi iuncta & germinans caput circumuestiuit. Humiditas autem sub iuncturas scaturiens irrigauit, compegitq; ipsam ad uerticem. Iuncturarum uero species uaria propter circuituum alimoniamq; potentiam facta est; & his quidem magis inuicem pugnantibus plures, minus uero pauciores. Hanc omnem cutem undique igne pupugit percussitq; deus. Per cutis inde quasi fauciae rimulas humor effluxit: quod uic illuc humidum calidumq; syncerum erat, abiit: quod uero ex istdem quibus & cutis, erat permixtum, emanationis impetu extra productum, in longum extensum est, te nuitatem punctationi penetrationiq; illi æqualem habens. Sed propter tarditatem à spiritu circumstante retusum, rursusq; sub cutem reuolutum, radices egit. His utique causis capilli in cute sunt nati, secundum pellis corijq; similitudinem cuti quam proximi, sed propter coagulationem à frigiditate factam duriores cute atque densiores. Nempè capillus extra cutem productus frigore riguit. Hoc pacto conspiciatur hirsutumq; caput nobis deus instituit, causis quidem usus illis quas diximus: tegmen uero ipsum ad cerebri tutelam non carnibus ponderosum, sed leue esse uoluit, quod ad frigoris caloris ue intemperiam repellendam sufficeret, & sensus acumen minime impediret. Ea uero quæ in digitis est nerui, pellis, & ossis complexio, aridior facta, communi quodam uno durioriq; cutis tegmine est adoperta. Cuius quidem accessoria ministratq; causa in istis quæ diximus constituit: principalis autem causa in ea intelligentia quæ id futuræ commoditatis gratia sibi cauit. Quod enim ex uiris quandoque mulieres & cæteræ animantes erant futuræ, nostri illi opifices non ignorabant, quin etiam quod unguium usum bestiarum quoq; multæ ad opera multa erant habituræ, intelligebant. Quapropter homines statim genitos unguibus armauerunt. Hac utique ratione, & his de causis pelle, capillis, unguibus extrema membra operuere. Quoniam uero partes & membra omnia mortalis animantis in mutua quadam cognatione genita erant, uitamq; necessario in igne ac spiritu possidebant, ne animal ipsum ab his resolutum exhaustumq; cito deficeret, hoc dii consilio providere. Quippe humani generis naturam quandam cognatam alijs formis sensibusq; miscentes, quasi animal quoddam aliud plantauerunt. Talia sunt domesticæ arbores, plantæ, semina, quæ consita nunc cultaq; ab arte mitia nobis sunt; quondam uero sine cultura, agrestia. Quicquid enim uitæ est particeps, iure animal nominabitur. Quod autem nunc dicimus, terræ animæ speciei est particeps, quam inter diaphragma & umbilicum locauimus. Cui opinio, ratio, mens nulla penitus inest. Sensus uero suauis & tristis unâ cum cupiditibus conuenit. Omnia siquidem continue patitur. Cum uero in seipso ad semet conuertatur, externumq; respuat motum, & proprio motu domesticumq; utatur, idcirco huic natura non tribuit, ut quicquam pensi habens, suorum aliquid consideraret. Quapropter uita quidem fungitur, nec est ab animali diuersum. quia uero illa uis qua quid seipsum transfert, orbatum fuit, stetit rigens, & fixum radicibus hæsit. Cum hæc omnia superiores illi nostri ad nutrimentum nobis inferioribus suppeditassent, in nostro corpore quasi quodam horto meatus ueluti aquæ ductus uarios diduxerunt, ut liquoris deriuatione irrigaretur. Principio meatus occultos sub conflatione cutis & carnis, duas scilicet uenas in tergo diuiserunt, secundum geminam corporis ipsius figuram, ad dexteram & sinistram. Has utique ad spinam demiserunt, mediamq; medullam genitalem comprehendere, ut & hæc quam maxime uigeat pulluletq;, & uberior hinc ad alia quasi decliuus effusio, irrigationem æquabilem præbeat. Post hæc partientes circa caput uenas, easq; inuicem ex opposito implicantes, partim à dextris ad sinistram, partim à sinistris ad dextra corporis dispartierunt, ut capiti ad reliquum corpus unâ cum cute connexo foret, postquam neruis quidem non erat circulo quodam secundum uerticem comprehensum atque distinctum: atque etiam ut sentiendi uis ab utrisque partibus per totum corpus undique demanaret. Hinc uero aquæ ductum hoc ordine deduxerunt: quem plane perspicimus, si hoc inter nos primum asseuerabimus. Quæcunque ex minutioribus componuntur maioræ detinent: quæ uero ex grandioribus, minutiora cohibere non possunt. Ignis autem præ cæteris generibus, minutissimis constat particulis. Ideoque aquam, aerem, terram, & quæ ex his componuntur omnia, penetrat, transiitque usque adeo, ut nihil ipsum ualeat

ualeat cohibere. Idem quoque de nostro utero cogitandum. Nempè cibos & potus ingestos retinet. Spiritum uero & ignem, quia eius compositione tenuiores sunt, demorari non potest. His igitur usus est deus ad irrigationem ab utero in uenas perficiendam. Rete enim quoddam ex aere atque igne instar gibbosæ fagenæ contexit. Vbi duo sunt ad ipsum introitum gibbi conuexa: quorum alterum bifariam bino pulsu iterum impliuit, & ab ipsis gibbi conuexis ueluti funes per totum corpus usque ad texturæ illius extrema circumtendit. Interiora igitur ipsius tricæ omnia ex igne composuit, conuexa uero & receptaculum ipsum ex aere. Demum hæc assumens in animali formato hoc pacto disposuit. Conuexa quidem in os dimisit, Cum uero conuexum gibbosumque sit duplex, per arterias alterum in pulmonem usque traiecit, alterum circa arterias in uterum. Alterum uero partitus utranque illius partem ad fistulas narium cõmuniter duxit, ita ut quando alterum ad os non peruenit, ex hoc ipso omnes illius fluxus meatusq; repleantur. Alteram uero gibbi retisq; capacitatem circa omnes partes corporis concauas esse uoluit. Idq; omne aliâs quidem in conuexa incuruâs confluere molliet, quasi aer illic sit, effectit: aliâs autem conuexa incuruâs ipsa refluere: Rete uero quoniam rarum sit corpus penetrare per ipsum rursusq; emergere. Radios autem ignis interiores successione continua subsequi, in utranque partem aere transeunte. Idq; donec mortale consistit animal, fieri nunquam cessat. Huiusmodi agitationem, merito expirationem respirationemq; nominatam esse censemus. Omne autem hoc opus omniscq; nostra hæc passio, in corpore sit, irrigatione quadam & refrigerio ad uitam & nutrimentum. Quando enim expirante & respirante halitu, ignis simul interior sequitur, perq; uterum diffusus poculenta esculentaq; offendit, liquefacit protinus ipsa, partitur in minima, per exitus qua progressio patet tanquam ex fonte quodam educit: in meatus uidelicet uenarum traiecit quæcunque exhaustit, atque per corpus quasi uallem uenarum fluenta diducit. Sed uideamus iterum quibus causis respiratio hunc in modum quem nunc cernimus fuerit instituta. Cuius quidem rei talis erit consideratio. Quoniam uacuum nusquam est, quod quicquam eorum quæ perferuntur, ingredi queat, spiritus autem è nobis euolat, cuius consistat non in uacuum quidem hunc spiritum euolare, sed proximum sibi è sua sede depellere, depulsum rursus illum proximum sibi semper extrudere, ac secundum necessitatē huiusmodi quicquid in sedem illam percutitur atque impellitur, unde exclusus est halitus, ingressum illuc replensq; halitum ipsum subsequi. Idq; totum simul reuolutionem quadam, qua nusquam sit uacuum, fieri. Quamobrem cum peccus pulmonesq; spiritum efflauerint, mox aere corpori circumfuso meatus corporis penetrante replentur. Ac rursus euolans à corpore aer & emissus anhelitus inspirationem intro retrahi cogit per otis nariumq; meatus. Causas uero quæ his principium dant, huiusmodi ponimus. Omne uniuersi huius animal in uenis & sanguine calorem quasi fontem ignis aliquem possidet, Idq; reti fagenæ comparauimus, per medium extensum, totumq; ex igne contextum, cum exteriora omnia ex aere sint. Calorem sane putandum est natura sua in regionem suam extra ad id quod sibi cognatum est emanare. Cum uero discursiones duæ sint, una per corpus extra, altera rursus per os ac nares, cum anhelitus ad alia impetum facit detruditq;, alia contra retrahit atque repercutit. Quod autem retractum est, in ignem incurrens calefit: quod exhalauit, friget. Dum ergo caliditas permutatur, & quæ alio trāsitu utuntur, calefcunt, ac rursus quod feruet ad naturam suam emigrat, & hac emigratione alia in aliud iter repercutit, rursusq; hæc idem perpetiuntur agunt que semper, certe anhelitus hic circulo quodam hinc & illinc iugiter fluctuans expirationem & inspirationem continet. Quinetiam causæ passionum quæ ex attractu ampullarum ex corpore à medicis fiunt, atque etiam potionis, & eorum insuper quæ iactantur, siue emittantur sublimia, seu deferantur humi, hac utique ratione tractandæ uidentur. Voces præterea, quæcunque ueloces & tardæ, acutæ & graues audiri solent, aliâs distonæ propter motus eius qui in nobis ab ipsis sit, dissimilitudinem, aliâs propter similitudinem confonæ. Priorum enim uelociorum que cessantes motus, iam que ad simile quiddam progressos, tardiores ipsæ uoces succedentes illis, eos que mouentes, occupant: comprehendentes uero non alium quidem motum inijciendo perturbant, sed tardioris lationis motum secundum principium uelocioris inducunt. Dum uero desinentis motionis fundum

dinem sibi quandam accommodant, unum ex acuta & graui concentum contemperant. Vnde insipientibus uoluptatem, sapientibus gaudium propter diuinæ harmoniæ imitationem in lationibus mortalibus repertam, tribuunt. Eadē ratio est de aquarum fluxibus, de fulminum impetu, de electri mirabili illo attractu, lapidis uel illius qui Heraclius nominatur. Reuera nullius horum attractio fit: sed cum nusquam sit uacuum, & hæc se inuicem pulsant, atque repellant, concretaque & discreta suum locum singula possunt, diligenti harum rerum inuestigatori ex his mutuis passionibus euentus illi mirabiles contingere uidebuntur. Atqui respiratio, unde huc digressi sumus, ab his causis, & hunc in modum ut supra diximus prouenit. Dum uidelicet ignis cibos diuidit, eleuaturque intrinsecus affectus spiritum, uenas à uentre communi eleuatione huiusmodi replet, ex eo quod attrita inde haurit, & ob hanc rationem per totum animalium omnium corpus alimentorum liquores penitus diffunduntur. Statim uero attrita & à cognatis suis ablata partim fructibus partim graminiibus, quæ deus ad alimentam corporis nostri produxit, colores propter mixtionem omnino uarios habent: sed plurimus in his ruber, us præualeat color, cuius natura ex ignis portione & abstersione in humido facta prouenit. Propterea eius quod in totum corpus permanat, color, talis aspectu est quem diximus. Id sanguinem nominauimus, carniū & uniuersi corporis pabulum: unde imitatio distributa passim exhausta cuncta replet. Modus autem impletionis euacuationis talis est, qualis in uniuerso cuiuslibet latio, per quam cognatum quodlibet ad se ipsum se confert. Quæ enim nobis extrinsecus circumfusa sunt, resoluunt nos assidue, & singulas nostri portiones ad species suas foras emittunt. Sanguinea uero in nobis attrita in uisceribus, ut par est in quolibet animali fieri sub celo constituto, totius lationem imitari coguntur. Cum igitur attrita quælibet in nobis cognatum possant, exhausta quælibet implent. Porro quando abscedit plus quam accesserit, decrescit animal: quando contra fit, augetur. Recens igitur animalis cuiuslibet compositio cum nouos uelut ex ligneo quodam contextu triangulos habeat, ualidam quidem eorum structuram possidet: moles autem eius tenerior tota coaluit: quippe quæ ex recentiori medulla concreuit nuper, & lacte nutrita est. Susceptos ergo triangulos illos extrinsecus incidentes ex quibus cibi potusque conflantur, triangulis proprijs antiquiores imbecillioresque, iuniorum uel uincit & conterit, & grande animal ipsum reddit, dum ex multis similibus alit. At cum triangulorum suorum radicem compagemque relaxat, ex eo quod magnis laboribus longo tempore aduersus multa certando fatigata & domita sit, tunc sane alimenta suscepta in similitudinem suam non potest comminuendo redigere, sua uero membra ab ingredientibus facile dissipantur. Hinc iam minui ac deficere omne incipit animal, cum superatur, detrimentumque istud senectus appellatur. Finis uero tunc obuenit, quando triangulorum illorum ex quibus medulla conficitur, olim coaptata uincula, nihil amplius uident, sed defatigatione iam relaxata nexus animæ deserunt. Anima uero clam secundum naturam cum uoluptate protinus euolat. Quicquid enim contra naturam fit molestum: quod autem pro rei natura, iucundum. Similiter & mors quam morbi & uulnera intulerunt, uolenta est atque molesta: quæ uero senio paulatim ad finem deducere naturaliter surrepit, inter omnia mortis genera leuissima est, & cum uoluptate potius quam dolore contingit. Morbi autem unde nascuntur, quis dubitet? Nam cum quatuor illa sint ex quibus compactum est corpus, Terra, Ignis, Aqua, Aer, horum non naturalis, excessus, defectusque, & ex loco proprio in alienum translatio, per quam quod sibi conueniens est, non tenent, intestinam quandam seditionem & morbos inferunt. Quando enim præter naturam unum quodque fit aut transfertur, calefcunt utique quæ ante frigebant, arida madent, grauescunt leuia, & cætera omnia similiter permutantur. Solummodo uero idem aliquid sibi met secundum idem, atque similiter & debita proportione seruata accedens uel decedens, permittit se idem sibi ipsi sospes integrumque manere. Quod autem aberrat, siue accedendo seu decidendo, mutationes uarias, morbos, corruptiones infinitas inducit. Ex secundis quoque compositionibus secundum naturam constitutis secunda bonæ uel malæ ualitudinis coniectura id quæ uenit cuique dabitur. Cum enim medulla ex illis & os & caro & nerui constituerint, sanguis præterea ex ipsdem quamuis alio modo concreuerit, cæteri quidem euentus plurimi quemadmodum superiora contingunt, maximi

maximi uero morbi atque grauissimi hoc pacto nascuntur. Quando uidelicet ordine conuerso ista ex se inuicem fiunt, proculdubio corrumpuntur. Nempe secundum naturam carnes & nerui ex sanguine generantur: nerui quidem à uillis & ligamentis propter cognationem, carnes autem à coagulatione quadam eius quod secretum à uillis & ligamentis concreuit. Quod rursus à neruis & carnibus emanat glutinosum & pingue, simul quidem carnem ut plurimum ad ossium naturam, ac etiā os ipsum medullam circundans nutrimento exauget. Quod rursus per ossium crassitudinem stillat purissimum genus triangulorum, lenissimumque, & pinguedine abundantissimum, dum defluit ex ossibus, atque delabitur, medullam irrigat. Quatenus igitur singula hunc in modum fiunt, bona ualetudo seruatur. Mala uero sequitur ualetudo, quando fit contra. Nam quoties eliquata caro tabem rursus transmittit in uenas, sanguis una cum spiritu multus ac uarius in uenis, coloribus diuersis amaritudines & acidis salisque infectus saporibus, bilem, cruorem, pituitam gignit quam plurimam. Quæ quidem omnia rursus sic genita & corrupta sanguinem ipsum in primis inficiunt, & ipsa nullum nutrimentum adhibentia corpori, feruntur passim per uenas nullo prorsus naturalis circuitus ordine obseruato. Inimica sane inter sese ista sunt, propterea quod nullum sui sibi inuicem præbent usum. Naturali præterea corporis habitudine suorum in statu perseveranti dissoluendo & liquefaciendo plurimum aduersantur. Portio namque carnis uetustissima cum liquefcit, ad digestionem concoctionemque ineptissima, propter ueterem exultionem nigrescit: quia uero contabuit, penitusque exesa est, amaritudinem contrahit, cæteris omnibus corporis partibus nondum contaminatis aduersam, & tum quidem pro amaritudine niger ipse color acerbiter & acrimoniam habet, eo iam quod amarum fuerat magis attenuato; tum uero amaritudo rursus sanguine tincta colorē habet rubrum, sed nigro huic admixto felleum. Præterea flauus color cum amaritudine coit, quando ob ignis flammam noua caro liquefcit. Et nomē quidem omnibus his commune bilem imposuit uel medicus aliquis, uel certe eo ingenio præditus quispiam quo multa & dissimilia dispicere posset, ac rursus genus in multis unum uno cognomēto dignum inspicere. Quæ uero bilis species appellantur, pro colorum uarietate rationē singulis propriam acceperunt. Cruor præterea, qui sanguinis residuum & defluxus est, lenis est ac mitis; qui uero bilis atræ acrisque, agrestis, quando propter caliditatem falso saporis missetur huiusmodi quiddam acida pituita nuncupatur. Sæpe uero tenerioris recentisque carnis portio quædam una cum aere colliquefcit, deinde uento inflatur incluso, humiditate protinus circumfusa: fiuntque ex hoc ampullæ, quæ sigillatim propter paruitatē uideri non possunt: iunctæ uero simul & in grandiores tumefactæ moles, conspiciuntur, colorēque propter spumæ generationem habent album. Omnem hanc tenerioris carnis eliquationem una cum spiritu factam, quæ ex humiditate uento circumfusa tumefcit, albam pituitam appellamus: recentis item pituitæ residuum defluxumque lacrimas atque sudorem, & quotcumque alia in quæ quotidie corpus resoluuntur. Atque hæc omnia instrumenta morborum, quando scilicet sanguis non cibis & potibus secundum naturam, sed ex contrarijs præter naturæ leges excreuit. Quando igitur caro quælibet circūciditur, eiusque radix permanet, diuicia quædam est calamitatis potentia. Facile enim restauratur. Quando uero quod carnes ossibus alligat, agrotat, & sanguis ex illis ac neruis defluens haud amplius nutrit ossa, carnem uel reuincit, sed ex pingui & glutinoso asper, salus, siccus, & squalidus iniquitate uictus est factus, tunc certe quod omnia ista perpetitur, abscissum ab ossibus sub carne neruisque rigit. Caro etiā à radicibus decidens nudos relinquit neruos, & falso obductos humore, & in fluente sanguinis permanens, morbis quos supra diximus numero etiā plures reddit. Graues quidem hæc corporibus passionibus: quæ uero has præcedunt, admodum grauioribus. Quando uidelicet os ob carnis crassitudinem respirationem non habet sufficientem, ideoque putredinis calore uexatum atque restrictum, alimenta non suscipit, rursusque ipsum in illam contra decidit frige factum. Illa uero in carnem, caro in sanguinem rursus delabitur. Vnde acriores superioribus morbi nascuntur. Extremum uero omnium est, quando medullæ natura propter defectum aliquem aut excessum agrotat. hinc enim omnium uehementissimi & ad mortem periculosissimi morbi proueniunt. tunc enim omnis compago corporis necessario dissipatur. Tertiā post hæc morborum speciem tripartito diuidimus. Alius enim spiritu, alius pituita, alius bile creatur. Nam cum spiritus

ipſius cuſtos, & quaſi penurarius pulmo diſtillatione occluſus libera & expedita ſpiraculo nobis non exhibet, & hinc quidem nullus mittitur ſpiritus, illinc uero pluſquam oportet accipitur, tunc quaerendae reſpiratione & refrigerio carent, marceſcunt. Quod uero accipitur nimium, per uenas traductum eas cōtorquet, liquefacitq; corpus, eius in medio Diaphragma, medium ſcilicet interpoſitum occupans. hinc morbi admodum moleſti multo cum ſudore innumerabiles oriuntur. Saepe etiam intra corpus diſcreta & rarefacta carne innalcitur ſpiritus, qui cum foras egredi nequeat, iſdem quibus & ingreſſi aliunde ſpiritus, doloribus afficit. Sed ingentibus tunc affligit doloribus, quando neruis proximisq; tenuis circumſuſus hanc inflat, & ligamenta continuoſq; neruos à tergo intendit atq; detorquet. Qui ſane morbi ab ipſa intendente & inflante paſſione tenſiones, & à tergo conuulſiones cognominantur, quorum difficile remedium eſt. Subortae enim febres hos maxime ſoluunt. Alba uero pituita propter ampullarum ſpiritum intus incluſa difficilis, ad exteriorem cutem delapſa, mitior, ſed corpus uarijs ſordibus aſpergit, albiſq; inſicit maculis, atq; morbos alios eiſmodi generat. Atra uero bili permixta, cum diuiniſſimos carpit meatus illabitur, diſſipare eos ſolet atq; turbare. Si dormientibus id contingat, mitior ſi uigilantibus, expulſu difficilior. Cum uero ſacræ naturæ languor hic ſit, haud abs re ſacer morbus eſt appellatus. Proinde pituita acida atq; item ſalfa, languorū omnium qui diſtillatione fiunt origo eſt. quoniam uero plurima loca illabitur, malas gignit ualeitudines plurimas. Quaecunq; autem partes corporis tumefcere dicuntur, à bilis incendio, & combuſtione ueuantur, quæ cum expirat extrinſecus uarios aſtu ſuo tumores producit, intrinſecus uero cohibita, urentes edacesq; morbos plurimos procreat. Tunc autem peſſima eſt, quando pus ſanguini mixta & uillorum ligaminumq; ſila ſuo ex ordine dimouet, quæ ideo in ſanguinem diducta & ſparſa ſunt, ut mediocrem tenuitatis & craſſitudinis habitum conſequatur, neq; propter caliditatem cum ipſe ſit lubricus, raro ex corpore deſluat, neq; ſi craſſior ſit, ad motū fiat ineptior atq; ægre per uenas ſluat & reſluat. Ad hanc utiq; naturæ commoditatem, huiuſmodi per oportuna ſunt ligamēta, quaſi quis etiam mortuo & ob frigore rigente ſanguine inuicem conducit & cōtrahat, reliquis ſanguis omnibus diſfunditur. Cum uero miſſa fuerint, illico cum precedente frigore reſtringuuntur. Quoniam uero hanc uim uilli huiuſmodi in ſanguinem habent, cum bilis natura ſanguis uetus euaserit, ac ruruſ ex carnibus in hunc fuerit reſoluta, calida & humida paulatim primam incidens uillorū illorū uicōpreſſa reſtringitur. Compreſſa uero extinctaq; uiolenter, procellam intus tremoremq; ciet. Cæterum quando uerior affluit, calore proprio ligamenta exuperans, præter modum exaſtuans, ſeruat quidem, ac ſi continue ad finem uſq; idonea uictoria ſit, penetrat in medullas, aduſtiſq; radicibus inde animæ uincula, quaſi nauis funes reſoluit & amputat, liberamq; dimittit. Sed cum inferior ad eſt, corpusq; liqueſcens ei reſiſtit, ipſa deuincta, aut per totum corpus excidit, aut per uenas in uentrem inferiorem ſuperioremue compulſa tanquam tranſfuga ex ſeditioſa ciuitate, ſic effugit è corpore, morboſq; eos inducit, quos Diarrhoeas uocant, & Dyſenterias, id eſt fluxus uentris lubricos, fluxusq; mordaces, necnon multas generis eiſdem alias moleſtiſas inſert. Quando igitur corpus ignis potiffimum exceſſu languet, continua febre laborati, quādo uero aeris, quotidiana diſcreta. Aquæ tertiana, propterea quod aqua ſegnioreſt quā ignis & aer. Terra demum exceſſu, quartana. Terra liquidem omnium tardiffima, quarto gradu cum ſit, temporis circuitu quarto feruet, deſeruetq; hinc quartanas inuehit febres, quæ uix ſeroq; ſanantur. Atq; hoc quidem pacto corporis morbi cōtingūt. Animæ uero morbi propter corporis habitum ita naſcuntur. Morbum animæ dementiam eſſe ſenſimus. Eius generā duo ponimus, Inſaniam & imperitiam. Quæcumq; igitur paſſio alterutrum iſtorum inſert, animi ægritudo eſt nuncupanda. Idcirco uoluptates doloresq; admodum uehementēs, morborum animæ omnium grauiffimi iudicandi. Quisquis enim uel nimia geſtit lætitia, uel nimio dolore deprimitur, dum illam auidius importuniſq; aſcendere, hunc uitare obnixè conatur, neq; cernere neq; audire recte quicquam poteſt, ſed rabie furit, & in eo habitu conſtitutus, minime rationis eſt compos. Qui uero fluido ſtupidoq; circa medullam abundat ſemine, utq; arbor pluribus quā conueniat fructibus grauida nimia ubertate luxuriat, is proſectio multis paſſim doloribus, multis item uoluptatibus in libidinibus ipſis earumq; foetibus, fructibusq; affectus, per omnem

Diarrhoea &
Dyſenteria
De febribus

Voluptates et
dolores uehementes morbi
anime grauiffimi

fermeſtam ob ingentes uoluptates doloresq; inſanit, ac furit: cumq; huius animus propter corpus æger ſit atq; inſipiens, uulgo tamen non æger, ſed pro uoluntate ſua ut liber affectus falſo putatur. Veritas autem ſic habet. Nempe uenerorum intemperantia maxima ex parte propter generis unius habitum per oſium raritatem in corpore lubricum madidumq; animi inſirmitas eſt. Ac ferme omnīs uoluptatum incontinentia, quæ perinde ac ſi ſponte improbiſſimus uituperari ſolet, nō recte ita uituperatur. Nemo enim ſponte malus, ſed propter prauum quendam corporis habitum rudemq; educationem, malus omnīs ſit malus. Omnibus autem aduerſa inimicæq; hæc ſunt, & mala noxiæque contingunt. Ruruſ dolore afflictuſ animus ſimiliter propter corpus in prauitatem plurimam incidit. Acris enim & inſeſta pituita, amari item felleiq; humores, quando oberrātes per corpus non exhalant, ſed per uiſcera reuoluti uaporem ſuum penetralibus animæ ipſius inſundunt, languores animæ uarios & magis & minus, tum plures, tum pauciores efficiunt. Perferuntur ſane ad tres animæ ſedes humores uaporesq; huiuſmodi, ac pro loci diuerſitate unuſquicq; uarias ſpecies generat, diſſicultatis, atq; moleſtiæ, audaciæ ruruſ uoluptatisq; obliuioniſ præterea, atq; hebetudinis. Saepe etiam ad prauum hunc corporis & affectionis habitū accedunt mores ciuitatis iniqui, ſermonesq; & priuati & publici non parum omnino noxi, nec ullæ doctrinæ ad tantorum malorum remedia à tenebratate diſcuntur. Atq; ita quicunq; noſtrum prauū ſunt, duabus ex cauſis præter uoluntatem maxime contingentibus, prauū ſiunt. huiuſmodi quidem malorum cauſæ ſerentibus potius quā ſatis, educantibus quā educatis attribuendæ. Conandum tamen pro uiribus, educationis, ſtudiorum, doctrinarum, diligentia improbitatem reiſcere, aſſequi probitatem. Sed horum quidem tractatio alio conſtat diſſerendi modo. Nunc iam cōuerſo quo cultu quibusue cauſis corporis animiq; ſalutem adipiſcamur, decet exponere. Inſtitius enim eſt de bonis q̄ de malis uerba facere. Omne bonū pulchrum; pulchrum uero ſine meſura & moderatione eſſe non poteſt. Ideoq; animal quod tale futurū eſt, conuenienti meſura moderatum eſſe oportet. Ex eorum autem numero quæ cōmeſurata moderataq; dicuntur, exigua quadam perſentimus & iudicamus, præcipua uero & maxima ignoſcamus. Porro ad bonā & malam ualitudinem, ad uirtutes & uitia nulla moderatio uel ſi moderatio maioris momenti quā animæ ad ipſum corpus eſſe uidetur. Horū nihil conſideramus, neq; animaduertimus, quōd quādo robuſtam magnamq; animā imbecillior inferiorq; uehit ſpecies, uel quando contra iſta iunguntur, totū ipſum animal pulchrum eſſe non poteſt. maxima enim meſura & moderatione caret. Quod autē contra affectum eſt, ſpectaculorum omnium ei qui id ualeat intueri, pulcherrimum amabiliſſimumq; apparet. Corpus quidem quod grandioribus uel inæqualibus cruribus, aut quouis alio modo exceſſe membro ſecum ipſo diſſentit, & deforme eſt, & in ferendis laboribus conuoluetur, uacillat, laſſatur, & concidit, innumerabiliūq; malorum ſibi cauſam præbet. Idem quoq; iudicandum de eo ex anima & corpore cōpoſito, quod animal appellamus. Quando enim anima corpore admodum potentior eſt, exultat in eo atq; effertur, totum ipſum intrinſecus quatiens languoribus implet. Quando etiam ad diſcendū in ueſtigandumq; collectis in unum uiribus uehementer incumbit, liquefacit protinus corpus & laheſcit. Deniq; cū ad docendum diſſerendumq; priuati & publice ambitioſa quadam concertatione contendit, inſtat inſtat corpus atq; reſoluit. Nonnunquam etiam diſtillationes fluxusq; commouens medicorum plurimos decipit, cogitq; illos contrarias cauſas iudicare. Ruruſ quando corpus grande & pigriori mole ſuperexcedens puſillæ exiliq; cogitationi animi copulatur, cum geminæ ſint in homine ſecundum naturam cupiditates, una quidem per corpus alimentorum, altera uero per id quod diuiniſſimum nobis in eſt, prudentiæ; tunc ſane potentioris illius præualentes agitationes quod ſuum eſt adaugent, quod uero animi, hebes, indocile, obliuioſum reddunt, atq; ita inſirmitatē maximā uideſcit imperitiā generant. Vna demum eſt ad utrunq; ſalus & conſeruatione, ut neq; animam ſine corpore, neq; corpus abſq; anima moueamus, ut in mutua cōtentione exæquat inuicem uiribus inſurgentiā bonam totius ualitudinē tueantur. Quapropter quicunq; mathematicis doctrinis operā dat, aut cuius mentis indagatiō uehementius ſtudet, debet etiā motū corporis adhibere, & in gymnastica exercitatione uerſari. Ac ruruſ qui ſumma corpus diligentia firmit & roborat, animæ quoq; uiciſſim motu adiungere, muſica &

omnibus philosophiæ studijs usus, si modo quis iure bonus simul & pulcher sit appellandus. Similiter quoque partes curare debemus, totius speciem imitati. Cum enim corpus ab ingredientibus incēdatur intus, frigidumue fiat, & iterū ab extremis aridum madidumue reddatur, & quæ deinceps hæc sequuntur perpetiatur, quando quis otium agens corpus motionibus his committit, superatum ab his dissoluitur. At si quis in curando corpore illam imitetur naturam quam altricem uniuersi uocauimus, ita ut nunquā torpere permittat, sed moueat semper iugis agitatione internis externisque motibus secundum naturam ubique resistat, & moderata quadam commotione aberrantes passiones corporis partesque cognitionis ratione seruata uicissim in ordinem redigat & exornet, secundum sermonem illum superiorem quem de uniuerso habuimus, nequaquam sinet inimicum inimico ad motum prælia in corpore morbosque cicere, sed efficiet potius ut amicum adhærens amico sanitatem corporis tueatur. Omnium uero motuum optimus ille est, qui in semet ex se ipso fit. Nam & mentis, & totius ipsius motioni cognatissimus est. Qui uero ab alio fit, deterior. Deterrimus autem motus, quando iacens & quietem agens corpus, ab alijs secundum partes mouetur. Quapropter purgationum constitutionumque omnium corporis, quæ exercitatione gymnastica fit saluberrima est. Proxime ad hanc accedit uectio facillis, siue nauis, seu quouis alio uehiculo peragatur. Tertia commotionis species tunc demum cum summa cogit necessitas, utilis, aliter uero nullo modo sanæ mētis homini suscipienda. Medicorum illa purgatio est, quæ pharmacis, id est solutiuis medelis, fieri solet. Morbi enim nisi periculosissimi sint, pharmacis irritandi non sunt. Omnis namque morborum constitutio animalium naturæ quodammodo similis est. Sane animalium compositio ab ipso generationis exordio certis temporum curriculis terminatur: idque & genus uniuersum partitur, & animal unumquodque ab ortu fatale uiuendi spatium in seipso exceptis necessarijs passionibus, continet. Etenim trianguli ab ipso initio singulorum uim possidentes usque ad certum tempus sufficienter ad usum uitæ coherent, ultra id uita nemini prorogatur. Idem quoque constitutionis modus languoribus conuenit. Quos si quis citra fatalem temporis cursum pharmacis amputare contenderit, ex paruis ingentes, ex paucis multi euadere conueuerunt. Quapropter diligentia uictus corrigendi & gubernandi sunt morbi, prout cuique datur otium, neque difficile infestumque malum pharmacis instigandum. Ac de communi quidem animali & parte illius corporea, qua diligentia regenda & gubernanda sint, ut ratio uiuendi seruetur, satis est dictum. Ipsum uero quod gubernatur est multo magis ac prius ita pro uiribus instruendum est, ut quam optime atque pulcherrime ad regendum sit præparatum. Exacta quidem huius rei discussio propria sibi & integram disputationem exigeret. Quantum uero forte ad id quo de agimus attinet, si quis per superiorum uestigia gradatur, non absurde sic maxime procedendo ad commodum istorum finem perueniet. Sæpe in superioribus diximus tres esse animæ species in nobis trifariam distributas, singulasque suos motus habere. Ita nunc paucis concludamus, quæcumque illarum torpet, & à suis motibus otium agit, imbecillissimam necessario reddit: quæ uero agit assidue, robustissimam. Quapropter danda est opera, ut species singulæ motus suos inter se moderatos conuenienti tenore conferuent. De præstantissima igitur animæ nostræ specie ita est sentiendum. Nempe hanc deus ut dæmonem nostrum cuique tribuit: hanc in summa corporis arce sedem habere dicimus, atque ad cœli cognitionem à terra nos tollere, tanquam animalia cœlesti potius quam terreno semine nata. Quod quidem recte admodum dicitur. Vnde enim primus animæ datus est ortus, inde diuina uis caput radicemque & originem nostram pendentem suspendens, totum dirigit corpus. In eo igitur qui concupiscentiæ & ambitiosæ iracundiæ affectibus explendis incumbit, necesse est opinionem omnem mortales fieri, atque eum quam maxime fieri potest mortalem profusus euadere, cum mortalem naturam pro uiribus auxerit. At eum qui totus discendæ ueritatis cupiditate ita grauerit, atque omnem eius operam præcipue in hoc uno impenderit, necesse est omnino siquidem ueritatem attingat, immortalia & diuina comprehendere: & quatenus humana natura immortalitatem assequi potest, eatenus hunc penitus mortalem euadere, nulla uidelicet immortalitatis parte dimissa, quineriam cum semper diuinum colat, ipsumque familiarè dæmonem in se habeat ornatissimum, præcipue beatum fore. Cultura autem cuiusque omnino una est, proprium cuique pabulum motumque tribuere. Et uero quo diuina

Qui optimus motuum

De purgationibus

Diligentia uictus corrigendi morbi

diuinum est, motus cognati sunt, uniuersi ipsius cogitationes atque circuitus. Hos itaque secutum unum quencque nostrum oportet discursiones illas nostras in capite olim à prima generatione corruptas, per ipsam mundanæ harmoniæ reuolutionisque intelligentiam ita corrigere, ut intellectæ rei intelligentem uim secundum pristinam naturam similem reddat, per quam similitudinem uitæ à deo optime nobis propositæ, & in præfenti tempore, & in futuro tempore adipsamur. Sed iam disputatio illa de uniuerso usque ad generationem hominum nobis proposita finem pene suum adeptam uidetur. Cæterarum uero animantium generationem quatenus duntaxat necessitas postulat, paucis perstringemus. Sic enim motum in hac disputatione tenere sibi quisque uidebitur. Verum de his iam ita dicamus. Qui De generatio ne foeminae
 cuncti uirorum iniusti timidique uixerunt, quemadmodum probabilis ratio nobis ostendit, in generatione secunda in foeminas sunt conuersi. Quo quidem tempore hanc ob causam dii coltus amorem machinati sunt. Igitur in uiris unum quiddam, in foeminis alterum uitæ & animæ compos ita composuerunt. Ipsum potus discursum, quo per pulmones subrenes in uelicam defluens & spiritu mixtus elisusque depromitur, dii in fistulam modum in compactam medullam à capite per ceruicem & spinam deriuauerunt, quod quidem Spermata De spermate
 id est semen, in superioribus nuncupauimus. Hoc autem utpote animatum ac respirans, qua parte spirat, per eandem uitale effluendi desiderium gignit, atque ita generandi amoris Generandi cupiditas
 interit. Quocirca pudendorum naturæ in uiris insita uis, inobediens atque imperiosa, & quasi animal non exaudiens ratione furiosarum libidinum uolentia subijcere sibi cuncta conatur. Vulua quoque matricisque in foeminis eadem ratione animal auidum generandi, quando procul à foetu per ætatis florem, aut ultra diutius detinetur, ægre fert moram ac plurimum indignatur: passimque per corpus oberrans, meatus spiritus intercludit, respirare non sinit, extremis uehat angustijs, morbis denique omnibus premit, quousque uirorumque cupido amorque quasi ex arboribus foetum fructumue producant: ipsum deinde decerpit, & in matricem uel ut agrum inspargunt: hinc animalia primum talia, ut nec propter paruitatem uideantur, nec dum appareant formata, concipiunt: mox quæ conflauerant, explicant, ingentia intus enutrium, demum educunt in lucem, animaliumque generationem perficiunt. Mulieres hunc in modum & foeminae omnes sunt genitæ. Auium autem genus ex nostro ita est apte formatum, ut pro pilis pennas acciperet. In hoc illi homines transeunt, qui simplices & innocentes cum sint, leues tamen sunt, & frustra in rebus sublimibus curiosi: qui uero adeo fatui sunt, ut oculorum iudicio confisi, hoc altissima queque firmiter demonstrari posse non dubitent. Gressibilium uero ferarum genus ex his natum hominibus, qui à philosophia penitus alieni ad cœlestia nunquam oculos erexerunt, ex eo quod uoluntatibus illis quæ in capite peragi solent usi nunquam sunt, sed illas animæ partes secuti quæ in uentre & pectore dominantur. Ex his utique studijs anteriora membra & capita ob ipsam cognitionem humi penitus defixerunt: in longum productum ac diuersum corporis uerticem tenere: quando quidem sibi propter desidiarum singulorum collisi sunt & contracti circuitus, & ideo quod quatuor pedum ac etiam plurium est instituta figura, ut in insipientibus deus maiorem ex pedibus multis atque progressu occasionem præstet, per quam magis etiam defleantur ad terram. Eos autem qui horum insipientissimi erant, corpusque in terram penitus prosternebant, quasi nihil ultra pedibus opus foret, in corpora carètia pedibus & humi serpentiæ permutarunt. Quartum genus aquaticum est, ex illis natum qui stolidissimi & imperitissimi fuerant, quos nostri illi transformers pura respiratione dignos idcirco non iudicauerunt, quia propter extremæ transgressionis iniquitatem animam impurissimam profusus habebant. Ideo ex tenui ac pura aeris illa respiratione, in aquæ respirationem profundam turbidamque merferunt. Vnde piscium & ostrearum ac denique aquaticum omnium orta est multitudinem: in qua certe mutatione illi ex sedium extremarum habitatione inscitia quoque extremæ dant poenas. Hunc in modum & olim & nunc in se inuicem animalia migrant, dum mentis & dementiae factura uel adaptione mutantur. Iam igitur nostra hæc de uniuerso disputatio finem habeat. Mortalia enim & immortalia uidentia mundus hic sortitus, atque inde completus, ita denique factus est uisibile uisibilia comprehendens animal, intelligibilis dei imago, sensibilis, maximus, interminatus, pulcherri-
 mus, perfectissimus, cœlum unum hoc atque unigenitum.

De generatio ne foeminae

De spermate

Generandi cupiditas

Generatio auium

Generatio ferarum

Generatio aquaticum



LATO noster officiosissimus patrie suae filius laudauit eam in Menexeno ex rebus contra orientales, laudat rursus in Critia ex rebus contra occidentales strenue gestis. Atque utrobique commentat ex multis, tum dei, tum naturae artisque; numeribus simulque; commonefacit omnes ne patrie sint ingrati: ac dum uirtutem Atticam tam orientem quam occidentem plagam superasse commemorat, in terea docet et omnia domari uirtute, et uiros uirtute praeditos, tum in occidentibus, id est rebus aduersis, tum in orientibus, hoc est secundis recte feliciterque se gerere. Nec iniuria post Timaeum de mundi generatione, legi uult Critiam de antiquitate mundi. Videtur autem neque huic historiae finem imposuisse, neque sequentem historiam sub Hermocratis titulo promissam composuisse. Hanc autem non fictam quidem, sed ueram historiam extitisse, constat. Primum quidem, quia ubicunque fingit aliquid, solet fabulam nominare. Hic uero tanquam historiam audeat asserere. Deinde idem omnino asserit in Timaeo, appellans rem miram quidem, sed omnino ueram. Et à quibus accepta sit diligenter utrobique recenset, scilicet à maioribus suis atque gentilibus. Critias enim hic ab auctore Critia, ille uero à Solone patre suo, qui literis quoque mandauit, Solo ab Aegyptiis sacerdotibus. Praeterea Proclus Marcelli cuiusdam de rebus Aethiopiae adducit historias, in quibus haec manifestissime confirmantur Aethiopiae rebus gestis inserta. Et si Platoniorum nullus historiam negat, Porphyrius tamē, Proclus, et ante hos Origenes, allegoriam in super uoluntate physica continere. Quos equidem uereor ne si conentur singula allegoriae ad unguem accommodare, ab ipso Platone derideantur, in exordio Phaedri curiosas nimium in huiusmodi rebus allegorias sub persona Socratis irridente. Verum ne Anagogicum sensum, quo prorsus neglecto nemo sit Platoniorum, omnino negligere uideamur, Pallada quidem sit numen intellectu uita praesidens, Neptunus uero numen fouens generationem atque gubernans. Athenienses figurae sint animarum intellectu solo uiuentium, numinumque; similitudo. Atlantici uero figurae numinum generationi fauentium, animarumque; corporibus coniunctarum ad generationis officium totiusque; ornatum. Conuenientissime uero per occidentem, per mare, per insulas, per uarias locorum partitiones, ipsa generationis materia mobilitasque; diuersa significatur. Bellum praeterea sit studiosa contentio, per quam superiora numina, inferiora a se conuertunt, et animas quasi ferro et igni à materia motuque; segregant. Proinde quod Neptunus ex muliere filios procreauit, intellige uel ex terra genuisse, uel afflatu quodam ex priorum uendi forma in alteram formam regenerasse. Quingque; uero partus, quingque; sunt formae corporum, quas in hoc materie mari perpetua agitatione componit, scilicet lapides, metalla, plantae, animalia partim ratione carentia, partim praedita ratione. Decem uero filij sunt, quolibet enim partu gemini coeantur. Nempe in quouis composito elementalis coalescit uirtus, simulque; uirtus quaedam coelestis infunditur, quam medici uirtutem nominant speculem. Ex geminis autem quingque; partibus decem filij computantur. At quingque; zoniae siue spirae arcem Neptunae circumdantes, quingque; sunt sphaerarum naturae, coelestis, ignea, aerea, aqua, terra. Partim uero terrenas atque; partim aquae, ut statum in rebus significaret et motum. Communis uero per omnes meatus, mutuam inter se rerum generationem omnium moderantes. Aurum quidem Soli, Argentum Lunae, Plumbum Saturno, Electrum Ioui, Ferrum et Marti, Veneri orichalcum, Mercurio stannum Platonici tribuunt. Mensurae uero earumque; numeri partim ex historia, partim ex architecturae ratione ducantur. Nonnihil tum operis, tum eloquij gratiae decorique; attribuendum. Sed de allegoria sermo iam satis. Iam uero sic libri huius mysteria confirmemus. Platonici deos quidem alios, ut eorum uerbis utar, supercoelestes, alios uero coelestes, et alios subcoelestes esse putant. Et primus quidem filius dei, sequentes uero omnes deorum filios nominant. Rursus in primis amplissimam prouidentiam, in secundis minus amplam, in tertijs ad angustiora redactam collocant, utpote qui iam certis terrae plagis rerumque; generibus diuina distributione praesint, quemadmodum et coelestes alij, alijque; caeli partibus stellisque; praeposuntur. Hi ergo subcoelestes dii certo quodam ordine, alij gentes alias gubernandas ab initio susceperunt. Ab initio inquam uel geniti mundi, uel generis humani regentium. Siquidem post ingentes terreni orbis illusiones, Plato homines arbitratur eiusmodi deorum opera ex ipsa terra ueluti matre diuinitus generari. Posse enim illos genere, per ideam uidelicet humanam quasi semen. Posse et terram parere, nouo abundantemque; humore perfusam, et accedente calore fecundam, siue post aquarum colluiones sequantur tepidi soles, siue post uasta quaedam incendia pluuię uehementer affluant. Homines uero à dijs est terra progeneris, Heroes nominant, qui à parentibus oculata quadam mentis ad mentem persuasionem recti ab initio multa per secula fuerint. Quoniam uero longo temporum tractu tam diuina uirtus ingenij insita, quam terra fecunditas minuitur paulatim; unde et animi diuinitatis omnino expertes, et corpora antiquae fecunditatis uacua prorsus euaderent; deus iterum terram, uel euit, uel incendit, genusque; nostrum in antiquam restituit dignitatem, coelestibus uidelicet motionibus sic à motore contemperatis, ut coeleste fatum semper cum prouidentia diuina concurrat. Profecto quemadmodum medici de quolibet humano corpore, ita Platonici de toto genere iudicant. Medici enim aiunt, uitam in naturali quodam humore, et tanto et tali consistere, posseque; perpetuo prorogari, si modo et quantum ille instaretur et qualem;

Metalla Platanis dicata

non prorogari uero, ubi non talis restituit, qualis effluerat, et si tantus, Perinde ac si quis ex dolio uini pleno implet quotidie pateram, statimque; dolio, aquae tantundem infunderet. Sic enim continue equalis in dolio esset humor, sed non similis, dissimiliorque; quotidie, donec tandem ex mero iam non aequum uinum tantum, sed aqua prorsus euaserit. Similiter Platonici diuinam fecundamque; qualitatem et ingenio à dijs humano, et corpori à caelo quondam infusam, paulatim putant in qualitatem humanam uerti, humano hoc subiecto eam naturaliter ita trahebent, donec sensim ad ferinam usque; degeneret, sed de generationem tantam non posse à deo rerum ordinatore perpetuo tolerari. Quod autem Plato deos diuersas sortes fuisse nactus, et hic et alibi saepe ait, intellige illos unum motus distribuenti parere, atque; necessario assignatam prouinciã gubernare. Sed necessitatem in diuinis esse finem uoluntariam. Siquidem apud eos una est patris summi filiorumque; uoluntas. Atqui sicut elementorum partes ea necessitate ad loca propria referuntur, quae et uoluntas futura est, si modo cognouerit: sic apud superos ipsa gubernationis assignatae naturalisque; effectus necessitas idem est atque; uoluntas. Praeterea quod et hic, et in Timaeo et Menexeno Atticam regionem esse ingenij inquit in primis accommodatam, meminisse oportet in rationibus haec de re assignandis inter se Platonicos dissidere. Panatius enim temperiem aeris inter aërum atque; gelu causam arbitratur: idque; ex ipso Platonis uerbis in quinto Legum, et Epinomide probat. Panatium Longinus arripit, quia regio illa saepe gelu atque; aestu pulsatur; assignatque; in causa qualitatem loci commixtam ex multis atque; occultam. Quem reprobat Porphyrius quod propriam ingenij causam esse putet corpoream. Origenes in commentarijs in Timaeum coelestes affectus influxusque; assignat, id ipsum ex octauo de Republica asserens, ubi dicitur, coelestes quosdam circuitus esse causas fertilitatis ac sterilitatis, tum corporum, tum etiam animarum. At Origenem Proclus ibidem ait ueram quidem ex parte causam assignasse, sed nondum integram perfectisse. Ipse uero una cum Porphyrio rem alius repetens ait: Intellectum opificem mundi intellectualem esse mundum, ideoque; quasi multiplicem. Animam uero mundi esse animalem rationalemque; mundum magisque; multiplicem; atque; proxime adesse uni uerso mundi spatio continuo prorsus atque; immobili, ex materia prima et dimensione constanti. Rursus in ipso spatio ante omnes quae generanda sunt formas, animam ex rationibus suis ideas sequentibus, alibi alias uires imprimere, quasi animae mentis plene uestigia, ac peculiaria quaedam receptacula formas alibi alias familiariter susceptura. Tum deos uarios uarias sortitos prouincias, eiusmodi hospitium illustrare, alia quidem alios, atque; formare. Animas ergo rationales, postquam elementalem uitam, propriamque; elegerint, si forte reuolutione caelesti ad ea loca praeter ceteris dirigantur, quae electae iam uiuendi formae potissime congruant, uita ipsius officium prorsus implere. Itaque quando ad Mariam uel A pollineam uergentes uitam, mox plagam à Marte uel Apolline illustratam nanciscantur, perfectae uel fortitudinis, uel uaticinij opus absoluerunt. Quae uero philosophicam uitam elegerint, si regionem afflatam à Pallade sapientia magnanimitateque; simul excellere. Itaque hic et in Timaeo inquit, Atticam regionem rectam à Pallade sapientia atque; militiae conuenire: et in quinto Legum ait inspirationem loci adium deorum atque; demonum circa loca, maximi ad ingenia et mores esse momenti. Requirit uero nonnullam aeris temperantiam, non ut causam, sed ne causa ipsius opus impediatur. Quamobrem loci huius diuersitas non tam efficit diuersitatem ingenij apud Platonicos, quam suscipit et declarat. Tria enim esse putant ad id potiora elementali loco, scilicet tum anima ipsius affectionem siue naturalem siue electam, tum inspirationem numinum propriorum, tum coelestes influxus: posse uero id impediri, uel elementali mixtione, uel planetarum noua coniunctione, uel ab ipsis hominibus illata calamitate; et quae bona de super infunduntur, inferiorum obstaculo reddi non bona. Quae de re in Legibus disputauimus. Sed de his iam satis. Ex omnibus autem huius libri mysterijs collige uisus cum prouidentia concurrere humani arbitrij libertatem. Collige et sententiam Mosaico mysterio similem, homines quondam quamdiu in eis diuina quaedam gratia iustitiaque; innata uigebat, beatos in quodam, ut aiunt, deliciarum paradiso uixisse. Postquam uero per intemperantiam et superbiam gratia illa euasit, in scelera simul et calamitates grauissimas incidisse. Deum autem aquarum diluio peccata hominum diluisset. Quod uero huic historiae deest, potest summam ex Timaei prooemio resarciri. Est autem historia de rebus gestis ante diluuium. Post uero diluuium narraturus, ut arbitror, erat Hermocrates. Neque te turbabunt nouem illa annorum milia, si Eudoxum audieris dicentem annos illos Aegyptiorum non solares fuisse, sed lunares. Vltima tandem huius libri sententia docet, Iouem, id est, deum architectum mundi esse sua sede, id est ex suis ipsius intuitu remotissima quaeque; minime prospicere, atque; ad eandem sedem, id est diuinam contemplationem deos omnes subditos sibi conuocare, unde de instructi inferiora gubernent. Neque uicissim duo haec illos agere, imò uero assidue contemplatione diuina, per illa simul temporalia dispensare. Hanc ipsam sedem ideo medium mundi appellat thronum, quia et inde tanquam à centro effluunt omnia, et illuc resiliunt, et illinc facile cuncta circumspectantur atque; resoluuntur.

CRITIAS PLATONIS VEL ATLANTICVS

TIMAEVS. CRITIAS. SOCRATES. HERMOCRATES.



QUAM Grata longum post iter defesso quies o Socrates, tam mihi post longas disputationis ambages, dulce silentium. Mundum autē hunc re quidem ipsa iamdiu, sermone uero nuper deum effectum, obsecro, ut si quid recte dictum est seruet ipse nobis atq; custodiat: sin autem indecens quicquam in superioribus nō sponte protulimus, meritas à nobis exigat poenas. Debita uero eius qui per ignorantia negligentiam ue errauit, poena est, ut sciens & diligens efficiatur. Quamobrem ut post hac rectius de eorum generatione loquamur, medicinam nobis à deo medicinarum omnium perfectissimam saluberrimamq; dari scientiam exoptamus. Actis deniq; uotis sequentem disputationem Critiae, ut inter nos conuenerat, iam concedimus. **C R I T.** Accipio equidem o Timae, & quā tu supra ueniam petisti tanquam de rebus magnis disputaturus, eandem ego nunc peto. Imò uero maiorem quoq; ueniam in ijs quae restant tribuendam existimo: quanquam scio procacem quodammodo rusticamq; petitionem hanc meam uideri posse. Dicendum tamen. Quod quidem non recte abs te superiora dicta sint, nemo sanae mentis obiecerit: quod autē quae restant dicenda, utpote difficiliora, maiorem exigant indulgentiam, conabor ostendere: quando quidem facilius Imperitia nanq; & ignorantia audientium magnā copiam ad ea quae ignota sunt, effingenda, praefare dicentibus cōsuevit. Quomodo uero simus circa deos affecti, nō ignoramus. **V**t autem quod sentio planius uobis aperiam, sic attendite. Quae cumq; à nobis dicuntur, tanquam imitationem quandam similitudinisq; expressionē existimare debemus. Neq; nos latet quae in pictorum effectione circa diuina humanaue corpora uel facilitas uel difficultas sit, ad hoc ut sufficienter ea representasse spectantibus uideatur. Profecto cum terram pingunt & montes, flumina, syluas, caelumq; omne, quae ue circa caelum consistunt & quae uagantur, primum quidē satis putamus factum, si quis uel exiguam quandam referre possit earum rerum imaginē: deinde utpote talium profus ignari, ne examinamus quidem pictorum opera, neque etiam redarguimus, sed confusa quadam adumbratione fallaci que utimur. Cum uero quis fingere aggreditur nostrorum corporum similitudinem, tunc propter familiarem ipsam rerum nostrarum animaduersionem acutius errata perferunt, seueriq; & acres iudices exactioresque sumus aduersus eum qui non singula lineamenta coloresq; expresserit. Idem quoque in sermonibus intueri licet. Nam satis esse putamus, si de caelestibus diuinisq; rebus quicquam, uel parum quod conueniens est afferatur. Mortalia uero humanaque opera exacte nimium examinare solemus. Quamobrem si minus pro dignitate quae statim sunt dicenda, tractabimus, ignoscere de cet. Neque enim facile, imò certe difficile mortalia ad opinionem imitatione ipsa exprimi posse putanda sunt. Hac itaque omnia dixi o Socrates, cupiens & uos admonere, & maiorem à uobis ueniam ad ea quae restant, expetere. Vos autem si iusta petere uideor, ultro hanc ueniam largiamini. **S O C.** Nihil obstat o Critia, quo minus tibi quod postulas tribuatur. **Q**uinetiam Hermocrati hoc idem à nobis tertio detur. Cōstat enim hunc paulo post cum diciturus erit, eadem precaturum. **V**t igitur aliter exordiarum, neq; eadem cogatur te petere, sciat ueniam sibi esse tributam: & quasi id constet, ad dicendum protinus accingatur. **P**raedico autem tibi o amice Critia iudicium auditorum. mire enim poeta qui ante dixit, persuasit. Quapropter admodum tibi uenia opus erit si ea sufficienter es cōprehensurus. **H E R.** Idem mihi o Socrates quod & huic nuncias. **C**aeterum segnes pusillanimesq; nunq; palmam consecuti sunt Critia. **S**ermonē igitur aggredi fortis animo decet, ac **Phoebus** Musisq; uocatis, antiquos ciues, excellētes uiros, summis laudibus illustrare. **C R I T.** O amice Hermocrates quia postera tibi dies assignata est, dicentēq; alius es secuturus, ideo cōfidis. Quale uero id sit, ipse tibi forsitan declarabit. **E**xhorant itaq; tibi, & ad rē ipsam penitus inflamant parēdum. **A**c praeter deos quos tu memorabas, alios in super inuocare decet, praecipueq; **Mnemosynen**, id est memoriā: in qua dea praecipua orationis nostra monumenta sunt sita. **N**epe si sufficienter meminerimus recēserimusq; nūc uobis, quae quondā à sacerdotibus

à sacerdotibus tradita, à Solone huc aduecta fuerūt, uidebimur theatro huic, ut arbitror; satis officio nostro functi. Hoc itaq; iam agendum, neq; ultra cunctandum. **P**rimū autem commemoremus summam esse annorum nouem milium ex quo bellum extitisse traditum est inter eos omnes qui ultra, & eos qui citra columnas Herculis habitabāt, quod in praesentia enarraturi sumus. **H**orum quidem dux fuit haec ciuitas, bellumq; omne ut dicitur confecit. **I**llorum autē insula Atlantica reges, quam insulam Libya Asiaq; maiorem fuisse quādoq; perhibuimus: postea uero cōtinuum ibi inuis submersa insula ex terra concussione relicta, quod quidem hinc illuc altū in mare nauigantibus obstat, ne ultra enavigare liceat. **G**entes quidem barbaras quae tunc erant, Graecasq; generatim orationis ipsius progressus passim prout occasio dabitur, enarrabit: **A**theniēsiū autem qui tunc erant, aduersariorumq; uires in primis respublicasq; & belli ordinē atq; successum exponere decet. **H**orum uero ipsorum, nostra primum narrabimus. **D**ij quondam uniuersę terrae orbem sigillatim forciunt, in regiones singulas distributum. **N**eq; partitionem hanc contentio fecit. **N**am procul à ratione id esset: quod dij uel quae unicuiq; ipsorum conueniunt, ignorarent uel cognoscentes quae potius alijs competunt, aliena iura uicissim usurpare contentenderent. **C**aeterum iudicij iurisq; sortibus sua quicq; ad uotum suscipientes, ciuitatesq; amicorum singula, regiones habitandas disposuerunt. **H**osq; ueluti greges ipsorum possessionesq; & armenta nutriuere, hoc tamen excepto quod corporibus corpora cogere noluerunt, quemadmodum plagis pecora iumentaq; pastores solent. **A**t uero tanquam docile & obediens animal quasi ex puppe nauem agilem dirigentes, persuasione pro gubernaculis utebantur, eaq; animā attingebant, & pro arbitrio suo ita ducentes mortale genus omne gubernabant. **E**t alij quidem dij aliorum locorum gubernationem sortita instituebant: **V**ulcanus autem **M**ineraq; naturā habentes cōmunem, tum quia eodem ex patre sunt, tum quia per sapientiae studiū perq; artium diligentia ad eadem tendūt, ita cōmunem sortem hanc nati sunt regionem; utpote uirtuti prudentiaq; natura propria atq; congruam: procreantesq; in ea uiros indigenas admodum generosos, eorum mentibus reipublicae ordinē infuderunt. **Q**uorū duntaxat nomina super sunt: opera uero eorum qui successerunt interitu, & longo temporū interuallo, e memoria hominum deleta sunt. **S**emper enim superstes hominū genus ut in superioribus diximus, montiuagum atq; rude, cui potentū in regione uirorū nomina solum audita. **A**t praeter haec ex rebus gestis exiguae quaedam notae fuerunt. **Q**uapropter filijs suis posteris quodam amoris affectu nomina priscorum imposuerunt, uirtutū legumq; superiorum ignari. nihil enim de his habebant praeter famam, & eam non satis certam. **C**um uero multa per secula rebus ad uicium necessarijs indigerent, ipsiq; & filij mentem his adhiberent quorū penuria premebantur, deq; his uerba facerent, rerum antiquarū memoriā neglexerunt. **C**onfabulatio enim priscarumq; rerū inuestigatio in ciuitatibus cū otio simul oriri cōsueuerunt, cū necessaria uitę parata iam sunt, prius uero nequa. **A**tq; ita priscorū nomina duntaxat absq; operibus reseruata. **D**ico autē haec ita coniectans, quoniā inquit Solon sacerdotem illos in ueteris belli narratione plurima inseruisse nomina posteris persimilia, ut **Cecropem**, **Erechtheum**, **Erichthonium**, **Erisichthonem**; aliaq; ex his quae supra **Theseum** memorantur. **M**ulierū quoq; nomina similiter atq; opera eadem, deaq; **P**alladis figurā & statuam, ita ut belli studia uiris tūc essent mulieribusq; cōmunia. **N**empe ea tempestate armata deam palam cultam fuisse, exemplum daturā omnibus, quod in singulis animalium gregibusq; mas, foeminaq; sortis eiusdem, pro generis cuiusq; uirtute ita natura instituta sunt, ut agredi omnia cōmuniter ualeant. **H**abitabant profecto tunc in hac regione alia genera ciuium, qui in artium operibus & agricultura uersabantur. **M**ilites autē à diuinis uiris principio segregati seorsum uiuebant, habētes omnia tum ad alimentum tum ad educationem conferentia. **Q**uorum nullus propriū aliquid possidebat: **N**am cōmunia inter se cuncta existimabant. **V**ltra uero uicinus ipsius sufficientiam nihil ab alijs ciuib; exigebant. **E**xercebantq; ea omnia quae heri de custodibus quos descripsimus, exposita sunt. **Q**uinetia ue res illud & probabiliter de regione nostra est dictum, **P**rimū quidē illis temporibus fines suos hinc quidem ad **Isthmū** habuisse porrectos: istinc uero uersus **Epirum** ad summum **Citheronē** atq; **Parnacethēn**. **Q**ui fines ipso descensu ad dexterā **Oropiam** attingant, ad sinistram uersus mare, **A**topo excluso. **V**irtute uero uniuersam terram ab hac exuperatam.

tam fuisse traditur. Quapropter potuisse tunc regionem hanc, uniuersum accolarum exercitum alere. Argumentum plane uirtutis eius euidentissimum, quia quod ex ea reliquum est, cum quavis alia hoc ipso certare potest quod & fert omnia, & fructus profert optimos, pascuisq; abundat animali cuiq; accommodatis. Tunc uero non modo speciosa haec omnia, sed etiam uberrima producebat. Quanam ratione id probabile? Quibusue indicijs has esse reliquias illius terrae coniectari potest? Omnis ab alia continenti in pelagus longa uelut promontoria porrigens iacet. Quam altitudo maris proxima passim profunditate circumdat. Cum itaq; multa ingentiaq; diluuita annorum nouem milium intervallo praeterierint, tot enim ex illo tempore ad praesens anni fluxere, tellus his temporibus coluuiionibusq; e sublimioribus locis defluens, ne collem quidem, ut alibi locorum solet, accumulauit, dignum saltem mentione; & semper circum desidens in profundum occultitur. Quapropter relicta sunt quemadmodum in angustis insulis praesentia haec, si cum illis conferantur, quasi corpore per morbum extenuato ossa deterfa nudataq; terra molli quondam & pingui; solumq; tenue corpus atq; aridum mansit. Olim integra terra altissimos montium colles habebat; & agri qui nunc Phellei nominantur, solo pingui fertiles erant. Sylua in montium uertice frequens. Cuius nunc etiam coniecturae quaedam apparent. Sunt enim montes nonnulli, qui solas nunc apes pascunt, olim uero nec multo tamen antea tempo ingentes inde incisa arbores operimentis & contignationibus conficiendis aptissima. ex quibus admodum amplissimarum structurae adhuc extant. Erant & aliae multae arbores domesticae mites atq; procerae. Quinetiam pascua pecorum uberrima. Praeterea regio haec quotannis, ab Ioue frugiferam pluuiam hauriebat. Neq; ut nunc per decliue praeptumq; effusa ex terra in mare aquam fundebat, sed hanc absorpta tenaci quadam concuuitate e sublimibus uenientem recedens combibensq; in uiscera demittebat. Unde passim iuges fluuiorum fontiumq; riuuscatantebant, quorum etiam nunc in ueteribus fontibus sacra quaedam signa relicta conspiciuntur. Quapropter in praesentia de his uera narrantur. Atq; haec erat regionis huius conditio. Excolebatur praeterea tunc ab agri cultoribus ut consentaneum est, & ueris & ad eadem haec intetis, ingeniosis profecto uiris & honestorum admodum studiosis, solum fertile noctis, aqua copiosissimam, temperiem aeris singulis anni temporibus saluberrimam. Urbs autem eo tempore sic instituta erat. Primo quidem arcis tunc alia quam nunc erat dispositio. Nunc enim una saltem nox pluuiosa, tenuis solum cum liquefisset, terrae motum induxit; & ante illud Deucalionis exitum, tertia prius illuione fatali. Superiori uero tempore magnitudo eius usq; ad Eridanum illissimam protensa Pnyce in ius & Lycabetum comprehendebat terminis eregione Pnycis habens. Erat glebosa omnis, paucis locis exceptis a superiori parte plana. Habitabantur exteriora eius ad Ieuam ab artificibus agricolisq; qui proxime agros colebant. Superiora milites soli prope Mineruae Vulcaniq; templum inhabitabant, ueluti adis unius uiridarum uno ambitu circumdantes. Loca enim eius ab Boream uersa colebant, qui comunes edes, atq; cenacula quibus hyeme utuntur, parabant; & quaecumq; comuni ciuitatis uitae conueniebant, tum has tum sacras, sine auro & argento omnia extruendo. Nulla siquidem in re usq; his utebantur. Verum mediu inter superbiam illiberalitatemq; secuti honestas habitatio nes struebant, in quibus & ipsi consenescentes & nati natorumq; eas posteris sibi similibus relinquebant. Hortis uero gymnasijsq; & cenaculis austrum uersus expositis utebantur astra. Erat fons unus ubi nunc arcis est locus. Quo ob terrae motum exhausto, riuuli circum exigui relicti sunt. Tunc autem affatim omnibus liquoribus suggerebat irriguum; cuius erat astra atq; hyeme temperies salutaris. Hac illi ratione loca haec habitabant, cuius quidem suorum custodes, caeterorum uero Graecorum uolentium duces, obseruantes in primis ut semper idem illorum esset numerus, uirorum uidelicet foeminarumq; iam in re bellica fortium; neq; minor erat unquam numerus militum quam uiginti milia. Cum igitur tales illi essent, semperq; ratione humani modi patriam suam & uniuersam Graeciam iuste administrarent, per omnem Europam & Asiam tam egregio corporis habitu quam innumeris animi dotibus omnium qui tunc erant, probatissimi & clarissimi habebantur. Deinceps quales aduersarios ab initio res fuerint, nisi forte quae pueri audiuimus memoria exciderunt, uobiscum tanquam amicis communicabimus. Sed antequam referam admonendi estis, ne miremini si plurima barbarorum nomina graece nunc audieritis. Id enim ex eo contingit, quia Solo cum cogitaret illa carminibus

ribus suis inferere, uim ipsam est nominum perscrutatus; inuenitq; primos illos Aegyptios harum rerum scriptores, in linguam suam ea nomina translulisse. Quare & ipse rursus uniuersumq; nominis sensum accipiens, in uocem nostram conuertit. Atq; haec scripta apud auum meum erant, & nunc apud me sunt, cogitata iam olim puero mihi. Si ergo talia nunc audieritis nomina qualia apud nos sunt, ne miremini: nam huius rei causas intellegitis. Longa uero oratione sit opus, si a principio narrem id quod iam ante dixi: de distributione deorum, ut terram inter se uniuersam distribuissent, partim in ampliores portiones, partim angustiores, templaq; & sacra sibi instituisent. Sane Neptunus insulam sortitus Atlanticam filios ex mortali foemina in quodam insula loco progeniuit huiusmodi. Secus mare plana erat, sed in media insula planities erat, quae omnium speciosissima feracissimaq; dicitur extitisse. Prope planicie rursus in medio mons erat breuis, stadijs quinquaginta distans: hic a quodam eorum qui principio terra nati sunt, nomine Euenore colebatur. Is ex Leucippe uxore Clitonem unicum filium genuerat. Parentibus mortuis & matura iam puella, Neptunus eius desiderio captus illi se miscuit, circumsepitq; collem quem habitabat spiris aquae circumfluis terraeq; zonis alterne, partim amplioribus, partim angustioribus. Ex quibus duo quidem terrae, tres uero maris fuere circuitus, qui uelut uicino descripti pari undiq; in ueruallo per insulam mediam distabant, inaccessibilemq; hominibus collem ipsum reddebant. Neq; enim tunc naues erant, neq; nauigandi peritia. Ipse uero utpote deus facile mediam insulam exornauit, humoremq; duplicis aquae frigidae & calidae ex terra abditis per fontes exteriores erumpere, alimeta item uaria & abundantia per terras pullulare iussit. Quinq; praeterea masculorum filiorum partus geminos progeniuit & nutriuit. Atque omnem Atlanticam insulam decem in plagas partitius, primogenito maternam habitationem & plagam quae circum erat tribuit, maximam profecto sortem atq; potissimam: Regemq; illum statuit reliquorum; caeteros uero multarum gentium regionumq; principes. Singulis imposuit nomina. Primogenitum quidem uocauit Atlantem, totius insulae regem: Unde & pelagus cognominatur Atlanticum. Eum uero qui eodem partu statim illum secutus est, patria uoce Gadirum, quem Graece dicimus Eumelum. Qui extremas insulae partes ad columnas Herculis est sortitus, suorum locum nomine Gadiricum nuncupauit. Secundi partus unum Amphorem, alterum Eudem monem nominauit. Tertij, primum natum Mnesum, secundum Autochthonem. Quartum autem Elapsipum priorem, Mestorem uero posteriorem. Quinti demum, primum Azaem, Diaprem uero secundum. Hi omnes posteriq; ipsorum multa ibi secula habitauerunt, multis per mare insulis alijs dominantes, etiam his quae Aegyptum usq; Tyrheniamq; habitauerunt, ut praediximus. In maxima certe ueneratione uniuersum Atlantis erat genus, semperq; rex antiquior regnum primogenito relinquebat, quod imperium multa per secula conseruauerunt. Tanta uero illis diuitiarum copia, quanta nullis antea regum superiorum fuerat, nec ullis unquam posteriorum facile comparabitur. Structa ordinataq; illis erant in ciuitate totoq; regno omnia quorum usus expetitur. Multa quidem ad eos extrinsecus propter imperium accedebant, permulta quoq; insula ipsa ad omnem uitae usum pertinentia producebat. Primum quidem omnia quaecumq; ex terrae uisceribus eruntur, & quae solida permanent, & quae funduntur, quod due nunc nominatur solū, tunc certe plurimum effodiebatur Orientalium multus ex insulae locis insigne metallum, tunc apud eos caeterorum excepto auro preciosissimum. Et quaecumq; sylua producitur arboribus, secebat abunde. Pascua quinetiam animalibus tam feris quam domesticis suggerebat. Elephantum praeterea ingens ibi copia. Alebat nempe sufficiens, quaecumq; per paludes, lacus, & flumina, siue montes atq; grosue pascitur: & hoc quoq; uastum animalium genus & uoracissimum. Tum quaecumq; telus nunc odorifera nutrit, radices, gramina, ligna, liquetes succos, flores ac fructus. Suaue praeterea uitis humor & solidum alimentum, quibus ipsi nutrimur. Illa ite quibus pro cibo utimur & obsonij gratia, quae legumina uocitamus. Nec non liquores ex arboribus atq; eas ad sitim famemq; extinguendam. Neq; deerant his ungueta. Accedebant & deliciarum gratia fructus uariarum arborum copiosissimi. Aderant quoq; satietatis solatia bellaria, laborantibus grata. Haec oia insula quae quondam erat, sacra, speciosa, miranda, uberrima producebat. Atq; haec colligentes ex terra, templa, & regias edes, portus, naualia, & uniuersam regionem struebant, hoc pacto spiras illas maris, quae antiquam circumdabant metropolim, disponentes.

Primo quidem constructis pontibus transitum ad exteriora & ad sedem regiam præbuerunt, ubi in dei ipsius maiorumque suorum sedibus statim ab initio regias aedes edificauerunt. Alterque ab altero ornata suscipientes continua successione superiores in exornando pro utribus superabant, quoad moles magnitudinis decoreque mirandas fabricauerunt. Fouæ porro à mari ad extremum circum deduxerunt, quæ tria iugera in latitudinem protendebatur, centum pedes in altum, in longum stadia quinquaginta. Atque ut ex hoc mari ad circum illum uelut ad portum applicare naues possent, effecerunt patefactio illius ore, ut naues maximas caperet. Zonas item terræ, quibus spiræ maris distinguebantur, pontibus secuerunt, ut una tritemi nauigare ex alia in aliam liceret: supra uero texerunt, ut traiectus nauigio esset. Terrenarum namque zonarum labra alta, mare supereminebant. Maximus plane circuitus per quem inundabat mare, latitudine stadia complebat tria: proximus huic orbis terræ prorsus æqualis: sequentium uero duorum, aqueus quidem orbis stadia duo, terreus autem humido præcedenti rursus æqualis, stadium denique unum; qui ipsam insulam in medio positam circumdabat. Insula uero in qua regia erat, diametri, stadia quinque, & hanc circum orbemque & pontem latum ad pletri mensuram hinc atque inde muro quodam lapideo clauerunt, turræ portasque in singulis super pontes secundum maris transitus fabricantes. Saxum tum medijs insulæ ædificijs, tum spiritus illius intus forisque construendis sub insula circumque eruebatur, atrum, candidum, rubrum, quæ latonia, obiter cauitate petra, naualia duo egregia præbebant. Aedificia uero partim simplicia, partim e uarijs coloris lapidibus fecerunt, ipsa uarietate uoluptatem secuti. Eius insuper muri qui exteriorem orbem claudebant, superficiem omnem arc tenui uestierunt: eius uero qui interiorem, stamno: eius denique qui circumdabat arcem, orichalco igneo fulgore colorato. Regia uero ipsa intra arcem, ita constructa. In medio sacrum & inaccessibile Clitonis Neptuniq; templum, aureo ambitu circumdatum. Illuc à principio conuenientes genuerunt decem regum genus, atque ibidem quotannis ex decem regionibus congregati uenitibus illorum sacra solennia peragebant. Erat Neptuni templum stadium unum longum, iugera latum tria, altum uero quantum longitudo eius latitudoque exigere uidebantur, si gura eius speciesque barbarica. Exteriora præter supra fastigia argentea omnia exornauerunt. Nam culmina ipsa & apices, auro. Intus autem laquearia tota eburnea, auro, argento, orichalco uarie cæolata conspiciebantur. Verum parietes, columnas, pauimenta orichalco exornauerunt. Statuas quinque ex auro erexerunt. Deum quidem curru insistentem, tenentemque equorum alatorum habenas, laquearia alta ceruice tangentem. Circa hunc delphinis insidentes Nereides centum. Tot enim esse tunc existimabantur. Aderant & statuæ donariæque complurima priuatorum. Extrinsecus extabant imagines aureæ mulierum omnium regiarum, uirorumque quicumque ex generibus decem descenderant, multaque & ingentia simulacra donariæque alia regum & priuatorum tum ea ex urbe tum ex alijs eorum imperio subditis. Aderat ite altare magnitudine & artificio quod ad reliquum apparatus spectabat, decentibus. Eadem ratione & regia tam amplitudini quam ornamentis sacris conuenientia. Utebantur autem fontibus tam calidis quam frigidis, iugisaturigine exuberantibus, quibus inerat ad utrumque usum mirifica cum iucunditate salubritas. Porro circa fontes habitationes constructæ erant, & arbores consistæ, receptacula quoque aquarum circumposita, partim quidem sub diuo patetia, partim uero sub tergo calidis lauacris hiberno tempore accommodata, regia seorsumque priuata, atque alia mulieribus, alia item equis, cæteris uel iumentis. Decens plane & conferens unicuique seruabatur. Defluum uero irriguumque humorē in Neptuni deduxere lucum, ob fecunditatem sorli, arboribus uarijs & altitudine specieque mirandis refertum. Atque inde in exteriorē circuitum per aquæ ductus iuxta pontes deriuauerunt. Vbi templa multa delubraque deorum, uiridaria, atque gymnasia, partim hominum, partim equorum, seorsum in utraque orbium insula. Sed circa mediam insulam omnium maximam præcipuus erat Hippodromus. Cuius latitudo stadium, longitudo per omnem circum portigebatur ad equestre certamen. Circa hippodromum utrinque erant stipatorum custodumque disposita domus. Fidis quidem militibus intra ipsum angustiorē circuitum arci quam proximam, commissa custodia: his autem qui cæteris omnibus fide maxime præstabant, in arce ipsa circa reges habitationes concessæ. Naualia præterea tritemibus, omnibusque ad eas pertinentibus instrumentis referta, singulaque

singulaque sufficienter exposita. Atque hic erat regiarum ædium apparatus. Transiunt uero portus qui foris tres erant exteriores, apparebat circumque murus à mari incipiens uallistinstar, & stadijs quinquaginta ab amplissimo circulo ac portu undique distans, quoad os foueæ quod uersus mare erat, redibat. Totum uero id colebatur, & reliquum quidem spatium multis & frequentibus ædificijs abundabat, sinus autem ipse portusque latissimus plenus erat nauibus, mercatoribusque undique confluentibus. Vbi ob frequentem turbam hinc nocteque clamor continuus ac strepitus ingens audiebatur. Atque ita de urbis & antiquæ sedis dispositione ut olim traditum est, in presentia iam retulimus. Deinceps uero cōmentorare conabimur quæ natura quæ ue cultus reliquæ regionis extiterit. Principio locus omnis editus admodum, iuxta mare abruptus. Regio uero circa urbem campestris omnibus, ambiens quidem urbem, ambita uero ipsa montibus à mari surgentibus facilis & æquabilis. Eius longitudo tota in alteram partem erat stadiorum ter mille: à medio uero supra, usque ad mare millium duorum. Situs autem insulæ ad Austrum uergebat, ab excellentioribus locis Boreæ expositus. Montes eius frequentia, altitudine, pulchritudine omnes qui nunc extant, exuperabant. In eis uici complurimi accolarum, atque ditissimi. Neque deerant amnes, lacus, prata, quibus animalia omnia tum fera tum domestica abunde nutriebantur. Sylua fœm crebra ac uaria singulis operibus materiam affatim suppeditabat, atque ita locus ille tam natura dispositus, quam multorum regum diligentia operibusque longo tempore erat excelsus. Quadrata regio fuit plurimum recta in longum uergens, sed propter foueam circum circuitam recta amissa figura. Cuius profunditas, longitudo, & amplitudo incredibiles distu. Impossibile namque uidetur tam uastum opus cum alijs collatum operibus manibus hominum esse factum. Dicendum tamen quod audiuitus. Iugis unius erat profunditas, latitudo omnium stadium: cumque esset per uniuersam campum acta, longitudo eius stadiorum decem milia. hæc sane fluuenta ex montibus demanata suscipiebat, perque agros reuoluta ad urbem hinc atque illinc perueniens, hac tandem erumpebat in mare. Desuper autem ab ipsa latera pedes centum foueæ rectæque excisæ per agrum rursus in foueam mari proximam demittebantur. Altera uero ab altera stadijs centum seiungebatur. Deducebant ex syluis ligna in urbem, & alia suis quæque collecta temporibus duplicibus per foueas nauibus fouearum enim tractus oblique sese usque ad urbem intersecabant. Geminos ex terra fructus ac fruges annis singulis colligebant: hyeme quidem Iouis beneficio pluuijs telius miadebat, æstate rituis ex aqua ductibus irrigabatur. Circa numerum uero uirorum in campestri regione ad rem militarem utilium hic erat ordo, ut suum quæque duces pars eligeret præberetque. Partis autem cuiusque magnitudo decies stadia: uniuersorum uero numerus, inilia sexaginta. Sed eorum qui montes & alia loca colebant, infinitus: per loca hetero & plagas in huiusmodi sortes secundum duces distributi erant cuncti. Igitur institutum erat, ut dux in bellum inferret sextam curruum bellicorum partem, ad milia curruum decem, equos binos, & equites, rursusque bigam absque sella. Vbi esset & qui paruo clypeo in unitis descenderet, & qui ambos habenis uicissim regeret equos. Armigeros item binos, & sagittarios & funditores utrinque binos: leuis armaturæ milites, iactatores lapidum, iactatoresque tres utroque. Nautas quatuor, ad ducetarum milium nauium complementum. Hac itaque ratione in regia ciuitate erant res bellicæ præparatæ. Reliquarum uero nouem urbium apparatus alibi aliter & aliter habebat, quarum rerum prolixior narratio sit. Magistratus autem honoresque sic erant principio instituti. Vnusquisque decem regum in sua provincia, suaque in ciuitate hominibus tum etiam legibus plerisque dominabatur: puniebatque pro arbitrio unum quemque, ac morte damnabat. Imperium profecto & cōmunio inter illos secundum Neptuni mandata dirigebantur, quem admodum leges illis, & literæ nunciabant à maioribus in columna quadam ex orichalco circa mediam insulam, in templo Neptuni ipsius inscriptæ. Illi igitur quinto & per uices sexto quoque anno conueniebant, tam parquam impari æquam partem distribuentes. Congregati uero de publicis rebus deliberauerant: diligentique examine iudicantes, siqua in re præuicatus quis esset damnabant. Cum igitur foret iudicium in eundem, tali se iuramento inuicem astringebant. Nam cum essent in templo Neptuni soluti tauri, ipsi decem seorsum ab alijs uoueabant deo gratam illi uictam se sine ferro capturos. Vnde lignis & laqueis solis uenabantur. Et quicumque ceperant taurum, ad columnam tractum, in eius columnæ uertice, ubi scriptis erat mandatum

protinus iugulabant. Extabat autē in columna præter leges iuramentum execratioq; terribilia his qui nõ parent imprecans. Quãdo itaq; sacrificijs de more paratis, iam cremantur erant singula tauri membra, impleto cratere guttã sanguinis pro unoquoq; infundebant. Reliqua dabant igni, iustantes columnã. His deniq; actis, phialis aureis haurientes ex cratere & super ignem libantes iureiurando interposito promittebant iudicarios se secundum inscriptas columnæ leges, puniturosq; eos qui antea deliquissent: Præterea, iterarum illarum normã sponte nunq; se transgressuros. Addebant neq; præter patris ipsius leges uel imperaturos se unq; uel imperanti obedituros. Hæc unusquisq; illorum si bñpli posterisq; precatus, bibensq; & offerens deo phialam, ad cœnã se & necessaria conuertebat aduentante nocte: igneq; uicinarum ferme iam extincto, singuli ceruleã colore & quam pulcherrimã indui uestem, ac penes hostias ambustas humi sedentes noctu, totumq; ignem in sacris accensum extinguentes, iudicabantur simul & iudicabãt, si quis eorum quẽpiam tanq; legum transgressore accusauisset. Postq; uero iudicauerant diesq; illuxerat, in aurea tabula sententiã insculpentes, eas una cum uestibus monumenta futura posteris, suspendebant. Leges autē & aliã multã circa sacra, regũ proprię singulorum, sed hæc præcipuã. Ne unq; sibi inter se bellum inferrēt, imò succurrerēt omnes, si quis aliqua in ciuitate genus ipsorũ regium extirpare aggredederet. Cumq; in cõmune quẽadmodũ superiores, de bello deq; cæteris actionibus deliberassent, imperij ius Atlantico generi tribuebant. Cædis autē autoritatē aduersus aliquẽ cognatorum, regi nõ cõcedebant, nisi plures ex decem q; quinq; in eandem sententiã conuenissent. Talem itaq; tantamq; potentiam quã in illis tunc erat locis deus certo quodam ordine ad hæc rursus loca deduxit, tali quãdam, ut fertur occasione. Multa sane per secula, quoad natura illis diuina perseuerauit, legibus obediebant, & erga diuinum genus ipsis cognatum benignè affecti erant. Magnificã namq; illorum animis, & uerã cogitationes inerãt. Vnde & modestia utebant, prudentiaq; & in his quã aliunde & quã inter se incidissent. Quocirca spernentes præter uitã tantã omnia, præsentia paruificiebãt, neq; efferebãtur, sed tanq; onus quoddam existimabant, auricæ ceterorumq; copiam. Neq; uelut ebrj gemino ex alimento facti in aliquo per incontinentiã aberrabãt; imò uero utpote sobrii acute cernebãt hæc omnia cõmuni examicitiã una cũ uirtute incrementum suscipere: horum uero studio & admiratione, dispersi hæc, & uirtutē amicitiãq; deficere. Quoad in eis mentalis, & natura diuina uiguit, creuerunt quæ supra narrauimus omnia: post q; uero diuina fors in eis longo abusu crebrisq; mortalium rerum affectibus inquinata euauit, mosq; humanus præualuit, tunc primum quia non possent ferre præsentia, dedecori succubuerunt. Nam apud eos qui cernere poterant, turpiter affecti existimabantur, cum pulcherrima ex preciosissimis perdidissent. Qui autem rectam ad beatitudinẽ uiam inspicere non ualebant hij eos præclaros beatosq; putabant maxime, cũ maxime iniqua plus habendi cupiditate & uolentiã abundarent. Tunc sane deus deorum Iupiter qui regit omnia legibus, quicq; potest hæc talia cernere, cum deprauatã generosã stirpem animaduerteret, hominesq; eos punire uellet, ut adepti temperantiã modestiores concinnioresq; euaderent, deos omnes in ledem eorum honoratissimã conuocauit, unde tanquam ex medio mundi throno, quocunq; generationi subiecta sunt, conspiciuntur. Vocatoq; concilio sic est exorsus.

DEEST FINIS DIALOGI.

ARGUMENTVM MARSILII FICINI IN DIALOGVM PRIMUM de Legibus, uel de Legum latone, ad Laurentium Medicem.

SECVLVM Apud præcos pene idem magnanime Laurenti, tria potissimum habuit sapientiã minima, Pythagoram, Socratem, & Platonem. Compertum autem habemus sapientiã quidem Pythagoræ magis in contemplando, Socratis uero in agendo magis, Platonis deniq; in contemplando pariter atq; agendo consistere. Præterea disciplinã tam Pythagoræ speculatiuã, quã Socratis moralem, à communi hominum consuetudine uideri remotiorem. Platonis uero doctrinã speculatiuã pariter & moralem, ubique ita diuinum cum humano temperare, ut & communi hominum consuetudini facile possit accommodari, & simul homines ad diuinã eternãq; conuertere. Neque uero putandum est propterea Platonem à Pythagorã & Socrate, quos quasi numina colit, esse diuersum, sed mixtum potius, atq; utriusq; ingenij quasi quendã, ut ita loquar, diuini ad humanum moderatorẽ, ut quodammodo dici possit, in illis quide ingentium duntaxat

duntaxat diuinum fuisse, in Aristotele uero & ceteris post Platonem philosophis humanum tantum, sed in Plato ne diuinum pariter & humanum. Quorsum hæc? Ut meminerimus præsentem legum dispositionem, quoniam ab ipso Platone non per Pythagoricã personam, uel Socraticã ut solet cætera, immo uero per propriã Platonis ipsius personã nobis traditur, non iniuria uiam quandã inter diuina & humana mediã obtinere, neque nos per abdita & inuia quãdam trahere, neque tamen ad inferiora deducere. Quamobrem decem illi de Repub. libri Pythagorici magis sint atq; Socratici: præsentem uero leges magis Platonicæ iudicentur. Illa Respublica uentis fuerit & optantis, dispositio præsens sit eligentis: ut qui in arduum illud ascendere nequeat, ad hos saltem clementiores colles non deaignentur accedere. Considera quanta diligentia humane salutis nosse Plato prospiciat, qui non solum per ardua uult uideri hominibus admirandus, uerum etiam per decliua quãdam facilis & propitius esse omnibus atq; salutaris. Hic ergo non coget homines si noluerint inter se facere eubãa communiã, permittit ut fieri solet propria singulos possidere. Neque tamen cautissimus agriga nosse omnino laxabit habenas. Nam præter summã aliarum diligentiam legum, prudentissime sanciet, ne cui liceat ultra certum & illud quidem mediocrem terminum census amplificare, ne alijs quidem copia nimia, alijs obstit inopia, ne uel cogantur, id quod miserabile esse putat, multi inter patria suã ulnas esse mendici. Quod autem persona hic Platonis sub ipso Atheniensis hospitis nomine, & id quidem modestie gratia lateat, legenti deinceps ex multis perspicue apparebit, ex eo præcipue, quod affirmabit se geminis tractauisse Respub. Conditurus autem leges Græciã, iure à tribus Græcarum legum optimis conditoribus leges accipit, Minos, Lycurgo, Solone, adimens, addens, mutans, inueniens: atque ita optimam ex cunctis componit formã. Et quamuis ab initio constituat ciuitatem & regulã gubernandã, tamen legum positionem nominat potius quã Rempub. Quoniam in ea ciuitate in qua possessio nes sunt propriæ singulorum, propter uarias controuersias, lites, iniurias, multis opus est legibus. In quibus constituenãis admirandam simul & elementissimã notãbis diuini Platonis in genũ. excogitat enim insignis benignitate uir singulis legibus proemia quãdam exhortatoria, quibus humanissime ciues adducti, liberent parere uelint, ac sponte uelut filij legum illis obtemperant, quibus alij solent quasi tyrannis inuiti parere, ac pro uiribus uel fraude uel uolentia earum imperium subterfugere. Addit uero post multa etiam minas, addit & pœnas propter illos, qui patriã suã, non matrem iudicant, sed nouercam. Descendemus iam ad primi Legum dialogi primum argumentum, si prius omnes admonuerimus, ut Dialogum Minos, argumentumq; illius legant, ante quam ad has leges accedant. Accedant inquam tanquam & lectionibus eas diligenter obseruaturi, & actionibus penitus seruaturi. Alioquin nisi his obediunt, intelligant se post tam ex actã in iustitiã iniustitiãq; notitiã & minori excusatione & maiori crimine peccaturos. Atheniensis hospes, id est, Plato profectus in Cretã prope Cnossum offendit Megillum Lacedæmonij, & Cnossium Cretensem, quem una cum nouem alijs Cnossij accesserant, ut coloniam inde deducerent, urbem condèrent, eiq; leges darent. Hi ergo duo ad sacrum Iouis antrum consulti de hoc accedebant: his factus obuius Atheniensis hospes, quidnam asturi irent interrogauit. Illi leges excogitatos esse se responderunt. Verum cum multa de legibus interrogati ab hospite, questionem haud satis absoluerent, & hospes illis ad leges aptissimus uideretur, obserauerunt eum, ut ad ciuitatem legibus instituendam una cum ipsis adiutor accederet. Obtemperat ergo hospes, & ante omnia principium à quo & per quod leges ad homines peruenerunt, exponit, deum scilicet à quo philosophum. Deinde legum perquirat finem, docens eiusmodi finem fore tranquillã animorum ciuiliũ puritatẽ, ueritatis contemplationẽ quoad fieri potest sufficientem. Tertio ad ipsã legum formã materiãq; descendit. Leges autem à Deo hominibus inspirari, testis est omnis antiquitas, testes & multi Platonis libri, testes & rationes nostræ in multis dialogorum argumentis adductæ, atque in Theologia nostrã, ubi de religione agitur, cõfirmatæ. Profecto si natura quæ nihil aliud est quã in finem diuinã prouidentia instrumentum, atq; ubicunq; prouide uidetur incedere, non dicit ipsa seipsã, sed ab ipsa prouidentia ducitur, fines omnium ordinẽq; & in seipsa præscribente, & natura prout uult inscribente: si inquam natura talis neque abundat superfluis, neq; in rebus deficit necessarijs, certe diuina prouidentia in rebus necessarijs nunquam deficit. Necessaria uero est hominum generi aliter non potenti uiuere congregatio mutua. Necessaria quoq; lex congregatiõni similiter procul à lege iuribito peritura. Necessaria rursum legibus diuina est autoritas, ne uel negligentia obsolescant, uel fraude & uolentia confringantur. Necessaria tamen comparandã autoritati diuinæ, tum sanãtioniã uite, tum pœna super humanas uitres omnibus admiranda. Quamobrem prouidentia dei quæ singulis elementorum, plantarum, brutorum, membrorum speciebus & usibus necessaria prospicit, multo diligentius perfectissimã animalium speciei colenti diuinitatem, in sancientis legibus ad prime salutis hominum necessarijs deesse non debet. Adde quod neque potest princeps ullus uastã ciuitatis nauem quolibet momento procellis & periculis innumeris agitãtã, absq; celesti flamine ad portum usq; perducere. Ergo deus tum occultis inspirationibus animorum, tum miraculis manifestis, quotiens necessitas exigit, & reuelat nosse uia legum, & sancit palam atque promulgat. Propterea exordium Plato legum adeo in istis felicibusq; inchoat auspicijs, deum non abs te ter statim in principio nominans. Tres enim hic disputant fundatores legum, singulq; duntaxat

argumentum in p. di a legi

natura qm d.

diuino indigent patrocinio. Tres quoque imitantur auctores legum, Minoem, & Lycurgum, atque Solonem. Quae leges in tria numina retulerunt, Iouem, Apollinem, & Mineruam. Neque id quidem iniuria. Sol enim planetarum dominus potentiam, Iupiter clementiam, Minerva sapientiam continet. Quae quidem tria totam legis naturam perfectionemque complectuntur. Quid enim aliud esse dicimus legem, praeter rationalem quandam regulam certo quodam ordine ad bonum subditos perducendam? ut autem ratio & regula & ordo inest, necessaria omnino sapientia est. Praeterea ut perducatur ad finem atque seruetur, in primis potentia efficitur, denique ut ad bonum, id est, ad cuiusque commodum, & commode benigne que conducatur, magnopere clementia providet. Tria itaque apud praefatos numina diuinam referentia trinitatem, legibus necessario consulunt. Atque ideo tres similes dotes in principe ad ferendas leges necessariae iudicantur. At quoniam perfectas inuicem has oportet concurrere ad perfectas leges constituendas, id uero humana facultas praestare non potest, nimirum ad legum exactissimam sanctionem iudicio est opus auxilio. Quod autem nouenarium annorum numerum Plato & in Minois, & hic sepe repetit, quasi necessarium ad leges ab ipso Ioue discendas hominibus que tradendas, forte significat nouem angelicarum mentium ordines, per quos uelut interpretes ipsa legis sancienda ratio ad homines usque transfertur. Omnes uero hos ordines legum interpretes sub uno Mercurij nomine significat in Protagora. Verum que uero te lateat nouenario hoc in angelis numero non Christianos solum uti, sed & Platonicos, praecipue Proclum atque Syrianum, quod in Theologia satis ostendimus. Quid uero? si nouenarius hic significet trium potentiam usum, triumque sapientiae, triplicem quoque clementiae uidelicet ut trium quodlibet tum in lege ipsa sit, tum in iudicio magistratus, tum in ministris & ipsa executione iudicij? Praeterea in ipsis rerum actionumque principijs medijsque & finibus? Tria uero ter repetita nouenarium manifeste perficiunt. Sed cur nam in Republica ab ipsis Mineruae sacris, hic uero ad sacris Iouis disputationis fundatur exordium? An forte, quoniam disputatione illa Athenis habetur, & de antiqua Athenarum urbe Mineruae dicata tractatur, hic uero in Creta de Cretenis urbe edificanda consulitur, prope ipsum Iouis templum, de quo legibus Minois Iouis filij in principio uerba sunt? An potius forma illa Republica prior castior erat atque seuerior, Palladi maxime congrua? haec uero paulo indolis genitor, & sua quadam humanitate Ioui conueniens? Summatim & hic & ibi ad uotis sacrificijsque ciuitatis necessitatis felicitatem auspicamur. Mitto descriptionem longi huius itineris, & sacros lucos, & arbores templo dicatas, & alia multa, quae commentum desiderarent potius quam argumentum. Post uero nonnulla quae allegorice docent res humanas praesertim publicas non posse absque diuino quodam patrocinio recte componi, ideoque ab ipso deo, qui legum & principium est & finis, esse legum exordium faciendum, incipit iam paulatim delugum sine perquirere, significans harum finem esse diuinum cultum, quandoquidem eiusmodi legum disputatione ad templum Iouis proficiscuntur. Cum igitur legum finis ultimus sit Iouis illius cultus qui fecit mundum, deo dicitur, & mundo leges & nobis, non immerito statim negat finem legum esse Martis cultum, interim modeste Minois & Lycurgi leges emendans, quod non tam ad uirtutem ipsam simpliciter respexerint, quam ad bellicam declinauerint. Profecto leges debent illud potissimum in ciuitate habere pro fine, ad quem quasi ad signum omnia dirigant, quod a cunctis ciuibus maxime omnium est expetendum. Pugna uero atque uictoria cum laborum malorumque plena sit, non propter se quidem optanda est, sed eligenda potius propter pacem, tutamque uitae tranquillitatem; quemadmodum nemo ita exoptat uiuere, ut in perpetua contra morbos pugna, uictoriaque uersetur. Concludit tandem non decere studia pacis ad bellica, sed contra, bellica potius ad pacis studia officiaque referre. Pacem uero ad expeditum liberum que ueritatis dei que cultum. In his uero probandis ipsum bonorum genus in multas distribuit species, dicens alia quidem esse humana, alia uero diuina: & a diuinis humana pendere: humanorum autem, quae longe diuinis inferiora iudicat, primum esse sanitatem, secundum formam, tertium uires, quarum diuinitas. horum uero bonorum duces uult esse prudentiam, duces insuper diuinorum post prudentiam se qui existimat temperantiam, post hanc iustitiam, post iustitiam fortitudinem. Profecto & hic significat, & in quarto de Republica explicat, tres animae partes, rationalem scilicet, irascibilem, concupiscibilem; et prudentiam quidem in sola rationali, fortitudinem in sola irascibili esse. Tu quoque pone in sola concupiscibili continentiam. Pone uero in cunctis simul partibus temperantiam atque iustitiam, & utranque nominat totius animae consonantiam. Sed temperantia quidem in affectibus, iustitia uero in actibus consonantia sit. Et illa sit animae sanitas, haec animae pulchritudo. At prudentia, oculus; fortitudo uero, manus. Si substantia animae puritatemque, contemplationi necessariam spectas, iustitia temperantia anteponet; si humanam spectas consuetudinem, praepone iustitiam: Omni uero prudentiam cunctis quasi oculum pedibus atque duces. At fortitudinem continentiae anteponet. Nam fortitudo & circa difficilium uersatur, doloris scilicet tolerantiam, & continentiae officium, quod est uincere uoluptates, in se ipsa complectitur. Utranque uero iudicato temperantia iustitia que inferiorem. Haec enim duo intergram animae totius ordinem magis possident duce prudentia constitutum. Ex his colligit oportere latorem legum & ipsum referre, & referri iubere, humana quidem ad diuina, diuina uero, id est, uirtutes ad mentem ueritatibus diuinitatisque deditam. Dum uero de fine legum disputat, officium quoque ipsarum conditoris exponit: idque

ordo humanorum bonorum

summatim esse uult, summa cum diligentia totam ciuitatem colere quasi agrum, ut exquisitam de eligendis serenitatis seminibus habeat rationem. Deinde de opportuna planta cuiusque cultura. Item de extirpandis statim ab initio noxijs herbis & sentibus. Denique de omnibus ad maturitatem suo ordine perducendis. Tu uero inter haec aduerte, turpiorem haberi qui uoluptatibus cedit, quam qui succumbit doloribus. Item fortis uiri officium esse non solum metus & pericula superare, sed cupiditates etiam coercere. Praeterea neminem secure iudicari posse fortem, nisi diu inter labores & pericula uersatus strenue fuerit. adde & nisi in ipsa licentia & illecebris uoluptatum, in quibus probantur proprie continentes, ipse quoque fuerit comprobatus. Aduerte non esse tutum uel hominem qui fortis sit futurus, procul a timoribus, uel eum qui futurus sit temperatus, seorsum ab omnibus uoluptatum illecebris educare. Praeterea totum conditoris legum studium circa uoluptates & dolores oportere uersari, ut duo haec quasi bruta freno non careant. Si enim freno cobibeantur, facile felixque uita iter euadit. Si nullo coercantur freno, difficile admodum & infelix. Notabis & illud de Atheniensibus dictum, probos Athenienses esse praecipue probos: propterea quod soli suapte natura, & diuina quadam sorte, nullo cogente uel perterrente, sint probi. In his Plato significat, in ciuitate male instituta, raros quidem fore ciues bonos, sed illos fore omnium praestantissimos. Quoniam cum nulla disciplina tales euaserint, profecto diuina quadam sorte & perfecta natura facti sunt tales. quorum etiam tanta sit excellentia, ut communi contagione non inquinentur. Post haec singulariter id cuiusque artis totiusque uitae praecipuum considerabis. Oportere eos qui praestantes uiri quouis in studio cuius sunt, statim a teneris annis id ipsum tam ludendo quam studendo in singulis ad id conducentibus meditari, adeo ut uirium studiorum accommodatissima pueris praeludia praependant, atque ita ludentium animi in amorem illius potissimum adducantur, quod in uirili aetate serio sunt agendi. Inter haec disciplina sic definitur. Disciplina est, ea uita statim a pueritia institutio, quae in amore uirtutis paulatim adducit animi puerilem. Illius in qua uirtus praecipue, per quam uir factus imperare sciat atque parere. Hominem uero oportere & insuper posse, disciplinam eiusmodi a teneris annis habere, per illam quae sequitur humanae naturae descriptionem apte confirmat: inquit enim, hominem & si unum quiddam sit, habere tamen multa in se atque diuersa; inter quae sint tyranni duo amantissimi quidem & inter se contrarij, animum distrabentes, Dolor atque Voluptas; praeterea opinionum futurorum bonorum atque malorum, ex quibus appetitus confidentiaque ad bona, timor autem ad mala nobis suboritur, perturbationsque animi similes. Praeterea haec adest iudicium rationis dictans quid horum melius sit, quid peius. Iudicium uero eiusmodi in uno quoque lex priuata est, & in ciuitate lex publica. Quoniam uero animal unum ex rebus tam diuersis dixerat esse compositum, haud ab re subiungit, hominem inter animalia miraculum esse diuinum, Mercurium imitans dicentem, miraculum in gens hominem esse. Animalium tria sunt genera. Aut enim tam ex corpore quam ex animo immortalia sunt, aut ex utroque mortalia, aut ex animo quidem immortalis, ex corpore uero caduca. In primo quidem genere caelestia, & aetherea, & aerea sunt, siue dij siue daemones nominentur. In ultimo uero sunt bruta. Sed in medio homines daemonesque, aequi atque terreni. Cum enim horum quoque demonum corpora sicut humana ex contrarijs componantur, dissolui quandoque possunt, perturbationsque aliquas afferunt. Sed caeteris iam ommissis cur nam homo miraculum? Quia & cum diuinus sit, mirum est eum a mortalibus inficij; & cum sit mortalis, mirum quoque officij ad diuina. Sed cur diuinum miraculum appellatur? Quoniam ita est diuina prudentia institutum; & ut Timaeus docet, a deo quidem officio mundi rationalis animae substantiam ipsam acceptum, a dijs autem caeteris naturam quandam uitalem ratione inferiorem, a demonibus denique corpora. Quod autem addit, hominem a dijs fuisse uel ludo uel studio quodam effectum, sic intellige: ludo quidem factum esse, si anima semper a caelestibus ad terrena atque uicissim quasi ludendo transmigrans nunquam immutabili apud deum se de quiescat; factum uero studio, si modo penes effectores deos, effectorem deum animus quandoque sit immobiliter permansurus. Utram uero disfunctionis huius partem eligere debeamus, affirmare hic Plato non audeat. Probabit tamen habet, ut hic alibi significat, hominem studio quodam potius quam ludo fuisse diuinitus constitutum. Siquis autem ambiguum hunc Platonis textum legere ita uelit, ut significet uel hominem esse a diuinis animalibus constitutum, ab astris intelligat: uel esse ex animalibus multis compositum, intelligat partes affectusque animae nominari a Platone poetice animalia. Quod quidem apparet in nono de Republica & in principio Phaedri. Sed ista tu uideris. Descendit post haec ad quaedam, quae et si leniora uidentur, ad perfectam tamen disciplinae traditionem morumque probationem necessaria sunt, qualia sunt studia musicae, consuetudinesque, per similes. Musica uero communissima quadam significatione comprehendit proportionis cuiuslibet ordinem, non solum in sermone, canit, sono, saltu, sed gymnastico quoque ludo gratiaque conuiuij. Haec quidem omnia ita in ciuitate composita esse debent, ut omni perturbationum uitiorumque incitamento sublato corpus & spiritum animumque contemperent. Exorditur autem disputationis opportunitate quadam a conuiuio, atque uino, dicens primo cauendum esse ne ad innatas nobis perturbations accedat quoque ebrietas. Haec enim si temere accesserit, & rationis officia minuit, & perturbationis impetus auget. Probat tamen conuiuium atque meri usum, ea uidelicet cautione adhibita, quam in libro sequenti planius explicabit. Hic uero ad id potissimum conferre iudicat, ut ex liberiori interdum

usu meri, mores hominum in conuiuijs detegantur, solet enim impudentiores audacesq; reddere. Illic ergo prudens iuuentutis custos deprehensis iuuenum praesertim uicijis, impudentia, & mederi facilius poterit, & assuescere iuuenes etiam in ebrietate omnium impudentissima seruare pudorem. Quanti uero sit pudor, id est de decore & infamiae timor, ex eo constat, q; ob huiusmodi metum iuuenes, & turpia in primis metuant, & honesta quamuis ardua audacter aggrediuntur. Quae quidem duo reipub. maxime omnium tam pace quam bello necessaria uideantur. Ideoq; ad haec ciuium animis infundenda, legum lator diligentia audire debet intendere.

PLATONIS DE LEGIBVS VEL DE

LEGVM LATIONE, VT LIBRI VNVS, DIA-
LOGVS PRIMVS

PERSONAE DIALOGI. ATHENIENSIS HOSPE. CLINIA
CRETENSIS. MEGILLVS LACEDAEMONIUS.



DEVM ne an aliquem hominum o hospites condendarum legum causam existimatis? C L I. Deum o hospes, deum inquam, ut decet asserere, apud nos quidem Iouem, apud Lacedaemonios uero unde hic est, Apollinem dicturos istos existimo. Nonne? M E. Certe. A T H E. An Homerum secutus ita dicis, Nempe Minoa per nouennium patris colloquium petere solitum, eius monitis, ciuitatibus uestris leges quemadmodum ille canit posuisset? C L I. Sic nostri ferunt. Fratrem quoq; eius Rhadamantum (audiuistis enim nomen) iustissimum fuisse. Eumq; nos Cretenses, quia tunc recte ius unicuique distribuierit, hanc laudem consecutum censemus. A T H E. Egregia profecto laus, maximeq; filio Iouis digna. Verum quia in huiusmodi moribus atque legibus ambo educati estis, tu scilicet atque hic, spero nobis non iniucundum fore, si inter eundem de constituendis ciuitatibus ac legibus differamus. Est autem a Gnofo in antrum templumq; Iouis uia facta, ut audiuius, longa, diuersoriaq; per ipsam sub altis arboribus, ut in aestu conuenit, umbrosa sunt. Nostra igitur arati conueniens erit, frequenter in his requiescere, mutuoque orationis solamine sine molestia iter hoc omne transigere. C L I N. Atqui cum progressi fuerimus hospes, cur pressos offendemus in lucis proceritate specieque mirabili, prata quoque amena, in quibus requiescentes libenter commorabimur. A T H E. Recte nimirum loqueris. C L I N. Prorsus, uerum haec magis affirmabimus, cum uiderimus. Sed nunc bonis aurbus eamus. A T H E. Fiat. Sed dic mihi oro, quamobrem conuiuia publica, gymnasia, armorumque artem lex uobis instituit? C L I N. Arbitror equidem o hospes nostra haec esse facilissima cognitum. Naturam enim regionis huius uniuersam uidetis non esse ut Thessaliae, planam. Idcirco equis illi magis, nos cursibus utimur. Inaequalitas haec locorum ad pedestrem exercitacionem cursumq; est aptior. Quapropter armaturam quoq; leuiorem esse necesse est, ne pondere suo cursum impediatur. Arcuum ergo sagittarumque leuitas maxime congruit. Haec igitur omnia ad bellum nobis accommodata sunt: ad idq; respiciens legislator, cuncta ut mihi uidetur, instituit. Quippe huius gratia ipsam etiam conueniendilegem sanxisse uidetur, cum omnes uideret in militia re ipsa coactos, custodiam suam gratia, conuiuia habere communia. In quo sane arbitror eum stultitiae crimine caeteros condemnasse, quod minime intelligat bellum ciuitatibus omnibus cum omnibus iuge atq; perpetuum esse. Nam si dum est bellum, custodiam causa conuiuia in unum celebrare, praefectosq; alios quos una cum subiectis suis armatos tueri caeteros oportet, id ipsum est pacis etiam tempore faciendum. Quam enim pleriq; pacem nominant, id esse nomen solum modo existimandum. Re uero ipsa, omnibus ciuitatibus aduersus omnes non in dictum bellum natura esse, ac reperies fere si consideres, Cretensium legum latorem omnes leges tam priuatumq; publice ita nobis conscripsisse, quasi ad bellum respiceret, atq; ita illis parere iussisset, quasi caeterarum rerum nulla esset utilitas, non possessionum, non artium, nisi quis bello superet: cum omnia bona eorum qui uicti sunt, ad uictores ilico transeant. A T H E. Probe o hospes ad exponendum Cretensium leges exercitatus mihi uideris. Sed id planius diccas. Nam recte disposita ciuitatem ita demum dicere uisus es, si sic instituta sit, ut caetera bello

bello uincere possit. Ita ne? C L I. Ita prorsus, hunc etiam arbitror cōsensurum. M E. Haud aliter Lacedaemoniorum quispiam o diuine uir responderet. A T H E. Vtrum ciuitas ad ciuitatem ita se habet, pagus autem ad pagum aliter? C L I. Non aliter. A T H E. Similiter ergo se habent. C L I. Similiter. A T H E. Nunquid & domus ad domum, quae eodem in pago sunt, & singuli uiri ad singulos? C L I. Similiter & ista. A T H E. Quid porro de uiro quolibet ad seipsum est dicendum? Vtrum quemlibet ad seipsum quasi hostem ad hostem affici dicemus? C L I. Atheniensis hospes. Non enim ego te. Atticum nominare uolo. Videris namq; dea ipsius Athenas, id est Palladis cognomento dignior esse. Nempe uniuersam hanc rationem ad principium reductam planam fecisti, quo facilius inueniri queat probe istuc iam fuisse dictum, hostes uidelicet omnes omnibus esse tam publice quam priuatum, & singulos sibipsis. A T H E. Quomodo id ais o uir mirificus? C L I. Prima o hospes & optimam esse dico uictoriam, ut seipsum quis uincat. Turpissimum uero quiddam & pessimum, ut a seipso uincatur. Atq; haec omnia singulis aduersus seipsum bellum esse significant. A T H E. Orationem igitur illam resumamus. Nam cum quisq; nostrum, aut superior seipso sit, aut inferior, dicendum ne est eodem se modo domum, pagum, & ciuitatem habere? An aliter? C L I. Sit ne superior aliqua seipso, aliqua inferior, dicis? A T H E. Id ipsum. C L I. Id quoq; recte quaesisti. Non enim minus ciuitatibus id contingit, imò maxime hoc in eis perspicuum. Nam ubi meliores multitudinem peioresq; superant, recte profecto ciuitas illa superior seipso dicitur, & hac uictoria non iniuria laudabitur. Contra uero, ubi contrarium sit. A T H E. Sed utrum quod peius est, meliore aliquando superius & potentius sit, ad praesens praetermittatur. longiore namq; oratione indiget. Quod autem abs te dictum est, sic intelligo. quod ciues quandoq; cognati & ciuitatis eiusdem multi & improbi aduersus iustos, paucos illos, conspirabunt, uimq; inferent ut eos subijciant. Ac si uicerint, ciuitas illa seipso inferior, prauaq; dicitur: si autem uicti fuerint, superior atq; proba. C L I. Mirum est hospes quod dicitur, sic tamen fateri necesse est. A T H E. Age iam & hoc rursus consideremus. Multi ab uno patre matreque eadem fratres nasci possunt: nec mirum si plures eorum iniusti erunt, iusti uero pauciores. C L I. Nihil mirum. A T H E. Nec me decet arbitror aut uos istuc captare, domum scilicet & cognationem uniuersam inferiorem seipso uideri si prauis superent, superiorem si uincantur. Neq; enim hoc agimus, ut elegantiam uel ruditatem uerborum obseruemus, quod multi facere solent, sed ut qua recta ratio secundum naturam in legibus sit, quis error, indagemus. C L I. Vera loqueris hospes. M E. Probe profecto huc usq; mihi quoq; dictum uidetur. A T H E. Hoc praeterea consideremus. Vtrum dicis modo fratribus iudex quispiam praesse poterit? C L I. Proculdubio. A T H E. Vter igitur melior erit iudex? Num qui improbos perdet, efficietq; ut probi sibipsi imperent? An qui probos quidem faciet imperare: improbos autem, cum sponte subire imperium persuaferit, uiuere patietur? Tertium uirtute iudicē his addamus, si quis talis reperietur, qui dissidentem cognationē ita commendatam habeat, ut neminem perdat, sed reconciliatis leges conscribat, quibus inter se perpetuo amici futuri sint. C L I. Longe melior talis iudex legumq; conditor erit. A T H E. Atqui contra quam ad bellum respiciens ipsis leges conscribet. C L I. Vera loqueris. A T H E. Quid autem? Qui ad bellum respiciens, ciuitatem constituit, utrum ad externa bella respiciet, & ad illa uitā ciuium referet: an intestina, quae seditiones appellantur: quae minime omnium & esse in ciuitate sua quiuis cupiat: & si sint, quamocysime aboleret? C L I. Ad haec plane. A T H E. Vtrum uero perditā ciuitatis parte pacem ex seditione cōsequi, cum altera pars potita uictoria sit, malit quispiam: an potius per reconciliationē facta pace amicitiaq; firmata, ad externa bella totius animū ciuitatis conuertit. C L I. Hoc profecto potius quod illud ciuitati suae accedere quisq; optabit. A T H E. Nōne & legumlator similiter? C L I. Similiter. A T H E. An non ipsius optimae gratia leges omnes ferendae sunt? C L I. Ipsius nempe. A T H E. Arqui optimum nec bellum nec seditio est: omnes enim deprecantur, nequid horum sibi inuendum sit: sed pax, mutuaq; beneuolentia. Sed neq; uictoria illa qua ciuitas ipsa seipsum superat, optimum quiddam est, sed necessarium potius, putare autē optimum ciuitatis statū in pugna & uincendo consistere, simile est ac si quis optime cum agrotate agi putet dum curatur, de eo uero ne cogitet quidem, qui nunquam agrotauerit. Et si quis similiter de ciuitatis uel priuati hominis felicitate existimet, nec ciuili reuera unquam uir erit, dum externa solum atq; in primis bella respiciet.

ciet, nec exquisitus legum conditor, nisi gratia pacis de bello potius quam belli gratia de pace leges conscribat. C L I. Recte hæc hospes dicta esse uidetur. Ego uero mirarer, si quis forte tam nostras quam Lacedæmoniorum leges non belli gratia sedulo positas esse contendat. A T H E. Fortasse ita sit. Oportet autem non contentiose sed quiete rem inquirere, studio quam maxime tam à uobis quam ab illis huiusmodi rebus adhibito. Attēdatis igitur oro. Incipiamus à Tyrtao, natura quidem Atheniense, Lacedæmoniorum postea ciue, qui præ cæteris hominibus maxime huiusmodi rebus incubuit. Non si opibus superet cunctos, & plurima solus possideat bona (numerat enim fere omnia) uir mihi nomine dignus abibit, Tractandis quisquis non est accommodus armis. Hæc tu quoque forsitan carmina audisti. Nā hunc obrusum iam esse audiendo arbitrator. M E. Vulgatissima hæc apud nos sunt. C L I. Ad nos quoque hæc Lacedæmone aduecta peruenerunt. A T H E. In commune igitur hoc modo hunc poetam interrogemus. O diuine poeta Tyrtae, sapiens certe ac bonus nobis esse uideris, quia excellentibus eos extulisti laudibus, qui in bello excelluerunt. de quo iam ego & hic & Clinias Gnosius ualde tibi assentire uideamur. Virū autem eisdem de uiris dicamus, an non, plane scire uellemus. Quare nobis explanam tu quoque sicuti & nos, duo belli genera arbitreris, an aliter. Ad hæc arbitrator non Tyrtaum solum, sed & quemuis illo longe deiectorem, duo protinus respōsurum. Alterum quod seditionem appellamus, omniumque grauissimum esse modo concessimus. Alterum uero belli genus, quod omnes ponimus multo mitius illo, quo aduersus externos & alienigenas uimur. C L I. Cui dubium? A T H E. Dic igitur nobis: quos uiros in quo belligere ita ualde laudasti, & quos usque adeo uituperasti? Videris enim eos laudasse, qui externa magno animo bella gerunt, Sic enim in carminibus dixisti. Quisquis non ausit cædem spectare cruentam Et durum coram manibus laceffere Martem, Despicio. Hinc nos ò Tyrtae, eos te laudare collegimus qui in externis bellis gerendis præ cæteris clareant. Concedet ista Tyrtaus. C L I. Quid nix? A T H E. Nos autem, cum hi clari sint, longe clariore eos existimamus, qui maximo in bello præstant. Testemque & nos poetam habemus Theognim Megarensis ciuem ex Sicilia, qui ait: Argento fuerit, fulgo æquiparandus & auro Fides in insana seditione manēs. Hunc itaque dicimus in grauissimo bello, tanto illo esse meliorem, quanto sola fortitudine melior est iustitia, temperantia, sapientia, fortitudini coniuncta. Nemo enim integer & fidelis sine omnium uirtutum numero in seditionibus reperiri poterit. Multi autem etiam mercenarii, quod non negabit Tyrtaus, reperiantur qui externo in bello intrepide pugnant: quorum plurimi feroces, iniurijs, contumeliosis, paucissimisque exceptis, omnium amantissimi. Quorum hæc quid que ex his declarandum: Quod uidelicet omnino tam ille qui leges hic ab Ioue dedit, quam alius omnis legum lator, siquid modo profuturus est, ita leges condet, ut non ad aliud quam ad amplissimam semper uirtutem respiciat. Est autem, ut inquit Theognis, fides illa, quæ maxime in periculis lucet. Quam iustitiam perfectam quis nominabit. Ea uero quam summopere Tyrtaus laudauit, & si pulchra est, & à poeta opportune laudata, uirtute tamen, qua ex honorabilium genere dicitur, & numero quarto loco rectissime honoranda est. C L I. Ergo hospes legum nostrarum conditorem inter ultimos legum conditores reijcimus? A T H E. Non illum ò uir optime, sed ipsi nos ipsos, si quidem putemus, & hic, & apud Lacedæmonios Lycurgum, & Minoem ad bellum respicientes leges condidisse. C L I. Quomodo igitur de hoc dicere nos oportebat? A T H E. Uertitas & iustitia postulat eos dicere, qui de diuina republica differunt: non ad particulam uirtutis, & præsertim ad deiectorem, sed ad uniuersam ipsos uirtutem respexisse putandum, & per singulas earum species, leges quæsiisse, nec eas species inuestigasse, quas multi modo proponentes, quarunt. Id enim quisque maxime querere solet, quo maxime indiget, alius de hereditate, alius de iniuria, alius de cæteris huiusmodi multis. Nos autem tunc de legibus bene queri putamus, cum ita ut nos modo incepimus, queritur. Ac tuum e quidem ingressum ad exponendas leges ualde probo. Quod enim à uirtute fecisti principium, dicens leges uirtutis gratia conditas, recte quidem aggressus esse uideris: quod autem ad particulam uirtutis & eam minimam respexisse conditorem legum affirmasti, haud recte mihi uisus es dicere, atque idcirco longiore postea oratione usus sum. Quo modo autem te nobis distinguere uoluissim, si uis, tibi dicam. C L I. Volo equidem.

A T H E.

A T H E. Hunc in modum dicere oportebat ò hospes. Cretesium leges non temere omnibus gratias in primis probantur. Recte enim posita sunt, cum utetes eis beatos efficiant. Omnia enim bona his porrigunt. Duplicita uero bona sunt, alia humana, diuina alia: dependentque à diuinis humana. Si qua uero ciuitas maiora suscepit, minora quoque possidet: si autem illis caret, utrisque priuatur. Minorum primū est sanitas, forma secundum, Tertium uires ad cursum cæterosque corporis motus, Quartum diuitia: quæ cæcæ non sunt, sed acuta cernunt, si prudentiam sequuntur. Quæ quidem prudentia diuinorum bonorum dux primus existit. Deinde post mentē temperatus animi habitus. Ex his duobus cum fortitudine mixtis iustitia tertio emergit. Fortitudo quartum tenet locum. Quæ omnia humanis illis natura præponuntur. Quare oportet ut legum quoque lator & ipse hunc ordinem sequatur, & mandet omnibus ut semper ad hæc ipsa respicientes in singulis operentur. humana enim ad diuina, diuina uero ad mentem principem referenda. Curet præterea oportet nuptias inter ciues, & generationes educationesque liberorum, masculorum pariter & foeminarum, tam iuuenum quam ætate prouectorum: & eos qui recte in hisce se gerunt, ut decet honoret: contra uero dolores uoluptates, & cupiditates in omni conuersatione uituperet. Considerabit etiam diligenter ad quæ studia quæque raptat amor, rectaque officia per leges laudabit, uituperabit contraria. Docebit item atque definit quid in cuiusque affectu honestū sit, quid turpe, circa iram uidelicet atque metū, & alias quæcumque uel aduersis in rebus accidunt perturbationes, uel secūdis delicias, atque circa omnes denique motus, qui ex morbo, bello, pauertate, uel horum contrarijs homines uexant. Post hæc necesse est ut legislator quaestus impensasque ciuium diligenter obseruet, & quomodo fiant agnoscat, commercia item in his omnibus ac solutiones, quas uel sponte uel coacte faciant: quicquid horū inter se contraxerint, ubi iustitia adsit, ubi ablit, animaduertat: & parentibus quidem honores, non parentibus debitas poenas constituat. De iuribus omnibus ad finem usque Reipublicæ, pertractatis, animaduertat statuaturque necesse est, quomodo monumenta mortuis extrui, qui uel de functionibus singulis honores impendi debeant. His denique declaratis, legislator omnibus istis custodes præficiet, alios prudentia, alios uera opinione rem administrantes: ut mens in uiam hæc omnia colligens eò deducatur ut temperantiam & iustitiam potius quam diuitias ambitione uel sequatur. Ita equidem hospites uoluissim, atque etiam uolo à uobis exponi, quo pacto in legibus Iouis, & Apollinis Pythij, quas Minos & Lycurgus scripserunt, insint hæc omnia, & quonam ordine posita pateant illi qui artificio uel usu quodam legum peritiam habet, nobis uero alijs nullo modo pateant. C L I. Quo pacto igitur hospes quæ sequuntur tractanda sunt. A T H E. Ab initio rursus ut supra cepimus, tractanda, in primis ea mihi uidentur, quæ ad fortitudinem pertinent. deinde aliam atque aliam uirtutis speciem transigimus: si uobis etiam ita placet. ac primum iam pertractemus, ad cuiusque exemplar cætera, ut consabulatio leuamen nobis itineris adferat. postremo uero cum de uniuersa uirtute tractauerimus, ea quæ modo reuolubimus, illuc respicere, si deus uoluerit, ostēdemus. C L I. Recte dicis, conareque primo nobis Iouis hunc laudatorem excutere. A T H E. Conabor & te simul, & me ipsum. Ad utrunque enim pertinet & me & te hæc oratio. Dicite igitur. Num conuicta ea quæ in commune fiunt exercitiaque, ad bellum à legumlatore inuenta fuisse diximus? C L I. Vtique. A T H E. An tertium uel quartum ad idem inuentum fuisse dicendum? Forte enim ita dinumerare oportet, tum in hoc uirtutis genere, tum in cæterarum uirtutum siue parte, siue quomodo cūque; aliter declarationis duntaxat gratia nominare deceat. M E. Tertium uero ipse dicerem, nec Lacedæmoniorum quisquam negaret, uenationem excogitatum fuisse. Quartum autem & quintum inuenire conemur. Quartum itaque pono apud meos præcipuum, scilicet doloris tolerantiam: quæ res pugnis inter se ac rapinis quibusdam, multis cum uulneribus quotidie adhibetur. Ad hæc occultatio quadam mirabilis & ad tolerantiam ualida, nudis in hyeme pedibus, nudo etiam sæpe reliquo corpore, sine ministris die nocteque per omnem regionem errantem enarratur. Præterea in nudorum exercitatio- nibus adolescentum mirabilis apud nos tolerantia, cum intensi caloris uires resistendum sit.

ORDO BONORVM

BONA

Diuina	Humana
Prudentia	Sanitas 1
Temperantia	Forma 2
Iustitia	Vires 3
Fortitudo	Diuitie 4

belli duo genera

monumēta et uirtutes

Multa huiusmodi apud nos alia sunt, quæ non facile quispiam enumeraret. A THE. Pro be loqueris hospes Lacedæmonie, sed utrum ad timores solum atque dolores fortitudi ni pugna est duntaxat? an etiam ad cupiditates uoluptatesq; ac uehementes quas dā blan dicias, quæ eorum etiam quæ honesti uidentur, animos fleunt, & quasi careos faciunt? M E. Aduersus hæc omnia. A THE. Si recte dictorum meminimus, hic ciuitatem ali quam seipsa inferiorem, & uirum aliquem inferiorem seipso esse dicebat. Ita ne hospes Gnosier? C L I. Ita profus. A THE. Vtrum igitur eum qui dolore frangitur, an eum qui uoluptate superatur, deteriorem uocare oportet? C L I. Eum arbitror qui superatur à uoluptate: omnesq; uoluptate illaqueatum hominem, inferiorē seipso magis, & quidē cum opprobrio, quam dolore demollitum putant. A THE. An igitur Iouis & Apollinis legum latores claudam fortitudinem posuerunt, quæ ad sinistram quidem aduersis resiste re possit: ad dexteram uero, rebus secundis & lætis, blandientibusq; succumbat: imò ad utrumq; sufficientem. C L I. Ad utrumq; arbitror. A THE. Exponamus itaque similiter quæ nam officia uestris in ciuitatibus sunt, quæ gustent quodammodo uoluptates, non su giant omnino, quemadmodum nec dolores refugiunt, sed perinde ut in doloribus fit, du cant in medijs uoluptates, ad easq; superandas homines partim ui impellantur, partim ho noribus inuidentur. Vbinam uestris in legibus id cōspicitur, quod æque contra uolupta tes sicuti contra dolores, homines fortes efficiat: uictioresq; quorum oportet ostendat, nec ullo modo patiatur à proximis cuiq; intra se, & grauissimis hostibus superari? Dicite obse cro, quid apud uos tale? M E. Non ita facile hospes, quemadmodum multas dolori oppo sitas leges, ita etiam uoluptati possem producere: nec magnas perspicuasq; partes aduer sus uoluptates habeo, paruas uero forsitan reperiā. C L I. Nec ego in Cretensium legi bus similiter id ostendere possem. A THE. Nec mirum est optimi hospites. Verum si quis inter nos ueri & optimi diligens inuestigator non nihil in patrijs ciuiscq; nostrum legibus reprehendat, non graui quidem sed æquo animo uicissim ferre debemus. C L I. Probelo queris Atheniensis hospes. Quare tibi parendum censeo. A THE. Profecto non aliter Clinia huius ætatis & conditionis qua uos estis homines facere decet. C L I. Non certe. A THE. Vtrum recte nec ne Laconicā & Cretensem Rempub. quis reprehendere pos sit, alia quæstio est, Quæ uero à multis dicuntur, forsitan ego magis quam uterq; uestrum referre possim. Vobis quidem recte nec ne constitutæ sint leges, una certe lex est optima, quæ iubet ne quis iuuenum querere audeat, recte ne an contra se leges habeant, sed ut non omnium ore, unā que uoce recte tanquam à dijs positas concedi præcipit, nec ullo mo do aliter pati quicquam à iuuenibus cogitari: Senem autem si quid excogitarit, principibus & æqualibus, nemine iuuenum audiente, referre. C L I. Recte loqueris hospes, ac li cet tunc à mente conditoris abijeris, tamen tanquam uates scite ista nunc coniecisse ui deris, uerāque penitus dicere. A THE. Itaque nobis ad præsens iuuenes nulli adsumt, ipsi uero propter senectutem, sine peccato soli de his inter nos differere à legislatore per mittimur. C L I. Est ut dicis, Quare ne parcas, sed libere leges nostras reprehende. Neq; enim turpe est dicere, si quid non probe se habet, in quo delinquit. Nam hinc si quis non cum inuidia sed cum beniuolentia accipiat, remedium inuenitur. A THE. Præclare tu quidem. Ego uero non ante reprehendam quam pro uiribus diligenter consideraro, imò dubitando potius uerba faciam. Solis enim uobis Græcorum barbarorumq; omnium quorum notitiam habemus, legislator præcepit à maximis uoluptatibus iucundissimisq; ludis cauere, nec ex his quicquam degustare. De doloribus autem & timoribus, quod modo diximus sic censuit: si quis à primis annis eos declinare auescat, fieri ut quoties do lores, metus, atq; labores necessarios subire oportet, fugiat illos qui in his exercitati sunt, eis que feruiat. Hoc ipsum ut ego arbitror oportuit eum de uoluptate etiam cogitare, ac istud secum cogitare: si ab incunte ætate maximarum ciues uoluptatum expertes erunt, nec docti continere se in uoluptate, nihil que turpe iucunditatis uoluptuarie gratia fa cere, ita succumbent quemadmodum qui timore uincuntur, & modo quodam alio ac turpiore seruiant quam illi, qui medijs in uoluptatibus sese continere assueti sunt: & qui inter uoluptates conuersantes, oblectamenta sibi suppeditare possint, pessimi for san homines. Atque ita animum partim seruum partim liberum habebunt, nec om nino fortes ac liberi appellari debebunt. Considerate igitur si quid ex dictis probe uobis

Lex optima

dic uidetur. C L I. Videtur quidem. Sic enim oratio est. Sed iuuenum, imò uero amētium penitus esset, de tantis rebus statim ac facile assentiri. A THE. Quid igitur num quæ pro posuimus nunc prosequemur? Clinia hospesq; Lacedæmonie: post fortitudinē enim de moderatione dicamus, quæ differentia sit inter has & cæteras Respub. aut quæ casu nō le ge gubernari uidentur, quemadmodum nunc de bellor. M E. Non est ferme id facile. C L I. Videtur tamen communia conuiuia certaminacq; gymnastica cōmode utrisq; adinuen ta fuisse. A THE. Videtur sane ò hospites arduum esse in Rebus, ut uerbis ita & re ipsa, undiq; tutū aliquid certumq; inducere. Nam quemadmodū in corporibus fieri nō potest ut aliquid unū uni corpori studiū accommodetur, quod nō idem alijs prodesse, alijs obesse uideatur, sic & in ciuitate. Nempe exercitationes eadem comestionesq; alibi quidem ci uita uibus conferunt, in seditionibus autē obsunt omnino. Cuius rei Milesij, & Bæotij, & Thurijs nobis exemplo sunt. Atqui hæc studia prisca, uidentur ueteres & naturales circa ueneræ uoluptates non in hominibus solum, sed in bestijs peruertisse. Qua in re primæ ci uitates uestræ possent accusari, & alia omnes quibus cura gymnasticarū exercitationum maxime fuit. Ac seu ioco siue serio cogitare oportet, cogitandū est, quod cum forma & maculus ad generandum conueniunt, huiusmodi uoluptas secundum naturā his tributa uidetur. Quod mares autem maribus aut foeminae foeminis cōmiscetur, præter naturam uoluptas ea est. Et qui primum tale facinus ausi sunt, uoluptatis incontinentia id fecerūt. Omnes porro Cretensium fabulam de Ganymede uehementer culpamus, quod aduersus Iouem ficta sit: ut cum ab eo leges ipsorum originem habuisse credantur, eum deū imitan tes qui leges tradidit, hæc etiam uoluptate fruatur. Sed fabula quidem ualeat: eorū autem qui de legibus considerant, cogitatio pene omnis de uoluptatibus & doloribus tam circa publicos q̄ circa priuatos ciuiscq; mores esse debet. Duo namq; hi fontes natura scaturiūt: à quibus qui haurit, unde, quando, quātumq; oportet, felix est, priuatus scilicet & ciuitas omneq; animal, qui autē insipienter & præter opportunitatē contra uiuit, infelix. M E. Re de ista dicuntur ò hospes, nec quid aduersus hæc dici possit, uidemus. Videtur autē mihi Lacedæmoniarū legum conditor recte fugiēdas esse uoluptates iussisse. Gnosijs autē legi bus Clinia hic si uolet, optulabitur. Nam apud Spartiatas, quæ ad uoluptates pertinent, optime omnium disposita esse arbitror. Quo enim omnes homines summopere in uolupta tes uehementissimas, petulantiamq; & insanā incidūt, id ab uniuersa regione lex nostra exterminauit: nec in agris, nec in urbibus quas Spartiatæ gubernant, computationes ui debis, sed nec computationibus coniuncta, quibus ad omnes uoluptates mouemur. Nec ullus est, qui cuidam ebrietate lasciuienti obuiam factus, non maximo ipsum supplicio ita tim afficiat, neq; Bacchanaliū tempus ipsum liberet. Quemadmodum apud uos in curri bus uidit, & apud Tarentinos qui nostri coloni sunt, omnem in Bacchanalibus ebriam ci uitatem. Apud nos autē nihil tale cōspicitur. A THE. Laudanda hæc omnia sunt ò hospes Lacedæmonie, ubi cōtinentia quædam est: ubi autē omnino permittuntur, emolliunt. Ci to enim aliquis nostra defendens, te reprehendat, si mulierum apud uos licentiā ostendat. Vna certe in omnibus his & Tarentinos & nos, imò uero & uos responsio liberat, quod hæc probe non improbe se habeant. Quisq; enim peregrino admiranti quod insolita ui deat, respondere poterit: Noli mirari ò hospes, hæc apud nos extrat lex. Apud uos autem istdem de rebus forsitan alia lex est. Nobis uero in præsentia ò amantissimi uiri, non de ho minibus alijs sermo est, sed de conditorū ipsorum uirtute ac uitio. Verum latius de uni uersa ebrietate dicamus. Non enim exigua res est, neq; ad abiectum aliquē iudicium eius spectat. Non dico utrum bibendum sit uinum nec ne, sed de ebrietate querendū inquam, utrum ita utendum sit, quemadmodum Scythæ ac Persæ utuntur, Carthaginenses præte rea & Celtiberi & Thracæ, quæ omnes gentes bellicosissimæ sunt: uel quemadmodum uos, qui ut ais omnino abstinetis. Scythæ uero ac Thracæ mero penitus utuntur tam ui riq; mulieres, ac mero uestes perfundunt, præclarū hoc & beatum uitæ genus existiman tes. Persæ uero alijs quocq; delicijs, quas uos spernitis, ualde utuntur, quamuis moderatius quam isti. M E. Sed omnes istos nos tum cum arma ceperimus fundimus atq; fugamus. A THE. Noli hæc ò uir optime dicere. Per multi namq; & fugarunt alios, & ab alijs fugati sunt, de quibus certa quædam eiusmodi causa reddi non potest, fietq; id sapius. Quare non certum, sed ambiguum argumentū signumq; de honestis officijs & cōtrarijs in uita

Duo fontes
dolor & uolup
tas

De ebrietate

sumemus

sumemus si ad uictoriam belli fugamque respexerimus, praesertim cum minores ciuitates a maioribus in seruitutem pugnando redigantur, ut a Syracusanis Locrenses, qui optimis inter eas gentes legibus usi sunt, & ab Atheniensibus Cei. similiaque huiusmodi multa licet at irruerit. Igitur uictoria & offensione belli praetermissa, conemur de unoquoque officio secundum se considerantes, quod in quoque uerum est, nobis persuadere. Dicamus autem quemadmodum hoc quidem tale, bonum est: illud autem tale, non bonum. Sed in primis me audiat, quomodo in huiusmodi rebus bonum malumque considerari debet. **M. E.** Quo pacto id ais? **A. T. H. E.** Quicumque rem aliquam statim in disputatione propositam uituperant aut laudant, delinquere mihi uidetur, idemque facere, ac si quis cerealem cibum ab aliquo laudatum ut bonum, statim uituperet prius quam eius affectus percipiat, & qua ratione, quibus, cum quibus, quomodo preparatus, & quomodo affectus corporibus offerri debeat. Quod nos modo facere in disputando uidemur. Qui cum primum ebrietatis facta mentio est, statim alij uituperamus, alij uero laudamus, & ualde quidem id absurde. Testibus enim a fertoribusque utrinque utentes, alij quia plures habemus, aliquid fide dignum asserre putamus, alij quia uino abstinentes uiuant in pugna, quod tamen ambiguum nobis est. Si ergo hoc modo etiam in alijs procedemus, nihil mea quidem sententia factemus. Sed ut mihi quidem uidetur, conabor si potero ipsius ebrietatis exemplo, uitam nobis ac rationem rectam in huiusmodi omnibus aperire, praesertim cum gentes innumerabiles de eisdem dubitantes, duabus cum ciuitatibus uestris contendant. **M. E.** Audiuimus est omnino si qua de his recta consideratio inuenitur. **A. T. H. E.** Consideremus itaque sic. Si quis caprarum cultum, & genus id animantis habendum ac possidendum probet: alius uero uituperet, cum abscis pastore eas per fata pacis damnatumque facere uiderit, & omne adeo pecus uel sine pastore, uel malis pastoribus gubernatum conspexerit: nunquid iustam eius uituperationem censebimus? **M. E.** Nullo modo. **A. T. H. E.** Gubernator uero nauis num si gubernandi solummodo artem habeat, an si nauis exagitetur aut non? aut quo tandem pacto bonus dicitur? **M. E.** Nihil ad artem nauis facit. **A. T. H. E.** Quid autem ductor exercitus? si bellandi probe teneat artem, nunquid ex hoc sufficiens dux putandus est, etiam si timidus sit, & in periculis ebrietate quadam metus ipsius nauis? **M. E.** Quoniam modo? **A. T. H. E.** Quid porro, si neque artem habeat, & sit timidus? **M. E.** Ignauum & inutilem narras omnino, neque uirorum, sed uisum quarundam mulierum principem. **A. T. H. E.** Qui uero laudat aut uituperat societatem aliquam, cuius esse dux aliquis possit, sitque utilis societas quociens suum pacta est gubernatorem, ille uero nunquam eam recte uiderit gubernatam, sed semper aut absque principibus, aut cum improbis, nunquid recte unquam uituperare eam, aut laudare poterit? **M. E.** Quo pacto id faciet qui nunquam societatem recte gubernatam prospexerit? **A. T. H. E.** Age iam attende. Compotatores compotationesque non ne societatem quandam de multis unam dicemus? **M. E.** Summopere. **A. T. H. E.** Hanc uero nunquid unquam recte gubernatam aspexit quisquam? Sed uobis respondere facillimum, nunquam id perspexisse. Neque enim id uobis ex patrijs legibus consuetum. Ego autem multis passim interfui, diligenterque de omnibus, ut breuiter dicam, quaesui, nullamque ferme recte uniuersam administrari aut uidi unquam aut audiuimus, sed particulas quodammodo paruas quasdam & paucas. Multas autem, ut sic dixerim, penitus aberrare cognoui. **C. L. I.** Qua ratione haec dicis o hospes? Apertius enodato. Nos enim ut aiebas, cum nullam huius rei peritiam habeamus, non illico quid recte, quid minus in ea fiat, cognoscere possumus. **A. T. H. E.** Consentaneum id quidem, sed conare me dicente perdiscere. In omni conuento atque communitate quarumcunque rerum gerendarum principem esse oportere facis? **C. L. I.** Proculdubio. **A. T. H. E.** Atqui paulo ante dicebamus fortem esse pugnantium principem oportere. **C. L. I.** Dicebamus. **A. T. H. E.** Fortis autem uir a timore minus quam timidus perturbatur. **C. L. I.** Est ita. **A. T. H. E.** Siquis modus inueniri posset ut exercitui ducem proflus intrepidum praeficeremus, nonne ad id omni studio niteremur? **C. L. I.** Maxime. **A. T. H. E.** Nunc autem non de exercitu, nec imperaturo aduersus hostes in bello, sed de gubernaturo in pace iucundam amicorum inter se consuetudinem dicimus. **C. L. I.** Sic est. **A. T. H. E.** Ea societas, si quidem ebrietas aderit, num tumultu carebit? **C. L. I.** Proflus. **A. T. H. E.** Primum igitur etiam his opus est duce. **C. L. I.** Maxime omnium. **A. T. H. E.** Vtrum igitur principem quia non perturbetur, si fieri possit, diligere oporteat? **C. L. I.** Oportet sane. **A. T. H. E.**

A. T. H. E. Societatis conciliandae peritum hunc principem esse oportet. eius enim officium esse debet, ut & praesentem amicitiam illis conferret, & maiorem insuper ex eo contubernio fieri procuraret. **C. L. I.** Vera loqueris. **A. T. H. E.** Nonne igitur sobrius & sapiens ebriorum princeps, haud contra, constituendus est? Nam & si iuuenis, & non sapiens, sed ebrius, erit, ebriorum uero princeps, bonae fortunae non consilio imputabitur, si temeritate sua non euerterit omnia. **C. L. I.** Optime sane. **A. T. H. E.** Siquis ergo compotationes, dum quoad fieri posset, recte in ciuitate dispositae sint, accusaret, rem ipsam accusans, recte faceret forsitan. Sin autem propter compotationem unam turbulentam quam uidit, omnem compotationem uituperet, primum quidem patet ignorare eum non recte dispositam esse fuisse; deinde constat omnia eodem modo, etiam si sobrius domino ac principe fiat, improba uisum iri. An non animaduertis quod ebrius nauis aut cuiusuis rei alterius gubernator euerterit omnia, siue naues, siue currus, seu exercitus, seu quoduis aliud ab eo regatur? **C. L. I.** Vere omnino id dixisti hospes. sed & hoc pro nobis expone. Quid nobis compotationes haec, si recte aguntur, conferent? Vt quod modo dicebamus, recte ducis exercitus uictoriam in bello asserret, bonum profecto non paruum. Idemque de ceteris iudicandum. compotatione uero recte gubernata, quid magni uel ciuitati uel priuatis accederet? **A. T. H. E.** Quid autem puero uno, uel uno quodam coetu recte instituto, magni ciuitas adipsam accedet? At enim ita de hoc interrogati respondebimus, paruam ex unius dumtaxat educatione ciuitati utilitatem accedere. Si autem in uniuersum de iuuenum bene institutorum eruditione quid potissimum conferat? Reipublicae, quae res, haud difficile dictum erit. Bene enim eruditum, uiri probi euadent. Probi autem faciunt, tum cetera bene agent, tum etiam hostes pugnam uincunt. Disciplina utique uictoriam praestat, uictoria nonnunquam negligentiam & ruditeriam gignit. Multi enim in uictoria elati, alia quoque uita multa per insolentiam contulerunt. Et disciplina quidem nulla unquam Cadmea fuit. Uictoria uero multa huiusmodi & fuerunt & erunt. **C. L. I.** Videris o amice quasi magnam disciplinae partem, communem in uini potu consuetudinem si recte fiat, laudare. **A. T. H. E.** Profecto. **C. L. I.** Poteris ergo deinceps uerum id esse ostendere? **A. T. H. E.** Vera haec ita esse o hospes approbare, cum multi de eis ambigant, solius dei est. tamen si quod sentio dicam, nulla arbitror inuidia obstabit. de legibus enim & reipublicae, uerba obtinere in praesentia statuimus. **C. L. I.** Age conemur quod tibi de his ambiguitatibus uidetur, perdiscere. **A. T. H. E.** Ita decet. Oportet autem ut uos ad discendum, ego ad docendum, orationem omnem conuertamus. Ac primum illud audiat, Graeci omnes ciuitatem nostram & eloquentiam studiosam iudicant & uerbosam. Laedamonem uero atque Cretam, alteram breuiloquam, alteram intelligentiam magis quam uerbis studentem. Vereor itaque ne uobis tanquam uerbosus parua de re loqui multa uidear, dum de ebrietate re quidem parua, nimis longa uerborum oratione. Compotationis autem ipsius recta secundum naturam constitutio nunquam poterit sine recta musicae regula aperte & sufficienter oratione tractari, nec musica sine uniuersa disciplina. Quae omnia profecto multis indigent uerbis. Videte igitur quid agendum sit. An his in praesentia praetermissis, ad aliam quandam legum quaestionem iam transeundum? **M. E.** Ignoras forsitan Atheniensis hospes, familiam nostram communem ciuitatis uestrae hospitem esse. Et quod omnibus arbitror pueris accidit, ut cum audiunt maiores suos ciuitatis alicuius hospites fuisse, bene uolentia quadam erga illam quasi alteram patriam confestim a teneris usque annis eorum illabatur, mihi quoque contigit. Audiebam equidem pueros Lacedaemonios quotiens alij, quid uel succenserent Atheniensibus, uel laudi darent, ita dicere, uestra Megille urbs nobis id mali intulit aut boni. Atque haec audiens, pugnam aduersus eos qui uos uituperabant, magna erga uos affectus beneuolentia. Ac mihi quidem nunc uestra uox ualde iucunda est, quodque uulgo fertur, Probos Athenienses, praecipue probos esse, uere profertis mihi dictum uidetur. Soli enim suapte natura, diuina quadam sorte, non coacti neque ficti, sed uere probi sunt. Quare mea quidem causa libere quodcumque uelis enarrato. **C. L. I.** Si me quoque audies hospes, quaecumque in mentem tibi ueniant, summa fiducia proferes. Fortasse namque audisti Epimenidem uirum fuisse diuinum: qui ex familia nostra fuit, ac decem annis ante Persicum bellum dei oraculo monitus ad uos peruenit, & sacrificia quadam dei oraculo edicta fecit, Atheniensibusque Persicam formidantibus classem praedixit, decennio Persas nequaquam uenturos: sed & postquam uenerint, infecta re discessuros, pluraque perperfos

*Attente uerbosa
Apertius uerba in legibus*

*Atheniensis
bonus ualde
bonus*

Epimenides

uersus hostes quidem audacia, aduersus amicos autem turpis infamiae timor. CLIN. Est ita. ATHEN. Intrepidum itaque unumquenque nostrum, & timidum fieri oportet. Quam obrem uero ita utrunque oporteat, iam distinximus. CLIN. Omnino. ATHEN. At qui quotiens intrepidum aliquem reddere uolumus, in multarum terrorem formidinum lege impulsus, talem efficitur. CLIN. Ita uidetur. ATHEN. Quem uero, ut timeat quae timenda sunt, inducere uolumus, cum profecto debemus rebus ad impudentiam declinantibus tentare, in pugna contra uoluptates domesticas, aut antea vitae institutum exercere, & ad uictoriam cohortari, atque ita uincem uere fortem reddere. Qui uero nec periculum sui fecerit ullum, neque in his certaminibus exercitatus fuerit, ne mediam quidem suarum uirium partem ad uirtutem habebit. Temperatus autem quomodo erit perfecte, nisi uoluptatibus atque cupiditatibus plurimis ad impudentiam & iniuriam compellentibus fortiter repugnauerit, ac ratione opereque & arte tam totos quosquam serijs in rebus deuicerit? An temperans erit inquam qui nihil huiusmodi sit perpeffus? CLIN. Haudquaquam uerisimile est. ATHEN. Sed dic oro, num aliquid ad inducendum timorem pharmacum deus quispiam hominibus dedit, ut quanto plus ex eo quis bibat, tanto ex qualibet potatione infelicior se fieri putet, cum omnia tam praesentia quam futura sibi metuat, atque ad omnem formidinem etiam si fortissimus omnium sit, tandem deueniat: cumque dormierit, & a potione huiusmodi liberatus fuerit, rursus sibi idem quotidie accidat? CLIN. Et quam o amice huiusmodi potionem in hominum uita fuisse unquam dicemus? ATHEN. Nullam utique. Tamen si reperiretur haec potio, esset ne ad fortitudinem conditori legum idonea, ut tale quid de ipsa dice-
re ad latorem legis possimus? Age primum dic legum conditor, siue Cretensibus, siue quibuscunque alijs leges conscribis. Vtrum uelles de ciuibus suis posse fortitudinis, & ignauiae periculum facere? CLIN. Velle se profecto quilibet responderet. ATHEN. Deinde utrum id tuto, neque magno imminente periculo, an contra? CLIN. Tuto scilicet atque secure quilibet confitebitur. ATHEN. Num igitur potione hac uiteris ita eos ad terrores compellens, & in ipsis perturbationibus arguens monitu tuo ac iussu, ut ciues tuos imperterritos facias, alios honorans, alios autem uituperans, si tuis monitis non paruauerint? Atque eos qui strenue exercendo se gesserint impunes relinquant: at eos qui contra praena afficias? An nullo modo uiteris, quamuis nihil habeas quod in ea potione accuseris? CLIN. Cur non utatur hospes? ATHEN. Exercitatio quidem o amice praeter con-
fuetas mirae facilitatis est, qua uel unus uel pauci possunt aut quotcumque uolueris exercere. Ac siue quis solitario in loco solus ignominiam ob oculos ponens, quae priusquam profecerit uideri nolit, ita aduersus formidinem se exerceat, potione hac sola praer multis rebus alijs praeparata, probe aliquid profecto efficiet: seu quis confidens natura se & usu satis instruitum, non formidet cum multis copotatoribus exercitari, uinumque in poculo necessario exhauriendo perdendoque ostendere adeo praualens & exuperans, ut in nulla re magna per impudentiam erret, & propter uirtutem statu non moueatur, ac iuxta ultimam potionem ante ebrietatem discedat apprime cauens meri in omnes homines uiolentiam. CL. Certe & hic o hospes ita se gerens, moderatus euadet. ATHEN. Rursus ad conditorem legum ita dicamus. O legis conditor, neque deus tale adhuc hominibus timoris dedit pharmacu, neque ipsi excogitauimus. Ipsos namque ueneficos inter conuiuas non numero. Confidere autem ualde, & intrepide praeterquam oportet audere in quibuscunque, utrum potio quaedam an nulla est, quae facit. CLIN. Vinum esse dicit. ATHEN. Porro contra id facit quam ea potio de qua modo facta est mentio. Nam cum biberit quis, primo alacrior sit quam prius erat: deinde quo plus biberit, eo maiore & meliore spe est, & fortius de se sentit. Tandem quasi sapiens, ea homo confidentia, libertate, audaciaque repletur, ut intrepide & dicat, & faciat quicquid placet. CLIN. Arbitror equidem omnes id concessuros. MEG. Certe omnes. ATHEN. Recordemur itaque nunc quo quaedam esse quae in nostris animis curanda superius diximus. Alterum ut maxime confidamus, alterum ut maxime formidemus. CL. De pudore dicta haec existimamus. ATHEN. Recte tenetis. Sed quoniam fortitudinem imperterritumque animi habitum in timoribus addiscere oportet, considerandum nunquid contrarium addiscere in contrarijs conueniat. CLIN. Consequens id est. ATHEN. In his igitur quae perpeffis confidentes audacesque maxime fieri natura solemus, cogitandum uidetur ut quam

Gradus ebrietatis

ut quam minime impudentes & audaces simus, sed contra formidolosi ad dicendum aut patendum aut agendum quicquam turpe. CLIN. Ita uidetur. ATHEN. Nonne haec ita sunt, in quibus tales sumus, ira, amor, perulantia, inscitia, auaritia, secordia, & ad haec illa, diuitia, forma, uires, & quaecumque uoluptatis ebrietate quadam homines amantes faciunt? Ad horum omnium leue & innocuum periculum faciendum, inducendamque exercitationem, nullam habemus uoluptatem commodiorem ea qua potione mores examinat, si modo prudens quaedam cautio adhibeatur. Videamus enim. Duri & agrestis animi, unde iniuriae nullae pullulant, ubi experimentum capere tutius sit, in commercijs ne, quae uel maxime ingenium declarare uidentur, an Dionysij spectaculis, aut uenera in re animo succumbente, ut mores alicuius in periculum uel filiae uel filij, uel uxoris pudicitia exposita, probes: Equidem si infinita commemorares, nunquam inuenies, in quo per iocum, sine omni prorsus periculo spectare ingenia sic ut in uino licet. Qua de re neque Cretenses neque alios hominum illos dubituros unquam putamus, quin huiusmodi morum examinatio conueniens sit, ac praeter caeteris facilis, tuta, breuis. CLIN. Verum id quidem. ATHEN. Hoc igitur utilissimum quiddam erit, naturas & habitus animorum atque illa cognoscere qua ista curanda sunt. Est autem hoc, ut arbitror, ciuilibus facultatis officium. Annon. CL. Sic est omnino.

ma vi usqz come
imp Plato ut uo
res hominum de
gn for

ARGUMENTVM MARSILII FICINI IN DIALOGVM
SECUNDVM DE LEGIBVS.

DLATO noster mirifica in genus hominum charitate, nihil in disputationibus suis intentatum relinquit, quod ad humanam salutem quauis ratione conducere uideatur. Atque dum id studiose contendit, maualt uel prolixum nimium, uel etiam curiosissimi crimen subire, quam negligentis. Ergo exquisitam in secundo etiam libro etatis tenere persequitur disciplinam. Animaduertens enim pueros ferme ut bestias, quasi nihil pensi habere, sed quocumque uoluptas trahit prorumpere, & undecumque trahit dolor, protinus aufugere, non iniuria prius quam male uel prosequendi, uel fugiendi procliuas in habitum inoleat, aurigam pueritiae equis imponit, uoluptatis uidelicet, & doloris habenas manu tenentem. Quem quidem aurigam nominat disciplinam, uirtutem scilicet quae primo pueris aduenit, qua uoluptas, & amor, dolorque, & odium per alienam rationem recte in animos insuunt, antequam ratione propria moueantur: ratione deinde presente, propria insuper rationi consentiunt, propter superiorem bonorum morum consuetudinem. Hanc ipsam confessionem, uniuersam uult esse uirtutem. Ipsam uero decentem circa uoluptates & dolores assuetudinem, per quam ab initio usque ad extremum uita homines oderint quae dissi oportet, & ament quae amanda sunt, quam diu sub alterius regitur ratione, nominat disciplinam. Deinde uero, cum rationi propria iam experfectae consentit, nomine uirtutis appellat. Eiusmodi uero uitae moralis fundamentum maxime esse momenti, uel Aristoteles ipse in Ethicis magno opere comprobat. Cum uero in quiete sit puerorum natura, oblectamentorumque per omnia cupida, & idcirco seueram non suscipiat disciplinam, merito sub honesta musicae illius communissima uoluptate uirtutis uestigia praesente, iubet pueros educari: imò uero & seniores interdum, quibus ad laboriose uita solamen oblectamenta quaedam honesta sunt adhibenda. Hanc utique ob causam inquit deos laboriosam uitam hominum miseratos, haud ab re in laborum remissionem solennia illis sacra festaque instituisse. Musas quinetiam, & Apollinem, & Bacchum ad haec concelebranda duces adhibuisse, qui morum lasciuiam emendarent, & naturam auidam motionis per musicam motionum rationem moderarentur, honestaque delectarent. Haec autem uerba non solum musicae usum laudant diuinitus commendatum atque concessum, uerum etiam allegorice docent hominem multis de causis brutis fore miseriores, nisi diuina prouidentia atque cognatione diuinum cultum religionemque susceperit. In qua quidem musica diuinam significant ueritatis inuentionem religiosi ad deo concessam: Apollo autem inuentionis eius gratiam expressionem atque uaticinium. Bacchus denique, tum mentis abstractionem, tum opera religiosorum hominum admiranda. Animaduerte harmonicam rationem nobis praecipue a diuina prouidentia esse tributam, per quam omnes in quiete naturae motus qui suapte natura inconcinnis foret, concinnaremus. Sed a Musis quidem habemus motionis animi consonantiam, ab Apolline praeterea concentum in sermone cantusque motu, a Baccho denique festiuam in motu membrorum concinnitatem. Dum uero de hac per musicam disciplina, & ad pueros omnino, & ad seniores etiam pertinente diligentissime disputat, eadem quae & in Repub. posuit, repetit instituta, per quae poetis, musicis, pictoribus, nunquam licentia concedatur quodcumque uoluerint imitandi, sed honesta dumtaxat & graua pro salute spectantium & audientium imitentur.

autem iudices esse uult peritos homines, atque grauissimos, iubetq; ut per honestam imitationem quotidie frequentatam adolentes affueant in ludis omnibus pariter atq; studijs semper rebus eisdem, quibus & leges senioresq; gaudere atque dolere. Quam quidem assuefactionem totum uirtutis fundamentum iudicat continere. Inter hæc nonnulla memoria commendato ad præcepta morum plurimum conducentia. Inustus etiam si cuiusda que inter homines habentur bona, possideat, est infelix; & quandiu ita uiuit, præstare ei dicendum est mori quam uiuere. Item quicunq; que honestum, utile, iucundum, inuicem loquendo disceuerit, non est audiendus. Et quamuis honesta iustaq; uita possit interdum uideri laboriosa, nunquam tamen id pueris est dicendum, imò uero iustissimam uitam fore omnium iucundissimam. Quod tandem fore necessarium Plato asserit, quamuis forte ijs quibus cum disputat, aliter uideatur. Idq; tacere iubet. Veritas tamen pulchrum quiddam est, & stabile. Descendit post hæc ad uini usum, quem uult à iuuenibus ante annum etatis decimum & octauum penitus ignorari. Alioquin ignem inquit ad ignem tam in animam, quam in corpus infundi. Post hanc etatem uinum moderate bibi permittit. Post quadragesimum uero annum in conuiujs inter deorum hymnos concedit uinum liberius bibere, quasi remedium aduersus duritiam senectutis, per quod reiuuescere uideamur, & hostilitia nos obliuio capiat, ipsaq; affectio animi, sicuti ferrum in igne, ex duritie in mollitiem deducta flexibilior fiat. Quo effici uult, ut seniores qui alioquin cantare nollent, facti hilariores in conuiujs ad iuniorum aures cantare uelint, atque una eorum animis, ut ita dixerim, incantare. Qua quidem incantatione per melodiam grauiter concinentem iuniorum animi temperentur. In his legendis, notabis gratiam ipsam, in rebus quidem pulchritudinem, in cognitione uero uoluptatem cognominari. Notabis nullum animal præter hominē rhythmi & harmoniæ sensum habere. Atq; rhythmum esse ordinem in tempore atq; motu; Harmoniam uero esse ordinem in ipsa uocum per acutum & graue contentum perantia. Quod sepe harmoniam dicimus, cōcentum latine proprie dicimus. Quod autem rhythmum, commode numerum dicere possumus, modo intelligas numerum in tempore atq; motu. Notabis qua in re uini consistat uilitas, & qua cautione sit bibendum, presentibus uidelicet conuiuio conditoribus legum siue custodibus, sobrijs quidem & mores bibentium obseruantibus, corrigentibusq; & tunc opportune quando per uinum molliores facti fuerint, reformantibus. Concludit deniq; si eiusmodi cautionibus ciues in conuiujs utantur uero, tanquam ad ea que dicta sunt utile concedendum; usum uero eius ad suam cuiusque libidinem ciuibz suis procul arcendum. Quippe cum sacras Palladis arces, que ante omnia colendæ sunt, impudentissime pulset.

DIALOGVS SECVNDVS DE LEGIBVS VEL DE LEG. LATIONE.

DEINCEPS autem de his considerandum est, utrum id solum bonum habeant, ut perspiciamus quomodo natura habeamus, an magna etiam utilitas multo studio digna in uini potatione, si recte fiat, insit. Quid igitur dicimus? Inest utiq; ut oratio hæc insinuare uideatur. Vbi autem, & quomodo, attente obsecro audiamus, ne ex ea re præpediamur. CLIN. Dic igitur. ATHE. Repetere itaque memoria cupio quid rectam esse disciplinam dicamus. Huius enim, ut in præsentia conijcio, est in hoc officio quando recte institutum est, salus. CLIN. Magnum dicis. ATHE. Primum profecto puerorum sensum esse dico uoluptatis atq; doloris: atque hæc duo esse in quibus primum uirtus & uitium animo innascuntur. Sicuti autem prædicitur, & uera opinio ac stabilis, uel in senectute affuerint, felix est, perfectus porro uir est, qui hæc, & quæ in his sunt omnia possidet bona. Disciplinā appello uirtutem quæ primo pueris aduenit. Si uoluptas & amor dolorq; & odium recte in animos influant antequam ratione moueantur, & ratione deinde presente, rationi cōsentiant propter superiorem bonorum morum consuetudinem, hæc ipsa consensio uniuersa quidem uirtus est. Ipsam uero decentem circa uoluptates & dolores assuetudinem, per quam ab initio usque ad extremum uitæ homines oderint quæ odisse oportet, & ament quæ amanda sunt, si per se ipsam seorsum ratione cōsideratam disciplinam uocaueris, recte ut ego arbitrator appellabis. CLIN. Etenim quæ antea Hospes & quæ nunc de disciplina disseruisti, probe dicta uidentur. ATHE. Bene igitur est. Huiusmodi uero uoluptatum atq; dolorum rectam institutionem, quæ disciplina dicitur, transgrediuntur homines in uita, ac sæpe peruertunt. Dij autem genus hominum laboribus natura pressum miserati, remissiones laborum ipsis statuerūt, solennia uidelicet festa uicissim in ipsorum deorum honorem instituta præbentes. Musas quinetiam, & Apollinem Musarum ducem, & Bacchum concelebratores, deorumq; cō-

Primus sensus puerorum est uoluptas & dolor

Rhythmus & Harmonia

silio emendatores morum inter solennia adhibuere. Considerandum igitur utrum hic sensus secundum naturam nobis ac uerus est, qui dicit: tenerioris ætatis omnes, ut uno uerbo complectar, non posse nec corpore, nec uoce quiescere, sed moueri semper, & loqui uelle, alios exultantes, ac gestientes, & ueluti cum uoluptate saltantes ludentesq; alios uarijs uocibus conclamantes. Ac cætera quidem animalia ordinem ordinisue defectum, qui factus in motibus inspicitur, & rhythmus harmoniæque uocatur, nequamquam aduertere. Nobis autem ab his dijs quos concelebratores datos esse nobis diximus, rhythmi & harmoniæ participem sensum esse tributum, eosq; mouere nos cum uoluptate, chorumq; nobis ducere cantibus & saltationibus nos inuicem copulantes: quem quidem chorum, id est lætitia nominauerint. Primum uero considerandum, num concedamus disciplinam primam per Musas & Apollinem esse. An quomodo? CLIN. Ita prorsus. ATHE. Disciplinæ igitur expers dicendus est, qui nunquam chorea usus est. Disciplinæ uero compos contra, qui satis id fecit. CLIN. Sic ponimus. ATHE. Choream uero omnis tripudium simul est, & concentus. CLIN. Necessè est. ATHE. Quisquis ergo bene disciplina instructus est, & saltare, & cantare bene potest: CLIN. Videtur. ATHE. Sed uideamus quid est quod modo diximus. CLIN. Quid istud? ATHE. Cum bene cantare, & bene saltare quempiam dicimus, utrum etiam bona cantare, & bona saltare, addendum sit an non? CLIN. Addendum. ATHE. Quid porro? Siquis honesta, ut sunt, ita honesta esse arbitratur, & turpia similiter turpia, atque ita his utitur, melius choream musicamq; tenebit quam ille qui corpore atque uoce quod honestum putat sufficienter exequi passim ualet, nec honestis tamen gaudet, nec odit turpia: an ille qui quamuis uoce corporeq; non potest ut decet assequi, uoluptate tamen, & dolore assequitur ut bonis quidem gaudeat, praua autem oderit? CLIN. Magnum uero disciplinæ discrimen ostendit. STERGO cantus tripudijq; bonum nos tres non ignoramus, cognoscimus utique, & qui disciplina recte potitus est, & qui contra. Sin autem hoc ignoramus, neque si qua disciplina conseruatio sit, & ubi sit, scire unquam poterimus. Nonne ita? CLIN. Ita prorsus. ATHE. Deinceps igitur sicuti canes per uestigia decentem figuram, melodiam, cantum, & saltationem inuestigamus. Nam si ista nos fugiant, frustra de recta disciplina siue græca seu barbara disputabimus. CLIN. Sic arbitrator. ATHE. Quam igitur figuram, & melodiam bonam uocare decet? Num fortis animi, & timidi similes figuræ uocesq; in eisdem æquisq; laboribus sunt? CLIN. Quomodo similes, quando neque colores? ATHE. Scite o amice, sed in Musica & figuræ sunt, & concentus, cum circa rhythmū & harmoniam uersetur. Quare boni rhythmi harmoniæq; figuram & cantum licet dicere: boni autem coloris non possumus recte dicere, perinde imaginantes, ut magistri choreæ solent. Ignauis autem & fortis uiri figura quædam est & cantus: atque hæc recte in uiris fortibus honesta, in ignauis turpia nominantur. Sed ne in his longior sim, omnes simpliciter uirtuti animi, uel corporis, aut uirtutis imagini adhaerentes figuræ atque concentus, honesti: contrarij uero, turpes. CLIN. Redde tu quidem, atque ista sic se habere in præsentia iudicamus. ATHE. Præterea & hoc cogitandum, utrum omnes omnibus choreis similiter delectemur, an multum intersit. CLIN. Multum omnino. ATHE. Quid igitur esse dicemus, quod in errorem nos impulit? Vtrū nõ eadem sunt honesta bonaq; nobis omnibus? An ipsa quidem eadem sunt, non tamen eadem esse uidentur? Neque uero dicere quisquam audebit, uitiosam choream uirtutis particeps meliorem esse. Neq; fatebitur unquam aliquis se quidem figuris prauis letari, alios autem contraria quadam musa. Quanquam plerique prædicant rectam musicæ rationem in uis quadam consistere, quæ uoluptatem animis afferat. Quod neque ferendum est, neque dicendum omnino, nefas enim. Hæc autem potius erroris causa est. CLIN. Quænam? ATHE. Quoniam in chorea uariorum morum uariarumq; rerum uarijs infortunis motibusq; gestarum imitationes fiunt, quibus illa quæ dicuntur, aut declarantur, aut sub specie saltationis exprimentur, uel natura uel consuetudine uel utriusque probantur, atque animo eorum conueniunt, quos gaudere illis, laudareq; & honesta nuncupare necesse est. Quibus autem præter naturam uel morem uel consuetudinem aliquam accidunt, hi neque gaudere ipsis possunt, neque ea laudare, immo turpia appellare necesse.

Omnes tenerioris ætatis non posse quiescere. Qui rhythmus & harmonia

Quæ chorea

At uero quibus hæc natura recte contingunt, consuetudine autem contra, uel consuetudine quidem recte, contra uero natura, isti laudes uoluptatibus contrarias proferunt. Singula enim horum iucunda asserunt esse: sed & praua esse concedunt. Atque idcirco coram alijs, quos mentis compotes putent, uerentur corpus eo pacto mouere: uerentur quoque ea cantus, honestaque & studio digna asserere. Ipsi uero secum ijs omnibus delectantur. CLIN. Verissima loqueris. ATHEN. Nunquid damnum aliquid inferitur illi, qui prauis figuris aut cantibus delectatur: uel utilitas eis, qui uoluptates in contrarijs capiunt? CLIN. Verisimile id quidem. ATHEN. Vtrum uerisimile tantum, an etiam necessarium sit ita id se habere? sicuti cum quispiam cum hominibus improbis conficiatur, neque mores eorum odit, sed delectatur his potius & indulget: & tamen in ci loco uituperat, quasi per somnum ipse in se eorum percipiens prauitatem. Tunc quippe necesse est ut similis efficiatur illis quibus gaudet, etiam si laudare uereatur. Quia quidem re quidnam maius aut bonum aut malum ex omni necessitate accedere nobis existimemus? CLIN. Nihil puto. ATHEN. Nunquid arbitramur ubi leges bene constituta sunt, aut & in posterum ita erunt, in disciplinis iocisq; musarum eam poeticis fore licentiam, ut quicquid poetam delectet uel rhythmo, uel cantu, uel uerbo poetico, idem & docere ei liceat? & bene institutorum ciuium pueros adolescentesq; in choreis quacunque contingit, uel ad uirtutem, uel ad uitium flectere? CLIN. Præter rationem id est. MEG. Certe. ATHEN. At istuc, ut breuiter dicam, ubique fere præterquam in Aegypto agere licet. CLIN. Quo autem pacto in Aegypto hanc legem sancitam esse dicis? ATHEN. Mirum hoc quidem auditu est. nam id olim, ut mihi uidetur, illi cognouerunt, oportere quod nunc nos diximus, in ciuitate iuuenes bonis figuris & bonis cantibus assuescere. Quæ uero & qualia sint huiusmodi, in sacris ab eis est instituta. ac præter illa neq; pictoribus, neq; alijs figurarum, uel quorumcunque artificiorum fabris noua uilla licet inducere, neq; etiam excogitare alia præter patria, neq; hodie licet aut in his, aut in uniuersa musica. Ita que si obserues, inuenies ibi quæ decem annorum milibus retro depicta, formatae quomodocunq; fuerunt, quasi non adeo uetusta sint, ut ita dicam, nec pulchriora, neque turpiora his quæ hodie depinguntur, sed eadem arte confecta. CLIN. Mirabile auditu est quod dicis. ATHEN. Imò ciuile nimium maximeq; legum positioni conueniens. Inuenies ibi alia quædam leuia: sed hoc circa musicam uerum est, dignumq; animaduersione: quod uidelicet poterat de rebus huiusmodi certa stabilitiq; lege caueri, et legumlatorem ausum fuisse concentus tales, qui natura rectitudinem exhibent inducere. Quod quidem aut dei, aut diuini alicuius uiri opus est. Quemadmodum & ibi ferunt antiquissimos illos apud eos concentus. Isis esse poemata. Quamobrem ut dicebam, si quis quoquo modo istorum possit rectitudinem intelligere, ei audendum est hæc ad ordinem legumq; reducere. Nam noua semper circa uoluptatem & doloris appetitus ipsius affectio, quæ quidem noua semper musica uti studet, haud magna fortasse uim habet, ut eas choreas uetustatis incufatione corrumpat, quæ sunt sacris legibus constituta. Nempe Aegyptiorum choreas nequaquam tanto tempore corrumpere potuisse uidetur, sed contra omnino. CLINIA. Ita se res habet, ut ex tuis uerbis colligitur. ATHEN. Dicamus igitur confidenter: choream cum ludis & musica recte coherere. Latamur quotiens feliciter uiuere nos opinamur: quotiensq; latemur rursus felicitate uiuere ducimus, nonne ita? CLIN. Ita prorsus. ATHEN. Atque dum latamur, quiete non ualemus. CLIN. Est ut dicis. ATHEN. Nonne igitur qui iuuenes inter nos sunt ad saltandum apti sunt? Nos autem qui seniores sumus in his spectandis decenter uersari putamus, dum illorum ludis & celebritate gaudemus, quando quidem nos corporis leuitas destituit, cuius desiderio, certamina his ponimus, qui quam maxime queant ætatem illam iuuenilem in memoriam nobis reuocare. CLIN. Vera narras. ATHE. An igitur frustra omnino illud à multis de id genus hominibus sacros ludos peragentibus dictum esse puramus, eum sapientissimum & uictoriae compotem iudicandum esse maxime, qui nos lætari atq; gaudere quam maxime faciat: Nam postq; ludere in istis permittitur, conueniens esse uidetur, ut eum qui plurimos, & q; maxime ad gaudium prouocet, præcipue honoremus, & ut modo dicebam uictorem esse dicamus. Recte ne id ita dicitur: recteq; fieret si ita fieret? CLIN. Forte. ATHE. Sed

Sed ò beate ne tam præcipitanter sententiam feramus, sed hoc ipsum in partes distinguentes hoc modo consideremus. Si quis certam aliquando, quaecunque proponat, sed nec gymnicum, nec musicum, nec equestre adiciat, sed omnibus ciuibus congregatis uoluptatis gratia certamen duntaxat instituat, præmiaq; ei proponat, qui spectatores maxime delectet, optimeq; omnium id fecisse iudicetur, cum nullus delectandi modus expressus sit, quidnam ex præconio euenturum putamus? CLIN. Qua de re dicis? ATHE. Par est ut alius sicut Homerum Rhapsodiam ostēdat, alius Citharam, Tragœdiam alius, alius uero comœdiam. Neq; deerit qui miraculo ostendendo uictoriam se opinetur consecutum. Cum tales, & alij generis eiusdem certatores multi confluerint, possumus ne dicere, quis rite uictor sit abiturus? CLIN. Absurdum quid rogas. Quis enim scite id respondere poterit, prius quam ipse istuc præfens singulos certatores audierit? ATHE. Vultis ne igitur ut ipse ad absurdum istud respondeam? CLIN. Quid ni? ATHE. Si ueri admodum parui sententiam dicant, præstigiatores uicisse cæteros iudicabunt. An non? CLIN. Quid obstat? ATHE. Pueri uero masculi comœdum cæteris anteponent. Sed mulieres eruditæ atque adulescentuli, & ferme multitudo tota, Tragœdiam fortasse laudabunt. CLIN. Fortassis ita continget. ATHEN. Seniores autem nos iucundissime Rhapsodum forsitan audiemus, qui Homericum aliquid, Iliada uel Odyssæam, aut aliquid Hesiodicum bene cecinerit, uictoremq; omnium prædicabimus. Quis ergo iure uictor sit, nonne declarandum restat? CLIN. Sane. ATHEN. Perspicuum quidem est, ut & mihi uidetur, & uos necessario conceditis, eum reuera esse uictorem qui uicisse nostris æqualibus iudicabitur. Vnus enim rerum quæ ab ætate habemus, omnium quidem ciuiliū magnum quiddam ubiq; est & optimum. CLIN. Proculdubio. ATHE. Cōcedo igitur ipse hoc multis, uoluptate Musicam iudicandam, non tamen quorumuis hominum uoluptate, sed illam ferme Musam esse dico pulcherrimam, quæ optimos satisq; eruditos delectet, præcipue uero, quæ uirum uirtute & disciplina præstantem. Quapropter uirtute egere harum rerum iudices affirmamus. Nam et prudentiæ eos & fortitudinis oportet esse participes. Prudentiæ quidem, quia non debet uerus iudex quæ determinanda iudicio sunt, ab alio discere, & quasi stupefactus tam clamore multorum quam ignorantia sua ita ferre sententiam. Fortitudinis autem, quia nec etiam si per seipsum intelligit, debet propter ignauiam & timiditatem ex eodem ore, quo iudicaturus deos inuocauit, ignauius iniquum iudicium promulgare. Non enim ut discipulus, sed ut magister spectatorum, sicut par est, iudex sedet pro tribunali, ineptis spectantium uoluptatibus aduersaturus. Licebat prisca Græcæq; lege, quemadmodum nunc Sicula & Italica: quæ multitudini spectatorum rem permittens, & manibus sublatis uictorem declarans, deprauauit quidem poetas ipsos, qui ad iudicium uulgarium prauam uoluptatem componunt omnia, ita ut ipsi spectatores poetas, & seipsos erudiāt. Corrupti & ipsius spectaculi uoluptates. Nam cū eos oporteat qui intersunt, meliora semper moribus suis audire, atq; ita meliorem consequi uoluptatem, nunc eis ex theatro cōtrarium accidit. Quid igitur hæc ita dicta sibi uolunt? Anima diuertite num hoc sit quod uolunt. CLIN. Quidnā? ATHE. Ter iam aut quater ad idem reuoluta oratio mihi uidetur, disciplinam educationem esse puerorum, quæ ad eam uiuendi rationem perducit, quam lex recta esse dicat, & uiri æquitate præstatas senioresq; usu rerum sicuti recta uere cōprobarunt. Vt igitur puerorum animus legem ita sequatur, ut non contrarijs, sed ijsdem quibus lex & senior, doleat gaudeatq; proculdubio conditor sua debet: & si opus fuerit, coget poeticum hominem honestis uerbis temperatorum, & fortium, & omnino bonorum hominum gesta describere, tam figuras eorum rhythmis quam accentus harmonijs ut decet effingentem per eos cantus quas Odas uocamus, quæ reuera *epithymia*, id est, incantationes circa animos sunt, de industria ad id compositæ ut hominum animi dolendo gaudenteq; legibus obsequantur. Quia uero *reueriores* animi seria studia non suscipiunt, iocis & cantus ista dicantur & fiant: idemq; in his efficitur, quod agere solent qui homines corpore ægrotantes curant. hi nanque alimēta conuenientia quidem iucundis condimentis illiniunt, noxia uero amarissimis inficiunt: ut asciscere altera, altera reijcere cōsuecant. CLIN. An igitur in alijs ciuitatibus nunc ho spes seruari hæc censet? Nam quantum ego scio, quæ tu præcipis, nusquam nisi apud nos et Lacedæmonios sūt. Noua enim semper & in saltationibus, & in alia musica excogitant,

non à legibus mutata, sed à uoluptatibus quibusdã uagis, quæ nullo pacto aut eadẽ sunt aut eodem modo permanent. sed uariã semper fiunt contra mores illos Aegyptiorum, quos narrauit. A T H. Probe ò Clinia. Si autem uisus sum tibi quæ modo dicis quasi ubiq; nunc fiant supra dixisse, non mirarer si minus clare quæ sentio exposuerim. Dixi quidẽ quæ in musica fieri uellem, & ea tibi quasi fiant dicere uisus sum. Vituperare enim rem in sanabilem & errore longe prouectam, nullo modo iucundum, interdum uero necessarium est. Verum postquam in his consentimus, nõnne quæso apud uos, & apud istos hæc magis quàm apud alios Græcos fieri asseris? C L. Cur non asseramus. A T H. Si & apud ceteros similiter fierent, nõnne melius quàm nunc agerentur? C L. Multo certe præstantius, si ita disposita essent, quemadmodũ apud istos & apud nos, & ut paulo ante tu præcepisti.

Que debent
cãtare poeta

A T H. Age uideamus nunquid hæc sint quæ apud uos in omni disciplina & musica prædicantur. Poetas carminibus dicere cogitis, bonum uirum quia temperatus iustusq; sit, felicẽ esse atq; beatum, siue magnus atq; robustus, siue paruus ac debilis, siue pauper sit seu diues. Iniustum autẽ hominem etiam si diuor sit quàm Cinyras aut Midas, miserũ esse, & in mœrore uitã ducere. Itaque poeta nobis si recte loquatur, inquit. Nunquam ego de illo mentionem faciam, neq; uirum appellabo, qui non omnia quæ bona dicuntur, cum iustitia possideat atq; disponat. Is igitur iustitia exornatus, cõminus pugnare cum hostibus delecietur. Iniustus autem sanguinolentam cædem uidere non audeat, neq; currendo Thracium queat Boream superare, nec ei quicquam eorum quæ bona dicuntur, unquam affuerit. Quæ enim uulgo appellantur bona, non recte bona dicuntur. Aiunt nempe optimum esse sanitatem, ei proximum bonum formam, uires tertium, quartum uero diuitias.

bona huiusmodi
Sanitas
forma
uires
diuitie

Que uera
bona

Innumerabilia ferme cætera huiusmodi bona narrantur. Nam & acute cernere atq; audire, alijsq; sensibus integre uti, bona uidentur, & ad hæc omnia posse tyrannica licentia facere quæcunq; cupias. Summamq; totius beatitudinis esse ferunt, si cum istorum omnium possessione immortalis statim euadas. Ego autẽ ac uos unã cõuenimus iustis sanctisq; uiris optimam esse istorum omnium possessionem, iniustis autem omnium pessimam, à sanitate initio sumpto. Sanum nãq; esse, & uidere atq; audire, ac omnia facile sentire, & omnino uiuere uel immortalem, pessimum est, si cum horum omnium possessione semper uixeris expers iustitiæ cæterarumq; uirtutum. Minus autem malum, si quam breuissimo tempore sic affectus uitam finieris. Hæc utiq; & ipsi uestros hortabimini & cogetis poetas dicere; perq; his consentaneos numeros & concentus adolescentiam erudire. Num ipsi hoc animaduertitis? Ego enim assero quæ uulgo mala dicuntur, iniustis bona esse, iustis autem mala. Quæ uero dicuntur bona, bonis quidem uere bona, malis autem mala. Cõuenimus ne igitur adhuc, an non? C L. Partim quidem consentire uidemur, partim minime. A T H. Forte uobis non persuadeo non esse beatum illum, sed miserum qui iniustus & contumeliosus est, etiam si sanitatem habeat, & diuitias perpetuamq; tyrannidem, inuitas præterea corporis uires, & animositatẽ, immortalitatẽq; possideat, nihilq; ex his perpetuatur quæ uulgo mala dicuntur. C L. Vera loqueris. A T H. Esto. sed quid deinde dicendum: Et si uiribus pollet, formosusq; est & diues, cunctaq; per omnem uitam facit quæcunq; cupiscit, nõnne uobis uidetur si iniustus contumeliosusq; sit, ex hoc duntaxat necessario turpiter uiuere? An turpiter quidem conceditis? C L. Prorsus. A T H. Quid autem? nõnne & male? C L. Haud similiter istud. A T H. Iniucunde uero atq; incõmode non cõceditis ei? C L. Quo pacto hæc concedemus? A T H. Quomodo? Si deus quipsiã ò amici consentim nobis (ut uidetur) animi tribuat: ut nũc quidem, inter nos dissentimus. Mihi enim ista magis necessaria uidentur esse ò amice Clinia, quàm Cretam esse insulã: ac si Cretensibus ipse leges cõderem, tam poetas q; cæteros oēs ciues sic loqui compellerem: ac pœnam per ne omnium maximam intentarem, si quis ea in regione assereret esse aliquos quandoque homines prauos qui iucunde uiuant, uel alia esse utilia & conducibilia, alia iustiora. Multaq; equidem contra ea quæ nunc à Cretensibus & Lacedæmonijs dici uidentur, imò uero à cæteris quoq; hominibus, dicere ciuibus meis persuaderem. Agite igitur per Iouem atque Apollinem optimi uiri, si hos ipsos deos qui leges nobis dederunt, interrogemus: sit ne iucundissima uita iustissima: an duæ quædã uitæ sint, altera iucundissima, iustissima altera: nobisq; ita quærẽtibus ipsi duas esse respondeãt: ab eis forsã iterũ per cõtabimur, si recte sciscitari uoluerimus, utros beatiore oporteat dicere, iustissime, an iucundissime uiuentes

In iusto nisi
cætera oia cõ
stet quæ bona
uocatur, inse
lix uel idcirco
est, quia ini
ustus

uiuentes: ac si iucundissime uiuentes responderint, turpis erit responsio. Vellem autẽ de patribus legumq; latoribus potius q; de dijs tale aliquid esse dictum. Quare quæ esse, à patre legisq; lator me petijisse existimetis, responsumq; mihi esse, beatissimum esse illum, qui iucundissime uiuat. Ego autẽ ita deinde opponã. ò pater nõnne q; beatissime uolebas me uiuere? Certe. At nunquã cessabas iubere ut q; iustissime uiuerem. Quisquis autẽ hæc unã cõcedit siue legum lator siue pater, & absurde loquitur, & sibijpsi non constat. Quod si iustissimã uitam, beatissimã esse respondeat, quæret ut arbitror, quicunq; id audiet, quidnam ea in uita bonum & pulchrum, tanq; uoluptate melius, lex ipsa laudat? Quid enim à uoluptate superatum iusto boni adesse potest? Dic obsecro an laus & gloria tam apud homines q; apud deos bonum quidẽ est atq; honestum, iniucundum autẽ? Infamia uero contra? Minime dicemus ò legislator. Sed iniuriã neq; inferre, neq; pati num iucundum quidem sit, bonũ uero atq; honestum: cætera autẽ iucunda quidẽ, turpia uero & mala. Quo pacto id: Ratio igitur, quæ neq; iucundum à iusto, neq; bonum separat ab honesto, probabilis est: & si nõ ad aliud, at tamen ad hoc, ut sancte ac iuste quis uiuere uelit, multum conducit. Quocirca legislatori turpissima, & admodum cõtraria oratio est, si hæc ita habere se neget. Nemo enim sponte id aget, cui nõ plus latitiæ q; doloris inest. Quod uero procul aspiciẽ, omnibus ut ita dicã uel ipsis pueris caliginosam asserit uertiginẽ. Quare uertigine tenebrisq; ablatis in contrariũ legislator opinionones ciuium ducet, & tum laudibus, tum consuetudine, tum rationibus quodãmodo ipsis persuadebit, tam iusta quàm iniusta esse obumbrata, atq; iniusta quidẽ contra apparere q; iusta. Nempe iniusto ac prauo iucunda uideri, cui iusta uidentur iniucundissima. Iusto autẽ utraq; contra omnino uideri. Sic apparet. A T H. Reuera autẽ utram sententiam potiorẽ existimabimus? melioris ne an deterioris animi? C L. Melioris necessario. A T H. Necessè est igitur iniustam uitã nõ turpiorẽ solũ ac peiorem iusta sanctaq; uita esse, uerũ etiã iniucundiorẽ. C L. Ita certe ex hac ratione ò amice uidetur. A T H. Legis itaq; lator ex quo exigua sit prouentura utilitas, etiã si non ita id se haberet ut modo diximus, non alienum tamen sua grauitate putaret ad iuuentutis utilitatẽ falso aliquid, si modo quid unquã aliud falso dicendum sit, dicere: maxime cum nullum mendacium hac fallitate utilius excogitare possit, quod uidelicet ita tra here audientes ualeat, ut nõ ui sed sponte iustitiã uelint suscipere. C L. Pulchrum certe ò hospes & stabile quiddã est ueritas. Videtur autẽ plerunq; non facile persuadere. A T H. Esto. At enim Sidonij fabula illa, & si nihil uerisimilitudinis habuit, facile nihilominus persuasit, altãq; permulta similiter. C L. Quænam? A T H. Quod à dentibus quondã satis armati milites nati sint. Magnum enim id legislatori exẽplum est, posse animis iuuenum quodcunq; uelit persuadere. Quapropter nihil aliud scrutari debet, q; quibus rebus persuasione acceptis maximũ bonum cõferat ciuitati: ad idq; omni incumbere studio, ut ciuitas uniuersa de his rebus unum atq; idẽ q; maxime ac semper in cantibus, fabulis, & omni sermone decantẽt. Equidẽ ita sentio. Si uero uos aliter, nulla inuidia sit cõtradicere. C L. Neuter nostrum posse unquã de his dubitare uidef. A T H. Prosequar igitur, asserens choros omnes qui tres sunt, teneris adhuc & mollibus puerorum animis, & alia bona quæ diximus, & quæcunq; narrare possimus, quasi incantatione quadã insinuare oportere. Caput autẽ illud sit, quod uidelicet si uitã eandem optimã & iucundissimam iudicari à dijs asseruimus, & uera loquemur, & magis illis quibus opus est, persuadebimus, quàm si aliter diceremus. C L. Cõcedenda sunt quæ dicis. A T H. Primus itaq; puerilis musarũ chorus hæc stuidiose toti ciuitati decantaturus ingrediat. Secundus illorum chorus qui ad triginta usq; annos prouecti sunt, Pæana testẽ ueritatis dictorum inuocet, & iunioribus propitiũ suppliciter esse precẽt. Tertius eorum sit chorus qui triginta annos inter & sexaginta ætatem agunt. His autẽ seniores, quia nõ amplius de eis dẽ moribus fabulas poterunt decantare, dimittendos diuino oraculo censemus. C L. Quosnã hospes fertios hos choros dicis? non enim clare quid de his dicere uelis comprehendimus. A T H. E. Hi profecto sunt, quorum gratia pleraque superius sunt inducta. C L. Nondum intelligimus. Quamobrem apertius dicito. A T H. E. Dictum est disputationis principio si recordamur, ita ardentem iuuenum omnium naturam esse, ut neq; corpore neq; uoce quiescere possit, sed sine ordine semper clamet & saltet atq; ordinis utrorumq; istorum nullũ aliud animã præter solã hominis naturã sensum habere. Ordinis autẽ qui in motu conspicit, nomẽ Rhythmus, id est

id est numerus esse potest: sed eius qui in uoce, acuto & graui simul temperato, Harmonia, id est, concentus. Vtrunq; uero simul, Chorea nominabatur. Deos quoq; diximus nostri misertos choreae cōcelebratores ac duces dedisse nobis Apollinem & Musas. Tertiumq; si recordamur Dionysium numerauimus. C L I. Cur non recordari debeamus? A T H. E. Atqui Apollinis & Musarum chori dicti iam sunt. Tertius autem qui reliquus est Dionysio necessario tribuetur. C L I. Quo pacto? latius exponere. Nam primo auditus ualde absurdus Dionysiacus seniorū chorus esse uidetur, si ultra trigessimū annū, et ad quinquagesimū iam prouecti & usq; ad sexagesimū eo utant. A T H. E. Vera loqueris. Sed ratione ad hæc opus esse arbitror, ut appareat quo pacto opportune id fieri possit. C L I. Quid nī? A T H. E. Nunquid superiora illa inter nos cōstant? C L I. Quænam? A T H. E. Quod oporteat uiros oēs & pueros, liberos & seruos, mares & fœminas, & uniuersam ciuitatem toti ciuitati quotidie quæ diximus uarijs modis & carminibus decantare, ut ex innumerabili hymnorū uarietate, inexplēbili quodāmodo uoluptate concinentes afficiantur. C L I. Nihil obstat quo minus cōcedat ita fieri oportere. A T H. E. Sed quo optima hæc ciuitatis pars, cui propter ætate atq; prudentiā summa inest ad persuadendū auctoritas, optima canēdū maximorū bonorum causa erit? An id stulte omitemus, in quo optimorū & utilissimorū cantuum uis inest præcipua? C L I. Haud omittere licet, ut modo apparet. A T H. E. Quomodo igitur decenter id fiet? Videte quæso an ita. C L I. Quo pacto? A T H. E. Vnusquisq; senior circa cantus iam satietate affectus, his minime delectatur, & cum res postulat canere, quanto senior atque modestior est, tanto magis canere ueretur. An non ita? C L I. Ita prorsus, A T H. E. Sed multo etiam magis in theatro coram multitudinē rectius cantare præ pudore nō tolerabit. Præsertim si seniorum chori, quemadmodum qui de uictoria contendunt, & si quidem quo clarior uox sit tenues atq; ieiuni cantare cogatur. Sic enim non sine molestia & pudore cantabunt, & ad ista tardiores accedent. C L I. Necessaria narras. A T H. E. Quo igitur pacto paratos eos ad cantum reddemus? Principio lege sanciemus, ut pueri usq; ad duodeuigesimalium annum uini usum prorsus ignorent. Nempe eos monebimus nō oportere ignem igni in corpus atq; animam suggerere, antequā uiri effecti subire labores incipiant. Furiosum namq; habitum iuuentutis cauere oportet. Deinde uino moderate utantur usq; ad annum ætatis trigesimalium. Ab ebrietate uero & uini repletionē iuuenes omnino abstineant. Sed cum ad quadagesimū peruenerint, tunc in conuiujs liberius discumbentes, cum alios deos tum Dionysium ad sacra senum & ludos inuocent, qui hominibus uinum quasi remediū aduersus senectutis duritiā est largitus, ut reuiuenscere uideamur, & mœstitiā nos obliuio capiat, ipsaq; affectio animi sicuti ferrum in igne ex duritie in molliorem deducta flexibilior fiat. Primum quidem sic affectus quisq; sumpta fiducia minus uerebitur inter aliquos ac suos, non tamen multos & alienos canere, & unā quod iam sapius repetimus, incantare. C L I. Et maxime quidem. A T H. E. Ad eos igitur inducendos ut cantibus interesse uelint, modus hic haud indecens erit. C L I. Non certe. A T H. E. Qua autem uoce & qua musa hi uiri cantabunt? An ea uidelicet quæ ipsis conueniat? C L I. Ea dumtaxat. A T H. E. Quænam igitur diuinis uiris conueniens erit? Nōne ea qua chori decantant? C L I. Nos quidē hospes & ij non possumus aliud canere quàm quod in choro didicimus. In hoc enim cantu assueti sumus. A T H. E. Par est. Optimum enim cantum non didicistis, quasi enim castrensem Rempub. habetis potius quàm urbanam. propterea iuuenes profecto tanquam pullos gregatim pascētes habetis. Vnde nemo uestrum arripit suum & ad cohibendam eius ferocitatem cuiusdam quasi equorum magistro cōmittit, qui erudiat ipsum leniter tractans & manifestans, & cetera quæ educationi conueniunt peragēs, ex quo non modo probus miles efficitur, sed ciuitatū quoq; & urbium idoneus gubernator: quē qdē principio diximus Tyrtaei militibus fore bellicosiorē, quarto uirtutis loco nō primo semper & ubiq; priuatim et publice fortitudinis munera colētē. C L I. Nescio quo modo rursus hospes legum latoribus nostris derogas. A T H. E. Non ex animo id facio bene uir, si quidē facio, sed pergamus quōd ratio ducit, si uultis. Nā si musam habemus chororū & theatri communi musa præstantiorem, hanc illis exhibere conemur, quos diximus illā quidem uereri, & aliā quærere meliorem. C L I. Omnino. A T H. E. Omnibus igitur quæcumq; gratia quædā sequit, inesse id oportet, ut uel ea ipsa gratia sola in his alliciat sitq; præcipuū, uel recitudo, uel utilitas. Exemplo quod dico, exponā. Cibus ac potus & alimentū omne gratiam

*Pueris inter,
dicitur uini
usq; ad annum
18*

*Vini remediū
aduersus
senectutis duritiā*

gratiam habet, quam uoluptatem dicimus: Recitudo uero & utilitatem, si confert ad sanitatem. C L I. Prorsus. A T H. Sic & in discendo gratia inest quæ uoluptas nominatur. Recitudo etiam atq; utilitas & bonus habitus atq; pulcher, quæ ab ipsa ueritate efficiuntur. C L I. Ita est. A T H. Quid porro in artibus, quibus similia effinguntur, nōne idipsum inspicimus? Voluptas profecto ex illis quandoque prouenit, quam par est gratiam nominare. C L I. Certe. A T H. Recitudo uero talium, ut in uniuersum dicam, æqualitas ipsa tantū talisq; efficit, potius quàm uoluptas. C L I. Præclare. A T H. Voluptate igitur sola id merito iudicabitur, quod neq; utilitatem, neq; ueritatem, neq; similitudinem, neque rursus damnum efficit, sed solum causa gratiæ illius sit quæ concomitatur alia, quam uoluptatem recte possumus nominare, quando uidelicet nihil istorum ipsam sequitur. C L I. Voluptatem dicis solam, quæ minime noceat? A T H. Nempe. & iocum ac ludum rursus eam ipsam appello, quando nec nocenti neq; utilitatis aliquid affert æstimatione dignum. C L I. Vera loqueris. A T H. Sequitur ex his quæ diximus, nullam imitationem uoluptate & opinione nō uera iudicandam esse, similiter etiam æqualitatem nullam. Nō enim quia huic uideatur, aut quoniam hic gaudeat, idcirco æquale, ipsum æquale est, aut cōmensurabile ipsum est cōmensurabile, sed nullo alio quàm ueritate sola. C L I. N. Sic est omnino. A T H. Atqui musicam omnem imitationem, & similitum effectricem esse dicimus. C L I. N. Cui dubium? A T H. Cum ergo quis sola uoluptate musicam afferit iudicari, minime audiendus est, minimeq; huiusmodi musica, si alicubi colitur, quæranda est, sed illa quæ per imitationem boni similitudinem possidet. C L I. Vera hæc sunt. A T H. Qui ergo cantus spectem & musam quærunt optimam, non eam quæ iucunda, sed quæ recta est, quærere debent. Recitudo enim imitationis in hoc consistit, ut dicebamus, si tantū & tale fiat quod imitatione exprimitur, quantum & quale in seipso est. C L I. N. Cui dubium? A T H. Atqui illud de musica omnes concederent, omnia uidelicet poemata eius imitationem esse atq; assimilationem. Quod & poetæ omnes, & auditores, histrionesq; concederent. C L I. N. Magnopere. A T H. Oportet igitur circa unum quodq; poemam & figmentum, ut uideatur, quid sit quod effingitur cognoscere illum qui in ipso non sit erraturus. Nam qui nec nouit quid essentia ipsius uelit, nec cuius imago sit, nunquam recitudinem eius & errorem intelligit. C L I. N. Nunquam certe. A T H. E. N. Quia autem recitudinem operis non intelligit, num bene an male factum sit, cognoscet? Obscurius equidem loquor. Forte ueroplanus ita mihi dicitur. C L I. N. Quo pacto? A T H. E. N. Multæ ad aspectum pertinentes similitudines fiunt. C L I. N. Certe. A T H. E. N. Siquis corporis depicti modum non teneat, cognoscet ne unquam utrum recte sit pictum? Vtputa utrum articulos corporis & singulas particulas habeat, & numerum, & qualitatem, & locationem singulorum prout decet ad singula, colores præterea atq; figuras: uel contra utrum perturbate hæc omnia picta sint? An censes hæc aliquem cogniturum, qui animal quod pingitur minime nouerit? C L I. N. Nullo modo. A T H. E. N. Sin autem cognoscat aliquis hominem esse id quod pictum, uel quo quo modo formatum est, suasq; partes omnes & figuras & colores ab arte accepisse, num idem necessario sicubi defectus aliquis pulchritudinis in eo sit, continuo agnosceret? C L I. N. Omnes ferme hoc modo hospes quæ in animalibus pulchre se habent, cognosceremus. A T H. E. Recte loqueris. Nōne igitur in imagine omni siue per picturam, siue per musicam, siue quomodo cumq; aliter fiat, tria hæc præditem iudicem habere oportet? Primum ut cognoscat quid sit quod in imitationem cadit, secundum ut recte ostendat ut bene quælibet similitudo uerbis, concentibus, numeris effecta sit, nouerit? C L I. Videatur. A T H. Ne pigeat igitur difficultatem quæ in musica est, exponere. Porro quoniam magis hæc quàm aliæ similitudines, celebratur, maiore quàm in cæteris opus est diligentia. Nam quis in hac aberrat, maxime læditur, cum sub eius suauitate malos imbibat mores. Difficile autem id cognitu est, quoniam poetæ non ita ut Musæ artem poeticam tenent. Nunquam enim illæ tantum errare possent, ut in effingendis uirorū uerbis, colorem multierum concentusq; redderent, uel in concentibus figurisq; liberorum, seruorum & illiberorum numeros, uel in numeris figurisq; liberis, concentum uel sermonem numeris contrarium. Nunquam in super ferarum uoces atq; hominum, pulfandorumq; instrumentorum, & strepitus omnes quasi unum aliquid imitarentur, in unum cōfunderent. Humani uero poetæ huiusmodi multa perturbant & sine ratione commiscēt, rursusq; hominibus

*De musica
quædam*

comp.

*Que spectat
ad iudicē
prudentem*

*poetæ in quibus
uocant*

commouent quos Orpheus delectationis gratiam secutos ait. Omnia enim & confusa cernunt & ipsi quoque distrahunt poetæ, numerum quidem atque figuras à concentu seorsum, orationes nudas absque concentu metricæ componentes, atque etiam concentus & numeros absque uerbis, nudæ citharæ pulsationi & tibiæ sono accommodantes. Qua in re difficillimum est cognoscere quid numerus & concentus qui sine uerbis sibi uelit, & cui imitationi similis sit earum quæ ratione sunt dignæ. Putare autem oportet multa ruditate esse refertum id omne quodcumque siue uelocitatem seu tarditatem uocemq; ferarum proxime sequitur, ut aliter tibiæ, citharæq; utaris, quàm ad tripudium opus sit atque cantum. Nudo autem utroque uti, abusus est præstigiatrici ostentationi per similes, & à Musis admodum alienus. Sed horum quidem hæc ratio est. Nos autem hæc non consideramus, quod triginta quinquagintaq; annos & ultra nati Musis nostris uti non debeant, sed uti quando debeant uideamus. Ex istis autem oratio hæc nobis id significare uidetur, quod ad quinquagesimum annum prouectos quibuscumque canere opus est, melius cateris chori Musam tenere oporteat. Necessè namque est ut acute cōcentus & numeros sentiant atque cognoscant. Quomodo enim aliter quispiam rectitudinem cantus cognoscet, cui uel conueniat uel non conueniat Doricum, & numerus quem illi poeta adiunxit, utrum recte iunxerit necne? CLINIA. Nullo certe pacto. ATHENIEN. Vulgus autem deridendum est, cum se putet quod boni concentus numeriq; compos est, & quod contrā, satis cognoscere. Hi inquam qui ad numeros accinere & saltare iam olim coacti sunt, quod uero singula istorum ignorent, non istuc apud se ita reputant, quod quilibet cantus si omnia sibi conuenientia continet, recte se habet; si non continet, contrā. CLINIA. Sic omnino necesse. ATHENIEN. Quid porrò? Si quis rationem eius quid hæc habeat non intelligit, nunquid quod diximus, quo pacto recte se habeat in aliquo unquam cognoscet? CLINIA. Quo pacto id fieri posset? ATHEN. Hoc itaq; nunc in his inuenisse uidemur, quod cantores eos seniores, quos prius quidem nolentes ita prouocamus, ut libenter quodammodo canant, usque adeo hæc didicisse necesse est, ut eorum quilibet tam numerorum progressus & pondera, quàm sonos fidium harmonicis consequatur: ut concentus & numeros intelligentes illos eligere possint, quos tantis ac talibus decantari oporteat, atque ita canentes & ipsi uoluptates innocuas confestim percipiant, & iuuenes ad probos mores de cantibus perducant, & oblectamentis. Eatenus autem docti, exquisitiorem quàm uulgus & poetæ ibi disciplinam habebunt. Tertium quidem illud siue bona siue mala imitatio sit, nō est necesse ut poeta cognoscat, concentum uero numerumq; necesse. Isti autem omnia tria cognoscere debent, ut optimum & secundum eligere queant. Aliter autem nunquam sufficienter ueluti incantationibus quibusdam poterunt iuuenum animos ad uirtutem alligere. Enimuero quod ab initio uoluimus, ut uidelicet Dionysij choro rectam opem sermo noster afferret, pro uiribus dictum est. Verum consideremus an hoc ita sit factum. Talis utique concentus hominum necessario computatione progrediente turbulentiore redditur. Quod & à principio supposuimus, in his quæ fiunt hodie, necessario fieri. CLINIA. Necesse. ATHENIEN. Vbi certe unusquisque seipso leuior factus extollitur & exultat, audacia que repletur, nec audit proximum, sed tam suuipius quàm ceterorum omnium ducem se sufficientem existimat. CLINIA. Absque dubio. ATHENIEN. An non diximus, quotiens ista fiunt, bibentium animos, sicut in igne ferrum, ita uino feruentem molliorem iuniores que fieri, & idcirco facilius deduci, ueluti quando iuuenes erant, si quis & possit & sciat erudire eos ac fingere. Fictorem uero eundem esse qui & tunc probus legislator dicebatur. Cuius in legibus computationis modus est præscribendus, ut possint hæc leges confidentem illum audacemque & impudentiorem quàm deceat factum, qui ordinem uicissim silentio, sermone, computatione, & musica seruare non uult, cohibere, atque ita instruere, ut contrā in omnibus facere uelit quàm facit contra insurgentem ac turpem confidentiam ad mouentes timorem optimum cum iustitia, quem quidem timorem diuinum, pudorem & uerecundiam nominauimus. CLINIA. Est ut ais. ATHEN. Harum legum auctores atque custodes à perturbatione & ebrietate remotos esse oportet, uinolentorum duces. Sine quibus contra ebrietatem pugnat re durius est, quàm sine ducibus sobrijs cum hostibus dimicare. Siquis autem neque obtemperare

Sicut igne ferrum, ita uino corpora sensu molliori

temperare uelit his, neq; ducibus Dionysij ultra annos sexaginta natis, æquale uel etiam maius dedecus ferat, quàm qui ducibus Martis non pareat. CL. Recte. ATHEN. Nonne sitalis ebrietas talisq; ludus adhiberetur, compotatores magnam inde utilitatem consecuti, & maiori quàm prius inuicem beneuolentia iuncti, non autem sicuti nunc inimici discederent, cum legitime inuicem conuersati essent, & ducentibus sobrijs temulentis quoque legibus obtemperassent. CL. Sic certe, si talis esset ebrietas qualem modo narrabas. ATHEN. Ne igitur Liberi patris munus simpliciter ita uituperemus, quasi malum sit, ne que dignum ut in ciuitate recipiatur. Atqui plura etiam in hanc sententiam referri possent, quamuis maximum illud bonum quod largitur Dionysius, efferre in multos uerear, quoniam homines cum audierint non recte accipiant, nec intelligant. CL. Quid istud? ATHEN. Rumor quidam & fama defluxit ad nos, hunc deum à nouerca Iumone mente olim deturbatum fuisse, atque idcirco ulciscendi gratia bacchantum choream omnemq; insaniam induxisse, & uinum ad hoc ipsum tribuisse. Ego autem hæc illis permitto dicere, qui tutum talia de dijs dicere arbitrantur. Illud tamen scio, quod nullum animal cum tanta ac tali nascitur intelligentia, quanta & qualis ei cum prouectum fuerit, conuenit. Hoc porrò in tempore, quo prudentiam suam nondum possidet, furit omne, & sine ordine clamat, & factu elatum lasciuientq; salit. Recordemur autem quod musicæ & gymnasticæ hæc esse principia diximus. CLIN. Recordamur. ATHEN. Nonne etiam quod numeri & concentus sensus nobis solis sit, ex hoc principio constare diximus? Apollinem uero & Musas, & Dionysium duces ad hæc nobis esse tributos? CLIN. Utique. ATH. Vinum uero, ut ferunt multi, ad ultionem hominibus datum est ut insaniant. Ut autem sermo habet noster, remedium, & medicina in contrarium, ut animus quidem pudorem corpus autem sanitatem & uires adipiscatur. CLIN. Egregie hospes superiorem orationem commemorasti. ATHEN. Sed iam mediā pars eorum quæ ad choream pertinent, dicta est. Reliquam uero ut uidetur perficiemus, ne an prætermittemus? CL. Quas nam dicis partes, & quomodo partitis utraq;? ATH. Tota quippe chorea uniuersa nobis dicta est disciplina, choreæ uero pars una in uoce est per numeros & concentus. CLIN. Ita est. ATH. Altera in corporis motu per numerum atque figuram. Sed numerum quidem dem habet cum motu uocis cōmunem, figuram uero propriam. In prima autem illa parte cantus ipse uocis est motus. CL. Vera narras. ATH. Sed uocis quidem habitum, qui ad disciplinam uirtutis animi peruenit, nescio quo modo musicam nominauimus. CL. Recte admodum. ATH. Si autem corporis motus in ludo quem saltationem appellauimus, ad corporis usq; uirtutem attingit, artificiosam hanc ad id ipsius deductionem gymnasticam nominemus. CL. Rectissime. ATH. De musica quidem, quam mediam choreæ partem diximus, satis actum putauimus, atq; ita de ea sit dictū. Quare de reliqua iam dicamus, uel quid agendum? CL. O uir optime, qui cum Cretensibus & Lacedæmonijs differis, quando iam satis tractatum de musica est, sed de gymnastica hæcenus minime, quid nam responsurum tibi ad interrogationē huiusmodi utrumuis nostrum existimas? ATH. Affirmabo equidem te, cum hæc interrogaueris, aperte iam respondisse. Intellego enim quod hæc tua interrogatio responsio quædam est, ut dixi, ac iussio simul ut transigantur quæ ad gymnasticam pertinent. CL. Optime intellexisti, & sic facias. ATH. Faciendum est, neq; enim difficile est quæ uobis utriq; notissima sunt, transigere. Nempe huius artis utriq; multo magis quàm illius periti estis. CL. Vera ferme dicis. ATH. Nonne huius quoq; ludii principium est, quia unumquodq; animal natura saltare conseruit. Homo autem ut tetigit, cum numeri sensum acceperit, saltationem peperit. Cantus item numerum excitat. Quæ ambo inuicem copulata choream, & ludum pepererunt. CLIN. Ita est. ATH. Huius partem alteram iam peregrimus, alteram deinceps aggrediemur. CL. Prorsus. ATH. Sermonem igitur de ebrietatis chorea primum hæc si placet sententia cōcludamus. CLIN. Quoniam pacto? ATH. Si ciuitas aliqua tanquam re seria computationibus & cum legum ordine utatur, exercitationis cuiusdam ad temperantiā gratia, & alias uoluptates non fugiat, sed eadem ratione ut ipsas superet exercitetur, hoc utiq; pacto omnibus his utendum. Sin uero tanquam ludo utatur computationibus ciuitas, & liceat cuiq; quando uelit & quibuscum uelit combibere, & alia quæq; pro libidine exercere, non esse huius sententiæ, quod deceat ciuitatem istam aut hunc uirum ebrietati aliter

Cur uinū datur hominibus

Tota chorea est chorea pars

Mor Cratib
genisium cir
ca unum

quando indulgere. Sed multo magis quam Cretenſium Lacedaemoniorumq; uſum Carthaginenſium legem probarem, ut nunquam in caſtris quiſquam guſtare uinum audeat, ſed toto illo tempore aqua bibatur. & in ciuitate nunquam uini uſum ſeruo uel ſeruere concederem: Sed nec magiſtratibus toto eo tempore, quo magiſtratu funguntur. Gubernatores etiam ad iudices munus ſuum ſubituros à uino penitus prohiberem. De liberato-ros quoque de rebus non omnino negligendis. Ac nulli penitus interdiu uinum concedere, niſi exercitationis corporeae morborumq; cauſa hoc potu opus fuerit, neq; etiam nocte uiro uel mulieri quando liberis operam dare uolunt. Plura etiam referri poſſent, in quibus homines legis rectae mentisq; compotes uino abſtinerent. Quapropter ſecundum hanc rationem, nec multis ciuitati uineis opus eſſet. Atqui & reliqua agricultura omnisciq; uiuendi norma ordinem ſuum teneret, ac uini uſus ferme omnium moderatiſſimus & pauciſſimus eſſet. Hic itaq; ſermoni de uino hoſpites, ſi uobis quoq; uidetur, colophonium poſitus ſit. c l i n. Probe dictum. Quare & nobis ita uidetur.

ARGUMENTVM MARSILII FICINI IN DIALOGVM TERTIVM DE LEGIBVS.



QVEM AD MODVM medicus ſanitatē corporis, ita legum auctor ſpectat animi ſanitatē. Quoniam uero omnibus optabilius eſt ualeitudinem proſperam retinere ne perreat, quam recipere percuntem, idcirco praecipuum utriuſque tam ciuiliſ, quam medici inſtitutum eſt, ſeruare ſiue corporis ſiue animi ſanitatē; ſequens uero utriuſque conſilium eſſe uidetur optimum, ſiue corpori ſiue animo habitum, ſiquando amiſſus fuerit, reſtituere. Quamobrem & apud Platonem & apud ueritatem ſcriptores illi legum contenti endi cenſentur, qui ſubito qua cenſura ſcelera perpetrata ſint puniendā, decernunt.

Qua uero ratione homines ita oriantur, inſtruantur, erudiantur, ut ſcelera perpetrare nolint, non prouident. Nemo igitur admiretur Platonem noſtrum firmiſſimae ſanitatis animi ſtudioſum, tam in libris Legum quam de Republica diu per multa quae uidentur leuia, & ad educandos pueros adoleſcentesq; pertinent, accuratius diuerſari. Sic enim decet diligentiſſimum animorum medicum ſacere, eosq; ſtatim natos ita componere, ut uel quaſi una cum firma ſanitate geniti uideantur, uel ſaltem etate adoleſcente, ſanitas animi pariter coaleſcat. Hinc itaque praecedens illa libri Legum primi ſecundiq; diligentia in omni muſicae ludiq; genere atque conuiuijs. Dum enim de auctoris legum officio diſputat, praecipuum eius, id eſt, circa pueros, & adoleſcentes ſtudium, ante omnia iudicat declarandum. Vbi meminiffe te uolo, quanta cautione ad potum uini iudicauerit accedendum, ut non liceat quotidie bibere, neque cuiſlibet neque ad cuiuſque libidinem, ſed in ſolemnibus duntaxat conuiuijs, & tunc quidem uiris & moderatē, raro uero merum, ſub arbitro tamen & iudice. Alioqui meminertis & quantum probet, ut non liceat in caſtris militibus guſtare uinum, neque in ciuitate ſeruis, neque magiſtratibus, neq; gubernatoribus & iudicibus ipſo iudicij tempore, neq; uiris mox de rebus magnis deliberantibus, poſtremo neq; uiro uel mulieri ea hora qua liberis operam dare conſtituunt. Haec opera praecipuum fuerit diligenter commemorari. Pergamus iam ad proprium libri tertij argumentum. Cum igitur lex ipſa ciuilitatis, id eſt diſcipline ciuiliſ forma ſit, ciuilitas autem forma ſit ciuitatis, baud ab re de legibus tractaturus multa de ciuilitatis ciuilitatiſq; initio diſputat. Ambigit autem utrum genus humanum fuerit ab aeterno nec ne. ſimilitery; de mundo. Et quod alicubi tempus nominat inſinitum baud quaquam ſine principio proprie atq; ſine ſignificat, ſed noſtris potius computationibus inſinitum; ideoq; dicit ſepe tempus inexſtimabile potius quam immenſum. At qui & in ſexto ſimiliter ambigens ſententiam ita diſiungit, Hominum generatio aut nunquam incepit, aut inexſtimabili ante nos temporis longitudine coepit. Inexſtimabile uero forſan dicit, ſiquis non ſolum annos ſolares, ſed etiam lunares, & dies & horas numerare contenderit. Satis autem Chriſtiano fuerit, philoſophum mundi aeternitatem non affirmari. Sed quidnam de mille annorum milibus his Moſaici dicunt? Porro Platonem Aegyptiorum more breuiſculos annos computariſſe. At uero & de his, & de mundi illuſionibus opportuniuſ agitur in Timeo. Tam uero ad ipſam materiam legum, id eſt, ciuitatem ciuilitatemq; reuertamur. Quatuor ciuilitatis ſigurae praecipue numerantur. Prima quidem ſtatim poſt generis humani calamitatem in ſuperſtite quodam eius ſemine ſeruato, uel altiſſimorum montium beneficio, uel diuina potius prouidentia. Tunc enim probabile eſt filios nepotesq; patrisfamilias imperio paruiffe. Quod quidem imperium ſola tractat lege naturae. Secunda ſigura inter familias plures iam inter ſe uel oppido uel uallo quodam ſimili congregatas. Congregatas inquam tum indigentia mutua, tum metu ferarum. Sed ab ipſo coctus huius exordium uerſimile eſt tot gubernandi ſubmas, quot & domicilia exitiſſe, opinionibus inter ſe moribusq; longe diuerſas. Ob quam diuerſitatem mutui ſubortit

ſubortit iniurijs coacti ſunt communes quodaſ arbitros & iudices reſtoresq; conſtituere. Vnde tertia iam orta eſt ciuiliſ diſcipline ſigura, à precedente uidelicet iniuſitia ducens originem. Probabile uero eſt cuiſmo, di reſtores urbis, communes praſcripſiſſe ciuitati leges, poſtquam honeſtiſſimas quaſque domiciliorum leges conſiderauerunt, per eaſq; rei familiaris diſciplinam ad diſciplinam Reipublicae tranſulerunt. Quarta deniq; ſigura eſt in quodam gentium regno: ubi plures, inter ſe urbes in eandem uoluntatem communemq; legem ita conueniunt, quemadmodum in urbem unam familiae plures. Prima quidem ſigura extra urbem eſt per leges ſingulas, natura, ratione, uoluntate conſiſtens. Secunda uero iam in urbe, ſed per ſingulas adhuc domiciliorum leges, indigentia quadam metuq; congregata. Tertia in ciuitate per leges iam communes, occaſione iniuſitiae, iuſtitiam colens. Quarta ex pluribus ciuitatibus per eandem uoluntatem legemq; ſimilem congregatur. Inter haec admonentur poetae ad cauentia diuina: Vbi dicitur poetarum genus diuinum eſſe, aq; deo. Admonentur quoque autores legum, ut neque arduas neque uolentas ferant leges, ſed leues, quoad fieri poteſt atque ſuaues. Praeterea exemplo quodam hiſtorico, principale proſequitur diſputationis huius conſilium, de praecipua conſendarum legum & optima ratione. Quae quidem hinc maxime ſumit exordium, ſi autor in his ferendis uerſam quidem ciuium uirtutem ſpectet, maxime uero maximam omnium atque ducem. Nemo uero dubitat uirtutes alias à prudentia tanquam inferiora membra à capite duci. Hanc utique tam neceſſariam nobis eſſe quam nobilem ex eo conſtat, quod omnes communi uoto id optant in primis, ut humana omnia pro ſuadeſiderio ſuccedant atque gerantur: eamq; cui ad uotum cuncta ſuccedunt, beatiſſimum fore omnium arbitrantur. Plura uero contra inſert, miſerrimum fore illum cuius cupiditates quotidie ſequantur euentus, niſi tanta ſit prudentia praeditus, tantaq; per prudentiam animum moderatone regat, ut uera diſcernat bona, & quae ratione ſecreſcit ſit neglectis alijs appetat. In his admonet non eſſe optandum uel orandum ut omnia cupiditatem noſtram ſequantur, immo ut cupiditas rationem. Tangit & congruam filij ad patrem, patris ad deum comparationem. Cupit certe & precatur ſibi puer euenire quam plurima quaſi bona, quae pater interea ne accidant deprecatur tanquam mala. Similiter uana & noxia uota hominum coeleſtis pater quotidie deteſatur. Neque refugium ad euitanda fallacia uota ullum nobis eſt, excepta prudentia. Huic ergo per ciuium animos propaganda legiſer in primis incumbet publicae ſtudentiſ felicitati. Tanta enim prudentiae perfectio eſt, ut & optanda doceat exoptare atque comparare, & comparatis ea poſſimum uti ratione qua proſint. In his autem felicitas ciuitatis tota conſiſtit. Quemadmodum uero ciuitatem ſeruat prudentia, ita deſtruit imprudentia, quam nominat ignorantiā. Non ignorantiam in qua uel literarum proprie uel artis cuiuſdam uel externorum quorundam à nobis aliorum, ſed ignorantiam boni, ut alibi ſepe dicit atque hic ſignificat. Sed addit eam eſſe & priuatiā & publice pernicioſiſſimam ignorantiam, per quam quis neſciat ita ſuum animum temperare, ut rationis ſuae tanquam reginae legibus ſenſus quaſi populus legum ratione educatus obediat: adeo ut non alia proſequatur & fugiat, nec alijs aliter uideat quae adoleat quam ratio inſtituta praſcribat. Quicumque ignorantia eius modi occaſantur, etiam ſi ingenioſiſſimi atque literatiſſimi ſint, ignorantes à Platone cenſentur. Qui uero temperati ſunt, prudentes ab eo iudicantur atque ſcientes, etiam ſi literas neſciant. Prohibet deinde magiſtratum illi tribui gubernandum qui propter incontinentiam gubernare ſe neſciat. Neque conſidit ciuitatem ſub eo reſte feliciterq; componi, in cuius animo ciuitas quaedam eſt incompoſita ſimul & miſera. Quamuis autem ſeptem numeret deinceps rationes quae ad dignitatem imperandi conducere apud plurimos iudicantur, ſcilicet, Paternitas, Nobilitas, Dominatio, Potentia, Senectus, Prudentia, Sors, tamen unicam ipſe praeceteris eligit, id eſt prudentiam, dicens hanc eſſe propriam dignitatis imperatoriae rationem, ſcilicet, ut prudentiores ubique imperent, imprudentiores obtemperent. Quemadmodum & oculorum officium eſt ducere, pedum uero miniſterium pergere. Item ſicut in qualibet arte praefertim nauigatoria & militari & medicina, cuius quidem qui plus intelligit, eſt praecipere, eius uero qui minus ea in re cognoſcit, eſt exequi. Ita & in arte ciuili, partim uniuerſaliſque, partim familiae, partim ciuitatis gubernatrice, illi apprimē omnes parere debent, qui praeceteris quid poſſimum humane ſaluti conducat intelligit. Lex ergo communem optans prudentiam, prouidebit ut praeter puerilem eruditionem ad prudentiam conſerentem, munerum quoque publicorum gradus pro ipſius prudentiae gradibus ubique diſtribuantur. Ac ne imprudenter horum gubernacula committantur, ſanciet ne mera & ingens imperandi autoritas concedatur: ſed omnes quidem ſubijciet legibus, reges autem cum ſenatu coniunget, ſenatum cum conſilio populari. Cauebit in primis ne unquam ſuperba laſciua cupiens plus poſſe quam leges, diſſenſionem pariat & ruinam. Studebit ut totum ciuitatis corpus quo ad fieri poteſt liberum ſit, prudens & amicum. Liberum quidem, ut poſſit quilibet patriae ſue conſulere: prudens autem ut ſciat, amicum ruruſ uel uelit. Meminerit tria haec in ea ciuitate ſicilius conuenire, quae inter unius ac populi potentiam obtinet medium, ut neque unius ſe totam ſubdat imperantis arbitrio uel potentiae paucorum, neque quemlibet abſque delectu recipiat conſultorem; ſed plurimum quidem optimatum conſiet gubernatione, nonnihil quoque habeat regij, nonnihil inſu-

prudentia caput b
notam

2

per popularis. Circūspiciet mores fortunāsq; principum, quo perspiciat ciuitatum regnorūq; exitium maxime omnium ex delitioso luxuriosq; adolescentum uirorūq; uictu procedere. Quippe cum nemo ex huiusmodi uita uirtute praestans euadere possit, sed eger necessario fiat, fragilis, & instans, & cæcus. Mandabit propria reā temperantiam ab omnibus maxime colenda, sanciens eos potissimum honorari, qui temperatissimi omnium iudicio comprobentur. Neque patietur fortitudinem ab ullo absq; temperantia possideri, quasi rem ciuitati ualde periculosam. Quin immo neq; multarum rerum peritiam absq; iustitia tanquam grauius nocituram. Summatim uero in primo honoris gradu, dotes animi si cum temperantia mixtæ fuerint collocabit, his corporis subiciet bonas, bonis corporis simul & animi externa seruire mandabit. Prohibebit quoq; nimiam libertatem, uetabit & nimiam seruitutem. Nam nimia quidem seruitus amicitiam, id est & beneuolentiam populi erga principem, & charitatem erga patriam è medio tollit, adeo tollit ut leui de causa uel princeps, uel patria pereat. Libertas uero nimia lasciuam primo parit; deinde contemptum legum, post hæc frequentes seditiones & extremam deniq; seruitutem. Nemo uero miretur Platonem & hic & sepe alibi ludos, siue potius studia musicæ magnificere, quasi ad permutandos in utraq; partem mores tam publice quam priuatim possint quamplurimum. Nam ea temperantia & familiare omnibus & palam frequentissimum erat huiusmodi studium: quod autem ab omnibus fit atque continue, non minorem ferme in animum uim habet quam ær in corpus. Præterea que apud medicos parum cautes habentur leuia, apud Platonem obseruantissimum humani generis medicum haud contemnenda censentur. Descendit post hæc ad superiorum epilogum, in quo epilogo posset quispiam clausulam illam, Si uero quicquam & que sequuntur, ita forsitan legere. An uero quicquam contulerimus nec ne? Quis redarguet? Cum inter nos omnia dicta fuerint. Sed ista tu uideris.

DIALOGVS TERTIUS DE LE

GIBVS VEL DE LEGVM LATIONE.

Initiū ciuiliū
disciplina

AE C quidem ita se habeant. Ciuilis autē disciplinae initiū quodnam fuisse dicemus? An nō hinc facillime ipsum quis optimeq; inspiciet? CLIN. Vnde nam? ATHEN. Vnde ciuitatum quoq; incrementum & ad uirtutē & ad uitium licet inspicere. CL. Vnde dicis? ATHEN. Reore quidē à longitudine infinitateq; tēporis, rerumq; in eo mutationibus. CLIN. Quo pacto id ais? ATHEN. Age dici si habes ex quo urbes ciuilesq; hominum institutiones coeperunt, quanta temporis præcesserit multitudo. CLIN. Nequaquā id facile. ATHEN. Infinitum utique hoc & impossibile cogitatu. CLIN. Sic est omnino. ATH. Nōnne innumeræ in hoc tempore conditæ sunt ciuitates, totidemq; destructæ, quæ omni ciuili uita cōditione passim usæ sint, facteq; modo maiores è minoribus, modo minores è maioribus: peiores quoq; ex melioribus, & contra ex peioribus meliores? CL. Necessarium id quidem est. ATH. Huius igitur mutationis causam excogitemus si possumus. Fortassis enim primam uitæ ciuiliū causam mutationemq; nobis ostendet. CLIN. Probe loqueris. Quare & te oportet quid hac de re sentias diligenter exponere; & nos attente auscultare. ATH. Num igitur prisca sermones ueritatem aliquam habere uidentur. CLIN. Quinam? ATH. Multos uidelicet hominum interitus ex diluuijs morbis alijsq; pestibus olim accidisse, ex quibus pauci homines superstites fuerint. CLIN. Valde id cuiq; uerisimile. ATH. Age iam de multis unum hoc exitium quod illuione factum est perspicimus. CLIN. Quid in hoc cogitare nos iubes? ATHEN. Nempe eos qui cladem tunc euaserūt, montanos quosdam & pastores fuisse, in montium cacuminibus pauca femina ad propagandum genus hominum conseruata. CLIN. Patet. ATHEN. Atqui necesse est eos & aliarum artium fuisse expertes, & auaritiæ contentiosisq; studia inter ciues, cæterasq; ad uersus alios astutias ignorasse. CLIN. Consentaneum id quidem. ATHEN. Ponamus etiam campestris & maritimas urbes subito illo tēpore perisse. CLIN. Ponamus. ATH. Instrumenta igitur omnia & quæcunq; artium siue ad disciplinā ciuilem, siue ad facultatem aliam pertinentium, extabant inuenta, cōcidisse illis tēporibus asseremus. Quomodo enim ō uir optime si hæc in sempiternū ita se ut modo habentia permansissent, nouum quicquam alicui esset inuentum? CL. Nempe quia innumerabilis quædam multitudo annorum

De generali illa
uoluntate intelligit

annorum ignorabatur ab illis. Mille autem anni uel duo milia intercessere ex quo quicquam dicitur, partim Dædalo, partim Orpheo, partim Palamedī inuentum. Sicut quæ ad musicam pertinent, Marsyæ & Olympo: quæ ad lyram, Amphioni attribuntur: aliq; alijs multa, ut ita dicam, heri & nudius tertius adinuenta. ATHEN. Videsne Clinia prætermisissimum abs te esse amicū, qui uere heri fuit? CLINIA. An Epimeniden dicis? ATHEN. Hunc equidem. Longe enim hic nouarum rerum excogitatione omnibus apud uos excellit ō amice. Quod sane uerbis olim Hesiodus diuinauit, re autem Epimenides ipse perfecit, ut uos asseritis. CLIN. Asserimus plane. ATHEN. Ex ea utique deuastatione magnam terribilemq; humanis in rebus desolationem accidisse tunc arbitramur. Fertiliū agrorum magnitudinem desertam, cæterisq; animalibus corruptis uix boum caprarumq; genus & illud quidem rarum relictum fuisse, quibus pascendis tunc homines uitam agebant. CLIN. Cui dubium? ATHEN. Ciuitatis uero & disciplinae ciuiliū & legum de quibus præfens à nobis sermo habetur, nunquid memoriā quidem ullā, ut ita loquar, fuisse putamus? CLIN. Nullam prorsus. ATHEN. An nō ex illis ita dispositis nobis hæc omnia prouenerunt, ciuitates, disciplinae q; ciuiles, artes, leges, & uitiorum atque uirtutis non parua copia? CLIN. Quopacto id ais? ATHEN. Nunquid arbitramur ō uir mirifice, eos homines, cum multorum quæ inter ciues honesta habentur uel turpia, ignari essent, summos uel in uirtute uel in uitio extitisse? CLIN. Probe dixisti, & quod uis intelligimus. ATHEN. Tēpore igitur progrediente ac genere hominū multiplicato, ad eum quæ nunc uidemus habitū, prouecta omnia sunt. CLIN. Recte admodum. ATH. Neq; tamē subito ut uerisimile est, sed paulatim longoq; in tēpore. CLIN. Valde sic decet. ATH. In cāpos enim ex cacuminibus montium recēs formido descendere prohibebat. CLIN. Certe. ATH. Nōnne & propter paucitatem illis tēporibus mutuo inter se aspectu congratulabantur, præsertim cum neq; terra, neq; mari trāsitus ad alios facilis fuerit, omnibus ferme ad transitum instrumentis deletis una cum artibus? Quapropter inuicē conuenire non poterant. Ferrum namq; & æs & metalla omnia consula perierant, ut inueniri & in lucem erui nō possent: unde & lignorū fabri non erāt. Nam & si aliquod instrumentum relictum quandoq; in montibus superfuerit, cito tamen contritum, euanuit; nec alia fieri poterant, antequam ars metallica hominibus iterum inueniretur. CLIN. Quo enim pacto aliter fieri potuisset? ATH. Quot autem generationibus postea id factum esse putamus? CLIN. Profecto multis. ATH. Igitur artes quæcumq; ferro utuntur & ære cæterisq; huiusmodi omnibus, eodem tempore, imo etiam maioris reignorantiæ tenebris oblitæ ignorabantur. CLIN. Certum id est. ATH. Quinetiam neq; seditio illo tēpore, neq; bellum erat. CLIN. Qua ratione? ATH. Primo quod propter desolationem ardenti se inuicem beneuolentiā complectebantur. Deinde, quod ciues bellum non concitabat: Pascuorum enim nulla erat inopia, nisi forte quibusdam paucis ab initio. Pascuis autem plurimum illis temporibus uitam agebant. Lactis item & carniū copia non deerat. Ac uenatio facile alimenta, nec illa quidem mala suppeditabat. uestitus præterea, stramentorum, habitaculorum, uasculorumq; ram igneorum quàm nō igneorum copiā habebant. Artes quippe fingendi atq; texendi ferro nō indigent, quibus hæc omnia dei nutu consequimur, ut si quādo homines in talem calamitatem deciderint, propagare genus humanū possint. Hac de causa non ualde inopes erant, neq; inopia compelebantur ad bella. Diuites etiam fieri minime poterant, cum neq; aurum neq; argentū haberent, in quocunq; uero hominum cœtu, nec inopia, neq; diuitiæ sunt, huius iustissimi mores aderunt. Neq; enim ibi contumelia, neq; iniuria locum habet. Aemulatio quodque & inuidia procul abest. His igitur de causis boni erant, ac maxime propter simplicitatem. Quæcunq; enim audiebant honesta esse uel turpia, propter simplicitatē credentes inleuata, monitis obtemperabant. Nec ullis propter sapientiæ opinionē, ut modo fit, de mendacio suspicabatur, sed quæ de dijs & hominibus dicebantur uera putantes, quiete ad hæc uitā suā instituebāt. Quamobrē tales erāt omnino, quales paulo ante narrauimus. CLIN. Ego quidem & hic tibi in his consentimus. ATH. Diximus porro generationes multas ita uiuentes, tam illis qui ante diluuium fuerunt quàm hodiernis hominibus minorē peritiam habuisse, cum cæterarum artium, tum bellicarum, quæ terra uel mari hodie exer-

centur ludicrorum quoque & seditionum quæ in ciuitate & uerbis & operibus sedulo contendunt ad iniuriam alijs inferendam. Simpliciores autem fuisse & fortiores, ac si mul modestiores, & in omnibus iustiores. Horum uero causam iam diximus. CLIN. Recte loqueris. ATHEN. Dicta igitur ita hæc nobis sint, & quæ sequuntur idcirco exponantur omnia, ut intelligamus cur illis opus legibus fuerit, & quis leges eis condiderit. CLIN. Probe dixisti. ATHEN. An igitur illi nec legum latoribus indigebant, neque dum illis temporibus id fieri consueuerat? Literas enim nondum habebant, illius temporis homines, sed consuetudinem & mores maiorum sequentes uiuebant. CLIN. Verisimile est. Sed ciuili disciplina quis modus fuit? ATHEN. Hic. CLIN. Quis? ATHEN. Omnes mihi uidentur disciplinam uiuendi ciuilem illius temporis, imperium appellare, quod etiam nunc multis in locis & apud Græcos, & apud barbaros uiget, quod quidem in habitatione Cycloperum extitisse, ita testatur Homerus: Ad consultandum nunquam conuent publice, nec exercenda iudicia: sed in altis montibus caua antra inhæbitat, spretoque publicis priuatum quicq; uxoribus filiisque dant iura. CLIN. Lucundus hic poeta uobis fuisse uidetur. Atqui & alia nonnulla ipsius uidimus, ualde illa quidem urbana, non multa tamen. Nos quippe Cretenses alieno poemate parum uimur. MEGIL. Nos autem utimur. Videturque nobis poetas huiusmodi superasse, quæ uis non Laonicam, sed Ionicam uitam potius ubique doceat. Bene autem uerbis hic tu is attestari uidetur, cum antiquitatem hominum per fabulas ad syluestrem uiuendi modum reduxerit. ATHEN. Attestatur nimirum. Quapropter testimonio illius inducti credamus gubernationes huiusmodi aliquando fieri. MEGIL. Recte. ATHEN. Nonne gubernationes hæc sunt ex hominibus ipsis qui per habitationes singulas, singulaque genera propter egestatem ex uastationibus factam dispersi uiuunt? in quibus semper aut quicquid dominatur, ex eo quod principium ex patre matremq; sumpserunt: quos quidem quasi aues secuti gregem unum conficiunt, patris uoluntate pro lege utentes, & regno omnium iustissime gubernati. MEGIL. Ita prorsus. ATHEN. Postea uero communitate pluresque confluentes maiores ciuitates constituunt, atque ad agriculturas primum in montium radicibus conuersi ex sepibus ambitus quasi muros urbium ferarum causa condunt, unam domum amplam communemque condentes. MEGIL. Verisimile id quidem uidetur. ATHEN. Quid autem hoc? nonne etiam uerisimile? MEGIL. Quidnam? ATHEN. Cum habitationes hæc maiores è minoribus primisque sunt factæ, adesse paruarum singulas, quarum unaquæque adducat seniore principem propriosque mores, ex eo quod seorsum uixerint, et idcirco alios ab alijs paribus educatoribusque mores susceperint, quibus assuefacti sunt singuli ad deos colendos, seque ipsos curandos, modestiores quidem à modestis, à fortioribus fortiores, & in cæteris omnibus prout singuli filios aut nepotes eruderunt, quorum ritus quasi leges proprias ad maiorem habitationem ferunt. MEGIL. Quid prohibet? ATHEN. Atqui necesse est leges suas cuique in primis placere, aliorum uero leges loco secundo. MEGIL. Ita est. ATHENIENS. Sed uidemur iam in ipsa quasi legum incunabula & exordium insciji ingressi. MEGIL. Vtique. ATHEN. Post hæc necesse est, ut qui conueniunt aliquos ex seipsis communiter eligant, qui omnium instituta nouerint, & quæ maxime ex his probauerint, ad communes quosdam populi duces quasi reges deferant. Earum uero legum que comprobata fuerint, ipsi latore nominabuntur: constituentesque optimatum gubernationem ex imperijs, aut regnum aliquod, in hac ciuili discipline mutatione conueniunt. MEGIL. Ita certe conuenienti successione continget. ATHEN. Tertiam itaque disciplinam ciuili figuram iam dicamus, in qua species omnes & affectus rerum publicarum & ciuitatum reperiuntur. MEGIL. Quanam ista est? ATHEN. Ea certe est, quam Homerus post secundam uentio factam ita significauit. Dardaniam uero tunc terram ille ædificauit. Nondum enim sacra Ilij moenia erecta in campis stabant, multarum gentium ciuitas. Sed ad radices montis Idæ fontiflue habitabat. Profecto carmina hæc & superiora illa de Cycloperibus diuinitus & secundum naturam ipsam conscripta sunt. Diuinum enim poetarum genus est: dijs agit, & sacros concinit hymnos. Vnde uera passim cum multis atque gratijs tangere solent. MEGIL. Summopere. ATHEN. Præstante igitur fabulam prosequamur. Forte enim aliquid ex ea patebit

quatuor gubernationes
in his fabulis ciuilibus
quæ

patebit ex ijs quæ uolumus. An non sic oportet? MEG. Sic prorsus. ATH. Conditum igitur ex altioribus locis in magno pulchroque campo Ilium accepimus, in colle quodam non alto, quod multi desuper ex Ida fluuij defluebant. MEG. Sic traditum est. AT. An non longo post diluuium tempore id factum putamus? MEG. Quis non ita putarit? ATH. Magna igitur eos deuastationis illius cepisse uidetur obliuio, quando iuxta multos fluuios, & ab altioribus locis fluentes urbem condiderunt, seque ipsos collibus exiguis credere. Vnde perspicuum est multis seculis eos post illuuiouis uastitatem fuisse. Alia præterea multæ urbes, iam tunc longius propagato genere hominum, colebantur. MEG. Quid ni? ATH. Quæ scilicet & aduersus Ilium militarunt. Atque per mare forsan, quasi iam omnes eo intrepide uterentur. MEG. Apparet. ATH. Decennio autem Achii Troia oppugnantes euerterunt. MEG. Plane. AT. In eo igitur decennio quo Troia obsidebatur, multa mala domi obsidentibus Achiijs propter seditiones iuuenum acciderunt, qui nec honeste, nec iuste in sua redeuntes milites recepere, sed ita ut multi morte, multi exilio afficerentur. Qui rursus expulsi deducti sunt, Dori pro Achiijs mutato nomine appellati, propter Dorieum quandam à quo exules congregati & restituti fuerunt. Atque hæc omnia uos o Lacedæmonij hinc narratis. MEG. Proculdubio. ATH. Cum sermo nobis de legibus institutus esset, in disputationem de musica & ebrietate digressi sumus. Nunc tandem quasi diuinitus ad idem nobis oratio reuoluta est, nobis quoque quodammodo ansas præbuit. Ad eam enim ciuilem disciplinam delapsa est, quam & Lacedæmone, & in Creta recte quasi fraternis legibus institutam asseritis. Tantum uero ex hac orationis digressionem lucrati sumus, ut dum per disciplinas ciuiles urbiumque habitationes transucheremur, primam & secundam & tertiam ciuitatem perspexerimus, alteram ab altera in tractu quodam longissimo temporis, ut nostra fert opinio, dependentes. Nunc uero quarta hæc nobis ciuitas uenit, aut si uultis quartum hoc hominum genus, quod & quandoque alicubi habitabit, & nunc iam habitat. Ex quibus omnibus si intelligere potuerimus, quid bene uel contra in habitatione sit institutum, & quam leges ipsorum conseruant ea quæ conseruantur, & quæ corrupta corrumpunt, & qualis institutum ciuilius commutatio beatam, o Megille & Clinia, efficit ciuitatem, satis nobis factum putabimus. Hæc omnia inquam rursus tanquam ab initio nobis tractanda sunt, nisi forte aliquo pacto quæ dicta sunt, respuamus. MEG. Siquis nobis hospes deus polliceretur: si disputationem de latione legum rursus aggrediamur, neque pauciora, neque periora his quæ dicta sunt, audiret esse: longum ipse hac de causa iter facerem, & breuis mihi hæc dies uideretur, quauis ab æstuali solstitio ad hiemalia, dies modo ueratur. ATH. Consideranda igitur ista uidentur? MEG. Maxime. ATH. Illa denique tempora cogitatione complectamur, in quibus Lacedæmon, Argi, Messenique, & eis coniuncta omnia maioribus uestris Megille subiecta fuerunt. Tunc enim illud ipsis, ut dici solet in fabula, placuit, ut tripartito exercitu diuiso, urbes tres habitaret, Argos, Messen, & Lacedæmonem. MEG. Sic factum. ATH. Et Argorum quidem rex Temenus factus est, Messenes uero Cresphontes, Lacedæmonis autem Eurysthene simul atque Procles. MEG. Sicuti quæ. ATH. Coniurarunt item omnes eum hostem futurum, qui cuiusquam ipsorum regnum deuastare aggrediretur. MEG. Plane. ATH. Dic uero per Iouem nunquid regnum uel principatum quispiam deponatur uel depositus quandoque ab alijs sunt, quam à seipsis? An paulo ante cum in hunc sermonem incidere mus, id ita esse putabamus, nunc autem oblitum omnino sumus? MEG. Minime. ATH. Nonne idem magis nunc confirmabimus: ab historia enim rerum gestarum, in quam incidimus, ad hoc affirmandum admodum nemur. Quare non circa uanum aliquid, orationem reuoluemus, cum rem gestam ac ueram dicamus. Facta uero hæc sunt. Tria regna & tres gubernata regno ciuitates legibus communiter de imperando parendoque positis iurarunt inuicem: reges quidem ne genere ac tempore progrediente uiolentius regnarent: populi autem si reges iusturandum conseruarent, ne unquam regno deponerent, immo uero defenderent si quis unquam aggrediretur. Reges quoque regibus & populis, atque etiam populi populis & regibus, se ad mutuo repellendas illatas iniurias iuramento obstrinxerunt. Nonne ita? MEGIL. Ita prorsus. ATHEN. Quod autem in constituenda disciplina ciuili maximum est, id siue reges, siue alij, leges tulerint, tribus illis ciuitatibus adfuit. MEGIL. Quid illud? ATH.

Vnde Dori

†

Vt duæ

Vt duæ simul contra unam insurgerent, quæ positas leges transgredere-
 tur. MEG. Manifestum id quidem. ATH. Illud etiam legis latoribus multi præcipiunt, ut leges huius-
 modi ferant, quales multitudo & populus libenter suscipiant, perinde ac si quis gymnasi-
 sti magistris medicisue præciperet, ut cum uoluptate corpora curent, eisq; iucunde mede-
 antur. MEG. Sic omnino. ATH. Pulchre tamen sapenmero habet, si quis parua cum
 molestia bonam habitudinem & sanitatem corporibus reddat. ME. Quid ni? ATH.
 Hoc præterea ipsis aderat non paruum ad ferendarum legum facilitatem. MEG. Quid
 nam? ATH. Non erat illarum legum latoribus bonorum æqualitatem efficientibus
 maxima illa difficultas, quæ conuenientibus in unam legem ciuitatibus multis solet acci-
 dere, si agrorum quarant possessionem turbare, & nouas tabulas introducere, quoniam
 uideant non satis posse absque his æqualitatem fieri. Nam aduersus eum qui mouere ex
 his aliquid tentat, omnes reclamant, ne moueat non mouenda. Agros quippe diuiden-
 ti, & nouas tabulas introducenti aperte omnes maledicunt, ut quisque quod se uertat ig-
 noret. Doris autem hæc difficultas turbatioq; non fuit. Nam agros abunde sine contro-
 uersia possidebant, debitæque ipsis aris alieni iam olim conflata & magna non erant.
 MEG. Vera narras. ATH. Quoniam igitur optimi uiri ita male constitutio illa & legis
 latio ipsis abiuit? MEG. Quo id pacto? Quid ue culpas? ATH. Quod ex tribus ciuita-
 tum constitutionibus, duæ cito & disciplinam ciuilem & leges perdididerunt, & uestra ciui-
 tas una relicta est. ME. Haud facile est quod interrogas. ATH. Atqui opus est ut id mo-
 do considerantes, differentesq; de legibus sensu quodam modestoq; ioco, iter hoc quem
 admodum à principio diximus sine molestia conficiamus. MEG. Proculdubio facien-
 dum est ut dicis. ATH. An igitur pulchriorem de legibus considerationem habere possu-
 mus, quam de his legibus quæ ciuitates huiusmodi exornarunt? aut etiam ciuitates ulla
 institutionesq; honestiores ac maiores his cogitare? MEG. Non facile quispiam his alias
 anteponat. ATH. Nemo autem ambiget quin illi ita coniuncti non Peloponnesum tan-
 tum, uerum etiam uniuersam Græciam, si Barbarus quispiam iniuriam intentaret, defen-
 dere posse crediderint, Troianorum exemplo excitus, qui Assyriorum potentia fretus, quæ
 à Nino traxit originem, bellum contra seipsum concitarunt. Erat enim adhuc principatus
 illius non contemnenda potentia. Quare quemadmodum nunc regem nos magnum for-
 midamus, ita gentium illarum conspirantium in unum potentiam tunc omnes expauesce-
 bant. Magnam uero his inuidiam secunda Troiæ euersio conflauit. Assyriorum enim
 principatus particula quædam, Troiæ potentia fuit. Aduersus igitur eam potetiam in tres
 diuisus ciuitates exercitus à fratribus, Herculis filijs tunc regnantibus optime atq; orna-
 tissime habere uidebatur, & multo melius instructis, quam ille ipse qui Troiam obsedit.
 Primū enim Heraclidas principes excellentiores quam Pelopidas habere se arbitrabatur,
 deinde hunc exercitum illi qui Troiam petijt, uirtute præstare. Hos enim uicisse, illos ab
 istis fuisse superatos, à Doris Achiuos. Nonne sic illos cogitasse, eaq; de causa sic præ-
 parasse credimus? MEG. Omnino. ATH. Verisimile igitur illos firmam quoque con-
 stitutionem hanc suam fore putasse, longumq; tempus duraturam, præsertim quia mul-
 ta pericula & labores unà subierunt, & à fratribus regibus gubernabantur. Necnon mul-
 tis usi fuerant uatibus, tum alijs, tum Apolline Delphico. MEG. Verisimile admo-
 dum. ATH. Hæc uero quæ maxima fore existimabantur, breui tunc ut uidetur eua-
 nuerunt, præter paruum, ut modo diximus, partem, quæ uestram habitat regionem. Hæc
 uero nunquā ad hunc usque diem bello contra duas partes suscepto quieuit. Nam si facta
 tunc constitutio concors mansisset, inuicta profecto bello fuisset. MEG. Quid ni? ATH.
 Quomodo igitur & qua ratione dissoluta est? Nonne consideratione dignum appa-
 ret, quæ nam fortuna tantam ac talem constitutionem euerit? ME. Nunquam pro-
 fecto aliud considerans quispiam uel leges uel republicas alias intelligere poterit, qui-
 bus pulchræ magnæque res seruentur, uel contrā perdantur, si ista neglexerit. ATH.
 Feliciter ergo in hanc tam accommodam considerationem incidisse uidemur. ME. Sum-
 mopere. ATHE. Nunquid ergo noster nos error omnes latet, & in præsentia maxi-
 me, dum putamus singularem quandam perpexisse rem, & quam mirabiles euentus se-
 quentur, si quis bene illa uti modo debito non ignorabit? Nos autem modo neq; recte for-
 san, neq; secundum naturam de hoc ipso sentimus; Et alij omnes in omnibus errant, qui-
 bus

bus de similitur cogitant. MEG. Quid ais? Et qua de re istud maxime dicis? ATH.
 Ipse me, ô bone uir, nunc certe risi. Cum enim illum exercitum de quo modo sermo ha-
 bitus est, considerassem, egregius profecto atque mirandus mihi uisus est, & præclara
 quædam facinora Græcis designaturus, si quis tunc ipso bene usus fuisset. MEG. An
 non prudenter & tu cuncta dixisti, & nos probe laudauimus? ATH. Fortasse. puto
 tamen omnes qui magnum aliquid & ingenti potentia præditum uiderint, statim sic as-
 sici, ut opinentur, si sciret qui ipsum possidet tanta re aliq; uti, multis præclarisq; inde
 rebus gestis felicem fore. MEG. Nonne & hoc rectum? uel quomodo dicis? ATH.
 Considera iam quorsum respiciens, qui sic laudat singula recte dicat. Ac primum de quo
 dicebamus. quo pacto si recte sciuisset exercitum ordinare qui tunc præfuerunt, felici-
 ter uel occasione fuissent? nonne si tutiorem illo tempore constituissent, semper serua-
 sent, ita ut & ipsi liberi essent, & alios quos uellent, subiugarent? atque omnino & ipsi
 & eorum posteri tam apud Græcos quam apud Barbaros, quicquid cuperent, conseque-
 rentur? An non omnia huius gratia cupiebant? MEG. Immo etiam ualde. ATHE.
 Quicunq; igitur cum diuitias ingentes perpexerit, aut honores generis excellentes, aut
 aliquid eiusmodi, eadem ipsa dixerit, ad hoc respiciens dicet, quali per hoc ipsi futura sint
 omnia quæ desiderat, uel plurima atque potissima. MEGIL. Ita uidetur. ATHENI.
 Vna certe omnium hominum communis quædam cupiditas est, quam præfens sermo si-
 gnificauit. MEGIL. Quænam? ATHENI. Ut secundum animi sui desiderium om-
 nia, uel saltem humana gerantur. MEGIL. Cui dubium? ATHEN. Quando omnes
 semper hoc uolumus, & in pueritia & adulta ætate & senio, sedulo id proculdubio habe-
 re precamur. MEGIL. Vtique. ATHEN. Amicis etiam hæc precamur, quæ ipsi
 quoque sibi precarentur. MEG. Et hoc. ATHENI. Amicus autem filius patri, cum
 puer sit, uiro. MEGIL. Profecto. ATHEN. Atqui eorum quæ puer contingere si-
 bi precatur, multa pater ne accidant, deprecatur. MEGIL. An id fieri dicis, quando
 iuuenis est & amens filius qui precatur? ATHENIEN. Immo etiam quando pater sit
 uel senex siue admodum iuuenis, cum nec honestorum neque iustorum quicquam cog-
 noscat, sic affectus ut Theseus erga infelicem Hippolytum, impensius imprecatur, filius
 autem cognoscit, putasne tunc filium cum patre eadem oraturum? MEGIL. Intelligo
 quod dicis. Dicere enim mihi uideris, non esse precandum conandumque ut uoluntate
 nostram cuncta sequantur, sed ut prudentiam nostram uoluntas. Idq; tam ciuitati quam
 singulis, precibus petendum, studendumq; ut mentem habeant. ATH. Idq; prorsus in-
 quam. Quinetiam quod ciuilibus uir legumq; lator ad hæc semper respiciens leges ferre de-
 bet, & ipse recordatus sum, & uos nunc recordari uolo. Nempe uos in disputationis prin-
 cipio dicebatis, probum legum latorem ad bellum omnia referre debere. Ego autem di-
 cebam, ad unam solummodo uirtutem, cum tamen sint quatuor, id respicere: respicien-
 dumq; non ad unam tantum, sed omnes; maxime uero ad primam, quæ & cæterarū om-
 nium dux est. hæc uero prudentia est, & intellectus, & opinio, unā cum amore & cupiditate
 ista sequente. Eodem iam oratio nostra reuertitur. Et ego qui tunc ea dicebam, ead-
 dem nunc etiam dico, siue ioco uultis, siue serio. Assero equidem non esse tutum, uoto
 uti, & uoto potiri, si mentem non habeas, sed contraria eorum euenire quæ petis, satius
 esse. Si serio dicta hæc existimare uultis, existimate. Spero enim nunc uobis persuadere
 quod paulo ante proposuimus: perditionis regum, totiusque constitutionis illius dissol-
 uendæ causam non timiditatem fuisse, nec rei militaris ignorantiam seu principum siue
 subditorum, sed uniuersam reliquam prauitatem, & præsertim circa humanarum rerū
 maximam ignorantiam. Quod hæc tunc ita contigerint, & nunc sicubi fiant, aut futura
 quandoque sint, non aliter eueniant, si uultis conabor; ut ratio deinceps ostendet, adin-
 uenire, uobisq; tanquam amicis, pro uiribus explanare. CLI. Verbis te hospes lauda-
 remolestum, re autem ualde laudabimus, ultro quæ dicas audiendo, qua in re liberalis
 uerisque laudator uel maxime perspicuus sit. ATHENIEN. Optime tu quidem
 Clinia. Quare quod ais efficiamus. CLINIA. Erit ita, si deus uoluerit. Tu modo dic.
 ATHENIEN. Censemus ergo, per sequentem disputationis huius usam deinceps pro-
 gredientes, maxima tunc ignorantia potentiam illam fuisse perditam, similesq; rerum
 euentus & nunc eadem ex causa proficisci. Quapropter si hoc ita se habet, legislator
 conari

Non precan-
 dum ut uolun-
 tatem nostrā
 cuncta sequan-
 tur, sed ut pru-
 dentia nostrā
 uoluntas

Quæ maxi-
ma inscitia ci-
uium

conari debet prudentiam quoad fieri potest ciuibus dare, ignorantiam quàm maxime au-
ferre. C L I. Manifestum id quidem. A T. Quanam igitur maxima inscitia iure dice-
tur? Considerate si mihi assentimini. Ego enim hanc cenfeo. C L I. Quam? A T. Quã-
do aliquis quod honestum sibi aut bonum uideatur, non amet, sed oderit; quod autem ma-
lum atque iniustum, id diligit atque amplectatur: hãc uoluptatis dolorisq; diffusionem
aduersus eam quæ rationem sequitur opinionem, extremam esse inscitiam assero, quam
etiam maximam dico, quia in multitudine animi est. Quod enim in eo doloribus uolup-
tatibusq; mancipatum est, quasi plebs ciuitatis est atque multitudo. Quando igitur scien-
tiã, uel opinioni, uel rationi quæ natura dominantur, animus aduersatur, hoc ego ignorã-
tiam appello; & ciuitatis quidem, quando principibus legibusq; multitudo non pareat;
& unius etiam uiri, quando licet bonæ in animo rationes sint, nihilo tamen magis secun-
dum ipsas agitur, sed contra omnia peraguntur. Has equidem ignorantias perniciosissi-
mas esse assero ciuitatis, cuiuslibetq; ciuis, non autem opificum ignorãtias, si modo quod
dico hospites intelligitis. C L. Et intelligimus ò amice hæc, & concedimus. A T. Hoc i-
taque ratum habeatur, quod ciuibus qui hoc modo ignorant, nihil ad principatum per-
tinentis committendum sit: immo uero ut ignorantes, improbandi, etiam si acutissimi & di-
fertissimi sint, & quæ ad ornamentum & acumen ingenij spectant, cuncta complexi. Qui
uero contra affecti sunt, sapientes habendi etiam si neque literas, ut dicitur, nouerint, ne-
que nasare scient. Magistratus quoque istis quasi prudentibus committendi. Quomo-
do enim ò amici uel minima prudentiæ species sine consensu consistere poterit? C L. Nul-
lo modo. A T. At uero pulcherrimam maximusq; consensuum omnium, maxima iure sa-
pientia esse dicitur. Cuius quidem particeps sit necesse est qui secundum rationem uiuere
debet. Quisquis autem expers est, & suæ domus euerfor, & ciuitatis nunquam serua-
tor, sed contra omnino ad hæc semper ignarus esse uidebitur. Hæc igitur, ut paulo ante
diximus, ita se habeant. C L. Ita prorsus. A T. Imperantes uero & parentes nõnne in ciui-
tatibus esse debent? C L I. Vtq; A T. Esto, rationes autem pro dignitate imperandi pa-
rediq; tam in ciuitatibus seu magnis seu paruis, quàm priuatim in domibus similiter qua-
les & quot sunt? Nonne prima dignitatis recta ratio erit, ut pater ac mater, & simpliciter
genitores ubiq; natis imperent? C L I. Maxime. A T. Secunda, ut ignobilibus generosior
tertia, ut iunioribus seniores? C L. Et hoc. A T. Quarta, ut domini seruis? C L. Pro-
culdubio. A T. Quinta, ut potentiores dominantur; imbecilliores seruiant? C L I. Prin-
cipatum modo dixisti admodum necessarium. A T. Immo uero qui plurimus, & secun-
dum naturam, ut Thebanus Pindarus ait, in omnibus animalibus reperitur. Maxima ue-
ro dignitas sexto collocanda est, qua ignorantibus quidem legi iubetur, prudentes autem
ducere atq; dominari. Quod ego quidem imperium ò sapientissime Pindare, non præter
naturam, sed secundum naturam legis & sponte susceptum, non uolenter fieri affirmare.

Proverbia

Septē dignita-
tes imperandi

imprudētiares p̄
dehorib; in para-
re debet

Quomodo in-
telligendum,
Dimidiū plus
esse quàm totū

CL I. Probe dictum. A T. Septimum principatum ad sortem aliquam producimus, e-
um dei gratia & felicitate quadam obtingere asseretes; & iustissimum esse ducamus, utis
quem fors delegerit imperet: ille uero quem repulerit, pareat. C L. Vera narras. A T. Di-
cemus ergo loco quodam ad aliquem eorum qui facile ferendarum legum munus aggre-
diuntur. An uides ò legum lator, quot circa imperantes dignitates expendendę? & quo-
modo inter se oppositæ sint? Profecto nunc fontem aliquem seditionum inuenimus; à
quo tibi est cauendum. Primum igitur nobiscum diligenter considera, quidnam & quo-
modo præter hæc male agentes isti apud Argos Mæssenatq; reges seiplos simul & Græ-
corum potentiam quæ tunc mira erat, euerterunt. Nonne quia rectissime dictum ab He-
siodo ignorarunt, Dimidium nonnunquam plus esse quàm totum? Quando uidelicet to-
tum comprehendere noxiū est, dimidium uero moderate se habet, tunc sane modera-
tum immoderato plus esse censuit, utpote deteriore melius. C L. Rectissime. A T. Virū
regibus hoc perniciosum esse prius, quàm plebi credamus? C L. Probabile est regum ma-
xime hunc morbum esse, qui superbe propter delicias uiuunt. A T. Perspicuum igitur
hoc primum reges eos habuisse, quod plus quàm positæ leges contenderent posse uolue-
runt, nec in eo concorditer permanserunt, quod uerbis & iureiurando laudauerant. Ver-
rum diffusio, ut uobis uideatur, quæ cum maxima ignorãtia sit, sapientia tamen apparet,
ea omnia propter errorem & ruditatem acerbam, euertit. C L. Videtur. A T. H. Quid
igitur

igitur hoc de morbo timentē legis latorem oportuit cauisse? An per deos neq; sapientiæ
laudem habet nunc huius agnitio, neq; difficile dictū? Siquis autem id tunc præuidisset,
certe is nobis sapientior exiitisset. M E. Quid illud dicis? A T. H. Licet nunc Megille quod
olim à uobis factum sit animaduertere, atque inde rem ipsam cognoscere, facilius quæ ita
quod tunc fieri potuit, dicere. M E. Dic planius. A T. H. Ita certe apertissimum fiet. M E.
Quoniam p̄ciōr A T. H. E. Siquis minoribus potentiam maiorem neglecta mediocritate,
nauib; uela, cibum corporibus, animis principatum committat, omnia peruertentur.
Nam supra modum elata lasciuunt: & alia quidem in morbos incidunt, alia in iniuriam
elatoris lasciuie filiam. Quid itaq; dicimus? Nonne hoc? quod nullū prorsus ingenium
humanum sit, quod si & iuuenile, & nemini subiectum existat, ita ferre potentiam maxi-
mam possit, ut ne mente amentia morbo maxime referta, in proximorum etiam amico-
rum inuidiam incurrat. quod cum accidit, animum statim perdit & omnem eius uim ob-
scurat. Hoc autem cauere mediocritatis ipsius obseruatione, excellentium legum latorum
opus. Quod igitur tunc factum, facile modo perspectum est, hoc esse uideatur. M E. G. Quid
nam? A T. H. E. Deus quisp̄iam ut arbitror uestri curam habuit, qui cum futura præciret,
geminam uobis ex unica regum generationem constituit, atq; ita ad mediocritatem ma-
gis contraxit. Præterea natura quædam humana uiribus diuinis coniuncta tumentem ue-
strum perspicuens principatum, moderatas uires eorum qui in iudiciali foro uersantur, su-
perbarum nobilitatis potentie iunxit, uiginti & octo senum sententia, in rebus maximis re-
gum potentie adæquata. Ad hæc tertius seruator affuit, qui luxuriantē adhuc & frenen-
tem considerans principatum, Ephorum censura proxime ad potentiam sorte electam
conducta quasi frenum ipsi immisit. Hac igitur ratione regnum uestrum, ex quibus dece-
bat compositum, & moderate constitutum, & ipsum quidem seruatum est, & salutis alio-
rum causa fuit. Quoniam Temeno & Cresphonte cæterisq; qui leges eis condiderunt,
quicunque fuerint, nec factio quidem ipsa Aristodemum seruata fuisset. Neque enim satis
erant ferendarum legum periti. Quoniam si fuissent, nunquam iuuenilem animum acce-
pro principatu unde tyrannis fieri poterat, iureiurando cohibituos existimassent. Nunc
autem deus ostendit, qualem oportebat oportereq; potissimum constitui principatum.
Quod quidem à nobis intelligi postquam factum est, ut dixi antea, nihil mirum. Non e-
nim arduum est uidere, si exemplo commonearis. At si quis id tunc prospexisset, modera-
riq; principatus & unum ex tribus necficere potuisset, magnificas omnes eorum cogita-
tiones seruasset, nec Persica classis, nec alia ulla unquam contemptis nobis ut nulla re di-
gnis, in Græciam nauigasset. C L I. Vera narras. A T. H. Turpiter ergo illis repugnauit
ò Clinia. Turpiter autem dico, non quia qui tunc terra mariq; uicerunt minus quam de-
ceret fortiter pugnando se gefferint: sed turpe illud inquam, quod una de tribus illis ciui-
tatibus pro Græcia decertauit: duæ autem ita deprauatæ fuerunt, ut altera Lacedæmo-
nem quoque ne succurreret, prohiberet, non paruo ipsi bello illato: altera Argiuorum
quamuis prima illis distributionis temporibus in Græcia esset, tamen ad depellendū Bar-
barum accersita, nec orantes audire uoluit, neque defendit. Multa referre possem quæ ea
tempestate in Græcia facta, ut turpia possunt accusari. Neque qui Græciam se defendisse
dicunt, uere dicunt. Nisi enim Atheniensium Lacedæmoniorumq; commune consilium
atque potentia imminentem seruitutem propulisset, ferme iam omnia confusa essent, &
Græca cum Græcis inuicem, cum Græcis item Barbara, Græcæque cum Barbaris.
Quemadmodum Græca illa quæ nunc Persarum tyrannidi subiecta sunt, sine ordine ul-
lo confusa sunt inuicem, ac male etiam dissipata. Hæc habemus ò Clinia & Megille, quæ
tam præcis uiris ciuibus legumque latoribus quàm iunioribus opponamus, ut causas
eorum rimantes, quid præter hæc aliud fuerit inueniamus: quale est quod
nunc exposuimus, quod uidelicet non oporteat magnos impermixtos que principatus
constituere, illud semper memoria tenetes, quod ciuitatem & liberam semper & pruden-
tem & sibi ipsi amicam esse oportet. Ad quæ respiciendum est illi qui leges laturus est. Ne-
mitemini autem, si sepe iam alia quædam proposuimus, ad quæ sit legum latori respicien-
dum, quæ quidem non eadem esse atque hæc appareant. Sed meminisse oportet, quando
ad temperantiam, uel prudentiam, uel amicitiam respiciendum dicimus, non aliam at-
que aliam, sed eam nobis esse intentionem: ac si multis etiam alijs huiuscemodi uerbis
V u utemur

Oportere ci-
uitatem & li-
berã & prui-
dentem & sibi
amicam esse

*De matris
civiliū gu-
bernationum*

utemur, ne turbemini. C L I. Conabimur ita facere, uerba ordine repetentes. Sed nunc ex-
pone quod dicturus eras, quando amicitiam, libertatem, prudentiamq; speciare legum-
latorem debere dicebas. A T H E. Audiatis modo Dux gubernationum civiliū qualita-
tres quaedam sunt, ex quibus si quis alias dixerit originem ducere, recte utiq; dicit. Qua-
rum alteram principatum unius, alteram populi appellare decet. Alterius quoque sum-
mum tenere Persarum genus, alterius nos putandum. Ceteræ uero formæ omnes hinc,
ut dixi, uariæ componuntur. Neceffe est autem harum utrarumq; participem fore ciuita-
tem, si libertas in ea atque amicitia cum prudentia futura sit. Quod quidem ratio præci-
pere nobis uult, cum dicit, ciuitatem horum expertem bene gubernari nunquam posse.
C L I. Quo enim pacto? A T H E. Cum igitur altera monarchiam, unius scilicet principa-
tum; altera libertatem duntaxat magis quam oportuerit, complexa sit; neutra medio crita-
tem seruitutis libertatisq; seruauit. Vestræ autem, Laconica dico & Cretica, magis. Sed
Athenienses ac Persæ, quondam hoc fere pacto, nunc uero minus. Sed causas quoque di-
ciamus, an nō: C L I. Omnino, si modo quod propositum est, absoluere cupimus. A T H E.
Audiamus ergo. Persæ quidem quando Cyri tempore seruitutis libertatisq; medio criti-
tatem magis habebant, primum ipsi liberi fuerunt, deinde multos alios subiecerunt. Nam
cum principes ipsi libertatem subditis impartirent, & rem ad æqualitatem magis reduce-
rent, milites ducibus magis erant amici, paratosq; se in periculis exhibebant. Ac si quis
inter eos prudentior erat, consilioq; ualebat, cum rex inuidus non esset, sed dicendi facul-
tatem libere omnibus daret, honoraretq; consilij compositus, facultatem prudentiæ com-
munem in medium deducebat. Cuncta igitur tunc illis libertate, amicitia, mentisq; com-
muniōne facile reddidit. C L I. Videntur hæc ut dicuntur, ita gesta fuisse. A T H E. Quo pa-
cto igitur Cambisæ tempore regnum id fere cecidit, & rursus Darij tempore restitutum
est? Vultis ne ut quasi diuinatione usi dicamus? C L I. Quid ni uelimus? Cōfert enim hoc
ad illud quod tendimus. A T H E. Ita igitur de Cyro uaticinor: in cæteris quidem ipsum &
ducem bonum & ciuilem uitæ amicum fuisse, rectam uero disciplinam nullo pacto attigisse,
nec ad rei familiaris administrationem animum unquam applicuisse. C L I. Cur ita?
A T H E. A iuuenta per totam uitam militiæ occupatus, mulieribus filios tradidit educan-
dos: quæ ipsos ut felices statim pueros atq; beatos nullius indigentes rei sic educabant, ut
prohiberent ne quis eis utpote beatis aliqua in re aduersaretur, cogētes omnes qui quid
ipsi dicerent aut facerent, laudare. Ita ipsos tales quosdam educauerunt. C L I. Bellam cer-
te educationem narraffe uideris. A T H E. Fœminam nempe, quam induxerunt regiæ mu-
lieres nouis elata diuitijs, desertæq; à uiris bello & periculis occupatis. C L I. Consensu
neum id quidem. A T H E. Pater uero ipsorum, omnium, hominum, multorumq; aliorum,
quorum ad eos spectabat possessio, greges multos habebat: sed ignorauit quod filij qui-
bus hæc relicti erant, paternam ipsam Persicamq; artem non docebantur, cum Persæ
pastores essent in regione aspera geniti, & ipsa ars Persica dura esset, sufficiensq; robu-
stos eos pastores efficere, qui & custodias agere & uigilare possent, & militare si res pos-
tularet. Permisit autem ut mulieres & eunuchi Medorum ritu filios eius nutrent; quo-
rum educatio ab ea quæ uulgo existimatur felicitas, corrupta est. Vnde tales euaserunt,
quales fieri conueniebat eos, qui in summa rerum licentia nutriti fuissent. Cum igitur
mortuo Cyro, reuerui potiti sunt, utpote qui resoluti delicijs nutriti essent, primum alter
æqualitatem non ferens, alterum interfecit; deinde ipse ignorantia ebrietasq; furens
principatum perdidit. Medi enim ac quidam Eunuchus tunc dictus ipsum quasi amen-
tem contempserunt. C L I. Sic fertur, atque sic ferme contigisse uidetur. A T H E. Atqui
hoc fertur, per Darium septemq; illos uiros principatum in Persas iterum rediisse. C L I.
Plane. A T H E. Inspiciamus igitur rationem sequentes. Darius nec regis erat filius, nec
in delicijs enutritus. Is cum ad principatum peruenisset, septimūq; ipsum accepisset, ser-
ptem in partes ipsum partitus est, quorum hodie adhuc parua quaedam somnia restant
censuitque uiuendum esse sub legibus ad communem quandam conferentibus aqua-
litate: atque id ita sanxit, distributionemque illam quam Cyrus Persis pollicitus tue-
rat, lege complexus est, amicitiam communitatemque Persis omnibus præbens, ac Per-
sarum populum pecunijs & muneribus attrahens. Ita dilectus à militibus, non pauco-
res quam Cyrus reliquerat, regiones ipse subiugauit. Post Darium Xerxes, qui regis

*multa de gu-
bernatione
Cyri, Cambi-
se & Darij*

est delictijs quidem educatus. Sed te nunc iure appello Dari, qui Cyri malo commonitus
non fuisti, sed in eisdem Xerxes moribus educaisti, in quibus Cambisem Cyrus nutriti-
rat. Ipse igitur utpote eodem pacto educatus, similia quoq; perpeffus est. Ex illo tempore
nullus unquam ferme Persarum rex magnus nisi nomine fuit. Neque fortunam fuisse
causam arbitror, sed uitam malam, quam filij ualde diuitem tyrannorumq; ut plurimum
uiuunt. Nunquam enim puer & uir & tenex ex huiusmodi uita uirtute præstans euadere
poterit. Quæ quidem & legumlatori consideranda; & nobis in præsentia animaduerten-
da censemus. Atqui & uobis par est ô Lacedæmonij id tribuere, quod nec paupertati, nec
diuitijs, nec regno, nec priuatis, excellentem magistratum ullum committitis, quem iam à
principio uox dei alciuius committi non iusserit. Neq; oportet enim in ciuitate excellen-
tes cuiquam conferre honores, quia diuitijs præstet, aut quia uelox, aut formosus, aut ro-
bustus sit, si uirtute careat. Sed neq; si uirtutem etiam aliam habeat quandam, temperan-
tiam uero non habeat. M E. Quo pacto id hospes ais? A T H E. Nonne fortitudo una quæ-
dam pars uirtutis est? M E. Est. A T H E. Tu ipse igitur cum audieris, iudicato. Vellēs ne ui-
cinum aut domesticum quem ipsam habere, fortem quidem maxime, minime uero tem-
peratum, quin etiam impudicum? M E. Dij meliora. A T H E. An uero artium quidem multa-
rum peritum, & in his sapientem, sed iniustum? M E. Nullo modo. A T H E. At uero iusti-
tia sine temperantia originē habere nullam potest. M E. Quomodo enim aliter? A T H E.
Sed neque etiam ille, qui modo sapiens à nobis dictus est, quod uoluptates atque dolo-
res recte rationi concordēs & obsequentes habeat. M E. Non certe. A T H E. Id præterea
consideremus; ut quomodo inter ciues honores recte, uel non recte distribuantur, inspi-
ciamus. M E. G. Quidnam? A T H E. Temperantia si ab omni alterius uirtutis genere in al-
cuius animo desituta sit, honorandā ne iure est, an contra? M E. Non habeo quid respon-
deam. A T H E. Modeste, satisq; responsum est. Alterutro enim illorum concessio, incon-
cine, ut arbitror, respondisses. M E. Bene igitur factum est. A T H E. Esto. Nempe accessio
ipsa & honores & opprobria non responsu, sed silentio potius irrationabili digna erunt.
M E. G. Temperantiam dicere mihi uideris. A T H E. Hanc ipsam dico. Quod igitur ex a-
lijis nobis prodest plurimum, si cum additione maxime honoretur, recussime honorabi-
tur: & quod secundo loco prodest, secundo honorandum. Atq; ita secundum successio-
nis rationem, si unum quodq; honores qui deinceps ordine sequuntur nanciscatur, recte
utique nanciscetur. M E. Est ita. A T H E. Quid porro? an hæc quoque à legislatore distri-
buenda esse dicemus? M E. Maxime. A T H E. Vis ne partitionem cunctorum in opera sin-
gula & minima quæque illi relinquamus? Tripartitam uero diuisionem, quoniam & ip-
si legum quodammodo studiosi sumus, tenemus, maxima & media & minima inuicem
secernentes. M E. G. Summopere. A T H E. Oportere itaque dicimus ciuitatem, quæ pro
humanis uiribus salua felixq; futura sit, recte honores & opprobria distribuere. Recta
autem distributio est, ut prima & maxime honoranda censeantur animi bona, stadium,
ita illis temperantia sit. Secundo dignitatis gradu corporis bona ponantur. Tertio, ex-
terna possessio & pecunia. Hæc si quis legislator ciuitasue transgreditur, uel pecuniam
præ cæteris honorando, uel posterius aliquid honore prius collocando, neq; sancte, neq;
ciuilitate faciet. Rata hæc nobis habenda? an quomodo? M E. G. Prorsus quidem. A T H E.
Hæc latius dicere nos induxit Persicæ gubernationis cōsideratio. Inuenimus autem eos
peiores adhuc factos esse. Causamq; esse dicimus, quia nimium populi libertate sublata,
dominandi potestate magis quam oporteret adauclia, societate in ciuitate & amicitiam
sustulerunt. Quibus corruptis, principes quoque non subditis ac populo, sed proprio im-
perio consulunt. Quinetiam sæpe exigui sui commodi gratia, funditus euerit ciuitates,
gentesq; amicas igne absunt non curant. Ita hostiliter & absq; misericordia oderunt, &
odio similiter habentur. Ac si quando opus sit ut pro eis populi pugnent, nullum rursus
communem in ipsis consensum inueniunt, ut uelint ex animo subire pericula, & pro prin-
cipibus dimicare: sed cum innumeris pene hominibus dominantur, inutiles tamē omnes
habent ad bellum, & tanquam hominum indigentes, alios mercede conducunt, per mer-
cenarios extraneosq; milites saluos se fore putantes. Præterea & insanire coguntur: cum

re ipsa prædicent nugas esse ea, quæ in ciuitate honesta esse & honoranda dicuntur; si ad argentum & aurum conferantur. M E. Ita fit. A T H E. Sed de rebus Persarum, quod propter nimiam dominationem seruitutemq; non recte modo se habeant, iam satis sit dictum. Attica demo-
 M E. Omnino. A T H E. Atticam deinceps gubernationem similiter percurrere decet, ut cratia pateat quemadmodum libertas nulli subdita magistratui non paulo deterior est, quam illa quæ mediocritatem magistratuum dominatione consequitur. Nobis enim tempore quo Persæ Græciam, immo uniuersam pene Europam aggrediebantur, prisca quædam erat Respublica, & magistratus aliqui ex censu quadrisariam diuisio erant, pudorq; inerat, quasi dominus, cuius causa legibus subiecti uiuere uolebamus. Præterea magnitudo terræ, restrium maritimarumq; copiarum, usque adeo nos exterruit, ut obseruatius nos legibus & magistratibus obsequi & obedire coegerit. Quibus de causis maior inter nos exortæ est beneuolentia. Ferme namq; decennio ante quam bellum nauale in Salamina gestum sit, Datis ipse à Dario missus classem Persicam in Athenienses Eretrienesesq; duxit. Cui mors à Dario nisi has gentes ditioni suæ subijceret, est indicia. Datis igitur ipse Eretrieneses breui tempore innumerabili militum copia penitus expugnauit, terribilibsq; inuicem mor ad urbem peruenit nostram, neminem Eretriensem effugisse, sed manibus inuicem milites iunctis, atq; ita uniuersa regione Eretrienfium circumdata, omnes penitus comprehendisse. Hic rumor seu uerus siue non, cum cæteros Græcos, tum uel maxime Athenienses perterruit. Quibus cum uniuersam Græciam passim legationibus missis ad opem ferendam cohortarentur, nemo præter Lacedæmonios auxiliari uoluit. Et isti quidem seu bello quod aduersus Messenenses gererent impediti, siue alia quadam causa, non enim scimus, sequenti post pugnam Marathonicam die opitulaturi uenerunt. Post hæc magna indies parate, multa q; minari rex dicebatur. Interea Darius naturæ cõcessisse nunciatur, ac filius eius atrox iuuenis imperium accepisse, nec à cõceptis paternis desistere uelle. Cuius apparatus omnes in se conuerti Athenienses propter Marathonicam stragem credebant. Porro audientes defodi Athon, coniungi Hellepontum, classis immensam magnitudinem cumulari, nec terra salutem sibi fore putabant; præsertim quia in nullo præsidio confidebant: quippe qui memoria tenerent, neq; tunc cum primo illorum ingressu capti Eretrienenses fuerant, quenquã sibi opem ferre, & pro eorum salute subire periculum uoluisse. Idem igitur tunc terra sibi euenturum putarunt. Mari uero nullam prorsus salutem inueniebant, cum naues plus quam mille adueherentur. Vnam uero salutem quamuis tenuem dubiamq; solummodo uidebant. Nam cum respicerent quæ antea gesta fuerunt, & quod desperata salute, tamen uicerunt, hæc spe euecti, in seipsis ac dijs tantum inuenerunt sibi refugium fore. Hæc igitur omnia eos maiori inter se beneuolentia copularunt, præfens inquam metus, & qui à legibus iam pridem inerat, quem seruitutes legibus affecti sunt. Hunc sæpe pudorem in superioribus nominauimus: cui seruire omnes oportere diximus, quicunq; boni futuri sunt: quo quisquis afficitur, liber est & incursione illi prouocati & unã conuenientes, decorum templa, maiorum sepulchra, patriam ipsam, cæterosq; familiares atq; amicos defendissent, ut fecisse narratur, sed sparsi alius alio abissent. M E G. Probe hospes, ac sicut te patriamq; decet, dixisti. A T H E. Vera hæc sunt ò Megille. Nam quæ tunc gesta sunt, ea par est tecum, qui parentum naturam seruas, referre. Sed & tu & Clinias attente considerate, si quæ ad leguminationem pertinent, dicimus. Neq; enim confabulandi gratia hæc enarro. Cuius autem gratia ista dicam uideate. Vt scilicet intelligamus idem nobis ac Persis quodammodo accidisse, dum illi quidem in omnem seruitutem plebem traherent, nos contra in meram libertatem. Quomodo uero & quid deinceps dicamus, habita iam uerba & commode dicta quodammodo demonstrant. M E G. Probe loqueris. Sed conare quod modo dicebas apertius cloqui. A T H E. Faciam. Non erat ò amici apud nos ex ueteribus legibus alicuius rei plebs domina, sed sponte quodammodo legibus seruebat. M E G. Quibus legibus? A T H E. Illis inquam quæ de musica positæ fuerunt, ut quo pacto libertas hæc nimiam iam paulatim aucta sit repetamus. Distincta enim nobis tunc per species & figuras erat musica. Fuitq; una species

castus species

species cantus ad deos precibus placandos, quos hymnos uocabant. Huic altera cantus contraria species. Querulos hos cantus quis maxime appellaret. Alia species Pæon. Alia Dionysij generatio, quã Dithyrambum arbitror appellatam. Erat & alia cantus species, quam leges citharædicas nominabant. His itaq; alijsq; quibusdam lege statutis non licebat alio genere cantus pro alio abuti. Autoritas autem cognoscendi hæc iudicandi, & damnandi si quis contra fecisset, nec sibilo, nec ineptis clamoribus multitudinis in modo tribuebatur: nec rursus laudandi licentia plaudenti strepentiq; turbæ, sed præstantibus doctrina uiris erat concessa: dabaturq; ipsis ad finem usq; magno cum silentio audire. Adolescentes autem, paedagogi & plebs uniuersa castigatione uirgæ admonebantur. Hæc cum ita ordine fierent, multitudo ciuium libenter parebat, nec audebat tumultuose quicquam iudicare. Tempore deinde procedente auctores quidem transgressionis à musica alienæ, poetæ ipsi fuerunt: qui ingenio quidem ualebant, sed quod iustum atq; legitimum in musica esset, non satis obseruabant, debacchantes utiq;, & uoluptati magis quam oportuerit, indulgentes. Hi sane & lugubria hymnis, & dithyrambis pæonas coniunxerunt, Tibiarumq; sonos & cantus, citharæ cantibus imitati sunt, omnibus omnia commiscerunt. Qui & præter sententiam ex incititia contra musicam mentiti sunt, asserentes eam quidem nullam rectam in se normam habere, sed audientis uoluptate, siue probus ille uir sit, seu contra, rectissime iudicari. Cum igitur huiusmodi poemata componerent, & talia uulgo dicerent, iniquum adeo & audax aduersus musicam uulgus hominum reddiderunt, ut se plane posse sententiam de musica ferre crederet. Hinc spectacula frequenter exclamare ceperunt, cum silere antea consueuissent, quasi quid pulchrum in Musis, quid non, acute sentirent: atq; ita ex optimatum potestate, in prauam theatri potentiam res ipsa delinuit. Si enim popularis potentia solum liberorum hominum extitisset, nullum utique magnum incommodum fuisset. Nunc autem ex musica nobis in cepit omnium ad omnia opinio sapientia, præuaricatiq; secuta est & libertas. Intrepidi enim erant, quasi scientes, hæc licentia impudentiam peperit. Nempe si melior opinio propter audaciam non timeatur, id ipsum pene perniciosum est impudentia, quæ à libertate quadam temeraria proficiscitur. M E. Verissima loqueris. A T H E. Hanc libertatem ea licentia sequitur, quæ facit, ne magistratibus subesse uelimus. Ex hac originem habet & illa, per quã patris matrisq; & seniorum seruitutem & præcepta contemnimus. Cumq; prope transgressionis huius extremum simus, legibus quoq; parere recusamus. In ipso autem extremo, iusturandum, fidem, & omnino deos negligimus. Vnde ad prisca illam tyrannicamq; reuoluti naturam, eadem illa iterum patiemur, duraq; secula rursus degemus, nec malorum finem ullum reperiemus. Sed cur hæc nobis dicta sunt, repetendum mihi uideatur, ut oratio quasi equus retrahatur, ne si os effrenatum habeat, dicendi concita impetu, ab asino ut prouerbio ferunt, excutiat. Interrogandum est igitur, cuius causa hæc dicta sunt. M E. Est utiq;. A T H E. Hæc ergo illorum gratia diximus. M E G. Quorum? A T H E. Diximus. Nempe ad tria quædam esse laterum respiciendum, ut ciuitas quæ legibus instituitur, liber sit, sibijpsi amica, & mentem habeat. hæc dicta sunt? an non? M E G. Dicta prorsus. A T H E. Propterea duas gubernationum species in medium adduximus, unam in qua aristissima seruitus, alteram in qua resoluta libertas. Considerauimusq; utra recte gubernaretur. Perspeximus autem mediocritate alteri dominandi, alteri libertatis addita, feliciternimum utraq; se habuisset: infelicitate in altera, in altera libertas ad extremum usque peruasit. M E G. Vera narras. A T H E. Atqui huius quoque ipsius gratia Dorici exercitus constitutionem considerauimus, & radices montium Dardanij, habitationemq; maritimam, & primos præterea illos qui à uastitate diluuij relicti fuerant, horumq; causa de musica, de ebrietate, deq; prioribus etiam habita nobis oratio est. Hæc enim omnia ob eam causam dicta sunt, ut intelligamus quomodo optime gubernari ciuitas possit, & quo pacto priuatim quisq; optime suam uitam disponat. Si uero quicquam operæ precij fecimus, quænam nobis ipsis aduersus nos ò Megille & Clinia redargutio erit? C L I. Ego mihi hospes uidere quædam uideor. Peropportuno superiora omnia nobis dicta uidentur. His enim ego quodammodo indigebam. Cõmodumq; ambo, tu dico &

Megillus hic, me reperistis. Neque celabo uos quod mihi accidit. Quasi enim augurio his sermonibus confirmatus sum. Maxima profecto Cretenis pars coloniam deducere quandam cogitat, ac Gnosij eius rei curam committit. Gnosiorum uero ciuitas mihi alijsq; nouem uiris id mandat curandum. Leges autem ponere iubet, & quæ nobis ex Cretenis plebs placeant, & quæ aliunde colligi possint. Edictisq; nobis ne peregrinas leges horreamus, modo probentur. Nunc igitur & mihi & uobis hanc gratiam præbeamus. Collectis undique legibus, oratione cõdamus ab initio ciuitatem. Sic enim & illud, quod à nobis quaritur, diligentius considerabitur, & mihi forsitan disputatio hæc ad futura ciuitatis constitutionem conferet. **A T H E.** Non bellum indicis õ Clinia. Quare nisi id Megillo incommodum, mea quidem pro ustris tibi parata sunt. **M E.** Probe dicis, ego quoque paratus sum. **C L I.** Optime ambo dixistis. Quare conandum est primum oratione ciuitatem condere.

ARGVMENTVM MARSILII FICINI IN DIALOGVM
QVARTVM DE LEGIBVS.



QVARTVS hic dialogus, quemadmodum & tres superiores, ac etiam pars quinti primas, in ipso conditoris legum consilio officioq; uersatur. Huius uero consilium circa ciuitatis materiam atque formam. Materiam in quam, situm, & compositionem, dispositionemq; urbis, Formam uero modum publicæ gubernationis & ordinem. At quoniam forma hæc formosa esse nunquam potest, nisi ciuium animi sint formosi, idcirco in formandis à tenera etate, perq; omnem uitam suorum ciuium animis legiser inuigilare iubetur. Materiam igitur ciuitatis paucis expedit uerbis, formam uero eius & animorum ipsorum formationem accuratissime tractat, utpote qui præ animorum dignitate exteriora omnia quamuis amplissima uideantur, nihili pendit. Profecto Plato noster si corporum esset medicus, in eligendo aere saluberrimo ad firmam ualidamq; corporis habitudinem conferente incumberet diligentius, sed qui in eligenda pro se Academia insulari loco, non corpori sed animo moribusque consuluit, is nimirum in urbe condenda non admodum accuratus apparet: in formandis uero una cum etate moribus, tanquam medicus animorum, ut ita loquar, curiosissimus; Præterea si tanti fortunæ faceret bona, quanti ceteri solent, certe agrum, & situm, & modum ad diuitias cumulatandas amplificandumq; imperium commo dissum diligenter exquireret. Contra uero facit omnino. Sit ergo urbs procul à mari atque portu, non mercaturæ præsertim cauponaria dedita, non luxuriosa, non diues. Sit temperata ciuitas & sobria & pudica, præ cæteris uero pia. Quidam aliud mandaturum putas sanctum aliquem religiose uitæ pontificem in edificandis templis habitaculisque sanctorum, quam quod Plato noster iubet in urbe condenda? Et qui pauca hic de urbis corpore uerba facit, idem in beata illa Republica decem Dialogis expressa, nullum de urbe condenda fecit uerbum, neque id quidem iniuria. Illa nanque reliquit celo, hanc in terris edificat, ad exemplaris illius quo ad fieri potest imaginem. Propositum igitur erit legiseri, quæ præter animi bona sunt, præ bonis animi paruisfacere, in omniq; eius institutione ad uniuersam uirtutem tanquam ad singulum intendere. Ideo que nihil uel in ciuitate, uel circa urbem permittit, unde ciues malis aliquando moribus assuescere possint, etiam si inde uictoria multarum gentium, potentia que amplissima, & copia rerum omnium abundantissima consequatur. Lex enim non extra animum, sed in animum ipsum aciem suam dirigit omni ex parte perficiendum. Itaq; iubet ne ciues habeant summo in pretio falsæ huius uitæ salutem. Neq; tam ut sint, saluique sint, procurent, quam ut quamdiu sunt, optimi sint. Ad uniuersum uero legiseri institutum perficiendum tria in primis conducere arbitratur, deum uidelicet, fortunam atque artem. Quæ tria humana omnia gubernare dicuntur. Et quo difficiliora quam ceteri autor legum molitur, eo maiori ab his tribus quam ceteri indiget patrocini. Quod autem Plato dicit deum, & fortunam atque artem simul cum deo humana omnia gubernare, breuiter sic expone. Deus in omnibus per omnia mouet omnia. Mouet mundi sphaeras. Quarum concursio fatum quidem alicubi, sed hic fortuna libentius nominatur. Hinc casus uarij circa externa corpora que proueniunt. Mors uel & animas, lumen mentibus inspirando, unde ars non speculandi solum accenditur, sed agendi. Ab arte tandem dispositio externorum & corporis proficitur. Quamobrem à deo quidem cuncta dependent: qui, ut ait Paulus, omnia in nobis operatur. Verum ab ipso deo alia quidem per fortunam procedunt, alia uero per artem. Quo fit, ut neque fortuna, neque ars aliquando Deo ualeat aduersari. Quippe cum semper ab ipso utraque moueantur, inter se uero duo hæc ita se habent. Aut enim consentiunt inuicem, aut forte dissentiunt. Si dissident

Defecto et formam ad est arte

aut fortuna superat artem, aut ars fortunam. Id autem accipe hoc exemplo. Dum mouet Deus sphaeras inter dum per fortunam in mari commouet tempestatem. Tempestatas quatit nauem. Interea mouet Deus idem eandem nauem per animum quoque gubernatoris, id est per artem ipsam à Deo continue dependentem. Quam igitur ars nauem ad certum dirigit portum, atque ad eundem tempestatas quoque uehit, tunc ars simul cum fortuna consentit. Quando uero aliõ quidem impellit uentus, aliõ uero ars certat ducere, tunc ars & fortuna dissentiunt, ac tandem uel ars cedit fortunæ, uel arti fortunæ. Interim prouidentia dei utrobique agit utrunque ad finem sibi soli notum, cui nihil unquam dissonat, cuncta uidelicet in uniuersam sui corporis harmoniam occultis modis conuerti. Cæterum illa ipsa concursio cælestium dispositio, quando talis prouenit, ut artem necessario superatura sit, fatum dicitur potius quam fortuna: quando uero talis ut exuperare inertem possit, & superari ab arte, fortuna potius nominatur. Neque diffidas artem quandoque uincere posse fortunam. Ut enim fortuna sic & ars procedit ex deo. Animaduerte uero ubi Plato de occasione disputat, quam uir magnus nouas conditurus leges exoptet, ad id magnopere opportunam, sub illius tyranni nomine iuniorem Dionysium significare, se ipsum uero sub appellatione legiseri, atque indicare fauorem fortunæ sibi integrum desuisse. Item Platonem in Sicilia apud Dionysium quendam barum legum proemia inchoasse, ut ex epistolis intelligi potest; Opus uero id legum expulso Dionysio perfecisse. Denique per hæc dicta reditum in Siciliam suam ab infamia iudicasse. Scito autem Platonem in eo itinere atque reditu nihil aliud contendisse, quam ut salua Dionysij prosperitate, uiolenta tyrannis in regnum moderatum conuerteretur. Inter hæc autem ubi de temperantia & prudentia principis loquitur, memento Platonem, mediocrem quidem temperantiam à prudentia manifeste distinguere, mediocrem quoque prudentiam à sapientia simili ratione discernere, consummatam uero temperantiam sæpe appellare prudentiam, absolutam quoque prudentiam, nonnunquam sapientiam nominare. Quod quidem in Phædone, & tertio Legum, & hic, & alibi sæpe, patet. Adducit præterea naturales quasdam ingenij dotes, uirtutibus quidem similes, sed tunc demum, quando recte fuerint excolte, ad uirtutum munera conducentes. Quæ quidem de re latius in Republica disputat. Mandabis interea memoriam, quales sunt principum mores, tales quoque fieri ciuium reliquorum. Neque ulla de causa mores ciuium facilius citiusque quam ex hac mutari posse. Item beatum esse prudentem & temperatum doctorem populis, beatum quoque populum qui audit uerba ex ore doctoris eiusmodi profuentia. Præterea neque Rempublicam felicem fore, neque leges bonas exorituras, prius quam in gubernatore potentia una cum sapientia temperantiq; concurrat. Proinde diuinum ad ciuitatem constituendam auxilium inuocandum. Hactenus quartus hic liber munus legiseri circa materiam ciuitatis & formam communis pertractauit. Pergit uero deinceps ad figuram muneris huius distinctiorem, querens utrum ciuitatis forma regnum esse debeat, an optimatum senatus, an potentia paucorum, an popularis. Quoniam uero nihil inter homines bonum reuera dici potest, nisi diuinum imitetur bonum, non iniuria formam prius diuinæ gubernationis exponit, quam ex humanis gubernationibus alijs alias anteponat: uidelicet diuinæ similitorem absque controversia ceteris præferatur. Probat autem gubernationem diuinam esse regnum, optimatumq; senatum regno coniunctum. Consequitur ex omnibus ciuibus illos eligendos esse ad gubernandum, quocumque sint qui tantum cæteris prudentia & temperantia præstant, quantum uiri pueris præstare solent. Atq; si quis inter electorum numerum simili ferme intervallo ceteros antecellat, regem esse constituenandum. Id uero tum ex præfenti Saturni mysterio, tum ex simili quodam in Politico, tum ex epistolis & republica potest esse perspicuum. Cæterum ut præfenti Saturni mysterium apertius intelligi possit, meminisse oportet, Platonicos coniectare mundum à uita quadam & anima contineri atq; duci, ex tribus potissimum argumentis, ex firma uidelicet diuersarum mundi partium copula, ex mirabili motu cæli, ex perpetua rerum generatione sub cælo. Coniectare rursus mundum à mente regi ex triplici quodam ordine, scilicet ex ordine qui & in ipsa partium mundi copula, & in sphaerarum motu, & in rerum generatione conspicitur. Utrumque uero, scilicet animam atque mentem, Platonicus ille noster breuiter comprehendit. Spiritus inquit alit, totamq; insusã per artus Mens agitat molem. Coniectare tandem & animam & mentem ab ipso bono unoq; dirigi ad regendum, ex eo præcipue quod & cõnexio partium motusq; & generatio & omnis horum trium ordo in unum tendit bonumq; dirigitur. Quamobrem sub ipso bono regnum geminum continetur, intellectus uidelicet atq; anima. Illud quidem Saturni, hoc autem Iouis regnum omnis appellat antiquitas. Quæ Iouem idcirco fingit Saturni regnũ occupauisse, quoniam utrisq; ad regnum propriũ uocantibus animas, scilicet illinc ad intelligibile hinc ad sensibile bonum, paucissime quædam anime ad intelligibile Saturni bonum contemplationemq; se conferunt, quam plurimæ uero ad sensibile Iouis bonum actionemq; quotidie consumunt. Tradunt autem antiqui, animas quondam beatas, sub Saturni regno uixisse. Duobus id modis intelligentes. Primo quidem dum intentionibus angelicisq; mentes uiuebant, ante quam in corpora laberentur. Deinde etiam quoties & quotcumq; uolunt uiam quidem uitam negligentes, actiuam uero parum admodum diligentes, contemplatiuæ uitæ ardentissimo

Platonis mundus esse animatum & ducere

amore se dedunt. Vt cumque uero accipiatur in uita intellectuali, beata: in animali, sunt misere. Accedit quod sub hac miseria ita falluntur, ut cum duo in celo planetae sint, primus quidem superioris Saturni nuncius, secundus autem nuncius Iouis superioris, laudent quidem Iouis stellam, Saturni uero uituperent, cum tamen haec quidem ad temporanea magis prouocet bona, illa uero reuocet ad aeterna. At quoniam homo gregabile animal a communi hominum commercio segregatus mediocrem uiuendi habitum seruare non potest, cogiturque, ut ita dixerim, uel infra hominem descendere, uel ascendere super hominem: factum est, ut Saturnus hominum segregator erimen et infamiam apud inscios reportauerit, eorum uidelicet culpas, qui uel mixtione quadam inephorri, uel educatione peruersa tales euadunt, ut quando a Saturno extra hominem seuocantur, descendant ab homine potius, quam ascendant. Verum de his alibi diligentius reuertamur ad argumentum. Addit Plato Saturnum quondam homines distributos in greges custodiae demonum commendasse. Id autem pluribus modis exponitur. Primo quidem diuinam mentem animas hominum, ut Timaeus ait, in uarios ordines ab initio diuisisse stellarum, animarum numerum comitantes. Differentiam uero nostrarum inter se animarum, alij inter Platonicos numeralem tantum esse putant, alij etiam specialem, ut unum animarum nostrarum sit genus, in eo multae animarum species, sint etiam nullae sub eadem specie. Vt cumque uero distribuuntur, diuersis non solum stellis, sed demonibus etiam accommodari dicuntur. Alio modo exponi potest mysterium, ut uidelicet uel ab orbis initio uel statim post diluuium rudiores homines diuina prouidentia angelorum siue demonum meliorum ministerio rexit, donec paulatim facti peritiores ipsi se regerent. Rationi uero consentaneum est, rectius se licetis que a superioribus quam a seipsis homines gubernari. Exponitur insuper tertio hunc in modum, ut quotidie quicumque uitae rationem eligunt ab alijs quodammodo segregatam, ritibusque educati fuerint, statim in contemplatiuum beatum que Saturni regnum commigrare dicantur. Sed quatenus sub contemplationis officio in ritibus uarios discernuntur, eatenus et in multis greges secerui uidentur. Et alijs atque alijs pro uita similitudine inspicari numeribus atque regi. Mittit in praesentia multas praestantium philosophorum scholas, quasi greges sub Saturno pastore mirabiliter congregatos: Sub Saturno inquam, tribus praecipue modis. Sub mente diuina et angelica primum, deinde sub anima planetae primi eiusque sphaera, tertio sub ipsius planetae corpore. Sed mens ipsa facit. Anima conficit, Planeta portendit, portendit inquam, quando in magnis Saturni cum Ioue coniunctionibus, Saturnus ipse uel exaltatione sua, uel domicilio gaudet, et tanquam coniunctionis dominus fouetur quidem ab Ioue, utitur et Solis Mercurijque et Veneris beneficio. Sic magicam Zoroastris eiusque sectatorum peperit, seu portendit potius disciplinam, Trismegisti quoque theologiam, Orpheique mysteria, Arcana Pythagorae, Socraticam sanctimoniam, Platonice maiestatem. Ita esse manifestis quibusdam argumentis compertum habemus. Hinc et Plato in praesenti libro Saturnum esse affirmat dominum eorum qui mentem habent. Gubernationem uero eiusmodi sub Saturno regiam optimatumque extitisse demonstrat. Siquidem genus humanum ab ipso Deo tanquam rege per electos optimos que demones asserit gubernatum. Hos nulli angelos appellarent, et Plato in Critia uocat deos, facultatemque gubernationis et hic indicat, et in Critia: dicens occulta quadam persuasionis inspiratione fuisse homines gubernatos, gubernandos quoque similiter, quoties ab inferioribus uacantes motibus sese superioribus subiecerint perducendos. In his Plato monet primo diuinam prouidentiam nunquam desistere hominibus, modo sibi ipsi non desint. Deinde humanum ingenium in summa rerum licentia potentiaque lasciuia superbiumque euadere. Tertio sicut bestiae non possunt a bestijs absque humano quodam pastore, sic neque homines ab hominibus absque duce deo optime gubernari: et quoad mortalis aliquis sine deo dominabitur, tandem laboriosam miseramque uitam fore, quasi frustra uigilaturus sit quilibet ciuitatis custos, nisi deus ipse custodierit ciuitatem. Quarto, ipsam mentis distributionem esse legem, eius in omni et priuata et publica gubernatione semper obtemperandum, ut per nostram mentem feliciter a diuina mente ducamur. Quinto, nullas constitutiones appellandas esse leges, nisi commune ciuitatis totius bonum procurent. Sexto, qui obseruantibus parent legibus, his magistratus maximeque diuini cultus munera committi debent. Septimo, interitum ciuitati paratum esse, in qua non leges magistratibus, sed magistratus legibus dominantur. Octauo, iuuenes quidem ut plurimum haec obtuse uiderent, senes autem acute perspicere, nisi forte quandoque deus uel iuuenilem probeat pietatem, uel senilem reprobeat impietatem. Multa iam uerba Plato facit ad ipsum legislatorem pro suo officio instruendum. Nonnulla facit deinceps ad populum legis eiusmodi suscepturum, ut et accipiat libentius et seruet impensius. Cohortatur autem ad sacras leges in primis, perque illas ad humanas a diuinis inuentas et confirmatas. Sed una cum exhortatione uentrationem terroremque commiscet, dicens deum mundi totius artificem, totum in seipso completum, ideoque inspicere singula ne quis confidat praeuaricando posse latere: perque omnia circumuoluit, ne quis speret manus eius post delictum subterfugere posse. Hunc esse ostendit legum omnium fundatorem, ubi ait: Recta definit et peragit, id est, recta quadam legis regula determinat singula. Determinat in qua primo singulis naturae suae modum, quae, quales

quos

que quantaque sint, et ubi et quando et quomodo moueatur. Deinde animis quid agendum sit, quid ue cauendum. Determinationem eiusmodi legem esse constat rerum omnium penes deum autorem, eamque eodem actu ab ipso deo sanciri, quo et omnia ab eo intelliguntur et fiunt, actu scilicet circulari, quem Timaeus ait esse diuinam intelligentiam naturalem, ex seipsa uidelicet seipsam respicienti, seque respiciendo omnia semper conspicienti. Foris uero ultra circulem, ut ita dixerim, motum deo intimum, subinsinat motum quoque rectum, id est, rerum a deo processum deique per res omnes in fluxum: ideo recta dixit, et peragit. Et motum rectum a circulari pendere signauit. Item ubi ait deum rerum principia et fines et media continere, intelligit deum esse causam rerum efficiuentem atque finalem, seruare omnia, omnibusque adesse. Ac ne quis putet irritam legem, addit hanc semper iudicium comitari, quo et perspicaciter seruatores legis praeuaricatoresque discernantur, et efficaciter quid potissimum debeat cuique decernatur. Quod quidem iudicium, quoniam potenter et discernit, et decernit, inuitabilis sequitur ultio peccatorum, et praemium obseruantium. Seruari uero maxime diuinam inquit legem ab his, qui humillime ceruicem suam diuinae legis iugo subiiciunt, quorum praemium futura beatitudo censetur: respui uero maxime a superbis, qui mox sicut dei legem dereliquerunt, ita deseruntur a deo. Deserti autem et peccant atrocius, et miserabilibus cruciantur. Tu uero euangelica haec aureaque praeccepta seruabis alta mente reposita. Quod autem mystice haec antiquo ait sermone constare, Mosaisco possumus intelligere. Possumus quoque et Mercuriali quodam et orphico, apud quos eiusmodi multa perlegimus, et illa quidem euidentiissima: quae recensere grandius iam praehibet argumentum. At si Orphicos de Ioue, de lege, de iudicio et iustitia et Nemese hymnos legeris, haec ad uerbum inuenies omnia. Post haec Plato populum exhortatur, ut unusquisque magnopere studeat in eorum numero esse qui deum sequuntur, contentens in omnibus placere deo, atque ut id consequatur similem deo se reddens, similitudinem inquam per temperantiam puritatem, quae tanquam regula examusisimam sua omnia metiatur. Siquidem mensurae quod et Pythagoras inquit, omnium optima iudicatur, simillimumque deo efficit animum. Quippe cum deus omnium sit mensura, praecipue nobis, qui uidelicet eatenus uel prosequi uel fugere debemus singula, quatenus diuinae menti uoluntati; uel consonare uel dissonare censentur. Hinc illud in Platonis epistola: Sapienti quidem uiro haec deus est, insipienti uero libido. Ambiguus uero hic legitur textus. Alibi enim legitur ut traduxi. Quibus uerbi Plato uidetur Protagoram confutare, dicentem rerum mensuram hominem esse. Cuius error in libro de scientia subtiliter confutatur. Alibi uero legitur non quam quibus homo, sed si quis homo, hunc in modum: Deus omnium nobis est mensura, multoque magis si quis, ut ferunt, homo est. Tu hanc particulam, si quis, ut ferunt, homo est, exponere poteris, si quis homo mensura est, multo magis deus est mensura, non enim nobis sed deo per quem uiuimus debemus uiuere. Posses forsitan exponere: si deus aliquis homo est, id est, si quando fiat homo: ut ferunt, id est, oracula prophetarum, quae quidem expositio utinam pia est apud multos, tam accepta foret apud Platonicos. Ut autem appareat quanti fructus sit obseruatio legum, subdit solis hanc obseruatoribus licere atque expedita nota dijs sacraque fieri. Ceterorum uero preces et munera a deo respui. Hoc ipsum uero quod est placere deo, dicit esse signum, quo singulas uitae actiones quasi sagittas debemus intendere. Sagittas autem in hanc ipsam dei gratiam attingendam, esse ad sedulum religionis cultum. In quo eisdem disponit gradus, quos et in carminibus Pythagoricis legitimus. Iuratenim hic sicut et ille, ut caelestes primum omnes colamus deos, illos praecipue quibus patria quasi patronis est dedicata. Deinde sequentes sub caelo deos. Quos omnes terrestres appellat. Mos enim Platonis est, et si omnia sub caelo elementa ponit, omniaque in caelo modo caelestia, tamen omnia sub caelo appellatione terrae comprehendere, omnia item in caelo caeli ignisque nomine. Caelestes quidem deos tum angelos intelligit superiores, tum sphaeram caelestium stellarumque animas: Deos uero terrestres, tum inferiores angelos, tum elementorum quatuor animas. Tertio mandat coli demones, scilicet puriores, quasi deorum ad nos interpretes. Quarto heros, id est, hominum animas deo acceptorum a corpore separatas. In his omnibus ita distribui praecipit cultum, ut maioribus numeribus maiora, minoribus minora, aequalibus aequalia munera conferantur. Quinto non tam coli et adorari, quam ornari et quodammodo honorari deorum patriorum status imperat, legibus consecratis. Quoniam uero omnem ad diuinum cultum exhortationem ab uno inchoauit deo, euidenter ostendit cetera numina neque per se sed participatione primi dici deos, neque propter se, sed illius gratia esse colenda, praesertim cum uniuersum eiusmodi cultum, dum taxat ut illi unico placeas, dicat suscipiendum. Sexto parentes quasi dei uicarios praecipit uenerari. Septimo propinquos genere, et familiaritate coniunctos, et hospites peregrinosque ex diuino iussu amare charitate non ficta. His autem praecceptum inseritur euangelicum, uanorum scilicet uerborum exactam rationem diuino iudici esse reddendam: cuius angelus nobis praestit quasi superioris iudicis uicarius et minister, ut nos a turpibus reuocet, prouocet ad honesta, et consentientes quidem tranquillitate conscientiae nutriat et deleat, dissentientes uero perturbatione conscientiae uexet. Vbi delectat, ab antiquis gratia nominatur: ubi uexat, furia. Et gratia quidem triplex, quoniam praeteriti praesentis et futuri gratia bonos oblectat. Furia quoque triplex, quia malos similiter

liter cruciat. Et utrobique Fatum, & Parca triplex cognominatur. Dicitur & Nemesis, praesertim ab Orphico, ubi in superbos animaduertit. Profecto ueteres ut indicarent superbiam Deo maxime omnium dissonare obedientiam humillimam exigenti, dixerunt superbos non solum diuina censura, ut cetera uicia, sed etiam indignatione puniri, propriumque ad punitionem eiusmodi numen introduxerunt, Nemesis nomine nuncupatum, quod quidem facit potentiam in brachio suo dispergitur que superbos mente cordis sui. Collige est multis omnibus precibus quatuor, legem, iudicium, iustitiam, Nemesis. Horum exemplum accipe in teipso. Habes in mente legem, quid agendum sit, quid non, cominanti norma dictantem, & honestum quidem prosequendum esse, turpe uero uitandam. Habes in ratione iudicium distinctiori quadam argumentationum discursione discernens id quod in hac uel illa actione positum est, honestum esse uel turpe. Habes in uoluntate iustitiam, eligentem ita prosequi, ita fugere, ut ratio per mentis leges prosequendum iudicauit uel fugiendum. Habes in imaginatione eiusque affectu Nemesis turpibus actionibus uerbisque succensentem atque legitime in dignantem. Similiter in Deo lex iudicium, iustitiaque, & Nemesis, sed modo diuino. Distinctus autem in Deo quidem lex angelisque superioribus. In anima uero mundanae ratione, iudicium. In eiusdem uoluntate, iustitia. In angelis inferioribus seu demonibus in dijs Nemesis. Vt cumq; distribuas, haec omnia diuinae legi mirabili quadam connexionione subserviunt ad uirtutum premium, & supplicium peccatorum.

DIALOGVS QVARTVS DE LEGIBVS VEL DE LEGVM LATIONE



GE IAM quamnam fore ciuitatem cogitare debemus? Neque uero nunc de praesenti eius nomine, aut de futuro interrogo. Id enim forsitan aut ipsa Coloniae deductio dabit, aut locus, uel etiam fluius, aut fontis, aut deorum qui ea in regione sunt alicuius cognomenum ciuitati nouae fama sua nomen imponet. Sed illud potius quero, utrum maritima erit, an mediterranea? CLIN. Distat fere hospes a mari haec de qua loquimur, ciuitas, stadijs octoginta. ATHE. Portus uero sunt ne prope? an mare illud penitus importuosum?

CLIN. Portuosa est hospes ea regio, quam maxime fieri potest. ATHE. Heu, quid ais? Ager autem ille fert omnia? An aliquorum indigus? CLIN. Fert pene omnia. ATHE. Ciuitas uero aliquane illi proxima? CLIN. Non ualde. atque idcirco habitatores illuc conducere cogitamus. prisca enim quadam hominum inde facta propulsione, magno temporis spatio facit regio desolata. ATHE. Quo ad campos autem montesque & syluas pertinet, quo pacto disposita est? CLIN. Similis est reliqua totius Cretae natura. ATHE. Asperam igitur ipsam potius & syluestrem quam campestrum esse dicis? CLIN. Aio equidem. ATHE. Non est igitur ad acquirendam uirtutem incommoda. Nam si mari proxima esset & portuosa, nec ferret omnia, sed multarum rerum egeret, maximo si ubi salutis fundatore opus esset, diuinisque legum latoribus, ne multos ac uarios mores, si mulque prauos huiusmodi regionis natura contraheret. Nunc uero iuuat, quia stadijs octoginta remota est a mari, propinquior certe quam oportet mari, eo ferme quod portuosior est, ut ais. Satis tamen & hoc esse uidetur. Profecto mare ciuitati proximum quotidiana quadam iucunditate eam afficit. Veruntamen uicinitas ea nimium reuera falsa est atque amara. Nam cum mercibus & pecunijs cauponando ciuitas repleatur, dolosi animi instabiles & infidos mores parit. Vnde parum & ipsa ad seipsam & ad gentes alias fidem & amicitiam colit. Aduersus haec tamen illud habet remedium quod omnia fert. Cumque syluosa sit & aspera, licet omnia ferat, non tamen abunde omnia. Nam si esset ad omnia terax atque foecunda, multum auri atque argenti ex emissionem rerum colligeret. Qua una re nihil ut breuiter dicam, perniciosius est, si unum uni conferas ad generosos iustosque mores, ut in superioribus quoque si recordamur, est dictum. CLIN. Recordamur quidem. Et illa tunc & nunc ista recte dicta concedimus. ATHE. Materia uero ad fabricandas naues, nunquid illic abundat? CLIN. Neque illic abies est mentione digna, nec arbor picea. Cupressi item copia parua, pinumque & platanum illic raram inuenies. Quibus necessario fabri nauium ad interiores nauium partes utuntur. ATHE. Atque in his etiam non male

procul a mari ab
stadium

male se habet regionis ipsius natura. CLIN. Quid ita? ATHE. Quoniam opera praecipi est ut ciuitas facile imitari hostes improba imitatione non possit. CLIN. Cuius nam supra dictorum potissimum gratia ista dicis? ATHE. Obserua me uir praecclare. Nempe illius gratia quod est ab initio de Cretenum legibus dictum, quas uos ad unum aliquid, id est bellum respicere dicebatis. Eas ego, quoniam ad uirtutem quodammodo referrentur, probe positas esse dixi: quoniam uero non ad uniuersam, sed ad uirtutis partem ferme, equidem non ualde laudabam. Nunc igitur me quoque uos in praesenti legumlatione diligenter obseruate, siquid aut quod ad uirtutem non pertineat, aut quod ad partem solummodo, legibus sancio. Eum quippe solum recte ferre leges existimo, qui ueluti sagittarius illuc animum semper intendit, unde continuo aliquid semper sequatur eorum quae bona sunt: cetera uero relinquit, siue diuitias seu huiusmodi aliquid, quod ad uirtutibus sit separatum. Imitationem uero hostium improbam tunc fieri dicebam, cum iuxta mare quispiam habitans, laedatur ab hostibus: Quale illud fuit. Dicam enim, non tamen praeterita iniuria commemoranda studio. Minos olim nauali copia fretus, crudele Attice tributum imponit. Athenienses uero nondum naues ut nunc ad bellum paratas habebant, nec illa in regione arborum copia erat, unde naues facile fabricarentur. Quare non potuerunt rerum imitatione naualium ipsi quoque nauatae facti statim hostes tunc suos ulcisci. Meliusque se, cum actum esset, si sapienter septem adolescentes amississent, quam quod illis accidit perperit. Nam pro terrestribus firmisque copiis, nauales factae consueuerunt cursum naues insulicacito decedere, nihil turpe facere arbitrantur si minus audeant hostium impetum expectare, ac mori: sed causas habent idoneas, ut armis amissis, minime, ut aiunt, turpiter fugiant. Huiusmodi uero ex nauali bello uoces audire contingit, non laude quidem ulla, sed uituperatione summo opere dignas. Nunquam enim malis moribus, praesertim optimam ciuium partem, assuescere decet. Apud Homerum quoque nauium refugium hoc reprobarum uidetur. Vlysses nanque Agamemnonem reprehendit, qui praesidio Graecis apud Troianos occupatis naues in mare deducere iubebat. Quod moleste ferens Vlysses ait. An iubes instante belli turbine bene tabulatis instructas naues in altum deducere, ut Troianis ad uotum cuncta succedant, nos autem perniciose strages cladesque sequatur? neque enim graui sese pugnae committent, cum naues mari ad fugam paratas aspicient, sed neglecto bello cedent, atque inde uolabunt. Vbi quale consilium hoc tum fuerit, apparebit. Patet igitur Homerum quoque sensisse, obesse triremes ad pugnantium fugam paratas. Quippe uel leones his moribus uisi ceruos fugere consuecerent. Praeterea ciuitatum potentiae quae naualibus copiis fretae salutem consequuntur, honores optima bellicarum rerum parti haudquaquam retribuunt. Nam cum arte gubernatoria, & quinquaginta uirorum principatu & remigio, uirorumque & uilium hominum opere res naualis geratur, non potest quispiam recte honores singulis reddere. Quomodo uero recte se habere ciuitas potest, si hoc ipso priuata fuerit? CLIN. Ferme impossibile. Veruntamen hospes nauale apud Salaminam Graecorum aduersus Barbaros praesidium uniuersam nos Cretenes Graeciam seruasse putamus. ATHE. Atqui multi istud tam Graecorum quam Barbarorum affirmant. Ego autem, o amice, & hic Megillus, pedestrem in Marathonem & in Plateis pugnam, alteram principium salutis, alteram finem fuisse dicimus: & his quidem pugnis meliores Graecos factos fuisse, alijs non meliores, ut ita de praesidijs quibus tunc pariter seruati sumus, dicamus. Bello enim apud Salaminam gesto, illud addo quod in Artemisio commissum fuit maritimum. Verum spectantes nunc ciuili disciplinae uirtutem, & regionis naturam, & legum ordinem consideramus. Non enim seruari ac esse solum, hominibus summo in precio habendum existimamus, ut uulgus putat: sed ut quam diu sunt, optimi sint. Quod & in superioribus, ut arbitror, a nobis est dictum. CLIN. Dictum plane. ATHE. Id itaque tantum animaduertamus, si eandem ipsam agamus uiam quae ciuitatibus optima sit in constituenda habitatione legibusque ferendis. CLIN. Mirum in modum. ATHE. Dic ergo quod sequitur, quae multitudo habitatura coloniam sit. Vtrum quicumque uelint ex tota Creta, quasi magna in singulis ciuitatibus turba superfluat? An ad ipsius agri uires electi? Non enim uolentes ex Graecis colligatis, est nonnullos uideo ex Argis & Aegina alijsque Graeciae partibus regionem hanc habitare. Sed in praesenti mihi dicas, unde futura sit uobis horum nunc ciuium multitudo. CLIN.

Minos coegit
Atticam ad
deducendos se
ptem pueros

AMEX

Ex uniuersa Creta futuram existimo, & inter Græcos alios, qui ex Peloponneso ueniunt maxime ut opinor recipiuntur. Quòd uero modo dicebas, uerum est, ex Argis scilicet istos esse. Etenim quod maxime modo hic genus laudatur, Gortynicum est, quod ex ipsa Peloponnesiaca Gortyne huc migravit. A T H E. Sed non æque facilis ciuitatibus illa in unum commigratio solet fieri, quando non examinum more fit, ut genus unum amicicum inter se ab amicis ueniens ex una quadam regione, aut agris angustijs pressum, aut alia huiusmodi necessitate coactum in aliena commigret. Quandoq; uero accidit ut ciuitate seditionibus agitata alio ciuium pars una secedat. Vniuersa etiam ciuitas bello uicta quando que simul fugisse reperitur. Hæc autem omnia partim facilia sunt, ut noua in habitatione disponantur, & legibus denuo positis gubernentur: partim etiam difficilia. Nam quod genus unum est unius linguæ earundemq; legum, cum sacrorum & huiusmodi omnium communionem habeat, amicitia quidem inter se aliqua copulatur, sed leges alias, gubernationisq; modum à pristino discrepantem non facile suscipit. Quod uero propter legum suatum improbitatem seditionibus concitum fuit, cum primos illos propter consuetudinem quibus corruptum est mores desideret, durum se & inobediens gubernanti legesq; ponenti præbet. Quod autem ex uarijs confluit generibus, libentius fortasse nouas leges audiet: sed arduum est omnino, & longo tempore indiget, ut conspirare, & tanquam sub uno iugo equi, unū idemq;, ut dicitur, efflare possint. Sed enim legum sanctio ciuitatisq; constitutio est ad uirorum uirtutem omnium perfectissima. C L I. Probabile id quidem, sed clarius expone bone uir, quorsum id dixeris. A T H E. Dum considera re legum latores & laudare uellem, ad uile quid dicitur uideor lapsus. Quod tamen si oportune dicatur, nihil negotij dabit. Ac quid ego conturbor, cum omnia humana fere ita habere uideantur. C L I. Qua de re dicis? A T H E. Dicitur eram nullum unquam hominum aliquid lege sancire, sed fortunas casusq; uarios incidentes, leges nobis per omnia ferre. Aut enim imminētis uolentia belli, priorem peruertit rempublicam legesq; mutat: aut summa quædam penuria. Morbi quoque multa innouare compellunt. Pestis etiam diutina, multorumq; annorum incommoda, & importuna tempestas. Hæc si quis animaduertat, non uerebitur idem quod ego nunc, exclamare, mortalium neminem leges condere, sed humana omnia fortunis agi. Quod si quis in navigatione, gubernatione, medicina, militari imperio affirmauerit, recte uidebitur dicere. Sed rursus & istud similiter de ijs ipsis bene dicitur. C L I. Quidnam? A T H E. Deum quidem omnia, & fortunam oportunitatemq; simul cum deo cuncta humana gubernare. Mitius tamen cōcedendum, tertium superiora, artem uidelicet sequi. Tempestate enim imminente multum interesse cunctis gubernatori habere artem, necne. An quo modo dicendum? C L I. Ita prout scis. A T H E. Nonne & in alijs eadem ratio? Atqui & legum latiori idem est tribuendum, ut concurrentibus alijs quæcunq; ad felicem regionis habitationem conducunt, legislator ueritatis compos ciuitati ipsi non desit. C L I. Vera loqueris. A T H E. Nonne qui in singulis illorum artem habet, precari poterit ut aliquid à fortuna sibi feliciter adsit, nec alia re præterquam artificio opus sit? C L I. Valde. A T H E. Cæteri quoq; omnes, quos modo diximus, si quis quæserit, suas preces uotaq; aperient. An non? C L I. Plane. A T H E. Idem & legislator, ut arbitror, faciet. C L I. Sic puto. A T H E. Age itaq; sic eum interrogetur. O legislator qualem tibi ciuitatē tradi desideras, ut ipse ex reliquis postea sufficienter eam disponere possis: Quid recte deinde dicitur? An legumlatoris responsio afferri debet? C L I. Vtiq;. A T H E. Tyrannidi subiectam mihi tradite ciuitatem, dicit. Tyrannus autem iuuenis sit, memoria ualens, acutus, fortis, naturaq; magnificus. Et quod in superioribus omnes uirtutis partes sequi debere dicebamus, id animo quoq; tyrânico insit, siquid modo cætera profutura sint. C L I. Temperantiam mihi uideatur hospes de Megille dicere tyranni animo inesse oportere. Nonne? A T H E. Popularem ô Clinia dico, non temperantiam illam quam extollens aliquis prudentiam appellandam esse monstraret, sed eam ipsam affectionem quæ in bestijs & pueris illico apparet innata, ut alij ad uoluptatem priores, continentiores alij nati esse uideantur. Quam quidem continentiam à bonis alijs separatam, paruifaciendam esse diximus. Teneatis quod dico? C L I. Maxime. A T H E. Hanc ergo naturam ad superiores illas naturæ qualitates tyrannus habeat, si debet ciuitas celerrime & optime prout possibile est eam gubernationem assequi, qua felicissime

Quæ sint quæ leges produciunt

ca/ve

Deum & fortunam oportunitatemq; cunctis gubernare, artem sequi

licissime uiuat. Nulla enim uelocior, nulla melior dispositio ciuitatis, aut est, aut esse potest. C L I. Quomodo uero & qua ratione hospes id asserens aliquis, recte dici sibi uisum suadebit? A T H E. Facile intellectu est ô Clinia, hoc ita natura esse. C L I. Quid ais? Nunquid esse illud asseris, si tyrannus iuuenis sit, temperatus ingenijq; acumine & memoria pollens, fortis, magnificus, atq; felix? A T H E. Adde nihil aliud, nisi ut tempore ipsius laude dignus legislator reperiat, & fortuna quædam eos in idem conducat. Hoc enim si accesserit, omnia ferme deus dederit quæ dare solet, quoties ciuitatem aliquam felicem maxime uult fore. Deinde si duo tales principes sint. Tertio loco sit res. Et successio nis eadem ratione seruata eo difficilior, quo plures: atq; contra, quo pauciores, eo facilius. C L I. Ex tyrannide optimam fieri rempublicam affirmare uideris, cum summo cetero legislatore, modestoq; tyranno facillime & celerrime ex illa in hanc mutationem fieri. Secundo ex paucorum potentia. Tertio ex populari. An non ita? A T H E. Minime. Sed ex tyrannide primo. Deinde ex regia gubernatione. Tertio ex quadam populari potentia. Postremo paucorum potentia optimæ reipublicæ generationem difficillime suscipit. Plurimi enim in ipsa potentes sunt. Tunc uero hæc fieri dicimus, cum uerus natura legum conditor inuenitur, & ei potentia quædam communis cum illis contingit, qui plurimum in ciuitate possunt. Vbi autem paucissimi quidem numero sunt, potentia uero summi, quod tyrannidi accidit, ibi celer & facilis fieri mutatio solet. C L I. Quo pacto? Non enim intelligimus. A T H E. At uero non semel id à nobis, sed sæpius, ut opinor, est dictum. Vos autem fortasse ciuitatem tyrannide pressam nunquam uidistis? C L I. Ego quidem uidere eam minime cupio. A T H E. Atqui quod modo diximus, in ea inspicies. C L I. N. Quid nam? A T H E. Quod non multo labore nec longo tempore tyranno opus sit, ciuitatis mores, mutare uolenti. Nam siue ad uirtutis officia siue contra ciues perducere uelit, ipse primus uiam per quam sequantur cæteri, ingrediatur oportet, omniaq; in seipso primum expressa præscribat agendo, alia quidem laudans atq; honorans, alia uero uituperans, & eos qui non obediunt in singulis actionibus semper dedecorans. C L I. N. Quo modo uero ubique magnum quid aut arduum existimabimus, ut ciues eū statim sequantur, qui ita suadet & cogit? A T H E. Nemo uobis persuaadat ô amici aliter unquam citius & facilius quam principum exemplo leges in ciuitate mutari. Neque aliter ocyus aut firmiter existimetis, aut futurum. Profecto hoc nobis neque impossibile est, neque factu difficile. Sed illud difficile factu est, raroque longo in tempore factum, quod si quando contigerit, innumera ciuitati cui eueniet & immensa bona efficiet. C L I. N. Quid illud? A T H E. Siquando diuinus amor temperate iusteq; agendi magnæ potentia innascatur, quæ aut in unius sita sit potestate, aut in plurium principatu diuitijs uel nobilitate generis excellentium: aut si quando naturam Nestoris quis reduxerit, quem & dicendi facundia, & temperantia uitæ multo magis omnibus excelluisse ferunt, qualis quidem uir Troiæ temporibus fuisse dicitur, nostris autem minime: si inquam talis quandoque uir fuerit, aut erit, aut nunc inter nos est aliquis, & ipse beate uiuit, & illi quoque beati sunt, qui fluentia ex ore modesto audiunt uerba. Eadem quoq; de uniuersa potentia ratio est, quod uidelicet cum in eodem homine bene cum prudentia & temperantia simul potentia summa conuenerit, tunc demum gubernationis optimæ, optimarumq; legum elucebit origo, aliter autem nunquam. Verum hæc tanquam fabula quædam oraculorum ritu dicta sunt, ostensumq; sit, partim difficile esse, ciuitatem bonis fundari legibus, partim uero si contigerit id quod diximus, longe omnium facillimum & breuissimi temporis opus. C L I. Quo pacto? A T H E. Sed conemur iam ciuitati tuæ rem omnem accommodantes tanquam seniores pueris, leges oratione confingere. C L I. Aggrediamur iam id sine mota. A T H E. Deum in primis ad ciuitatis constitutionem inuocemus. Qui utinam audiat, exaudiensq; propitius & benignus nobis adueniat, unâ nobiscum ciuitatem & leges exornaturus. C L I. N. Veniat opto. A T H E. Sed qualem nam disciplinam ciuitati tradere uolumus? C L I. Declara si placet, quid dicere uelis, utrum populi potestatem uel paucorum uel optimatum uel regnum. Neq; enim tyrannidem te dicere arbitramur. A T H E. Age iam uter uestrum prior mihi respondere uult, quæ nam ex his suæ patriæ reipublica est? M E G. Num patet, quia senior sum, ut ipse prior respondeam? C L I. Forte. M E G.

Difficile est fundare ciuitatem bonis legibus. Deus ante omnia opera inchoanda inuocandus

Cum Lacedaemoniam hospes rempublicam mente reuoluo, non facile tibi possum dicere, quomodo sit appellanda. Etenim tyrannidi similis esse uidetur. Nam Ephorum potestas mirum in modum ibi tyrannica. Nonnunquam tamen praeceteris ciuitatibus populari gubernationi apparet simillima. Negare autem eam esse optimatum rempublicam omnino absurdum. Regnum quoque in ea perpetuum, quod omnium antiquissimum tam a caeteris hominibus quam a nobis ipsis esse dicitur. Quare ita subito interrogatus, reuera, ut dicebam, non possum in praesentia tibi distincte quae illarum sit respondere. CL I. Mihi quoque Megille perinde ac tibi contigisse uidetur. Nescio enim quam illarum potissimum Gnosiam esse affirmem rempublicam. A THE. Verae enim o uiri optimi reipublicae uos participes estis. Quae autem modo nominatae sunt, non rempublicae, sed urbium habitationes quaedam sunt, in quibus pars una seruit alteri dominanti, & a partis dominantis potentia, tota nomen accipit gubernatio. Oportebat autem si hoc modo nominanda sit ciuitas, dei ipsius nomine nuncupari, qui illorum qui mentis compositi sunt, uerus est dominus. CL I. Quis autem iste deus? A THE. An fabula paulisper uentum, si uolumus commode quod modo quaesitum est, declarare. An non sic faciendum? CL I. Sic omnino. A THE. Multo ante habitationes urbium, de quibus in superioribus facta nobis mentio est, principatus quidam & gubernatio sub Saturno ualde felix fuisse dicitur. Cuius imitationem quandam habet, quae nunc ab optimatibus gubernatur. CL I. Attentius ergo de ipsa, ut uidetur, est audiendum. A THE. Mihi quidem ita uidetur, propterea quod in medium modo produxi. M E G. Recte tu quidem, ac probe facies, si sequentem fabulam quatenus conuenit, exposueris. A THE. Faciam ut dicitis. Fama profecto beatae illius uitae ad nos usque peruenit, copiosa ipsam omnia, suaque sponte parata habuisse. Cuius rei causa fuisse haec traditur. Cum intelligeret Saturnus, quem admodum ipsi narrauimus, nullam hominis naturam res humanas ita gubernare posse, ut si omnibus arbitratu suo dominetur, laetiori superbia iniustitiaeque non repleatur: cum haec inquam non ignoraret, non homines sed diuinitatis praestantiorisque generis daemones, ciuitatibus nostris reges principesque praefecit. quod nunc nos in ouium gregibus aliorumque cicurum armentis facimus. Non enim bobus boues, nec capris capras praeficimus, sed nos ipsis genus melius dominamur. Similiter deus homines amans genus daemonum genti nostro praestantius nobis praefecit, quod summa tam sua quam nostra facilitate nostrorum rerum curam habebat, pacemque & pudicitiam, libertatem & iustitiam copiam praebens, procul a seditione, ac felix hominum reddebat genus. Hic utique sermo ueritate uisus asserit, ciuitatibus omnibus, quibus non deus, sed mortalis aliquis dominetur, nullam unquam malorum laborumque fore quietem. Sed omni studio imitari nos iubet uiam quam sub Saturno fuit, & quantum in nobis est immortalitatis, ipsi obtemperantes, priuatim & publice domos ciuitatesque gubernare, ipsam mentis in qualibet re dispensationem, legem nuncupantes. Nam si homo unus aut paucorum, aut etiam populi potestas, uoluptati, & cupiditati deditum animum habeat, hisque repleti desideret, cumque id minime assequatur, inexplibili inextinguibili ardore & insanabili morbo uexetur, dominetur autem ciuitati aut priuatis nonnullis, statim spreto legibus, non est ut modo dicebamus, spes ulla salutis. Considerare decet o Clinia utrum huic rationi credendum sit, an aliter faciendum. CL I. Necessae est ut credamus. A THE. Perspicis tot legum species, quot & gubernationum a quibusdam existimari. Gubernationum uero species, quot multi ponunt, paulo ante narrauimus. Neque de re uisum nunc, sed de maxima nobis esse questionem existimes. Nam quod iustum & iniustum respicere debeat, rursus in ambiguitatem incidit. Nec enim ad bellum, nec ad omnem uirtutem referri leges debere aiunt, sed ad illud potius quod constituta reipublicae conferat, quaecumque illa sit, ut dominetur semper, nec pereat. Iustique definitionem sic natura optime se habere contendunt. CL I. Quo pacto? A THE. Quod potentiori confert. CL I. Apertius dicito. A THE. Sic accipe. Leges, ut aiunt, semper in ciuitate ponit, quod dominatur. Nonne? CL I. Vtique. A THE. Num quid existimas, in quiunt, uel populum superantem, uel aliam quampiam rempublicam, uel tyrannum, ad aliud potius sponte leges laturum quam ad utilitatem suam, hoc est sui principatus stabilitatem? CL I. Non ad aliud. A THE. Siquis autem huiusmodi leges

transigre

transgrediatur iam positas, ut iniquus puniatur ab eo qui has institutiones induxit, iustasque appellat. CL I. Sic apparet. A THE. Sic itaque iustum se semper habebit. CL I. Sic sane haec asserit ratio. A THE. Vna profecto haec iniquitas ex illis est, quae de principatu sunt. CL I. Ex quibus? A THE. Ex his inquam quas supra narrauimus, quos quibus imperare oporteat, exponentes, Diximus autem parentes filijs atque nepotibus, seniores iunioribus, generosos ignobilibus dominari debere: & alia quaedam, si tenetis, quorum alij alia impedimento sunt, ex quibus unum hoc erat, Adiecimusque Pindarum existimare, secundum naturam ac iustum imperium esse, ut potentiora imbecillioribus dominentur. CL I. Haec certe tunc dicta fuerunt. A THE. Considera iam quibus nostra ciuitas committenda. Milies nanque in ciuitatibus nonnullis id contigit. CL I. Quidnam? A THE. Cum de principatu certatum esset, qui uicerunt adeo ad se solos rem contraxerunt, ut nullum uictis eorumque posteris magistratum concesserint, cauentes semper ne quis ex uictis potentiam adeptus, insurgat priorum memor malorum. Has quidem nos negamus esse rempublicas, neque censemus rectas esse eas leges, quae non sint communiter totius ciuitatis gratia positae. Qui autem aliquarum partium gratia leges condunt, eos non ciues, sed seditiones putamus, & iura sua frustra sic ab eis uocari censemus. Haec autem eam ob causam dicimus, quia nos tua in ciuitate non ideo magistratus alicui dabimus, quod diues sit, aut huiusmodi quicquam possideat, ut robur, magnitudinem, generis claritatem. Ei uero qui positus legibus parebit maxime, & hac re ceteris in ciuitate praestabit, deorum quoque cultum & ministerium dabimus, maximum quidem primo, secundum uero illi qui secundo loco excellit. Eademque ratione sequentibus singula pro dignitate distribuemus. Magistratus autem legum ministros appellauimus, non quia innouare uocabula cupiam, sed quia putem salutem hinc maxime ciuitati fore, & contrarium ex contrario. Interitum enim paratum illi ciuitati uideo, in qua non lex magistratibus, sed legi magistratus praesunt. Salutem uero illi, ubi lex seruiens magistratibus dominatur. Cuncta certe bona quae dii ciuitatibus praebent, huic affore cerno. CL I. Per Iouem hospes acute, ut atas tua postulat, perspicis. Iuuenis enim haec obtuse admodum, senex acutissime cernit. M E G. Vera loqueris. A THE. Quid uero deinceps? Nonne uenisse iam ac adesse colonos arbitrari debemus, reliquumque ad eos sermonem peragere? CL I. Quid prohibet? A THE. Sic itaque ad eos dicamus. Deus o uiri, sicut antiquus quoque sermo testatur, principium, finem, & media rerum omnium continens, reuera peragit secundum naturam circueus. Hunc semper iudicium comitatur, eos qui a diuina lege desciderint puniens. Qui quidem iudicio quicumque felix futurus est adhærens, humilis subsequitur atque compositus. Qui autem superbia elatus est, quod pecunia uel honoribus antecellat, uel corporis forma polleat, qua cum iuuenilis animus dementia simulardeat & petulantia, quasi nec principe nec duce ullo indigeat, sed aliorum ipse sufficiens ductor sit, is penitus a deo deseritur. Desertus autem, & alios huiusmodi nactus, exultat omnia simul perturbans, multisque uidetur minime contemnendus. breui tamen postea inculpabili dei punitus iudicio, seipsum, domum suam, ciuitatemque uniuersam simul euertit. Cum haec igitur ita disposita sint, quid facere & cogitare, quid ue cauere prudentem oportet? Nemini dubium quin cogitare quisque debeat qua ratione ex eorum numero sit qui deum sequantur. Quenam igitur actio a deo amatur, deumque sequitur? Vna certe, rationem unam antiquam habens atque praecipuam, quod simile simili, quod moderatum sit, amicum est. Immoderata uero neque inuicem, neque moderatis sunt amica. Deus profecto nobis rerum omnium maxime sit mensura, multoque magis quam quiuis, ut ferunt, homo. Qui igitur huic tali amicus fore studet, eum necesse est ut quam maxime pro uiribus talis efficiatur. Atqui secundum hanc rationem quisquis hominum temperatus est, deo est amicus. Similis enim. Intemperatus autem, dissimilis, differens, & iniustus, caeteraque similiter. Sed intelligamus ad haec rationem illam sequi omnium rationum, ut arbitror, pulcherrimam atque uerissimam, quod bonum uirum decet sacrificare dijs, & interesse diuinis. Nempè illos profectui orationibus, muneribus, aliisque cultu diuino, pulcherrimum, optimum, commodissimum ad beatam uitam, idque praeceteris est decorum. Malo autem contra contingunt omnia. Impurus enim mali est animus, boni autem

XX 2 tem

*est causa uer
efficiens et finis
omnium seruit om
nibus ad est*

coſona ſunt ſerua
omniſi
preceptis

tem purus. Ab impuro autem capere munera, neque bonum uirum, neque deum decet. Fruſtra itaque circa deos prophani laborant, quod opportune faciunt omnes ſancti. At qui ſignum quidem hoc eſt, quod aciem debemus intendere. Sagitta uero ad illud quænam: & quæ prius ipſarum impetus, rectiſſime diceretur: Principio poſt cœleſtium, ciuitatiq; præſidentium deorum honores, ſiquis terreſtribus dijs paria, ſecunda, præcipua munera tribuat, rectiſſime ſignum ipſum pietatis attinget. Quæ uero horum ſupra poli- torum imparia, & alterna uoce reſpondentia ſupra dictis, poſt deos iſtos dæmonibus uir- mentis compos ſacrificabit, heroibusq; poſt dæmones. Sequuntur ſtatuz patriorum deo- rum propriæ ſecundum legem ſanctæ. Demum uiuentium cultus parentum, quibus ſas eſt prima & maxima debita omnium antiquiſſima debitorum perſoluere. putare e- nim quiſque debet, omnia quæ poſſidet, eorum eſſe qui genuerunt & educarunt, ita ut illis hæc omnia pro uiribus miniſtrare debeat, primum quidem externa bona, deinde e- tiam corporis, poſtremo quæ ad animum pertinent, hæc omnia uidelicet mutuo data perſoluens, & pro curis doloribusque priſcis parentum, in ſenecta recitentes reddens, quando maxime indigent. In uerbis quietiam per totam uitam parentes uenerari ma- xime decet. Leuium enim uolatiliuq; uerborum grauiſſima imminet pœna. Nam om- nibus præpoſita eſt Nemeliſ iudicij angelus, huiuscemodi omnium conſideratrix. Opor- tet itaque iratis animumque explentibus cedere ſeu uerbis ſiue rebus id faciant, non ig- norantes patrem iure admodum ſilio ualde ſuccenſere, ſiquando ab eo iniuriam ſibi ſe- ri arbitretur. Mortuis uero parentibus monumenta decentiſſima, quæ temperatiſſime ſtructa. Neque conſuetam magnitudinem oportet excedere, neque minora iſtis facere, quæ maiores genitoribus ſuis ſtruebant. Annua quoq; curas defunctorum quæ orna- mentum afferunt, inſtaurare decet, & noua quotidie repetita memoria ſemper parentes ſummopere honorare, impendio moderate pro fortuna utentes. Si hæc ſeruabimus, ui- tamq; ſemper ita agemus ſinguli, digna à dijs cæterisq; natura noſtra ſuperioribus omni- bus præmia reportabimus, plurimum bona cum ſpe uiuentes. Quæ uero erga filios & ne- potes, conſanguineos, amicos, ciues, peregrinos, deos ſemper colendo tum in congreſſu horum omnium operari quiſque debeat, atque ita uitam ſuam ſecundum legem illuſtra- re, legum ipſarum tractatio demonſtrabit, partim quidem ſuadendo, partim uero durio- res mores ui ſupplicioq; cogendo; atque ita ciuitatem noſtram fauentibus dijs, felicem beatamq; efficiet. Quæ uero ruruſus oportet neceſſariuq; eſt ut legiſlator, qui eadem quæ & ego agitur, edifierat, neque tamen ſub ipſa legis forma commode dici poſſe uiden- tur, horum exemplum in primis tam ipſi legumlatori, quam hiſ qui lege inſtituendi ſunt, arbitror afferendum: deinde legum poſitionem incipiendam, reliqua omnia pro uiribus diſcutiendo. Talia uero quomodo maxime habeant haud ſane facile una quaſdam for- mula comprehendere poſſet. Sed ita de ipſis modum aliquem capiamus, ſiquid de ipſis al- feuerare poſſumus. CLIN. Dic age, quem modum? A THEN. Vellem equidem eos ad uirtutis officia perſuaſos maxime & obtemperantes eſſe, idq; legiſlator facere ubique co- nabitur. CLIN. Quid nix? A THEN. Quæ igitur dicta ſunt, non nihil ad illud conducere mihi uidentur, ut ſi non crudus omnino audientis animus ſit, mitior beneuolentiorque in audiendis præceptis efficiatur: beneuolentior uero factus, facilius perdiſcat. quod ſi non omnino peragatur, aliquo ſaltem modo factum, ſatis eſſe putandum eſt. Non enim magna eſt eorum copia, qui optimi quam maxime & celerrime conentur euadere. Heſio dum uero ſapientem multi prædicant, cum dicat uitam ad uitam planam eſſe, ac ſine ſudore peragi, cum breuiſſima ſit. Ante uirtutem uero, inquit, ſudorem diu immortales poſue- runt. Ac uia quæ ad eam ducit, longa, ardua, & aſpera primum: ſed poſtquam ad ſum- ma ſaſtigia peruentum eſt, quæ ardua uia fuerat, facilem præſtat callem. CLIN. Bene di- cere uidetur. A THEN. Ita certe eſt. Verum quod ſermonis ſpectabat progreſſio, uolo in medio uobis proponere. CLIN. Ponas. A THEN. Orationem ad legiſtorem ſic uer- tamus. Dic nobis o legiſlator, ſi ſcires quid agendum dicendumq; nobis ſit, nonne du- ceres? CLIN. Neceſſario. A THEN. An non paulo ante dicentem audiuiſimus non de- bere legiſtorem poetis permittere, ut quæcunque ſibi placent, eſſingant? Non enim in- telligunt, quæ dicta contra leges noceant ciuitati. CLIN. Vera loqueris. A THEN. Si de poetis

Nemeliſ

ſepulchra
cura defunctorum

poetis hæc ad eum dixerimus, eruntne nobis modeſte dictæ? CL. Quænam hæc? A TH. Vetus o legiſlator fabula paſſim à nobis fertur, atq; à cæteris omnibus confirmatur: poe- tam quando in Muſæ tripode ſedet, non eſſe mentis compotem, ſed quaſi fontem fluere, & quæcunq; influunt, priuſ effundere. Cumq; ars eius imitatio quaſdam ſit, & contra- rios aſſe-ctus hominum exprimat, ſæpe cogi poetam ſibi ipſi contraria dicere, neque ſcire hæc an illa uera ſint. Legiſlatori autem non licet duo quaſdam diuerſa de uno in le- ge loqui, ſed unum debet ſemper enunciare de uno. Id autē ex hiſ quæ modo dicebas, ani- maduertes. Cum ſepulchrorum alia excedant, alia deſiciant, alia mediū teneant, medio- ria tu ſimpliciter laudaſti, fieriq; ſola iuſſiſti. Ego autem ſi uxor mihi ditiffima eſſet, iube- retq; ut eam magnifice ſepelirem, in poemate excedēs ſepulchrum laudarem; pauper au- tem uir atq; auarus, deſiciēs. Qui uero mediocres diuitias poſſidet, & ipſe quoq; modera- tus ſit, mediū laudabit. Sed tibi non ita dicendum ſicut dicebas modo, ut ſcilicet medio- cre ſolummodo dicas, ſed quid quantumq; mediocre ſit, exponēdum. Aliter ne putes ora- tionem huiusmodi legem eſſe. CL. Vera loqueris. A TH. Vtrum qui legibus cōdendis incumbit, nihil tale in legum exordio dicit, ſed ſtatim quid faciendum ſit, & quid non, ex- ponit: multa q; impoſita ad aliam ſe legem uertet, nulla ratione ad exhortandum perſua- dendumq; allata? Afferamus autem in medium modos medēdi duos, quibus alij medici aliter curare conſueuerunt, ut quæ admodum pueri medicum orant ut modo q; faciliſſimo eos curet, ita & nos legumlatorem. Quod ut fiat apertius, nonne dicimus quosdam me- dicos eſſe, & quosdam medicorum miniſtros, quos etiam medicos appellamus? CLIN. Sic omnino. A TH. Siue liberi ſint ſiue ſerui, qui dominorum iuſſu, conſideratione, uſu, & experientia artem poſſideant, nō autem ſecundum naturam, ſicuti liberi, qui & ipſi ſi di- dicerunt, & ſuos filios inſtruant? An ponis duo hæc genera medicorum? CL. Quid pro- hibet? A TH. Num igitur intelligis cum ſerui & liberi in ciuitate egrotent, ſeruos à ſeruis plerunq; curari? Qui & in medicorum officinis uerſantur, & omnia circueunt, nec ratio- nem ullam de ſingulis ſeruorum morbis, aut reddunt, aut accipiunt, ſed quæ uſu prodeſſe uidentur quaſi exacte ſcientes, tyrannorum inſtar ſuperbe & pertinaciter imperant, atq; ita à ſeruo ad ſeruum medentes tranſuolant. In quo ſane ad curandos ægrotantes domino facilitatem parant. Liber autem medicus liberorum ut plurimum morbos curat atq; con- ſiderat, ita ut à principio morbi naturam perquirat, communiterq; cum ægrotante atque eius amicis uerſetur, tum diſcendo ab illis nō nihil, tum quoad fieri poteſt docēdo, nec an- te imperat quicquam q; perſuaferit. atq; ita perſuadendo ſemper manūete ad ſanitatē perducere ægrotantes conatur. Vt melior eſt & medicus & exercitator, qui ſic, an qui modo illo medetur, atque exercet? Qui uidelicet dupliciter uim unam perſicit, an qui ſimpliciter, & eum qui deterior ex duobus atq; atrocior modus eſt, exequitur? CL. Mul- tum præſtat hoſpes, qui hoc dupliciter peragit. A TH. Vis ergo duplex hoc atq; ſimplex, quomodo in legibus ſerendis fiat, conſideremus? CL. Volo equidem. A TH. Dic age per deos, quam legis conditor primam legem cōſcribet? An nō ſecundum naturam, primum generationis in ciuitate principium ante omnia legibus exornabit? CL. Plane. A THEN. Principium autem generationis omnibus ciuitatibus nuptiarum conuentus atq; cōmu- nio. CL. Vtique. A TH. Quare ſi nuptiales primum leges ponantur, bene ad omnem ci- uitatem recte conſtituendam poſita uidebuntur. CL. Sic eſt omnino. A TH. Simplicem ergo primum dicamus, quæ ſic ſe forſan habebit. Vxorem quiſq; à trigefimo anno uſque ad trigefimum quintum ducat. Si non duxerit, pecunia mulctetur atq; dedecore: pecunia quidem tanta uel tanta, dedecore autē tali quodam uel tali. Et ſimplex quidem lex de nu- ptijs talis ſit. duplex autem talis. Vxorem ducere quiſq; debet ab anno trigefimo ad trige- ſimum quintū; cogitans quod natura quadam humanum genus quodāmodo immorta- litatem conſequitur. Cuius rei quiſq; natura ſummopere cupidus eſt. Nemo enim eſt qui non deſideret perpetuum apud poſteros nomen habere. Genus itaq; hominum immor- tale hoc modo in ſempiternum perdurat, quod filiorum filios relinquēdo unum & idē ſemper per generationem immortalitatem adipiſcatur. Neſas autem eſt immortalitate ſe ipſum ſponte priuare. Hac uero ex animo ille ſe priuat, qui filios & uxorem negligit. Qui- cunque legi huic obtemperauerit, indemnis eſto. Qui uero non paruerit, & quinque ac

Modi medendi duo

quæ eſt in cōmu- nio ſit uxor

Homo genera- tione ſit ſempi- ternus

triginta annos natus uxorem non duxerit, ne solitariam uitam lucro sibi & uoluptati fore censcat, tanta in annos singulos mulctetur pecunia, neque eorum particeps honorum sit, quos iuniores quotidie in ciuitate senioribus exhibent. Duabus his legibus inuicem comparatis, de singulis iudicare licet, utrum oporteat eas duplices longitudine quam breuissima conscribere, ut persuasiones simul interponantur & minæ; an minis uti solum, & simplices longitudine leges condere. **M E G.** Laconici moris est hospes, breuiora semper eligere. Siquis autem in his me iudicem faceret, ut eligere mihi liceret ex his utram uelim legem in ciuitate, longiorem eligerem: in ceterisq; legibus omnibus, si duo hæc proponantur, ad hoc ipsum exemplar idem facerem. Oportet tamen præsentem leges & Clinia huic probari, huius enim ea ciuitas est, cuius usui leges hæc conduntur. **C L I N.** Probe tu quidem Megille. **A T H E N.** De prolixitate quidem uel breuitate scribendi curare nimis ineptum est. Non enim breuissima aut longissima, sed optima sunt, ut arbitror, eligenda. Atqui & in legibus paulo ante propositis, non duplicitate solum altera magis quam altera ad uirtutem confert: sed quod de duplici medicorum genere dictum est, rectissime est appositum. Quod quidem legislatorum nullus unquam cogitasse uidetur. Nam cum liceat duobus quibusdam adferendas leges, uti ad turbam disciplinæ expertem, quoad possunt altero solum utuntur. Non enim persuasioni minas coniungunt, sed uim puram solummodo inferunt. Ego autem, o uiri beati, tertium quiddam entiam faciendum in legibus uideo quod fieri nusquam uidemus. **C L I N.** Quidnam? **A T H E N.** Quod per ea de quibus differuimus nobis deo quodam aspirante factum est. Mane enim disputate de legibus cœpimus, & iam meridiæ est, & hoc amœno in loco commodissime requiescimus, de legibus solummodo disputantes. Et nunc primum tractandum legum principium facere mihi uidemur. Superiora uero cuncta exordia legum erant. Quorsum hæc? quia uolebã dicere, quod sermonum omnium ceterorumq; quibus uocis imitatio est, exordia sunt, & quasi quædam præludia, quæ artificiosam aliquam & utilem ad rem dicendam tractationem habent. Nempe illis quæ citharœdici cantus leges uocantur, & reliquæ musæ, proœmia mire adinuenta præponuntur. Verarum autem legum, quas ciuiles esse dicimus, nemo unquam proœmium aliquod aut pronunciauit, aut conscriptum in lucem protulit, quasi nullum natura sit. Nobis autem mora hæc & disputatio nostra esse aliquod significare uidetur. Leges autem quæ modo duplices appellatæ sunt, non duplices sunt simpliciter, sed duo quædam, lex, ac legis exordium. Atq; ea quam tyrannico & medicorum seruilium imperio comparauimus, lex mera est. Quod uero ante positum fuit dictum, ad hoc persuasorium, reuera ad persuadendum spectat quidem, sed uim habet exordij. Nam ut beneuolentius audiat legislatoris imperium, quæ lex est, & propter hoc facilius suscipiant ciues, idcirco tota illa oratio habita est, quæ ad persuadendum est industria. Quapropter ut mea sententia fert, non legis ratio, sed proœmium, totum hoc merito appellabitur. Post hæc autem quid insuper addi desidero? hoc sane. Oportere legislatorem exordium semper omni legi præponere, & in singulis in quo à seipsis differant, quatenus duo illa, quo modo relata sunt, differabant. **C L I N.** Ego quidem nunquam aliter uirum harum rerum peritum leges ferre desiderarem. **A T H E N.** Probe mihi o Clinia eo dixisse uideris, quod omnibus legibus proœmium quoddam præerit, & quod oportet in omnibus legum conscriptionis principio, omni sermoni præponere exordium legibus singulis accommodatum. Non enim paruum est quod postea dicitur, nec paruum refert clarè an obscure talia commemorentur. Si autem magnarum paruorumq; legum exordia similiter confici iubeamus, non recte iubebimus. Non enim in omni cantu necq; in omni sermone id faciendum. Nam & si possit in omnibus inueniri, non tamen omnibus utendum est. Id autem ipsi rhetori, cantoriq; & legum conditori semper est concedendum. **C L I N.** Vera loqueris hospes. Sed ne ulterius immoremur, immo uero ad sermonem propositum iam reuertamur, & ab illis incipiamus, si tibi placet, quæ supra haud quasi proœmium utes dixisti. Quare iterum, ut iudentes aiunt, meliora ab initio secunda resumamus, quasi certum proœmium non quemlibet sermonem ut nuper tractantes. Incipiamus itaq; & exordij profiteamur. Ac de honore quidem deorum maiorumq; nostrorum cura satis sit dictum: cetera transigere annitatur, donec tibi uidearis sufficienter totum proœmium absoluisse.

De exordijs

soluisse. Denique post proœmium leges aggredieris. **A T H E N I E N S I S.** Cum de dijs deos que sequentibus & parentibus siue uiuentibus siue defunctis satis per exordium dixerimus, ut nunc affirmamus: quod restat, ut tu iubere uideris, in lucem est educendum. **C L I N I A.** Prorsus quidem. **A T H E N I E N S I S.** Post illa uero quæ ad animos, quæ ad corpora, quæ ad externa pertinent, quo studio colenda sint communiter differendo, ita determinare oportet, ut & dicentes & audientes disciplinam pro uiribus consequamur. Hæc ergo post illa nobis reuera dicenda audienda que sunt. **C L I N I A.** Recte admodum loqueris.

ARGUMENTVM MARSILII FICINI
Florentini In Dialogum quintum
De Legibus.

MIRABILIA quotidie fieri uidemus à magnete in ferrum, à succino in paleas, à fulguribus in solida, ab ignito sulphure in bombardam, à tota natura uel in motu cæli, uel in artificiosa rerum que gignuntur, formatione. Causas quidem ignoramus, neque tamen ob causarum ignoracionem negamus effectus fieri, quos uidemus. Mirabilia rursus fieri nonnunquam ab animis nostris in oraculis ceterisq; prodigijs testis est non solum omnis historia, sed antiquitas etiam Mercurialis & Pythagorica atque Platonica. Et si stupendorum nostræ mentis operum rationem certam facile omnes assignare non possumus, negare tamen opera uel facta fuisse, uel posse fieri, non debemus. Videmus ignem quo cælo similior est quam cætera elementa, eo mirabilius agere, ut breui ad suam trahat firmam, quæ cætera tempore uix longissimo trahunt, neque mixtionem perpetiatur, & cum uidetur diuidi diuidat, longiusq; admodum quam cætera suum protendat effectum, & longissime per lumen agat atque momento. Verum habet hoc à cælo, & cæelum imagine sui agit, id est lumine, quæ ignis uix naturali efficit qualitate. Quis enim dubitet cœlestia per radios suos tam nobis occultos, quam manifestos ab ipsis uelut imagines profuentes, mouere inferiora semper atque formare? ferme non aliter quam uultu speculum, & speculum concuam materiam siccam positam è conspectu. Sed age iam in hoc speculo & superos in animam speculemur. Quanto efficacior est ignis cæteris elementis, & igne cœelum, tanto efficaciores cælo sunt spiritus qui uel uiuificant uel mouent cælum, uel uiuificantium & mouentium sunt consortes. Spiritus ergo superiores in nostros utpote consortes, imaginum duntaxat suarum influxibus operantur, quemadmodum uultus in speculum: atque agendo in eas formant, simillimasq; efficiunt: usque adeo ut anime sepe tam ferme mirabiliter, quam cœlestes soleant, operentur. Quemadmodum uero speculum ad imagines à uultu suscipiendas quinque modis præcipue preparatur: primo quidem natura uitrea, deinde per spicuitate, tertio lenitate, quarto resistentia, quinto positione sic & anime nostræ ad influxus numinum præparantur. Primo quidem, quod intellectuales nature sunt seu illa. Secundo, quando per intellectum, fide illis herent indubia. Tertio, per uoluntatem amore in illa se ardentiissimo transferunt. Quarto, tota in illis firmiter memoria sperant. Quinto, si corpus habeant, & natura illis accommodatum, & diligentia præparatum, tunc in mentes nostras à superioribus ita labuntur insimul, ut à hæbitibus lyre in fides similiter temperatas. Tunc prodigia, somnia, uaticinia, oracula ueniunt. Mitto quod Iamblicus Porphyriusq; narrant, oracula quædam per aquam fieri solita, quædam per aerem, quædam uero per ignem: forte quia à demonibus, uel aqueis, uel aereis, uel igneis mittantur. Forte etiam quoniam locis & temporibus alijs atque alijs, per occultas causas contigerit mentium humanarum affectus ad superiora conuerti, conuersosq; inde formari. Profecto nostræ mentes in uaria nihilum distrahuntur. Verum si quando integra uirtute sua ad certum opus utantur, sicut & ignis tota intentione natura comburit, & cœlum toto agit influxu, tunc Plato non dubitat mirabiliora à nostris mentibus quam ab igne uel cælo, facillime prouentura. Non dubitant & Auicenna Algazelesq; nescio qua sorte sepe Platonicæ. Sed de his in Theologia latius disputamus. Cuius uangelicum illud de fide montes permutatura, maxime confirmatur: confirmantur & plurima que Plato in libro superiori & hoc quinto, immo & sequentibus omnibus de oraculis asserit, adeo ut non aliter, uel urbis dispositio, uel reipublice forma, uel sanctio legum sese habeat, quam per oracula comprobetur. Verum quantum oracula tria commemoret, tamen cæteris insuper uaticinijs que uerissima forsitan reperiri possunt, auctoritatem suam ad idem manifeste concedit: Sed iam ad argumentum quinti proprium ueniamus. Cum igitur animus noster speculum sit diuinorum, merito post diuinorum cultum in quarto descriptum, mox in exordio quinti animus ipsum iubet coli, quasi rem sacram: & qui in superioribus Pythagoreæ carmina est imitatus, in presenti quoq; animi cultu libenter Pythagoram suum sequitur præcipiètem: Post deos maxime omnium reuerere te ipsum.

3

Speculum-5. modis
preparatur quinque
et animide quibus 5. d.
Marsilius

Quanti uero momenti sit eiusmodi reuerentia ad obseruantiam legum, explicare non possem. Sed facit haec, ut summam dicam, ut quisquis animi sui quasi numinis conspectum assiduum reueretur, iudicem habeat intra se ipsum: ad cuius legem, uel absque legibus scriptis uitam suam perfectissime dirigit, ac tandem facile naturalis legis amore faciat, quae ceteri uix scriptarum legum formidine faciunt. Proinde dum de colenda animo disputat, omnia de officijs praecipua tradit, tum ad seipsum, tum ad alios ad omnesque uirtutes priuatim & publice peruenientia, quae discere quisque debeat atque ediscere. Post haec finem imponit exordio legum. Vbi apparet totam de legibus disputationem in tres praecipue partes esse diuisam. Primo quidem in prooemium, ab initio libri primi ad hanc usque partem quinti productum; Deinde in ipsam legum dispositionem. Et primo in leges ad rem publicam magistratusque potissimum pertinentes. Deinde ad singulas spectantes ciuium actiones. Meminisse uero te arbitror singulas praeterea leges, singula habere prooemia. Principio legis purissimos pro uiribus colonos eligit, atque pastorum more puros segreget ab impuris. Lucret quoque ciuitatem, ac nisi summa cogat necessitas non inferat uiolentiam. Adhaec census pro uiribus, ne alij diuissimi sint, alij uero mendicij. Cauet nequis iniuste diuitias cumulet, Neque luculentissimam conetur ciuitatem reddere, sed iustissimam. Praedicit ueritatem & apud homines, & apud deos esse maxime omnium uenerandam. Item in peregrinos hospitalitatem, in supplices indulgentiam. Monet unumquemque animam erga seipsam amore falli, atque perueriti solere. Praecipiat, ne quis abundans ipse, patiatur proximum esurire. Collocet urbem si potest in media regione singulas circumspectans commoditates. In duodecim partes urbem diuidat, totamque similiter regionem. Sed cur in partes duodecim? ut intelligas molem tantam tamque laboriosam uniuersi ipsius auxilio indigere, quod est in sphaera duodecim distributum. Item ciuitatem ad imaginem regni caelestis esse gerendam. Coelestis autem ciuitas in signa duodecim, quasi duodecim tribus, est distributa. Nec ab re dijs duodecim ciuitatem commendat suam, siquidem dii duodecim, signis caeli duodecim praesse dicuntur. Immo uero dii sex, sexque dea. Iuno, uesta, Minerva, Ceres, Diana, uenusque; Mars, Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo. Praepone singula singulis: membris quidem nostris signat. Signis praeterea deos. Arieti quidem & capiti nostro Palladem. Tauro uero & nostrae ceruici uenerem. Geminis & humanis brachijs Apollinem. Cancro pectori que Mercurium. Leoni humeris; Iouem. Virgini illis que Cererem. Librae & natibus, quod honeste dictum sit, Vulcanum. Scorpio & peribundis Martem. Sagittario femori que Dianam. Capricorno & genibus uestam. Aquario cruribus que uionem. Piscibus pedibus que Neptunum. Intellige per haec ciuitatem totam non aliter unum ex ciuibus multis, quam unum corpus ex multis membris esse debere. Alia uero numina masculina, alia foemina idcirco dicuntur, ut cognoscas & quae ad materiam passionis que, & quae ad formas actionesque pertinent, a superis gubernari. Verum cur Plato praecipuum urbis arcem, uestae, Iouis, & Palladi consecrat? Intellige in diuinis tres omnium fontibus existere: uestam quidem essendi fontem, Iouem uiuendi, Mineruam intelligendi. Atque in his omnibus auxiliium a superis obsecrandum. Vbi uero Plato commendat partitionem domiciliorum agrorumque in quin quies mille & quadraginta, ostendit eiusmodi numerum commodissimas in se multasque deinceps distributiones partium continere. Quod quidem & in sequentibus paulatim aperietur. & uel mediocri arithmetra potest esse perspicuum. Notabis ubi de communi ciuium uita differit praecipuum de euangelica dilectione & charitate mirandam. Item patriam magis quam matrem esse colendam. Quod uel patriam inquit immortalem deam esse, uel de diuinis terreni orbis anima, uel de numine patriae patrono, uel de caelesti patria dictum puta.

DIALOGVS QVINTVS
DE LEGIBVS VEL DE LEGVM LATIONE.



AVDIAM reliqua, quicunque paulo ante de dijs charissimisque genitoribus audiebat. Cuiusque enim animus, omnium suarum rerum post deos, cum sit maxime suus, diuinissimus est. Quae uero sua sunt, bifariam diuiduntur. Et potentiora quidem ac meliora dominantur, imbecilliora uero deterioraque seruiunt. Profecto que dominantur, praeter illis que seruiunt, semper sunt honoranda. Quapropter merito post dominantes deos, eosque qui illos sequuntur, animus nostrum colendum, secundoque loco habendum iubeo. Nemo autem, ut breuiter dicam, recte animus suum honorat, quamuis uideatur. Diuinum enim bonum est honor. Malorum autem nihil est honorandum. Quisquis igitur putat uel sermonibus quibusdam uel muneribus uel obsequijs animus suum posse extolli, si meliorem ipsum ex de

ex deterior non reddit, quanquam honorare uideatur, minime tamen id facit. Nam statim a pueritia unumquodque sufficientem ad omnia cognoscenda se putat, & honorare suum animus opinatur laudando, permitrendoque sibi quicquid libuerit agere. Nos autem dicimus eum qui haec agit animus non honorare, sed laedere, quem tamen secundo loco post deos dicimus honorandum. Sed neque ille eum honorat, qui peccatorum suorum, plurimorumque & maximorum scelerum, non seipsum sed alios causam ducit. Qui sane seipsum semper excusans honorare uideatur animus, longe tamen abest, cum obsit. Neque etiam cum praeter rationem laudemque legumlatoris uoluptatibus quis indulget, animus suum honorat: deicit enim ipsum, cum malis & poenitentia repleat. Neque etiam tunc honorat, quando labores lege laudatos, metusque ac dolores ferendos non suscipit, sed cedit atque succumbit. Haec enim agens omnia, animus suum dedecorat. Sed nec quando hanc uitam summum bonum censet, immo tunc etiam uituperat. Nam animo existimanti omnia apud manes mala esse, protinus assentitur, neque resistit, docens ipsum atque redarguens, quasi ignoret, utrum contra quae apud deos inferos sunt, omnium bonorum nobis maxima sint. Praeterea qui uirtuti formam corporis anteponeat, animam uere penitusque decorat. Nempe corpus anima uenerabilius arbitratur. In quo certe uehementer errat. Nihil enim terrenum rebus caelestibus uenerabilius est. Et qui de animo aliter sentit, quam mirabilem rem negligat, prorsus ignorat. Nec rursus qui pecuniam iniuste cupit, aut possidens iniuste, non dolet, muneribus animus suum exornat, sed ab hoc longissime abest. Quod enim uenerabile pulchrumque in animo est, paruo pro auro prodit, cum totum quod super terram quodue sub terra est aurum, uirtuti compensari digne non possit. Denique ut summam dicam, quicumque illa quae legislator turpia malaque putat esse, omnium studio non fugit, nec pro uiribus sequitur ea quae bona & pulchra statuit, non uidet in his omnibus quam turpiter, & absurde diuinissimum animus suum afficiat. Maximam enim secundum iustitiam ultionem male agendi, nemo, ut uno uerbo dicam, animaduertit. Maxima uero est, ut quis malis hominibus similis efficiatur, factusque similis bonos & uiros & sermone fugiat: seque ipsum ab eis seingat, improbis autem adhaereat, & eorum consuetudinem amplectatur. Eum uero qui se his immiscuit, necesse est eadem pati & agere, quae tales agere & loqui inter se consueuerunt. Ac passio quidem huiusmodi iustitia non est. Iustitia enim & iustum, honestum est. Vltio uero passio iniustitiae sequax: In quam & qui non incidit & qui incidit, malus miserque est: ille quoniam non sanatur, hic quoniam ut multi seruentur, ipse perit. Honor autem est, ut totum simul complectar, meliora sequi, & ex prioribus quaecumque meliora fieri possunt, ad melius quam optime reducere. Homini profecto nihil animo aptius & sagacius est ad fugiendum malum, ad inuestigandum eligendumque quod est omnium optimum, etiam per omnem uitam firmiter adhaerendum. Idcirco illi secundo statutus est honor. Tertium deinde honorem secundum naturam quibus intelligit corpori conuenire. Considerare oportet qui ueri honores sint, qui uel ad ueritatem: quorum differentia a legislatore declaranda mihi uideatur. Ut puta honor dignum corpus esse non quod formosum aut robustum est, aut tielox, uel magnum, uel sanum, quamuis multis id uideatur, neque quod contrarijs modis affectum. Nempe quae medium istorum omnium habitum tangunt, ea longe moderatiora tutioraque censenda sunt. Altera enim inflatos & audaces animos reddunt. Altera defectos atque illiberales. Similiter pecuniarum praediorumque & census possessio se habet. Excedens enim ut priuatim & in ciuitatibus inimicitias seditionesque parit. Deficiens autem ut plurimum seruitutem. Nemo igitur liberorum gratia pecunijs cumulandis incumbat, ut ditissimos eos relinquat. Neque enim ipsius, neque ciuitati id conducit. Sed census iuuenum tum adulatione uacuus, tum rerum necessarium non indigens, omnium decentissimus & optimus est. Nam hic nobis ad omnia consonans accommodatusque, uitam a doloribus tutam reddit. Liberis ergo non auri sed pudoris multum oportet relinquere. Putamus autem uerbis impudentiam iuuenum castigando id nos impetraturos. Sed non ex ea castigatione, qua iuuenibus incutiunt, dicentes quod adolescentem oporteat in omnibus uerecundum esse. Sapiens itaque legumlator, senioribus praecipiet potius, ut sint coram iunioribus uerecundi, ac summo opere caueant nequis iuuenum eos, aut uideat, aut audiat agentes

Verus & salus animi cultus

primus deo
quod in
tertilis honor corpori habendus

centum mediocrius

seruus corruptoris bene cōdis esse debere

agentes turpe aliquid, uel loquentes. Nam ubi senes minus pudici sunt, necesse est ibi iuuenes impudentissimos esse. praestans enim & iuniorum & seniorum disciplina est, non uerborum increpatio, sed ut quae increpando quis diceret & monendo, eadem ipse in omni uita facere uideatur. Quisquis praeterea cognationem & uniuersam sub eisdem parentibus generis communionem honorat & colit, hos deos merito propitios in liberis procreandis habebit. Amicorum quoque & sodalium in uita consuetudine summam beneuolentiam consequetur, qui illorum in se obsequia maiora praestantioraque putabit quam illi, sua uero in illos beneficia minora quam ipsi existimabit. Atqui & erga ciuitatem ac ciues optime ille se geret, qui omni uictoriae quae in Olympicis, aliisque tam belli quam pacis certaminibus comparatur, illam gloriam anteponet, quam patriis legibus ministrando nanciscitur; atque in hoc ministerio ceteris omnibus per totam uitam praestare conabitur. Ad peregrinos uero sanctissima esse foedera quisque cogitet. Ferme enim omnia peregrinorum & contra peregrinos peccata praestis illis quae inter ciues committuntur, ultiori deo curae sunt. Nam cum peregrinus amicis cognatisque careat, maiorem & apud deos et apud homines meretur misericordiam. Quare qui magis ulcisci potest, is ad ferendum auxilium est paratior. potest autem maxime, hospitalis cuiusque daemone ac deo, hospitalem secuti Iouem. Diligenti igitur cautione cogitandum cuique, cui non nihil est consilij, ut innocens ab iniuria in peregrinos semper uiuat. Sed omnium tam in peregrinos quam in ciues peccatorum maximum est, quod in supplices est commissum. Deus enim per quem supplex foedus est consecutus, diligentissimus eius est custos. Quare nullus in supplices sceleratus impunitus abit. Haec tamen officia cuiusque in parentes, seipsum, suam patriam, amicos, cognatos, peregrinos, atque colonos pene omnia exposuimus. Qualis uero quisque quo ad seipsum esse debeat, qui optime uiuere uelit, nunciam exponamus, ut non lex, sed laus & uituperatio singulos docens, refrenet magis, & obtentantiores ferendis legibus faciat. Atque haec nobis deinceps dicenda sunt. Veritas profecto tum dijs tum hominibus dux omnium est honorum. Cuius qui felix beatusque futurus est, statim ab initio particeps esse debet, ut in ueritate plurimum tempus uitam agat. Fidus hic certe est; infidus autem qui sponte mentitur; qui uero non sponte, amens. Quorum neutrum optabile est. Nam & infidus & amens ab amicitia admodum alienus, ac precedente tempore cognitus in tantam in odiosa fenebra uitaque termino solitudinem incidit, ut seu uiuat siue decesserint amici ac filij, pene similiter orbam uitam misere agat. Honorandus certe est qui nihil iniuriatur. Qui uero nec alios id facere patitur, duplici honore, imò etiam magis est honorandus. Ille enim uirtutis hic multis hominibus comparatur, cum principibus ceterorum iniuriam nunciet. Qui autem una etiam cum magistratibus iniuriam quoad potest ulciscitur, is magnus perfectusque in ciuitate uir praeconio praedictur. Nam uirtute cunctis excelleat. Eadem quoque temperantiae & prudentiae laus est. Et qui alijs bonis abundat, quae in alios quoque transfundi possunt, & ceteros participes efficit, tanquam uir summus est honorandus. Qui autem id facere uellet quidem, sed non potest, secundo loco habendus est. Inuidum uero qui sponte nihil boni ceteris conferat, uituperare debemus, nec propter hominem qui male possideat, rem ipsam uituperare, sed eam pro uirtutibus adipisci. Certet praeterea apud nos quisque de uirtute absque inuidia. Qui enim sic agit, ciuitatem suam amplificat, cum ipse quidem contendat, & alios calumnijs non detineat. Inuidus uero dum ceteris derogando putat praestare, & ipse minus recte ad ueram tendit uirtutem, & concertatores iniusta uituperatione tardiores efficit. Ideoque uehementis acquirendae uirtutis studium est ciuitate tollens, ipsam pro uirtuti parte gloriae amplitudine priuat. Oportet praeterea unumquemque animosum esse, ac maxime mitem. Nam aliorum iniurias quae uel difficile, uel nullo modo sanari possunt, non posse in primis oportet, nullum iniultum, sponte iniustum esse. Nemo enim unquam maximorum malorum aliquid alicubi uellet habere, multoque minus in his quae sibi praestantissima sunt. Est autem animus ut diximus reuera in omnibus omnium praestantissimus. Quapropter in eo cum maxime sit honorandus, nemo sponte summum accipiet malum, uoletque per totam

Officia erga patriam

Erga peregrinos

Erga supplices

eam uitam id possidere. Porro miserabilis omnino est iniustus omnis, & qui mali quicquam habet. Misereri autem decet eorum qui sanabiles sunt, & cohibere iram, ne aduersus eos muliebri iracundiae feruore animus efferatur duriusque insistat. Qui autem ita sunt flagitiosi ut incurabiles sint, eis ira uehementius immittenda. Propterea diximus animosum, id est generosae iracundiae non expertem, ac simul mitem, bonum uirum semper esse debere. Omnium uero maximum quiddam malum in multorum hominum animis est in natum. Cuius quidem, cum facile sibi ignoscant, remedium nullum excogitant. Est autem hoc quod dicere solent, quod natura sibi quisque amicus est, recteque est, ita id se habere. Sed reuera nimium in seipsum amor omnium peccatorum omnibus semper est causa. Occaecatur quippe circa amatum qui amat. Quapropter qui se amat, cum seipsum magis quam ueritatem honorandum putet, quid iustum, bonum, pulchrum sit male iudicat. Decet sane eum qui magnus uir futurus est, neque seipsum, neque sua diligere, sed iusta semper, siue a seipso, seu ab alio quouis gerantur. Ex hoc ipso delictio accidit omnibus, ut ignorantiam suam esse sapientiam opinentur. hinc fit, ut quamuis nihil ut ita dicam sciamus, sciretamen omnia arbitremur. Cum uero nec alijs committamus facultatem agendi quae ipsi facere ignoramus, facientes ipsi errare compellimur. Quamobrem nimium sui ipsius amorem fugere quisque debet, & meliores sequi, nullo rubore uerecundiae impeditus. Sunt & alia nonnulla, quae & minora his sunt, & saepe dicuntur. Sed cum nihilo minus utilia sint, ea quoque dicenda. Nam commemoratione opus est. Semper enim quasi aliquid effluit, contra aliquid oportet influere. Recordatio uero est, prudentiae deficientis influxus. Profecto à risu nimio, & lachrymis abstinentium, omnibusque est ab omnibus praecipuum, ut letitia nimia tristitiaque compressa honesto in habitu se contineant: siue in felicitate quenquam daemone cuiusque sistat, seu per fortunae casus tanquam ad ardua difficultateque tendentibus operationibus quibusdam daemones auersantes insurgant. Sperare semper boni uiri debent, munera quae talibus uiris dare deus solet, sibi non defutura. Ac si qui graues labores inciderint, deum leniores eos facturum; & praesentia in melius commutaturum; bona uero contra omnia una cum bona fortuna sibi affore. Hac spe singuli uiuant, & tam loco quam seruo, & se & ceteros ad frequentem horum commemorationem sedule adhortentur. Sed iam quae facere unusquisque debeat, & qualis esse, quo ad diuina spectat officia, dictum est. Humana uero nondum explanauimus. Dicenda autem sunt. Homini enim, non dijs praecipimus. Sunt porro natura maxime humana, uoluptates, dolores, cupiditatesque. Ex quibus necesse est mortale omne animal quasi pendere, & maximo quidem cum studio. Laudanda certe honestissima uita est, non solum quia gloriae habitum superat, uerum etiam quia si quis uelit gustare, nec inde statim à iuuentute fugere, eo quoque superat, quod omnes expetimus, ut per totam uitam lateatur magis quam doleamus. Quod uero erit ita, si quis recte gustet, facile ualdeque patebit. Quo autem pacto re de eligenda de id fiat, ratione iam considerandum est, siue ita nobis secundum naturam insit, siue aliter terpraeter naturam. Vitam itaque ad uitam iucundiores & molestiores ita conferre oportet. Voluptatem adesse nobis uolumus. Dolorem uero nec eligimus, neque uolumus. Medium autem statum pro uoluptate nequaquam uolumus, doloris tamen loco accipimus. Dolorem etiam minorem maiore cum uoluptate uolumus. Voluptatem minorem cum maiore dolore nequaquam. Pari autem modo utrumque horum habere nos nolle, possumus declarare. Haec omnia multitudine, magnitudine, intensione, aequalitate, horumque contrarijs ad electionem singulorum uoluntatemque, & differunt, & non differunt. Cum haec necessario sic se habeant, eam quidem uitam in qua cum utraque multa, magna, intensaque sunt, uoluptates tamen excedunt, uolumus. Eam autem in qua contraria, nolumus. Atque eam rursus, in qua licet utraque parua, remissa sunt, molesta tamen superant, nolumus. sed eam in qua contraria, uolumus. Si autem aequalia sunt, de aequali uita ut diximus cogitandum. Volumus enim quae si lo excedunt quod nos diligimus, & nolumus quae contrario superant. Considerare oportet quemadmodum omnes uita nostrae in his connexae naturaliter sunt, & quas natura uelimus. Siquid autem praeter haec uelle nos dicimus, ignorantia quadam imperitiisque uitarum id dicimus. Quanam igitur & quot uitae sunt in quibus nosse oportet quod nolendum, quod uolendum, quod sponte fieri, quod contra

philosophia omni uita quo ad uoluptatem & dolorem

De eligenda uita quo ad uoluptatem & dolorem

siue Tyrrhena dicantur, siue Cypria, siue undecunque uolueris: & his sermonibus famam traditam simulacraque consecravit: aras quoque & templa, sacrosque horum singulis lucos statuerint. In his omnibus nec minimum quid legum conditor innouabit, sed deum partibus singulis uel daemone uel heroem aliquem tribuet. Et in agrorum distributione primis lucos agrosque eximios & consentanea omnia dedicabit, ut singularum partium cœtus statutis facti temporibus, & facultatem sui facilius ad quoslibet usus exhibeant, & sacrificando alter alterum benigne accipiant: unde & domestici fiant inuicem, seque cognoscant. Quo quidem nihil ciuitati melius, quam uidelicet ut ciues inuicem, seque cognoscant. Vbi enim non lux inter ciues est in eorum moribus sed tenebræ, ibi nec honores pro dignitate, neque magistratus recte dabuntur, neque ius suum cuique tribui poterit. Nihil est autem, si unum uni conferas, in quo maius studium in omnibus ciuitatibus ponere quisque debeat, quam in hoc ut nec ipse adulterinus esse unquam uideatur, simplex semper ac uerus: nec alius ipsum talis fraudet. Verum iactus qui modo sequitur in ipsa legum positione, sicut in tessera, ut facro, cum insolitus sit, forte primum mirari auditorem faciet. Cogitanti tamen atque experto uidebitur, secundo loco optime sic ciuitas institui. Fortasse quispiam ipsam non suscipiet, quia legislator more tyrannico in ferendis legibus non utatur. Recte sane agetur, si optima res publica & secunda & tertia proponatur, deturque optio cuique arbitrato suo quamlibet electuro. Id nunc similiter nos agamus. Et cum primam uirtute rem publicam secundamque & tertiam exposuerimus, Clinia optionem demus, & cuique uolenti hæc suo more deligere, partemque sue quod sibi placet, tribuere. Prima igitur ciuitas est res publica legesque optime, ubi quam maxime per uniuersam ciuitatem primum illud prouerbum locum habet, quo fertur uere, amicorum omnia esse communia. Certe in hoc præcipue uirtutis erit terminus, quo nullus potest rectior poterit, si alicubi uidelicet aut sit istud, aut unquam fiet, ut communes mulieres sint, communes & liberi, communis quoque omnis pecunia, omnique studio quod proprium dicitur undique uita remotum sit: usque adeo ut ea etiam quæ propria singulis natura sunt, communia quodammodo fiant, ut & oculi & aures & manus communem in usum cernere, audire, agere uideantur, laudentque & uituperent eadem si milititer omnes, eisdem rebus gaudentes, eisdemque dolentes, ac denique pro uiribus sub his legibus uiuant, quæ unam quam maxime ciuitatem efficiunt. Talem utique ciuitatem siue dii alicubi, siue deorum filij unam plures habitent, ita uiuentes eamque seruantes, omni certe refert gaudio uiuunt. Quapropter respublicæ exemplar non alibi considerare oportet, sed hæc in uispecta, talem maxime pro uiribus querere. Ea uero quam hic nos aggressi sumus, si fiat, proxime quodammodo ad immortalitatem accedet, ac si non primo, saltem secundo loco erit. Sed de tertia postea, si uoluerit deus, determinabimus. Nunc uero quænam hæc sit, & quo pacto talis fiat, consideremus. Primum igitur domos agrosque fortiantur, nec agros communiter colant. Nam maius hoc est, quam hæc generatio nutritioque & educatio ferri possit. Sed hæc mente ita distribuant, ut putent singuli sortem suam toti ciuitati esse communem. Quippe cum ea regio patria sit, magis eam colere debent, quam filij matrem. Hæc enim cum dea sit, domina mortalium est. Idem quoque de indigentis tam dijs quam daemonebus est censendum. Sed ut hæc sic omne per tempus durent, danda opera est, ut quot nunc foci numero distributi sunt, totidem semper futuri sint, neque plures unquam, neque pauciores. Quod ita firmiter in omni ciuitate fiet, si sortem natum quisque semper unum de filiis suis tantum, quem malit, domus ipsius heredem relinquat & successorem, cultoremque deorum & ciuitatis & generis tam uiuentium quam defunctorum: ex reliquis autem filiis si plures unam sibi nati sunt, foeminas quidem secundum legem que sancietur, collocet: mares autem, ciuibus illis, quibus filij non sunt, adoptione committat, maxime quidem per gratiam. Si uero gratiæ quosdam deficient, aut si plures uel mares uel foeminae singulis nascantur, aut contra si pauciores, cum mulieres forte foeminae non fuerint, de omnibus istis maximus præstantissimusque magistratus quid fieri oporteat, diligenter consideret: uiamque omnino inueniat, siue abundet filiorum foetura siue deficiat, ut quinque mille & quadraginta habitationes solummodo semper maneat. Multæ autem sunt uisæ, nam & prohiberi procreatio, cum nimis affluit, potest: & contra cum opus est, ut augeatur, curari: ac uel honore uel dedecore, monitionibusque senum ad iuuenes, licet ad eam

Prima ciuitas & respublica ubi amicorum omnia communia

Secunda uirtus & respublica ut omnia patria sunt communia

Propriam gemi sibe inueneria

ad eam homines adhortari. Denique hinc omnis defectus oritur & inopia, cum quinque milium & quadraginta domorum numerus non seruetur. Quod si ob nimium in procreandis liberis studium sic aucta sit ciuitas, ut numeri modum excedat, atque ita inopia rerum prematur, uetus illud repetatur consilium, quod saepe iam dictum est, ut colonia mittatur chara à charis, quo commodius agi posse uidebitur. Si uero contra morborum lues bellorum uel calamitas ueluti quadam illuione ita deuastauerit ciuitatem, ut multo pauciores statuto numero superstitibus sint, sponte quidem alicubi ciues adulterina educatione disciplina suscipiendi non sunt. Necessitatem autem nec deus ut dicitur, uiolabit. presentem igitur orationem existimemus hunc in modum nostrorum auribus insonare. Ouirorum omnium optimi, similitudinem & aequalitatem, quod uel idem est & consentiens, honorate secundum naturam: neque id unquam transgrediamini, siue secundum numerum, siue secundum potentiam, bonarum rerum atque pulchrarum. Et nunc quidem in primis per omnem uitam numerum quem prædiximus conseruate. Deinde census modum quem ab initio mediocrem sortiti estis, ne contemnatis, emendo inuicem & uendendo. Alioquin neque deus ipse distributor, neque legis conditor uobis fauebit. Nunc enim primum refragantibus lex præcipit hoc prædicens, ut si arideat fortiantur, sin minus, discedant. perinde ac si regio ipsa in primis, dijs omnibus sit sacra, deinde sacerdotibus omnes tam mulieres quam uiri precaturi sint, primis in sacris secundisque & tertiis, ut & emptor & uenditor domiciliorum & prædiorum quæ sortiti sunt, quæ in his perperiti conuenit, patiantur. Scribent autem in sacris ad posteritatis instructionem cupressa monumenta, præterea ut ista seruentur, eorum custodiam magistratui illi committent, qui acutissime uideatur inspicere, ne lateat eos, si qua forte præter rationem hanc commercia fiant, sed quicunque legi ac deo non obtemperat puniatur. Atqui quantum bonum sit quod modo præcipitur, si quomodo deinde ostendemus fiat, quantumque pro sit obsequiibus ciuitatibus, secundum antiquum prouerbum, nullus unquam prauus intelliget, sed expertus duntaxat & æquis in moribus educatus. Quæstus in hac ciuitate non multus, neque enim oportet in ea neque licet illiberali quæstui quenquam incumbere, neque mechanicum illud & infame querere lucrum, quod mores generosos inquinat, neque existimare ullo pacto uilibus ex rebus & turpibus pecunias cumulandas. Accedit ad hæc & alia lex, quæ iubet ne quis priuatus uel aurum habeat uel argentum. Sed quia nummis opus est quotidianæ commutationis gratia, quæ inter artifices & huiusmodi ferme est necessaria, cum mercenarijs & seruis et colonis merces aliqua debeatur, idcirco nummos habere concedimus tales, ut apud eos quidem habeantur in precio, à cæteris uero gentibus contemnantur. At uero cum & bella saepe gerenda sint, & peregre proficiscendum, quando ad externas gentes legati nuncique mittuntur, necesse est ut ciuitas semper communem Græciæ monetam possideat. Si qua uero necessitas priuatum peregre proficisci coegerit, magistratuum uenta proficiscatur. Reuersus autem, si peregrinis nummis abundat, cum ciuitatis nummis eos commutet, ciuitatibus restituat. Quod si quis occultare eos, & in priuatum usum conuertere deprehensus fuerit, publicum fiat quod occultabat. Conscij autem qui non accusauerunt, maledictis atque opprobrijs unam cum illo subiiciantur, atque etiam non minore multa puniantur, quam allatus peregre nummus fuerit. Nemini præterea aut dare dotes, nec accipere liceat, neque pecuniam deponere apud eum cui non adhibet fidem, neque foenerare: licet atque si quis in foenus acceperit, nec usuram nec sortem reddere. Hæc autem ciuitati optima esse, sic recte quispiam iudicabit, si ad præcipuam ipsam res diu legum latoris semper referat uoluntatem. Nam uiri ciuilibus mentem habentis non ea uoluntas est ut nos asserimus, quam in legum latore optimo esse debere multi affirmant, ut quam maximam & ditissimam esse uelit ciuitatem, auro & argento refertam, ac terra marique plurimum dominantem, quibus addunt, ut quam optimam etiam ac felicissimam esse uelit, si recte leges laturus est. Sed horum quidem alia fieri possunt, alia minime, possibilia igitur uolet fundator legum, impossibilia nec uolet, nam uana esset cupiditas, neque aggredietur. Felices ergo & probos esse, quæ simul necessario ferme fieri solent, uolet quidem. Diuites autem ualde similes probos esse impossibile. Dico autem diuites, ut multi existimant, asserentes eos esse diuites, qui pauci è multis pecunijs plurimas possident, quas etiam possent malus quilibet possidere. Quod si ita est, nunquam ego his concedam, diuitem reuera

Prouerbum

Prouerbum

De quæstu

De auro habere & nimis in re publica in reges asserimus

De dotibus non dicitur

De dote & foenore

esse felicem, nisi etiam bonus sit, fieri uero non potest ut diuitijs aliquis simul præter & probitate. Cur ita? forte quispiam dixerit. Quia dicemus, acquisitio tam iniuste quam iuste facta, plus quam duplo eam superat, quæ solummodo iuste fit. Et impendia quæ nec honeste nec turpiter impenduntur, duplo minora sunt illis quæ honesta sunt, honeste impenduntur. Nunquam igitur illo qui duplo plus acquirit & dimidio minus erogat, ditior is erit qui contra facit. Est autem alter istorum probus, alter non malus quidem quando duntaxat parcus est, nonnunquam uero malus omnino, bonus autem ut modo diximus nunquam. Nam qui & iuste pariter & iniuste pecunias cumulat, neque iuste impendit neque iniuste, diues fit quando est parcus. Sed qui omnino malus, quoniam ut plurimum nepos & prodigus est, ualde pauper fit. At qui honeste expendit, & iuste solum acquirit, neque facile diuitijs excellerit unquam, neque premetur inopia. Recte itaque sermo noster asserit, ualde diuites, bonos uiros non esse, quod si boni non sunt, felices quoque non erunt. Nobis autem legum huc sanctio respicit, ut felicissimi ciues sint, ac maxime inter se amici. Qui sane amici nunquam erunt, si mutuis iniurijs uexati plurimis litigando uti cogantur iudicijs, sed si quam minima hæc sint atque paucissima. Quapropter oportere dicimus nec aurum nec argentum esse in ciuitate, neque quæstum insuper multum in mechanicis operibus cauponationibusque & scenore, nec ex pecoribus turpiter, sed ab his quæ agricultura offert ac præbet, atque hoc ita, ut quæstus non cogat ea negligere, quorum causa quarantur pecuniæ. hæc uero anima & corpus sunt, quæ absque gymnastica, & alia disciplina, nullius precij unquam erunt. Quare pecuniarum cura, ut sapius iam diximus, est, ultimum honoris teneat locum. Quippe cum tria sint omnia in quibus homines studium ponunt, ultimum ac tertium est, si recte habeatur, pecuniæ studium, medium corporis, animi primum. At qui hæc ipsa, quam nunc condimus res publica si honores ita distribuit, recte disponitur. Si qua autem lex, aut temperantiæ sanitatem corporis, aut sanitatis & temperantiæ diuitias anteponit, non recte posita esse uidetur. Sapius itaque legislator protestari debet, quid ipse uelit, quid si contigerit, bene succedet. Sin minus, institui sui spes eum frustrabitur. Atque ita forsitan & ipse à ferendarum legum onere & sese & ceteros uindicabit, aliter nullo modo. Qui ergo partem suam sortitus est, eam qua diximus conditione possideat, probe autem fieret si cætera omnia quæ ueniunt in coloniam, æqualiter possiderent. Cum autem fieri id non possit, sed alius ueniens plus habebit pecuniæ, alius minus, multorum & æqualitatis in ciuitate temporum opportunitatumque causa, opus est ut inæquales in ea census constituentur: ut magistratus, uectigalia, distributionesque secundum dignitatem singulis, non solum suæ maiorumque uirtutis aut formæ aut uirtum corporis, uerum etiam secundum diuitiarum & paupertatis usum quoad fieri potest æqualiter, uidelicet in æquali quidem portione, sed facile cõquabili accipientes, nequaquam cõtendant. Horum causa quatuor magnitudine differentes bonorum census fieri oportet: Primos, Secundos, Tertios, & Quartos, aut quibusuis alijs nominibus appellatos: ut alij eodem in censu permaneant, alij ditiores pauperioresue facti, in censum sibi conuenientem trãseant. Ad hæc legis figuram, quæ sequitur, ego ponam: Nempe oportere dicimus, ut in ciuitate quæ summi morbi experts futura sit, quod dissidium aut seditionem recitius appellari, nec extrema in aliquibus ciuium inopia sit, nec ingentes diuitiæ. Nam utraque illa ab utrisque his pariuntur. Quare oportet ut à legislatore utriusque terminus statuatur. Sit itaque paupertatis terminus, census fortis, quam stabilem esse oportet, quam ue minorem alicui esse nec magistratus ullus patitur, nec alius quisquam, cui curæ sit uirtutis. Cum legislator his mensuram suam præscripserit, duplum ad hanc & triplum & quadruplum haberi permittet. Plura uero si quis habeat siue reperta, seu donata, siue quæstiu parta, seu quauis alia fortuna huiusmodi comparata, si omne quod superest ciuitati & diuis ciuitatis tutoribus dederit, indemnitas & laudabilis sit. Sinautem legi non obtemperauerit, quisquis hoc detulerit, dimidium consequatur. Ille autem æquali suorum bonorum parte mulctetur. Quæcumque uero possident ultra sortem, apud magistratum horum custodem à lege constitutum, aperte scribantur, ut omnia de pecunijs iudicia facilia sint, & ualde clara. Post hæc urbs primum in medio regionis quoad fieri potest condatur, in loco qui cætera quoque ciuitatis habeat commoda: quæ nec intellectu nec dictu difficilia sunt. Deinde in partes duodecim partito fiat. Ut Vestia prima Iouis, & Palladi consecratur, eaque arx, circum

Valde diuites bonos non esse

Tria in quibus homines studium ponunt, bona animi, bona corporis, & pecunia

census et bonorum

De situ urbis

12. regionum in urbe

culo circumducto, à quo & regionem et urbem partes duodecim partiantur. quæ quidem ita æquales fiant, ut agri fecundi minores sint, infœcundi maiores. Sortes uero quinque mille & quadraginta scindantur, quarum bipertito quælibet diuidatur. Conforti quoque oportet portiones duas, quarum utraque remotioris & propinquioris sit parti secunda à remotissima, cæteraque omnia eodem pacto. Danda etiam opera est, ut in geminis his partitionibus, quod modo de fecunditate regionis & infœcunditate diximus, peragatur, ut uidelicet in eis multitudine, & paucitate distributionis æquatio fiat. Quinetiam diuidere in partes duodecim uicos oportet, quemadmodum & cætera bona, omnium prorsus æqualitate seruata, omniaque describere. Deinde duodecim fortibus, dijs duodecim attribuire, partem quam libet fortis participem suo consecrare deo, tribumque ipsam uocare. Sed & duodecim urbis membra, sicut in reliqua regione factum est, sigillatim in habitationes duas diuidenda sunt, unam quidem circa medium, circa extremum alteram. Et habitationis quidem ordo hunc habeat finem. Illud autem cogitare omnino debemus, quod ea quæ diximus, nunquam talem opportunitatem nacta, omnia ita concurrent ut quemadmodum descripta sunt fiant, & uiri habitationem huiusmodi non ferant moleste: sed æquo animo patiantur: pecuniasque habere uelint per totam uitam ut statuimus. Mediocres filiorum præterea generationes ita ut singulis sint ut diximus, ac auro & argento careant, & cæteris omnibus quæ legislator ex superadictis dicturus esse uidetur: ad hæc regionis & urbis in medio & in extremis sicut ordinatum ubique habitationes: quæ quidem omnia quasi somnia quædam dicuntur, ciuesque per hæc & ciuitas quasi ex cera formantur. Hæc utique modo quodam non male opponuntur: sed ea quoque narranda, quæ legislator aduersus diceret. Ne fugere me existimetis amici, quod modo dictum est, uere quodammodo dici. Sed par est ut arbitror in singulis, is qui exemplar proponat ad cuius similitudinem opus fieri debeat, nihil omnino prætereat, quod ad uerissimam eius conueniat pulchritudinem. Squis autem ex his nonnulla imitando assequi nequit, quæ supra uires sunt prætermittat: & quod his proximum est, eorumque quæ fieri conuenit cognatissimum, omni studio prosequatur, permittatque legislatorem uoluntati suæ finem imponere. Quo factio, communiter cum illo consideret quid ex dictis conferat, quid ue ferendis legibus aduersetur. Nam opus undique sibi ipsi consentiens, artifex omnis ubique agere debet etiam in re minima, si modo sit laudem consecuturus. Nunc iam post duodecim partium distributionem animaduertendum est, quod cum duodecim partes hæ plurimas in se portiones, portionibusque connexa & orientia ex connexis habeant usque ad quinque milia & quadraginta, unde & tribus & gentes & uicos habent, & ad rem bellicam ordines atque ductus, numeros præterea & mensuras siccorum atque humidorum & pondera similiter, hæc omnia commensurata & consona inter se à legislatore ordinari debent. Præterea timenda non est pusillanimitatis opinio, quasi parua nimium considerentur, si quis iubet ut uasa & suppellectilia ciuium omnia mensuram habeant suam, nullumque sine certa mensura possideatur: & cõmuni ratione censeat ad omnia perutiles esse numerorum partitiones uarietatesque, secundum quas & ipsi inter se ipsos uarij sunt, & in lōgitudine & profunditate ac uocibus uarietatem accipiunt: in motibus quoque tam recto motu ascendendo uel descendendo que circuitu. Ad hæc omnia ita respicere debet legislator, ut ciuibus omnibus præcipiat, ne ab huiusmodi numerorum ordine quoad possunt, discedant. Nulla enim alia uia ueritatis disciplina, ad rei familiaris gubernationem, ad rem publicam, ad artes denique uarias tantam habet uim, quantam huiusmodi numerorum cognitio: quodque maximum est, somnolentos etiam, & natura rudes exuscitat: & dociles, memores solertesque facit, præter naturam suam diuina arte proficientes. Quæ quidem omnia, si modo legibus alijs atque officijs illiberalitas & auaritia eorum animis extirpata sit, qui ea sufficienter & utiliter suscipiunt, bona rudimenta, & comoda sunt. Sin minus, malitia hinc potius quam sapientia clam originem trahet: quod Aegyptijs & Phœnicibus multisque alijs gentibus nunc uidemus contingere, propter cæterarum artium facultatumque illiberalitatem: siue quis rudis legum lator id fecerit, siue fortuna infensa, siue alia huiusmodi quædam natura. nec enim illud o Clima & Megille nos fugiat, magnam esse locorum ad ferendos meliorum

Diuisio agro rum

De mensura suppellectilium

res peioresq; homines differentiam: quibus diuersa prout expedit legibus sentienda sunt. Quippe alij uarietate uentorum & turbine, difficiles & proterui sunt: alij propter aquas, alij propter cibos, qui ex terra nō solum corporibus commodi aut incommodi oriuntur, uerum animis quoq; non minus. Maxime autem loca regionis differunt, in quibus inspi ratio quaedam diuina est, & quæ demones sortiti sunt: qui habitantes, propitij, uel contra suscipiunt. Quibus pro humano ingenio consideratis, mentis compos legum conditor, se ad leges ferendas conuertet. Quod & tibi est, ô Clīnia, faciendum. Prius enim hæc tibi animaduertenda sunt, quàm habitari facias regionem. c. L. Egrege, ô Atheniēsis hospes, hæc abs te dicta sunt. Quare & mihi ita est faciendum.

ARGVMENTVM MARSILII FICINI IN DIALOGVM
SEXTVM DE LEGIBVS.



TRIA sunt genera causarum, quibus diuersa diuersis in locis hominum ingenia sunt. Quæ quidem tria genera Plato in superioris libri sine breuiter comprehendit. Ego uero operæ precium fore arbitror, hac ipsa materia quasi quodam nodo sextum cum quinto ligare. Sit ergo plurimum in loco discriminis ad meliores deterioresq; homines generandos. Causa uero sit uel humana, uel naturalis, uel diuina. Humana quidem, lex, educatio, consuetudo diuersa. Naturalis autem, elementorum alimentorumq; diuersitas. Diuina uero, ut cælum quoque diuinum uocem, siderum numinumq; potestas. Si quidem Plato iudicat quemadmodum alia cæli plage alijs reguntur stellis, alijsq; dijs, id est superioribus angelis: sic alias terre plagas, alijs quoque demonibus, inferioribusq; angelis gubernari. Accedit ad hæc astronomorum sententia, & plagas terre cæli plagis: & urbes ascendentes signis accommodans. Mitto in præsentia quantum ingeniorum discrimen afferat familiarium cuiusque hominis uarietas demonum. Quod autem spirituum superiorum uires, nostris quomodo cuncte id fiat, spiritibus influant, negare non possumus, quando manifeste uidemus corpora nostra corporibus superioribus agitari: assidueq; ab aere alter permutari. Quod si spiritus illi in nostris agunt spiritus, agunt in super & in corpora. Passio uero corporum humanorum, siue à spiritibus illis, siue à corporibus superioribus inferatur, eatenus redundat in anima, quatenus tam comparato quàm naturali affectu animus sese mergit in corpus. Verum hoc interest, quod corpora illa per corpora nostra mouent animas: spiritus autem tum animas per corpora mouent tum per animas, tum etiam per illum spiritum, quem phisici sepe nodum anime inuicem corporisq; cognominant. Memento uero uim omnem atque motum à superioribus in nos descendente, semper ad bonum suapte natura conduceret, quando quidem & celestes influxus, semper ad bonum. Sed neque tu hic uel rigidiorum hominum tristitiam & parsimoniam reicias in Saturnum: uel temeritatem ferocitatemq; in Martem: uel fraudulentam malitiam in Mercurium, uel lasciuos amores in Venerem. Quid uero, si Saturni grauitas in nobis complexionis nature, nutritionisq; & educationis uitio, in simile quiddam grauitati uitium conuertatur: similiter magnanimitas Martia in audaciam magnanimitati quo dammodo similem, Mercurialis in industria similiter in malitiam, Veneræ charitas in libidinem? Nonne sub solis radijs, qui natura sua ad uidendum conferunt & uiuendum, quotidie accidit alios uisum, alios uitam amittere: & qui in aere libero salubriter calefaciunt, in concanis urunt? Quem admodum uero sub benefico radiorum influxu ob inferiorem naturam resultat alicui malum, non uniuerso: sic sub stellarum utribus natura bonis, atque sub numinum muneribus optimis, potest interdum inferioris uel nature uel consuetudinis uitio, uitium uel corporis uel animi suboriri. Nihil uero uniuerso uitium aut malum: quem admodum in concentu secunda uel septima uox: quæ seorsum audita dissonat, interim coniuncta cæteris consonat uniuerso. Solent uero Platonicis infimos demones malos aliquando nuncupare, quoniam ad infimum generationis & sensibile bonum suo quodam, ut aiunt, officio nos alliciant. diuertere autem à summo bono ad minimum, comparatione summi malum iure censetur. Nilsum facio in presenti quod aiunt supremos demones ad contemplationis, medios ad actionis, infimos ad concupiscentie bonum ducere: quod uè his omnibus & uti possumus, & abuti: & utentibus quidem bona contingunt, abutentibus uero mala. Appellat uero Plato demones & deos indigenas patrie, non quia inde geniti: sed quia ciues inde genitos peculiari quadam cura custodiunt. Dicit præterea beatam ciuitatem à dijs deorumq; filijs coli: intelligens partim quidem cælestem Hierusalem, ab angelis purisq; animis habitam: partim quoque felicem illorum uitam, quos in Phædone inquit æditissimas terre partes incolere numinum familiaritate beatos. Descendit post hæc in sexto ad magistratus constituentes, scilicet quot esse oporteat, & quo pacto creari, quid uè magistratus cuiusque sit officium. Inquit autem diligentiam in his creandis tanti esse momenti, ut uel bonarum constitutio legum absque magistratibus bonis, non modo minime profutura sit ciuitati, uerum etiam plurimum nocitura. Oportere uero ait tam eos qui magi

tria causa generantur
causa humanam
causa naturalem
causa diuinam

stratus electuri sunt, quàm qui eligendi, esse ab adolescentia probatissimos, maioribusq; probatissimis genitos, & qui conciuum mores perfectissime calleant. In his notabis miram Platonis prudentiam in ordine magistratum, eorumq; officio in rebus humanis & sacris, bello & pace, in urbe atque agris. Cognoscesq; & probabis optimatum gubernationem, aliquid regij, necnon popularis habentem, & quodammodo inter unum & populum mediam constitutam. Animaduertes in ciuilibus muneribus distribuendis seruandam semper æqualitatem, non arithmeticam quidem, per quam numero uel etiam mensura & pondere paria singulis tribuuntur, quæ sepe iniuistissima est: sed geometricam potius, per quam considerantur merita singulorum: atque ea ratione singulis distribuitur, ut quæ proportio meritorum est ad merita, eadem quoque munerum sit ad munera: neque æqualia sint munera muneribus, sed munera meritis. Geminam ergo considerabis æqualitatem tum muneris ad munus, tum muneris ipsius ad meritum. Et illam quidem sepe noxiam, raro utilem, & tunc demum utilem si fiat forte. Hanc uero quotidie necessariam. In hac utique totam consistere iustitia rationem. Atque hanc ipsam in Iouis iudicio esse postam, eiusq; notionem hominibus uix paucisq; tribui, sed quantacunque nobis ad sit, per hæc sola cuncta seruari. Nec immerito æqualitatis huius officium supremi iudicis ascribit iudicio. Qui cum solus secreta omnium penetret, ideoq; merita perfecte cognoscat, nimirum solus perfecte potest meritis æqualia reddere, idq; ita facit, in cælo primum, deinde in uniuerso, ut hac sola pro cuiusque nature capacitare ubi que distributione fieri cuncta atque seruari, & ab antiquis probatum, & in Gorgia fuerit comprobatum. Sed inter hæc Plato iterum, qui mos eius est frequentissimus, pueris educandis incumbens, peculiarem ad id procreat magistratum, eumq; haberi uult omnium in ciuitate summorum magistratum præstantissimum: existimans absque colendæ puerilis seuentis prouidentia, totam ciuitatis culturam fore uanam. Aduertes hic humanum ingenium bene quidem cultum, tandem mansuetissimum diuinissimumq; euadere: contra uero, si contra. Sed curnam humanum ingenium ferocis euadere posse dicit quàm ferarum? Quis quod maximam uim habet ad bonum, maximam quoque habere potest ad malum. Item optimum quando deprauatione sui uertitur in optimum, sit pessimum. Quod quidem in republica disputat. Præterea ferocitatem in homine deprauato auget machinatio perspicacissimæ mentis ad malum. Adde quod subtilitas spirituum humanorum in ira, conuertitur in furorem. Accedit & quorundam demonum irritatio, quod Plato in epistola ad Syracusanos significat, & Homerus Aegyptiorum sententia frequenter usurpat, Heros inducens à dijs, id est, demonibus ad iras & sanguinem animatos. Commendat iterum numerum illum quinque mille & quadraginta, in magistratum, domitiorum, agrorum, partitione omnium commodissimum: utpote qui in multas deinceps portiones integras diuidatur. Sane si uniuersum hunc numerum in duas diuiseris partes: pars dimidia duo milia continebit, quingentaq; & uiginti. Si uero in tres: pars tertia, mille sexcenta octoginta. Si in quatuor: quarta quælibet, mille ducenta sexaginta. Si in quinque: quinta quælibet mille continebit atque octo. Si in sex: sexta omnis octingenta, & quadraginta. Si in septem: septima, septingenta uiginti. Si in octo: octaua, sexcenta triginta. Si in nouem: nonna, quingenta atque sexaginta. Si in decem: decima, quingenta & quatuor. huc usque partes omnes sunt integre. Sed si in undecim: undecima, quatercenta quinquaingenta & octo: atque in super duas undecimas portiones. Quod si in duodecim: duodecima, quatercentum atque uiginti. Hic siste pedem. At quoniam nobis sexaginta commemorat: si uniuersum illum numerum in sexaginta partes diuiseris: pars sexagesima octoginta & quatuor comprehendet: ac si conuersione quadam in partes octoginta quatuorq; secueris, pars quæq; sexaginta tenebit. Videtur autem Plato plurimi facere, quod ille numerus duodecies diuidatur in quatercentum atque uiginti, quod uè hic rursum duodecies in trigintaquinque. At uero hic duodecies in duo atque in super undecim duodecimas unius partes. At qui & ipse numerus quatercentum atque uiginti multiplicatur ex numero uiginties uiginti & uno. Nam uiginti numerus uigies semelq; replicatus, quatercentum uiginti q; complet. Laudat duodenarium numerum: & uniuersum illum, qui duodenario prorsus accommodatur, propterea quod duodecim sint apud eum mundi sphaeræ: & signa duodecim in zodiaco, & partes duodecim in clementis. Si quidem quodlibet ex quatuor elementis in tres diuiditur regiones, in summam & in infimam, atque mediam: non solum sit, sed uirtute etiam differentes. Adde elementorum alterum duodenarium. Quo & substantia elementorum quatuor & qualitates octo comprehenduntur. Qualitatum uero quatuor quidem masculæ sunt, scilicet calor, frigus, leuitasq; & grauitas. Quoniam primæ duæ alterationis principia sunt, sequentes duæ principia motionis ad locum. Quatuor uero femineæ sunt, quæ passioni magis subiiciuntur, scilicet humor, siccitas, raritasq; & densitas. Hæc uero Aegyptiorum mysterijs contineri, Iamblichus asserit. Accedit quod duodenario mensuram numero Sol dominus planetarum & cursum peragat proprium, & uarios producit effectus. Denique singulas uult ciuitatis partes deo consecratas existimari, proprie uero dijs duodecim, id est duodecim sphaerarum animabus. Item dijs duodecim zodiaci signa regentibus. Rursum duodecim ordinibus demonum caelestia signa sequentium. Quum uero dicit partes urbis duodecim sequi circuitum uniuersi, forte etiam

numerus 5040
compositus de quo
sciamus

de 12 uniuersum

intelligit totum octava sphaera circuitum triginta & sex milibus annorum perficiendum. Qui sane numerus tri-
 bus annorum mille duodenarijs perfecte completur. Adeo ut in primo mille annorum duodenario intelligas ex
 antiquorum sententia iuuenilem mundi totius habitum: in secundo uirilem: in tertio uero senilem. Verum de his
 opportunius in Timaeo. Conuenit his, quod in Phaedro inquit: deorum demonumq; exercitum sub duce Ioue in
 duodecim ordines esse dispositum. Concludit hic ciuitatis partes, partim quidem per duodenarium tribuum tem-
 plorumq; numerum, partim uero per diuinum cultum bis quolibet duodecim mensum solemniter instauratum,
 sic ad dei munera preparari, ut dijs ipsis quasi insidentibus gubernentur. Bis autem instaurari praecipua uult
 publicaq; solennia, quo & duodenario tribuum, & ciuitatis reliqua agriq; duodenario satisfiat. Quod autem
 sacra iubet fieri dijs deorumq; filijs, deos quidem intelligi uult sphaerarum animas: filios autem, demones purio-
 res. Cuncta uero haec Iouis unius omnium principis gratia iubet fieri. Neque uero silentio praetereundum est: duo
 denarios quos pertinentes ad uniuersum commemorauimus, à duodenario cuiusque hominis proprio quasi reprae-
 sentari. Qui sane ex quatuor corporis humoribus, totidemq; sensus ipsius perturbationibus, ac totidem uirtuti-
 bus constare uidetur. Post sacra deorum ad nuptiarum sacra descendit. Vbi leges ritusq; nuptiales: exhortatio-
 nem ad matrimonium: officia uiri & uxoris tum inter se, tum erga liberos & generandos & educandos conside-
 rabis. Notabis ante omnia: non decere in ebrietate uel alia mentis perturbatione procreandis liberis operam da-
 re. Atque ob huiusmodi delictum filios quotidie nasci tam animo quam corpore egrotantes. Man dabis quoque
 memoriae mysterium: ubi ait. Principium & numen hominibus insitum, si conuenienti sibi honore à singulis mu-
 nere ipsius uentibus afficiatur, omnia seruat. Quid ergo principium, quid numen insitum aut insidens? Principi-
 pium quidem idea est formationis humanae principium. Numen uero familiaris demon, demon quoque genera-
 tionis princeps saepe sub nomine Lucinae significatus. At cur insitum: aut insidens: aut incubans? ut intelligas
 numen non adesse: solum: sed inesse assidue atque fouere: Praecipue uero fouere: Praecipue uero fouere si grate co-
 latur ab his qui munere eius utuntur. Post mutua uiri uxorisq; officia, consequenter ad mutua dominorum ser-
 uorumq; descendit officia. Post haec solita quadam arte redit ad mœnia, templa, palatia, quae ante nuptias tra-
 ctanda fuisse dicit. Vbi notabis in primis curias iudicum magistratumq; palatia, idcirco templis proxima col-
 locari, quo humani iudices semper iudicando meminerint se à deo, dum iudicant homines, iudicari. meminerint
 quoque custodes urbis nisi custodiende deo custodire non posse. Item nihil in ciuitate uel minimum sine certo
 quodam ordine esse debere. Siquidem quod caret ordine, alia insuper ordinata confundit. Maxime uero ordi-
 ne & continua cura muliebria indigere. Alioquin si mulierum res negligantur, duplo plus, immo & supra du-
 plum detrimenti prouenit ciuitati, quam si uirorum neglecta res fuerint. Inter haec ubi mundi antiquitas repe-
 titur: quod dicitur ipsum generationis principium nos inextimabili temporis magnitudine praecessisse, intellige si
 obseruas Moysen, inextimabili dierum horarumq; numero. Conclude librum ea sententia, ut triplicem impetum,
 scilicet ad cibum, potum, coitum, nequando praecipitemur, triplici cohibeamus freno, timore scilicet, atq; lege, ue-
 ritateq; ratione, praeterea moderato honestorum ludorum à pueritia usu. Quo per honesta solatia reuocemur à tur-
 pibus, & ad seria paulatim studia prouocemur.

DIALOGVS SEXTVS

DE LEGIBVS VEL DE LE-
 GVM LATIONE



OST omnia quae haecenus diximus, ferme iam magistratus in ciuitate con-
 stituendi uidentur. CLINIA. Ita certe. ATHEN. Duae profectio haec spe-
 cies in ornatu reipublicae sunt. Prima magistratum constitutio: quot esse
 oporteat: & quo pacto constitui. Altera de legibus magistratui attribui-
 endis, quae quot, qualesq; sunt singulis accommodae. Sed primum an-
 tequam magistratus eligamus, commorati: nonnulla ad ipsorum electionem pertinentia
 declaremus. CLINIA. Quae nam haec? ATHEN. Audiam. Nemini dubium est,
 quin cum magna res legum latio sit, siquis ciuitati per leges bene paratae non idoneos
 magistratus constituat, quamuis leges bene positae sint, tamen non modo id nihil prode-
 rit risumq; mouebit, uerum etiam calamitates maximas ciuitatibus pariet. CLIN. Plane.
 ATHEN. Hoc itaque considerandum amice, quemadmodum in hac tua ciuitate republ-
 icae contingit. Vides enim eos, qui recte magistratus accepturi sint, oportere primo sa-
 tis ab adolescentia probatos fuisse tam ipsos quam suos, usque ad ipsam electionem.

Deinde

Deinde eos etiam qui suffragia ferunt, legitimis esse moribus educatos: ut facile queant
 admittendos & repellendos cognoscere, & erga utrosque pro dignitate se gerere. At ue-
 ro qui nuper conuenerunt, cum nec scintillam satis cognoscant, neque adhuc eruditi sint,
 quomodo recte unquam magistratus eligere poterunt? CLIN. Nullo ferme unquam pa-
 do. ATH. Sed enim certamen excusationes non facile suscipit. Hoc autem & mihi nunc,
 & tibi faciendum est: postquam & tu ciuitatis Cretensibus instituentem officium libenti a-
 nimo suscepisti, ac decimus es in hoc opere, ut ipse dicis: & ego tibi auxilium praesenti
 consabulatione afferre promisi. Quare sermonem hunc nostrum sine capite & mutilum
 esse non patiar. Nam si uagaretur, deformis omnibus appareret. CL. Optime dixisti hos-
 pes. ATH. Immo etiam si pro uiribus faciam. CL. Faciamus sic prorsus ut dicimus.
 ATH. Faciemus utiq; si deus uoluerit, sicut etiam senectam in hac parte superemus CL.
 At deum uelle, credendum est. ATH. Credendum profecto. Quare ipsum sequentes,
 hoc etiam dicamus. CL. Quidnam? ATH. Quam audacter simul atque periculose ciui-
 tas hoc nobis tempore constituetur. CL. Quorsum haec? ATH. Quia facile & intrep-
 de rudibus hominibus leges damus, utq; ipsas suscipiant, iubemus: cum omnibus ferme
 à Clinia etiam non multum sapientibus, perspicuum sit, neminem leges nouas facile sus-
 cepturum. Si uero tam diu expectaremus, donec legibus instituti pueri, unaq; & diu sub
 eisdem legibus conuersati suffragia uniuersae ciuitati ferre possint, atque id pro uiribus
 recte fieret, certe & tunc & in posterum, procul ab errore sic instructa ciuitas permaneret.
 CLIN. Sic ratio monet. ATH. Perspiciamus ergo si modum quendam ad haec commo-
 dum ita ferre possimus. Gnosios oportet à Clinia praeter ceteris Cretensibus, non solum
 quasi libando inchoare quam nunc reipublicam conditis: sed omni studio prouidere, ut
 quam tutissime atq; optime primi magistratus constituantur. In alijs quidem constituen-
 dis opera breuior: legum autem custodes ante alios creare summa diligentia necessarium
 est. CLIN. Qua uia istud rationeque faciemus? ATHEN. Hoc à Cretensibus inquam. O-
 portet Gnosios quando multarum ipsi ciuitatum primi sunt, communiter cum his qui in
 eandem conuenere coloniam, à seipsis & ab illis septem & triginta uiros eligere. Decem
 & nouem quidem ex eorum numero qui coloniam habitabunt, ex Gnosio ipsa reliquos.
 Hos utique Gnosij tuae dent ciuitati, te quoque ipsum, ut huius coloniae ciuem & unum de
 octo decemq; uiris. haec aut persequendo, aut ui mediocriter cogendo faciant. CL. Quid
 uero: nonne & tu hospes & Megillus hic reipublicae huius nobiscum participatis? ATH.
 Plurimum sibi à Clinia Athenienses, plurimum quoque Lacedaemonijs tribuunt, & procul
 utriq; incolunt. Tibi autem omnia comode se habent: & habitatoribus alijs similiter secū
 dū ea quae de te modo dicta sunt, & quae tibi atq; illis hac tempestate conuenientissime fie-
 ri possunt, exposita. Progressu autem temporis & repub permanente, huiusmodi magistra-
 tuū designatio fiat. Quicumq; siue equites siue pedites arma ferre possunt, bellisq; tum cū
 atas ferret interuenerunt, suffragium ineanat, comitiarum in templo habeantur, quod praes-
 tantissimum ciuitas ducat. Vnuscuique autem undecunq; uenerit, in ara dei nomen
 suum & patris & tribus & gentis in tabula scriptum deponat, liceatq; cuiq; si uelit, quam-
 cunq; tabulam non recte scriptam suspicabitur, in loco publico ponere, ubi non minus
 quam triginta dies permaneat. Trecentasq; tabulas sic approbatas uniuersae ciuitati ma-
 gistratus ostendant, quae quos uelit de istis iterum & accipiat & rejiciat. centumq; ita secū-
 do delecti rursus omnibus ostendantur. tertio uero nominet de centum uiris quilibet quae-
 cunq; uoluerit. Septem autem trigintaque uiri, eos qui pluribus delecti suffragijs sunt,
 magistratus declarent. Quinam igitur à Clinia Megilleq; haec omnia de magistratibus
 eorumq; probatione in ciuitate constituent? Num intelligimus in ciuitatibus sic ab initio
 conciliatis, esse quosdam oportere? Qui uero ex omnibus magistratibus deligantur, in
 eis nequaquam reperiunt. Cum tamen eos esse oporteat, non uiles quosdam, sed summos ui-
 ros atq; praestantes. Principium enim dimidium totius operis esse, prouerbio dicitur: atq; eum
 qui bene coepit omnes laudamus. Mihi autem hoc plus quam dimidium esse uidentur, re-
 dumq; principium nunquam satis ab aliquo laudatum fuisse. CL. Recte loqueris. ATH.
 Quare cum nos id non lateat, ne silentio praetereamus: sed quomodo fiat perspicue decla-
 remus, quis ego nihil in praesentia nisi hoc unum necessarium atq; perutile habeam dicere.
 CL. Quidnam? ATH. Equidem ciuitatis huius qua condituri sumus, neminem aut patrem aut
 matrem

nota forma in ch
 ge di magi stratus

Prouerbiū

matrem esse aio, præter ciuitatem illam quæ coloniam mittit. Nec ignoro fuisse multas ac fore colonias, à ciuitatibus quæ miserunt, dissidio distractas. Quemadmodum uero erga parentes se gerit filius, qui quamuis aduersaturus illis quædoq; sit, in ipsa tamen pueritig indigentia genitores diligat ac uicissim diligitur, & ad suos semper refugies in his solis præsidium reperit: ita quoq; nouam arbitror ciuitatem erga curatores eius Gnosios, & Gnosios erga ciuitatem nouam affici. Repeto igitur quod modo dixi. Nō enim nocet bis dicere, quod bene dicitur. Oportet ut Gnosii horum omnium curam suscipiant, & de colonis uiros seniores atq; optimos non pauciores quàm centū deligant, deq; ipsis Gnosios alios centum. Quos in nouam ciuitatē profectos oportere arbitror operam dare, ut magistratus secundum leges cōstituantur, & statuti comprobentur. His factis Gnosium Gnosii redeant: noua uero ciuitas seipsam seruare ac feliciter uiuere conetur. Qui autē in septem & triginta uirorum numero computati sunt, & nunc & postea semper istas res curent. primo quidē legum custodiam habeant: deinde etiam tabularum, ubi quisq; magnitudinem sui census conscripserit. Sitq; maximus census minarum quatuor, secundus triū: duarum tertius: quartus unius. Quod si quis plus quàm in tabella scriptum dederit, habere deprehendatur, quod superest, publicum fiat: præterea reus sit uolentis eum tanquā infamem accusare, quando propter lucrum spernere leges inueniatur. Atq; eum quicūq; uoluerit, turpis lucri nomine, apud legum custodes accuset. Et qui damnatus erit, publicarū possessionum sit expers, ac si qua honorum in ciuitate distributio fiat, nihil præter sortē primam assequi possit: damnatumq; ipsum esse quamdiu uiuit, ibi scribatur, ubi quicūq; uoluerit, possit legere. Custos autem legum non plus quàm annos uiginti hunc habeat magistratum, nec pauciores natus quàm quinquaginta, eum gerat. Ac si sexagesimum etatis annū agens magistratum hunc nactus est, solum præsit decennium: hac utiq; ratione, ut quis septuagesimum annum excefferit, tantum magistratum non teneat. Hæc igitur tria de legum custodiis præcepta sint, proficiētibus uero legibus quiuis poterit his uiris præcipere quorum maxime curam præter ea quæ modo diximus, habere eos oporteat. Nunc uero nos deinceps de aliorum magistratum defectu dicamus. Post hæc duces exercitus eligendi sunt, eorumq; ministri in bello, magistri equitum, tribuni militum, peditumq; ordinatores, quos merito multorum more præfectos ordinum nuncupabimus. Igitur ipsi custodes legū duces futuros exercitus aliquos ciuitatis huius ciues nominent, approbent uero aut reiiciant hī omnes qui bellis in ætate conuenienti interfuerūt, aut iam interfuerunt. Quod si quis aliquid eorum qui nominati non sunt, nominatorum alicui præstare existimet, ei liceat loco illius nominare alium, si modo prius quod ita iudicet, iure iurando consirmauerit. Et nominatus maiore suffragiorum numero deligatur. Tres autē quibus fauetur plurimum, duces exercitus, bellicarumq; rerum curatores quæadmodum custodes legum comprobentur, qui præfectos ordinum duodecim, unum cuiilibet tribui nominent. Nominare autem non nominatum, eumq; nominato præponere ita liceat hic quoq; ut de militibus diximus. Comititia uero in præsentia anteq; creetur consilium, & præfecti consilio deligant, custodes legum in sanctissimo sufficientissimoq; loco habeant: ubi seorsum pedites & equites sedeant: tertioq; deinceps ceteri, quicūque in armis uersantur. Et in eligendis quidem ductoribus & magistris equitum, omnes suffragium ineant: in præfectis ordinum, solummodo qui scuta ferunt: in tribunis militum, equites omnes. At leuis armaturæ aut sagittariorum cæterorumq; huiusmodi præfectos, ipsi duces exercitus sibi cōstituant. Restat magistrorum equitum designatio, hos igitur illi nominent qui ductores etiam exercitus nominarunt: suffragiumq; feratur similiter. similiter quoq; cōparatio pro nominando fiat. Ferant uero suffragiū presentibus peditibus equites. Atq; duo qui maiori suffragiorum numero defecti sunt, omnibus præsentibus equitibus, disceptationes autem de suffragiis bis fieri liceat. Tertio si quis dubitet, illi suffragia iudicent, qui comitiarum modum in singulos statuere. Consilium triginta constet duodenarijs. Nam distributio huic per sexaginta trecentosq; uitos conuenit. Et in quatuor partes per nonaginta distribuatur: ita ut a cæsis singulis cōsiliarij nonaginta ferantur. Et primum quidē necessarii ferant omnes qui maximo censu sunt: & qui ferre superfederit, pro arbitrio condemnet, postq; uero delati sunt, conscribant. sequenti die à secundo censu eodem pacto ferant, tertia à tertio feratur quicūq; uelit. Necessarium uero sit hoc trium censuū uiris, quartus autē minimusq; census

Quod bene dicitur repetere nō nocet

Maximus census ciuū, quem uult Plato

census à pœna sit liber, si quis eorum ferre noluerit, quarta die ex quarto minimoq; censu omnes ferant, hac cōditione, ut si quis ex tertio uel quarto censu non tulerit, minime damnentur. Sin uero quispiam primi secundiq; uel census ferre neglexerit, condemnetur: ita ut qui secundus census est, in triplo primi damni condemnetur, qui uero primus est in quadruplo. Die quinta magistratus ad omnes ciues descripta efferant nomina: de quibus omnes ferant, qui noluerit, primo damno condemnetur. Eorum uero qui ex omnibus censibus electi fuerint, dimidium, hoc est centum octoginta, sorte ad annui senatus ordinem comprobetur. Sic utique magistratum creatio facta inter unius & populi potestatem erit media. Quarum medium tenere semper oportet rempublicam. Serui enim & dominā amici nunquam erunt. Nec probi & improbi, si æqualibus afficiantur honoribus. Inæqualibus enim æqualia inæqualia fiunt, nisi mensuram accipiant. Nam propter hæc utraq; seditionibus replentur respublicæ. Verus enim priscus ille sermo, ab æqualitate amicitiam procreari, recte admodum & concinne fertur. quoniam uero non satis apertum est quæ nam sit æqualitas qua id efficitur, idcirco nos ualde turbamur. Duæ quippe sunt æqualitates eodem quidem nomine appellatæ, sed effectu in multis pene contrariæ. & alteram omnīs ciuitas legumq; lator sorte disponendo potest in distribuendis honoribus adhibere, eam dico quæ numero, pondere, & mensura est æqualis. Sed uerissimam optimamq; æqualitatem non facile quiuis perspiciet: totius enim iudicium est, & hominibus quidem pauca semper suggerit: quatenus autem suppetit, tam priuatis quàm ciuitatibus bona omnia affert. Hæc sane maiori plura, minori pauciora tribuit, utrisque uidelicet secundum eorum naturam moderata. Atqui & honores, uirtute maioribus semper maiores: minoribus autem uirtute & disciplina, minores: & utrisque secundum rationem, quod decet, impertit. Ea enim certe nobis ea ciuili iustitia, hanc & nos appetere debemus: atque ad hanc ipsam ò Clinia æqualitatem respicere, dum hanc nouam condimus & disponimus ciuitatem, & quisquis aliam instituit, eodem debet in legibus ferendis aspicere. Non autem ad paucos tyrannos uel ad unum uel populi potestatem, sed ad iustitiam semper inspiciendum. Ea est quam modo diximus, æqualis ipsius secundum naturam quotidie inæqualibus distributio. Veruntamen necesse est, ut his duabus æqualitatibus in denominatione similibus ciuitas uniuersa utatur, si tota uelit procul ab omni seditione manere. Æqualitas enim illa laudabilis, & æqua dijudicatio perfectatq; exacti, cum præter rectum iudicium sit, uiolatur & frangitur. Ideoq; æqualitate fortis utiq; eam necesse est ad multorum indignationem penitus deuitandam. Quam in re deum bonamq; fortunam precibus inuocare oportet, ut fors ad id quod est iustissimum dirigatur. Sic igitur necessario utrisque æqualitatibus uti debemus: sed in rebus admodum paucissimis, ea æqualitate cui fortuna opus est. Hæc ita ob hanc causam ò amici, necesse ab ea ciuitate, quæ salutem sit cōsecutura, seruari. Quemadmodum uero nauis in medio pelago, die nocteq; custodibus indiget: ita quoque ciuitas in medio aliarum ciuitatum fluctu posita, uarijs subiecta seditionibus ac semper captiuitatis periculo proxima; perpetua eget custodia. Propterea & ex die in noctem, & ex nocte in diem succedere sibi inuicem magistratus & custodes oportet, ut tradentium suscipientiumq; custodiam successio nunquam desinat. Quorum nihil multitudo celeriter facere potest. Est autem necessarium, ut maxima senatorum pars plurimum tempus permittatur in priuatarum suarumq; rerum administratione uersari: duodecima uero pars eius, in menses duodecim distributione facta, alia post aliam sigillatim custodiat. Quæ unicuique siue ciuitate ipsa siue aliunde uenienti parata sit, seu nunciare quicquam seu interrogare quispiam uelit de his rebus, de quibus ciuitatem oportet uel respondere cæteris ciuitatibus, uel ab eis interrogationum responsiones accipere. Nouarum etiam gratia molitionum quæ sæpe fieri solent: maxime quidem ne fiant, ac si acciderint, ut quàm celerrime sentiat ciuitas, & remedium afferat, quod per cœtum ciuitati præfidentium fieri semper oportet, ut & quæ legibus, & quæ repente ciuitati difficultates accedunt, dissoluant. Hæc oia curet duodecima consilij pars, quiete in menses undecim habitura. Quam quidē custodia hæc cōsiliij pars cōmunitur cū alijs magistratibus, in ciuitate semper agat oportet. Atq; urbana quidē probe hoc pacto ordinata erūt. Totius autē reliquæ regionis quæ cura, quis ordo? An cū ciuitas tota & uniuersa regio in partes xij, sit diuisa, in ciuitate quæ ipsa uiarū, habitationū, edificationū, portuum

Dux æqualitate

portuum, fori, fontium, sacrorum locorum, templorum, ceterorumque huiusmodi omnium constituere curatores oportet. CLIN. Cur non? ATHEN. Dicamus igitur templis aedituos, & sacerdotes tam viros quam mulieres praefici oportere. Ad viarum autem aedificationumque exornandarum curam, ne aut homines iniuriuntur, aut ipsae ferre noceant, sed ut tam in ipso urbis ambitu quam in suburbij, ciuitatibus consentanea quaque gerantur, tres sunt magistratuum species eligenda. Et rerum modo dictarum curatores, apellantur aediles. Qui uero fori uenditionisque curam habebunt, rerum uenaliu[m] curatores. Sacrorum autem, sacerdotes. Et sacerdotia quidem quae a parentibus per successio[n]em seu uiribus siue mulieribus tradita sunt nequaquam mouenda. Si uero aut nullis aut paucis aliqua huiusmodi sunt, quod accidere par est illis qui in nouae ciuitatis habitationem conueniunt, ubi haec desunt, sacerdotes tam uiri quam mulieres & aeditui constituendi sunt. Quae omnia partim delectio[n]e, partim sorte fieri oportet. Atque in omni regione ciuitateque plebs cum illis qui extra plebem sunt, per amicitiam coniungenda, ut maxima sit in omnibus his consensio. Et quae ad sacerdotum creationem attinent, deo committenda sunt, ut quemadmodum illi placet, ita diuina fortuna cui tributum id sit, sortes ferat. In eorum autem qui fortis suffragium assecuti sunt, examinatione, ille est comprobandus, qui integer sit atque legitimus, deinde a domo quam maxime munda: expers quoque, & dis omniumque huiusmodi, quae aduersus diuinam rem committuntur: cuius & pater materque similiter uixerint. Leges autem de rebus diuinis a Delphis petantur, constituanturque illarum interpretes, atque his utendum. Sacerdotium, non diuturnius sit quam annum. Nec pauciores annos quam sexaginta natus sit, qui secundum sacras leges diuinas sufficienter est tractaturus. Eademque de mulieribus sacris, quae & de uiris statuta intelligantur. Interpretes autem ter quatuor ferant tribus ipsae quatuor, ex earum ordine unaqueque tres: ac tribus probatis, qui maiori suffragio delecti sunt, reliquos nouem Delphos mittant, ut ex quaque trinitate unus oraculo delectetur. Comprobatio ipsorum aetasque talis, qualis & sacerdotum dicta est. Hi per totam uitam interpretandi & exponendi habeant potestatem. Et in defuncti uicem quatuor tribus inde alium eligant, unde prior ille defecit. Quaestores & asseruatores sacrae pecuniae in templis singulis, qui uicorum agrorumque ipsis dedicatorum, & fructuum, conductionumque & locationum domini sint, tres de maximis censibus pro templis maximis eligantur, duo pro minoribus, pro medijs maximeque concinnis unus. Qui non aliter quam duces exercitus eligantur & comprobentur. Atque haec in rebus sacris, ut diximus, peragantur. Danda uero opera est, ut quoad fieri potest, nihil sine custodia sit. Ciuitatem quidem curent exercitus duces, ordinum praefecti, magistrum equitum, tribuni, consilij principes, aediles, atque censores, postquam electi suo ordine fuerint. Reliqua regio ita custodiatur. Duodecim in partes aequales pro uiribus regio tota diuisa fuit. Vna itaque tribus parti cuiuslibet sorte data, quinque in annum quasi agrorum curatores tribuumque principes deligat, quorum quisque sua ex tribu duodecim iuuenes habeat, non minoris aetatis quam quinque & uiginti annorum, neque maioris quam triginta. his singulis singulae regionis partes per sortem mensuro tempore tribuantur, ut totius regionis omnes peritiam habeant, biennio autem imperandi & custodiendi curam habeant principes & custodes. Cum primum partes custodiendas sortiti sunt, per menses singulos loca permutent: ad proximum quoque locum, & ad dexteram primum circulariter custodiae principes ducant, dexteram uero plagam appello quae solem orientem spectat. Deinde in altero anno ad sinistram commutentur, ne regionis quo ad unum anni tempus solum periti sint, sed & quid in quolibet tempore in quacunque regionis parte contingat, agnoscant. Tertio autem anno quinque alij agrorum & custodiae principes a primatibus tribuum deligantur ipsorum duodecim curatores. Cura uero & opera singulis in locis talis sit. Primum ut quam maxime aduersus hostium impetum regio munita sit. Foveis ubicunque opus sit effossis turribusque & claustris pro uiribus circumductis, nocere uolentes arceant. Ad haec utique facienda subiugalibus seruisque indigenis utantur, quando minime in suis operibus occupantur, nonnullos ipsis praeficientes loca omnia ita disponant, ut per ea difficile transire inimici possint, amici uero homines, pecudes, iugalia, facile: quibus maxime peruia regio fiat. Diligenterque procurent, ut pluuiales aquae non solum non noceant, uerum etiam conferant ab altis montibus cauas in ualles fluentes, ubi foveis parte

Aediles
Sacerdotes

Quaestores

Fines regionis

parietibusque stagnare eas cogant, ut illic alueis pluuiales aquae combibant, inferioribus locis agrisque omnibus scatebras fontesque aquarum efficiant, locaque isto modo siccissima humore multo salubrius irrigent. Fontes autem & fluuios arboribus aedificationibusque exornent. lucos quinetiam iugi irrigatione & dedicatos dijs agros aquis immisis pinguefacere curent, & metallis humorem scatebrasque adhibeant. Atque ita & abundantia omnia, & templa deorum reddant ornatiora. Ubique autem in his gymnasia iuuenes tam sibi commoda quam senibus praeparant, calidis balneis constitutis, & copiose siccis appollitis lignis, ut & remedium agrotantibus, & lenimen labore defessis beneuole afferatur: quae sane curatio longe melior est, quam medici parum periti medela. Haec omnia caeteraque huiusmodi his locis ornamento utilitatisque sunt, grato quodam cum ludo. Summatim autem circa haec studium huiusmodi sit. Sexaginta uiri singuli a scriptum sibi locum custodiant, non hostium causa solum, sed eorum etiam qui se amicos dicunt. Et si quis inter uicinos ac ciues seu seruus siue liber alicui iniuriam inferat, iudicent in paruis quidem ipsi quinque principes: in maioribus autem decem & septem uiri una cum duodecim, usque ad minas tres de quocunque alter de altero coqueritur. Nemo autem iudex magistratusue sit, qui gesti officij sui rationem non referat: praeter eos qui regum instar finem rebus imponunt. Atque & agrorum curatores, liquid aduersus eos quorum habent curam, contumeliose gerant, inaequaliter onera inferentes, aut ut aliquid ab agricolis accipientes, siue adulatorum largitionibus, quibus iudicium corrumpatur: muneribus quidem adulationibusque capti, opprobrio per uniuersam urbem afficiantur: in alijs autem iniurijs usque ad animam sponte sua uicinis colonisque dent multam. Quod si nolunt in maioribus uel minoribus iniurijs quod debent, persoluere, quia sperent, cum de loco ad locum per singulos menses transeant, iudicium ac poenam effugere, in communi iudicio accusent, & qui damnabitur, duplum reddat ei quem iniuria oppressit. Viuant autem tam principes quam ceteri curatores agrorum duos annos hoc pacto. Primum quidem omnibus communia singulis in locis habeantur conuiuia: qui uero uno die nocteue aut abfuerit aut alibi defuerit, cum nec princeps ita ordinari, neque necessitas ulla coegerit: si quinque uiri eum damnent, scribantque in foro deseruisse custodiam, magnis afficiatur opprobrijs, utpote qui quantum in se est, rem publicam prodidit. Et a quocunque obuiam facto, uolentique caedere, impune caedatur. Omnes autem sexaginta uiri obseruent, ne de principibus aliquis quicquam tale committat: & qui sensit audiuitque si non accusauerit, similiter eademque lege reus sit, qua qui peccauit: ac acriori iuuenum censura punitus in omnibus iuuenum magistratibus contemnatur. Atque haec quidem omnia custodes legum diligenter praueuant: primo quidem ne fiant: deinde ut facta, prout ius postulat, puniantur. Existimare de omnibus hominibus id quisque debet, quod qui nunquam seruiuit, is laude dignus esse dominus nunquam poterit. Ideoque gloriari quicquam oportet magis quod bene seruiuerit, quam quod bene fuerit dominatus: primum quidem legibus, quibus qui seruiunt, dijs seruiunt: deinde senioribus qui honeste uixerunt. Postremo totum hoc biennium custodes agrorum humillimum tenuissimumque uictum usurpent. Itaque duodecim uiri cum quinque congregati inter se sic consultant, quasi serui, quicquid alios seruos non sint habituri. Nam agricolis quidem colonisque non in proprio ministerio, sed in publico solum utantur. In caeteris sic cogitent, ut seruientes sibi ipsi uicturi, aestate praeterea atque hyeme semper armati regionem omnem perlustraturi, ut custodiant diligentius, dum loca omnia nouerint. Nulla quippe cognitio minor haec esse uidetur, qua exquisita ab omnibus regio uniuersa cognoscitur. Atque huius gratia non minus quam uoluptatis utilitatisque alterius, adolecentes alendis canibus, & reliquis uenationi dare operam debent. Hos ipsos studio etiam illo uti oportet, quod ab occultando a nonnullis appellatur. sed siue sic siue agri custodia sit nominanda, siue quomodo cumque aliter quisquam uelit, oportet ut qui ciuitatis suae salutem exoptant, in ea se re pro uiribus diligenter exercent. Sequitur ut de censorum aediliumque electione dicamus. Sexaginta illos curatores agrorum tres sequuntur aediles triperito duodecim partes urbis complexi, qui sane illos imitantur: uiarum urbis curam habent, uulgariumque itinerum, quae a regione in urbem tendunt: aedificationum quoque ut secundum leges omnes fiant. Aquarum praeterea, quas custodes deduci in urbem curant: ut in fontesque liquidissimae sufficientesque ducantur, ac ciuitatem iuuent pariter & exornent. Oportet

Aediles

Qui non seruiuit, non potest esse laudatus dominus
qui legi seruii deo seruit

De aedilibus legendis

Censores

hos esse tales, ut intermissa suorum cura, otium habeant ad publica procuranda. Quae propter quisque à maximo censu quem uelit adilem futurum nominet. Et de sex qui suffragio ceteros superabunt, tres sorte deligant, quibus curae hae sint. Denique comprobati, magistratum secundum praescriptas sibi leges peragant. Censores deinceps, rerum uenaliu[m] curatores, à primo secundoque censu quinque deligantur. Eorumque electio eodem ferme modo quo adilem transigatur. Quippe de decem, qui ceteros suffragio superarint, quinque sorte designentur, & comprobati, magistratus declarentur. Nominet autem quemlibet unusquisque. Qui autem nolet, si accusabitur, drachmis quinquaginta damnatur, atque etiam iniquus existimetur. Comitia communemque cœtum quicumque uelit ingrediatur. atque ad id primi secundique census omnes cogantur. Porro qui de his abfuerit, decem damnatur drachmis. Tertij uero quartique census homines non cogantur. Idcirco qui non interfuit, indemnis sit; nisi forte principes urgente quadam necessitate, adesse omnibus edixerint. Est autem censorum officium, fori ordinem legibus statutum seruare. Fœdium quoque & templorum quae in eo loco sunt, curam habere; ut nequis illic iniuriose quicquam agat. & si fecerit, seruus quidem & peregrinus uerberibus & uinculis poenas luat. Cuius autem à censoribus drachmis centum iure censorio condemnatur. Maiori uero multa usque ad huius duplam isti, nisi ediles quoque adsint, condemnare non possint. Eadem quoque edilibus in proprio magistratu[m] mulctandi & puniendi conditio sit. Nam usque ad minam condemnandi ipsi habeant potestatem. Ad duplam uero multam censorum simul auctoritas requiratur. Post haec musica & gymnastica magistratus duplices utriusque facultatis constituantur; alij disciplinae, alij exercitationis causa. Qui disciplinae praesunt, gymnasiarum doctrinarumque ornatum & descendit ordinem curent: operamque dent ut tam mares quam foeminae in adolefcentia honeste ad ista proficiantur; honeste etiam commorentur. Exercitationis curam habeant in gymnastica & musica ipsi athlotheae qui munera imponunt atque declarant athleticis, ipsi scilicet certatoribus. Atque hi similiter duplices esse debent; circa musicam alij, alij circa gymnasticam. & in gymnastica quidem iisdem pariter in hominum equorumque certaminibus; in musica uero alij in monodia, id est cantu & oratione funebri, & imitatione ipsa, sicut rhapsodorum, eorum scilicet qui decantatorium componunt carmen, citharistarum, tibicinum, ceterorumque talium; alij in chori cantu. Primum igitur in chori ludo, ubi uiri, pueri, & puellae tripudio ceterisque musicae modis exercentur, principes eligendi. Vnus autem illi sufficit princeps, non pauciores quam quadraginta annos natus. Vnum quoque in monodia sufficere arbitramur, qui triginta annos expleuerit, qui & introducat homines in certamen: & de iisdem sufficienter cognoscat & iudicet. At uero principem ordinatoremque chori, sic oportet eligere. Qui huic rei uacant, in concilium proficiantur, multa imposta, nisi accesserint. huius rei legum custodes iudices sint; ceteros si nolint, nemo cogat. Designent etiam qui periti sunt, unaque haec astipulatio seu calculi adijciens, siue minus, ualeat ut peritus uel imperitus sit qui designatur. Qui uero ex designatis decem, ceteros suffragio superauerit, & deinde comprobatus fuerit, unus annuo tempore choro secundum legem praesit. Similiter etiam in monodia & tibicino designatio fiat, electioque et comprobatio; & qui affectus fuerit, eodem modo à iudicibus confirmatus, anno praesit. Deinceps auctores declaratoresque munera in exercitatione gymnastica tam equorum quam hominum, à secundo tertioque censu ita constituantur. Comitiam ingredi trium censuum homines compellantur, minimus autem census liber sit. Et de uiginti qui praeter ceteris suffragio designati fuerint, tres ante alios sorte electi, principes declarentur, quos comprobantium suffragium confirmauerit. In cuiuscunque autem magistratus sorte atque iudicio, si quis reprobatus & repulsus fuerit, alius loco eius eodem ordine designetur & comprobetur. Restat princeps, qui totius disciplinae in his quae narrauimus tam foeminarum quam marium curam habeat. Vnum quoque hunc secundum leges principem esse uolumus: non pauciores natus annos quam quinquaginta, qui legitimos habeat filios, utriusque sexus maxime; si uero minus, alterius sex omnino. Cogitare debet & qui eligitur, hunc magistratum omnium in ciuitate summorum magistratum esse ad modum praestantissimum. In omnibus quippe uiuentibus prima ipsa germina si apte ceperint ad naturae suae uirtutem, uim habent summam ad finem sibi debitum imponendum. Quod & in platis euenit, & in brutis tum syluestribus tum etiam mansuetis, & in hominibus.

Hominem

Hominem autem mansuetum animal esse dicimus. Porro si cum natura felici rectam quoque disciplinam fuerit allecutus, in diuinissimum mansuetissimumque animal solet euadere: sin uero non satis aut non bene fuerit educatus, ferocissimum omnium quae in terris nascuntur, animal redditur. Quamobrem non debet legum conditor rem summopere necessariam pueritiae educationem postponere, sed operam dare in primis, si rem hanc diligenter est curaturus, ut omnium ciuium ad officia quaeque optimus uir eligatur, qui quam maxime pro uiribus educandis pueris praeponeatur. Omnes igitur magistratus praeter senatum & quaestores in Apollinis templum profecti, suffragium clam legum custodibus ineant, deligentes singuli quem optime puerorum disciplinae existimant praefuturum: & qui suffragio superabit, à magistratibus qui delegerunt, exceptis uidelicet legum custodibus, comprobatus: quinquennium praesit. Et in sexto anno alius princeps similiter statuatur. Si quis autem in magistratu publico constitutus pluribus quam triginta diebus antequam munus suum peragat, e uita decesserit, illi quibus id curae est, alium similiter eligant. Sin autem orphanorum tutor mortem obierit, cognati atque affines ex utrisque parentibus usque consobrinos & patruales, qui praesentes sunt, alium intra dies decem constituant; alioquin drachma quotidie mulcentur singuli, quousque orphanis tutorem praeficiant. Sed nulla ciuitas reuera ciuitas erit, nisi debito ordine iudicia fuerint constituta. Iudex autem mutus, qui nec instar arbitri aliquid plus quam litigantes dixerint, in causis discutendis percunctatur, nunquam ad ius declarandum sufficiens erit. Quapropter nec si multi sint, facile unquam bene iudicabunt, nec si pauci & ignaui. Oportet autem semper, ut quod quaeritur ab utrisque declaretur. Tempus autem & mora, frequensque inquisitio, ad aperiendam controuersiam conferunt. Idcirco qui litigant, ad uicinos primum & amicos, & maxime rei de qua quaeritur conscios se conuertant. Quod si per eos non sufficienter fuerit iudicatum: ad aliud iudicium proficiantur. Tertium uero, si per duo superiora reconciliati non fuerint, finem imponat. Profecto iudiciorum constitutiones quodammodo magistratum electiones sunt. Omnem namque magistratum necesse est quorundam etiam esse iudicem. Non tamen iudex omnis necessario est magistratus & princeps: quanquam iudex ea die qua iudicium peragit, quodammodo magistratus est non uilis. Igitur quasi iudices ipsi magistratus aliqui sint, de his iam qui quarunt rerum & quot in unaquaque re esse debeant, differamus. Augustissimum certe iudicium sit quod sibi met aliqui praefecerunt, communi consensu iudicem eligentes. Reliqua iudicia duo sint. Alterum quando priuatus iniuriam à priuato pati conqueritur, eumque in iudicium trahit. Alterum quando reipublicae iniuriam à ciuium aliquo fieri arbitratur aliquis communibus rebus auxiliari conatur. Dicendum est igitur, quos & quales iudices esse oporteat. Primum iudicium commune omnibus priuatis qui tertio inter se litigant, ita fiat. Omnis magistratus tam annui quam maioris temporis pridie calendas mensis illius, quo post aestiuum solstitium nouus incipit annus, in templum unum conueniant. Vbi iurauerunt interposito ex singulis magistratibus ueluti quasdam deo primitias offerentes, unum iudicem deligant, qui optimus esse, & optime atque sanctissime iudicia illo anno redditurus ciuibus uideatur. Ac postquam iudices designati sunt, ab eisdem qui designati, singuli comprobentur. Et si quis reprobatus fuerit, alius similiter eligatur. Comprobati, illi qui per praecedentia reconciliati non sunt, iudicia reddant, & aperte suffragium ferant: audientibus spectantibusque necessario consultoribus, reliquisque magistratibus qui eos declarauerunt. De ceteris autem intersit pro arbitrio quisque. Quod si quis aliquem iniusta sponte sententiam tulisse incuset, apud legum custodes hoc faciat. Et qui damnatus fuerit, dimidiam damni partem iniuriam passo persoluat. Si autem multa dignus maiore uideatur, iudices ipsi, qui condemnauerunt, quid aut pati aut reddere debet uel rei publicae uel iniuriam passo, cognoscant. In publicis autem accusationibus necesse est in primis multitudinem iudicij participem facere. Nam quando aduersus ciuitatem peccatur, omnibus inferitur iniuria. Ideoque merito grauiter patiuntur, nisi ad iudicandum ipsi etiam admittantur. Sed & principium iudicij huius & finis deferri ad populum debet, ex amen autem & approbatio ad tres maximos magistratus, de quibus conueniant litigantes, ac si conuenire nequeant, consilium ipsum electionem utriusque cognoscat, & iudicet. Oportet praeterea priuatorum iudiciorum omnes pro uiribus participes esse. Nam qui à iudi-

Tutores

Iudiciorum
fororatio

Iudex

Arbitri

Praetor

Doctores
arrium
foeminae equorum
mares exerceri
praesit

candi potestate omnino repellitur, is à ciuitate se prorsus existimat alienum. His de causis per ipsas quoque tribus necesse est iudicia fieri, iudicesq; sorte statim in corruptos precibus iudicare. Et demum iudicium illud cuncta definiat, quod intermedium omnino quo ad humanis in rebus fieri potest, esse debere diximus ad eas lites determinandas, quæ nec per uicinos neque per contribules dirimi potuerunt. Verum de iudicijs, quæ magistratus esse nec affirmare nec negare facile sine controuersia quisquam poterit, hæc quasi exterius circumducta descriptio, nonnulla complexa est, nonnulla etiam reliquisse uidetur. Nam iudicialium legum exacta positio atque partitio, longe rectius in calce ferendarum legum locabitur. Quare ad idem tempus has differamus. Ceteri autem magistratus maxima iam ex parte dispositi sunt. Tota uero atque perfecta ciuiliu dispensatio, siue ad unum, siue ad omnes pertineat, non antea liquido declarari poterit, quam tractatio ipsa, principia & sequentia media omnesq; partes suas complexa, ad exitum usque peruenit. quæ quidem in præsentia usque ad magistratuum creationem progressa, ut antea dicitur finis sufficiens est, ita ferendarum legum principium, nec moram aut segnitiam amplius patitur. CL. Quamuis superiora omnia ex animo meo dixeris hospes, multo tamen gratius in præsentia mihi id contigit, quod cum ditorum exitu, dicendorum initium iunxisti. A THEN. Belle igitur prudens seniorum ludus hucusq; nobis sit perusum. CLIN. Pulchrum sane studium uirorum significare uideris. A TH. Consentaneum est. Verum animaduertamus, si hoc tibi quoque ut mihi uidetur CL. Quidnam? & quibus de rebus? A TH. An nescis idem in hac re quod in pictorū facultate contingere? Illa quippe nullum in pingendis animalibus terminum habere uidetur, sed semper in umbrando, & deumbrando, uel quomocumque aliter à pictoribus id uocetur, exornare conatur, nec cessat unquam. Non enim potest fieri, ut ad pulchriora expressioraq; incrementum non habeatur. CL. Intelligo ferme audiens quæ dicis. Nullū enim huius artis usum habeo. A TH. Nihil tibi id obfuit. Sed hac forte nobis allata similitudine sic utamur. Si quis pulcherrimum animal pingere uoluerit, quod non ad peius sed ad melius futuro semper tempore progrediatur, nõne uides cum mortalis sit, nisi aliquem artis successorem reliquerit, qui siquid uel tempore ex animalis abolitum fuerit, instaurare, uel per imbecillitatem artis ab artifice prætermisum adijcere possit, atque ita fulgentius in dies animal reddere, laboriosum illud opus pauco tempore duraturum? CL. Prorsus. A TH. An nõ legislatoris uoluntas hæc tibi esse uidetur? Principio quidem ut leges sibi sufficienter & exquisite pro uiribus conscribantur: deinde procedente tempore, & periculo rerum factis, putasne sic amentem legislatorem aliquem esse, ut ignoret necessarium esse talia sibi multa relinquere, quæ emendatione successoris alicuius indigeant, ne peior quidem sed melior res publica semper ornatorq; efficiatur? CL. Probabile est. Nam quomodo nolle id poterit? A TH. Quacumque igitur uia poterit, tam re quam uerbis alium siue maiorem siue minorem docebit quomodo conseruandæ & corrigendæ leges sunt. nec unquam in his dicendis defatigabitur, nisi ad finem perduxerit. CL. Ita certe. A TH. Nonne id mihi & uobis in præsentia faciendum? CL. Quid ais? A TH. Quoniam leges laturis sumus, & legum custodes creati sumus, nos autem ad occasum uitæ appropinquamus, & custodes isti nobis iuniores sunt, oportet nos, ut diximus, leges ferre simul atq; hos tam legum latore quàm custodes quoad possumus facere. CLIN. Quid nigrum modo id satis fieri queat. A TH. Veruntamen impensius annitamus. CLIN. Nihil prohibet. A THEN. Sic ergo ad eos dicamus: O amici legum cõseruatores, permulta in singulis nos qui leges ponimus, necessario relinquemus, quæ tamen nõ parua erunt, immo & rem omnem pro uiribus exteriore quadam circũscriptioe significabimus, quam quidem impleri à uobis oportebit. Quo uero id facturis uobis respiciendū est, audite. Megillus, egoq; & Clinias hæc inter nos sæpenumero diximus & probe nos dixisse conuenimus. Vosq; rogamus ut & indulgere nobis, & imitari quasi discipuli magistratos uelitis, ad ea ipsa respicientes, ad quæ legum custodi & latori respiciendum concorditer nos consensimus. huius cõsensio nis unum est caput, ut homo bonus efficiatur, habens uirtutē animi hominis propriam, studio aliquo partam, aut usu, aut certa quadã a deptione, uel cupiditate, uel opinione, uel aliquo genere doctrinarum, seu masculus sit, siue fœmina, siue iuuenis, seu senex. Atq; ad hoc ipsum quod dicimus, quisq; per totam uitam omni studio tendat, cætera quæ impedi

mento

mento huic rei sunt, negligens. Pro patria præterea, si necesse est, mori paratus sit, antequam uelit aut euerfam uidere ciuitatem, iugoq; seruitutis subiectam à peioribus gubernari, aut fuga ipsam deferere. Quippe extrema omnia subeunda sunt potius, quàm in eam gubernationem ciuitas commutanda, quæ peiores solet homines facere. In his iam pridem nos consensimus, & nunc uos ad hæc utraque respicientes, laudate leges & uituperate. Eas inquam uituperate, quæ hæc assequi minime possunt, eas quæ possunt, amate: libenterq; illas amplecti, in ipsis uitam agite. Cætera uero studia quæ alio tendunt, & ad uulgaria bona respiciunt, spernite. Sed initium sequentium legum, hoc nobis sit à sacris exorsum. Oportet primum repetere quod numerus quinque milium & quadraginta partitiones commodas habuit, atq; habet, tum totus ipse numerus, tum qui per tribus ipsas porrigitur, quem totius partem duodecimam posuimus, unam & uiginti uigesies relictissime natam. Atque ut totus numerus duodecim constat partibus, ita tribus ipsa in duodecim scinditur. Singulas itaque partes sacrum esse dei munus existimare debemus, cum & menses & circuitum uniuersi sequantur. Quapropter & ciuitatem omnem ducit, quod ipsis innatum est, ad eas sacrandas. Alij forsitan rectius quàm alij partiti sunt, ac dijs partitiones suas feliciter dedicauerunt, nos autem nunc rectissime arbitramur quinque milium & quadraginta numerum elegisse, qui omnes ab una usque ad duodecim decisio nes habet, undecimo numero solum excepto, qui minimo quodam remedio redintegretur. Restituitur enim si duæ ad alteram partem domus accesserint. Hæc uera esse, sermo nequaquam prolixus in otio demonstraret. Credentes igitur præsentis sermoni & rationi, distribuamus, & unicuiq; parti deum uel deorum filium inuocantes aris cæterisq; huiusmodi dedicatis, in sacrificijs conuentus duos singulis mensibus faciamus, ut duodecim singularum tribuum, & duodecim ciuitatis distributioni accommodentur. Hæc deorum primo diuinorumq; colendorum gratia ita fiant: deinde amicitia quocq; & cognitionis alteræ, & communis denique consuetudinis gratia, quæ ad matrimonia cõficienda summo opere necessaria est: ut sublata ignorantia, nemo in his quoad fieri potest decipiatur: sed quisque cui collocat, & quam à quibus ducit, agnoscat. Necessarie admodum huius rei gratia, ludi etiam chorici puellorum & puellarum simul fieri debent, nudatis corporibus quatenus modestus pudor patitur, ut cum ratione in ætate conuenienti, conspiciant alterutrum atq; conspiciantur. Quæ quidem omnia curent, ornentq; chori principes, & cum legum custodibus conditores, ut à nobis relicta suppleant. Necesse namq; ut diximus, in his præsertim quæ multa paruacq; sunt, nonnulla in prima positione legum prætermitti, quæ magistratus sequentes usu rerum commoniti, quotannis mouebunt & corrigent, donec tempus illud aduenit, quo instituta hæc discussa & approbata sufficienter fuisse uideantur. Tempus autem ad hoc periculum faciendum, moderatum & sufficiens decennium erit, quo ad sacra & choreas, ad omnia denique atque singula. Quæ quidem per experientiam emendatio, uiuente legum latore, communiter cum illo fiat. Si decesserit, singuli magistratus ad legum custodes de sui magistratus defectu referant, emendentq; donec approbationis finem suum nata singula uideantur. Tunc demum ratas hæc leges habeant, eisq; unã cum alijs quæ ab initio legislator conscripsit, utantur. In quibus nihil unquam sponte mouebunt. Siqua uero necessitas aliquãdo urgere uidebitur, de hoc unã consultet magistratus omnes, & populus uniuersus, & omnia deorum petantur oracula. Si horum omnium unus erit consensus, moueant aliter uero nunquam, sed unus qui prohibet, uincat secundum legem. Quando cunq; igitur aliquis quinque & uiginti annos iam natus, alios aspiciens, ab alijsq; aspectus, aduenisse sibi credit conuenientem animo suo, atq; decentem societatem ad communionem generationemq; liberorum, intra quinque & triginta ætatis annos uxorem ducat. Quo autem pacto decorum illud & aptum querendum sit, in primis audiat. Oportet enim, ut ait Clinias, ante leges proprium singulis exordium ponere. CLIN. Oportune meministi hospes, tempusq; commodum orationi cepisti. A TH. Probe loqueris. Dicamus itaque sic: O fili, qui ex bonis parentibus ortus es, eas nuptias sequi debet, quas prudentes uiri honestas ducunt. Qui sane monerent, nec pauperum fugere, neque diuitem affinitatem sectari præcipue oportere: sed cæteris paribus pauperiorem semper honorare, cumq; ipso societatem inire. Nam & ciuitati & familijs quæ iunguntur, id conducit. Quippe quod moderatum est & medio cre, immoderato &

Pro patria moriendum

De uxore ducenda

Quæ ætate uxorem ducenda sit uiro

Quæ nuptiæ sint contrahenda

excedente mirum in modum ad uirtutem praestat. Ergo quicumque ferocioris uelocioris quam oportet ad agendum animi sibi conscius est, is det operam oportet, ut quam quietissimorum parentum filiam ducat: & qui contra natura affectus est, contrariam sibi asciscat affinitatem. Sed una tandem sit communis ratio nuptiarum, ut quisque non iucundissimum sibi, sed ciuitati utile ineat matrimonium. Etenim singuli semper ad sibi simillimum natura feruntur. Vnde ciuitas tota & diuitijs & moribus inaequalis quam maxime redditur, ex quibus quae minime nobis euenire uellemus, maxime ciuitatibus plurimis accidunt. Sed si haec per rationem lege euenciremus, ne diues diuitis, aut potens potentis societatem admittat, cogemusque uelociores animo cum tardioribus, & tardiores contra cum uelocioribus copulari, non modo ridicula nostra oratio uideretur, sed & iram multitudini concitaret. Non enim intellectui facile est, quod ciuitas similis esse debeat paterae, in qua merum quod primo infusum bullit, statim alterius dei sobrietate castigatum, atque optime temperatum, bonus & moderatus potus efficitur. Quemadmodum uero id in mixta filiorum procreatione fiat, nemo, ut breuiter dicam, potest conspiciere. Quamobrem non lege cogendi, sed persuasione inducendi ciues, ut aequalem temperatamque liberorum suorum generationem pluris faciant, quam opulentissimae affinitatis aequalitatem: Et eum qui in connubio pecunijs inhiaat, non lege scripta arcere debemus sed opprobrijs & increpationibus absterere. Ad nuptias igitur ut decet celebrandas & haec exhortantur, & illa quae in superioribus diximus, asserentes oportere, filiorum filios relinquendo, nostros uidelicet in diuino ministerio successores, naturam assequi sempiternam. Haec omnia atque etiam plura quis de nuptijs inuendis exordiendo recte diceret. Si quis autem sponte non pariat, & alienus ab hoc consortio uiuat in ciuitate, & sine connubio quinquae & triginta egerit annos, singulis annis, si de maximo censu est, drachmis centum mulctetur: si de secundo, septuaginta: si de tertio, sexaginta: si de quarto, triginta. Quae quidem pecunia Iunoni consecranda est. Si quis autem singulis annis non persoluerit, decuplum debeat. Cuius pecuniae exactor sit dea ipsius quaestor: ac nisi exegerit, ipse debeat, atque huius rationem referre quisque debeat. Sed pecunijs quidem qui nolit uxorem ducere, ita mulctetur, honore autem sic. Primum honores nullos a iunioribus conlequatur, nec iuuenum ullus aliqua in re sponte ipsi obtemperet. Deinde si aliquem cadere ausus fuerit, quilibet aduersus ipsum insurgat, & ei auxilium ferat, qui accepit iniuriam. Si quis autem praesens hoc non fecerit, timidus malusque ciuis a legibus habeatur. De dotibus uero dictum est prius, & modo rursus dicatur, aequalia pro aequalibus esse. si quidem neque qui acceperit, neque qui dederit, pecuniarum inopia consenescet. Necessaria enim in hac ciuitate ab uide omnibus sunt. Mulieribus praeterea contumeliosus factus minor erit. Minor & uiris humilis illiberalisque seruitus. Qui paruerit, unum sane hoc agat praeculare. Qui uero non paruerit, sed aut dederit aut acceperit quod quinquaginta drachmas excedat uestimenti gratia, alius minam, alius tres semiminas, alius minas duas, & qui censum habet supremum tantundem rursus persoluat arario, & quicquid datum fuerit uel acceptum, Iouatque Iunoni consecratur. Huius pecuniae exactores esse uolumus horum deorum quaestores, quemadmodum modo dictum fuit, cum de his qui nuptias fugiunt, loqueremur, quod ab eis debetur, esse a Iunonis quaestoribus exigendum. Qui si neglexerint, de suo persoluant. Fideiusio autem primum patris firmissima sit, aui deinde, tertia fratrum ex eodem patre natorum. Si nullus istorum superstes sit, tunc ex parte matris similiter fideiusio ualeat. Si uero insolita contigerit desolatio, propinquoque agnati atque gentiles una cum tutoribus fideiubeant. Si qua uero sacra initiatio, aut diuina alia exipatio ad futura uel praeterita uel praesentia in nuptijs agenda uideatur, diuinorum interpres consulant, putentque si illis paruerint, moderate singula peregrisse. Ad nuptiale uero conuiuium non plures quam quinque amici & amice quinque ex latere paterno uocentur: ex cognatis & propinquis totidem. Impensa secundum diuitias fiat. Ditissimus minam expendat, alius semiminam, deincepsque proportione seruata, quo decreuit census, decrecat similiter & impensa. Qui legi parat, laudetur ab omnibus. Sed eum qui non obtemperat, damnent custodes legum, tanquam a decoro alienum, legisque sponsalium Musarum prorsus ignarum. Bibere ad ebrietatem usque, nec alibi unquam decet, praeterquam in solennitatibus eius dei qui largitus est uinum, nec tutum est, maxime uero connubio conuicti

Quanta pecunia mulctetur qui ducere uxorem resugit

De dotibus

Conuiuium nuptiale

sponsus & sponsa tunc mentis compotes esse debent, quando non paruam ineunt uitae mutationem, praesertim ut ex quam maxime moderatis semper generatio fiat. Ferme enim incertum est quae nox aut dies cum deo ipsam peragat. Quare ut solidus, stabilis, & quietus conceptus fiat, non oportet corporibus ebrietate diffusis, dare operam liberis. Qui autem uino refertus est tam animae quam corporis rabie concitatus, quouis & trahit & trahitur. Idcirco ebrius tanquam mente captus, ad ferendum est inutilis. Nempere uerisimile est cum foetus inaequales, instabiles, obliquos tam membris quam moribus procreare. Quamobrem per totam quidem uitam, & maxime quamdiu generationi uacat, abstinebit quisque, cauebitque ne faciat, uel quae suapte natura & sponte morbos inducunt, uel quae ad petulantiam iniuriamque declinant. Haec enim in animos & corpora nascentium necessario translata illic imprimuntur, peioresque inde nascuntur. Sed praecipue die illo ac nocte a talibus abstinentium. principium namque & numerum hominibus insitum, si conuenient sibi a singulis munere ipsius uentibus honore afficiatur, omnia seruat. Oportet autem alteram ex duobus sortem domibus a parentibus separatam quasi ad puliorum generationem educationemque, sponsum existimare, atque ibi nuptias celebrare, ubi sit cum liberis suis habitaturus. Nam si quoddam in amicitijs desiderium inest, mores omnes quasi glutino quodam connectit & uincit. Consuetudo autem satura, neculsum habens per intermissionem temporis desiderium, alterum ab altero satietate disungit. Quapropter parentibus utrisque affinitibusque relictis, seorsum quasi ad coloniam proficiscantur, ac uicissim seipsum respicientes habitent, liberos generando, & educando, & uitam quam ab alijs acceperunt a se quasi taeas ardentibus alijs tradant, deos semper secum leges colentes. Post haec considerandum est, quarum rerum maxime honesta possessio sit. In plurimis quidem seculi cognoscendis siue comparandis & possidendis, nulla est difficultas. In seruis autem id omnino difficile. Causam uero, & recte quodammodo & non recte rursus de ipsis dicamus. Nam & contra usum & iterum secundum usum de seruis uerba dicuntur. MEG. Quo pacto id dicimus? Non enim intelligimus hospes quid modo dicere uelis. ATHEN. Non iniuria o Megille. Ferme enim illa Lacedaemoniorum seruitus, quam Hilotiam uocatis, praeceteris graecis maximam dubitationem & contentionem facit, cum alijs bene, alijs contra instituta uideatur: Heraclidarum uero minorem quam Mariandynorum dispositionem habet: postremo seruilis apud Theffalos turba est. Haec utique & huiusmodi omnia respicientibus, quid de seruorum possessione agendum est? Hoc certe mihi nunc excidit, & tu merito me interrogasti quid dicerem. Hoc autem huiusmodi est. Scimus profecto quod fatemur omnes, seruos quam beneuolentissimos atque optimos habendos esse. Multi enim iam serui quibusdam meliores ad uirtutem omnem quam fratres & filij, domos rem dominorum omnem & dominos ipsos seruant. Haec de seruis praedicari non ignoramus. MEG. Certe. ATH. Contra etiam dicit, nihil in animo seruiente integrum inesse, nec quicquam seruorum generi esse credendum. Quod & sapientissimus poetarum testatur nobis, cum de Ioue sic loquitur: Dimidiu metis Iupiter illis aufert, qui seruitutis sorti subiecti sunt. Haec itaque adeo diuersa de seruis homines cogitantes, alij nihil generi seruorum credunt, sed stimulis atque uerberibus quasi ferarum naturam, non ter tantum, sed saepius ministrorum animos seruales efficiunt. Alij contra omnino faciunt. CL. Ita est. Sed cum tam diuersa de seruis homines sentiant, quid nobis hospes hac in nostra regione de possessione castigationeque seruorum est agendum? ATH. Per spicuum mihi uideatur o Clinia, quando difficile domatur homo, & ad necessariam distinctionem serui a libero & domino re ipsa deduci aegre patitur, difficile possessionem hominis esse. Quod exemplo in crebris Messeniorum rebellionibus patuit. Ciuitates praeterea quae multos eiusdem linguae seruos habent, planum fecerunt, quot quataque hinc mala seruantur. Piratarum quoque furta & latrocinia, quae maxime circa Italia abundabant, hinc oriuntur. Quae omnia si quis animaduertat, quid de his faciendum sit, dubitabit. Duae igitur solummodo restant uiae, ut qui facile seruituri sunt, nec eiusdem patriae sint, & quam maxime fieri possit, inter se distanti. Educanturque recte, non solum ipsorum gratia, sed dominorum multo magis. Est autem recta horum educatio, ut nulla ipsis contumelia inferatur, iniuriaque his multo minus sifleri possit, quam aequalibus inferenda. Liquidum enim cognoscitur qui natura non sicte iustitiam colit, oditque reuera iniquitatem, quam cauet

Ebrietas uitanda

De seruis

Difficile possessionem hominis esse

ne ijs iniuriam faciat, quibus facile potest. Qui ergo circa mores actionesq; seruatorum nihil unquam facit impie, nihil iniq; atq; ita in his se seruat immaculatum, ad producendas uirtutis fruges erit aptissimus. Idem quoq; de domino, & tyranno, omnique potentia re aduersus imbecilliores recte dici potest. Castigandi cadendiq; semper iure sunt serui, neque ita monendi ut liberi, ne molliores fiant. Alloquitio omnis ad seruos quodam modo imperium sit, neque iocus ullus cum ipsis seu foeminis siue masculis habeatur. Quod multi stulte facientes, dum delicatius eos nutriunt, difficiliorem uitam & sibi ad imperandum, & illis ad obediendum reddunt. CLIN. Recte loqueris. ATHEN. Hoc igitur pacto seruos quisque & numero & facultate ad singula uitae ministeria aptos habeat. Verum post haec habitationes oratione describenda sunt. CLINIA. Prorsus. ATHEN. Ad no- uam profecto ciuitatem, & antea nullis hominibus habitamam, in primis aedificia procu- randa sunt, & modus templorum murorumq; habendus. Quae sane nuptias praecedere debebant, o Clinia. Sed quoniam uerbis nunc agitur, ita nimirum licet ponere. Quando uero rem ipsam aggrediemur, haec ante nuptias si deus uoluerit, collocauerit, reliqua dein ceptis omnia peragemus. Nunc autem tanquam in figura quadam haec breuiter percurre- ramus. CLINIA. Fiat. ATHEN. Vrbs quidem tota in circulum in locis sublimibus de- ducatur, ut & munitior sit & mundior. Tempora circa forum struantur. Iuxta haec magi- stratum iudicumq; palatia, in quibus quasi sacratissimis iustam & accipient & ferent sententiam, partim quidem tanquam de rebus sacris iudicatur, partim uero tanquam iu- dicantium deorum ibi sint delubra. Ibi etiam iudicaria domicilia, in quibus de homini- bus, caeterisque capitalibus iniurijs iudicatur. De muris autem o Megille Spartiatas ego consentio, murosq; in solo iacere facile patiar. Probe enim poeticum illud laudatur, quo aeneos & ferreos magis muros quam terreos condere admonemur. Apud nos uero id in- super ualde ridiculum est, quod singulis annis in agrum iuuenes emittantur, qui caueis, so- ueis, aedificijsq; confectis, longe hostes a finibus arceant. Et muros quidem circumduci- mus, quod primum ad sanitatem ciuibus nihil confert: deinde animos ciuium demollire & enervare consuevit. Efficiunt enim, ut facile intra eos se recipientes, hostes minime su- gent, putentq; se non diurna nocturnaq; custodia uigilantes, sed murorum septo & uallo dormientes saluos fore, quasi ad desidiam nati sint, ignorantes certe quietem a laboribus originem trahere, atq; e turpi otio & negligentia nasci labores solere. Veru si muris aliqui- bus muniti homines sunt, sic ab initio priuatae domus quaeque condantur, ut tota urbs aequalitate & similitudine unus sit murus, habeantq; domus omnes sic tutum ad uias adi- tum. Quae certe dispositio, & intuentibus erit grata, cum domus unius figuram tota ciui- tas habeat, & ad custodiae facilitatem erit longe omnium commodissima. Haec ita a prin- cipio construi, qui habitaturi sunt ciues, maxime curent. Aediles quoque provideant, & eos qui negligunt multa compellant. Curentq; ut urbs quam mundissima sit, nec a pri- uatis unquam patiantur aut aedificando aut fodiendo publicum aliquid occupari. A qua rum etiam pluuiarum, ut abunde & facile defluant, curam habeant; Item omnium qua- cunque uel in ciuitate uel extra sunt habitanda. Sed haec omnia & caetera quae a legi- bus praetermissa sunt, legum custodes usu docti ordinent. Postquam uero haec, & cir- ca forum aedificia, & gymnasia, & theatra spectantium, & docentium discipulorumq; domi- cilia disposita sunt, ad ea quae nuptias sequuntur, in ferendis legibus deinceps pergamus. CL. Sic est faciendum. ATH. De nuptijs igitur ita ut diximus o Clinia res se habeat: post- quas uiuendi regula quae filiorum procreationem praecedat, non breuius quam annuitem- poris sequitur. Sed qua ratione in praestantissima ciuitate sponsum sponsumq; conuiuere de- beant, facile dictu non est. Immo uero cum multa in superioribus difficultia sint, quae de his dicenda sunt, difficilius cunctis uulgus accipiet. Quod tamen uerum rectumq; uide- tur, dicendum etiam o Clinia. CL. Dicendum omnino. ATH. Quicumq; itaque publi- ca solum atque communia censet legibus ordinanda, propria uero etiam quae necessaria sunt, non curat, ac licentiam singulis quotidie uiuendi, ut uolunt, praebet, neq; certo ordi- ne putat omnia facienda, sed priuatis neglectis, publica & communia secundum legem gesturos homines opinatur, non recte opinatur. Quorum haec: Nempe quoniam oportet re sponsum asserimus reipub. nostrae non minus nec aliter alijs temporibus quam ante nu- ptias in comestatione publica uiuere. Mira quippe res quando apud uos primum comest- atio

De habitatio- nibus

Situs urbis

De muris

Quies a labo- ribus originem trahit

Ex turpi otio nascitur labores

De modo ui- uendi sponsum sponsumq;

fatio instituta est, uisa fuit, quam uestri bello uel alia re huiusmodi in hominum calamitate coacti instituerunt: cumq; propter necessitatem uisi fuissent, plurimumq; ad salutem con- fere res uisa periculo esset, legibus statuta est. CLIN. Videtur. ATHEN. Mirum igitur id fuit, imperantibusq; primo arduum. Quod nunc si quis ita lege sancire aggrediatur, minus certe erit difficile factu. Verum quod deinceps sequitur, & dictu & factu arduum est: quod quamuis nusquam fiat, tamen si alicubi fieret, recte utiq; fieret, sed tale est, ut in eius descriptione legislator sicuti ludentes ignem dissecare, & alia quaeuis impossibilia aggre- di uideatur. CLIN. Quid istud est hospes, quod dicere adeo formidat? ATH. Audiatis iam, ne longiore uos mora frustra detineam. Quicquid enim in ciuitate legis ordinisq; est De bene & particeps, cuncta ex eo bene procedunt. Quae uero ordine carent, uel male ordinata sunt, male ordi- ca etiam quae bene sunt ordinata, confundunt. Quod huic quoque rei accidit. Nam uo- natis bis o Megille & Clinia praecare, & ut dixi mirifice ex diuina quadam necessitate uiro- rum constituta est comestatio. Foeminarum autem comestatio non probe relicta in tene- bris iacet. Quod quidem genus aliud hominum est & differens: nobisq; occultius & uer De ingenio- sarius natura est propter imbecillitatem; atque ita minus ordinari potest. Idcirco cessit le- & natura- gislator, neq; recte praetermisit. hoc enim praetermisso, multa nobis corrumpuntur, quae feminae longe melius se haberent quam nunc, si hoc ipsum fuisset legibus ordinatum. Non est enim res muliebris, si iacere inordinata relinquitur, humanarum rerum, solum ut uideri posset, dimidium: sed quanto natura sua inerior est ad uirtutem quam uisilis, tanto excedit, ut plus quam duplum esse uideatur. Repetendum igitur hoc, & corrigendum, omniaq; foe- minis cum uiris communia ad ciuitatis felicitatem studia constituenda sunt. Nunc uero sic infelicitate ad hoc humanum ducitur genus, ut non sit prudentis, huius rei mentionem in alijs regionibus & ciuitatibus facere, ubi nunquam comestationes publicae conspe- ctae sunt. Unde igitur quisquam non ridicule ad manifestam cibi potusq; assumptionem mulieres cogere posset? nihil est profecto quod molestius iaturum genus hoc uideatur. Nam cum timide & obscure degere consueuerint, latorem legis in lucem conantem edu- cere omni reluctance repellent. Hoc inquam genus alibi quidem quemadmodum di- xi, nec orationem ipsam recte dicentis, sine ingenti reclamacione audiet, hic autem forsi- tan sustinebit. Quare si uobis quoq; uideatur, collocauerit gratia, ne disputatio de repub- lica manca relinquantur, dicere uolo quam bona decensq; res haec sit. Si uobis placet in- quam, aliter uero dimittam. CLIN. Mirum in modum hospes audire desideramus. ATH. Audiamus iam igitur. Sed ne admitemini, si rem altius repetere uisus fuero. Nam otio abundamus, neque aliud quicquam nos urget, quo minus omnia undiq; quae ad le- ges spectant, consideremus. CLIN. Recte loqueris. ATHEN. Prima itaq; repetamus. Scire omnes oportet, hominum generationem uel nullum prorsus unquam initium ha- buisse, neq; terminum habituram, sed fuisse omnino semper & fore: aut si coepit, inextima- bilitatem ante nos temporis magnitudine incepisse. CLIN. Plane. ATH. Nonne per omnem Saecula & mo- res ante acti terram, urbes multas conditas arbitramur atque destructas, & diuersa praecessisse homi- num studia, partim cum ordine, partim etiam sine ordine? Cibi item potusq; & uescendi condiendiq; usus quam plurimos, & mutationes temporum uarias, in quibus animalia diuersis modis transmutata fuisse credendum? CLIN. Nihil prohibet. ATH. Quid porro? Vites putamus coepisse olim cum non essent? similitertq; oliuas, & Cereris atq; Proserpi- nae munera, quae Triptolemus aliquis ministrauerit? Animalia uero, tempore quo ista non erant, nonne sicuti modo, alteru ab altero deuorabantur? CL. Proculdubio. ATH. At uero quod ad sacrificia pertinet, homines ab hominibus sacrificari apud multos uidemus: con- trarium etiam de alijs audimus, sicuti quando nec bouillas quidem carnes gustare aude- bamus, nec animalia dijs immolabamus, sed liba & fructus melle madentes, caeteraq; hu- iusmodi sacrificia pura dijs offerebantur. Carnibus autem abstinebant. Nam uesci carni- bus, & deorum aras polluere sanguine, impium uidebatur. Ita Orphica quaedam uita tunc Orphica uita uigebat. Inanimatis quippe omnibus uescabant, & ab animalibus omnibus abstinebant. CL. Feruntur haec passim, ut dicis, & ualde credibilia sunt. ATH. Sed quorsum haec a no- bis omnia dicta modo sint, forsan aliquis percontabitur. CL. Probe o hospes id coiecitisti. ATH. Propterea si potero Clinia, quae sequuntur deinceps, declarare conabor. CL. Dic- iam. ATH. Trina quadam indigentia, atq; cupiditate omnia hominibus dependere per- spicio

De bene & male ordi-

De ingenio- & natura- feminae

Saecula & mo- res ante acti

Orphica uita

spicio, in quibus si recte dicantur, uirtus, sin contra, uitiū nascitur. Harum duæ sunt in animalibus statim natis cibi potusq; cupiditates. Ad quæ cum omne animal innatum habeat appetitum, impetu rapitur, nec uerba illius auscultat, qui monet aliud agendum esse, quam ut horum cupiditates uoluptatesq; expleantur, & dolores contrarij deuentur. Tertia uero nobis indigentia ingens, & cupiditas acutissima, quæ ad propagationem generis inest, posterius quidem innascitur, sed ardentissimo furore & maxima petulantia homines urit, & agit. Hi tres morbi ad id quod iucundissimum dicitur, rapientes, ab eo ad id quod optimum est, tribus maximis rebus uertendi sunt, timore, lege, uera ratione. Quibus cum Musæ & dii certatorij adhibeantur, ut incrementum & affluentia hoc pacto extinguantur. Procreationem quidem liberorum post nuptias collocare debemus. Post ipsam uero procreationem, educationem & disciplinam. Sic enim forsitan procedente oratione lex quæque in priora progressa, in comessationes denique perducetur, quando in cœtus & communiones huiusmodi peruenerimus: atque utrum uiris solis an etiam mulieribus hæc communes imperandæ sint, tunc planius conspiciemus, cum propius accesserimus, & quæ illas præcedere debent, necdumq; lege disposita sunt, suum digesta in ordinem, ipsis præposuerimus. Ita sane ut modo dicebam, comessationes acutius in spiciemus, conuentioresq; de illis leges trademus. CLIN. Scite loqueris. ATHEN. Teneamus itaque memoria, quæ modo dicta sunt. Fortè enim usui nobis quandoque erunt. CLIN. Quæ tenenda iubes? ATHEN. Ea quæ cibi, potus, uenerisq; uocabulis appellauimus. CLIN. Fiet omnino hospes ut iubes. ATHEN. Præclare quidem. Sed ueniamus ad rem sponsalem, & sponsum ac sponfam quomodo liberi procreandi sunt, doceamus, ac nisi persuaserimus, legum quarundam positione minemur. CLIN. Quo pacto? ATHEN. Cogitare omnino sponsum & sponfa debent, quo pacto quam pulcherrimos, & optimos ciuitati liberos poterunt procreare. Omnes autem homines qui communiter aliquid operantur, quando cunque & ad se inuicem & ad opus ipsum intendunt animum, bene & pulchre omnia faciunt. Si uero uel non habuerint mentem, uel nõ adhibuerint, contra. Quare sponsum ad sponfam procreationemq; liberorum animū uertat, & sponfa similiter ad sponsum, atq; ad opus in eo tempore præcipue, quo adhuc non genuerūt. Harū rerum curam habeant mulieres siue plures seu pauciores, prout placuerit principibus electæ. Quæ quotidie in Lucinæ congregentur tertiam horæ partem commoratur, atq; ibi alijs aliq; nuncient, si quem uirum mulierem uel illorum qui matrimonij copula africij gignendi habent facultatē, aliõ intendere animū uideant, quam ad ea quæ in sacrificijs nuptiarum iussa fuerunt. Procreatio autem liberorum, & eorū qui illi uacant obseruatio, decennium non excedat, quādo ad sit generandi fœcunditas. Si quæ ad id tempus infœcundæ perseuerauerint, cõsilio cum propinquis & mulieribus harū rerum curaticibus habito, prout commodum utriusq; est, disiungantur. Si qua uero de utriusq; commodis acciderit altercatio, de ce de legum custodiibus delecti, quos ipsi uoluerint, cognoscant. Sed & mulieres ipsæ iuuenum domos ingressæ, partim monitis, partim minis ab inscitia ipsos & delicto depellant. Quod si nequeant, legum custodiibus nuncient, atq; illi id curent. Qui si prohibere non potuerint, rem ad populum deferant, & scriptis errantiū nominibus, iureiurando affirmant se illos mulieres facere nõ potuisse. Et qui scripto delatus est, nisi accusatores cõuicerit, infamis sit: nec nuptijs procreandisq; liberis ulterius det operam. Ac si id tentauerit, liceat cui libet cadere ipsum impune. Eadē sint & mulierum pœnæ. Expertes enim muliebrium degant honorum, nec ad nuptias partusq; liberorū profectæ recipiantur, si in iudicium arcessitæ damnatæ etiam fuerint. Si postquam secundum leges filios procreauerint, alienæ quicquā uxori coniungitur, uel mulier uirõ, illis scilicet ad huc generantibus, pœnis eiusdem subiacent, quibus & dum ipsi gignebāt. Sed uiri & mulieres post liberorum procreationem caste uiuentes, in his omnibus summo opere honorētur: qui contra, uituperentur. Si contigerit ut plures in rebus eiusmodi moderate se gerāt, quæ præcepimus silentio sine scriptis legibus habeantur, & fiant: si autem plurimi se minime continebunt, legum conscriptione declarentur, & ad eorum normā de singulis huiusmodi iudicetur, atq; agatur. Vitæ totius initium primus annus, omnibus est, quem in facellis paternis ut uiuendi initium tam puero quam puellæ, scriptum esse oportet. Ascribatur autem in pariete dealbato in una quaq; tribu, ut qui ad magistratus idonei sunt, an-

norum

norum numero constet: & cuiusq; tribus uiuentes homines scribantur semper, & naturæ cedentes similiter deleantur. Nuptiarum tempus puellæ sit à sexto decimo in uigesimalum, idq; sit longissimum tempus ad hoc institutum. Masculo à trigésimo ad quinquagesimalum. Belli ab annis uiginti ad sexaginta in uiris; in mulieribus postquam filios pepererunt, usq; ad quinquagesimalum ætatis annum. In quibus obseruandū est, ut ad eum belli usum potissimum qui & possibilis eis sit & decens, accipiantur.

Ætas maris & mulierum

ARGUMENTVM MARSILII FICINI IN DIALOGVM SEPTIMVM DE LEGIBVS.

REGREDITVR Plato in septimo rursus incomparabili diligentia ad prima ætatis tenebre rudimenta, immo uero progreditur. Nunquam enim, ut ita dixerim, ab hoc ipso digreditur in dicans totum reipublice bonum aut malum, in bonis aut malis moribus priuatorum, atque hos præterea omnes in bona uel mala ætatis primæ educatione consistere. Præcipue uero id efficit in primis statim libris, atque hoc iterū septimo, utroque pictor diligentissimus. Sed ibi quidem adumbrando: hic uero, ut pictor um more dixerim, colorando. Rursus ibi eiusmodi diligentiam proœmium legum nulli haberi, hic uero figuram iure substantiam legum antecedentem. Leges enim scriptas fore irritas inquit, nisi eiusmodi præcesserit diligentia. Ibi præterea simul & hic post puerilem ad iuuenilem deinceps atq; uirilē progreditur disciplinam. Neque ab re post nonnullas sacrorum leges in superioribus ad nuptiales euestigio processisse leges quasi sacras, ut diuini animalis ortū auspicaretur à sacris. Mox uero post connubia ad formandos pueros se accingit, nec natos tantum, sed & nascentes, immo etiam nascituros, non minus in hac ipse seminis humani cultura, sagax, prouidus, & accuratus, quàm in frugum seminibus agriculor. Quorsum uero spectare censet, quod ait in re muliebri multo plus discriminis esse, quàm uirili? Item mulieres abstinere à uino oportere qua nocte generandi sint filij, immo etiam & proximo præcedenti tempore, & toto conceptionis anno ab omnibus animi perturbantibus hæc proculdubio eo spectant, ut nihil exactissime curæ ad humanam culturam spectantis prætermittatur. Animaduertes autem ex his Platonem existimauisse, non uirum tantum, sed etiam mulierem in filiis generandis uicem agentis causæ obtinere. A quo quamuis quodammodo dissentit Aristoteles, consenserunt tamen plurimi apud medicos probatissimi. Profectio si suum quisque opus diligit, proptereaq; pater filium diligit magis quàm diligitur à filio, materq; ardentius quàm pater amat natum, coniectare licet causam esse unā cum uiro huius operis effectricem. Quod quidem hinc etiam confirmari potest, quod filij non minus, ac sepe etiam magis matribus similes sunt quàm patribus. Similitudo uero tam propria tamq; frequens indicat fœtum substantiam non à patris tantum, sed matris etiam effectione suscipere. Omnis enim causæ conatus fertur ad simile producendum. Deniq; cum speciei eiusdem sit mas & foemina, uires habent rationis eiusdem. Virinq; igitur efficaces ad formam eiusdem rationis, & si non pari, simili saltem ratione perficiendam. Sed hæc ad leges minime pertinent. Tangit in super questionem de atrabile non paruam, cuius uitio infantes formidolosi sunt, difficilesq; & queruli. De hoc ipso humore eiusq; cura; in libro De curanda literatorum ualitudine, diximus diligentius. Quantum uero ad præsens pertinet institutum, humorem in pueris melancholicum non ex constitutione propria esse scito, quæ quidem sanguinea est maximeq; aerea: sed ex reliquis quibusdam materiam inuenstruicq; sanguinis in puero putrefactis, & adustione quadam in atram bilem deinde conuersis. Accedit ad pueriles formidines in causa rerum nouitas, quæ quidem facit ut & audite uoces quasi tonitrus, & uise forme quasi larua & fulgura terreant. Ratio interea, quoniam nondum expergefacta, imagines à rebus ipsis nequaquam discernit: animam relinquit imaginationi pro arbitrio concitandam. Ex hac ipsa formidine perpetuo dolent querunturq; infantes. Præsertim cum facillime & à tractantibus offendantur, & laedantur ab aere, & ab agitatione naturæ plurimum in exordio laborantis agentur ipsi atque uentur. Quamobrem motu quodam ferme perpetuo atque numero in curandis infantibus adolescentibusq; uti iubet. Primo quidem, quia motu geniti, seruantur & motu. Secundo quia eiusmodi motione uite moderata immoderate agitatione tum intrinsecus à naturâ, tum extrinsecus ab aere factæ resistimus. Tertio quoniam motus calorem excitat naturalem; corpusq; totum æque uiuificat. Quarto nutrimentum concoquit digeritq; per membra. Quinto suaperuacua excrementa secernit. Sexto obstrusa aperit: & adæquat humores. Septimo conducit ad augmentum. Octauo membra apta simul reddit & solida. Non solum uero moderatione quadam æqualitatis uerum etiam numeri cuiusdam proportionem, motum nobis oportet congruere. De musica quidem potentia, multa in multis epistolis differuimus. Nunc uero satis sit intelligere, si per ipsam sepe in contraria, scilicet tum ad uoluptatem, tum ad dolorem distrahitur animus, nimirum posse ab utroq; ad habitum quendam utriusque medium sepe reduci.

mulierum in filiis generandis et hinc

puerorum formidines

infantes quare motu delatentur et uiri à puero

reduci. Ac si à motu corporis in quietem, & uicissim à quiete in motum reuocatur animus atq; prouocatur, certe posse quibusdam musicæ modulis à motu ordinis experte ad ordinatum, aq; hinc ad stabilem habitum quatuor reuocari. Quem quidem habitum & hic & in epistola ad Dionysium secunda inquit & dei proprium esse, & humana uite tutissimum. Vtrum uero uoluptas ac dolor in motione quadam consistant, & quo pacto desinant, in libro De uoluptate, & in Philebi Commentarijs latius disputamus. Satis in præsentia factum fuerit, si concludamus hunc in modum. Voluptates gustus & tactus in restitutione quadam in habitum corporis naturalis nasci uidentur. Dolores uero contra, in casu quodam ex habitu naturali. Siue utrumq; euacuatione fiat, siue repletionem, siue motu seu quiete uel alteratione aliqua qualitatam. Præterea uoluptates odoratus, & auditus, & uisus, in reditu quodam ad ordinem sensualem, à quo multis contingentibus quotidie deturbamur. Deinde uoluptas imaginandi in regressione similiter ad ordinem imaginalem, à quo deicit perturbatio. Ordo uero tam imaginialis quam sensualis in quodam spirituum temperamento fundatur, cui quoties contemperata similitudine admoventur, fit uoluptas in mutua quadam sensus imaginationisq; cum rebus quæ influunt congruitate resultans. Post hæc rationis letitia in reformatione quadam nascitur: per quam ratio quæ perturbatione corporis facta informis fuerat, uel deformis, formatur pro natura sua, atq; reformatur. Deniq; mentis gaudium reformatione perficitur: per quam intellectualem quodam intuitu reformatur aliquando in ideam, à qua ceciderat ob negotiose uite tumultum. Si inductionem hanc recte consideraueris, uidebis humanam uoluptatem summam fieri in reditu quodam in habitum naturalem; neque tam reditus ipsius, quam habitus gratia fieri, & optari. Igitur eiusmodi habitus si fieri possit, perpetuo firmus, maxime omnium est optandus. At cur cogitanti euilibet occurrere uideatur optabilior oblectatio in motu perpetuo quam status ille perpetuus? Quoniam fallit nos imaginatio & opinio anime mobili coniunctæ corpori, perq; coniunctionem eiusmodi uoluptatem mobilem appetentis. Quam merito neglectura sit præ naturalis habitus firmitate, si quando posita fuerit supra motum. Si enim reuera gustarem saporum ipsius habitus naturalis, extra quem in terris positi sumus, sicut motionis ad ipsum uergentis saporum gustamus: proculdubio longo intervallo habitum regressioni præponeremus. Profecto quem sic expetendorum omnium rationes in ratione habitusq; eiusmodi potius quam in materia mobili collocantur. Per hæc probatum sit proprium dei diuinorumq; gaudium in statu quodam consistere incomparabiliter motibus cunctis incundiore. Quem quidem prudentes & ipsi debent eligere, & cæteris, præsertim iunioribus, adhibere. Præterea cunctis persuadere, uoluptatem quæ sit ex motu, non solum breuem esse ac leuem molestiaq; permixtam, sed etiam in multis & diuturnos ingentesq; dolores continuo prolabi. Distinguit autem numerorum motum per quem inconcinuos motus etatis tenere moderamur, in duo genera, in musicam scilicet & gymnasticam. Prima enim spiritum atque animum, Secunda uero humores membrarq; componimus. Sub nomine quidem musicæ non modo cantus & sonus, sed poësim etiam & quæ ad figurarum ordinem pertinent, comprehendit. Sub nomine uero gymnasticæ, motus omnes corporis in præludijs ludisq; certaminum atque prælijs. At choream saltationemq; ex utrisque quodammodo mixtam intellige. Tum his omnibus quasi præludijs infantes, pueros, adulescentes, tam foeminas pariter quam mares ad officia & belli & pacis diligenter erudit. Eiusmodi uero rudimenta patrias appellat leges, ac reipublicæ uincula. Quibus subductis quasi columnis tecta reipublicæ corruant. Iubet singula in his haud aliter fieri quam publicis regulis statuuntur: iudicans à delictis eiusmodi, delicta omnia tandem in reipublica provenire, atque ex mutabilitate ludorum iocorumq; & ornamentorum, mutationem quoque legum & reipublicæ proficisci. Notabis mutationem præterquam in malis, esse rerum omnium periculosissimam, adeo ut etiam si muteris in melius, saltem ad tempus sis periculum subiturus. Inter hæc sacrificia dum in ludis ait dijs & deorum filijs atque demonibus. Demonibus inquam puris, ut deorum filijs nos conciliant. Deorum uero filijs, ut deos nobis propitios reddant. Dijs denique, quo summi dei muneribus nos reddant paratiores. Sic utique prisca consuecit religio, quemadmodum de sphaera in sphaera gradatim corpore pertranstiat & uisus, sic de propinquis numinibus ad remotiora deinceps suo quodam ordine progredi, in omnibus id præcipue uenerans, quod splendorem summi præcipue refert. Neque uero ego nunc, uel de civili, immo plebes, uel de poetica immo uero insana superstitione loquor, sed de philosophico diuinorum cultu à prisca sapientibus, prout cognitus uniuersus ordo dictauerat, instituto. Quem solum ubique commendat Plato, reliquos duos reuera deridens. Et ubi duos tantum commemorat, id est deos deorumq; filios, demones & heroes intelligit filios. Vbi uero connumerat deos, & deorum filios & demones, intelligit deos numina super sphaeras, Filios numina in sphaeris, demones numina infra sphaeras. Post hæc ubi legitimum ludorum disciplinam commendat, ludos inquit studiorum gratia potius quam contra, esse constituendos. Adde, res humanas si comparentur ad diuinas, nullo studio dignas esse: id est, nulla extimatione nulloque amore, nec tanquam serias, sed tanquam nugas esse censendas. Sin autem ad naturales, magnificandas esse consentit. Tum optimum

musica

optimum ait homini contigisse, ut ingenium sortitus sit aptum ludis, & deditum: scilicet tum ad laboriose uite solamen, tum ad disciplinam paulatim per ludos congruos comparandam. Quod uero anima per uarias uiuentis formas circuitum quasi chorea ludens efficit, id uniuerso optimum esse putant. Rursus uniuersæ quoq; naturæ anime, uidelicet ut quæcumq; in eius potentia latent, uicissitudinem quadam educantur in lucem. At cur non dicatur cetera quoque animalia ludos esse deorum? Quoniam nec adeo dijs familiaria sunt, ut cum his illi ludant. Nec comparantur ad deos, utpote quæ seipsa deo non comparant, neq; diuina aliquando metiuntur, unde cogantur de illis sicuti nos mentiri. Et profecto si dei ridere sit, humanum rideat ludum conantem immensa metiri. Considerabis hic Platonis uerba eiusmodi, scilicet: ea quæ ab aurora ad hanc horam non sine quadam deorum inspiratione enarrauimus, poësi quodammodo similia mihi uidentur. In his significat omnia eius scripta in eam usq; diem, id est senium, esse quodammodo diuinitus inspirata, atq; poetica figura disposita, ut sint allegorice plurimum exponenda. Idem quoque inuit statim post exordium Phædrus, ut sciamus, & quæ in adolescentia, & quæ in ultimo composuit sentio, poësim maxime redolere. Ob id in epistolis ait, mentem suam uel à nullo uel à quâ paucissimis, & uix tandem & quadam uaticinij sagacitate posse comprehendere. Præterea contemplare hic quàm diligenter Plato effrenem cohibeat pueritiam, quantum somnolentiam quidem detestetur, commendat uero uigilantiam, quàm opportune sua cuiusq; ætatis disponat officia, iubens inter ludendum primo quidem tradi literas. Deinde musice. Tertio gymnasticam. Quarto arithmetica. Quinto geometriam. Sexto astronomiam. In septimo uero loco dialecticam, id est metaphysicam, collocat in fine legum atque reipublicæ. Quoniam uero dicit deum cum diuina quidem necessitate pugnare nunquam, cum humana uero pugnare, distinguit necessitatem alteram quidem esse in ipso naturali rerum ordine ita ut est diuinitus instituto, ut res tales sint & tot & tante, sic agant, sic moueantur, hæc præcedant, hæc comitentur, illæ sequantur, alia simul sint, alia uero seorsum, atq; ut sunt ita quoque sint iudicandæ. Alteram uero necessitatem in casu quodam ab ordine naturali, ubi uel deforme uel monstruosum uel disfidens dissolutumq; uidetur. Cum prima necessitate non pugnat deus. Eius enim præcipua uoluntate necessitas eiusmodi constat. Sed nunquid pugnat cum altera? Certe nusquam pugnat deus, quid enim repugnet omnipotentis? Veruntamen ob id quasi pugnare fingitur, quòd hæc à diuina similitudine prolapsa longius in dissimiliam deo cadit deformitatem, quasi iam rebellantem, sed à deo interim quasi repugnante atq; expugnante miris modis in ordinem quandoq; redactam. Animaduerte post hæc non parui momenti dictum. Non est pessimum rerum omnium imperitia. Immo uero pessimum est multarum rerum peritia acquisita male. Ac si præcedentem quoque sententiam animaduueris, quæ hominem cognominat & deum & demonem atq; heroem, cognosces qua ratione exponi possit Plato, ubi animam inquit humanam in uarias species pertransire, sed hoc in Theologia latius. Proinde ubi ad doctrinas mathematicas iuuenes adhortatur, reprehendit Græcos, quòd in geometria & astronomia omnes errauerint. In geometria quidem, quòd dimensionem quamlibet cum qualibet cõmensurabilem esse putauerint. Quod quidem non posse fieri primum apud Barbaros est inuentum. In astronomia quoque quòd errare planetas dixerint, cum tamen in diuinis nullus sit error. Item motum uelocissimorum, tardissimum nomina uerint, tardissimorumq; uelocissimum. Mentiri uero contra deorum dignitatem per ignorantiam natam ex negligencia, iudicat non stultum solummodo, sed prophanum. Sed damnat plurimum Græcorum errorem contra diuinæ providentiæ uoluntatem, dicentium non esse inuestigandum ipsum auctorem mundi deum, mundiq; ipsius originem, nec eorum quæ in mundo sunt causam, quasi inuestigatio hæc non pertineat ad pietatem: cum tamen maxime omnium pia sit, utpote præcipue cum diuina uoluntate consentiens, quæ & uniuersum eo disposuit ordine, qui ad inuestigationem eiusmodi semper alliceret, & mentem ipsam inuestigationis huius auerissimam procreauit. Platonem uero ipsum existimare uerissimam pietatem præcipue in unius dei cultu sitam esse, probauimus alijs, & per superiora eius uerba in præsentia confirmamus. Nam & si in plurali numero sæpe ait deos colendos esse, concludit tandem numero singulari, & singulari cultu deum ipsum esse omni beato studio dignum. Præterea in antecedentibus, iudices creaturus congregauit magistratus omnes in templo & in ipso anni principio. Principium uero ab æstiuo fecit solstitio. Neq; te turbet, quòd in calendis proxime solstitium sequentibus. Id enim certioris apud populum principij gratia dictum puta, uerum autem initium apud eum in ipso proprie solstitio fieri. Quod quidem allegorice sic exponatur, ut quando solis lumen, id est, dei lumen rectius ueriusq; à nobis accipitur, tunc reuera sit principium uiuenti & cogitandi atq; iudicandi, & huius unius gratia cuncti simul in uno templo, id est, una religione colant quicquid colant. Lumen uero solis in libris de reipublica inquit, unius omnium patris imaginem esse, & quasi simulachrum eius in mundano hoc templo à patre omnium collocatum. Quid plura? Vnum deum in primis adorandum, cuius gratia cetera numina sint colenda, alibi sæpe docet, atque in epistola ad Dionysium, rursus quæ ad Hermiam, & in Parmenide qui totus agit de uno, & in Timeo qui omnia producit ab uno, & in Philebo qui omnia metitur uno, & in Epinomide qui omnia reducit ad unum, manifeste demonstrat.

quomodo sint huiusmodi
plato ait deus
pugnare cum humana
in necessitate

unus deus agens
ut p. lat.

DIALOGVS SEPTIMVS

DE LEGIBVS VEL LEGVM LATIONE

De educatio-
ne liberorum

S A T I S igitur de liberis tam masculis quam foeminis, de ipsorum educatione & disciplina post haec nobis est dicendum. Quam omnino silentio praeterire, impossibile est, ac si dicatur, mentioni cuidam doctrinae potius quam legibus congrua uideatur. Quae enim priuatim & per singulas domos tum multa tum parua & occulta quotidie fiunt, cum facile ex uoluptate, dolore, & cupiditate singulorum praeter legumlatoris consilium agantur, uarios & dissimiles mores ciuium reddunt, quae res ciuitatibus officit. Cum uero parua & frequentia sint, singulis multa imposita, ea legum positione uetare, non satis honestum esset atque decorum. Quinetiam scriptis legibus derogaret, cum in paruis & multis ad contemnendas leges homines consuescerent. Quapropter & leges de his scribere difficile est, & silere impossibile. Sed conabor ostendendo quasi digito quod dico in luce efferre. nunc enim obscurius dicta uidentur. C L I N. Vera loqueris. A T H E N. Tam uero recte alia dictum est, existimandum esse, rectam educationem posse & corpus & animum quam pulcherrima & optima reddere. C L I N. Ita est. A T H E N. Corpora uero pulcherrima simpliciter ea fore censeo, quae rectissima in tenera aetate crescunt. C L I N. Certe. A T H E N. Quid illud? Nonne intelligimus quam maximum atque plurimum incrementi primi progressum in omnibus animalibus esse? adeo ut contendendi anfas multis praebuerint, corpora humana a primis quinq; annis in reliquis uiginti in duplum non crescere. C L I N. Vera narras. A T H. Quando sine multis moderatisq; laboribus incrementum influit plurimum, an non multa hinc mala corporibus innascuntur? C L I N. Omnino. A T H E N. Pluribus ergo laboribus ipsis tunc opus est, quando summopere affluit nutrimentum. C L I N. Quid ais hospes? Nunquid statim natis & tenerissimis pueris labores plurimos afferemus? A T H E N. Non his primis, sed prius etiam illis, qui adhuc in utero matris aluntur. C L I N. Quomodo uir optime faciendum id iubes? Num si qui adhuc in utero parentis geruntur, laborabunt? A T H E N. Certe. Nec sane mirum est si uos exercitationem tantillae aetatis ignoratis, quam uobis licet uideatur absurda, cupio aperire. C L I N. Omnino. A T H. Apud nos quidem huiusmodi quiddam magis intelligi potest: propterea quod ibi nonnulli in ludis quibusdam magis q; decet, uersantur. Nam apud nos non pueri solum, uerum etiam seniores aliqui auium pullos alunt, & ad mutuam inter ipsas aues pugnam exercent: ac longe absunt, ut labores in quibus ipsas exercentes agitant, moderatos ipsis putent: sed ad haec, minores in manibus, maiores sub ulna capientes, non solum, sed harum autum bonae habitudinis gratia per multa stadia gradiuntur. In quo sane horum laboriosam prodesse, siue a seipsis siue in uehiculis seu naue siue aquis siue quomodocumque aliter moueantur. Et propter haec ciborum potusq; alimentum superantia, sanitatem, pulchritudinem, & uires nobis praebere possunt. Quae cum ita se habeant, quid post haec faciendum censemus? Vultis ne cum risu uerba faciamus, leges ponentes, ut praegnans deambulet: & natus quasi cera fingatur, quam diu tener est, ac ad biennium usq; inflatis astringatur? Nutrices praeterea per leges imposita multa cogamus ut uel ad agros uel ad templa uel alio ad suos, donec per festare possint, pueros perferant? Ac etiam cum stare coeperint, ne ponderis uolentia membra propter mollitiem distorqueantur, gestent adhuc, quousq; triennium infantes exegerint? Sint autem robustae quo ad fieri potest nutrices, nec una solum sed plures. Et in singulis poenam nisi fiant, scriptis legibus imponamus? Vel nullo modo sic agamus? Quod enim modo diximus, abunde nobis accideret. C L I N. Quidnam? A T H E N. Risum profecto in nos ingentem prouocarem. Nam mores nutriendum muliebres atq; seruales, nobis obtemperare nollent. C L I N. Cuius gratia igitur dicenda haec putauimus? A T H E N. Quia domini & liberi ciuium animi, forsitan cum haec audierint, probe intelligent, quod nisi priuata recte administrantur in ciuitate, frustra res communes sperat quis firmitatem aliquam in legibus habituras: atque haec intelligentes, his quae modo diximus, tanquam legibus quibusdam utentur: quorum usq;

usq; familia & res publica bene gubernata feliciter uiuent. C L I N. Valde consentaneum est quod dixisti. A T H. Ne desinamus ergo ab huiusmodi legum latione antequam animo, rursi quoq; studia quae ad teneros admodum pueros pertinent, describamus: & ita simili quoq; modo, ut de corporibus incepimus, sermonem absoluiamus. C L. Recte nimirum. A T H. Hoc igitur tanquam elementum ad utriusq; tam animi quam corporis infantium cultum accipiamus, perpetuum die nocteq; nutritionem agitationemq; adhibitam, omnibus quidem conferre, maxime uero tenerissimis, ut si fieri possit, sic habitent quasi per tuo nauigarent. Quoniam autem fieri nequit, quam proxime ad hoc in curandis infantibus accedendum. Quod autem fieri oporteat, coniectare hinc licet, quod periculo tam puerorum nutrices quam quae remedijs Corybantum dant operam, id esse utile cognouerunt. Quando enim dormire pueros ad somnum tardiores, matres cupiunt, non quiete hoc, neq; silentio, sed contrarijs faciunt. In ulnis enim portant agitantq; semper, & illos uocis modulatione tanquam tibicinio quodam mulcent. Et quemadmodum in de bacchationum furentium remedijs fit, huiusmodi agitationis chorea musaq; utuntur. C L. Quanam horum potissimum causa nobis est hospes? A T H. Non est ualde difficilis cognitu. C L I N. Quo pacto? A T H. Vtraeq; haec passiones in metuendo consistunt: sunt enim formidines quaedam, propter malum aliquem animi habitum. Quando igitur uerborum aliquis ad hos affectus agitationem infert, uincit exterior motus interiore illum terribilem, atq; furiosum. Cumq; uicerit, tranquillam animo praestat quietem, saltu cordis aliquantisper sedato: atq; ita alius inducit somnum, alios uigilantes per tibiā & tripudium, cum auxilio deorum, quibus supplices litabant, a furioso affectu ad sanam mentis habitum reuocat. Atq; haec ut orationis huius breuitas fert, rationem aliquam probabilem habent. C L I N. Omnino. A T H. Si haec igitur talem aliquam uim habent, hoc praeterea cogitandum, animum omnem ad infantia in metu nutritum, magis utique quouis ferri per formidinem consuescit. Nec cuiquam dubium est, quin ad timiditatem ista, non ad fortitudinem exercitatio sit. C L I N. Ita profus. A T H. Contra uero, eum ad fortitudinem exercitari dicemus, qui a tenera aetate metus terroresq; omnes uincere consuescit. C L I N. Scite. A T H. Vnum igitur hoc ad uirtutis animi partem summopere conferre dicamus, exercitationem uidelicet infantium, quae in moribus fit. C L I N. Maxime. A T H. At qui facillitas animi uel morositas, non parum momenti habent ad bonitatem animi uel prauitatem infantium con-
tem. C L I N. Est ita. A T H. Est autem a nobis pro facultate dicendum, quo pacto utrumuis fert ad uirtutem capeffendam.
horum infantium statim animo innascatur. C L I N. Plane. A T H. Nobis profecto uidentur deliciae, difficiles, morosos, iracundos, & leui de causa excitabundos iuuenum mores efficere. Contra uero, nimia seruitus atrox, cum abiectis & illiberales & humana perositas uniuersa infantes qui nondum uoces intelligunt, nec disciplinam aliam gustare possunt, ut iubes erudier? A T H. Sic plane. Omne animal statim natum uoce & clamore uti solet. Quid nimia seruitus
Nec minus hominum genus, quod praeter ceteris ad clamorem addit ploratum. C L I N. Sic est. A T H E N. Nutrices ergo quid infantes cupiant, uolentes cognoscere, quod appeti credunt offerunt: si tacent, recte: si clamant sientq;, non recte se obtulisse his signis consiiciunt. Argumenta sane in infantibus quas res ament, quas oderint, clamor sletusq; sunt, signa minime fortunata. Huius rei tempus triennio minus non est, quod spatium non est parua uitae particula ad eam recte uel contra ducendam, si ipsum recte uel contra ducitur. C L I N. Recte. A T H E N. Nonne uidetur uobis difficilis homo, nec ullo modo tranquillus, esse etiam querulus atq; gemebundus ultra quam bonum uirum deceat? C L I N. Mihi quidem. A T H E N. Siquis omni ratione pro uiribus conetur, ut in hoc triennio puer quam minimum dolore, metu, tristitiaq; afficiatur, nonne pueri animus pacatior tranquilliorq; red-detur? C L I N. Perspicuum est hospes, multoq; etiam magis, si quis euni in multis uoluptatibus educarit. A T H. Hoc ego tibi non concedam o iustissime Clinia. Nam talis educatio cum in principio statim adhibeatur, omnium maxima pernicietas est. Videamus igitur an quicquam dicamus. C L I N. Dic, quid ais? A T H E N. De re non parua a nobis agi nunc assero. Attende & tu Megille, ac sententias utriusq; diiudica. Mea quidem ratio, rectam uitam ceteris nec uoluptates sequi omnino, nec fugere omnino dolores debere, sed medium potius illum habitum sequi, quem & ipse modo tranquillitatem uocabam, & omnes

dei proprium esse, diuino quodam oraculo recte conspicientes fatemur. Hunc habitum se-
qui debet quisquis hominum diuinus est futurus, adeo ut nec ipse ad uoluptates omnino
procliuis sit, alioquin procul a dolore non erit, nec alium quenquam siue senem siue iuue-
nem, aut masculum aut foeminam indulgere uoluptatibus patiat, minimeq; omnium sta-
tim natos infantes. firmissimi enim tunc omnibus mores omnes propter consuetudinem
innascuntur. Ego uero nisi uererer ne forte iocari uobis uidear, dicerem utiq; grauidas e-
tiam mulieres maxime omnium illo anno ita regendas esse, ut nec ad uoluptates multas
furiosasq; ferantur, neq; doloribus agitentur: sed tranquillam pacatamq; & mitem uitam
agant. C L I N. Non opus est hospes ut Megillum interrogas, uter nostrum rectius sit locu-
tus. Ego enim assentior tibi meræ uoluptatis meriq; doloris uitam fugiendam omnibus
esse, & mediam quandam semper tenendam. Quare & dixisti recte atq; audisti. A T H. Re-
cte nimium Clinia. Sed illud ad hæc simul omnes tres cogitemus. C L I N. Quidnam? A T H.
Quod quæ dicuntur à nobis, ea leges non scriptæ à multis appellantur, nec aliæ sunt, quæ
leges patriæ nominantur, quam huiusmodi omnia. Atq; quod paulo ante tetigimus, nec
leges hæc esse uocanda, neq; silentio prætereunda, probe dictum est. Hæc enim totius rei
publicæ uincula sunt, mediumq; tenent inter scriptas scribendasq; leges, uidelicet tanq;
primæ præcæq; omnino institutiones. Hæc si probe posita sint, seq; in eis homines recte
assuescerint, conscriptas leges stabili salute tutantur. Sin contra factum sit, contra cōtin-
git: quemadmodum in ædificijs accidit, ubi si ædium sustentacula subtracta de medio fue-
rint, concidere omnia cogunt, aliq; ex alijs deijci, & quæ bene superstructa sunt, dirutis
prioribus corruunt. Atq; hæc quidem cogitantes nouam hanc tuam ciuitatem ô Clinia
undiq; uincire debemus, nihilo prorsus relicto quoad fieri potest, quod uel ad leges uel
ad mores uel studia pertineat. his enim omnibus ciuitas necitur. Alterum uero istoru si-
ne altero permanere non potest. Quare non est mirandū, si quæ nobis multa simul & par-
ua legitime uidentur instituenda uelut consuetudines cōsuetuētia longiores leges efficiūt.
C L I N. Recte tu quidem, & nos similiter cogitauimus. A T H E N. Siquis igitur ad eū qui
tres agit annos colendum seu masculum siue foeminam, hæc diligenter adhibeat, ac sedu-
lo supradictis utatur, non paruam afferent nuper enutritis utilitatem. Atq; id ingenio eo-
rum qui tres & qui quatuor & quinque & sex agūt annos conueniens erit, à quibus delicta
remouenda sunt, & castigatio sine contemptu adhibenda. Ceterum quemadmodum ser-
uos diximus castigare sine contumelia oportere, ne in iracundiam efferantur: castigare ta-
men omnino, ne nimium delictiosi reddantur: ita & liberos uolumus. Horu ludi quidam
sunt, ipsi quodam modo naturales: ad quos quando conueniunt, sponte feruntur. Con-
gregandi hi pueri sunt à triennio ad sex usq; annos, singuli in suæ tribus solennitate: quo-
rum & adhuc tantillorum nutrices modestam incontinentiamq; obseruent, & cuiq; cœ-
tui nutricibusq; una quædam præsit de mulieribus duodecim annuo tempore imperatu-
ra, prout legu custodes ordinauerint, has deligant mulieres nuptiaru curatrices, ex quaq;
tribu unam ætate ipsis æquales. Quæ ad hunc magistratu assumpta est, ita se gerat ut in sa-
crum quotidie proficiatur, semperq; iniuriantem puniat. Seruum quidem & seruam,
peregrinum & peregrinam ipsa, per urbanos quosdam ministros: ciuem autem, cuius a-
nimaduersio in controuersia sit, ad ædiliū trahat iudicium: de qua autem non sit contro-
uersia, puniat ipsa. Post annorum sex ætatem foemina à maribus discernantur, pueriq; de-
inceps cum æqualibus maribus, & puella cum foeminis æqualibus conuersentur. Et ad-
scientias utriq; se uertat. Mares quidem ad magistratos equorum, arcuum, telorum, & fun-
dæ: foeminae quoq; ad eadem si concedatur, usq; ad scientiā tantum, & maxime ad armo-
rum usum. Quo pacto autem nunc in his se res habeat, pene ab omnibus ignoratur. C L
Quid ais? A T H E N. Quod uidelicet dextera à sinistris, quo ad manus pertinet, differre
iam uideantur in singulis operationibus natura. Pedes enim inferioresq; partes ad ope-
ra nihilo differre uidentur. Manibus autem matrum nutricumq; simul ignorantia quasi
claudi facti sumus. Nam cum natura fere ad utramque partem æque se habeat, ipsi per
consuetudinem non recte utentes differentiam fecimus. Et certe in quibusdam parum
id refert. Nihil enim interest ad uitam, si lyra in sinistra sit, in dextera plectrum, in cæ-
terisq; huiusmodi similiter. Quorum exemplo idem in reliquis omnibus non facere, de-
mentia est. Hæc ita esse lex Scytharum offendit. Non enim sinistra solum arcum, dextra
sagittam

*puellarum se-
paratio*

*ambidextros esse
natura com-
dit negligenti-
ficillimam imbecillio-
res*

sagittam tenent, sed utriq; similiter ad utrumq; utuntur. Multa exempla huiusmodi in au-
rigarum aliorumq; operibus reperiuntur. Ex quibus intelligere licet eos qui dextris sini-
stra imbecilliora reddunt, præter naturam id facere. Quæ res ut diximus, in corneis ple-
ctris, instrumentisq; talibus impedimento non est. Sed permultum interest, quædo in pu-
gna, ferro, arcu, hasta, cæterisq; huiusmodi uti necesse est, plurimum autem quando ar-
mis arma pelluntur. Differat autem multum qui didicit, ab eo qui non didicit: & exercita-
tus, ab eo qui minime exercitatus est. Nam quemadmodum qui aut in pugili certamine
aut lucta aut utroq; simul perfecte se exercuit, potis est congregari à sinistris, & præsto se ac-
commodat, quando ad partem alteram transferre se cogitur: id ipsum arbitror in armis
ac cæteris rebus rectissimum esse. Quare oportet si duo quædam quis possidet, quibus se
defendat, & alios cædat: ut nihil horum pro uiribus otiosum inexercitatumq; relinquat.
Et si quis Geryonis aut Briarei naturam habeat, cum centimanus sit, centum oportet ab
eo iacula mitti posse. Horum omnium curam habeant principes, tam mulieres quam uir-
ri: & mulieres quidem ludos alimenta; considerent: uiri autem disciplinas, ut omnes pe-
dibus manibusq; utrinq; æque potentes facti, per consuetudinem natura non noceant.
Disciplina uero duplici uti conuenit: & corporis quidem, gymnasticam: animi, musicam
uocari. Sed gymnastica rursus est duplex, saltatio, & luctatio. Saltatio quoq; alia muse uer-
ba imitatur, magnificentia ipsius libertatemq; obseruans: alia bonæ habitudinis, leuitatis
& formæ tum corporis ipsius, tum partiu membrorumq; eius gratia, apte flecūt tenditq;
singula: ita ut sufficienter motus harmonicus diffundatur, consequaturq; uniuersum sal-
tationis ordinem. Luctationis autem genera illa, quæ Anteus & Cercyo in artificium inu-
tilis contentionis gratia deduxerunt, uel Epus uel Amycus in pugili cōcertatione: cum
nihil ad prælium conferant, digna mentione non sunt. Quæ uero in recta luctatione à col-
lo, manibus, laterumq; motu cum uictoria studio, honestoq; habitu adhibentur, & ad sa-
nitatem uiresq; conducunt: cum ad omnia utilia sint, prætereunda non sunt. Sed discen-
tibus docentibusq; simul præcipiendū, ut quando ad hoc in cōdendis legibus uenerimus,
alteri beneuole hæc largiantur, alteri gratiose suscipiant. Nec uero omnes imitationes ca-
pessendæ quæ in choreis sunt, sed hic quidem armatorum Curetaru ludi, in Lacedæmo-
ne Castoris atq; Pollucis. Apud nos quoq; non est negligendū, quod Minerva ludis cho-
reæ delectata, non nudis manibus ludendum censuit, sed armis tota ornata, saltandi offi-
cio est perfuncta. Quæ quidem adolescentulis sunt maribus & foeminis imitanda, deæ mu-
nus ad usum belli solennitatumq; ornamentum honorantibus. Pueros uero antequam
prodire in bellum possint, armis equisq; oportet in deorum omniu pompis ornatos, mo-
do uelociore, modo tardiores in chorea & itinere ad deos deorumq; filios supplicatio-
nes fundere. Ludi porro atq; præludia si rerum aliquarum gratia, nullarum certe nisi ha-
rum sunt adhibenda. Hæc enim in pace & bello tam priuatim quam publice utilia sunt.
Cæteræ uero corporis exercitationes seu ludo siue serio fiant, ô Clinia atq; Megille non
sunt liberales. Eam iam gymnasticam quam tractandam in primis sermonibus dixi, ser-
io peregi, atq; hæc tota & perfecta est. Vos autem si meliorem habetis, in medium pro-
feratis. C L I N. Non est facile hospes his neglectis, narrare alia de gymnastica & certami-
nemeliora. A T H. Reliquum est, ut de Musarum Apollinisq; muneribus disseramus. de
quibus ita satis dictum esse putabamus: ut de gymnastica solum restare uideretur. Nunc
autē patet nonnulla esse relicta, quæ dicenda in primis sunt, quare deinceps illa dicemus.
C L I N. Dicantur omnino. A T H. Audiat is igitur, audistis enim & in superioribus, quam-
uis & in dicendo & audiendo, quod ualde mirum est & insolens, cauere decet. Equidem
in præsentia non nihil dicturus sum, quod dicere merito uereri quis debeat: dicam tamen.
C L I N. Quid illud est hospes? A T H E N. Nusquam cognosci assero, quam magnam ludo,
rum genus ad legum conditarum stabilitatem & mutationem habeat potestatem. Qui-
pesi hoc ita ordinatum fuerit: ut ipsi dem ludis secundum eadem, & eodem modo, ipse dem ho-
mines semper utantur & delectentur: leges quoq; serio positas stabiles manere permittit.
Sinautem mutetur id genus, nouiq; ludi quotidie inducantur, semperq; nouis delectetur
iuuentus, tum figuris gestibusue corporis, tum reliquo apparatu & suppellectili: ac deces
& indecens in his rebus aliter in dies & aliter iudicent, atq; inuētores nouarum rerum, co-
lorum scilicet & figurarum cæterorumq; huiusmodi semper honorent: pestem hac nul-

*musicam dicitur
phras am mi
Gymnastica appe-
llatur*

Luctatio

Iam ciuitati maiorem fore censemus, recte admodum iudicantes. Mutat enim iuuentutis mores occulte, facitq; ut prisca quidem uisita, noua uero digna honore uideantur. Qua oratione & opinione, nihil rursus assero perniciosius ciuitatibus esse. Sed audite quantum id malum esse censeo. CLIN. Vituperari ne prisca malum esse in ciuitatibus ais? A THEN. Aio equidem ualde. CLIN. Non malos ad hanc orationem nos auditores habebis, sed quantum fieri potest beneuolentissimos. A THEN. Consentaneum est. CLIN. Dic iam, A TH. Agite audiamus hec diligentissimè atq; ita inter nos differamus. Mutationem aio omnibus in rebus praterquam malis esse periculosissimam: in temporibus omnibus, in uentis, in diæta corporum, in moribus animorum, in omnibus simpliciter praterquam in malis, ut modo dicebam. Corpora quidem cū primis cibis aliquibus & potibus laboribusq; utuntur, turbantur quodammodo, deinde ex diuturno harum rerum usu concre scunt, pinguiatq; redduntur: atq; huiusmodi uicū utpote iam consueto, familiari, & amico, delectantur admodum, & optime ualent; at si ex probabili aliqua causa ad aliā cogantur transire diætā, in morbos initio conturbata incidunt, antequam nouo uicū consue scant. Idem quoq; in cogitationibus hominū animorumq; naturis cogitandum. Omnes em̄ eas leges colunt, & innouare formidant, in quibus educati sunt: si illæ diuina quada fortuna longis temporibus stabilitæ fuerint; adeo ut nullus aut recordetur, aut audi uerit eas unquam se aliter habuisse. Quapropter excogitare debet legislator, qua uia id in ciuitate quodammodo fiet. Hunc igitur ipse modum excogitauit adolēscentū ludos quotide uariatos, ut supra diximus, existimant omnes nihil aliud esse quā nugas, neq; quicquam ad officia uitæ habere mōtēti. Quare cedunt & mutationē hanc innouationēq; fieri facile patiuntur. Nec intelligūt, quod necesse est pueros diuersis ac priores ludis gaudentes, diuersos differentesq; a prioribus uitos fieri: diuersos uero effectos, diuersam quoque uitam quaesituros, atq; hinc noua studia legesq; desideraturos. hinc nemo formidat pestem quam dixi maximam ciuitati futuram. Sed cætera quidem, præsertim circa figurarum mutata, minus nocent. Crebra uero in laudandis uituperandisq; moribus innouatio grauis etiam, ut arbitror, & plurimum formidanda. CLIN. Quid nī? A TH. An nō superioribus sermonibus credimus, in quibus diximus, quod rhythmī & cætera musicæ genera, imitationes quædam sunt morum, tum bonorum hominū, tum malorum? Vel quid dicemus? CLIN. Nullo modo aliter sentiemus. A TH. Omni igitur ratione conādum ne pueritia in cantibus & saltationibus noua unquam audeat imitari, neue ullus ad nouitatem pueros uoluptatum blandimentis alliciat. CLIN. Optime dicis. A THEN. Habēt ne quisquam nostrum artem ad hæc Aegyptia meliorem? CLIN. Quam illam dicis? A TH. Ut tripudij cantusq; genera dijs omnia consecrentur: & primum quidem festi dies singuli in certis anni temporibus, dijs singulis deorumq; filijs, & daemōnibus statuuntur. Deinde quæ sacrificia, quibus dijs offerenda sunt, ordinetur. Qui uel cantus & choreæ quibus conueniant sacrificijs distinguatur. Quæ postquam distincta sunt, communi ciues omnes libatione, tum Parcis, tū dijs alijs sacrificent, certosq; cantus & choreas, certis dijs, eorumue filijs, & daemōnibus dedicēt. At si quis aliter q̄ constitutū sit, hymnis choreisq; in deorum sacris utatur, sacerdotes tam uiri q̄ mulieres unā cum legum custodibus, eum sancte & legitime arceant; & qui repulsus erit, nisi libenter obtemperauerit, per totam uitam uolenti cuiq; pœnas impietatis perfoluat. CLIN. Probe. A THEN. Verum quoniam huc oratione deuenimus, ut nos decet, afficiamur. CLIN. Quorūsum hæc? A THEN. Omnis non senex tantum, uerum etiam iuuenis quoties mirum quid, & insolens uiderit uel audierit, non utiq; accurrat illico, quodq; dubium est cōcedat: sed quasi ad triuuium siue solus siue cum alijs uenerit, ignoretq; uiam, perquirat sane nec ulterius progrediatur, antequam certior fuerit, quō iter ferat. Similiter nobis in præsentia faciendū. Nam cum in sermonem de legibus mirum & insolitum inciderimus, diligentissime considerare debemus. Non enim decet subito tantos uiros de re tanta ferre sententiam, & quasi planam protinus affirmare. CLIN. Vera loqueris. A TH. Ergo tempus ad hoc assumamus, tunc demum affirmaturi, cum satis fuerit consideratum. Verum ne frustra consequentem legum præsentium ordinem relinquamus, ad finem propositorum festinemus. Forte namque si deus uoluerit, finem suum hæc tractatio consecuta, plane quod modo dubitauerit periet. CLIN. Præclare loqueris hospes. Quare sic faciamus. A TH. Decreto igitur mi

omnis mutatio per nichilum

rum hoc & insolens, ut dicimus, affirmetur, quo nobis odæ cantusq; constare legibus uideantur: sicuti prisca de citharæ dia dicebant: ut illi quoq; nō longe a nostro absint proposito, sed tanquam in somno, aut etiam in uigilia uel somniauerint, uel uaticinati hoc sint. Hoc igitur ita decernatur. Nemo audeat præter publicos sacrosq; cantus aliquid canere: & præter constitutam iuuentutis choream moueri tripudio, quemadmodum neq; contra leges alias quicquam facere licet, Qui pariet indemnis abeat. Eum uero qui non obtemperauerit, quemadmodum paulo ante dictum est, legū custodes sacerdotesq; tam mulieres q̄ uiri puniant. Sed hæc quidem ita se habeant. CLIN. Ita prorsus. A TH. Quomodo autem legibus hæc quispiam ita sanciet, ut ridiculus non uideatur? At qui ita consideremus. Tu uisimus ad hæc mihi modus uidetur, ut imagines qualdam oratione fingamus: quarum unā hanc esse dico, Sacrificijs factis, & uictimis de more perustis, accedat priuatum quispiam ad aram sacraq; filius aut frater, qui miserabilem prorsus & noxiā orationem fundat, nonne dicemus hunc patri & suis male ominatū fuisse? CLIN. Dicemus sane. A TH. In nostris ciuitatibus ferme omnibus, ut breuiter dicam, hoc ita fit. Nam postea q̄ magistratus quispiam publice sacra fecit, non unus, sed multi solent chori cōuenire. Qui cum prope aras steterint, miserādis uocibus sacram rem temerant. Quippe uerbis, numerisq; & concentibus flebilibus audientium inficiunt animos, & qui turbam ad lachrymas uehementius commouet, uictoriæ præmia refert. Hanc nos legem nonne abrogabimus? & si querulam orationem auidi ad ciuibus quandoq; oporteat, non faultis diuinarum solenitatum diebus, sed nefastiis potius conuenire dicemus? Tunc eant si placet præmio conducti chori, externiq; cantores, quemadmodum in funeribus fieri uidemus: ubi quidam mercede conducti, Caricæ gentis instar misere defunctum ipsum deplorāt. Hoc certe huiusmodi cantibus conuenire uidetur, eosq; cum flebiles mœstiq; sint lugubris quoq; uelutis, ut breuiter dicam, non coronæ neq; ornatus aurei decent. Igitur a uobis ipsis hoc rursum exquirō, utrum primā hanc imaginē placeat cantibus adhiberi. CLIN. Quam? A TH. Bonum inquam omen, ipsumq; cantuum genus semper in benedicendo & feliciter omninando uerferetur. An forte nihil interrogandum, sed id potius sancendum? CLIN. Imō uero sancendū prorsus. Cunctis enim hæc lex digna suffragijs. A TH. Quenam igitur post benedictionem, laudes, bonumq; omen, musicæ secunda lex erit? Nonne ut preces dijs, quibus libamus, effundatur? CLIN. Certe. A TH. Tertia uero, ut arbitror, erit lex: ut cum poetæ preces ipsas, petitiones hominū a dijs esse non ignorent, diligenter animaduertāt, ne mala quasi bona postulent. Ridicula nimirum illius conditio, qui ita precatur. CL. Proculdubio. A TH. Nonne supra concessimus, non oportere in ciuitate aureas & argenteas diuitias esse? CL. Omnino. A TH. Cuius igitur exēplar sermonē hunc esse dicemus? Nonne huius: quod uidelicet poetarū genus non omne quæ bona sunt, quæ non, satis cognoscere potest. Quare si quisq; poetarū uerbis aut cantu præter ipsam rationē preces non recitas nobis tradiderit, is contraria in rebus maximis petere ciues faciet. Quo quidem errore sicut diximus non multos maiores reperiemus. Vnam igitur hanc quoq; in musica legem formamq; ponamus. CL. Quam? Dic apertius. A TH. Nemo poeta præter ciuitatis leges, & iusta, uel honesta, uel bona fingere quicq; audeat. Nec liceat quæ composuerit, ulli priuatorū ostendere, antequam constituti hac de re iudices legumq; custodes & uiderint & approbauerint. Qui uero musica & disciplinæ præsideant, ferme ostensum est. Nunquid ergo, quod sæpe iam quaro, lex ista nobis formaq; & imago tertia sancietur? An aliter? CL. Sancietur omnino. A TH. Post hæc recūssimū erit, ut hymni laudesq; deorum precibus mixtæ canantur: deinde daemōnū heroumq; similiter, cum laudibus preces idoneæ. CL. Nil prohibet. A TH. Ad hæc sequitur: confestim hæc sine inuidia lex. Decens est eos ciues laudib; exornare qui cesserūt e uita, si corporis uel animi uiribus res arduas præclarasq; gesserint, & legibus libenter paruerint. CL. Quid nī? A TH. Viuentes aut ad huc, laudibus hymnisq; honorare tutum non est, priusquā uita functus quispiam finem uiuendi præclarū fecerit. Hæc omnia uiris mulieribusq; uirtute insignibus cōmunia sint. Cantus autē & tripudia ita constituantur, Multa priscorum sunt circa musicam antiqua poemata, & saltationis genera, de quibus decentia & cōmoda constituta ciuitati deligere, nulla inuidia est. Quorum electiores, non pauciores q̄ quinquaginta sint annos nati. hæc quæ sufficienter dicta esse uideatur, eligant; quæ uero improbe dicta omnino rejiciant. Et

non sic et post leges

Qui mortui laudandi
viuentes non laudandi

quæ minus sufficienter, poetis uiris musicisq; adhibitis corrigant & absoluant, atq; uirtute ipsorum poetica, non uoluptatibus neq; cupiditatibus, nisi in paucis quibusdam utantur, ita ut legumlatoris exposita uoluntate, saltationem, cantumq; & omnē choream, prudenter ad eam dirigant. Omnis profecto ordinata musa, quamuis sua uis Musa non adiungatur, longe melior est quam cum est sine ordine. Suauitas autem atq; iucunditas Musis omnibus est communis. Nam in quacunq; à primis annis, ad ætatem usq; maturæ uerfatus aliquis fuerit, eam iucundam arbitratur. Quippe si in Musa temperata atq; ordinata fuerit educatus, contrariam cum audit odit, illiberalemq; appellat. Sin uulgarem incul tamq; semper audire consueuerit, huius contrariam, frigidam & asperam esse dicit. Quapropter ut modo dicebam, iucunditatis & molestiæ in utraq; pro consuetudine nostra par ratio est, sed emolumentum & detrimenti ratio impar. Nemp̄ altera meliores, altera deteriores facit utentes. **CLIN.** Præclare. **A TH.** Præterea cantus qui uiris cōueniant, & qui fœminis, forma quadam distinguere debemus, & concentibus numerisq; accommodare. Absurdum est enim concentui uniuerso uel numero dissonare, & his singulis non idonea reddere. Horum igitur formæ necessario legibus statuendæ sunt, & utrisq; cōuenienter attribuendæ. Et quid uirum quid uel mulierem deceat, ex ipsa utriusq; naturæ differentia, declarare. Porro quod magnificum est & ad fortitudinem tendit, uirile dicendum. Vultum autem modestumq; magis, fœminis esse accommodatius & disputatione affue randum, & legibus sancendum, atq; ordo quidem hic sit. Deinceps declaremus quomodo hæc & quibus tradenda aperiendaq; sint, & quando agenda. Quemadmodum uero nauium faber carinulas primum ad nauis formam supponit, sic ego mihi facere uideo. Nam dum uitæ conor figuras distinguere, secundum animorū naturales formulas quasdam quasi carinulas iacio, ut qua uia & ratione, huius uitæ nauem per hæc maria ducatur simus, recte conspiciatur. Humanæ quidem res magno studio dignæ non sunt: Studereta men necesse est, quod informatum dixerim. Postquam uero hic sumus, si modo quodam conuenienti id fecerimus, satis forsitan nobis erit factum. Sed quid dicam, recte fortassis aliquis quæret. **CLIN.** Recte admodum. **A TH.** Oportere igitur aio quod studio dignum est, studiose sectari, non digna uero nequaquam: Ac deum quidem omni beato studio dignum, hominem uero, sicut etiam supra diximus, dei ludo esse factum, atq; id uere ipsius optimum esse. Ita igitur affectos conuenienter & mares & fœminas uersari in ludis quam pulcherrimis oportere, contra quam modo cogitantes. **CLIN.** Quo pacto? **A TH.** Nunc certe studia ludorum gratia sequenda esse ducunt. Nam rem bellicā putant studio dignam pacis gratia bene disponendam esse, cum in bello nec ludus inesse soleat, neq; disciplina ratione digna fuerit unquam, nec sit modo, neq; futura sit. Nos autem eam disciplinam studio dignissimam arbitramur, qua homines instituti quam longissime atq; optime in pace uitam agant. Quæ autem ludendi in uita recta sit ratio, & quales ludi in sacrificijs canendo saltandoq; adhibedi sint, ut & dii nobis reddantur propitij, & hostes fundantur in pugna, & quas potissimum res cantu & saltatione imitati hæc utraque cosequi ualeamus, quibusdam quasi formulis præsignatum est, & uitæ per quas eundum, cōstratæ sunt. Qua sane in re credendum est poetam bene cecinisse, cum ait. Telemache, alia quidem tu mente uersabis, alia tibi dæmon suggeret. Non enim te puto sine numine diuum genitum & nutritum. Hoc ipsum alumnos quoq; nostros cogitare oportet, & superiora quidem sufficienter dicta existimare, & si qua desunt dæmonem deumq; sperare sibi suggesturum, quibus scilicet sacrificijs choreisq; & quando & quæ numina ludendo placare debeant, secundum modum naturæ uiuentes, cum ipsi res quædam miræ sint ut plurimum ueritatis parum participes. **M E G.** Genus hominum hospes penitus parui factis. **A TH.** Non mireris, sed ignosce ò Megille. Nam cum ad deum respexerim, commotusq; fuerim, hæc dixi. Genus ergo nostrum, si tibi sic placet, non uile, sed aliquo dignum studio sit. Post hæc gymnasiarum, doctrinarumq; publica ædificia tripertito in media urbe locata sunt. Foris quoq; equorū gymnasia in suburbijis similiter tripertito, loca insuper ampla ordinata, ubi iuuetus ad arcum & telorum factum instruat exerceturq;. Quod si in superioribus non sufficienter de his est dictū, nunc & sermone dictū sit, & lege sanctum: illorumq; omnium peregrini magistri precio conducendi, qui illic habitantes, & ad rem militarē & ad musicā, uenientes instituant. Ac nō illos tantū quos parētes uoluerint oportet

oportet discere, quos uero noluerint, disciplinas missas facere: sed ut dicitur, uiri omnes quo ad fieri potest, & pueri, utpote qui ciuitatis magis quam parentum liberi sint, necessario discant. Eadem quoq; de fœminis quæ & de masculis lex mea sanciet, eadem enim ab utrisq; uolumus exerceri. Neque uerebor dicere equestrem disciplinam atque gymnasticam, ita mulieribus ut uiris, honestam esse. Hoc enim ex ueteribus audiui fabulis, fidemq; adhibeo. Nostri etiam temporibus, non ignoro esse circa Pontum innumera mulierum milia, Sauromatidasq; uocari, quibus non eorum modo, uerum etiam arcuum ceterorumq; armorum æqualis cura cum uiris & exercitatio sit instituta. Sed rationem quoq; ad hæc, hanc habeo. Aio equidem si hæc ita fieri possunt, stultissimum hoc in nostris regionibus esse, ut non isdem studijs mulieres ac uiri omni conatu consensuq; dent operam. Ferme enim ciuitas omnis hoc modo pro dupla, dimidia sit, ex eisdem laboribus atq; tributis. Qui sane legislatoris error est ingratissimus. **CLIN.** Sic apparet. Verum multa nobis hospes præter rerum publicarum consuetudinem dicta sunt. **A TH.** Totam primo disputationem decet percurrere, deinde quod potissimum uidetur, eligere. **CLIN.** Sete admodum modo dixisti, fecistiq; ut me ipsum reprehendam, quod illa dixerim. Quare deinceps ut lubet dicas. **A TH.** Hoc ipsum mihi placet Clinia quod modo dicebam. Nam si re ipsa non satis pateret fieri hæc posse, contra dici forsitan non nihil posset. Nunc uero si quis legem hanc aspernatur, aliud certe quærat oportet. Præceptū uero nostrum non cessabit asserere, quod oporteat doctrinæ ceterorumq; quam maxime mulieres cum uiris participes fieri. Sic enim de his considerare oportet. Dic age, si mulieres cum uiris in omni uita participes non sint, an non necesse erit ipsis alium quendam ordinē assignare? **CLIN.** Necesse. **A TH.** Quem alium eorum qui nunc sunt potius, quam nostræ communiōnis ordinem assignabimus? Vtrum sicut Thraces, multaq; alia gentes, agriculturam, bubulcorum pastorumq; officia, & reliqua opera nihilo à seruorum ministerijs differant, mulieribus tribuemus? An quemadmodum nos, uicinisq; omnes nostri, reconditis in unā domū rebus, ut dicitur, omnibus fœminis penu custodiam, radios, lanificium, & similia cōmitteremus? Vel Laconicum ò Megille quasi medium eligemus? ut uirgines quidem gymnasijs & musicæ uacent, mulieres autem in otio quidem lanificium curent, uitam tamen non abiectam & tenuem, sed solertio rem quandam agant. Quinetiam domesticus cultus, custodiendi penu, educandorumq; liberorum mediā quandam duram suscipiant. Nec bellis inter sint: ut si patriam liberosq; tueri necesse sit, nec sagittas emittere, nec Amazones, nec cum reliquis ciuibus iaculationem scite obire queant; nec scuto hastaq; sumpta, imitari deam, ac pro patria obsessa generose resistere, ut si nihil aliud maius, terrorem saltem in acie uisæ hostibus ipsis incutiant. Quippe si ita uixerint, Sauromatas imitari nunquam audebunt: sed apud ipsas mulieres, mulieres illorum uidebuntur uiri. In his itaque uestrarum legumlatores probet qui uelit. Ego profecto aliter nunquam dicam, perfectum nanq; officium, non medium à legumlatore requiro, qui non sint resoluendum solum efficiat. **M E G.** Quid hic agemus ò Clinia? An patiemur ut Spartā sic hospes inuadat? **CLIN.** Certe. Nam cum dicendi libertas ei concessa sit, quousque satis de legibus tractatum non fuerit, inturbandum nō est. **M E G.** Probe dicis. **A TH.** Meum igitur est, quæ sequuntur explanare. **CLIN.** Proculdubio. **A TH.** Quis igitur uitæ modus erit, quibus necessaria mediocriter sint præparata? Artes uero alijs relicta, agricultura seruis commendata, qui fructus ex agris reddant, qui satis sint hominibus modeste uiuentibus. quibus præterea conuiuia publica sint instituta: uirorum quidem seorsum: & proxime propinquorum, filiarumq; una atque matrum, hisq; conuiujs principes quidam & uiri & mulieres præpositi sint: qui in eis obseruent quotidie animaduertantq; singula: deinde cœtus ipsos dissoluant. & postquam tam principes quam ceteri, dijs ipsis, quibus dies illa uel nox dicata est, libauerint, domum proficiantur. his igitur hominibus sic institutis nullum ne erit reliquum opus necessarium ipsisq; conueniens: sed dediti uentri, more pecorum uiuent: At uero nec iustum, nec honestum id ducimus. Neque possibile est ita uiuentem hominem in id tandem quod sibi conuenit non incurtere. Conuenit autem desidi obesoq; per inertiam animalis, ut ab alio laboribus exercitato & quasi extenuato fortisq; raptum dilanietur. Hæc utique, si sufficienter exacteque

ut mode

*Non ueritas in
uicis parentibus
instituta.*

*Circa Pōtum
mulieres mili-
tate, quæ Sau-
romatides uo-
cantur*

*multa uero ita ut
minime ex uocari
ut in omnibus
in huius*

*Homo ludus
deorum*

ut modo uidemur, perquiramus, forte nunquam fierent: donec mulieres & liberi & domus & reliqua propria cuius essent. Si tamen, quæ secunda ad ea sunt & modo tractatur, fierent, mediocriter certe fierent. Opus igitur ita uiuentibus non paruum neque uile restare dicimus: sed maximum omnium à iusta lege mandatum. Nam cum singuli uiuendi modi à cæteris omnibus operibus distrahant, ut si quis Pythia uel Olympia uincere studeat, is alius rebus uacare nequeat: duplici, immo uero multiplici adhuc cura, uita illius plena est; qui recte animi corporisque uirtuti uacat. Nihil enim exercitacionis corporeæ, nihil doctrinarum animi morumque, propter alia negotia negligendum est. Ferme enim tota dies totaque nox ista diligenter curanti uix satis est, ut ea prorsus assequatur. Cum igitur hæc ita se habeant, ordo totius temporis liberis hominibus ab ortu solis perpetuus ad alterum solis

De familiari
administrati
one pauca

De somno mul
to et uigiliis

Puer omnibe
stia intracta
bilior

ortum est habendus. Ridiculus fortasse legislator habebitur, si multa frequentiaque & minima quæque de familiari administratione narrauerit, cum in alijs tum etiam in nocturna uigilia, quam necesse est ut conseruaturi ciuitatem exhibeant. Nam siue lex siue officium id appellandum sit quod modo præcepimus, certe omnibus turpe illud & illiberale uideri debet, ut ciuium aliquis per totam dormiat noctem: nec primus excitetur & surgat, ita ut hoc toti familie pateat. Quin etiam ut domina ab ancillis, non ancille ab ipsa primum excitentur, turpe dicendum apud seruos, ancillas, pueros, & domum denique si possibile sit, uniuersam. Nocte igitur exurgat: & magistratus publicum aliquid, patres uero matresque familie in domibus proprijs rem suam curent. Somnus enim multus, nec corporibus, nec animis, neque rebus gerendis, natura conducit. Nemo quidem dum dormit, alicuius precij est, non magis quam si non uiueret. Quare quicumque uiuere & sapere cupit maxime, quam longissimo tempore uigilet, sola sanitatis commoditate seruata. Ad hanc uero non multo opus est somno: si bene assueueris somnis. Magistratus profecto nocte in urbibus uigilantes malis hominibus tum hostibus tum ciuibus terrori sunt, amandi honorandique iustis & temperatis, sibi & ciuitati utiles uniuersæ. Sed non quidem ita peracta, ad ea quæ diximus fortitudinem quoque in animis ciuium creat. Sole uero surgente, pueri ad magistratros proficiscantur. Quoniam uero nec pecudes nec alia prorsus ulla sine pastore uiuere debent, nec pueri etiam sine pædagogis sint, neque absque dominis serui. Est autem puer omnibestia intractabilior. Nam cum prudentiæ fontem nondum perfectum habeat, in dissolutissimus est acerrimusque & petulantissimus omnium bestiarum, ideo multis quasi frenis uincendus est. Et cum primum à matribus nutritibusque se iungitur, pædagogis eum ad puerilem lasciuam regendam commendare oportet: deinde ut liberum quidem, doctinarum potissimum gratia præceptores: ut autem seruum, castiget quicumque ex liberis forte deprehenderit, puerum ipsum & pædagogum & præceptorem: si qua in re delinquare eos cospexerit. Si uero præsens quis iure non castigauerit, maximo subiciatur opprobrio. Rem hanc ille qui de custodibus legum ad principatum puerorum electus fuerit cognoscat: siue ille qui eos deprehendit non castigauerit cum oporteret: siue non more castigauerit. Acute autem uideat hic oportet, diligentissimeque educationem puerorum curet, naturas eorum secundum leges ac bonum ipsum dirigens semper & conuertens. Quomodo autem hunc ipsum nobis lex sufficienter erudiet? Non enim satis, nec aperte adhuc dictum est: sed alia tacta, alia prætermissa. Oportet autem pro uiribus nihil relinquere, sed rationem omnem exponere, ut interpret hic alijs & educator sit. De chorea quidem, cantus, & saltationis forma dictum est: quæ eligenda, corrigenda, deducenda sit. De scriptis autem oratione soluta nondum diximus: quanquam horum, & quo ordine, & optime pueritiæ cultor, alumnis tradenda sint, quamuis quæ in re bellica discenda exercendaque ipsi sunt, iam habeas. Etenim quod percipienda sint quæ ad literas pertinent primum, deinde quæ ad lyram, à legislatore dictum est. Præterea quæ ad computationem numerorum spectant, quibus opus esse diximus: & omnino quæcumque ad bellum ac rem familiarem publicamque conducunt. Item quæ ad diuinorum astrorum solis lunæque circuitum, perquirendum: ut uniuersa ciuitas non ignoret, ordinem dierum in mensem, mensiumque in annum: atque ita tempora, solennitates, sacrificia ut decet disposita naturaliquodam ductu, uitam ciuitatem uigilantemque reddant, & dijs honorem tribuant, & homines ad hæc prudentiores efficiant. Hæc tibi sic ò amice à legislatore sufficienter distincta sunt, sed quæ sequuntur animaduerte. Nam de literis nondum satis distinctum fuisse

fuisse diximus: quoniam quatenus his uacandum sit, non est declaratum: utrum uidelicet exacte eas comprehendere debeant, qui mediocres futuri sunt ciues: an nihil omnino. Si uero militer quoque de lyra. Ad literas ergo decennes pueri proficiscantur: triennioque insistant. Et qui tres ac decem egerunt annos, lyrae similiter tres annos incumbant. Nec liceat aut parri plus uel minus in his liberis detinere: aut liberis siue tædio affectis citra id tempus, siue deliderio compullis ultra, his rebus, contempta lege, uacare. Siquis non paruerit, honores qui disciplina præditis dantur, quos postea narrabimus, non consequatur. Sed quid in his annis docere magistris, adolentesque discere debeant, audi. Literas donec legere scribereque possint, perdiscant. Velociter autem aut per pulchre faciant, nec ne, nisi natura in hoc temporis spatio iuuerit, non est curandum. Monumenta uero poetarum in quibus lyra non utuntur, partim metricè scripta, partim sine metro: quæ quidem rhythmo harmoniaque carentia fallacia scripta, sunt nobis à nonnullis huiusmodi hominibus tradita, quæ ratione usui dabitur ò omnium optimi custodes legum & Legum quoque latorem, qualem istorum usum uobis recte tradat, dubitaturum arbitror. CLINIAS. Quid hospes tecum ita dubitasti? A TH. Recte tu Clinia, sed ad uos qui de legibus communiter mecum consideratis necesse est ut & quæ certa & quæ dubia mihi uidentur, aperiam. CLIN. Quid ergo de his modo dicis? quid te mouit? A TH. Dicam equidem. Profecto innumeris hominibus non est facile contradicere. CL. Nunquid parua & pauca de legibus iam dicta putas multis contraria? A TH. Vere prorsus id dicis. Iubere namque uideris, ut quamuis multum hoc iter arduum odiosumque sit, peragam tamen confidenter: perque legum semitam, presentibus sermonibus patefactam nihilo prætermisso progrediar: cum iter huiusmodi forsitan non paucioribus, & si paucioribus, non deterioribus placeat. CL. Certe. A TH. Nihil igitur prætermittam. Dico equidem, poetas multos hexametro carmine, multos trimetro alijsque generibus metrorum scripsisse: ac alios seria, alios iocosa fuisse complexos. Quæ cuncta multi facultatis huiusmodi professores, asserunt recte educandis iuuenibus ediscenda, ut ex uariorum poetarum peritia facundi reddantur. Alij capita quædam ex omnibus electa, & in idem conducta, memoriæ commendanda contendunt, si modo quis nostrum ex multorum peritia atque notitia, probus uir & sapiens est futurus. Tu uero quid ab his recte dicatur, quid contra, libere à me nunc explicari iubes? CL. Quid nisi? A TH. Ergo igitur quid potissime de his omnibus uno uerbo sufficienter dicam? hoc equidem arbitror, quod mihi ab omnibus concedatur. Multa à poetis probe, multa etiam contra, esse dicta. Quod si ita habet, multorum ediscendorum studium iuuenibus periculosum esse assero. CL. Quomodo ergo, & quid custodi legum præcipis? A TH. Qua de re dicis? CL. Quoniam sibi respiciendum quasi ad exemplar quoddam, ut alia perdiscenda iuuenibus, alia ne attingenda quidem iubeat, ne dicere id graueris obsecro. A TH. Obone uir Clinia, uideor quodammodo fortunatus. CL. Qua in re maxime? A TH. Quod penitus exemplo non caream. Nempe cum ea quæ ab aurora ad hanc horam non sine quadam deorum inspiratione, ut mihi uidemur, narrauimus, animaduerto: poesi quodammodo si multa mihi uidentur. Nec mirum est, si proprios sermones quasi simul omnes collectos respiciens, sic afficior, ut admodum later. Omnino enim quæ aut poetice aut soluta oratione dicta didici & audiui, moderatissima hæc mihi instruendisque iuuenibus idonea maxime uidentur. Quamobrem quod melius exemplum legum custodi atque doctori proponam non habeo, quam ut magistratros cogat pueris hæc exponere, & quæcumque alia his similia: si uel poetice siue soluta oratione scripta sint: siue simpliciter dicta quidem, & huic dispensationi consentanea: quæ nullo modo prætermittat oportet, sed operam det ut scribantur, ac primum præceptores ipsos compellat discere hæc, atque probare: & eos qui non probent repellat: ijs uero qui probant, erudiendos instituendosque adolentes committat. Sed de literis, earumque magistris, iam satis. CL. A proposito quidē hospes ut mihi uideatur non aberrauimus: sed utrum recte totam rem, an contra agamus, forsitan difficile dictu. A TH. Tunc de mum Clinia id quoque patebit, ut decēs est, quando sicut sæpenumero diximus, legum tractatio finem accipiet. CL. Recte. A TH. Verum post literarum magistrum nonne de citharista dicendum? CL. Cur non? A TH. Si superiorum memores erimus uerborum, citharistis congruum & docendi & educandique, quantum ad sua spectat, ut reor officium dabimus. CL. De quibus dicis? A TH. Oportere diximus Dionysiacos cantores sexaginta annos natos rhythmo

Docendi pueros
discenda mody
que sint

De musica

rhythmorum naturas harmoniarumque constitutiones acute sentire: ut in cantibus affectus animi imitantibus, probi animi imitationes, ab imitationibus improbi fecerere possint: & has quidem rejiciant, illas in medium deductas, ad adolescentum auribus concinant, trahantque eorum animos imitatione quadam perductos ad uirtutis ipsius possessionem. C. L. Vera loqueris. A. T. H. Quapropter citharistam discipulumque eius oportet lyrae uocibus uti eius expressionis gratia, quae ex canoris fidibus prouenit, & uocibus uoces consonas reddere. Diferentiam uero uarietatemque lyrae, cum alios fides modulorum reddant, alios poeta cantus ipsius auctor, ut spissitudinem praeterea raritati, uelocitatem tarditati, acumen grauitati, & omnino consonum simul & dissonum praestet, rhythmorumque uerua uarietas, lyrae uocibus accommodetur, afferre illis non licet, qui triennio utilitatem musicae sunt facile percepturi. Contraria enim cum se inuicem confundant, difficile discuntur. Oportet autem ut facile iuuenes discant. Nam nec parua nec pauca sunt, quae necessario illis perdiscenda mandamus. Haec autem oratio progrediens cum tempore simul ostendit. Haec de musica doctores procurrent. Quae uero uerba cantus uel chorearum magistris docere debent, ea nobis in superioribus distincta sunt, quae dedicanda commo- de solennitatibus diximus, ut una cum felici oblectamento utilitatem quoque ciuitatibus praebant. C. L. IN. Vere haec etiam distinxisti. A. T. H. Haec itaque uere distincta electus ad Musam magistratus suscipiat, curetque seleiter. Nos uero sicut Musicae docendi modum qui restabat, adiecit, ita nunc saltationi & uniuersae corporis gymnasticae, cum idem res quum sit, idem quoque adiciamus. Pueros etenim puellasque oportet tripudium & gymnasticam discere. Nonne? C. L. IN. Sic oportet. A. T. H. Saltandi igitur magistris pueris, acpuellis magistris dentur, ut his apte exerceantur. C. L. IN. Dentur profusus. A. T. H. Rursus uirum illum plurima negotia subituro, uocemus pueritiae curatorem, qui cum & musicae & gymnasticae curam habeat, nunquam otio abidabit. C. L. IN. At quo pacto tantam cum senior sit, curam sufferre poterit. A. T. H. Facile o amice. Lex enim ipsi concessit, concedetque, ut ad eam curam quos uelit ciuium & uirorum & mulierum accipiat socios. Ille autem qui deligendi sunt cognoscat, uoletque socios probos deligere, cum magistratus ipsius magnitudinem prudenter & cognoscat & uereatur, nec ignoret quod si pueritia recte educata sit, educeturque, omnis in uita recta sit nauigatio. Sin contra, quid contra sequatur, nec dictu dignum est, neque nos dicimus, perniciosum in ciuitatem nouam omen surgentes. Multa iam de saltatione, deque omni motu gymnastico diximus. Gymnasia enim omnes etiam exercitationes bellicas appellamus, ut sagittandi, iaculandi, peltastice quoque, & omnes armorum dimicationes, aceterum ordinationes, ductiones exercitus, castrorum positiones, & quae cunctae ad equestrem pertinent disciplinam. Quorum omnium publicos oportet esse magistris a ciuitate conductos, qui pueros & puellas, uiros & mulieres doceant, ut omnes qui in ciuitate sunt, haec omnia sciant. Et puellae quidem saltare pugnareque cum armis consuecant: mulieres autem castra mouere, ordines struere, & arma sumere atque deponere, si nullius rei alterius gratia, attamen si res cogat ut in militiam uiri omnes proficiantur, possint ipse interim siquid aduersi acciderit, ciuitatem defendere: uel si tanta hostium multitudo agros inuaserit, ut necesse sit mulieres quoque pro ciuitate arma capere. quorum nihil est quod non facile euenire possit. Magno certe rei publicae uitio dandum est, ita ignaue mulieres educari, ut nec ueluti aues quidem pro sillis contra feroces audeant bestias pugnare: morique potius uelint, cunctaque subire pericula, quam statim ad aras templaque confugere, opinionemque de genere hominum dare, omni ignauissimum animalium esse. C. L. IN. Per Iouem hospes & dedecori hoc & detrimeto est ciuitati. A. T. H. Legem igitur hanc sanciamus, ut rem bellicam mulieres non negligant, sed ciues omnes tam mulieres quam uiri, illi dent operam. C. L. IN. Sanciamus. A. T. H. Delictatione quidem partim nobis est dictum. Quod uero, ut arbitrator, maximum est, non diximus, nec facile dictu est, nisi quis uerborum declarationi corporis gestus adiungat. hoc ergo tunc iudicabimus, quando uerba rebus coniuncta apertius aliquid etiam de ceteris significabunt, & luctationem maxime omnium motuum praelio affinem esse, & oportere non praelio huius causa, sed huic gratia praelij operam dare. C. L. IN. Probe id quidem. A. T. H. Sed de luctandi quidem facultate haec uenit dictum. Caeteros uero corporis totius motus, quorum plurimi saltationis nomine recte appellari possunt, in duas species distribuit

De saltatione

Cur mulieres oporteat arma & castra tractare

De luctatione

mus: Nam alius quidem motus decentioribus gestibus corporis honestum dignumque aliquid imitatur, alius contra indecentioribus, ad uile aliquid imitando deducit. Et utriusque rursus duae sunt species. Honestus enim digniorque motus alius est, cum in bello uiolentisque laboribus egregio corpore fortique animo implicamur. Alius, dum animus in rebus secundis moderate laetatur. Hunc si quis pacificum appellet motum, secundum naturam appellare uidebitur. Illum uero a pacifico diuersum Pyrrhichen recte quisque uocabit, qui imitatur flexus corporum, quibus tela plagaque uitantur, declinando, retrocedendo, exiliendo in altum, humique se contrahendo: contrarios item gestus, quibus uidelicet aduersus alios quicquam infertur sagittando, iaculando, caedendo. In his omnibus arbitrari oportet, quando intrepidus & constans habitus in membrorum rectitudine & fortitudine animi adhibetur, recte fieri, quando uero contra, non recte. Sed & paci conuenientem saltationem hoc pacto in singulis consideremus, utrum recte nec ne pro natura honestae saltationis decenter quis in choreis optima lege eruditorum uirorum ueretur. Primum uero ambigua quae in controuersiam cadit saltatio, a non ambigua distinguenda est, quae nam igitur haec? & quo pacto utraque distinguenda est? Ambiguum arbitramur, quae Bacchida, Bacchumque sequentium est: quas Nymphas, Panes, Silenos, ac Satyros uocant. quae quidem ut aiunt uiolentos imitatur, Iustrationes & sacra facientes. Totum hoc saltationis genus, neque quod bello conueniat, neque quod paci, neque quid sibi uelit facile determinari potest. Rectissimum igitur mihi uidetur, id ita distinguere, ut seorsum a belli, seorsum etiam a pacis saltatione id ponamus, negantesque hoc esse ciuile, atque ideo relinquentes, ab belli pacisque, quae sine controuersia est, saltationem ad nos pertinentem iam reuertamur. Genus autem illud Musae, quo in pace & prosperitatis opinione utimur deos deorumque filios honorantes, bipertito distinguitur. Alterum enim cum pericula laboresque euasimus & bona adepti sumus, adhibetur, quod maiores continet uoluptates. Alterum prioribus bonis seruatis auctisque agi solet, in quo remissior est uoluptas. In huiusmodi uero rebus, ex maiori uoluptate concitatus, ex minore remissius quisque mouetur. Modestior etiam quilibet, & ad fortitudinem exercitator, pacatius mouetur. Ignauus contra, & ad temperantiam minime exercitatus, maiores uehementioresque mouendi permutationes agit. Communiter autem seu cantu siue aliter quis loquatur, quieto id corpore facere nequit. Quapropter uerborum imitatio corporis figuris expressa, artem omnem saltatricem peperit, qua concinne nonnulli, alij inconcinne mouentur. Cumque in alijs multis nominibus bene & secundum naturam positus laudanda antiquitas sit, in hoc quoque probanda est, quod saltationes cunctas moderatorum hominum in rebus secundis temperate gaudentium, recte admodum musicaeque & secundum rationem concinnitates quisquis ille fuerit, nominauit: duasque honestae saltationis constituit species: & belli quidem Pyrrhichen; pacis commode concinnitatem uocauit. Haec debet legislator figuris quibusdam exponere: cultos autem quae rere, & inuenta cum alia musica coniungere, atque in solennibus sacrificijs distributa, singula singulis dedicare: & ita ordinata stabilire, ut nihil eorum postea nec in saltu nec in cantu aliter fiat, sed in eisdem uoluptatibus ciuitas eadem perseverans, ciuesque iidem similes semper pro uiribus permanentes, bene beateque uiuant. Sed iam de honestis pulchrorum corporum, generosorumque animorum choreis diximus. Deformium uero corporum cogitationumque motus, qui ad risum & comoediam, uerbis, cantu, saltatione, omnibusque huiusmodi imitationibus spectant, considerare & cognoscere necesse est. Nam seria sine ridiculis, & omnino sine contrarijs contraria cognoscere quidem impossibile est, siquis prudens est futurus. Fieri autem ambo minime possunt, si quo pacto uirtutis participes euasuri sumus. Sed haec huius gratia cognoscenda sunt: ne propter ignorantiam ridiculum aliquid agatur aut dicatur, cum minime oporteat. Serui igitur & peregrini precio conducti talia imitentur, studium uero ipsis nullum adhibeatur. Nec adeo liber sit ciuis, seu uir siue mulier, qui discere ista cernatur, sed noua semper in his appareat imitatio: atque ita ad risum spectantes ludi qui comoediae uocabulo appellantur, ratione ac lege dispositi sint. Tragediae uero poetae qui res, ut aiunt, serias narrant: si nos sic interroget: licet ne o amici in regionem ciuitatemque uestram nobis uenire, poemataque nostra ad uos perferre? An aliter uobis de re tragica uisum est? quid ad haec diuinis uiris recte nos respondebitur? Nam mihi quidem ita uidetur. Nos uero o uiri optimi tragediae quam pulcherrimae &

BB optima

Tragicis

optima quo ad fieri potest, sumus poetae. Nepe uniuersa res publica nostra pulcherrima optimaque uita imitatio est: quam rem nos certe tragediam uerissimam arbitramur. poeta ergo uos estis: poetae quoque eiusdem poematis ipsi sumus: & quasi aemuli ad opus pulcherrimum tragediae contendimus, quod sola lex uera, ut speramus, potest perficere. Verum nolite credere, facile a nobis admitti, ut scenas in foro constituatis, & clamorosos conductatis histriones, qui altius quam nos exclament, atque ita ad liberos nostros, ad uxores, ad turbam urbis omnem, de eisdem rebus non eadem quae nos, sed contraria saepe concione nentini. Insaniremus enim & nos omnino & ciuitas omnis, si antequam magistratus uiderent quae composuistis, & dicenda ad populum iudicauerint, admitteremini. Nunc igitur o uiri optimi mollium musarum alumni istos cantus uestros cum nostris apud principes comparabimus: & si quae dicentur, eadem aut meliora nostris esse uidebuntur, choros uobis dabimus. Sin uero aliter o amici, nunquam dare poterimus. Haec ita de omni chorea eiusque doctrina legibus & moribus constituta sunt, & seruatorum quidem seorsum a domo norum officijs, si uobis quoque uidetur, CLIN. Videtur certe. ATH. Sed liberis tres adhuc restant doctrinae. Una computatio numerorum, Altera longitudinis, latitudinis profunditatisque mensura. Tertia circuitus astrorum notitia. Quae omnia non exacte multi perdiditatisque pauci, quos ad finem progressi significabimus. Sic enim decet. Multitudini uero quae necessaria sunt, rectissimeque dicuntur, turpe est nescire. Sed exquisitae cuncta perquirere, nec facile est, nec omnino possibile. Quod ex ipsis necessarium est, resciri non potest. Imo uero ad hoc ipsum respexisse uidetur, qui pro uerbis primus ita de deo est locutus, quod nec deus unquam cum necessitate pugnabit: quod equidem de diuinis necessitatibus intelligendum arbitror. Nam si hoc de humanis necessitatibus dicatur, ad quas multi respicientes tale quid aiunt, longe omnium stultissima erit oratio. CLIN. Quae nam igitur hospes non humanae, sed diuinae doctrinarum necessitates sunt? ATH. Illas arbitror, quas qui non discit ullo modo nec experitur, nunquam hominibus deus fit, nec daemon, nec heros, ut curam hominum studiose habere possit: longe etiam aberit, ut homo diuinus fiat, si nec unum, nec duo, nec tria, nec paria omnino atque imparia potest cognoscere, si nec numerare nouit, nec dies & noctes dinumerare, nec solis ac lunae caeterorumque astrorum latrones acceptit. Quae si quis necessaria neget homini pulcherrimarum doctrinarum quamlibet perceptura, stultissime cogitabit. Sed qualia horum singula sint, & quot, & quando discenda, & quid cum alio, & quid sine alijs solum, & quae sit uniuersa istorum mixtura recte ante omnia est discendum. Deinde his doctrinis ducibus ad alias gradiendum. Sic enim natura necessitas ipsa obtinuit, qua cum deorum nullum dicimus aut pugnare nunc aut unquam pugnaturum. CLIN. Recte hospes, ac secundum naturam quae dicit ita dici uidentur. ATH. Sic se res habet o Clinia. Sed difficile est de his hoc ordine propius leges ferre. Quare in aliud tempus si uideretur dilata diligentius haec legibus sancimus. CLIN. Videris hospes nostram de his rebus imperitiam formidare. Neque id iniuria. Veruntamen exponere coneris, nihil hac de causa ueritus. ATH. Formido equidem quod dicitis, sed multo magis eos perhorresco, qui has doctrinas gustarunt quidem sed male gustarunt. Non enim graue admodum quiddam est & durum rerum omnium imperitia, nec summum malum, sed multo perniciosius est male comparata multarum rerum peritia atque notitia. CLIN. Vera loqueris. ATH. Oportet igitur liberos homines ea discere, quae una cum literatura, magna puerorum turba in Aegypto perdidit. Primum enim computationis doctrina sic est pro ingenio puerili excogitata, ut cum ludo & uoluptate percipiatur. Pomorum coronarumque pluribus paucioribusue distributio fit, iisdem competentibus numeris. Pugilum quoque & luctatorum confessus, & confortij alternus & consequens ordo, ut fieri solet, digeritur. Phialas autem aureas, aeneas, & argenteas, similesque alias ludendo immiscentes, uel totas alter alteri tradentes, necessarios ut dixi ludis numeros aptant: atque ita utilitatem praebent discitibus ad exercitium ducentes, castrorum ordines, ad rem publicam disponenda, & ad reliqua omnia, uigilantioresque ipsos reddunt. Deinde cum natura ignoratio turpis atque ridenda de mensura longitudinis, latitudinis, & profunditatis omnes homines teneat, hac eos procul abducunt. CLIN. Quam igitur & qualem ignorantiis dicitis? ATH. O amice Clinia, ego etiam cum aliquando audiuisset, sero tandem hanc nostram ignorantiam miratus sum, nec hominum, sed suum pecorumque con-

Argumenta
metriam
logiam
necessitate
necesse
necesse
necesse

Nunquam de
us cum neces
sitate pugnabit

computatio

consideranti mihi uisa est. Ideoque non mea solummodo, uerum etiam Graecorum omnium causa uehementer erubui. CLIN. Dic planius hospes, quid hoc est? ATH. Dicam equidem. Immo uero interrogando aperiam. Responde quaeso. Longitudinem nostrum: CLIN. Quid nunc? ATH. Quid latitudinem? CLIN. Certe. ATH. An quod haec duo sunt, & profunditas tertium? CLIN. Et hoc. ATH. Videntur tibi haec omnia inuicem posse commensurari? CLIN. Sane. ATH. Longitudinem inquam ad longitudinem, & latitudinem ad latitudinem, & profunditatem similiter commensurari posse natura. CLIN. Vehementer quidem. ATH. Quod si aliqua neque uehementer neque remisse id possunt, sed alia possunt quidem, alia minime: tu autem putas omnia posse, quo modo ad haec es affectus? CLIN. Male. ATH. Quid rursus longitudinem latitudinemque & profunditatem, uel latitudinem longitudinemque inuicem? nonne Graeci omnes opinantur quodammodo posse commensurari? CLIN. Omnino. ATH. Quod si nullo pacto possunt, omnes autem Graeci, ut dicebam, posse existimant: nonne par est nos omnium causa rubore commotos ad eos dicere: hoc unum de illis est o Graecorum optimi, quae ignorare quidem turpe esse dicebamus: nosse autem necessaria, non admodum praclarum. CLIN. Cur non? ATH. Praeterea alia quaedam sunt his affinia, in quibus similiter erramus. CLIN. Quanam? ATH. Qua natura factum sit, ut alia inuicem commensurari possint quidem, alia uero non possint. haec sane cognoscere necessarium est, uel omnino inutilem esse illum qui ignorat. In his ergo animi causa trahere mora oportet. Senilis enim hic ludus multo iucundior erit quam talorum & tesserarum, liberoque homine dignior. CLIN. Quid nunc? Multum enim tesserae haecque doctrinae inter se distare uidentur. ATH. Haec ipse o Clinia discenda iunioribus censeo. Nam nec noxia neque difficilia sunt, & ludendo percepta, proderunt ciuitati. oberunt autem nunquam. Attendendum est autem, si quis aliter dicat. CLIN. Quid nunc? ATH. Si haec ita habere se uidebuntur, probabimus utique. Sin aliter, reprobabimus. CLIN. Ita certe. Nonne igitur hospes haec nobis tanquam necessariae doctrinae modo sanciendae sunt, ne inanis sit nobis legum tractatio? ATH. Sanciantur quidem, sed ea conditione ut solui a reliquo discipulinae ciuilibus ordine possint, si forte nullo modo uel ponentibus nobis, uel uobis, quibus posita fuerint, probabuntur. CLIN. Iusta haec est constitutio. ATH. Sed aduertamus nunc utrum stellarum nobis doctrina placeat. CLIN. Dic modo. ATH. Mirum quid in his accidit, quod tolerari minime potest. CLIN. Quid illud? ATH. Maximum deum, totumque mundum dicimus inquirendum non esse, nec rerum causas multo studio indagandas. nec primum id dicimus: cum tamen contrarium uideatur recte fieri posse. CLIN. Quo pacto dicitis? ATH. Nempe haec aliena quidem a senioribus doctrina uidebitur: sed cum probam, ueram, ciuitatibus utilem ac deo ipsi amicae putem, silere non possum. CLIN. Contentanea loqueris. Sed nunquid circa stellas doctrinam talem reperiemus? ATH. Mentimur nunc o boni uiri de magnis dijs, sole dico ac luna, ut breuiter dicam, Graeci omnes. CLIN. Qua ratione mentimur? ATH. Solem ac lunam nunquam iter idem facere opinamur, & alias quasdam cum his stellas errare dicimus, quas planetas uocamus. CLIN. Per Iouem hospes uerum est quod dicitis. Saepe namque ipse oculis uidi Luciferum & Hesperum & alias quasdam nunquam eundem facere cursum: sed omnino errare: solem autem ac lunam errare semper, omnes cognouimus. ATH. Haec o Megille & Clinia sunt, quae iunioribus ciuibusque nostris de dijs caelestibus usque adeo discenda censeo, ut in eos prophatum nihil loquantur, sed sacrificando pieque uouendo laudibus semper honorent. CLIN. Rectum quidem hoc: si modo possibile primum est quod dicitis perdiscere: deinde etiam si minus recte de his nunc loquimur, postquam uero didicerimus, recte loquemur: si inquam ita est, ego quoque talem doctrinam eatenus discendam esse concedo. Haec igitur ita se habere, conare tu quidem diligenter exponere: nos uero audiemus atque discemus. ATH. Non est facile quod dico percipere: nec rursus omnino difficile: nec longo ut discutiatur, indiget tempore. Cuius signum est, quod ipse nec nuper nec iam olim audiui, & nunc breui tempore significare uobis possum. Quae tamen si difficilia penitus essent, nec ego declarare, nec uos percipere hac aetate possitis. CLIN. Vera dicitis, sed quamnam haec est doctrina, quam mirabilem esse dicitis, & iunioribus necessariam, nobisque ignotam? Conare aperitissime istud ostendere. ATH. Conabor equidem. Non est o uiri optimi uera haec de sole & luna caeterisque stellis opinio, quod unquam pererent, sed contra ferres habet. Eandem

Sol et luna
magni dij

enim quoduis illorum viam non multas circueundo peragit: quamuis uideatur per multas ferri. Quod uero in eis uelocissimum est, non recte tardissimum, & contra contrarium iudicamus. Peccareq; ita opinantes patet. Nam si in olympico ludo, cursu certantes spectaremus, & uelocissimum tardissime, tardissimum uelocissimum currere predicaremus: laudibusq; uicisse uictum caneremus: non placeret, ut arbitror, laudes nostrae cursoribus. Nunc uero cum de dijs similiter peccemus, nonne ridiculi sumus, similiterq; aberramus a recto? CLIN. Ridiculi quidem. ATH. Nulloq; pacto accepti deo, dum falsa de ipsis canimus. CLIN. Si haec ita se habent, uera dicis. ATH. Atqui si ita habere se ostenderimus, discenda usque adeo haec omnia. Sin minime, dimittenda: nobisq; ita de his concessum sit. CLIN. Prorsus. ATH. Sed instituta iam de doctrinarum disciplina finem habeant. De uenatu autem similiter iudicandum, ac de huiusmodi omnibus. Videtur enim legum latoris officium non solum hoc esse ut leges conscribat, sed etiam ut medio utatur illo, quod inter admonitionem est & leges, quo & nos sapius uisumus, praesertim cum de educatione infantium loqueremur. Nam in hac re multa esse diximus, quae non ita dici possunt, ut leges de ipsis ponantur, idq; tentare dementis esse. Ita uero conscriptis legibus & re publica constituta, non est praestantis uirtute ciuis perfecta laus, qua dicitur eum bonum esse ciuem, qui legibusq; optime ministravit, & quam maxime paruuit: sed perfectior illa est, est esse talem, qui legum latoris, leges ferentis & laudantis uirtuperantisq; scriptis omnino per totam uitam paruuit. Haec ciuis praecipua laus est. Nempe oportet ut legis conditor leges non solum conscribat, sed etiam declarationem quandam his adiungat, qua quae honesta turpiaue sibi uidentur, significet. Ciuem quoque summum oportet non minus haec quam quae multa imposta a legibus mandata fuerint obseruare. Ad hoc uero rem, qua de agitur, quasi testem adducimus. Magis enim quod uolumus, aperit. Venatus enim res laetior est, nomine uno comprehensa. Alius aquaticorum, alius uolatilium, alius pedestrium: nec ferarum solum, uerum etiam hominum: horumq; non bellicus tantummodo, uerum etiam qui per amicitiam: & alius quidem laudem, alius uituperationem habet. Rapinae quoque latronum, castrorumq; uenatus sunt. Quamobrem qui de uenatu leges est conditurus, nec ista praeterire potest, neq; singulis ordine certo atq; multa, minaces imponere. Quid ergo de his faciendum est? Oportet ut legislator quae in uenatione laudanda sunt, laudet: quae contra, uituperet, ad iuuentutis exercitationem. Iuuenes autem cum audiuerint, ita parere debent, ut nec labore nec uoluptate reuocati aliter faciant quam legislator consuluit. Immo uero magis honorent, quae cum laude dicta & exhortando proposita sunt, quam quae minaci & uindictae lege firmata. His itaq; propositis congrua deinceps laus & uituperatio uenationis conscribi potest: ut quae meliores animos iuuenum facit, laudet: quae contra, uituperetur. Dicamus igitur deinceps ad eos sic, precibus interpositis. Vt nam uos o charissimi, nunquam marinae uenationis hancq; cupiditas capiat: nec omnino aquaticorum animalium die siue etiam nocte per otiosam uenationem sagena capientium: nec piraticae amor, per maria uenatores hominum iniquos atq; atroces uos faciat. Furti uero latrocinisq; cupiditas in urbe uel regione committendi nec in mentem quidem ueniat uestram, nec uolatilium iucunda uenatio ferulis magis quam libera. Pedestrium ergo uenatio uobis sola relinquatur. Sed nec dormientium quae uicibus quibusdam interpositis sit, nocturnaq; uocatur, & otiosorum hominum est, laude digna habetur, neq; etiam quae in laboris remissione sit, & retibus laqueisque non constantis animi uiribus ferarum domat atrocitatem. Sola ergo quadrupedum uenatio illa restat omnibus optima: quae & quis, canibus, corporis uiribus agitur. Nam quibusq; diuina curae est fortitudo, si qua drupedes omnes, cursu, uulneribus, telisque manu propria uenando uincere debent. Sed laus uituperatioq; uenandi ita distincta sit. Lex autem ista. Sacros quidem hos uenatores ubicunq; uenari uelint, nemo prohibeat. Venatorem nocturnum retibus & canibus suis fidem nemo usquam sinat uenari. Auiceps per incultos agros montesq; uagari permittatur. A cultis locis, sacrisq; incultis a quocunq; pellatur. Piscator nec in portibus, nec sacris fluuijs, paludibus, stagnisq; uenetur: in alijs liceat, dummodo succorum non utatur permixtione. Sed iam institutiones de disciplina finem habeant. CL. Praclare loqueris.

De uenatione



VAE MODO de praecipuo singulariq; unius dei cultu ex multis Platonis nostri testimonij asseruimus, possumus praeterea per Phaedrum, Gorgiam, Protagoram, Politiam, Critiam, quartum legum absq; controuersia confirmare. In his enim uniuersam deorum, ut ita dixerim, synagogam, unico subterregio, prout uult singulis imperanti: aliq; alijs officia iuste differenti: & humana per illos ordine dispensanti: non quasi absente hinc illo, sed ut apparet in quarto legum, potius ita uolente. Iubet itaq; Plato primum quidem deum propter se adorari. Sequentes uero qui particeps eius dii quoque dicuntur, amari tanquam illi similiores. Honorari etiam ut uicarios, immo & aduocari quasi conciliatores, Audiri etiam ut diuinae mentis interpretes. Exaudiri denique ceu maiestatis diuinae praesones. Iubet & templa condi in urbe: & urbem ipsam quasi aedem sacram in partes distribuit duodecim. Quem admodum & deus templum sibi ipse construxit, mundum duodecim sphaerarum choris ornatum: Sacerdotibus quoque munim, id est, spiritibus praeditis ratione, Deum ubique laudantibus. Diuinum uero id templum Plato pro uiribus imitans, & multos in suis templis admittit deos, quemadmodum deus ipse multos admittit in suo: & uaria disponit simulacra: sicut & deus stellas locauit in caelo: quasi suorum status angelorum. Praeterea inter multas multorum aras altare primum consecrat primo, quemadmodum stellas inter peculiariter sibi statuum deus elegit solem, ut in Republica Plato inquit. De quo forte dictum uideri possit: In Sole posuit tabernaculum suum. De sacrificijs autem statusq; diligentius alibi pertractabitur: uerum ut in praesentia summam dicam, primum deum utpote materiae aut similis naturae nihil habentem, unica uult mente coli. Sequentibus uero numinibus hostias & sacrificia qua ratione lex patria iubet, adhiberi permittit. Hinc theologi gentium in numinum caelestium igneorumq; sacris, figuras & lumina multa, ad usum spectantia inferebant. In sacris autem aereorum, muscos quoque concentus, & odores uaporesque addebant. At in sacrificijs aereorum atque terrestrium, ijs in superque ad gustum & soliditatem attingere, utebantur. Quamobrem nemini mirum uideri debet, Platonem philosophum adeo grauem leges suas, omnes quidem, praecipue uero sacras, non nisi consultis oraculis promulgare. Principio uidebatur temporibus indulgendum. Necessarium qui dem erat humana diuino quodam consilio & auctoritate firmare. Impossibile uero ea tempestate eos homines ita natos, ita educatos, ratione ulla a consuetis alienissimum in diuina reuerentia conseruare. Deinde Plato prudentissimus iudicabat: & si possent impuri spiritus homines per oracula fallere, sepe tamen abstractas ob diuinam reuerentiam a corpore mentes, quasi iam puras a puris subito numinibus corripit: & quemadmodum ligna quae casu exsiccauit uentus, sepe mox natura ignis accendit, similiter posse animos ex religio quodam ritu, quamuis apud sapientes minus probato, perfundit. cultis modis meliori numine corripit: ut qui nescientes quomodo in mentem ipsam seorsum a sensibus ascenderunt, ex alto iam feliciter accendantur. Neque tam attendendum Plato uult, quo ritu colas diuina, quam cuius gratia colas. Si enim id summi omnium regis gratia aeternorumq; bonorum desiderio feceris, probabile est uideatq; & quomodoque; coeperis, te quandoque per eiusmodi uenerationem ad summum propius accedentem, uel immenso illius lumine circumfundi, uel exuberanti saltem bonitate seruari. Quapropter eiusmodi Plato fiducia fretus, de sancientis legibus sacrificijsq; oracula consulit, praecipitq; quotidie aliquem ex magistratibus sacra publice facere: pro salute patriae primum, dein de pro sua atque suorum. Et certo quodam ordine post iunilis aetatis rudimenta in septimo tradita, mox in octauo ad sacra descendit: utpote qui intelligi uult homines ob uillatorem uel meticulosum tot dijs demonibusq; in ciuitate Platonica interesse formidat: huic pariter adire licet urbem Peripateticam, non demonum deorumq; tantum, sed dei etiam uaciam. Sed profecto opraeprecium est superstitioso supercilio stomachoq; posto ex omnibus eligere potiora, pietatemq; probare Platoniam, neque exigere Christianum fuisse illum, quem solum temporis interuallum prohibuit esse Christianum. Prima quidem sacra sunt duodecim, in mensium Calendarum. Secunda quoque duodecim, in mensibus. Tertia sunt tertium & sexaginta quinque, scilicet quotidiana. Fiunt autem praecipua dijs caelestibus, terrestribus uero media, scilicet dijs sub luna regentibus. Omnes enim sub caelo terrestres appellat. Inferiora demonibus. Infima heroibus. Oportere uero putat sacra his omnibus duodecim distingui generibus. Siquidem secundum sphaerarum signorumq; duodenarium, etiam in qualibet sphaera demones, heroesq; duodenario distinguantur. Commemorationem uero solennitatum, earumq; distinctionem quotannis declarari populo iubet mense ultimo: quem more communi accipimus Februarium. Praecipue uero Platonicum more mensum ante aestiuum sositium. Vltimum mensum merito Plutoni dicant. Est enim Pluto prouidentia propria & separans animas & iudicans separatas. Inquit autem conuentionem cum corpore animae non esse meliorem separatione. Intellige de corpore caduco, & quatenus caduco

cum est: non de caelesti, uel caelo simili: quali corpori coniungi praestat. huic autem quatenus caducum est, non praestat. Ac si operaprecium esse dicatur huic quoque coniungi: non propter hoc ipsum proprie, sed alterius finis gratia id dicendum. De his autem in Theologia diffusus. Sed nunquid de moribus etiam in purioribus Platonicis litant? Nonnulli his insuper, partim quia naturalibus praesint officijs, partim uero ne inuidia noceant, Plato uero id nequaquam concesserit. Quippe cum purganda mentis gratia primiq; dei ueneratione duntaxat serua iubet facere. Afirmat autem ciuitatem legibus consilio diuino uentem fore felicem. Addit ad felicem tum ciuis tum ciuitatis uitam id maxime pertinere, ut nec alijs iniuriam inferat, neque afficiatur iniuria. Vtrumque uero uirtute consequi posse. Ac ne ciuitas afficiatur iniurijs, statuit sacrificia, in quibus et diuinum auxilium impetretur, et ludi quidam solennes festiuiq; sequentur; bellicas pugnas quam maxime imitantes. Quibus exerceri uult ad pugnam tam foeminas quam mares: et in singulis quidem tam sinistram manum quam dextram; ut et ciuitas ex utroque sexu et que utili integra sit: et quilibet ex utraque manu pariter utili, sit integerrimus. Inter haec notabis quam detestetur auaritiam, ob id maxime ciuitati noxiam, quod proprijs uilibus que lacris occupatos animos a publicae salutis cura detorqueat. Notabis iterum quanta cautione Musicam, choreas, poesiisq; in sacris bellicisq; ludis admittat. Deinde solum illud imperium legitimum esse pariter atque tutum, in quo uolens uolentibus imperat. At quoniam in iuuenilium ludorum caetibus sepe amores incidunt, et ij quidem turpissimi, idcirco his diligentissime praecipit occurrendum, quamuis ex parte iam occurrerit, ubi aurum et argentum ciuibus sustulit, et in laboribus assiduis educat, et oculis iudicum mores ubique circumspicientium subicit assidue omnes, maxime iuuentutem. Quae quidem tria esse remedia censet aduersus lasciuia et petulantia morbum admodum salutaria. Occurrit et quarto quodam presenti remedio; ut uidelicet ab auditoribus legum magistratibusq; fama quotidie diuulgetur, per quam cuncti communi consensu consueuant existimare, concubitus contra naturam, non minus turpes esse, nec minori apud Deum odio haberi, quam concubitus inter filios et parentes. Putat uero Plato communis fama consensum miram ad mores habere potentiam. In his audies feliciter eum uiuere, qui superat uoluptatem; infeliciter qui superatur. Audies et preceptum ad abstinentiam maxime salutare, a Paulo apostolo summpere comprobatum: ut si athlete corporeae uictoriae studio uoluptatibus abstinent, nullo magis omnes gratia uictoriae ad animum pertinentis debeant similiter abstinere. Praeterea geminam esse beneuolentiam; alteram quidem morum similitudine; alteram uero ex quadam indigentia procreantam. Et utramque cum sit uehementior, amorem cognominari. Amorem quoque quantum ad propositum spectat triplicem. Aut enim uulgaritatem animi, aut corporis tantum, aut utriusque simul amari. In his considera quam caute in legibus ferendis incedat, ut qui nonnunquam in dialogis honesto formae corporeae amator non nihil indulerit, hic tamen nihil indulgeat. Nempe corporis solius amorem euidenter exterminat. Vtriusque uero coniuncti quamuis moderatum, in legibus non audeat admittere. Solum denique erga animum solum manifeste approbare uidetur. Tum uero homines deprauatae naturae sui dominos esse negat: neque iniuria. Quisquis enim a ratione discedens, rationalem hominis amittit naturam, nimirum et libertatem que rationis munus est, simul amittit; neque tamen amittit culpam, dum quasi delinquit impulsus: quippe cum ipsemet causam necessitati eiusmodi dederit. Homines autem his contrarios, id est, integre naturae appellat eos: qui deum colunt, et inter humana maxime omnium timent infamiam; nec corporis ullius scilicet uel sui uel alieni, sed animi morum que pulchritudinem diligunt. Quod autem in superioribus dixit officium esse Dei, eiusmodi delictis obistere, si ab eo haec ordinari possent: sic accipe, ut Deinaturarum ordinatoris proprium sit, quae ab ordine naturae collapsa sunt, in ordinem restituere: praesertim cum multorum opinio sit animam in eiusmodi scelera non tam sensibus quam demonibus quibusdam instigantibus, uel ab initio corruisse. Vbi uero ait, si ordinari a Deo possent non de diuina potentia, sed humana diffidit: potest quidem Deus quantum in ipso est ordinare, sed non tam facile ordinari homo potest. Possit et Deus cogere, si modo uellet necessario trahere, quem uult modo quodam libero ducere. Mox etiam de conuiujs que inter solennia sacra, ludosq; celebrantur, mentionem facit. Item ex conuiujs de uictu legibusq; ad hunc pertinentibus. Opportune uero post educationem animi, legesq; ad hanc attinentes, ad corporis nutrimentum legesq; eiusmodi iam descendit. Tum de agris, terminis, aquis, fructibus, pecoribus, atque piscibus, similibusq; leges tradit. Vbi uero de terminis loquens praenunciatorum terminorum puniri dicit ab Ioue contribuli atque hospitali, Iouem unum intellige contribulis pariter et hospitalis curatorem. Et quoniam statutos lege terminos praeterrere, et alienum sibi dominium usurpare, superbia proprium est: idcirco dicit Iouem ad hanc iniuriam ulciscendam excitari, atque insurgere cum praелиjs inimicissimis: quasi dicat Deum contra superbos non tam ut iudicem, quam ut hostem ultorem insurgere. Post uero multas constitutiones inquit, ad seniores philosophum non pertinere, minimas quasq; leges accurate describeret; praesertim quae ad lites rerumq; controversas pertinent. Sed de rebus quidem externis paucas quasdam communesq; leges adducere, quas in minima quaeque iuris decrient interpretes: de moribus autem et animi disciplina ad unguem diligentissime pertractare.

Ac dum

Ac dum de rarijs opificibus uerba facit, tria de his praecipua tradit admodum memoranda. Primum quidem, nullum eiuem id est, publicis aliquando muneribus persuncturum, ullo debere opificio occupari, neq; etiam eius seruum. Quippe cum ars reipublicae gubernandae longa exercitatione multisq; doctrinis indigens integrum sibi hominem uendicat. Secundum uero, neminem artes duas uel studia exercere uel debere uel posse. Tertium denique artificem non decere alterius artis opificio praesidere. Vetat prudenter et exportare ciuibus necessaria, et importare superflua, et in primis cauponari, praesertim quae suis gratia. Tum urbis partes uicosq; ac templa et fores duo decim digerit: forisq; tam sobrias quam diligentius leges imponit.

DIALOGVS OCTAVVS

DE LEGIBVS VEL DE LEGVM LATIONE



SEQVITVR deinceps ut leges de solennitatibus per Delphica oracula sanciamus, quae sacra, quibusq; dijs sacrificare feliciter ciuitas debeat. At quando, et quot numero sacra facere oporteat, forte nostrum est non nihil lege sancire. C. L. Fortasse numerum. A. T. H. De numero igitur primo dicamus. Quem ego trecentorum et sexaginta quinque esse oportere censeo: ut unus aliquis semper ex magistratibus deorum alicui, aut dæmonum, pro ciuitate, pro seipsis, pro rebus suis sacrificet. Interpretes uero et sacerdotes tam uiri quam mulieres, uatesq; una cum legum custodibus congregati, ea ordinat quae in his legum latero necessario omiserit. Nam omisso rum cognitores istos esse oportet. Lex ergo uidebit, ut duo decim solennitates dijs duo decim quibus singulae tribus cognominantur, ciues peragant, dijsq; ipsis sacra per singulos menses faciãt: choros praeterea ludosq; musicos et certamina gymnica, prout dijs singulis et temporibus couenit. Erunt autem solennitates distinctae, ut constet, quas sine uiris, et quas non, agi oporteat. Terrestrium quoque caelestiumq; deorum, ceterorumq; qui hos sequuntur solennitates miscenda non sunt, sed separandae in duo decim mense, qui Plutoni dicatus est, ut legitime celebrentur. Non enim abijciendus bellicosus hominibus is deus est, sed colendus, tanquam generi hominum semper optimus. Nam animae corporisq; coniunctio, nullo modo melior est quam solutio, ut ego serio loquens affirmo. Praeterea quicumque sufficerent haec distincturi sunt, illud cogitare omnino debent, nostram hanc ciuitatem quo uacationem temporis et possessio nem rerum attinet, talem esse qualis hoc seculo nulla reperiri possit. Verum oportet ipsam perinde atque hominem unum bene uiuere. Feliciter autem uiuentibus hoc necessario in esse in primis oportet, ut nec ipsi alijs, nec alij ipsis iniuriam inferant. Quorum alterum non est admodum difficile. Alterum uero ut nulla possis iniuria laedi, difficillimum: nec perfectum id quisquam aliter assequi potest, quam ut perfectio bonus efficiatur. Idem est et in ciuitate nam si bona erit, in pace uitam ager: sin autem praua, et intestinis seditionibus et externis bellis assidue infestabitur. Cum haec ita ferme se habeant, non belli tempus expectandum: sed in ipsa pace ciues ad ciues ad rem bellicam exercendi. Ergo ciuitas nisi mente capta sit, singulis mensibus bellicas uires experietur, non minus uno die: sed pluribus etiam, prout magistratibus ipsis uidebitur, uiri simul et mulieres et pueri, nec hyeme nec aestu uitato, ut parati sint omnes, quando cuncti uniuersum quodammodo educere populum magistratibus usum fuerit: ad id que ludi etiam conuenientes: una cum sacrificijs excogitandi, ut pugnae quaedam solennes festiuaeque fiant bellicas pugnas quam maxime imitantes: et uictoriae praemia laudes: uictis contra, uituperationes fiant, prout singulis certaminibus, et in omni uita se gesserunt. Sic optimus quisq; laudibus esseratur, et uituperatione contrarius deprimatur. Nec omnes harum rerum poetae sint: sed primum, qui non pauciores quam quinquaginta annos natus sit. Deinde qui non solum poeticam muniam sufficienter possideant, uerum etiam praclarum et insigne aliquid fecerint. Eorum ergo qui boni uiri, honore que digni sunt in ciuitate, et res praclaras gesserunt, poetata etiam si minus musica sunt, decantentur. Cuius rei iudicium, puerili doctrinae praepollitus, ceteri que custodes habeant legum. Hi probis uiris honorem hunc tribuant, ut solis libertatem in musis praesent: ceteros uero prohibeant.

BB 4 musam

musam horum iudicio non probatam canere, etiā si Thamyra Orpheiq; hymnis sit sua uisor. Sed canatur poemata sacra, quae iudicio approbata, dijsq; dicata sunt: uisorū quoq; bonorum poemata, quibus laudantur uituperanturq; aliquid, & moderate id facere iudicata sunt. Hęc eadem de militia & de libertate poetica iudicio mulieribus & uiris similiter faciendā. Sed oportet legislatorem secum ita pleraq; loqui. Cedo: in ciuitate instituenda quales ciues educare studeor. An non certaminum maximorum Athletas, quibus innumeri sunt aduersarij: Prorsus ita recte quilibet respōdebit. Si ergo pugiles, aut pancratiastas, aut alios similes educaremus, ita ne in ipsum certamē educeremus, ut cū nullo antea unquā pugnauerint: Vel si pugiles essemus, nōne pluribus ante diebus pugnare didicissemus, omnia facientes quibus in uero certamine ubi ad uictoriam contenditur, uti oportet, quā proxime ad id quod simile est, accedētes, pro lorīs castuum orbibus ferreis indueremur, ut uulnera & inferre & uirare praemeditatione disceremus? Quod si nulli quibus cum exerceri possemus, socij nobis darentur, nunquid stultorū ueriti risum nos cōtineremus, quin inanime simulacrū ex aduerso ad quod exercitatio fieret, suspenderemus? Ac si nec animati nec anima carentis aduersarij copia nobis esset, nonne ipsi soli ad uictoriam propriā pugnaremus? An ad aliud quicquā, manuū huc & illuc flexus, & praeparatio huiusmodi ex cogitata est? CL. Ad nihil aliud ferme q̄ ad hoc ipsum. A TH. Quid igitur ciuitatis pars quae militiā studet? An peius q̄ certatores huiusmodi praeparata audebit ad certamē maximū deuenire, pro uita, pro liberis, pro rebus suis, pro patria pugnaturar? Non ergo uerebitur legislator, ne gymnasia haec inuicē aliquibus ridicula uideantur, sed lege statuet, ut res militaris agatur maxime quidē minori exercitatioe sine armis, choros omnemq; gymnasticā ad haec inducens & concitans: maiorē uero nō rariū q̄ semel in mense, ut certent singuli ad capiēda uel retinēda loca, & insidias omnemq; rem belli cam imitentur, & pila se exercent, undiq; se uertentes: ac telis utantur ad uera & periculosa tela q̄ proxime accedētibus, ne omnino absq; timore ludus huiusmodi inter ciues agatur, sed formidīnē inferat: atq; ita qui magno sunt animo ignauosq; ostendat, ut his honores, illis opprobria, ut cōuenit tribuantur: & hac ratione ciuitas maxime ut ita uerū certamē uiriliter praeparetur. Si quis autē caede inuoluntaria in his certaminibus morietur, qui interfecit lege expiatus mundus sit in posterum. Putare enim debet legislator, paucis ita mortuis hominibus, ceteros nō deteriores futuros. Timore uero in omnibus extincto, nihil amplius se inuēturum, quo a deterioribus meliores discernat, quod ni fiat, multo maius ciuitati malum est q̄ illud. CL. Cōcedimus hospes ita haec esse lege sancienda, & uniuersae ciuitati agenda. A TH. Nunquid causam nunc omnes cognoscimus, ob quam modo in ciuitatibus chorea talis atq; certamen nusquā ferme nisi raro admodū fuerit? An propter multitudinis legumq; latorū ignorātiā ita fieri affirmabimus? CLIN. Forte. A TH. Nequa q̄ o beate Clinia. Sed duae huius rei sufficientes causae sunt. CLIN. Quanam? A TH. Una quidem, quod diuitiarū cupiditate, ceteris omnibus neglectis, solummodo rem priuatā curamus: ad idq; incumbens ciuū animus, nulli prorsus nisi pecunijs quotidie cumulandis dare operā potest. Nam artes & studia quae ad lucrū cōducunt libentissime cōplectuntur omnes, cetera spernūt. Haec igitur una causa est, ne ciues id aut aliud quicquā honestū bonumq; officij curent, sed insatiabili auri & argenti cupiditate: & honesta pariter & inhonesta artificia cōplectantur, & quiduis agant, seu fas sine nefas id habeatur, ut pecunias cumulent, quibus subministrantibus ueluti pecora, uentri ac ueneri seruiant. CLIN. Recte dicis, A TH. Hęc inquam una sit causa, qua sit ut nec aliud quicq; praecclare, neq; rem bellicā sufficienter ciues exerceāt: sed qui uirtuta modesti sunt, ad mercatoriam, nauigationem, uiliaq; ministeria conuertantur: qui uiriles & generosi, ad furta, latrocinia, sacrilegia, insidias, sceleraq; tyrannica: qui cum bene à natura constituti fuerint, infelices tamen hac consuetudine euaserunt. CLIN. Quomodo istud ais? A TH. Imò cur non eos omnino infelices appellem, qui fame coguntur per omnē uitā suam animā cruciare? CLIN. Haec utiq; una causa est: alterā uero causam hospes, quā dicis? A TH. Recte commemorasti. CLIN. Ergo ut ais haec est una, perpetua & inexpugnabilis diuitiarum cupiditas: qua occupati singuli, prohibentur rem bellicam, ut decet, curare. Sed alteram iam expone. A TH. Num uobis uideor, quia ad alteram desit facultas, in hac nimium immo

immorari: CL. Non ita: sed odio percitus uideris hos mores hominū ad quos sermo hic incidit, magis quā deceat infectari. A TH. Optime o charissimi, me nūc increpatis. Quare quod sequitur audietis. CLIN. Dic tantum. A TH. Causam equidem esse assero gubernationum genera illa, de quibus saepe iam diximus, popularem gubernationem; paucorum potentia, & tyrannidem. Nulla certe potestas huiusmodi, res publica est: sed seditiones appellari omnes rectissime possunt. Nulla enim uolentibus uolens, sed uolens nolentibus semper ut aliqua dominatur. In quibus cū princeps subditos timeat, nec bonos, nec diuites, nec robustos, nec fortes, nec omnino bellicosos sponte unquam fieri patietur. Hęc duae omnium quidem quodammodo, horum certe praecipuae causae sunt. Quas utrasq; res publicas haec cui nunc leges damus, effugisse uidetur. Nam & in otio maximo est, & penitus libera: & ex his legibus homines pecuniarum cupidi minime fiunt. Ideo uerissimile est, ut haec sola omnium quae nunc sunt rerum publicarum disciplinam bellicam, ludumq; simul, de quibus recte disseruimus, suscipere possit. CL. Probe. A TH. Deinceps de omnibus gymnicijs possumus certaminibus dicere, ut his praemia ponantur, quae ad bellum cōducunt, cetera dimittantur. Sed quae ista sunt à principio recensenda sunt, & legibus sancienda. & primo quae ad cursum uelocitatemq; pertinent. Nonne CLIN. Omnino faciendum. A TH. Omnium igitur maxime agilitas corporis, altera pedū, altera manuum, ad bellum conducit: ad fugiendum quidem insequendumq; pedum, in pugnando autem luctandoq; manuum robore indigens. CLIN. Certe. A TH. Neutra tamen absque armis, magno usui est. CLIN. Vere. A TH. Stadium ergo cursurum, quemadmodum nūc in certaminibus sit, praeco primum uocet. Ille uero cum armis ingrediatur. Nam nudo absq; armis certatori praemia nos minime ponimus. Primus igitur stadium cursurum, armatus ingrediatur. Deinde qui *διωκός*. Tertius qui equis. Quartus qui *δολιχός*. Quintus qui leuiori armatura ornatus, quem primum sexaginta stadiorum spatio ad aliquod templum Martis perueniturum emittemus. Alius etiam grauiore armatus armatura, breuius ac planius spatium cursurus. Alius sagittarius omni arcuum ornatu munitus, certans perueniat: Certamine igitur cōstituto, quousq; ueniat, expectabimus, & uictoribus singulis praemia dabimus. CLIN. Recte. A TH. Triperito haec certamina distinguamus. *Υγυμ* puerorū. *Alterum* imberbiū. *Virorum* tertium. Et imberbis quidem duas curus de tribus, partes ponemus: pueris harum dimidias. Hi cum sagittarijs, ceterisq; armatis concertent. *Feminae* uero, puellis quidem nondum pubescentibus nudis stadium ponemus, & *διωκός*, & *εQUESTRĒ*, & *δολιχός*, quae in ipso cursu cōcertent: ultra uero tertium ac decimum aetatis annum, donec nuperint nō longius uigesimo nec breuius decimo atque octauo ad certamen cursus descendant, quae quidem cōgruo utantur uestitu. Haec de cursu & uirorum & mulierum dicta sint. Ad robur uero augendum, luctationis similitudinemq; loco, quae nunc habentur, grauiora capiantur. Et unius ad unum, duorum ad duos, & usque decem ad decem armis pugna fiat. Quae uero quotq; facere aut non pari uictorem oporteat, sicut modo in palaestra determinatum est à praefectis luctationū, quid sit bene aut non bene luctantis opus: ita & in his armorum certaminibus periti inducendi sunt, ut lege sanciant, quid aliquis non patiens, aut quid faciens uincat, & uictū similiter quis nam ordo discernat. Eadem haec de foeminis quoq; ad aetatem usque nubilem, lege sancita intelligantur. Peltastica uero uniuersa pugnae pancratiacae opponatur: certeturq; arcu, pila, lanceis, lapidumq; manu & fundae projectione. Et quise optime in his quoque gesserit, huic lege honores uictorie tribuantur. Nunc de equorū certaminibus uideamus. Equorum usus in Creta magnus non est. Quare necesse est studium in nutriendis equis, certandoq; cum eis minori cura Cretensibus esse. Nam currus quidem nemo uestrum tenet: neq; in hoc operam ponere praecclarum esse ducitis. Cum igitur consuetum id non sit, certatores huiusmodi lege statuerent, demētis esse uidetur. Singulis autem equis: ijsq; qui pullinos dentes nondum iecerint, pullis, & horū medijs perfectisq; equestre ludum pro regionis natura tribuere licet. Huiusmodi ergo certamē secundum legē sit: in eorū iudiciū magistris equitū & tribunis tā de omni cursu equorū q̄ de his qui cū armis descendunt, communiter tribuatur. Non armatis uero, neq; in gymnasticis ludis, neq; hic certatio praemiumq; imponimus. Sed non est Creta inutilis qui sagittā aut iaculum ex equo

immittit. Quapropter in hoc etiā ludendi gratia contentio cōcertatioq; habeatur. Ad hanc autē legibus scēminā cogendā non sunt. Verum si priori disciplina consuetudineq; puellas uirginesq; natura concitat ad hanc, facitq; ne abhorreant, admittendae sunt. Sed de exercitatione disciplinaq; gymnastica, siue quae in certaminibus exequimur, seu quae sub magistris quotidie exercemus, satis iam diximus. De musica etiā maiori ex parte. At uero de rhapsodis, id est carminum cantoribus, deq; his qui eos sequuntur, & de cōtentione chororum, quotcunq; necessario solennitatibus dijs daemonibusq; cōstituantur statutis diebus mensibusq; & annis, hanc omnia quomodo disponenda sint, & si per tres, aut etiā per quinque annos fieri debeāt, consilio deorum intelligentur, agenturq;. Tunc uero certamina musica uicissim fient, prout athletae ipsi praemiorū declaratores, & doctor iuuenum, legumq; custodes qui in his ferendarum legum autoritatem habent, unā congregati, hanc ordinauerint. Hi namq; & quando, & qui & quibus cum singula certamina in omnibus choris choreisq; exercere debeant, ordinabunt. Qualia uero singula hanc quo ad orationem uel cantus uel harmonias numeris saltationibusq; mixtas, esse debeāt, saepe numero à primo legumilatore est dictum: quem posteriores sequentes, ut singulis sacris temporibusq; conuenient, ita certamina quaeq; distribuunt, festosq; dies statuunt ciuitati. Haec quidem & caetera talia, nec intellectu difficilia sunt, quo pacto sint legibus ordinanda: neque si hoc uel illo modo commutentur, multum profunt ciuitati, uel obsunt. Sunt autem nonnulla plurimi faciendā, quae persuadere ita difficile est, ut dei maxime opus hoc esse uideatur, si ab illo possent constitui. Nunc autē audacis alicuius hominis opera indigent, quilibet bertate dicendi maxime fretus, quae ciuitati ciuibusq; optima fore cēset, ita statuatur, ut corruptos eorum animos ad decentem habitum legumq; obseruationē reuocet, dum ardentissimis eorum cupiditatibus aduersetur, omninq; etiā auxilio carēs solam rationē secutus non uereatur. C L I N. Quidnam dicis hospes? Hoc enim non intelligimus. A T H. Verisimile est. Verum conabor plantus dicere. Nam cum disciplinā ipsam uitae animaduertem, uideremq; adolescentes & adolescentulas inuicē humaniter conuersari: timui, ut par esset, considerans qua in re quilibet ea ciuitate utatur ubi adolescentulae adolescentulique delicati sint, qui non magnis durissimisq; laboribus, quibus libido petulantiaq; extinguitur, domiti sint: sed festis diebus sacrificijsq; & choris omnes plurimum uacent. Quomodo igitur in hac ciuitate ab illis cupiditatibus abstinebunt, quae multos in extremū duxerunt: ita ut ratio quae abstinere imperet, lex efficiatur? Professio si leges superiores, multas à nobis pellunt cupiditates, nihil mirum est. Nam institutio illa qua nimia diuitiae prohibentur, non parum ad temperantiā confert, & disciplina illa omnis supra à nobis expolita leges ad hac cōmodas habet. Praeterea & principū oculi coacti nō aliō intueri, sed semper adolescentiā obseruare, caeteris quidem humanis cupiditatibus modū adhibent: sed adolescentulorum adolescentularumq; contra naturam amores, & uirorum pro foeminis & mulierum pro uiris abusus, unde innumera hominibus & publice maleficia cura sunt, quomodo aliquis euitabit? & quod in singulorum periculis remediū inueniet? Omnino difficile id est o Clinia, Nam in caeteris quidem multis uniuersa Creta Lacedaemoniaq; nobis ad leges ponēdas à multorum moribus alienas ualde opulātatur, sed quo ad mores pertinet, aduersantur dissentiuntq; omnino. Quoniam si quis naturam secutus illam quae fuit ante Laio tempora legem posuerit, non permittens maribus pro foeminis abuti, tellemq; bestiarū naturam citauerit, in quibus mares inter se Veneri operam non dant, quia secundū naturā id minime sit, uerisimili forsan ratione utetur, ueltrisq; ciuitati bus nō cōsonabit. Accedit ad hanc quod minime id assequetur, quod à legislatore semper est obseruandum. Semper enim obseruari oportet quid ad uirtutē cōducatur quod lege sancitur, & quid non. Age uero si id honestū aut non turpe nunc lege statui assentimus, quid nam ad uirtutem proderit: utrum in eius qui persuasus est ut rem in se turpem admitteret animo fortitudinis habitum, an in eius qui persuasus sit, temperantiā speciem generabit? Vel hanc quidem nullus unquam, sed potius horū contrariū credet: Quippe uoluptatibus feruentis, nec resistentis quilibet mollitriem uituperabit. In eo uero qui foeminas imitatur, nonne muliebrem ipsam imaginē quilibet improbat? Quis igitur hominum hoc cum tale sit, legibus sanciet? Ferme nullus, qui uerā in mente legem habuerit. Quomodo ergo uerum hoc esse dicimus? Amicitiae utiq;, cupiditatis, amorumq; naturā considerare necesse est

contra sodomitā

si quis hanc recte sit inspecturus. Nam cū ipsa duo sint, & tertia ex ambobus species, uno comprehensa nomine dubitationem omnem & tenebras faciunt. C L. Quomodo? A T H. Amicitiā enim similem uirtute, & aequale aequali asserimus. Amicum rursus egenum diuit, quamuis genere contrarium sit. Quando uero utrunq; uehementius fuerit, amorem nuncupamus. C L I N. Recte. A T H. Amicitia quae à contrarijs proficitur, dura est & aspera, & saepe uicissitudinem in nobis non habet. Quae uero à similibus, placida, communisq; per uitam. Vbi uero ex utrisq; componitur beneuolentia: primo non facile cognoscitur, quid sibi uelit, qui tertio hoc amat amore: deinde ab utrisq; in cōtraria tractus, & ipse quid faciat, dubitat, cum ab altero, uti flore iubetur, ab altero prohibetur. Nam qui corpus amat, eiusq; formam quasi fructum quendam esurientes petit, is satiari duntaxat quaerit, nullumq; animo amati praebet honorem. Sed qui minus de corpore curat, & animo considerat potius quam deliderat, cum ipsum, ut decet, animum diligit, corporis usum petulantiam & contumeliam arbitrat: cumq; temperantiā, fortitudinem, magnificentiā, & prudentiam uereatur & colat, cū casto amico castus uiuere uolet. Amor autem ex utrisq; his compositus, ipse est quem modo loco tertio ponebamus. Cum ergo tres sint amores, utrum omnes lege pellendi sunt? An uidelicet eum in ciuitate suscipimus qui uirtutem respiciat, & adolescentem fieri quam optimum cupiat: duos autem alios, si fieri poterit, repellimus? Nunquid aliter tibi o amice Megille uidetur? M E G. Probe admodum de his modo dixisti hospes. A T H. Non frustra o amice cōsciebam te mihi ad stipulaturum. Non oportet autem me nunc quid de his uestra lex sentit inquirere, sed quod admittis accipere. Clinia uero postea id persuadere conabor. Quod à uobis datum est, modo accipitur, legesq; diligenter consideremus. M E G. Rectissime loqueris. A T H. Artem in hac lege ferendā quandam habeo, partim quidem facilem, partim omnino difficilem. M E G. Quomodo istud? A T H. Constat nūc quoq; plurimos hominum quamuis iniqui sint, bene, & diligenter, & sponte à pulchrorum cōiunctione sese abstinere. M E G. Quando id fit? A T H. Quando frater aut soror eximia pulchritudine alicui sit, à filio quoq; filiaq; lex eadem, quamuis scripta non sit, sufficienter repellit, prohibetq; & manifestum & furtiuum istorum concubium. Immo uero facit, ut ne cupiditas quidem ulla rei huius uulgi aggrediatur. M E G. Vera narras. A T H. Vnum ergo uerbum atq; breuissimum omnes huiusmodi uoluptates extinxit. M E G. Quid illud? A T H. Quod fas nihil horū esse dicitur, sed apud deum odio haberi, & turpium omnium esse turpissima. Causa autē non ne hanc est: Quia nemo aliter praedicat, sed statim ab ineunte aetate & ioco simul & serio dicta, & saepius in tragœdijs hanc eadem audiuntur, quando uel Thyestem, uel Oedipodem, uel Macareum mortem sibi debitam sceleris poenam consciuisse propter huiusmodi uenerem narrant. M E G. Recte istud dictum est. Miram enim famae potentiam nouimus, quando nemo aliter quam iubeat lex ne respirare quidem audeat. A T H. An non recte dictum est à nobis, quod uolenti legislatori cupiditatem aliquam earum quae uehementer sibi subigunt homines, rationi subicere, facilis cogniti modus est: Quippe si famam huiusmodi, apud omnes seruos & liberos, masculosq; & foeminas, & uniuersam ciuitatem, quasi sacrum quiddam dicauerit, firmissimam hanc legem efficiet. M E G. Ita prorsus. Quae uero ratione id assequi poterit, ut libenter idem omnes praedicent? A T H. Probe obiecisti. Ideo enim à me dictum est, artem me ad hanc legem habere, ut secundum naturam ad procreationem Veneri homines utantur. Abstinentium igitur à maribus iubeo. Nam qui istis utuntur, genus hominum dedita opera interficiunt, in lapidem seminantes ubi radices agere quod ferunt nunquam poterit. Abstinentium quoq; & ab agro illo foeminino, ubi semen germina nolit producere. Hac lex si perpetuo in alijs sicut in necessitudine paterna conseruabitur, innumerorum erit bonorum causa. Nam primo secundum naturam statuta erit. Deinde ab omni amorum rabie atq; furore, adulterijs, potusq; & cibi nimio luxu repellet. Vxoribus quoq; uiros conciliabit, & alia plurima pariet bona, si apud quenq; fuerit stabilita. Sed forsan si uehemens aliquis iuuenis multo spermate plenus hanc legem ferri audierit, improbabit protinus, & alta uoce clamabit, impossibilia stultaq; à nobis lege sanciri. Quod quidem cum considerarem, dixi artem me habere, quoddammodo facillimam, quodammodo etiam difficillimam, ad legem hanc obseruandam. Facile nanque intellectu est, quomodo id possibile est. Nam cum apud omnes legi-

tima

tima hæc sententia dedicata fuerit, animos omnes domabit, efficietq; ut metu latis legibus pareant. Sed eo iam res peruenit, ut nunquam effici posse uideatur: sicut nec cõuuij quidem studium credebatur ab uniuersa ciuitate perpetuo posse obseruari. Et tamen apud nos re ipsa fieri uidetur, quod inter mulieres, nec in ciuitatibus quidem uestris fieri posse puratur. Hæc equidem ratione propter huius incredulitatis uim difficillimū esse dixi hæc utraq; lege seruari. M E G. Et recte quidem. A T H. Quod autem supra uires humanas non sunt, sed fieri possunt, uultis ut uerisimilem quandam rationem uobis exponam? C L I N. Cur non? A T H E N. Vtrum facilius quispiam à ueneris abstinebit: uoletq; ordinem his impositum moderate seruare, cum bene ex prudenti aliqua diligentia corpus affectum fuerit; an cum contra? C L I N. Multo magis cū bene atq; ex arte. A T H. Num igitur de Tarantino loco non audiuimus: qui propter olympica aliq; certamina, artificioso circa hæc studio temperantiam simul & fortitudinem animi consecutus, nullam unquam in toto exercitationis suæ tempore uenerem cognouit? Idem quoq; de Chrytone, Astylo, & Diopompo alijsq; quam plurimis fertur. quanquam ò Clinia multo petius animos bonis artibus excoluerant, quam tui meiç ciues, corporibus certe multo magis uigebant. C L I N. Vera narras quod à priscis ita ab athletic facta fuisse prædicantur. A T H. Illi igitur ut luclando & currendo cæterisq; huiusmodi uincerent alios; ab ea uoluptate quæ beata uulgo existimatur, abstinere uoluerunt. Nostri adolentes uictoriae causa longe præstantioris, non poterunt: quam nos carminibus fabulisq; & soluta oratione & cantibus esse optiam pueris statim à teneris occinemus, & ut uerisimile est oblectando persuadebimus. C L I N. Quam uictoriam dicis? A T H. Vt uoluptate inquam uicta feliciter uiuant, uicti autem contra. Præterea metus ille, ne quod minime fas est, committatur, nonne ad idem potissimum profert: ut ea uideat superent, quæ alij quamuis deteriores, superasse dicuntur? C L I N. Consentaneum id quidem. A T H E N. Postquam huc in lege hæc ferenda deuenimus, & propter multorum prauitatem in dubitationem incidimus, audacter iam manifesteq; dicamus, non oportere ut ciues nostri auiibus multisq; beluis sint petiores. Per multos enim greges ipsarum uidemus integre atq; caste, antequam procreandi tempus adueniret, uiuere: sed cum hanc ætatem attigerint, mas foemina & foemina mari coniunctæ, iuste, sancteq; in prima perseverantes amicicia reliquam peragunt uitam. Oportet igitur esse eos bestijs meliores. Quod si à cæteris Græcis Barbarisq; plurimis corrumpatur, nec possint se continere, cum uideant audiantq; inordinatam apud eos Venerem plurimum posse, alteram præterea legem custodes legum ad ferendas leges auctoritatem nacti, excogitent. C L I N. Quam modo ferre legem consulis, si hanc non susceperint? A T H. Quæ hanc ò Clinia sequitur. C L I N. Quenam illa est? A T H E N. Vt quam maxime laboribus corporis Veneris robur infringant, & aliò uires suas conuertant. Quod erit, si non impudenter ipsa utentur. Nam si rarius propter ruborem id fiat, imbecillior erit domina. Clam ergo consuetudo & lex non scripta hæc fieri suadeat: cõtra autem fieri uelut turpe dissuadeat: turpeç; sic non omnino agere. Sic enim & secundo seruabimus honestum loco, & genus unum hominum, tria genera continens, homines deprauatæ naturæ, quos sui dominos esse negamus, coget utiq; ne leges contemnant. C L I N. Quæ tria genera? A T H. Cultores inquam deorum, honoris amatores, & qui non corporum sed animi morum pulchritudinem diligunt. Hæc quasi per fabulam dicta uotocq; similia: multum tamen ciuitatibus omnibus si ea seruare potuerint, collatura. Fortasse autem si deus uoluerit, duorum alterum in amatorijs assequemur. Vel ut nemo generosas liberasq; mulieres præter uxorem audeat tangere: nec ullus nothos ex concubina suscipiat: nec infæcundos marium agros præter naturam serat. Vel alterum quidem omnino tollemus: nequis cum maribus congregiatur. Si quis autem alijs mulieribus commisceatur quam cum his quæ cum dijs sacrisq; nuptijs domum uenerunt, emptis uidelicet, uel alio quocunque modo acquisitis: nisi uitros simul mulieresq; omnes lateat, infamis lege, omnibusq; ciuitatis honoribus, ceu peregrinus aliquis, priuatus sit. Hæc lex siue simplex siue duplex sit: de rebus ueneris amatorijsq; omnibus: quas inter nos propter huiusmodi affectus recte uel non recte agimus, lata sit. M E G. Ego equidem hanc legem ualde probò. Clinia uero hic, quid sibi uidetur, nobis aperiat. C L I N I A S. Faciam ò Megille cum occasio dabitur. Nunc autem sinamus hospitem ulterius in ferendis legibus progredi. M E G. Probe.

A T H.

A T H E N. Sed adeo iam progressi sumus, ut ad conuiuia deuenimus: quam quidem rem alibi difficilem esse dicimus: in Creta autem nemo frustra existimabit fieri oportere. Quo modo autem: utrum ut hic, aut quemadmodum apud Lacedæmonios, an tertius quidam modus utrisque his melior inueniatur, nec inuentu difficile id mihi uidetur, nec inuentum cum fuerit maxime profuturum. Enim uero concinne & nunc constituta uidentur. Sequitur nunc ut de uictu, quomodo haberi possit, dicamus. Victus in alijs ciuitatibus multiplex uarijsq; ex locis, maxime uero duplici ex loco in cæteris comparatur. Nam ex mari ac terra plurimis Græcorum ciuitatibus aduehitur, cum istis terra solummodo aduehatur. Quæ res legum latori facilior. Multo enim minor quam dimidia pars legum sufficit. Præterea conuenientiores liberis hominibus leges ponentur. Naualiū enim & mercatorum, cauponum, diuersorij, publicanorum, permutationum, sodinarumq; metallicarum, & mutui fœnoris, ac mille huiusmodi leges ferre nõ admodum cogitur. Quare in ciuitate hac nostra legum conditor his omnis duntaxat agricolis, pastoribus, apum curatoribus, taliumq; custodibus, atque ministris leges dabit, cum de nuptijs liberorumq; procreatione, educatione, disciplina, magistratuūq; designatione, maxima ex parte tractauerit. Nunc ergo ad leges de uictu deq; ijs qui labore suo ipsum parant, uenire necesse est. Et agriculturæ leges primo ponantur: primaq; terminalis Iouis hæc. Nemo fines atq; terminos agri moueat, nec citius uicini, nec finitimi peregrini, si agri extrema possideat: sed putet id esse uere quod dici solet, hic immobilia moueri malitq; unusquisq; saxum in gens mouere, quam paruum lapidem iureturando à dijs firmatum, quo amicicia & finitimitate terminentur. Alterius enim Iupiter cõtribulis, alterius hospitalis, est testis: qui hosti si prælio semper insurgunt. Qui legi obtemperat, indemnus utique sit: qui eam dispaxerit, duplices poenas luat: primo quidem deo uindice, deinde lege: quæ iubet ut nemo sponte uicini agri terminos moueat. Eum uero qui mouerit, quicumq; uoluerit, ad agricolas defertat, agricolæ ad iudicium ducat, à quo damnatus utpote terminorum clam uicq; turbator, reddat, patiatuq; prout iudices iudicauerint. Multa deinde paruaq; damna in uicinia sapius facta, magnas inimicitias pariunt, uicinitatem difficilem & amaram reddunt. Propterea caueat uicinus ne uicino noceat, cum in alijs, tum uel maxime in agris colendis. Nocere nanq; non difficile, sed cuiuslibet hominis est: prodesse uero non cuiuslibet. Qui cum que uero fines egressus, uicini coluerit agros, damnū restituat, & impudentiæ atq; illiberalitatis poenas luat: duplumq; loco mulctæ ipsi deponat cuius agrum coluit. Cognitores uero & iudices censesq; huius rei, agrorum curatores sint. In maioribus quidem, ut supra dictum est, uniuersus duodecima partis ordo: in minoribus uero, qui custodijs præstant. Siquis pacuis noceat, illi consideratis damnis iudicent atq; condent. Si aliena examina quis persequitur, atq; æra pulsans delectatione apes ad se trahit, damnū restituat. Siquis ignem in materiam sic immiserit, ut uicino non cauerit, prout magistratibus uidebitur, condemnatur. Similiter qui in plantando mensuram uicini agri non reliquit, ita plectatur, ut à plerisq; legum latoribus sufficenter est dictum. Quorum legibus uti debemus, nec putare multa & minima quæ cuiuslibet legum latoris sunt, à maiori ciuitatis conditor esse faciendæ. Nam & de aquis prisca leges & bonæ sunt. Quæ profecto recitatione de riuandæ non sunt. Sed qui aquam ad sua uoluerit ducere, à publicis fontibus ita deducat, ut nullius priuati manifestum fontem perturbet. Deducat autem quæ uelit, præterquam per domos, aut sepulchra, aut loca dijs consecrata: nec aliud damnum inferat, nisi quod ab ipso rituulo efficitur. Quod si aqua inopia solo insita in locis aliquibus aquas ab Ioue prodeuntes non retinet, cum necessitate quispiam opprimatur, in loco suo ad cretam usq; effodiet: & si hac in profunditate nihil aquæ inuenierit, tantum à uicinis aquetur, quantum necessitas postulat. Sed si uicinis quoque pauca sit, aquandi modus, quo utatur quotidie, sibi ab agri curatoribus statuatur. Si uero aquæ pluuias abundet, & qui inferiores partes habitant aut colunt, defluxum ita prohibeant, ut superioribus noceant: aut contra si superior incõsiderate fluere aquas permittens, inferiori noceat, & conuenire inter se nequeat: in urbe quidem ædilis, in agris uero, qui agris præest, modum imponat: quem si quis non seruauerit, inuidiæ & peruersitatis poenas persoluat: & uicino damnum in duplo restituat. Autumni aut fructuum communis huiusmodi participatio sit. Bina nobis gratiæ dona hic deus largitur. Vnum dionysiacum, quod recondi nõ potest: alterū uero quod reponi

Seruitutes
rusicanae

C C apum

aptum est. Hæc igitur lex de fructibus sanciat. Qui uuas aut ficus de rusticis fructibus ante uidentiam tempus gustauerit, quod cum arcturo concurrat, quinquaginta drachmas, si de suo agro collegerit, Dionysio dedicandas persoluat: sin à uicinis acceperit, minam: sin ab alijs, duas minas partes. Uuas autem ficusq; quos generosos nominauimus, neque commode recondi possunt, quomodo & quando uelut, si sua hæc sunt, colligat, sin uero aliena, nisi impetrauerit, quoniam lex est, ut nemo moueat quæ non deposuit, qui accepit, mulctetur. Quod si seruus quispiam, non persuaso agri domino, eas acceperit, pro singulis ficibus uuarumq; acinis æqualia numero uerbera patiat. Inquinus fructibus emptis siquidem conditi non possunt, si cupit, uescatur: peregrinus autem in ipso itinere si transeat solus, aut cum uno tantummodo, fructus non reponendos si uelit hospitium cum uenia gustet. Alios autem gustare quos rusticos dicimus, peregrinos quoque lex prohibeat. Sin uero qui conditi possunt in scius tetigerit, seruus quidem plectatur. Liber autem dimittatur admonitus ficus uuasq; solummodo quæ conditi non ualent gustare, relicte, eas uero, ex quibus passæ uuæ & uinum & carica fiunt, minime. Pyra uero & mala tum alia tum punica cæteraq; huiusmodi clam auferre, turpe non sit. Si quis uero deprehensus fuerit, pauciores annos quam triginta natus, sine uulneribus uerberetur, atq; puniatur, nec poena ulla propter huiusmodi uerbera libero sit. Aduenæ quoque de his fructibus perinde ac de ijs quos superius diximus qui non conduntur, carpere liceat. Si senior quispiam comederit, nec asportauerit, ut aduenæ permissum est, & ipse quoque omnium huiusmodi fructuum particeps sit, quod si legi non paruerit, ad uirtutis certamen impotens habeatur, si iudicibus huic rei præsentibus tunc relatum hoc fuerit. Aqua nutriti endis hortis maxime omnium confert: sed facile corrumpi potest. Terra uero & sol & aer, quæ cū aqua simul ea nutriunt quæ terra nascunt, non facile ueneno, uel diuersione, uel ablatione corrumpi possunt, his autem modis facile aquæ damnum infertur, propterea legis auxilio indiget. De hac igitur lex sanciat. Si quis sponte alienæ aquam, siue scaturientem è fontibus, siue collectam, ueneno aut foueis aut ablatione corruerit, ad ædiles deferatur: ubi si deliquisse conuincitur, damnum restituat: & fontes, aut aquarum uas, ut interpretes singulis semper faciendam purgationem iudicauerint, ita purget. In aduentione autem omnium quæ ab agris colliguntur, liceat cuiq; res suas quæ uelit aduehere, modo aut nulli damno sit, aut sibi triplum proueniat lucrum eius damni quod uicino infertur. Horum cognitores, magistratus sint, & cæterorum omnium quæ per iniuriam sponte quis, aut uis, aut clam, uel per se, uel per illa quæ possidentur ab eo, in personam, aut in rem intulerit. Hæc inquam ad magistratus omnia deferantur, si tres damnum minas non excedit, sin uero maius sit, ad constituta publice iudicia causa deferatur, & qui iniuriam intulit puniatur. Quod si magistratum aliquis iniuste de damno alicuius sententiam intulerit, duplum ei qui passus est iniuriam, debeat. Et omnino siquid per iniuriam fecerint magistratus, causa ipsa à quolibet uolente in publico iudicio agitur. Infinita pene parua restant instituta, quibus corrigantur errores in iudicij termino, in citationibus, citatoribusq; siue inter duos siue inter multos citatio sit, & cæteris huiusmodi, quæ nec à legibus præteriti possunt, nec tam eni seniore legum latore digna uidentur. Ea igitur omnia iuniores præfæc leges imitati, & parua ex magnis intelligentes, necessariumq; usum experientia cognoscentes, legibus donec sufficienter se habeant, ordinēt. Deinde sufficienter positus, immobiliter his utantur. De cæteris autem opificibus leges ita constituantur. Primo nullus ciuis opificio ullo detineat, sed nec seruus quidem ciuis alicuius. Arte enim magna, quæ longa exercitatione, multisq; doctrinis indiget, occupatus est ciuis, cū communem ciuitatis ornatum procuret: quæ res non leui quadam opera contenta est, sed præcipuè studij exigit. Duas uero artes aut studia duo diligenter exercere humana natura non potest. Nemo etiam satis potest arti quidem uni uacare, & alterius artis opificio præfide. Hoc igitur in ciuitate statutum sit, ut nemo ærarius simul & lignarius faber sit, nec lignarius faber fabricis ærarijs magis quam opificio suo præfideat, occasionem hinc forte nactus, quod dum curam gerit multorum, quasi ministrorum ipsi elaborantium, inde suæ arti fiat accessus, ac per illos artem melius curet suam: sed singuli opifices singulis artibus uacent, et ab eis uictum acquirant. Hanc legem ædiles ita obseruari procurent, ut si quis ciuis ad artem aliquam, magis quam ad uirtutis curam declinauerit, opprobrio atq; infamia notatū ad cursum suum conuertant

conuertant. Sin autem peregrinorum aliquis duabus artibus uacet, uinculis, mulcta, expulsiōne, unam tantum complexi cogatur. De mercede autem opificum, de operis ipsorum approbatione aut improbatione, de iniuria etiam quam uel patiuntur uel inferunt, ædiles usque ad drachmas quinquaginta cognoscant. Maiora uero ad publica iudicia de lata secundum legem iudicentur. Vectigal autem importandarum exportandarumq; re nullum penitus sit. Thus uero cæteraq; huiusmodi quæ dijs incenduntur, peregrinacq; sunt, purpuram similiter & colores alios, qui à regione non producuntur, omnia denique peregrina, nisi necessaria sint, nemo adducat: nec rursus aliquid quod regioni necessarium sit, exportet. Hæc omnia legum custodes duodecim, qui reliqui sunt, exceptis quinque senioribus, procurent atque cognoscant. Arma uero & instrumenta bellica si aduectitia arte est opus, conuehantur, similiter quæ ad hæc idonea sunt, plata, ænea instrumenta, funes, animalia, quæ ad bellum conferunt: Quorum magistri equitum & ductores exercitus curam habeant, ut ciuitas inuehendi euehendiq; simul cū opus sit facultate non priuetur: de quibus legum custodes sufficientes decentesq; leges ferent. Nulla uero in re pecuniæ colligendæ gratia, uel in ciuitate, uel in uniuersa regione cauponatio fiat. Annonæ autem quæ ex agris percipiuntur distributio, recte iuxta Cretensium legem constituitur. Nam quæ à regione producuntur, in duodecim partes ab omnibus distribuenda sunt, & similiter consumenda. Duodecima uero pars quæque, ut tritici, hordei, cæteraq; frugum & fructuum, uenalis quoque omnium animalium tripartito & competent ratione distribuatur, & pars una liberis, altera seruis, tertia opificibus ac omnino aduenis tribuatur: siue alium de uenerint aliquandiu urbem habitaturi, & necessarijs egeant, siue propter publicam uel priuam ciuis alicuius utilitatem acceperint. Hæc igitur tertia omnium necessariorum pars, uenalis semper ac necessario tantummodo sit. De duabus uero partibus nihil necessario uendatur. Quomodo igitur hæc recte distribuatur: Pater autem in primis recte id fieri posse, si partim æqualiter, partim inæqualiter distributio fiat. CLIN. Quo pacto? ATH. Meliora utique uel deteriora istorum singula, necesse est terram producere atq; augere. CLIN. Quid nunc? ATH. Cum tres partes sint, quod huc attinet nemo plus habeat, nec dominus, nec seruus, nec aduena, sed æqualis eademq; similiter sit omnis distributio. Quilibet autem ciuis, cum duas partes acceperit, tertius & liberis quot & qualia uelit, suo arbitratu distribuatur. Quod uero plus istis est, mensura & numero sic dispartendum est, ut cum omnium animalium, quibus à terra uictus præbetur, numerus habeatur, ita demum fiat partitio. Habitationes postea seorsum ordinandæ sunt. Ordo autem talis maxime decet: duodecim uiros per media in singulis duodecim partibus unum esse oportet: & in unoquoque uenalis rerum loca, deorumq; templa & deos sequentium daemones esse constructa, siue indigetum Magnesium, siue aliorum, quorum statuæ antiquissima memoria consecratae sint. Atque his præscorum uirorum honores reddendi sunt. Vestæ quoque, Iouis, Minervæ, singulorumq; aliorum singulis duodecim partibus præsentium templa construenda sunt. Et primum quidem iuxta templa in altissimis locis ædes custodum sint undiq; munitissimæ. Reliqua deinde regio opificibus in tredecim partes distribuatur. Et pars una in urbe habitet, per duodecim urbis partes diuisa, alia exteriorum undique teneant locum, atque in singulis uicis opifices ad agriculturæ commoditatem idonei habitare compellantur. Horum omnium curam magistratus qui agris præsent, habeant, præuideantq; quot quibusue singuli opificibus egēt, & ubi habitantes impedimento agricolis non sint, sed magnam ipsis utilitatem conferant. Urbanorum quoque similiter opificum curam ædiles habeant. Res autem uenales curæ censoribus sint, qui primo rem sacram curent: deinde ne quis uendendo emendō ue, iniuriam faciat, uehementer prouideant: & immoderatos, contumeliososque omnes compescant. Hi considerent nunquid ciues peregrinis res singulas conuenienter atque ut lege cautum est, uendant. Primo uero mensis cuiusque, ciues eorumq; ministri duodecim tritici partem emendant peregrinis proponant, ementq; peregrini pro mensis totius tempore triticum & similia quæ primo foro uenduntur: decimo uero die uenditio, emptioq; mensi sufficiens statuatur, uigesimo tertio animalium uenditio, quibus homines egent, suppellectiliumq; ut corij uestiumq; ac similia, fiat. Necesse autem est peregrinos omnia

Vectigal nullum

Annonæ ratio

à possidentibus emere, ne cauponatio in tritico & hordeo circa farinam ac cætera alimen-
ta, ulla fiat. Nec ciuibus nec seruis eorum cauponari omnino liceat. In peregrinorum ta-
men foro peregrino liceat, opificibus, eorumq; seruis omnino cibumq; commutare acuen-
dere, carnesq; coctas similiter: quæ res à plurimis cauponatio nominatur. Materiam ue-
ro ignis uniuersam quotidie peregrinus ab ijs qui in agris id curant, emere possit, cæte-
risq; peregrinis prout uelit & quando uelit reuendere. Cæterarum omnium rerum &
supellectilium quibus utimur, in communi foro uenditio fiat in locis determinatis: ubi le-
gum custodes, censoresq; unâ cum ædilibus locum designarint, & pretia uenialibus im-
pofuerint. Hic nummi commutentur rebus, ac res nummis. Commutet autem unusquis-
que per seipsum nemini committens. Quod si commiserit, siue receperit, siue non, quiescat
oportet. Nullum enim commutationum talium iudicium est. Siquid uero uenditum em-
ptumq; pluris minorisue est, quàm lex iusserit qua rerum uenialium mensuræ & pretia
constituta sunt, apud legum custodes plus illud consecrabitur, & contrarium deleatur. Ea-
dem ipsa de conscriptione bonorum, quæ ab incolis peregrinisq; possidentur, fiant: lice-
atq; cuius certa conditione ad urbem migrare, & hoc ita ut artem aliquam exerceat, nec
plures quàm annos uiginti à dñe conscriptionis permaneat: quo in tempore incolendi ue-
ctigal soluere nullû cogatur nisi frugalitatis exemplum, nec emptionis uenditionisq; gra-
tia arario quicquam debeat. Cum autem uiginti anni exacti fuerint, accipiat rem suam, &
abeat. Quod si magnum aliquod beneficium intra uiginti annos ciuitati cõtulerit, uelitq;
plus temporis, aut etiam per uitam in ciuitate manere, fiat ipsi quod petierit, ratumq; ha-
beat, si modo concilio concioniq; persuaserit. Incolarum autem filijs si ipsi quoq; opifi-
ces sint, post quintumdecimum ætatis annum ita colonia tempus incipiat, ut uiginti pos-
tquam maneant annos, deinde quò uelint proficiscantur, & si manere uoluerint, maneant,
postquam similiter persuaserint. Qui autem recedit oblita descriptione, quæ sibi apud
magistratus erat conscripta, sic habeat.

ARGUMENTVM MARSILII FICINI IN DIALOGVM
NONVM DE LEGIBVS.

NONVS dialogus post communem morum disciplinam & legum multarum traditionem,
aggreditur iam iudicia. Et ualde quidem opportune. Nam & qui moribus eruditi legibusq;
instructi sunt, iudicare iam possunt: & qui eruditioni instructioniq; precedenti non paru-
runt, iam sunt iudicandi. Prudenter omnino noster hic animorum medicus seruare hæcenus
salutaribus studuit monitis integram animi sanitatem: iam uero perditam cunctis machinis
reparare molitur. Verum quæ charitas Platonica est, misericors, dolens, compulsus ad secundum quasi trahitur
& uen dum: & id quidem tam benigna cautione, ut grauius egrotantes uerbis blandissimis consoletur: conten-
datq; uerbis quasi magicis carminibus sanos efficere antequam medicam adhibeat manum, quam etiam deinde
sic admouet, ut languens & uix persentiat, & plus admodum spei concipiat quàm doloris, & ex dolore non
perniciem reportet, sed salutem. Insignis clementia uir neminem absque consolatione punit: neminem punitum
perdit: omnes pro uiribus seruat: & quos nec punit, proficitur à morbis animi liberare: ac minimo mortis ma-
lo, interim ingenti & in dies crescenti obistere animi malo. Præstare uero asserit hinc abire, quàm in morbo
uel animi uel corporis incurabili uiuere. At qui neq; hac uita priuat, nisi quem cognouerit insanabilem: neque
supplicium ullum à lege, quæ bona est, illatum tendere uult ad malum. Quinimo poenam ipsam multis de cau-
sis esse bonam: tum quia iusta est, iustitiâ uero bonatium quia uel præsens purgat, uel futurum præpedit ma-
lum: tum quia in puniendo uno, interim exemplo prodest & multis, ciuitatemq; purgat malis. Et ut summam
dicam, iustitiam ubique mirum in modum cum clementia miscet, neq; rigiditate torquet durius, neque mollitiâ
quicquam relinquit inultum. Quæ admodum uero in superioribus prius, diuina præcepit officia quàm huma-
na: sic in presentia prius in sacrilegia quàm in cætera delicta prudenter animaduertit. Ac dum quàm graue sit
lese maiestatis diuinæ crimen, ostendit, afflante deo significat nihil tale ab hominibus quondam quamdiu diui-
na quadam in eis gratia uiguit, fuisse aliquando perpetratum. Sed postquam propter alia delicta gratia illa
est amissa, homines iam quasi alienos à deo in deum ipsum peccare per sacrilegia incepisse, ut sacrilegium ip-
sum non modo peccatum sit, sed etiam poena peccati: poena inquam non purgans aliquem, sed interimens.
Non enim lege, sed transgressione legis poena talis infertur. Quod autem dicit, priscos legum latores fuisse dei
filios

filios, legesq; herouibus, qui etiam ex dijs erant genti, tradidisse: exponendum est per ea quæ in Critia & Poli-
tico & sepe alibi pertractantur, deorum filios hic intelligi deos sub Luna alios alij terra plagis gubernandis
accommodatos. Quos possumus more etiam Platonico angelos nominare. Per quos sub Mercurij nomine in Pro-
tagora leges genus hominum accepisse docet. Per quos in Critia quoque dicit homines primos ex terra natos
accepisse iura; hominesq; illos hic nominat heroes ex dijs ortos, id est, deorum opera ex terra progenitos. Sed le-
ges illas, inquit in Critia, non scriptas ad aures, sed in inspiratione quadam à mentibus diuinis in mentes humanas
fuisse transfusas; hominesq; sub illis quandiu paruerunt, uixisse beatos. Adit ob huiusmodi legum transgressio-
nem homines diuinam gratiam amisisse: qua quidem amissa felicitatem quoque amiserint: & infelices in sacrile-
gia iam proruperint: & per sacrilegia pessimi tandem infelicesq; euaserint. In his & terrestris illius para-
disi, & eiectionis ex eo, mysterium licet agnoscere. Considera uero ubi perquirat sacrilegij causas, tres assigna-
ri causas grauium delictorum. Primam quidem communem hominum fragilitatem consuetudine confirmatam.
Secundam uero demoniacam persuasionem siue suggestionem. Tertiam deniq; culpam perniciosam ex antiquis
inexpurgatis; peccatis inuisam, ad grauissimam celeram stimulantem. Quæ quidem originali culpæ, de qua mul-
ti multa theologi disputant, uidetur esse simillima. Quamobrem ubi Plato diuinis sacrilegum alloquens inquit:
Non humanum ad sacrilegium te impulit malum, neque diuinum: intellige humanum malum, humanam fragilita-
tem ad inferiora procliuem: Diuinum uero malum, diabolicam, ut inquit, fraudem. Negat uero duo hæc, non
quia non sint in causa sacrilegij, sed quia non sola sunt cause. Accedit enim his tertia propriasq; sacrilegij cause,
quæ subiungit dicens: sed stimulus quidam exitialis à priscis inexpiatissq; peccatis ingentis. Per quem uidelicet
et animus non humanus amplius, sed ferinus, nimirum sacrilegio peccat in deum, nullam ulterius dei rationem
habens, quando rationem humanam iam amisit diuinæ rationis imaginem. Mox uero primæ ad sacrilegium in-
stigationi Plato quasi nascenti morbo tribus occurrit remedijs: quem admodum morbus hic tribus ex causis ori-
tur. Primo quidem, ut immans impetus comprimat ad sacras mittit expiationes, quas Christianorum more
penitentia, confessio, elemosina, ieiunij nomine possumus nuncupare. Deinde ut diabolicis resistat insidijs,
ad orationes supplicationesq; mittit, per quas à superis liberatoribusq; spiritibus contra inferos præsidium impe-
tetur. Postremo quo imbecillitatem humanam continere possit, mādāt ut malorum hominum familiaritatem
deuitans, bonorum ascescat consuetudinem. Proinde, quoniam post deum more Pythagorico coli patriam iusserat,
merito post sacrilegia quæ in personas aut res deo consecratas perpetrantur, pergit ad puniendam scelera &
delicta, quæ proprie contra patriam committuntur, quæ non solum sacrilegij proxima iudicat, sed annume-
rat, plectitq; similiter. Hæc uero tria esse iudicat. Peccare enim in patriam, hostemq; patriæ habendum esse, &
qui posthabitis legibus principatum ad humanam uoluntatem libidinemq; reducit, & qui cum possit, pericli-
tanti patriæ non succurrit: & qui uel auaritia uel alia de causa pro filio enadit patriæ proditor. Inter hæc offi-
cium legis repetit. Id autem esse uult: ut non tanquam dominus seruis, sed tanquam pater filijs conscribat le-
ges: non minus persuadens quàm minitans; nec minus docens quàm imperans; nec minus alliciens quàm perter-
rens; ut legislatoris opus non tam mandatorum prescriptio sit, quàm disciplina morum. finis enim eius est,
quæcunq; id ratione fiat, ciues bonos beatosq; efficere: punire uero malos, necessitas est in eo potius, quàm uo-
luntas. Et quia sole inter humanas Platonice leges hæc omnia complectuntur, humanarum omnium perfectissimæ
exordium à deo factum est: deinde additum à Platone, uideri sibi hæc omnia diuinitus inspirata. Demum ex hæc
ipsa disputatione ad beatum summum Iouis templum, id est, cælum recto tramite peruenitur. At quoniam non so-
lum in sacrilegij Parricidijq; uerumetiam in cæteris sceleribus pro alijs culparum gradibus, alij quoque poe-
narum gradus, & à legum latores describendi, & à iudice sunt censendi, commodissimam ad gradus eiusmodi
discernendos distinctionem adducit in medium. Habitus quidem omnis aut uirtutis est, aut uitij. Si uirtutis, om-
nino uoluntarius est: quoniam consilio libero & expedita electione & proprijs animi actionibus est acquisitus.
Sin uero uitij habitus est, inuoluntarius omnino censetur. Quia ita morbus est animi, sicut humorum intempe-
rantia morbus est corporis. Nemo uero morbum dixerit uoluntarium: quamuis nonnulla quæ præter opinionem
inferunt morbum, possit quodammodo uoluntaria dicere. Præterea eiusmodi habitus ex impedito consilio, distra-
ctaq; electione, & passionibus potius, quàm actionibus inolefcit. Ex his conficitur Platonice illud sæpissime
decanatum: Vitiorem habitus inuoluntarios esse, neminemq; fieri sponte malum, quem admodum & nemo sit
sponte egrotus & deformis & inops. Post hanc habituum distinctionem sequitur distinctio actionum. Quæ
quidem aut ad uirtutis, aut ad uitij habitum gignendum proprie uergunt. Si ad uirtutis, ita uoluntarie sunt, ut
diuisus est habitus uoluntarius. Sin uero ad uitij, partim quidem uoluntarie dicuntur, propterea quod & animo
quodammodo consentiente fiunt, & poterant non fieri antequam fierent: partim uero inuoluntarie, tum quia
ad detrimentum, deformitatem, morbum clam deducunt: hæc autem uellet nemo: tum quia ex quadam finisq;
filios

exitusq; ignoratione consurgunt. Quatenus uero per ignorantiam fiunt, eatenus præter ipsam rationis uoluntatem fieri indicantur. Distingue rursus hoc pacto. Actiones humane quantum ad legum iudiciorumq; materiam attine, in quinque capita rediguntur. Aut enim ex affectibus concupiscentia pullulant, aut ex impetibus scibilibus nature prorumpunt, uel simplici quadam ueniunt ignorantia, per quam quis res ipsas ignorat, quamuis se ignorare non nesciat: uel ignorantia duplici sunt, per quam quis & res ipsas nescit, & ignorantiam suam, mul ignorat, uidelicet scire se putans: uel tandem ex rationali quadam opinione proueniunt: opinione inquam de iustis atq; iniustis rationi legibusq; credendi. Post distinctionem eiusmodi distinguit & iudicij regulas, per quas aliter animaduertatur in eos qui concupiscentia, aliter in eos qui ira peccant; atque in his discernatur, utrum consulto, an inconsulto deliquerint. Præterea utrum ui palamq;, an potius clam atq; fraude. Deinde nunc quid per ignorantiam sit erratum, siue per simplicem, siue per duplicem ignorantiam. Vbi uero de homicidijs rum iudicij agens priscum adducit mysterium de interfecit interfectores ulciscens; attende ex Platonis sententia, perturbationes ad sensibilia pertinentes posse in anima seiuncta ab hoc corpore remanere. Si quidem ex eiusdem sententia remanet & prima quadam sentiendi natura substantialis origo sensuum reliquorum, per quam anima & in hoc corpore in hæc instrumenta uires explicat sentiendi, & discedens ab hoc eas quodammodo replicat in seipsam, siue, ut magis Platonicè loquar, exercet in aereo corpore. Quo inuoluta & hoc in greditur & ex hoc egreditur. De his Platonici ita distinguunt, ut anima in corpore hoc crassiore ad breue habitet; in aereo uero multa per secula in cœlesti per omnia. Quorsum hæc? Ne mireris perturbationes in defuncti anima superesse, si harum rerum sensus memoriaq; supersunt. Probabile uero esse putabant antiqui theologi, animas hominum repente interfectorum, utpote in expiatis, perturbationibus agitari: quin & hostes exagitant, re, id uidelicet non humana tantum indignatione efficiente, sed diuina etiam nemesis ac dæmone prouidente. Superesse uero ex antiquorum opinione in anima sensum perturbationemq; ultricem, eamq; aereo uti corpore Platonici noster Maro testis occurrit. Quid enim sibi uult: Et nunc magna mei sub terras ibit imago? Platonice admodum imaginem rationalis anime nominat primam ipsam sentiendi naturam. Sed cur magnam? Quia & sensus est sensuum reliquorum communisq; sensus, & magno post hoc corpus uitur corpore, scilicet aereo: quod quidem & huic insinuat quodammodo sit angustum: hoc exutum, explicatur in amplum, elementum id aeri exigente natura. Præterea, Omnibus umbra locis aereo, dabis improbe penas. inter imaginem distinguit & umbram. & imaginem quidem anime esse uult sensum in aereo corpore. Ipsum uero corpus aereum, esse anime umbram. Sed terrestrè corpus cæcum nominat carcerem. Quod autem in iudicijs de homicidio, præsertim de parricidio dicit, de regressione anime humane in corpora rursus humana, in quibus sepe det pœnas, pœres omnino culpis in superiori uita conceptis, uetus magorum Aegyptiorumq; sacerdotum sententia est. Nullum enim conuenientius humanorum delictorum esse purgatorium iudicabat, quam in corporibus humanis eadem animas quando que pati quæ fecerint. Quæ quidem ratione Plotinus Aegyptius in libris de prouidentia utitur ad soluenda dubia aduersus prouidentiam iustitiamq; diuinam quocumque insurgentia. Inquit enim, quæ diuina prouidentia in præsentia uita non reponduntur, in altera & quidem humana pari prorsus ratione repondunt. Rependi insuper & in brutis: in quibus sepe anima quondam hominis, fiat anima bruti. Sed in ultima hac sententia solus exitus uidetur. Cæteris enim Platonici displicet, animam hominis propriam, aliquando fieri bruti propriam. Consentiant tamen uicissim in homines alios transmigrare, quod quidem etsi Plato non habet certum, habet tamen ualde probabile. Quod uero migret in bestias, sepe quidem recusat, sed dedita opera ad eo præter solitam grauitatem ridicule narrat, ut plane demonstrat negandam quidem esse rem ipsam: allegoriam uero querendam, scilicet ut transire in brutum duobus modis accipias. Primo quidem in affectum, imaginationem, habitumq; bruto conuenientem. Deinde in habitationem consuetudinemq; inter feras ad tempus supplicij gratia, consuetudinem namq; affectionemq; brutam, esse pœnam dumtaxat antiqui putant: regressum uero in hominem, ubi paria & similia subeantur, non solum supplicium esse, sed purgatorium. Post hæc in mentionem de legis necessitate incidens opportune, asserit necessariam humano generi esse legem. Nam absq; legibus nihil ab atrocissimis feris discrepaturum. Huiusq; causam afferens, nullius hominis ingenium ita natura institutum inquit, ut omnia quæ ad publicum bonum necessario cognoscenda sunt, cognoscat sufficiens; ac si forte nouit, ut optimum id quod nouit agere, possit semper & uelit. Quod si diuina quadam gratia mens quædam inter homines surgeret, quæ publicum omnino bonum cognosceret, ad idq; generose ac semper intenderet, nullis uel huic uel patriæ suæ eo tempore legibus opus fore. Mentem namq; ueram ac liberam omni lege præstantior rem esse, atque ipso iure cunctis dominaturam. At quoniam id nullius ingenio est tributum, concludit necessario sub legibus esse uiuendum. Ait quoq; studium quidem proprij boni ciuitatem penitus dissipare: studium uero publici boni conuenire. Item pestem in ea ciuitate dominari perniciosam, ubi iudicium à magistratibus, uel mutuum agitur, uel clamor. Atque ubi familiarem dæmonem inquit multis sepe malis obistere, si dæmonis

horres

horres nomen, uel concedente Platone angelum nominato. Ac memento nostrum dæmonem geniumq;, non solum ut quidam putant, nostrum intellectum esse, sed numen. Præcipit mox seniores paterna reuerentia adeo colunt etiam ab his uerberatus succensere non debeas: sed patienter ferre. Sed natales quos hic commemorat deos, non ascendunt signa, signorumq; dominos planetas astronomico more debemus accipere: sed ideam generis humani principium, dæmonemq; nostræ uitæ custodem. Deniq; monet timendam esse superiorum indignationem, & inferiorum punitionem. Monet mortem non esse supplicium ultimum, sed ultra hanc esse supplicia inferiorum; eaq; uerissime omnino narrari.

DIALOGVS NONVS

DE LEGIBVS VEL DE LEGVM LATIONE



IUDICIA uero si post hæc superioribus actionibus conuenientia redantur, naturalis utiq; ferendarum legum ordo seruabitur. Sed de iudicijs quidem agriculturæ, similibusq; dictum est: de maximis uero iudicijs & iudicibus sigillatim nondum diximus. de his ergo deinceps dicimus. C. L. Probe. A. T. H. Turpe quodam modo uideri potest, leges de huiusmodi rebus, quales tractabimus, illi ciuitati tribuere, quam dicimus recte se omnino ad uirtutis possessionem habituram. Nam cui absurdum non uideatur, si quis in ciuitate instituta putet hominem nequissimum sicut in alijs nasciturum: adeo ut opus sit legum minis huic præuenire, ne talis fiat, ne ue tale cõmittatur, & commissã positã legibus puniatur: quasi possint in hac quoq; republica flagitiosissimi homines reperiri: Verum quoniam non ut prius legum latores agimus, qui cum deorum filij essent, heroibus, qui & ipsi è dijs nati dicuntur, leges ferebant: sed homines hominibus ista sancimus, uereri par est, ne quis ciuium ita natura indomitus & inexorabilis nobis gignatur, ut quasi legumina fulminis tantu prædura, igni legum etiam fortissimarum decoqui nequeat. Quamobrem si quis forte sacriligium cõmittere audeat, legem de hoc feremus quamuis onerosam nobis atq; molestem. Enim uero educatum recte ciuem, nec uolumus, nec ualde timemus tam graui morbo laboraturum. Sed serui istorum forsitan & peregrini, peregrinorumq; serui, huiusmodi multa aggredientur. Quorum gratia maxime, & quia uniuersa natura hominum imbecillis est, tam de sacrilegio quàm de alijs, quæ aut uix aut nullo modo sanari possunt, leges conscribam. Sed proœmia primum secundum ordinem in superioribus institutum, his omnibus quàm breuissime preponenda. Ad eum igitur qui nefaria cupiditate, & die tractus, & nocte excitus templa ut furetur, petit, hæc aliquis instructionis, & monitionis gratia dicere. O mirabilis uir, non humanum te malum, neq; diuinum ad sacrilegia uertit: sed existialis quidam asilus, à priscis atq; in expiatis flagitijs innatus hominibus circumagitantem, quem cunctis uiribus effugere debes. Quomodo autem effugies, audi. Cum talis oboritur in animo cogitatio, confuge ad expiationes obsecro. Confuge ad liberatorum deorum sacrificia supplex. Confuge ad bonorum uirorum consuetudines, ubi partim audias, partim tu quoq; dicas iusta honestaq; ab omnibus esse colenda. Malorum uero consuetudines apprime fugias. Quæ si feceris, cessaueritq; morbus, bene tecum actum erit. Aliter autem mori satius fore arbitratus, define uiuere. Cum illis hæc exordia cecinerimus, quorum in animos incidit impia quædam & ciuitati pestifera cogitatio, quicumq; ex his paruerint, eos à lege liberos dimittemus: sed hominibus proœmio non persuasus, ferentes post hæc leges, altius in tonabimus. Qui deprehensus in sacrilegio fuerit, si seruus peregrinus ue erit, in facie ac manibus, calamitate ipsius literis inuista, uerberatus prout iudicibus uidebitur, nudus extra fines pellatur. Forte enim supplicio continentior factus, euadet deniq; melior. Nullum quippe supplicium lege factum, ad malum tendit. Sed duorum alterum fere semper solet efficere. Nam aut melior, aut certe minus prauus, qui pœnas dedit, fieri solet. Si uero ciuis quispiam aliquid tale in deos, aut in parètes, aut in patriam perpetrare, & ad maximam iniuriam induxisse animu deprehendat: huc iudex, quia ex puero bene doctus educatusq; à maximo scelere non abstinit, sanari non posse existimet. Pœna huic mors, malorum in-

l'opos è lae
vide Chiliar
des
gus

nimum. Vituperatus autē, ut exemplo alios iuuet, extra fines perdat. Filij uero eius, & generi uniuerso si mores paternos fugerint, quia nati ex malo fortiter uirtutem secuti sunt, honor exhibeatur & laus. Nullius autem istorum pecuniæ in fisco redigantur, in republica in ea qua fortes eandem semper & æquales permanere oportet. Sed quando quis ea patrauit quæ pecuniarum multa luenda sunt, quod supra fortem possidetur, id impendatur, fors integra maneat. Cuius rei exactam ueritatem à descripto censu legum custodes semper iudicibus deferant: ne quis unquam propter indigentiam pecuniarum sua forte priuetur. Quod si quis maiore digno damno uideatur, nec fidei uisione liberalitateq; amicorum liberetur, manifestis diuturnisq; uinculis & cæteris opprobrijs puniatur. Peccatum nullum impunitum sit, neque profugus ullus & impunis abeat: sed aut morte plectatur, aut uinculis, aut uerberibus, aut ignobiliter sedendo standoq; in facris ad extremitates regionis productus, aut pecunijs, ea ratione quam diximus, multatus, poenas luat. Iudices autem capitalis criminis legum custodes sint: & optimi quique eorum numero electi, qui anno proximo præterito functi magistratibus fuerint. Quo autem modo accusationes citationesq; & similia fieri debeant: posteriores legum latores deterriment. Suffragiorum autem sententiæq; modum, nostri officij est lege perscribere. Manifeste igitur ista ferantur. Sed ante hæc coram accusante defendenteq; quam proxime seruata ipsorum dignitate iudices sedeant. Vbi ciues qui oratio abundant, omnes adfint, taliaq; iudicia diligenter audiant. In quibus cum prima oratio ab accusatore fuerit habitata, defensor altera dicat. Deinde senior de iudicibus, quæ dicta sunt, omni adhibita diligentia sufficienter examinet: post eum cæteri omnes considerent, quod ceterisq; ab aduersarijs dictum uel non dictum perquirendum singuli putant: qui autē nihil discussione sua dignum censet, alteri examinationem ipsam relinquat. Ac tandē in Vestæ sacratio scripta quæ tunc cōclusa fuerunt, insertis omnium iudicum signis, deponantur. Post tri die rursus eodem in loco congregati, eodem modo examinent, iudicentq; & signis appositis, omnibus quæ dicta fuerint, deponant. Cumq; hoc similiter tertio fecerint, signis testibusq; sufficienter assumptis, sacrum singuli ferentes suffragium iureiurando per Vestā uere iusteq; pro uiribus se iudicatos affirmant: atq; ita huic iudicio finem imponant. Post peccata in deos cōmissa, de his dicatur quæ in reipublicæ perniciem committuntur. Qui principatum ad hominis arbitrium redigit, eiq; leges subigit: atque ita ciuitatem subicit facionibus, & ut adhibita contra leges seditionibus eam replet: hic uniuersæ ciuitati hostis est maximus omnium iudicandus. Secundus ille hostis est, qui quamuis particeps huius sceleris non sit, tamen cum amplissimis fungatur in ea republica magistratibus, eas coniurationes non animaduertit, & si animaduertit timiditate quadam patriæ non succurrit. Quare unusquisque uir, qui modo alicuius precij ciuis fore studet, hæc iudicibus referat, eumq; in iudicium trahat, qui patriæ insidiatus uel ad iniquam gubernationem uertere illam conatur. Iudices autem huius sceleris sint, qui & sacrilegij, totumq; iudicium similiter peragatur: & suffragia quæ multitudinem uincunt, morte condemnent. Et ut breuiter dicam, peccata patris non luant filij, nisi pater, auus, ac proauus deinceps capitis rei sint. hos autem cum bonis suis, sorte semper excepta, in antiquam ciuitas patriam mittat. Et de filijs ciuium, quibus plures quam unus sunt, non pauciores quam decem an nos nati, eos sorte deligat, quos patres, aut aui paterni materniue nominauerint, nominaq; ipsorum Delphos mittant, & qui oraculo Apollinis approbabitur, huic felicioris fortuna fors & domus destituta reddatur. C. L. Recte id quidem. A. T. H. J. Communis præterea tertia lex de iudicibus iudicentq; modo, aduersus eos qui prodicionis accusati sunt. Et de mansione filiorum atq; nepotum siue exitu e patria una lex aduersus tres similiter sit, proditorum, sacrilegum, & uolentium legum ciuilium euerforem. De furto autē, siue magnum quid, seu paruum quis furatus sit, una lex poenarumq; similis omnibus sit. Damnatus enim quispiam furti, si ultra fortem bona sua sufficiunt, duplum reddat: aliter uinciat, donec aut illi persuaferit cui debet, aut reddiderit. Quod si publicum furtum fuerit, tum demum à carcere liberetur, cum ciuitati persuaferit, uel duplum reddiderit. C. L. Quoniam modo dicimus hospes nihil differre siue magnū seu paruum sit furtū, siue à sacro loco, seu nō sacro sublatū sit, seu quomodo cūq; aliter id fiat: Quippe cū multis modis cōmitti furtū possit, sceleris uarietate dissimilitudinēq; cōjungere legislator debet, nec similib. poenis quæ similia nō sunt

contra facionem

contra proditores

pena furti

sunt, punire. A. T. H. N. Oportune ô Clinia impetu currentem me retraxisti, & in memoriam quæ olim quandoque cogitaueram redegit, ad hunc usque diem leges nullo modo recte constitutas fuisse, ut nobis præsentia cōsiderantibus succurrat dicere. C. L. N. Quomodo rursus id dicimus? A. T. H. Congrua profecto imagine uisum, quando omnes qui hæc uis leges recipiunt, seruis illis contulimus, qui ab alijs seruis curantur. Illud certe ignorare non decet, quod si medicus quispiam eorum qui usu quodam absque ratione medentur, liberum medicum philosophiæq; studiosum ægrotanti libero colloquentem audiat, dum morbi initia rationibus indagat, et de natura corporum diligentius asserit, ridebit protinus: & aduersus illum ea dicet quæ hac in re plurimis medicorum in promptu semper esse solent. Non mederis, inquiet, ægrotanti ô fatue: sed quasi doctrina non sanitate indigeat, doces. An non recte sic loqui uidebitur? Nōne & nobis merito idem obijciat: quod quicumq; de legibus ut modo nos, differit, non leges condit, sed ciues erudit? C. L. N. Fortasse. A. T. H. Sed feliciter in præsentia nobis contingit. C. L. Quidnam? A. T. H. N. Quod nihil adferendas leges nos urget: sed ipsi sponte hac consideratione suscepta, de omni reipublicæ disciplina, quid optimum atque necessarium sit, quomodoq; id peragatur, perspicere nitimur. Cum ergo liceat si uolumus quid optimum sit, aut quid maxime necessarium in legibus considerare, utrum nobis uideatur, tractandum in præsentia eligamus. C. L. Ridicula hæc hospes optio est: manifesteq; nos illis similes facit, qui necessitate ingenti leges ferre ita in præsentia compelluntur, ut in craftinum licere non uideatur. Nobis autem dei auxilio, quemadmodum illis qui ex lapidibus uel ex alia quauis materia aliquid construunt, licet fustim ea colligere, ex quibus futura cōmoda operi absque ulla festinatione deligentur. Quasi ergo ædificatores minime festinantes, alia modo fundemus, alia hinc ad ædificandum sumamus. Adeo ut in ferendis legibus, alia quasi modo ponantur, alia uero quasi iam positissimè apponantur. A. T. H. Sic utique secundum naturam magis ô Clinia compendiaria nobis fiet legum conspectio. Sed illud per deos de legum latoribus consideremus. C. L. Quidnam? A. T. H. N. Multorum scripta fermonesq; in ciuitatibus extant, sunt autem & legislatoris scripta & sermones. C. L. Quidnis? A. T. H. N. Vtrum igitur poetarum cæterorumq; scriptorum operibus de ratione uiuendi compositis animum applicabimus: legum uero latorum, nequaquam? an his maxime omnium? C. L. N. Istis omnino. A. T. H. N. Legislatorem ergo scribentium solum oportet de honesto, bono, iustoq; consulere, docereq; qualia hæc sint, & quomodo his agenda, qui felices futuri sunt. Turpe enim est, cum Homerus, Tyrteus, cæteriq; poetae probe de uita studijsq; hominum scripserint: turpe inquam Lycurgo atq; Soloni, cæterisq; legum latoribus minus id facere. Rectum igitur ipsum præ cæteris omnibus scriptis leges mirifice præ se ferre debent: cæterorum uero scripta probari, si legibus consentanea sunt: si non, distona, derideri. Sic igitur leges ciuitatibus conscribantur, ut patris matrisq; personæ lator legum penitus gerati, scriptaq; charitatis prudentiæq; uirtutem habeant potius, quam domini tyranniq; imperium minitantis tantum & describentis, rationem uero nullam penitus assignantis. Consideremus igitur an hac uia nobis progrediendum sit, siue possimus, siue non. Sed accingamur iam: & pro uiribus hac uia procedentes, etiam si patitur quicquam necesse sit, toleremus, quod utinam felix sit: eritq; profecto, si deus uoluerit. C. L. Recte locutus es: quare sic faciamus. A. T. H. N. Considerandum est ergo primum, ut cōpimus, diligenter de sacrilegio, de furto, de cæteris omnibus iniurijs, nec grauius ferendum, si in ea ipsa legum descriptione, aliam iam posuimus, de alijs disceptamus. Non enim legum latores iam sumus, sed efficiamur modo, & cito fortassis erimus. Verum si de his quæ proposui, ita ut dixi, differendum uideatur, edisseramus. C. L. Sic omnino. A. T. H. N. De honestis igitur iustisq; rebus omnibus, inspicere id conemur, quo nos, qui cæteros si non possumus, certe cupimus præcellere, nobis ipsis conuenimus, & quo discrepamus, quo item alij à seipsis. C. L. Quas quæso inter nos differentias dicis? A. T. H. N. Conabor exponere. De iustitia omnino iustisq; hominibus & rebus & actionibus omnes quodammodo consentimus: quod uidelet omnia hæc honesta pulchraq; sint: ita ut si quis iustus homines etiam si corpore defores sint, secundum ipsum iustitiæ habitū pulcherrimos asserat, nemo sit iudicium illius reprobaturus. C. L. Nemo fere qui ita loquat perperam loqui uidebit.

rursus cupiditatumq; alteram. Spei autē ac de optimo uerā opinionis appetitionē desiderantq; speciem tertiam. Quibus rursus bipertito diuisis, species quinque conficiuntur; quibus leges inter se differentes speciebus quinque in duobus generibus sunt ponendae. CLIN. Quae sunt ista genera? ATHEN. Alterum quod uis & aperte committitur; alterum quod clam & cum deceptione in tenebris. Ac nonnunquam utroque agitur. Quod si iure tractabitur, asperis legibus coarcebitur. CLIN. Aequum est. ATHEN. Sed redeamus illuc iam, unde huc digressi sumus: terminandisq; legibus incumbamus. Erat autem nobis propositum de sacrilegis, de proditoribus, de his qui mutando rempub. leges corrumpunt. Horum aliquid quis forte committet, propter insaniam, uel morbo, uel senio pressus, uel in aetate puerili constitutus, ita ut ab istis nihil differat. Ac si tale quippiam electis iudicibus fecisse declarabitur, ipsoq; aut defensione referente sic affectus iudicabitur commisisse, damnum quod intulit simplex omnino restituat; caetera sibi remittantur, nisi hominē interfecto, mundus adhuc a caede non sit. Sic enim alio profectus, annum peregrinetur. Et si prius quam constitutum a lege tempus praetererit reuersus fuerit, aut etiam intra fines deprehendatur, in publico carcere biennio a legum custodibus detineatur; posthac liber a uinculis esto. Sed ut incepimus, de unaquaque specie caedis leges absolutius conscribamus. Et primo quidem de ui & non sponte factis dicamus. Siquis in certamine publicisq; gymnasijs non sponte, siue confestim, siue postea ex uulneribus secuta mors sit, amicum hominē interfecerit, uel in bello similiter, uel in exercitatioe bellica magistratibus instituta, siue nudis corporibus, seu ad imitationem ueribelli armatis, secundum legem a Delphico Apolline latam mundus sit. Omnes autem medici qui curantes non sponte occiderint, mundi sint. Quod si manu sua quispam non sponte, siue nudo corpore, siue instrumento, uelo, uel cibo potuue, ignis frigorisue & fluxus adiectione, aut priuatione spiritus, siue id suo corpore, siue per alia quaedam faciat, aliquid interfecerit, omnino ut manu propria interfector existimetur; atque ita ut dicam pleciatur. Si alienum seruum interemit, suumq; putauerit, domino damnum restituat uel duplum precij reddat. Quanti uero precij fuerit seruus a iudicibus statuatur. Purgationibus uero pluribus maioribusq; utatur quam qui certando aliquem interfecerunt. Quarum idonei sint interpretes, hi quos dei comprobauit oraculum. Sin uero seruum suum, purgatus secundum legem, sit absolutus. At si liberum quis non sponte hominē interfecerit, si idem purgationibus utatur, quibus qui seruum peremit. Et priscum mysterium non contemnat. Fertur enim interfectum uis hominē qui libere uixit, interfectori proximo statim post mortem tempore irasci, ac propter uiolentam mortem, terrore turbationeq; plenum, maxime si uiderit interfectorem inter suos more solito uiuere, interfectorem ipsum eiusq; actiones, uim ad hoc suppeditante memoria, cunctis uiribus terrere, atq; turbare. Quare opus est ut homicida interfecti hominis gratia anno integrō exul a patria, omnique ea regione procul uitam ducat. Sin uero qui interijt peregrinus fuerit, a patria, omnique peregrinatio tempore homicida pellatur. Huic legi si obtemperauerit, genere proximus interempto, qui utrum paruerit attendet, illi ueniam praestet, qui etiam pace ipsi reconciliatus & aequus omnino erit. Sin uero non obditerit, sed cum immundus sit templa deorum petere sacrificareq; audeat, uel statuto tempore uniuerso non peregrinabitur, genere proximus interempto id iudicibus deferat, eūq; de caede accuset, & dupla omnia sumat ab eo supplicia. Quod si proximus ille neglexerit, quasi scelere in ipsum reuoluto, ipso uidelicet interempto passionem in illum conuertente, a quolibet uolente accusetur, & quinque annos patria carere cogatur. Si peregrinus non sponte peregrinus in ciuitate occiderit, eadem lege a uolente quocumq; id iudicibus deferatur, & similiter iudicetur. Sin uero incola id fecerit, anno exulet uno. Quod si peregrinus omnino peregrinum, siue incolam siue ciuem necauerit, ultra purgationem tota etiam a regione in qua leges huiusmodi dominantur, per omnem exulet uitā. Ac si contra leges redierit, morte a legum custodibus puniatur; & bona si qua possideat, proximo interfecti tradantur. Quod si non sponte quispiam in eam regionem delatus fuerit; tempestatis quidem ui & fluctu maris depulsus, nauigandi oportunitatem pedibus mare tangens expectet; ui autem per terram ab aliquibus adductus, a magistratu cui primo res delata fuerit, soluendus est, & intactus in exilium retrudendus. Siquis uero manu sua liberū hominē ira concitus interfecerit, bipertito irā primo oportet

oportet distinguere. per iram enim facit & qui subito absque uoluntate interimendi uerberibus, uel quouis modo interfecit, ita ut confestim post impetum poenitentia sequatur; & qui contumelia uel iniuria laesit, ideoq; in uindicta cupiditate perseverantes, postea uolentes interfecerunt; nec poenitet ea fecisse. Duplicem igitur eadem ponere placet, utramque ira factam. Quas inter uoluntarias & inuoluntarias actiones medias iure posuerim. Neutra enim uoluntaria reuera uel inuoluntaria est, sed altera alterius est imago. Nam ille quidem qui iram seruat, nec repente, sed cum insidijs se postea uindicat, homicida uoluntarij est per similes. & qui non seruat sed primo irā impetu fertur, & absque praemeditatione interfecit, inuoluntarij homicida similis iudicatur. Non tamen omnino inuoluntarij est, sed inuoluntarij habere similitudinem dicitur. Quocirca per iram commissae caedes, difficile determinantur: utrum uoluntariae an contra, ponendae sint. Optima igitur & uerissima sententia est, utraque imagines appellare, easq; seorsum ita distinguere, ut altera consulto, altera inconsulto committi dicatur. Maiora uero supplicia illis decet imponere qui consulto per iram interfecerunt. Illis contra, qui repente & inconsulto, leuiora. Nempe quod grauiori malo simile, asperius: quod uero leuiori, mitius puniendum. Ita certenostri legibus agendum est. CL. Ita prorsus. ATH. Sed de ira iterum repetentes ita dicamus. Siquis manu propria liberum hominē ira concitus inconsulto occiderit, caetera quidem eadem patiatur mala quae & homicida, qui non per iram occiderit, debentur; sed ex insidijs liberum quēq; occiderit: caetera utiq; similiter ac primus cogatur facere. Non autem biennium tatum ut ille, sed triennium exulet, ut ira eius diuturnior diutius puniatur. Vniuersalis autem istorum haec dispositio sit. Nempe difficile est, sigillatim exacte de his leges ponere. Aliquando enim quae truculentior caedes lege statuta est, leuior uidetur: nonnunquam contra, quae leuior, truculentior, prout atrocius, aut mitius gesta est. Ut plurimum uero, quemadmodum modo diximus ista contingunt. Sed haec omnia legum custodes cognoscent. Cum uero restituendorum exulum tempus aduenerit, XII ad fines regionis mittant: qui diligenter consideratis omnibus per id tempus exulum actionibus, pudoris eorum receptionisq; iudices fiant. Illi uero horum magistratu iudicio acquiescant. Quod si post restitutionem alteruter horum ira commotus similiter peccauerit, perpetuo exulet. & si rursus redierit, non aliter quam peregrinus rediens puniatur. Siquis ita seruum suum necauerit, purgetur. si alienum, damnum domino in duplo restituat. Siquis homicida legibus non paruerit, sed nondum purgatus, forum, gymnasia, caeteraq; sacra ingressu suo contaminauerit, quicumque uelit tam istum quam interfecti cognatum haec negligentem, in iudicium uocet, & in duplo tum pecuniam tum caetera persolvere cogat: quodq; solutum est, ipse secundum legem accipiat. Si seruus ita concitus dominum suum interimat, occisi hominis cognati quomodo uelint ipsum interficiant, mundi q; a crimine sint, dummodo uitium non conseruauerint. Sin uero seruus non dominum suum sed alium liberum per iram necarit, a domino suo, interfecti cognatis tradat: qui utcumq; uelint, omnino ipsum interimat. Si pater aut mater (accidit enim quamuis raro) per iram uerberibus seu quouis modo filium uel filiam interficiat, perinde ac caeteri homicida purgetur: & triennium exulet. Ac post ipsam restitutionem maritus ab uxore, uxorq; a marito separentur. Nec simul amplius liberis procreandis operam dent: neuterq; horum simul cum eo habitet, cuius filium uel fratrem occidit, nec una cum eo sacris comunicet. Et qui impietate animi his legibus non paruerit, ut impietatis reus a uolente quolibet accusetur. Si uir uxorem, aut uxor uirum per iram necauerit, purgetur similiter, & triennium integrum exulet, cumq; redierit, nec sacris cum liberis suis comunicet, nec una mensa utatur. Quod si non seruet genitor aut filius, impietatis reus a uolente quolibet accusetur. Frater uero si fratrem aut sororem, & soror si sororem, uel fratrem ita occiderit, non aliter quam parentes qui liberos interfecerunt & purgetur & exulet: nec post reditum sacris & mensa cum illis comunicet, quos fratribus aut sororibus filijsue priuauit. Qui legem hanc transgredietur, iure ut impius condempnabitur. At uero cum quis adeo uictus ab ira fuerit, ut infano iracundiae furore parentē interemerit, si parens antequam mortem obiret, sponte interfectorem suum a caede liberauit, sicut qui sponte eadem commiserunt purgatus, caeterisq; similiter factis, mundus sit: sin uero non liberauit, multis legibus reus sit, qui necauit. Nam ultimis supplicijs, caedis, impietatis

Ira & uel in
consulto, uel
consulto

Vis non sponte

de homicidio

medici qui non sponte occiderint
de iram impune occiderint

ris, sacrilegij subiectus erit: quia sacrilegio genitoris animā abstulit. Quare si possibile est, set sapius aliquem mori, iustissimum esset sapius parricidam interfici. Nam cui ne pro defensione quidem sua si à parentibus interficiatur lege ulla conceditur ut parentes à quibus in lucem editus est interimat, sed omnia potius sustinere præcipitur, quam quicquam huiusmodi facere: quomodo aliter iuste punire hunc oportebit? Lege igitur ira concitato ad parricidium mors sancitur. Si orta seditione uel quouis modo frater fratrem in se impetum facientem pro defensione sua interimat, quasi hoste perempto purus sit. Quinetiam si ciuis ciuem, aut peregrinus peregrinum, uel peregrinum ciuis, uel econuerso, defendendo se, interfecerit, similiter mundus sit. Eodem modo, si seruus seruorum, si uero seruus liberum se defendens interimat, iisdem legibus quibus & parricida sit subiectus. Quod uero de liberatione à cæde parentis diximus, idem quoque de liberatione omnium dictum intellegatur. Si quis ergo aliorum omnium alicui sponte dimiserit, quasi non sponte cæde commissa purgetur qui interfecit, & annum exulet unum, sed uolentia iam & inuoluntaria ac per iram commissa de cæde mediocriter exposita sunt. Quæ uero sponte in his secundum omnem iniustitiam ex insidijs propter uoluptatum cupiditatemque inuidiamque tyrannidem committuntur, deinceps dicamus. CLIN. Recte dicis. ATHEN. Primum igitur quot uoluntariæ cædis causæ sint, pro uiribus declaremus. Maxima uero huius causæ est: cupiditas animæ libidinibus exagitata dominans: quæ in eo ardore consistit maxime qui multorum animos uehementer inflammat. hæc sane ea uis est, quæ propter naturam & ignorantiam diuitiarum inexplebilem gignit auaritatem. Ignorantiæ uero causæ est, quod non recte laudantur diuitiæ. Quippe tam greci quam barbari, diuitias cum tertium bonorum teneant locum, in primo ponunt: atque hac sententia seipos simul & posteros perdunt. Optime sane & pulcherrime uiueremus, si uera de diuitijs sententia ubique prædicaretur. ea est, quod diuitiæ corporis gratia sunt: corpus autem animi gratia. Quare cum bona ea sint, quorum gratia possidendæ diuitiæ sunt, tertium gradum post uirtutem animi corporisque tenebunt. Hæc ergo ratio nos tanquam magistra docebit, non oportere hominem qui felix sit futurus, diuitias quomodocumque, sed cum iustitia & temperantia quaerere. Sic enim cædes cædis puniendæ in ciuitatibus nullæ committerentur. Nunc uero quemadmodum in huius dispositionis principio diximus, unum hoc est, & maximum, quod uoluntariæ cædis maxima supplicia facit. Alterum est, ambitiosi animi habitus: unde inuidiæ nascuntur, primum quidem ipsi inuidio truculentæ, deinde etiam optimatibus ciuitatis. Tertium locum ingenitæ iniustitiæque formidines possident: quæ cædes multas pariunt, quædo ea sunt alicui gesta, uel ad præsens geruntur, quorum neminem uellet esse conscium. Quare illos qui talia indicantur uideantur, si non aliter potest, morte medio tollit. Ad hæc omnia, proœmia sunt quæ diximus: ac præterea sermo quem multi ex his qui sacris student solennitatibus, & audiunt & credunt, quod homicidæ apud inferos puniuntur: & rursus huc reuersi, poenas necessario secundum naturam debitas pendunt. Quippe quæ alijs fecerunt, ab alijs quoque petiti simili forte in hac uita coguntur. Illi igitur qui persuasus fuerit, quod huiusmodi proœmio monitus talia supplicia extimuerit, nullam ad hæc opus est legem ponere: sed homini contra affecto, lex ista scribatur. Qui consulto ciuem suum manu propria per iniuriam interfecerit, primum à templis, à foro, à portibus, & ab omni coetu communi, ne præsentia sua hæc maculet, procul absit, siue quis adesse interdixerit, siue nullus. Lex enim ipsa interdicit atque ita id uetat, ut pro uniuersa ciuitate interdiciere semper, & interdiciura esse uideatur. Deinde qui eum non persequitur ut decet, nec ab his arcet, de cognatione interfecit usque ad patruales & consobrinos, primum scelus deorumque odia in ipsum uertantur, sicut uulgo legis imprecatio & maledictio dicitur: deinde reus sit cuique, interfecit, uicissim uolent. Qui autem persequi uolet, cum omnia fecerit, quæ uel de ueniendi criminis obseruatione uel de alijs quibuscumque faciendæ deus instituit, & quæ prædicenda sunt prædixerit, pergat, homicidamque secundum legem dare poenas compellat. Hæc autem faciendæ esse, precibus sacrificijsque deorum, quibus ne cædes in urbibus fiant, curæ est, facile legislator suadere potest. Sed qui dii sint isti, & quomodo secundum dei mentem maxime hæc iudicia peragantur, legum custodes cum interpretibus aruspibusque & deo declarent, atque ita iudicia poenasque disponant. Iudices uero harum rerum illi sint, quibus sacrilegij puniendi data est auctoritas. Qui autem condemnatus fuerit, morte poenas luat, & quoniam non impie solum, sed imprudenter quoque

Quæ à uolentibus ex sciētibus

ter quoque peccauit, in regione interfecit sepeliri non debet. Quod si fugerit, neque iudicium sustinerit, perpetuo exulet. Et si unquam citra fines fuerit deprehensus, qui primus illi obuius erit cognatorum interfecit uel ciuium, impune interimat: aut uinctum magistratibus tradat huius rei iudicibus occidendum. Quod si quis hunc defensus accesserit, pro eo si de iubeat quem turatur, trisque si fideiussores quos iudices ipsi sufficientes putauerint, afferat: qui iudicio illum se sistere promittant. Id si quis facere noluerit uel non potuerit, uinctus à magistratibus, iudicio referuetur. Verum si quis non propria manu, sed uoluntate, consilio, insidijsque hominem interfecerit, & cum causa cædis sit animoque impurus, in ciuitate habitet: condemnatus similiter puniatur: præterquam quod fideiussores non præbebit, & condemnatus propria non carebit sepultura. Cætera huic quemadmodum de superiore diximus fiant. Hæc eadem peregrinis aduersus peregrinos, ciuibusque ac peregrinis uicissim & seruis aduersus seruos, de cæde propria manu facta, & de illa que consilio insidijsque commissa est, statuta sint: nisi quod fideiussionem præbere istos, quem admodum illos qui propria manu interfecerit, censemus. Si seruus liberum sponte siue manu sua siue consilio interemit, condemnatusque fuit, trahatur à publico licitore ac uinctus ad interfecit monumentum, uel unde illud cernere queat, uerberatusque prout iubet qui iudicio eum conuicit, si ita cæsus adhuc uiuat, ad necem usque cadatur. Si quis seruum nihil iniuriantem timens ne turpe quid à se factum indicet, uel alia huiusmodi causa inductus morti tradiderit: quasi ciuem necauerit sic puniatur. Accidunt quandoque nonnulla, de quibus leges ponere graue est atque molestum: & non ponere impossibile. Huiusmodi sunt cognatorum uoluntariæ & iniuste cædes, siue manu propria siue consilio insidijsque illata: quæ in ciuitatibus male gubernatis plurimum committuntur: sed nonnunquam etiam ubi non credideris, fiunt. Ad hæc scelera deuitanda, oratio superior repetatur. Forte nanque his auditis à sceleratissimæ cæde sponte aliquis abstinebit. Fabula enim uel sermo, uel quouis alio nomine appellanda oratio, manifeste à priscis sacerdotibus dicta est, iustitiam speculartricem omnium atque uindicem, ad cognatum sanguinem uel ciscendum, lege quam modo diximus, uti. Nempe illam constituisse, ut quisquis aliquid huiusmodi perpetravit, idem necessario patiat. Ut si quis patrem morti tradidit, ipse postea certis temporibus uolenter à filiis occidatur. Si uero matrem peremit, ipse postea patrice nature muliebris effectus necessario tandem à filiis suis interimatur. Communi enim sanguine maculato, non esse aliam purgationem, nec posse aliter abstergi maculam: nisi cædem cæde simili similem anima scelerata lustrauerit, totiusque cognationis iram sedauerit. Ab his ergo sceleribus coercere homines oportet, suppliciorum eiusmodi quæ à dijs inferuntur, metu. Si qui uero in tam miseram calamitatem inciderint, ut patrem uel matrem, fratrem, uel filium sponte atque consulto uita priuare audeant: mortalis legumlator sic de huiusmodi scelere sanciet: ut & arceantur à publicis sacrisque locis, ut supra dictum est, & uas similiter requirantur. Et qui cædis huiusmodi condemnatus fuerit, ita à iudicibus ministris quam à magistratibus occidatur, trahaturque extra urbem in statutum tritium nudus, ubi singuli magistratus pro uniuersa ciuitate in mortui caput lapidem mittant, atque ita ciuitatem omnem purificent. Demum ultra regionis fines portatum, secundum leges infertum eiciant. Sed quid de illo iudicandum, qui proximum atque amicissimum cæde perdidit: qui dico seipsum uita & sorte fatorem, uel scelerata priuauerit: non iudicio ciuitatis, nec tristi & inuitabili fortunæ casu coactus, neque pudore aliquo extremo compulsus: sed ignauia & formidolosi animi imbecillitate, iniuste sibi mortem consciauerit? Quæ purgationes, & quæ sepultura huic lege conueniat, deus ipse nouit. proximi tamen huic genere ab interpretibus legibusque harum rerum hæc exquirant: & quemadmodum ab his statutum fuerit, ita faciant. Sepultura igitur istis solitaria fiat, ubi alius nemo condatur, deinde in his locis sepeliatur quæ de duodecim regionis partibus ultima, deserta, innominataque sunt: sic obscuri, ut nec statua, nec inscriptio nomine sepulchra notentur. Si iumentum aut aliud animal hominem interficiat, nisi publico in certamine id fecerit, interfecit hominis propinquus id iudicibus deferant. Et agrorum curatores illi quibus quotque propinquus ipse madauit, iudicent, & damnatum iumentum extra regionis fines interficiant. Quod si quid inani me præter fulmen aut aliud telum diuinitus missum, anima hominem cadentem ipsum, aut ipsum cadens priuauerit: genere propinquus interfecit, proximum in uicinia ad hoc constitutum

contra iniuriam
Dij

Interfectores
sui ipsorum

stituat iudicem. atq; hæc & cætera prout erga mortuum ipsum conuenit, pro suis ipsius & cognationis totius expiatioe perficiat. Quod uero damnatum fuerit, ut de animalibus dictum est, exterminetur. Si quispiam uita priuatus reperitur, & ignotus homicida sit, nec diligenter quærentibus inueniatur, prædictiones ut in alijs fiant: & in foro publice præconio prædicetur, ut qui hunc uel hunc necauit, quia cædis fuerit sacra loca non ingredia-
 tur, & uniuersam deserat regionem: nam si deprehensus fuerit occidetur, atq; extra regi-
 onis fines insepultus eijcietur. Vna ergo lex ista nobis præcipua de cæde, sancta sit. Ac de his satis. Nunc dicamus, in quibus recte mundus est, qui occidit. Qui noctu furem domum suam ingressum interemit, mundus sit. Et qui spoliatorem in defensionem suam, similiter. Et qui mulierem liberam aut puerum ad rem ueneream ui subegit, impune non ab eo so-
 lum, cui uis est illata, uerum etiam à patre, fratribus, filijsq; uita priuetur. Maritusq; si uim uxori interentem perimat, lege mundus sit. Ac si quis etiam patri haudquaquam per se-
 lus ce dem paranti, aut matri, aut filijs, fratribusq; aut coniugi opem ferens quempiam in-
 terfecerit, mundus sit. Hac tenus de uiuentis animæ educatione & disciplina, qua si prædi-
 ta est, uiuendum illi sit, sin cõtra, non sit uiuendum, leges conscripsimus. Præterea de cædi-
 bus uiolentis, quomodo puniendæ sint. Ac etiam de nutritione disciplinaq; corporum sa-
 tis in superioribus dictum fuit. Deinceps quæ uiolentæ sunt actiones & uoluntariæ, & in uoluntariæ, quæ & quot sint, & quibus supplicijs commode reprimendæ, pro uiribus de-
 terminetur. Recte enim hæc post illa tractantur. Vulnera namq; membrorumq; per uul-
 nera truncationes uilis etiam legum lator post cædem locabit. Hæc sicut cædes distinguuntur. Nam alia non sponte, alia ira, quædam timore, quædam spõte consultoq; fiunt. Quo-
 rum omnium huiusmodi exordium sit. Necessè est leges hominibus ponere, ut secundum leges uiuant. Nam si absq; his uiuerent, nihilo à feris atrocissimis discreparent. Cuius rei causa est, quia nullius hominis ingenium ita natura institutum est, ut quæ ad publicum humanæ uitæ bonum conferunt, sufficere cognoscat: & si cognouit, ut optimum id quod nouit, semper agere possit ac uelit. Nam primum difficile est nosse quod ciuili ueræq; arti non proprium sed publicum necessario est curandum; Publicum quippe ciuitates conue-
 nit atq; coniungit, proprium dissipat: quod uic tam publice quam priuatim præstat com-
 mune quam proprium bene disponere. Deinde licet aliquis forsan hæc ita se habere suffi-
 cienter arte cognoscat, tamen si tanta cum licentia ciuitatis imperium teneat ut nulli ratio-
 num relationi subiectus sit, nunquam in ea sententia per totam uitam permanere poterit, ut publicum in ciuitate tanquam præcipuum bonum augeat; priuatum uero post publi-
 cum ponat. Sed ad utilitatem propriam, priuatamq; comoditatem natura ipsum semper mortalitatis impelleret: quæ absq; ratione tam dolore fugit quam uoluptatem prosequitur: atq; hæc utraq; iustiori melioriq; præponerit: & tenebris obruta, malis omnibus tandem seipsam omnino ciuitatemq; replebit. Profecto si quis hominũ diuinæ sortis fauore ea natura præditus esset, ut cognosceret publicum bonum, ad idq; generose ac semper intenderet, nullis legibus sibi dominaturis egeret. Quoniam nulla lex, nullus ordo scientia meliorq; præstati-
 orq; habetur: nec fas est mentem alicui subijci atq; seruire: sed potius si ita uera liberaq; sit, omnibus dominari. Nunc uero nusquam hæc reperitur: sed minimũ quid ipsius appa-
 ret. Quare quod secundo loco est, eligere decet: ordinem atq; legẽ, à quibus plurima qui-
 dem perspiciuntur, omnia uero uideri nequeunt. Sed his horum gratia propositis, statua-
 mus iam quid pati uel soluere debeant qui alium uulnerauit, uel aliter obfuit. Cuiq; enim facile est singula huiusmodi recte comprehendere: utrum uidelicet quis uulnerauerit, an nõ: quæ, qua in parte: quo pacto. Hæc enim singula innumerabilia pene sunt, & inter se ma-
 xime differunt. Hæc autẽ iudicio cuncta, uel nihil horum committere, impossibile est. Quip-
 pe illud unum in omnibus committere necesse est: utru factum unum quodq; horum sit, an non. Nihil etiam de multa iniuriantis committere, sed magna paruq; omnia lege de-
 terminare, impossibile est. C L I N. Quomodo igitur post hæc dicendum est: A T H E N. Sic utiq; quod quædam iudicio concedere legislator debet; quædam non debet: sed ipse deter-
 minare. Ceterum ut intelligatur, quæ arbitrio & prudentiæ iudicum relinquenda sunt, quæque ab ipso legum conditore determinanda, sic exponemus. Grauis profecto & toti ci-
 uitati communis ibi pestis innascitur, ubi iudicia ignaua muta q; sunt: opinionones iudicũ in-
 uicem occulte manent, & clam sententiam ferunt. Ad id præterea durius, quando nõ silẽ-
 tio

Quos impune est occidit disse.

De uiolentis

Publici ciuitates concedit priuatum dissipat

Quæ ex legibus quæ ex a quo & bono

tio agitur: sed ceu theatra clamore omnia personant: & rhetores quidem tum laudat, tum utuperant: atq; ita uicissim dijudicat. Talibus quidem iudicij si quis necessitate quadam urgeatur dare leges, infortunatum esse ducimus. Sed qui dare cogetur, minimas duntaxat multas iudicibus ijs committat: plurima uero & maxima quæq; in ferendis legibus ipse declarat. Vbi uero iudicia recte pro uiribus constituta sunt, iudicesq; bene educati, & omni diligentia approbati, rectissime multa iudicibus de punitione conditioneq; condanatorum committi possunt. Nemo igitur nos incuset, si ipsis nunc maxima multa q; præterea legibus non ordinamus: quæ uel minus eruditi iudices possent conspiciere: dignamq; singulis delictis multam pœnamq; accommodare. Quoniam uero eos quibus nos leges describimus, non ineptos harum rerum iudices futuros speramus, multa eis committenda censemus. Verum quod sæpe in superioribus diximus fecimusq; putantes descriptio-
 ne formaq; punitionum dicta, exempla iudicibus, quæ nunc transgrediantur, dari oportere: id & tunc recte factum est, & nunc quoq; obseruare uolumus, ad leges ferendas iterũ redeuntes. De uulneribus igitur ita sanciamus. Si quis uoluerit cogitaueritq; amicum ho-
 minem ex ijs quos prohibet lex, interficere: uulnerauerit autem, nec interficere potuerit: leges
 hunc omni remota misericordia, non aliter quam si uita priuasset dare cædis supplicij cog-
 geremus, nisi fortunam eius nõ omnino proteruam dæmonemq; coleremus: qui tam uul-
 neratum quam uulneratem misericordia profecutus, infelicitati utriusq; obstitit: fecitq; ne uulnus huic letiferum, illi fortuna calamitasq; execranda infigeretur. Huic ergo dæmoni habebimus gratiam, utq; eius beneficio minime aduersati, ab eo qui uulnerauit, supplicij um mortis auferemus: & in uicina ciuitate per totam uitam exulare statuemus, nullo rerũ suarum omnium fructu carentem, damno tamen prius restituto, siquid obfuit uulnerato, quod à iudicio rei huius fuerit constitutum. Iudices autem sint, qui cædis essent, si uulne-
 ratus obisset. Si parentes filius, aut seruus dominum consulto similiter uulnerauerit, atq; ita fecisse condemnatum fuerit, scelus morte luat. Quinetiam si frater fratrem aut sororẽ
 similiter, uel soror sororem, aut fratrem, uxorq; si uirum interficiendi cõsilio uulneret, aut uir uxorem similiter, perpetuo exulet. His si filij filiaue pueri adhuc sunt, rem familiarem exulantis tutores administrent qui eos orbos tutentur. Sin adulti sunt, res quidem ipsas permittantur habere, alere tamen exulem non cogantur. Si quis uero liberis carens in huiusmodi calamitates incidit, cognati eius usq; in sobrinos consobrinosq; tam ex uirore, quam ex mulierum parte conueniant, & una cum legum custodibus sacerdotibusq; consilio habito in hanc exulantis domum unam de quadraginta & quinque milibus domibus ciuitatis heredem constituant. In quo sane id cogitare debent, nullam domum de quinque milibus & quadraginta, habitantis ipsius suiq; generis magis esse, quam ciuitatis & priuati & publice. Oportet utiq; ut ciuitas quam sanctissimas & felicissimas pro uiribus domos suas possideat. Quando igitur aliqua domus infortunio & impietate aliqua inquinata: quia qui possedit, sine liberis obijt, uoluntariæ cædis aut cuiusuis in deos uel ciues facinoris condænatus, cuius mors uel sempiternũ exilium pœna est: primo domus ipsa secundum legẽ expietur: deinde cognati, ut diximus, cum legũ custodibus conuenientes, genus in ciuitate aliquod uirtute præstantissimũ fortunatũq; perquirant, in quo plures adolescẽtes sint, quorum unum patri deficientis illius suisq; superioribus quasi filium adoptet: deũ precati hunc felicioribus patris familias auspicijs prolis propagatorẽ, successorẽ domus, sacrorumq; & reliquorum omnium cultorem fore, tandem heredem ipsum secundum legem constituant. Eum uero qui peccauit, sine nomine, sine liberis, sine sorte ulla iacere, quãdoquidem huiusmodi calamitatibus premitur, patiantur. Non est autem in omnibus rebus, terminus termino coniunctus. Nam ubi confinium aliquod commune est, ibi hoc inter rerum terminos utriusque conuentum, medietum sit. Atqui inter ea peccata quæ sponte, & ea quæ non sponte committuntur, quod per iram fit, tale quiddam esse diximus. Vulneris igitur ira facti qui condemnabitur, si sanabile fuisse uulnus euentus ipse monstrabit, duplum damni restituet. Sin uero insanabile, quadruplum. Quod si sanabile quidem sit, turpitudinem autem uulnerato ingentem afferat, quadruplum soluet. At uero si quis non solum obfuit uulnerato, uerum etiam patriæ nocuit, quod milite ipsam aduersus hostes priuauerit, similiter puniatur: ac præterea damnum ciuitati restituat, & ultra eam quam ipse debet militiam, pro uulnerato etiam militet: & quicquid illi gerendum erat in bello, ipse

Vulnerum leges

agat. Quod si non fecerit, reus sit secundum legem uolenti cuius; ipsum tanquam neglecto rem militiæ accusare: & damnum duplum tripulum uel aut quadruplum prout iudicibus uisum fuerit, restituat. Si germanus germanum similiter uulnerauerit, contribules & cognatus usque ad sobrinos consobrinosque; ex uiris simul & mulieribus conuenientes tam mares quam foeminae iudicent, genitoribusque ipsum tradant, ut ipsi secundum naturam puniant. Quod si punitio ambigua fuerit, propinqui ex parte uiri determinent. Qui si ipsi non possint, tandem ad custodes legum causam deferant. Si nati nepotes uel tale quid genitoribus intulerunt, solum hi iudicent qui annum sexagesimum transegerunt: quibus ueri non adoptiui liberi sint. Et condemnatus, aut morte, aut maiore aliquo, uel non multo minore supplicio puniatur; nec de genere suo quisquam etiam si aetate in lege prescriptam impleuerit, iudicet. Sin uero seruus liberum ira concitus uulnerauit, a domino tradatur uulnerato, ut arbitrato suo iniuriam ulciscatur, nisi uelit damnū ipse recuperare. Quod si seruus uulneratusque; malitia per compositionem factum fuisse quis ambigat, ad iudices deferat: quod si non conuicere ita esse, tripulum damni restituat: sin uero conuicere, seruitutis reum habeat eum qui dolose cum seruo egit. Qui uero non sponte aliquem uulnerauit, simpliciter damnum persoluat. Nullus quippe legum lator imperare fortunę potest. Iudices autem sint, qui & natis nepotibusque ad parentes, a quibus quantum damnum fuerit, declaratur. Violentę quidem passiones sunt omnes quas diximus. Violentum quoque omne uerberandi genus. Oportet igitur omnes homines, mulieres simul ac uiros, adolefcētes ac senes, ita de his semper existimare. Seniore non paruo intervallo iunioribus proponendū esse, & apud deos, & apud homines, qui feliciter uicturi sint. Cedi ergo senem a iuniore, & turpe est, & odio a dijs habetur. Decet autem iuuenem uerberatum a seniore id ob senectutis reuerentiam patietē ferre. Sic itaque sanciamus. Quilibet seniore & re, & uerbo colat. Ac si uiginti annis maior est, quasi patrem si uir fuerit, aut matrem si mulier, reuereatur. Atque adeo omnibus semper abstineat, qui in ea aetate sint quā procreare parereque ipsum poterint, natales deos ueritus. Abstineat inquam non solum ciue sed seniore etiam. Peregrinū uero audentem ciuem cedere, si qui ceditur, puniendum censet, ad tribunos plebis perducatur, nec ipse uerberet, ut eo magis a cædendis ciuibus suis abstineat, quando etiam a peregrinis se continet. Peregrino similiter aduenaque, sic ut neque inuadendo, neque se defendendo uerberibus cedere ipsum audeat. Hic uero magistratus hospitalem deum ueritus rem diligenter inquirat. & si peregrinus iniuria ciuem percusserit, uerbera totidem ei publico flagello reddantur: nequid tale amplius impudenter audeat. Sin uero innocēs peregrinus uidebitur, minis eo castigato qui perduxit, ambos dimittat. Aequalis autem si æqualem uel paulo maiorem, nondum tamen patrem, aut senex senem, siue iuuenis iuuenem uerberibus cædant, secundum naturam nudis manibus se defendant. Siquis ultra quadraginta natus annos, siue dum alium inuadit, siue dum se defendit, cedere quenquam audeat, seruilis rusticusque habitus, hoc opprobrio satis punitus uidebitur. Quicumque his monitis obtemperabit, modestus & mansuetus habebitur. Qui uero procerē hęc spernet, hac lege coercetur. Qui aliquem uiginti annis uel pluribus natu maiorem pulsauit: primum quidem qui forte interfuerit, si nec iunior nec æqualis sit, prohibeat. & si non prohibuerit, secundū leges improbus habeatur. Sin autem uerberato equalis aut iunior sit, quasi fratrem aut patrem aut quasi superiorem defendat. ac preterea iudicio subiectus sit: qui seniore, ut diximus, uerberauit, & si damnabitur, non minore quam annuo tempore uinciatur. Lmo etiā maiore, si modo iudicibus id uidebitur. Si peregrinus uel incola uiginti annis uel pluribus seniore pulset, presentes ea lege qua diximus opitulentur. & qui cōdemnatus fuerit, si peregrinus quidem est, sed non incola urbis, biennium uinciatur: sin autem incola urbisque habitator legibus non obtemperat, triennium, nisi iudices decreuerint diutius detinendum. Qui uero presens fuerit, nec opitulatus secundum legem sit, si de primo maximoque sit censu, mina damnetur. Secundi uero cēsus si fuerit, drachmis quinquaginta. Tertij, triginta. Quartj, uiginti. Horū iudices sint ductores exercitus: prefecti ordinū, tribuni, equitumque magistri. Legum uero, ut uidetur, alia ad bonorum hominum doctrinā ponuntur: ut per eas intelligat, quo pacto inter se amice uersentur. Alię ad compescendū illorum pertinaciā, qui indomiti natura sunt, spreteque omni disciplina, nulla ratione mouentur, quin ad omnem ruant improbitatē. Hi sequentium uerborum causa sunt: his legislator necessitate

rate coactus leges imponit. Ipse namque nullum uellet usum necessitatemque legum unquam fore. Quicumque igitur parentibus aut auis inferre manus ausus fuerit, nec superiorū indignationē deorum, nec inferiorum supplicia ueritus: sed quasi sciat quæ nescit, dicta a principibus omnibus despiciens, præuaricatur: is ultimo ut auertatur expieturque remedio indiget. Mors autē ultimū non est: sed extrema magis sunt inferiorū supplicia: que licet uerissime narrent, auertere tamen huiusmodi animos nequeunt. Quoniā si auerterent, nulli qui patres scelerate pulsarent unquam reperirentur. Quare oportet horū flagitiorum supplicia in hac uita non inferiora illis quæ apud inferos sunt, sed æqualia pro uiribus ponere. Ita igitur sanciamus. Siquis non furiosus patrē aut matrē, eorum uel superiores pulsare audebit, primum ut in superioribus, opē presentes ferant. Et incola quidē uel peregrinus si opitulabitur, in publicis certaminibus tanquam præses alijs præponatur: sin minus, a regione uniuersa perpetuo exterminet. Sin autē incola non sit, auxiliatus quidem laudem: non auxiliatus, uituperium cōsequatur. Seruus opitulatus liberetur: non opitulatus, centies publico cadatur flagello. Et si in foro id contigerit: ibidē a uenialium rerum curatoribus puniatur. In alijs partibus urbis similiter ab ædilibus qui presentes fuerint. Eodem modo extra urbem in agro ab his qui curandis agris tunc præsidet. Quod si ciuiss aliquis parentibus a filio uerberatis presens fuerit, siue uir seu mulier, siue adolefcens seu senior, defendat protinus, scelus cōclamans. Qui auxiliari noluerit, Iouis patrij ac generis seruatoris imprecatione per legem prematur. Demum quicumque pulsasse parentes cōdemnabitur, primum perpetuo exulet: deinde & a sacris omnibus arceatur, quibus si minus abstineat, a principibus agru uerberibus & omnino utcumque uoluerint plectatur. & si ab exilio reuertatur, morte peccata luat. Quisquis uero liber, cum huiusmodi homine comedet aut bibit, uel aliquo pacto una quicumque geret, aut tanget, aut sponte loquet, is nec in templum ingrediat, nec in forum, nec omnino in ciuitatē proficiscatur, antequam mundaetur, putare namque debet scelerato se cōmercio cōtaminatum. Quod si non obtemperauerit, sed ciuitatē & templum iniqui net: quicumque magistratus fieri hoc senserit, nisi cōfestim punierit, maximarū iniuriarum reus est habendus. Si seruus liberum hominē seu ciuem siue peregrinum pulset, presens quilibet auxiliū afferat. Sin minus, prædicta secundum censum multa puniatur. Qui ergo presentes erunt, pulsato succurrant: uinciantque pulsantē & ei uinctum tradant, cui fecit iniuriam. Qui in cōpedibus teneat, uerberibusque ut uelit ita pulset, ut nullum domino inferat damnum. deinde ipsum domino habendum reddat secundum legem, quæ ista sit: Si seruus liberum hominē non imperantibus magistratibus uerberauerit, dominus a pulsato uinctum ea conditione accipiat, ut non antea soluat, quam pulsato seruus ipse solutione se dignum esse iam, persuaferit. Hæc uero eadem leges ad hæc omnia mulieribus inuicem ad uiros, uirisque ad mulieres communes esse debent.

ARGUMENTVM MARSILII FICINI IN DIALOGVM
DECIMVM DE LEGIBVS.



Xordium decimi epilogum supplet noni, admonens tractanda esse iudicia de ui in rem ipsam illata, post iudicia de ui in personā in nono disposita. Quoniam uero nulla uis durior et intolerabilior est, quam quæ contemptu quodā infertur: nimirū contumelias et iniurias uel in personam, uel in rem ex contemptu proprie natas in propria capita seligendas esse decernit: et has quidē sub quinque capitulis. Aut enim in sacra publica, aut priuata sacra, aut contra parentū reuerentiam: uel contra præstantiā magistratus, uel contra ciuilem gentilemq; alicuius ciuis dignitatem cōmittuntur. Hæc ergo exactissime iudicanda ceteris tam auctoribus legum quā magistratibus iudicibusque cōmittit. Distinguit post hæc a ceteris ea, quæ in deorū contemptū sunt, quasi omnium ultra quæ dici possit grauisima: in quibus decimi huius omnis uersatur intentio. Sed primo quidē quid intersit sacrilegiū inter atque impietatē, inuit, sacrilegiū sane rapinā nominat, siue res seu persona cōsecrata superis rapiatur. Atque id quidē uelut species quædam sub ipso impietatis genere continetur. Nam ultra sacrilegiū sub impietatē cōprehenduntur et cetera multa in deorū contemptū siue cogitata siue dicta seu facta, et cōmissa pariter et permissa atque etiā prætermissa. Ac ne quod nos lateat, ad impietatē etiā pertinet familiaritas et cōmunio omnis seu in cibis seu uerbis cū ijs inita, quæ ob nefaria scelera arcentur a sacris, quæ et cōtaminati ceteros quoque, uel ipsa propinquitate cōtaminat. Quæ quidē de re in calce noni ita pertractat, ut uaticinari uisus sit execrationes quotidie factas a nostris prophanos a cōmunionē ecclesiæ propellentibus. Proinde medicus noster animos impietatis morbo languentes diligentissime purgaturus, in primis causas huius morbi perquirat.

Ac dum inquit, Euangelicā tradit sententiā. Quicumq; enim inquit de deo crediderit secundū leges, religiosus erit, neq; prophānam quicquā uel aget aliquando uel loquetur. Quā recte à fide hic dedit exordium? & à fide legibus adhibendas? Sed ne turbet quæso deorum numerus, quem nō turbat numerus angelorum. Nihil enim plus apud Platonem tot possunt dii, quā apud nos tot angeli, totq; beati. Cæterum quidam leges scilicet sacre, & omnium antiquissimæ de dijs, id est de deo angelisq; deo seruientibus aiunt? Profecto tria. Primum quidē, hos deos esse. Secundum, omnibus providere. Tertium, iuste pro meritis merita suppliciaq; rependere. In ipsa huius sententiæ fide obseruantiaq; pietas tota consistit. Quis igitur impius? Qui uidelicet uel negabit eiusmodi deos esse, uel & si sunt, providere: uel & si provident, iuste rependere, id autem est putare superos iudicium humanorū more solis muneribus uel ab iniusto collatis facile posse placari. Plato igitur tres impij morbi causas expulsurus probabit esse deos, & qui in mundo sint spherarum mundi rectores, & qui super mundum dei summi cōtemplatores. Probat deos omnibus uel minimis providere. Probat constanti iustitiæ rectæ bilance libraq; nō extrinseca munera manuū, sed intima animorum merita pensitare. Deniq; hęc doctrina ueluti quodam legis exordio ab omnium contemptu dehortabit omnes, & cohortabit ad pietatē. Præterea legum minis flagellisq; perterrebunt impios, atq; torquetur. Principio deos esse duobus cōmunibus in dicitur argumentis. Primum quidē ab uniuerso rerum genere, secundum uero à specie humana deducitur. Primum igitur est eiusmodi. Comperit habemus ordinem ubiq; à ratione procedere, & ordinem quidē nusquam & nunquam interruptum à ratione potentem ordinem quoque cōmodissimum ab optima ratione. Cum igitur uniuersum tum dispositum tum progressio ordinatisima sit, ac semper & ubiq; talis, neq; id quidē absque mirifica quadā cōmoditate, necesse est mundum ab optima potentissimaq; ratione disponi, atq; moueri. Et cū unū sit uniuersum, unū uero ex diuersis nō fiat nisi ab uno, cōsequens est unam esse summam eiusmodi rationē. Esse præterea rationes plures diuinas sub summa ratione diuina, quæadmodum in uno mundo opere rationabiliter ordinato multi sunt globi inter se specie & uirtute distincti atq; omnes rationabiliter ordinati: adeo ut mundi quodammodo multi, in amplissima uideantur mundi unius circumferentia contineri. Itaq; similiter multi mundorum quasi angustiorum rectores deinceps dispositi, sub uno amplissimi mundi rectore comprehenduntur. Quis sane cum nō solum ordinator sit: sed ipse, ut ita dixerim, immensus ordo: multo magis ordinatore gaudet quā ordinato. Quocirca si multis in uniuerso ordinatisima procul dubio deestatur, multis quoq; oblectatur ordinatoribus. Quippe cū amplissimi regis excellentissima in hoc amplitudo consistat, ut nō angustos tantum seruos, sed amplos quoq; & multos habeat infra se reges. Secundum uero ad idem argumentum à specie humana deductum, est eiusmodi. Naturalis speciei cuiusque instinctus manens esse nō potest. Naturale quoq; speciei animalium perfectissime iudicium omnino falsum esse nō debet. Cum uero humana species animalium perfectissima in omnibus ubique semper naturali instinctu immutabilisq; iudicio ad religionē feratur, necesse est esse superos, qui religione colantur, superesse quoque corporeas animas, quod quidem religionis est potissimum fundamentum. Attende Platonis dictum, rationes de diuinis, & si interdum nō nimis argutas, esse tamē ueras. Item occasiones duas ad impietatem, Intemperantiam scilicet corporearum uoluptatum concupiscentiam, rursusq; ignorantia ex absurdis poetarum physicorumq; quorundam opinionibus ortam. Poetas in tribus circa deos errasse. Primo quod ex confusione quam chaos nominant, erupisse deos cecinerint. Secundo quod alios ex alijs absq; recta ratione, & quasi per humanū cōcubituū progenitos asseruerint. Tertio quod omnes hominū perturbationes, errata, flagitia in deos nefaria impietate transtulerint. Physicos quoq; illos in religione peccasse, qui uel cum Democrito casu quodā temerario potius, quā ratione diuina cōponi somniant uniuersum, mirabilis ratione digestum: uel cum Anaxagora & Archelao celestia nihil habere in se diuini opinantur quā elementa. Præterea formas eorum que gignuntur, manifeste ad finē ubique directas, aiunt ex elementali potius impetu prouenire, q̄ ab arte mentis ad certum finem singula dirigentis. Quoniam uero in his confutandis: atque insuper in confirmandis que & modo probauimus, & deinceps ex mente Platonis in hoc cōpendio afferemus: in theologia nostre libris fuimus longiores, idcirco in præsentia breuiter percurreremus. Considera quanta sit Platonis nostri religio, & quā exploratū habeat deum esse, qui contra negantes deum disputans, uix ab ira cōtinere se potest: uir alioquin supra modū omnium & in uita & disputatione mitissimus. In his certe admonet, nō esse eos qui deum negauerint, tolerandos. Nota Platonem probare illos, qui in ortu & occasu solis ac lunæ adorant nō solem proprie atque lunā, sed diuinam potius beneficentiā: cui quotidiē gratias pro tanto luminum dono iubet agi. Iudicat illum inter homines esse quasi monstrum, qui contra tum naturalem instinctum, tum educationem, tum cōmuniem consuetudinē superos esse negat. Mox uero admonet iuuenes, quos forte absurdæ quedam ex auditu contra deum opinionem inuaserint: ut quam diu iuuenes sunt, iudicio de rebus diuinis abstineant, senioribus credant & legibus: donec ætas, experientia, ratio doceat. Afferit præterea in medium opiniones quorundam qui sapientes habitati sunt: per quos homines facile ad impietatem iniustitiamq; declinant. Opiniones inquam asserentes quatuor elementorum naturas fortuito quodam motu inuicem confluentes cuncta coaceruasse. Præterea religionem iniustitiamq; nulla ueritate, sed hominum opinione distare. Quamobrem concludit, hęc tanquam & priuatim & publice

blicè omnium perniciosa, esse rationibus confutanda: neq; cogendos homines ad legum obedientiam & obseruationem minis duntaxat atq; tormentis: sed persuasionebus insuper atque rationibus. Alio qui hominē rationale animal, ideo que liberū, nisi rationis uinculo cōprehenderit, neque debere alteri, nec posse ligari. Excitantā igitur legibus rationem: cuius tanta uis est ad inueniendum deum: ut post rationalem inuestigationem certior sit rationē in natura esse quā in seipsa, & tanto certior, quanto naturales effectus ordinatiores cōspicit quā humana. Vnde etiam tanto perfectiorem esse in natura artē quā in homine animaduertit. Hinc rursus animaduertit artem operibus naturalibus præsertentem, cum perfectior sit humana: & humana non solū sit, sed etiā uita sit atque intelligentiæ particeps: nimirum uiuā & intelligentem esse: imō uero uitam & intellectum, adde & uoluntatem. Cum enim singula manifeste ad proprios dirigat fines, certū est præuidisse finem atque uoluisse: imō uero præuidere semper & uelle: quemadmodum ordo in singulis semper conseruatur integer: uel ubi interrumpi uideatur, citius quā dici possit instauratur. Hanc uero esse diuinam providentiam, minime dubitamus. Providentiam in quā neq; minima negligentem: nec enim hæc minus sunt ordinata quā maxima: neq; in maximis laborantem. Nō enim ordinationi resistunt ordinatori quæ eodem nutu uoluntatis assidue ordinantur, quo & sunt, & procul ab omni præuacuatione seruantur. Hinc illud. In altis habitat: & humilia respicit in celo & in terra, sicut & coelum ipsum dum suum in se absq; labore peragit cursum, interim absq; negligentia terram uberrius radio suorum muneris circumfundit. Inter hæc uero, quod ait legem & artem natura uel nō minus quā natura constare: quia proles sint mentis: intellige nō minus ueras quā naturæ formas existere: gigni q; ab intellectu diuino tanq; patre, & à mente humana uelut matre. Et aduerte solitam Platonis nostri pietatē in uocantibus deū ad confirmandos deos. Deū inquam unum: ut doceat deos omnes referendos ad unum. Dicit autē se dei summi auxilio fretum tutissime de diuinis disputaturum. Principio quidem eos physicos improbat, qui summa rerum principia corporea posuerunt, ex quibus deinde uita intelligentiāq; procederent: cum dicere potius debuissent, corporeā uita intellectuā pendere. Id autē ita esse, proficitur noua non dico sententiā, sed ratione se probaturum. Sententiā enim eiusmodi priscorum est ante Platonem theologorum: Argumentatio uero qualis hic fiet à motu, Platonis est propria. Distinquit autē ipsum motionum genus in species decem: scilicet in Circuitum, Localem transitum, Condensationem, Rarefactionem, Augmentum, Decrementum, Generationem, Corruptionem, Mutationem, siue alterationem in alio ab alio factam, & mutationem ex se tum in se, tum in alio factam. Admiratur motum orbicularē, siquidem in eo stat centrū indiuisibile, mouentur reliqua. Itē in sphaera longe profundā quamplurimū circuli designantur, alij deinceps alijs ampliores. Atq; id quod mirū est, eodem momento angustissimus circulus & amplissimus circuitum peragunt: adeo ut & huius tarditas in continuo corpore, & illius uelocitas sit pariter admiranda. Mediū uero & ad dimensionem & ad motum secundū certas proportionem medio quoq; modo se habent. Multa de his in expositionibus theologia tractauimus. Dicit autem & de illo: quod mutat locū, mutare centrum, id est centrum loci, ad quod corporis mobilis circumferentia cōparatur, nonnunq; uero præter id q; centrū mutat, seruire etiam quodammodo idem centrū: quando scilicet nō fixum, sed translātū loco per æqualem quantūdam circumferentiam circumagitur. Præterea ubi de generatione loquitur, ait, principium, id est naturam motricem atq; seminariam: quando alteratione proficit, per tres procedere gradus, id est in longum, latū, atq; profundū: dum itē attingere usq; ad quantitātē, & qualitātē, formamq; substantialem per effectus suos sensibus manifestant: rursus peruenire ad esse formale & uitale atq; sensuale. Putat autē in his motibus molem quidē corpoream moueri, sed nō moueri: formas uero corporeas & mouere moles & moueri ab anima. Animamq; mouere quidē duo hæc: sed ipsam non alio, imō ex seipsa moueri: sed ita mouere, ut una cum rebus mutatis ipsa interim suo quodam pacto mutetur. Præstantiores ergo animabus diuinis angelicisq; mentes existimat, que inferiora moueant, ipsæ interim minime permittunt. Eminenti deniq; ipsum bonum mentibus esse iudicat. omnes enim boni gratia appetunt ueritatem. In his tangit multa ad naturam per se mobilem pertinentia, tanq; ad proprium motionis generationisq; principium. In quo motio quedam formalis & generatio spiritalis suapte natura uiget, motionum generationisq; exemplar. Confirmat super omnia que mouentur ab alio, esse naturam mobilem ex seipsa, uidelicet ne procedat in infinitum. Imō uero ut quæadmodū ultra illa, que per aliud lucent aut calent, peruenitur ad aliquid per se lucidū, per se calidū, sic præter res ab alio mobiles ad rem per se mobilem ueniunt. Quippe si nunc quiescant omnia, & paulo post aliquid præ cæteris moueri debeat, quidā primo mouebitur? Non quidē diuina substantia profus immobilis. Neq; etiā corporea ulla que motū ab alio mutuatur. Solum ergo quod ex se mobile est, primo mouebitur, exercētq; suū in se ipso motū, traducet in alia. Id enim ita præstat corporibus, ut moueantur, sicut immobile rerum principium rebus præstat ut moueant. Animā uero esse naturā per se mobilem, patet tum intrinsecus, quando suapte natura libere ratiocinādo discurrit atq; cōsultat: tum extrinsecus, quādū sua præsentia præstat corpori ut per se quodammodo moueatur. Sed de ijs omnibus, & præterea q; super animas spherarū relictas oporteat esse angelos atq; deum, in theologia abunde tractauimus. Vbi uero Plato animā appellat motionē generat

generationemq; intellige per modum cause, id est proprium motionis generationisq; principium. Et ubi ait à se ipso moueri, esse animam rationem. Nota ibidem dici etiã rationem animam esse quod possit mouere seipsam, ne actum motionis intelligas esse animam, sed potentiam, non accidentalem inquam. Nam & substantiam ibidem uocat animam. Sic ergo definit: Anima est substantia propriam habens potentiam, qua & moueatur ex se, & cetera moueat. Quemadmodum uero res ex se mobilis rem ab alia mobilem antecedit: sic animam dico rationalem antecedere putat totam machinam corporalem, cum nullum corpus ualeat ex seipso moueri. Antecedere Platonici aiunt, & dignitate simul & tempore. Si quis uero Platonem à Christianis minus dissentire uelit, exponat animam nostram uel momento quodam temporis, uel saltem dignitate creatorisq; intentione præcedere. Ex eo autem quod anima substantia prior est substantia corporis, affectus quoq; & motus, & dotes familiares animæ, cõcludit passionibus corporis esse priores. Vbi numerat animam propriam, memeto quæ actionem significant esse animam nostram superioribusq; communia. Quæ uero passionem, propria nostræ, uel cum dæmonibus in finis tantum communia. Naturalem tamen motum qui in corpore passio est, esse in anima actionem. Et quod in corpore est longitudo, latitudo, profunditas, qualitas, motus, id esse in anima acumen, iudiciũ, memoriam, habitum, & affectũ. Cetera eius modi habes in Theologia distinctius. Dicit & animam etiam esse malorum causam scilicet per accidens, & quia anima nostra liberum habet arbitrium. Caue ubi dicit mundum gubernari ab anima scilicet sua, quod addit geminam esse animam, unam quidem beneficam, alteram uero contrariam, ne substantiam accipias geminam, sed potentiam. Si quidem in anima mundi atq; celesti, potentia est, altera quidem motrix corporum, intellectuualis altera. Intellectuualis certe benefica est, ordine cuncta disponens, motrix uero eatenus benefica, id est ordinatrix, qua tenus subest alteri. Cui quidem nisi subest, quanto efficacior est ad motum, tanto magis carens arte præcipitaret uniuersum atq; confunderet. Animam uero celestem habere mentem, probat ex ordine quem in omni motu generationisq; semper obseruat. Profecto amentes uidemus quatenus à mente alieni sunt, eatenus ab ordine alienos. Ordinem in præsentia dicimus mutuam inter se rerum actionumq; connexionem congruam successione dispositam, & ad finem certum propria quadam ratione directam, & in cunctis quo ad ad fieri potest, simile, æquale, idemq; seruauentem. Eiusmodi ordinem ab his duntaxat qui mentis compotes sunt, seruari uidemus, atq; in ipsa uniuersi progressionem prorsus impleri. Impleri in quã tam cõmodissime quã pulcherrime. Ex quibus apparet ab anima que mentem habet & artificio sissimam & optimam, gubernari. Neq; ab re circuitũ dixit proprium esse mentis. In circuitu enim indiuisibile centrũ manet, dum circumferentia redit in idem, & in figura motuq; seruatur æqualitas. In mente similiter, simplex fixusq; ad ipsum uerũ directus manet intuitus, dum cause in effectus per media expli cantur, uicissimq; effectus similiter replicantur in causas. Rediũq; interim animaduersio mentis in seipsam considerandam, & simili, æquali, eadẽ, intelligendo, uolendo, agendo, intentione, regula, progressionem procedit. Post quã uero & celestes sphas animabus & animas mentibus optimis prædatis esse probauit, significauitq; & uniuersum anima una, & multas sphas multis agi, iã distinguit paucis modis tris, quibus anima celestibus cõiungantur: dicens animã uel ita globo inesse sicut anima nostra corpori ut inde animal unũ efficiatur: uel sic adesse ut non uiuificet quidẽ globum, sed moueat tantũ atq; regat, siue mirabili quadã solum mouendi potentia, siue quodam insuper medio. Et si ex tribus propositis nullũ præ cæteris manifeste hic eligat, Platonici tamen omnes prium absq; controuersia eligunt, idemq; omnino sensisse Aristotelem Theophrastumq; existimant. Putant enim Platonem idẽ probabilius habuisse. Nam argumentatio ipsa per quam hic cœlum efficit animatum, animam ipsam innuit una cum moto cœlo moueri. Quod nisi ex ea & globo unum fieret animal, certe non mobilis motor esset, sed motor immobilis. Idẽ confirmat in Phædro. Idem & in Timæo dicens, cum uellet mundi architectus, mundum intellectuualẽ animal facere: neq; posset intellectus absq; medio adesse corpori; coniunxisset intellectum quidẽ animam, animam uero corpori, atq; adeo ut medio insuaderet mundo, & inde per cuncta diffunderet. Ceterum curnam Plato hic celestes tantum deos manifeste confirmat? Quoniam superiorum cõtemplatio est à legum materia ad modũ aliena, & per celestes deos qui mouentur, & proprijs mancipantur officijs, satis admonet superiorem esse querendũ, qui & immotus ipse moueat omnes, & cõmunis dux, propria singulis assignet officia. Quid plura? Manifeste super celestes animas diuinã esse mentem mentesq; angelicas demonstrat, ubi ait, celestẽ animã, suppositẽ quæ ex se non habeat, si intellectum semper diuinũ acceperit recte cuncta percipere, prout apud deos recta felicitatq; habentur: alioquin penitus aberrare. Ideo Plato ubi ab anima procedit ad mentem, quasi qui ab oculo ad superius ascendat lumen, ueretur admodũ ne caligare cogatur. Postq; uero deos esse monstrauit, prouidere demonstrat, à singulari quadã sententia sic exordiens: Natura quædã diuinitati cognatã, homines non omnino à specie humana degenerantes dicit ad affirmandũ esse deum, quãuis interdum de prouidentia dei apparẽs prosperitas improborũ, quæ falsa prosperitas est, quæ & statuto tempore dabit pœnas, dubitare nos cogat. Profecto deus in intelligendo facit, cõsequenter quod facit intelligit, ac si totũ facit, intelligit quoq; totũ. Si cognoscit totũ, cognoscit & partes ex quibus totum necessario constat: si partes, ergo particulas ex quibus necessario partes. Potest ergo &

se uniuersum regere, qui potest & scit prouidere. Vult quoq; utiliter gubernare totum opus suum. Gubernari uero bene non gubernatis partibus, nunquam potest. Ita neq; medicus, neq; architectus opus totum absq; partibus ad id necessario conducentibus, optime curat. Non negligit deus minima gubernare, qui facere minima non neglexit. Neq; difficilis est gubernatio deo: cui est procreatio facilis. Neq; mollit ad curandum tardior est: qui omnium est fortissimus, qui accuratius cuncta gubernat, quã uel ars uel natura quæ ab arte naturæ sunt. Nam quanto magis à deo dependent opera dei, quã artis uel naturæ opera ab arte siue naturæ, tanto deus operibus suis prouidet diligentius: per cuius prouidentiam cetera quoq; id habent, ut similiter suis quæq; prouideant. Quoniam uero ars quo perfectior est, eo facilius parua simul expedit atq; magna, in deo autem ars est immensa, mirum minima simul & maxima summa facilitate gubernat. In quibus utiq; dispensandis, non totum gratia partium, sed partes totius gratia disponit, bonumq; cuiusq; proprium refert ad uniuersum bonum: inter omnia uero sub luna maximam habet circa humanam speciem diligentiam, tum quia perfectissima est: tum quia ipsa colit deum: quasi ipsa singulariter excolatur à deo. In his notabis, à deo summo per singula rerum genera speciesq; diuinos distributos esse rectores, uel minimarum actionum passionumq; curatores. Qui sicut per potentiam eius possunt, quicquid possunt, ita per prouidentiam ipsius uel minimorum procuratricem, minima quæq; procurant. Notabis in sideribus esse sensus, & ut Plotinus Hermiasq; disputant, usum proprie atq; auditũ, sed in alio quodã genere longeq; præstantiore quã sensus animalũ terrenorum. Notabis & animã humanam semper corpori esse cõiunctam, assidue quidẽ æthereo corpori, per successionem uero tum terreno, tum æreo corpori. Itẽ motũ animæ, quia primus est atq; ex se, ideõq; liber, posse in formas uarias derivari: usque adeo ut anima aliã in habitum inferiorem homine, aliã in superiorem homine cõuertatur: & illo quidẽ quasi quadam gravitate ad loca inferiora descendere: hoc autem ceu leuitate sublimia petere. Ex quo apparet conceptos ex proprijs motibus habitus cũ diuina uoluntatis lege concurrere. Sicut enim lex illa dicitur, bonis quidem animis celestia, malis uero terrestria conuenire: sic omnino nullo extrinsecus impellente, & quasi naturali quodam instinctu, & bonorum habitus sponte superiora petunt, malorũ uero ad inferiora labuntur. Hic profecto si longius cõmentari liceret, exponerem illud obscurissime dictum, ubi inducit aliquem transmutare conantẽ ignem in aquam animatam, quasi difficillima molientem. Nam cum & aqua igni contraria sit, & anima creari non possit ex igni: nimirum impossibilitatentat, qui ignem in aquam animatam transmutare molitur. Neq; minus obscure dictum est, quod de resolutione & diuisione dialectica est exponendum. Nempe si quis diuidendo procedat per tres gradus, scilicet à genere quodã generalissimo ad species subalternas, ab eisq; ad specialissimas, deniq; species facile diuidit: similiter qui per eodẽdem gradus resoluit, à specie specialissima ad subalternum genus, & inde ad generalissimum, facile quoq; resoluit. At uero qui per singula numero infinita peruagari uoluerit, irritum opus aggredietur. Sed de his in cõmentarijs in Philebum. Inter hæc notabis Platonis uerba Dauidis prophetae oraculo quã similima: neque ascensu in cœlum neque descensu in infernum diuinum posse iudicium euitari. Post hæc ostendit deum à prauis, non posse muneribus iniuste placari. Vbi considerabis deum diligentiore esse humani generis curatorem, quã pastores ouium, gubernatores nauium, duces exercitus, agrorum rustici, equorum aurigæ, medici ægotantium. Præterea omnia sub cœlo plena malorum, perpetuumq; circa animas bellum. In quo uitia deorsum trahunt: dii uero dæmonesq; sursum. Considerabis uiuas esse in deo uirtutes, imò uitas: quarum scintillis quibusdã in anima inde succensis animas ad sublimia eleuatur. Post uero proœmia seueriori censura animaduertit in impios, neque solum nefarias actiones, sed impudentiam quoque uerborum, imò & cogitationes ipsas contra diuinam dignitatem diligenter explorat: ac tres species impietatis in superioribus positas, in sex deducit: uidelicet in duo quamlibet partiendo. Tres enim illæ in opinione contra deum falsæ consistunt. Potest autem una cum falsã opinione, iniquitas quoque motũ concurrere: potest & tolerabilior æquitas. Cognosces hic & pœnas maleficorum, hæreticorum, superstitioniorum, illorum præterea qui Pseudoprophetae cognominantur. Rursus quantum plebeam damnet superstitionem, Damnauit & supra poeticam, à qua plebea etiam confirmatur. Vbi que uero Plato tam poeticam quã plebeam superstitionem improbat, & ante omnia humana officia, pietatem philosphicam ueneratur.

DIALOGVS DECIMVS

DE LEGIBVS VEL DE LEGVM LATIONE.



OST leges de cæde uulneribusq; & uerberibus, cõmunis lex illa de omnĩ uoluntati, ut nemo ferat asportetq; rem alienam, aut uicini re ulla utatur, nisi possidenti antea persuaserit: hinc enim mala omnia que narrauimus, dependerunt, pendentesq; iam, & in posterum dependebunt. Reliquorum uero maxima sunt, petulantium iuuenum contumeliæ atque iniuriæ, quæ tunc maxima

De omni u

maxima, quando in sacra committuntur: praesertim cum in publica atque sancta, uel in tribuum aliquarum communionem, uel aliorum huiusmodi. Secundo uero loco habenda sunt, quando in sacra priuata atque sepulchra. Tertio quae in parietes seorsum ab his que narrauimus. Quartum contumeliae iniuriaeque genus est, quando quis contemptis magistratibus, rem illorum abducit, uel ea utitur, antequam illis persuaserit. Quintum, cum ciuis alicuius ciuilem dignitatem legiditur uel offenditur, quod genus omnino ultionem postulat, atque his singulis communiter prouidere lex debet. De sacrilegio quidem summam dictum est, quid fieri oporteat, si uel aut clam peragatur. De his autem quae uerbo uel opera in deorum contemptum aguntur, quomodo puniendae sunt, deinceps prooemio quodam proposito dicendum uideatur. Huiusmodi uero prooemium sit.

De contemptu numinis

Qui deos esse putat secundum leges, nec facit unquam sponte impium quicquam, nec loquitur. Faciunt autem aut dicunt impium aliquid in deos, uel quia deos esse negant, uel quia & si putant esse deos, de rebus tamen humanis curare ipsos minime arbitratur; uel tertio quamuis & sint & de hominibus curam habeant, facile tamen placari eos uotis & sacrificijs opinantur. CLINIAS. Quid faciemus igitur? quid ad ipsos dicemus? ATHEN. Audiamus o bone uir prius quid in nostrum contemptum ioco quodam dicturos illos consilio. CL. Quidnam dicent? ATHEN. Ita ferme in nos rugabuntur. O Atheniensis hospes, uosque Lacedaemoniae atque Gnosiae, uere illud dicitis, quod nostrum alij nequaquam esse deos, alij nihil nostra curare, alij muneribus facile placari existiment. Quod igitur uos in omnibus legibus ferendis faciendum esse putauistis, hoc & nunc a uobis fieri uolumus, ut scilicet ante legum minas, sufficientibus signis deos esse nobis persuadeatis, nec posse illos praeterquam fas est, muneribus ullis moueri. Nunc enim haec & similia quaedam audientes praedicari quotidie ab ijs qui excellere putantur, poetis, oratoribus, uatibus, sacerdotibus, alijque permultis, ab iniuria quidem faciendae non remouemur; sed cum fecerimus, placare deos conamur. A uobis autem qui atroces nullo modo sed mites legum latores esse gloriamini, poscimus ut per suasionem prius adhibita quod dii sint ita doceatis, ut etiam si non multo sublimiora quam alij, ueriora tamen loquamini. Forte namque uobis credemus. Quare si aequum quid postulam, morem gerite. CLIN. Atqui o amice facile est ueritatem hanc ostendere quod dii sint. ATH. Quo pacto. CLIN. Primum quidem terra, sol, sidera, ipsumque uniuersum, temporum quoque ornatissima uarietas, annis, mensibusque distincta, id ostendunt, Graecorum praetera barbarorumque omnium consensus, deos esse fatentium. ATHEN. Timeo o beate uir sceleratos homines: timeo inquam non erubescere nec uereor, ne forte uos contemnant. Vos enim differentiae istorum causam ignoratis, & incontinentiae uoluptatum cupiditatumque tantummodo putatis ad impiam animos eorum uitam corrumpere. CLIN. Sed quamnam praeter ista, alia istorum causa hospes est? ATHEN. Quod uos ipsius ex pertes, penitus fugit. CLIN. Quid hoc? ATHEN. Ignorantia quaedam certe grauissima, quae maxima uidetur esse prudentia. CL. Quo pacto inquis. ATH. Feruntur apud nos sermones, partim metro, partim soluta oratione conscripti, qui apud uos propter disciplinae ciuilem excellentiam, ut audio, non reperiuntur. Quorum antiquissimi, primam coeli aliorumque naturam deorum factam fuisse affirmant, nec multum progressi, deorum generatione consuetudinemque inter se narrant. Quae quoniam prisca sunt, quantum ad alia quidem siue recte siue non recte se habeant, reprehendere non facile est; ad cultum tamen honoremque genitorum, nec utilia ipsa, nec uera esse fatebor. Prisca igitur dimittamus, deique illis ut dijs placet dicamus; iuniorum uero sapientum uerba, sicuti mala hominibus afferant, inculcemus. Profecto istorum uerbis illud efficitur, ut cum ego & tu haec ipsa signa esse, quod dii sint, asserimus, solemque ac lunam, sidera & terram, quasi deos & res diuinas in medium adducimus, tunc iuuenes ab istis sapientibus aliter persuasi, terram & lapides haec esse dicant, nullamque humanarum rerum curam habere posse: sed uerbis tantum ornatis uerissimiliter sermonem de istis esse digestum. CLIN. Graue id certe hospes etiam si solummodo unum dixisset. Nunc uero eo grauius & molestius est, quo plures sunt, qui dicunt. ATH.

De dijs

Quid ergo dicere, quid uide facere nos oportet. Vtrum quasi apud impios homines accusati simus, quod falsos deos esse, legibus affirmauerimus, ad defensionem accingemur? An his dimissis ad legum tractationem iterum reuertemur, ne prooemium legum nobis hoc ex crescat in longum: cum oratio breuis futura non sit, si pronis ad impietatem hominibus que requirunt

requirunt, sufficienter ostendere uoluerimus, atque etiam terrore illos a scelere amouere, deum uero quemadmodum conuenit, leges ferre. CLIN. Saepenumero in hoc breui tempore hospes a nobis dictum est, breuitatem non esse prolixitati anteposendam. Nihil enim nos, ut dicitur, urget. Quare ridiculum simul & prauum esset, si breuiora melioribus praefereamus. Multum enim conferet, si uerisimili ratione sermo noster ostenderit, quod dii sint & boni sint, iustitiamque multo magis quam homines colant, quod fere optimi pulcherrimumque legum omnium erit exordium. Quamobrem absque ulla molestia atque festinatione, pro uiribus nihil praetermittamus, quod ad hanc rem persuadendam pertineat. ATH. Iste sermo tuus a deo te paratum promptumque ostendit, ut ad preces uotumque uideatur prouocare, nec moram amplius patiatur. Verum quomodo absque offensione esse aliquis deos disserat? praesertim cum necesse sit, grauius ferre odisseque eos, qui horum uerborum nobis causam praebuerunt. Hi certe a pueritia ad deos affirmandos eo maxime inducere animum potuerunt, quod dum lacte nutrentur, a nutritibus matribusque, multa de illis ioco & serio dicta decantataque in orationibus audiebant, & in sacrificijs uidebant consentanea queque illis fieri, quae suauissime pueri & uident & audiunt, dum parentes eorum summo studio pro se liberisque sacrificare, orareque supplices, deos, quasi quammaxime dii sint, uiderent: nec non quotidie in ortu & occasu solis ac lunae Graecos & barbaros omnes tam in rebus aduersis quam secundis conspicerent, suppliciter adorare atque ex hoc non suspitione quod dii non sint asserere: sed testimonium quod sint absque contouersia perhibere. At uero qui haec omnia, nulla ratione, ut mentis compos quilibet diceret, moti despicunt: proptereaque nos ad haec dicenda compellunt: quo pacto eos nunc mansuetis uerbis corrigere, & primum quod dii sint docere possumus? audeamus tamen: nec enim decet, cum illi uoluptate perdantur, nos quoque ira in eos corrumpi. Quapropter omni concitatio ne animi extincta prooemium ad eos qui ita mente corrupti sunt, aggrediamur: & quasi ad unum eorum ita orationem mansuete uertamus. O fili, iuuenis adhuc es: nec dubito, quin progressio temporis faciat, ut de multis aliter quam nunc, sentias. Expecta igitur oro, ut tunc de rebus maximis iudices. Maximum autem est quod tu modo nihil arbitraris, ut recte de dijs sentientes, bene uiuamus. Verum si hoc in his permagnum tibi certificauero, minime mentiar. Non tu solus nec amici tui primi, haec de dijs opinionem habetis, sed aliqui semper, tum plures, tum pauciores hoc modo laborant. Quod uero plurimis illorum cogit, tibi narrabo. Profecto nullus eorum ab adolescentia usque ad senectam in hac opinione quod dii non sint perseverauit. Reliqui autem duo morbi quamuis non multis, nonnullis tamen permanerunt: quod dii sint quidem, sed de rebus humanis nihil curent. Vel quod curent, sed facile precibus sacrificijsque placentur. Tu igitur si mihi credes, expectabis, donec plane constet tibi pro uiribus, quid de his iudicandum sit. Vtque id assequaris, diligenter considerabis, siue sic siue aliter se res habeat: & a ceteris omnibus, & a legum latore maxime sciscitaberis. Interea noli tam temerarius esse, ut impie de dijs sentias. Is enim qui tibi leges ponit, & nunc & postea, quomodo ista se habeant, docere conabitur. CL. Optime huc usque hospes nobis est dictum. ATH. Prorsus est ita o Megille atque Clinia. Sed in mirabilem quandam sermonem nescientes incidimus. CLIN. Quenam? ATH. Qui a multis sapientissimus esse putatur. CLIN. Dic clarius. ATH. Res omnes nonnulli aiunt, quae fiunt, quae Res omnes uel futurae, quaeque factae sunt, uel natura, uel fortuna, uel arte fieri. CLIN. Et probe quidem, natura uel fortuna. ATH. Certe non absurdum est uiros sapientes probe dixisse. Quare sequamur ipsos: una, uel arte inquitamusque quidnam sint ellexerunt. CLIN. Omnino. ATH. Maxima dicunt atque fieri pulcherrima natura fortunaeque fieri: Arte uero minora: eamque dicunt accepta a natura magnorum primorumque operum generatione, fingere, fabricareque minora omnia, quae artificiosa ab omnibus appellantur. CLIN. Quomodo id ais? ATH. Sic planius dicam. Ignem, aquam, terram, aerem, omnia haec non arte sed natura & fortuna esse dicunt. Corpora etiam quae post haec sunt: rerum terrenarum, solis, lunae, stellarum omnium, ex istis anima prorsus carentibus facta fuisse aiunt: fortunaeque quo unumquodque uis sua impulit lata, singula singulis, frigida calidis, sicca humidis, mollia duris, & omnino contraria contrarijs, duce fortuna conuenisse, ac necessario comperata fuisse. Hoc pacto caelum totum, & quae in eo sunt omnia, animalia quoque, & plantas, & anni tempora fuisse producta: non per intellectum, neque per deum aliquem: sed natura, ut diximus, atque fortuna. Ex

quibus artem postea mortalem à mortalibus factam, posteriores quasdam res genuisse, non penitus ueritatis participes, sed simulacra quaedam sibi ipsis cognata, qualia pictura, musica, ceteraeque artes his similes generant. Si quae uero artes seruum aliquid faciunt, eas esse quae uim suam cum natura communicant: qualis est medicina, agricultura, gymnastica. Civilem praeterea peritiam aiunt, parua quadam parte cum natura, magna uero cum arte concurrere: atque ita uniuersam legum positionem non cum natura, sed cum arte, cuius positiones uerae non sint, conuenire. CLIN. Quonam pacto? A THEN. Deos ò beate uir, non natura, sed arte & legibus quibusdam constare uolunt, eosque alijs alios, prout singuli secum consentientes lege sanxerunt. Pulchra uero uel honesta, alia natura, alia lege consistere. Sed iusta natura minime esse: immo uero homines de his semper inuicem disceptare, & noua quotidie constituere: & quae nuper statuerunt, quatenus illis sic placet eatenus esse iusta, non natura quidem, sed arte & legibus stabilita. Haec sunt ò amici quae sapientes uiri, tum poetae, tum scriptores alijs iunioribus tradiderunt, dicentes iustam esse eam possessionem, quae uel uictoria comparatur. Vnde iunioribus impietas innascitur, ut credant non esse deos, quales credere leges iubent. Hinc etiam seditiones oriuntur, per quas ad eam homines uitam quasi secundum naturam rectam trahuntur, qua ita uiuant ut ceteros uincant, nec secundum leges alijs seruiant. CLIN. O qualem hospes rem narraui, qualemque pestem iuuenti & publice ciuitatibus, & priuatim domibus suis illatam? A THEN. Vera narraui ò Clinia. Sed cum ita se res habeat, quid legumlatori agendum censeres? An solum minari omnibus hominibus debet, eos omnino poenas duros, nisi deos esse credant, talesque opinentur, quales à legibus traduntur; deque honestis & iustis & maximis quibusque rebus, ac de uirtute & prauitate, ita omnino arbitrentur & agant, ut legumlator praescripserit. Si igitur non paruerint, alios mortis supplicio, alios flagellis & uinculis, alios dedecore, alios exilio, egestateque puniendos. Ità ne minabitur quidem tantum legumlator, ut autem in legumlatione persuasionem minis adiungat, qua mitiget, nihil curabit. CLIN. Minime hospes, sed si qua in huiusmodi rebus uel modica persuasio inueniri potest, non debet legumlator qui modo alicuius precij sit, labore inde detereri, sed quam maximo, ut dicitur, clamore potest, praesca legi auxiliis, rationibusque ostendere quod dii sint, & quaecumque ipse paulo ante dicebas; atque ipsi legi & arti ita suffragari, ut uel natura, uel non minus quam natura constare affirmet, cum mentis ipsius proles sint, ut recta ratio monstrat: quam tu modo dicere mihi uideris, & ego credo. A THEN. Operatissimi animi Clinia, nonne arduum est, ea rationibus prosequi, quae ita per omnes diuulgata sunt, ipsaque prolixa sunt, nec breuitatem patiuntur? CLIN. Quid hospes? cum tam multa de christate & musica dicerentur, eam prolixitatem aequo animo tulimus; de dijs uero talibusque rebus plura dicentem non auscultabimus? Enim uero legumlationi prudenter disposita, magnum hinc patrocinium est futurum, cum legum mandata literis tradita quae toto tempore futuro redargutioni subiecta esse solent, sic comprobata quiescant. Quare terri non debemus, si auditu ardua principio sunt, quae uel tardi ingenij homines sapius repetendo animaduertere poterunt. Haec igitur licet prolixa, si modo utilia sunt, non uidentur abijcienda. Nec aequum est hos sermones pro uiribus non degendere. MEG. Optime mihi hospes Clinia loqui uideretur. CLIN. Et maxime quidem ò Megille, quare faciendum est ut dicat. Profecto nisi sermones isti inter omnes, ut ita dixerim, homines uulgati essent, nihil opus esset, deos esse rationibus demonstrare. Nunc uero necesse est. Cum igitur maxime leges ab improbis hominibus corrumpantur, cuiusnam magis quam legumlatoris officium est, auxilium ferre? MEG. Nullius certe. A THEN. Verum dic mihi Clinia, participem enim te rationis huius esse oportet. Nonne qui haec dicit, ignem, terram, aquam, & aerem, prima omnium putare uidentur: atque haec eadem naturam uocare, & ex his posteriorem animam arbitrari? Immo non uidentur solum, sed ista nobis oratione sua uere significat. CLIN. Ita prorsus. A THEN. Num igitur per Iouem quasi fontem quendam inuenimus stultae illorum opinionis, qui unquam quae rationes rerum naturalium attingerunt? Considera obsecro, & rationem omnem scrutare. Non enim parum interest, si ostenderit eos qui impijs rationibus inniuntur, ceterosque ad impietatem trahunt, non recte sed peruerse differere. Mihi igitur de his ita uidentur, CLIN. Probe dicis, sed coneris ista ostendere, A THEN. Au uidebor rationibus

ut

ut non consuetis. CLIN. Ne uerearis amice. Intellego enim quod putabas longe te à proposito ferendarum legum abire, si disputationem hanc ingrediamur. Verum si non aliter conuincere possumus recte se habere quae de dijs secundum legem modo dicuntur, dicendum est omnino. A THEN. Dicam iam nouam hanc pene inauditamque rationem. Quod generationis corruptionisque omnium prima causa est, non primum, sed posterius factum illi sermones affirmarunt, qui animos impios effecerunt. Quod uero posterius, id prius. Quare ueram deorum substantiam ignorarunt. CLIN. Nondum intellego. A THEN. Qualis anima sit, & quam habeat uim, omnes ferme ignorasse uidentur, tum quo ad aliam, tum quo ad eius generationem, quod ante omnia corpora nata sit, & transmutationis decorisque corporum ipsa sit maximo omnium princeps. Si haec ita sint, nonne quae animae ipsius propria sunt, necessario priora his erunt, quae ad corpus pertinent, cum ipsa corpore sit antiquior? CLIN. Necessario est. A THEN. Ergo opinio, cura, intellectus & ars & lex, duris & mollibus, grauius atque leuibus priora sunt. Quare ingentia & prima opera, operationesque ipsae artis in primis erunt: quae uero natura sunt, & natura ipsa, quam non recte sic appellant, posterius sunt, & artem intellectumque sequuntur. CLIN. Cur non recte? A THEN. Quia naturam generationem circa prima dicere uolunt, primaque ponunt corpora. Si autem non ignis, nec aer, sed anima primo esse uidebitur, anima ipsa corpore antiquior rectissime affirmabitur: & haec ipsa ita natura constare, si animam corporibus antiquiorem esse constiterit: aliter uero nequaquam. CLIN. Vera loqueris. A THEN. Num deinceps ad haec ita pergemus? CLIN. Ita prorsus. A THEN. Rationem cauillatoriam fallacemque fugiamus, ne si forte iuuenilis ipsa nos senes fefellerit, ridiculum reddat, uideamurque magna aggressi, ne parua quidem consecuti fuisset. Si amnem profundum rapidumque tres ipsi transire uellemus, & ego iunior uobis, fluctusque magis expertus dicerem, periculum me primum uobis in tuto relicto facere oportere, utrum transire fluuium à uobis senioribus possit, an non, & postea factio periculo, aut adhortari uos ad transitum, aut si transire non possit, me solum periculum subijisse, modeste loqui uiderer. Non aliter modo cum ratio profundior a deunda sit, fermeque uestris uiribus non accessibilis, ne uertiginem tenebrasque uobis faciat, ad eas uos quaestiones deducens, quibus consueti non estis, atque hoc pacto de decore tristitiaque afficiat, periculum in me primo ita faciendum censeo, ut & me ipsum interrogem, & mihi ipsi respondeam, & hoc pacto uobis in tuto uidentibus, totam hanc de anima disputationem pertraham, qua prior esse corpore ostendatur. CLIN. Optime hospes loqui uideris, factioque ut dicis. A THEN. Age igitur modo magis quam unquam deum omni studio inuocemus, cum deos esse diligenter demonstrare conemur, rationemque ingrediamur, rudentibus tutissime tenens. In hac autem disputatione, interrogationibus huiusmodi sic securissime respondere uideor, si quis roget. O amice, stant ne omnia, nihilque mouetur: an contra, stat nihil, cuncta mouentur? uel aliqua mouentur, aliqua permanent? Huic utique respondebo manere alia, alia uero moueri. Nonne in aliquo loco stant & mouentur? Quid nunc? Nonnulla in una sede id faciunt, nonnulla in pluribus. Eane dicis quae stantium in medio uires capiunt, in uno moueri: quemadmodum circuli stare dicuntur, licet circumferentia eorum uertatur? Ita prorsus, Intellegimus autem quod in hac circulatione, cum huiusmodi motus maximum simul minimumque circum circunducat, secundum proportionem, se ipsum maioribus minoribusque disperdit: & ipse quoque proportione seruata maior est & minor. Propterea cunctorum factus est fons mirabilium. Vnde enim cum magnis paruisque circulis uelocitates tarditatesque conuenientes ita transigit, ut incredibile quiddam peragere uideatur. Vera narraui. In multis uero moueri, dicere mihi uideris, quaecumque ex alio in alium semper transeunt locum: & nonnunquam alicuius centri unius obtinent basim: nonnunquam plura: eo quod circunuoluuntur: & cum singula sibi inuicem passim occurrant, si stantibus resistentibusque obuia fiunt, scinduntur: sin uero contra latis, unum facta tam haec quam ipsorum intermedia coniunguntur, atque condensantur. Fateor utique haec ita se habere, ut tu ais. At qui coniuncta densataque augentur, disiuncta uero rarefactaque minuuntur, quando prior singulorum habitus permanet: quando uero non permanet, propter utraque corruptio sequitur. Fit igitur omnium generatio, quando passio quaedam sit:

EE 2 cum

cum uidelicet principium capto incremento ad secundam perueniat translationem, & ab hac in proximam: cumq; ad tres usq; peruenerit, in sentientibus sensum habuerit. Hac ergo transmutatione atque translatione quodlibet gignitur. Vere autem est, quando permanet. Quod si in alium habitum permutatum sit, iam penitus est corruptum. Species motuum omnes præter duas ò amici iam diximus. CLIN. Quas illas? A THEN. Illos ò bone uir motus nondum diximus, quorum pene gratia tota hæc consideratio est. CLIN. Dic planius. A THEN. Animæ gratia disputationem hanc aggressi sumus. CLIN. Maxime. A THEN. Sit ergo alter motus, quo quid alia semper mouere potest quidem: seipsum uero non potest. Alter quo quid & seipsum semper & alia potest mouere, coniungendo, disiungendo, augendo, & contra: generando præterea & corrumpendo. Qui motus à cæteris omnibus est distinctus. CLIN. Sint ut uis. A THEN. Nonne motum illum nonum ponemus: quo aliquid ab alio mouetur, & alia mouet? Decimum uero collocabimus illum, quo & se mouet & alia: qui certe omnibus actionibus & passionibus se accommodat: rerumq; omnium quæcunque sint, reuera motus & transmutatio nuncupatur. CLIN. Ita profus. A THEN. Quem potissimum ex decem motibus cæteris omnibus tanquam robustissimum & efficacissimum præponemus: Necessè est eum quo quid & se & alia mouere potest, longissimo intervallo præcedere, cæteros autem omnes esse longe posteriores. CLIN. Probe. A THEN. Sed unum uel duo non recte locata, aliter ponenda sunt. CLIN. Quanam? A THEN. Quod de motu decimo diximus, non recte est dicitur. CLIN. Quare? A THEN. Quia qui decimo enumeratus est, tam generationem quam robore secundum rationem primus est. Secundus uero, quoniam nono absurde loco enumerauimus. CLIN. Quomodo hæc dicitis? A THEN. Sic, quando aliud ab alio mouetur: idq; rursus semper ab alio: erit ne in talibus aliquid quod primo moueatur? At quomodo id cum ab aliquo moueatur, eorum quæ mouentur, primum erit? Certe impossibile id est. Sed quando aliquid seipsum mouens, aliud quoq; mouebit: illudq; aliud, & sic deinceps plurima mouebuntur: an aliud totius motus principium erit, quam mutatio eius quod seipsum mouit? CLIN. Egregie dictum id, & concedendum est. A THEN. Præterea sic nos ipsos interrogemus, & ipsi nobis respondeamus, Si quouis modo uniuersa simul steterint, ut plurimi talium audent dicere, quem motum potissimum ex omnibus primum in ipsis fieri asseremus: Eum profectio, quo quid seipsum mouet: Motus enim dependens ab alio, non prius incidet, quam alia quædam ipsis inciderit permutatio. Quapropter initium omnium motionum primumq; motum, qui & instantibus factus sit, & in his quæ mouentur modo insit, illum fateri necessè est, quo quid seipsum mouet: & hanc esse antiquissimam omnium potentissimamq; mutationem: secundam uero illam, qua quid ab alio mutatur, & alia mouet. CLIN. Verissime dicitis. A THEN. Postquam hucusque disputando deuenimus, hoc quoque respondeamus. CLIN. Quidnam? A THEN. Si primum motum in terreno uel aquatico uel igneo corpore, siue simplici, seu mixto uiderimus, quam inesse ipsi passionem dicemus? CLIN. Nunquid rogas, si uiuere ipsum dicendum sit, quod à seipso mouetur? A THEN. Id ipsum. CLIN. Viuere certe. A THEN. Quid uero cum animam esse in aliquo uiderimus, num ob aliud uiuere ipsum quam ob hoc putabimus? CLIN. Ob hoc ipsum. A THEN. Attende per Iouem obsecro nunquid uelis tria in re qualibet intelligere. CLIN. Quo pacto? A THEN. Vnum substantiam ipsam. Vnum substantiæ rationem. Vnum quoq; nomen ipsum. Interrogationes etiam de omnibus duas esse? CLIN. Quomodo duas? A THEN. Quod uidelicet nonnunquam nomen nobis proposito, rationem ipsam quæramus: nonnunquam rationem assecuti, nomen iam inuestigamus. Sed uolumus ne hoc iterum dicere? CLIN. Quidnam? A THEN. Bipertita distinctio, & in alijs, & in numero reperitur. Et in numero sic diuiso, nomen quidem, par est: Ratio autem, numerus in duo æqualia diuisibilis. CLIN. Certe. A THEN. Tale aliquid dico. Nonne idem in utroque significamus, siue nomen interrogati, ratio nem: siue rationem interrogati, nomen reddamus? quando quidem unam eandemq; rem nomine quidem parem, ratione uero numerum in duo æqualia diuisibilem appellamus. CLIN. Idem omnino. A THEN. Rei uero illius cui nomen est anima, quædam ratio est: Num habemus aliam rationem, præter eam quam modo diximus, quod ipsa possit

Que antiquissima & potentissima mutatio

Anima ratio q; potest seipsam mouere

possit seipsam mouere? CL. A seipso moueri asseris rationem esse illius substantiæ quam nomine omnes animam appellamus? A TH. Assero equidem. Quod si ita est, an adhuc desideramus sufficientius demonstrari, idem esse animam, & primam generationem ac motum rerum quæ sunt quæ fuerunt, quæq; futura sunt: omniumq; rursus istis contrarium? quandoquidem transmutationis motusq; omnis omnibus causa esse apparuit. CL. Minime. Nam sufficientissime monstratum est, animam omnibus antiquiorem esse, cum motus principium sit. A TH. Nonne igitur motus qui ab alio in alio fit: quo uel nihil unquam seipsum mouet, secundus est, & quoto quis uelit numerorum intervallo superiori motui postponendus? siquidem corporis uere inanimati mutatio est. CL. Probe. A TH. Recte igitur & proprie, uereq; & absolute diximus, prius corpore animam factam fuisse, corpus uero posterius atq; secundo, anima secundum naturam dominanti subiectum. CL. Verissima hæc sunt. A TH. Recordamur nos in superioribus concessisse, si antiquior corpore anima declararetur, illa etiam quæ animæ competunt, ipsæ quæ corporis propria sunt, priora esse simul declarari. CLIN. Maxime. A TH. Affectus ergo, mores, uoluntates, cogitationes, ueræ opiniones, curæ, memoria, omnia hæc longitudine corporum, latitudine, profunditate, robore, prius facta sunt, sicut & anima corpore. CLIN. Necessè est. A TH. Num etiam concedere cogimur bonorum & malorum, honestorum & turpium, iustorum & iniustorum, cæterorumq; contrariorum causam esse? siquidem causam omnium ipsam asserimus. CLIN. Cur non? A TH. Animam cuncta gubernantem, & in omnibus quæ mouentur habitantem, nonne & cælum gubernare necessario confitebimur? CL. Omnino. A THEN. Vnam igitur an plures? Plures certe, ut ego pro uobis respondeam. Nec pauciores quam duas ponere debemus, unam beneficam, contrariam alteram. CL. Recte admodum. A THEN. Vniuersa ergo quæ in cælo sunt, quæ in terra, quæ in mari, suis motibus anima ducit: quibus nomina sunt, uelle, considerare, curare, consultare, recte & non recte opinari, lætari, dolere, audere, metueri, odisse, diligere: & cæteris præterea motibus omnibus, qui horum affines primiq; sunt, qui & secundos corporum motus suscipientes, omnia in augmentum decrementumq; perducunt: concretionem, uel condensationem, & discretionem, uel rarefactionem: & in ea quæ ista sequuntur, caliditates, frigiditates, grauitates, leuitates, durū, molle, album, nigrum, austerum, dulce, amarum: & deniq; omnibus, quibus anima usa si intellectum quoq; semper diuinū acceperit, recte cuncta dijs recta felicitatq; perducit: sin uero amentia coniuncta fuerit, omnia his contraria facit. Damus ne ista sic se haberet: an adhuc ambigimus? CL. Nullo modo ambigimus. A TH. Vtrum ergo animæ genus, cælum, terrā, totumq; orbem regere arbitramur: quod mente uirtuteq; referuntur? an quod caret utriusq;? Vultis ne ut ita respondeamus? CL. Quo pacto? A TH. Ita dicamus ò mirifice uir, si uniuersus cæli circuitus, & omnium quæ in eo sunt, progressio, mentis motui & circulationi, & rationi similem habet naturam, & simili quadam ratione peragitur, constat optimam animam totius mundi curam habere concedendum esse, unde tali ratione circunuoluatur. CLIN. Recte. A TH. Sin uero furiose & sine ordine mouetur, malam. CLIN. Hæc quoq; recte. A TH. Quæ igitur mentis motus naturam habet? Sed ad hanc quæstionem ò amici prudenter respondere difficile est. Quare par est ut ego uobiscum respondeam. CLIN. Probe loqueris. A TH. Cauere itaq; debemus, ne quasi ex opposito ad solem conuersi, & in meridie noctem agentes, perinde respondeamus, ac si mortalibus oculis mens sufficiens cõspici cognoscique possit. Tutius enim uidebimus, si ad imaginem eius respiciamus. CLIN. Quo pacto dicitis? A TH. Videamus cui potissimum decem illarum agitationum similis sit intellectus, ut tanquam imagine hac utamur. Eam ego in memoriam uobis reducam, & pro omnibus respondebo. CLIN. Optime. A TH. Meminisse oportet & illud à nobis in superioribus esse dictum, omnium quæ sunt, alia stare, alia uero moueri. CLIN. Sic dictum fuit. A THEN. Quinetiam eorum quæ mouentur, nonnulla uno in loco, nonnulla in pluribus agitari. CLIN. Hoc quoq;. A THEN. Motus autem qui semper in uno fit, necessario circa medium aliquid agitatur, & circuli torno confecti similis est: ideoq; mentis circuitum pro uiribus imitatur. CLIN. Quomodo id dicitis? A THEN. Per eadem certe, eodem modo, in eodem, circa eadem, ad eadem, una ratione, & ordine uno ferri utraq; assero. Nempe si dicamus mentem motumq;, qui in uno fit, spheræ torno confectæ lationibus similes, nunquã rudes bo-

Que sint nomina motuum anime. Anima cõiuncta intellectui producit omnia recte

Quam reuenter censentur deo. Translatio disputationis

narum imaginum opifices erimus. CL. Recte admodum. A TH. Contra ergo motus qui nunquam similiter, nec per eadem, nec in eodem, nec circa eadem, nec ad eadem, nec in uno fertur, nec ordine nec ornatu rationeque aliqua, omni profecto amentiae cognatus est. CLIN. Proculdubio. A TH. Iam ergo aperte possumus clamare, cum ab anima cuncta circumducantur, necessarium esse coeli circuitum a procurante exornanteque anima circumduci, siue optima illa quid est, siue contraria. CLIN. At hospes ex dictis iam apparuit, nefas esse aliter dicere, quam ab anima, omni uirtute referta, siue una seu pluribus hac omnia circumagi. A TH. Optime tu Clinia citoque haec intellexisti, sed illud adde. CLIN. Quidnam? A TH. Si solem, lunam, caeteraque sidera anima ducit cuncta, nonne singula quoque? CLIN. Quidnam? A TH. De uno igitur uerba faciamus, quae astris omnibus possunt accommodari. CLIN. De quo? A TH. Solis quidem corpus omnes homines uident, animam nemo, nec etiam alterius animalium corporis, nec uiui, nec mortui. Idque genus cum nullo corporis sensu percipiatur, sola mente comprehenditur. Quare & nos de ipso, hoc sola intelligentia capiamus. CLIN. Quidnam? A TH. Cum solem anima moueat, si trium modorum aliquo ab ea fieri hoc asserimus, fortasse non aberrabimus. CLIN. Quos dicis modos? A TH. Quod uel intus in hoc rotundo corpore inest, & quod libet ipsum transfert, quem admodum nos anima nostra quod libet ducit. Vel ipsa foris quidem est, & corpus aliquod ignis uel aeris nacta, ut quidam aiunt, per uim corpus corpore pellit. Vel tertio, quamuis ipsa nuda corpore sit, quia tamen alias uires supra modum mirabiles habet, facile ducit. CLIN. Certe uno istorum modorum ab anima agitari cuncta necesse est. A TH. Praestat autem, ut siue curru quodam intrinsecus teneat corpus illud eius anima, lumendique ita cunctis efundat, siue foris sit, seu quomodo cunque quis excogitet, deum esse ipsam omnes arbitramur. An aliter? CLIN. Ita certe, nisi quis extrema dementia teneatur. A TH. De uniuersis praeterea stellis & luna, annis, mensibus, cunctisque temporibus, quid aliud quam hoc ipsum dicemus? Quoniam anima & animae omnibus uirtutibus praeditae horum omnium causas demonstratae sunt, deos esse eas affirmabimus: siue in corporibus sint, & tanquam anima lia quaedam coelum totum exornent, siue quomodo cunque aliter agere id dicantur. CLIN. Omnino. A TH. Ita ergo istis concessis, poterit ne aliquis negare plena deorum omnia esse? CLIN. Nullus adeo mente captus est hospes. A TH. Ei ergo qui deos esse negat, positus terminus est Clinia & Megille sermone iam relinquamus. CLIN. Quos terminos imponemus? A TH. Ut uel doceat nos non recte opinari, cum animam generationem primam omnium dicimus: caeteraque a nobis consequenter dicta, uera non esse. Vel si nihil melius quam nos dicere potest, nobis credat: & ita in posterum uiuat, ut de dijs non ambigat. Verum consideremus nunc utrum sufficienter deos esse aduersus negantes ostendimus, an non. CLIN. Sufficienter dictum est hospes. A TH. Disputatio igitur aduersus istos, finem habeat. Sed ille iam, qui quamuis deos esse dicat, curam tamen humanarum rerum negat habere: sic a nobis est persuadendus. O uir eximie, dicamus, natura quaedam diuinitati cognata ad rem tibi coniunctam affirmandam colendamque ducit, quando deos esse asseris. Sed improborum insultorumque hominum publice priuatumque successus, quilibet reuera felices non sint, uulgo tamen felices habentur, & carminibus frequenter caeterisque sermonibus extolluntur, temere ad impietatem te praecipitem agunt: aut etiam cum scelestos homines uideas ad senium usque ita deuenire, ut filios atque nepotes in maximis relinquunt honoribus, ualde turbaris. Audisti fortassis, aut etiam ipse uidisti nonnullos, quamuis iniuste & impie multa gesserint, propter ipsa tamen scelera ex re parua in magnam, & ex infimo gradu ad tyrannidem peruenisse. Propterea cum deos harum rerum auctores esse propter ipsam cum illis coniunctionem inculcare, & aduersus eos peccare nolis, nonnulla ductus absurditate, ac dijs ipsis succensere non uolens, huc tandem delapsus es, ut licet deos esse arbitreris, humanas tamen res ab illis negligi credas. Ne igitur haec opinio ad grauiorem te tradat impietatis morbum, remedium pro uiribus opinionem hanc resutantes, adhibeamus. Quae circa sequentem disputationem cum praecedente illa ratione iungemus: qua aduersus eos etiam qui deos esse negabant, uisum sumus. Tu uero Clinia & Megille, pro adulescente, ut fecistis haec tenus, respondete. Atque ego si arduum quid inderit, uos suscipiens ut nunc feci, trans fluium ducam. CL. Recte dicis: & ita facito. nos quoque pro uiribus faciemus. A TH. Non erit forsan difficile demonstrare, deos non minus

minimarum

minimarum rerum quam maximarum curam habere: praesertim cum paulo ante dictum fuerit, eos omni uirtute refertos, prouidentiam omnium sibi propria uendicare. CLIN. Et maxime quidem. A TH. N. Quod sequitur, communiter inuestigemus: quae sit uirtus eorum qua boni esse conceduntur. Age, nonne temperatum esse, mentemque habere, uirtuti dantur, & contraria uitio? CLIN. Certe. A TH. N. Quid porro? Nonne fortitudo uirtuti etiam datur: timiditas uitio? CLIN. Valde. A TH. N. Et horum alia turpia, alia honesta dicuntur? CLIN. Necessesse est. A TH. N. Et quae in his uitia sunt, nobis quidem inesse posse: deos uero eorum participes nullo modo dicemus? CLIN. Haec etiam qui uis concederet. A TH. N. Num quid negligentiam, delitias, otium, animi uirtutem putabimus? An aliter? CLIN. At quo modo? A TH. N. Num contra? CLIN. Ita sane. A TH. N. Horum ergo contraria in contrarium. CLIN. Sic utique. A TH. N. Qui delitias, negligentiam, otioque deditus est, quem Hestodus ignauis maxime fucis similem dicit, nonne odio nobis habetur? CLIN. Rectissime profecto poeta ille cecinit. A TH. N. Non ergo dicendus deus eos mores habere, quos odit, nec permittendus est ullus ita diceret? CLIN. Nullo modo. A TH. N. An ille, ad quem operis alicuius effectio & cura maxime pertinet, magna in eo opere curabit, parua contemnet? Quomodo si hanc opinionem laudauerimus, non errabimus? Sed ita istud confidemus. Nonne siue homo siue deus, duabus de causis negligit? CLIN. Quibus? A TH. N. Vel quia nihil interesse totius putat, si parua negliguntur: uel quia licet interesse opinetur, pigritia tamen mollitiae detentus, negligit. Aliter enim negligentia non contingit. Nam quando quis non potest omnium curam gerere magnorum paruorumque, atque ideo imbecillitate impeditus non curat, negligentia tunc in eo esse non dicitur, siue homo quidam sit impotens, siue deus aliquis non posse fingatur. CLIN. Non certe. A TH. N. Sed nunc illi duo tribus nobis respondeant, qui licet deos esse concedant, alter tamen facile placabilem, alter in rebus paruus negligentes putat, primumque sic interrogentur. Ambo deos asseritis scire, uidere, audireque omnia: nihilque ipsos effugere posse eorum quae aut sensu aut intellectu percipiuntur: haec ne ita se habere dicitis? An aliter? Sic. Deinde omnia eos posse quae cunque mortales immortalis ues possunt? CLIN. Absque dubio ita esse concedent. A TH. N. Bonos etiam, imò optimos esse omnes quique confessi sumus. CLIN. Omnino. A TH. N. Nulla ergo pigritia, nulla mollitiae capi eos possibile: quando quidem tales sunt, quales esse consensimus. Nam à timiditate in nobis otium nascitur: pigritia uero ab otio atque mollitiae. CLIN. Vera loqueris. A TH. N. Nullus ergo deorum otio pigritiaque corruptus quicquam negligit. Nullius enim timiditatis deus est particeps. CLIN. Probe. A TH. N. Ergo relinquitur si paruas paucasque in uniuerso res negligunt, ut ita negligant, aut quia contemnenda illa esse sciunt, aut quidnam aliud reliquum est, quam huius contrarium? CLIN. Nihil penitus. A TH. N. Vtrum ergo o uir eximie te dicere asserimus: an quod propter ignorantiam, cum prouidere debeant, non prouideant? an sicut improbos homines dicimus, meliora quidem uidere, sed uoluptate aut dolore fractos de teriora sequi, sic deos quamuis sciant prouidendum esse, similiter non prouidere? CLIN. Quomodo id fieri potest? A TH. N. Praeterea res humanae, uiuentis naturae participes sunt: & homo ipse praeter caetera animalibus dei cultor diligentissimus est. CLIN. Apparet. A TH. N. Quinetiam mortalia cuncta uiuentia a dijs fieri possiderique, quemadmodum & coelum uniuersum, dicimus. CLIN. Proculdubio. A TH. N. Iam ergo seu parua haec siue magna quis dixerit dijs esse, nullo modo cum prouidentissimi atque optimi sint, negligenda sibi sua possessio est. Sed istud praeterea consideremus. CLIN. Quidnam? A TH. N. Num sensus & uires contrario inter se modo ad facilitatem difficultatemque se naturaliter habeant. CLIN. Quid ais? A TH. N. Parua quippe difficilius quam magna uidentur & audiuntur. Facilius autem tenentur ferunturque & prouidentia gubernantur parua omnia & pauca, quam eorum contraria. CLIN. Certe multo facilius. A TH. N. Quid uero? cum medicus totum corpus curare uelit ac possit, si magnis prouiderit, parua contempserit, an bene huic unquam se totum habebit? CLIN. Nunquam. A TH. N. Sed nec gubernatores, nec imperatores, nec patres familias, neque ciuitatum moderatores, neque ulli omnino tales, paucis paruus neglectis recte multa & ingentia gubernabunt. Nam lapides quoque magnos sine paruus bene strui negant architecti. CLIN. Certe. A TH. N. Caueamus autem ne deum mortalibus opificibus uiliorem putemus. Isti sane

EE 4. quanto

Virtus deorum

Solem mouet anima

Deos humanarum rerum curam habere

quanto peritiores sunt, tanto arte una in proprijs ipsorum operibus & parua simul & magna exquisitius absolutiusq; perficiunt: Deus uero qui sapientissimus est, & curare potest ac uult: magnis quidem prouidebit solum, parua autem quae facilius gubernari possunt, propter pigritiam & ignauiam negliget: CLIN. Nullo modo hanc hospes de dijs opinionem admittendam putamus. Nefaria enim haec & falsa penitus cogitatio. ATH. Satis iam aduersus eum, qui negligentiae crimine deos inculcat, disputasse uidemur. CL. Certe. ATHEN. Verum haecenus quodammodo ratione coegimus, ut falsa se opinari confiteretur. Indigeret quoq; persuasione, qua ueluti cantu quodam capiatur, existimo. CLIN. Quana haec persuasio est? ATH. Huic adolefcenti persuadeamus, eum qui toti prouidet, ad uirtutem salutemq; totius omnia ordinare, cuius pars quaeq; pro uiribus quod sibi conuenit agit & patitur: atq; his singulis praepositi principes sunt, qui minimarum etiam actionum passionumq; per singulas & extremas uniuersi particulas distributione ad ultimum usq; perfecta curam habent. Quarum una tua o miser particula est, quae & ad totum semper respicit, quamuis minima sit. Tu uero ignoras omnem singulorum generationem illius gratia fieri, ut uniuersi ipsius beata uita sit. eius substantia non tui gratia est, sed illius tu gratia factus es. Medicus enim & artificiosus opifex omnis, totius gratia singula facit, & ad communem perfectionem dirigit omnia: non totum ad partem, sed partes ad totum singulas referens. Tu autem moleste fers, quia ignoras quo pacto quod tibi optimum est, uniuerso simul & tibi pro communis generationis uiribus conuenit. Quoniam uero anima cum corpore semper, modo cum alio, deinde cum alio coniuncta, uarijs mutationibus, aut propter seipsam, aut propter aliam animam commutatur, nihil aliud harum rerum ordinatori tanquam talos iacenti restat, quam ut quasi transponendo permutet, meliores quidem mores in meliorem locum: in deteriores uero deteriores, prout singulis conuenit, ut sortem sibi congruam singula consequantur. CLIN. Quomodo id ais? ATH. Ea ratione mihi dicere uideo, qua facillime dii cunctis prouideant. Nam si quis ad totum semper respiciens, fingit quaeq; & ad ipsum omnia transfigurat, ut ex igne aquam animatam, nec multa simul ex uno uel ex multis unum, primae, aut secundae, aut tertiae generationis participantia multitudinem infinita transpositi huius ornatus erunt. Nunc autem mira facilitas in eius opere est, qui toti prouidet. CLIN. Quo pacto id rursum ais? ATH. Ita. Quoniam rex ille noster actiones hominum omnes animatas esse perspexit, multamq; ipsas in se uirtutem, multam etiam prauitatem habere, quod due factum est animam & corpus, perditionem non pati, neq; tamen aeternum esse, qua lege dii sunt: nam si alterutrum horum perderetur, omnis cessaret animalium generatio: praeterea quod ipsius animae bonum est, iuuare, quod malum, contra nocere: haec inquam omnia quoniam perspexit, idcirco excogitauit ubi pars quaeq; locata maxime, optime, facillimeq; uirtuti uictoriam, uitio uero ne uincat, impedimentum in uniuerso praebere possit. Adinuenit igitur ad uniuersum hoc, quale factum quodlibet quale sedem habitationemq; & qualia loca fortiri debeat. Causas uero huius uel illius generandi, uoluntatibus nostris permisit. Vbiq; enim quis cupiat, qualisq; animus sit, ibi ferme semper habitat, & talis sit, ut plurimum: CLIN. Congruae. ATH. Quaecunq; igitur animam habent, transmutantur: quippe cum transmutationis in seipsis causam habeant. Transmutata secundum ordinem legumq; factorum feruntur. Et quae minus peccarunt, minus profunde, ac in regionis superficiei uagantur: quae magis atq; atrocius, decidunt in profundum, & in regionem inferiorem delabuntur, quam inferorum uocabulo similibusq; nominibus appellantes, tam uirtutes q; a corporibus soluti somniant atq; formidant. Anima uero quae maioris uirtutis uel uitij compos est, quando propria uoluntate & assidua consuetudine uehementius permutata, diuinae uirtuti adhaesit, talisq; praecipue facta est, in locum similiter longe meliorem sanctumq; transfertur: quae uero contrario modo affecta est, in contrarium translata, uitam peragit suam. Hoc deorum qui caelum habitant o puer & adolefens qui a dijs negligi putas, iudicium est: ut qui peior sit, ad peiores, qui melior, ad meliores animas, tam in uita quam in omni morte proficiscatur, patiatursq; & agat quae a similibus ad similes fieri oportet. Quare nec tu, nec alius ullus, optet confidatq; se adeo felicem fore, ut iudicium hoc deorum effugiat atque exuperet. Nam qui hoc sanxerunt, firmitus, quam caetera omnia stabilierunt, ut cauendum omnino sit. Nunquam enim ab illo negligeris, nec si ita paruus sis

ut in

ut in terrae profundum ingrediaris, nec si adeo sublimis fias, ut pennis elatus in caelum uoles: sed conuententia supplicia dabis, siue hic manens, siue ad inferos profectus siue ad remotiorem aliquem inaccessibilemq; locum translatus. Eadem quoque de illis ratio sit, quos per nefaria scelera ex parujs in magnos uiros euasisse intutus, putasti ad felicitatem ex miseria peruenisse. Quorum in operationibus uelut in speculo, deorum ad omnia negligentiam inspexisse existimasti, quod uidelicet ignorabas ad quid eorum progressus uniuerso conducant. Non oportet autem hoc o uir praestantissime ignorare, quod qui ne scit, nec uiuendi formam unquam conspiciet, nec uerba de uitae beatitudine uel miseria facere poterit. Quare si Clinias hic, & uniuersus hic seniorum coetus tibi persuasit, te quid de dijs dicas penitus ignorare, satis tibi deus fauerit: sin uero rationem adhuc aliquam de sideras, audi quae ad tertium illum dicemus, si quo pacto mentis es particeps. Profecto de esse, hominibusq; prouidere, satis arbitror demonstratum. Sed iniquorum hominum eos muneribus corrumpi, nullo modo dici permittendum est: & si dicatur, omnino prouiribus refutandum. CLIN. Praecclare dictum: & sic agamus. ATH. Age igitur per deos ipsos, quoniam modo placabiles fiunt, si quo pacto fiant: & qui & quales sunt, si placantur: principes enim esse eos necesse est, qui totum caelum perpetuo gubernaturi sunt. CLIN. Certe. ATH. Sed quibusnam principibus similes sunt? qui uel illis principes similes, ut possibile nobis sit, minores maioribus compararet? Vtrum aurigae aliqui certantium bigarum tales sunt? aut nauium gubernatores? Fortasse autem exercituum ducibus conferri possunt, uel medicis: qui bella morborum ab humanis corporibus arcent atque propulsi: aut agricolis inimicas orientibus stirpibus tempestates temetibus cauentibusq; aut etiam gregum armentorumq; pastoribus. Nam cum inter nos conuenerit, multorum honorum, multorumq; malorum, & quidem plurimum, plenum esse caelum, immortale aliquod bellum hoc est, & mirabili custodia indiget, sed opitulatur nobis dii simul & daemones. Nos autem deorum daemonumq; possessio sumus. Verum iniustitia & intemperantia una cum imprudentia nos corrumpunt. Iustitia uero & temperantia cum prudentia, quae in uiribus deorum animatis inhabitant, salutem nobis afferunt. Breue autem aliquid horum habitare in nobis manifeste hinc licet conspiciere. Nam animae in terra quaedam habitantes iniustae, & ferarum instar atroces, aduersus custodum animas, canum puera aut pastorem, uel etiam praecipuorum omnium dominorum insurgunt, uerborumq; leuocinij, deprecationeq; quorundam cantuum persuadent, ut fama malorum est, licere male agendo inter homines sibi plurima usurpare, nec aliquam inde poenam persolvere. hoc nos delictum, quo ad usurpationem plurimum inhatur, in corporibus animalium morbum uocamus, in anni temporibus pestilentiam, in ciuitatibus rebusque publicis commutato nomine iniustitiam. CLIN. Omnino. ATHEN. Necesse est igitur eum qui credit deos ueniam hominibus iniustis praebere, si quis ipsis rapinae partem tribuerit, dicere eos esse ueluti canes, quibus lupi particulam rapinae concedant, & illi muneribus his placati, greges diripi patiantur. Nonne hic eorum sermo est, qui placabiles esse deos praedicant? CLIN. Hic certe. ATHEN. Sed quibus praedictorum custodum deos aliquis conserens non erit omnium hominum ridiculosissimus? Vtrum gubernatoribus, qui libatione uini atque nidore carniuum deuoluti, nauem simul nautasq; euertunt? CLIN. Minime. ATH. Sed neque aurigis, qui dum certant, corrupti muneribus, aduersariorum curibus uictoriam ipsam concedant. CLIN. Non certe. Turpis enim haec in deos comparatio. ATH. Atqui nec imperatoribus, nec medicis, nec agricolis, nec pastoribus similiter persuasus, nec etiam canibus astutia luporum blande seductis. CLIN. Bona uerba quaso. Haec enim audienda non sunt. ATH. Nonne custodum omnium maximi & in maximis rebus dii omnes? CLIN. Ita profusus. ATH. An optinarum rerum custodes, & in uirtute custodiae nimium excellentes, deteriores esse dicemus quam canes hominesq; merdiores, qui nunquam muneribus ab iniustis hominibus impie acceptis iustitiam proderent? CLIN. Nequaquam hic sermo ferendus est, & qui hac opinione laborat, impiorum omnium re pessimus & profanissimus iudicabitur. ATH. Tria igitur illa quae proposuimus, deos uidelicet esse, omniumq; curam habere, nec praeter iustum precibus ullis flecti posse: sufficienter ostendisse uidemur. CL. Certe & his nos rationibus assentimus. ATH. Vehementius quodammodo

quodammodo propter improborum hominum cōtrouersias diximus. Sed hac de causa
 o amice Clīnia cōtentiosa uisi sumus oratione, ne prauī dicendo se uicisse putantes, licen-
 tiam sibi datam credāt faciendī quæcunq; uelint, & qualiacunq; aduersus deos existimā
 faciendā. hac inquam de causa, noua quadam, & uehementiori dicendī ratione uti uolui-
 mus. Quod siquid ad persuasionem attulimus, ut iam uelint mores suos odisse & contra-
 rios complecti, probe nobis exordium legum de impietate dictum est. CLIN. Speramus
 ita fore. sin minus, at genus orationis legum latori dedecori nō erit. AT H. Post exordium
 sermo legum interpres recte sequitur: qui impijs omnibus prædicet, ut à suis moribus ad
 pietatem sese conuertant. Aduersus eos autem qui non paruerint lex ista de impietate po-
 natur. Siquis impie quicquam agit uel loquitur, qui forte præsens fuerit, deos defendat,
 magistratibus significet. Quorū qui primi audierint, ad har rerum iudicium, secundum
 leges deferant. Quod si quis magistratus audierit neque detulerit, ipse impietatis reus si-
 at, & qui uelit, pro ultione legum prosequatur. Et si quis condemnatus fuerit, iudices
 hunc pro singulis impie commissis, singulis quibusque afficiant supplicijs. Carceribus
 quidem omnes coercentur. Tres uero sunt in ciuitate carceres. Vnus plurimis commu-
 nis in foro rerum uenialium: ubi multi ne fugiant, custodiuntur. Alter ubi coetus eorum
 fit, qui nocte congregantur, correctionis nomine appellatus. Tertius in media regione:
 ubi quammaxime desertus syluestrisq; locus est, supplicij nomine notatus. Tres quoque
 impietatis, ut supra narrauimus, causæ sunt. Cumq; in singulis huiusmodi causis duo quæ-
 dam proficiantur, sex erunt aduersus deos genera peccatorum, quæ ut dijudicentur di-
 gna sunt, nec æquali similib; poena indigent. Nam alij quamuis deos esse non credant, ta-
 men propter iustum aliquem naturæ affectum: malos oderunt, & odio quodam aduersus
 iniustitiam moti ab iniurijs abstinent: iniquos fugiunt: iustos homines diligunt. Alij uero
 ad hanc opinionem, quod deorum præsentia destituta omnia sint: prouiores quoque ad
 uoluptates doloresq; sunt: acumine etiam, & memoria pollent. Vtrisque id est commu-
 ne, ut esse deos negent. In hoc autem differunt: quod cæteris hominibus ille minus: hic
 plus nocet. Ille quidem libere aduersus deos, sacrificia, iusiurandum obloquitur: atque ita
 alios deridendo, nisi puniatur, multos forsitan sibi similes faciet. Hic uero eandem habet o-
 pinionē, sed acriori ingenio præditus uulgo putatur, doloq; & insidijs plenus est. Ex istis
 multi fortilegi fiunt, & ad omne ueneficij maleficijq; genus prompti. Fiunt præterea ex
 istis nonnunquam tyranni, exercituum duces, concionatores, & qui solennitatibus pri-
 uatis insidiantur, & qui homines captiuiculis sophistarum decipiunt. Horum profecto
 multæ quidem sunt species: sed legum positione dignæ duæ, quarum quæ dissimulatio-
 ne referta est, scelera parit non una tantum morte uel duabus digna, sed pluribus. Altera
 castigatione simul, & uinculis indiget. Similiter opinio qua dii negligentes existimantur,
 duo gignit: & qua facile uotis muneribusq; placabiles, alia duo. Cum ita impij distincti
 sint: eos quidem, qui non malis moribus, sed amentia quadam tales facti sunt, in correctio-
 nis carcerem non minus quam quinquennium permāsiuros iudex consiciat. Quo in tem-
 pore nullus cum ipsis ciuium colloquatur, præter eos qui nocturni coetus participes
 sunt: hi uero admonentes, ad salutem animæ colloquantur. Cum autem uinculorum
 tempus exactum fuerit, qui modestior factus est, unā cum modestis habitet: quod si rursus
 impietatis crimine condēnabitur, morte plectatur. Sed sunt nonnulli qui ad eam o-
 pinionem quod dii sint, uel negligentes, uel placabiles sint, immanes quoque sunt, ho-
 minesq; despiciunt, & uiuentes ad se multos alliciunt, attrahuntque: nec non defunctos
 se trahere consolariq; dicunt, profitenturq; se deos ipsos cantibus, sacrificijs, uotisq; mul-
 cere. Et hoc lenocinio conātur domos & ciuitates uniuersas pecuniarum gratia perdere.
 Eorum qui damnatus fuerit in mediterraneis carceribus uinciatur, nec ullus liber unquā
 ad eum accedat: sed statutum ipsi à legum custodibus cibum serui afferant. Vita denique
 functum, extra regionis fines in sepulchrum efficiant. Quem si quis liber sepelierit, à uolen-
 te impietatis crimine accusetur. Quod si filios reliquerit ciuitati sufficientes, orphano-
 rum tuores horum non minus quam reliquorum, ab eo die quo damnatus fuerit cu-
 ram habeant. Sed communis de omnibus his lex ista ponatur, quæ faciet ut multi mi-
 nus uerbo & re in deos peccent, et ut ab amentia reuocentur: ex eo quod non licebit deos
 sibi

Carceres

sibi deorumq; sacra præter leges effingere. Sit autem lex huiusmodi simpliciter cunctis
 imposita. Sacella nemo in priuata domo habeat. Cum uero animus quis ad sacrifican-
 dum induxerit, ad publica sacrificatoria accedat, & sacerdotibus hostias præbeat, qui cu-
 ram harum rerum castissimos gerunt. Quibus cum & ipse oret, & quicumque eum eo si-
 mul orare uelit. Hæc ideo ita fiant, quia sacella & deos instituire non facile est. Quippe
 magni ingenij est recte rem istam facere. Solent autem mulieres præcipue, ac imbecillio-
 res, & in periculo constituti & indigentes ubicunque quispiam indigeat, & contra quan-
 do facultas rei alicuius affluit, quod adesse uidetur semper consecrare, hostiasq; uouere,
 & statuas dijs atque dæmonibus & deorum filijs polliceri. Phantasmatibus commoti uigilantes,
 & insomnijs similiter multa se uidisse præformidine recordati, ubi remedia sin-
 gulis afferre conantur, aris sacellisq; omnes domos uicosq; replerunt. Quorum omni-
 um gratia lex ista ponenda est, ac præterea impiorum causa, ne ista sibi operationibus usur-
 pants, sacella & aras suis in domibus statuāt, putentq; deos clam uotis, sacrificijsq; placa-
 re: atq; ita in institutum suam iniustitiam augeant, unde tam ad se quam ad eos qui sibi ista
 permittunt, quamuis illi meliores sint, indignationem deorum prouocent: quo pacto to-
 ta ciuitas iure quodammodo impietatis crimine teneatur. Legum quidem latori deus mi-
 nime irascetur. Lex enim sit, Sacella deorum neminem in priuatis domibus possidere. Si
 uero quispiam habuisse, sacrificijsq; alibi quam in publicis deprehendatur: qui sensus, ad
 legum custodes deferat. Ipsi autem si nihil magni sceleris à foemina siue à uiro factum sit,
 ad publica templa iubeant priuata sacra deferri: & si non ilico delata fuerint, mulcent, do-
 nec deferantur. Siquis autem non puerilem sed nefariam impietatem commiserit, siue in
 suis priuatim, siue in publico deorum cultu sacrificando deliquerit, morte ut impure sacri-
 ficans condemnatur. Puerile uero esse uel non, custodes legum iudicent, tractosq; ita im-
 pios in iudicium, impietatis reos esse declarent.

ARGUMENTVM MARSILII FICINI IN
 Dialogum. XI. De Legibus.



PLATO noster quemadmodum & philosophorum omnium sapientissimus, & eloquentissimus ora-
 torum, ita iurisconsultorum omnium prudentissimus, ne in contractibus cogere, ut solent ceteri
 uultum legum, interpretationumq; & id quidem frustra, opus conficere, merito antequam descen-
 deret ad contractus, forensiaq; commercia, studuit disciplinis, legibus, iudicijs, religione ciues bonos
 efficere, sperans iustos homines, uel absq; legibus sponte fidem & ueritatem in omni commercio præstituros. Et
 profecto admodum opportune post leges de iudicijs pertinentibus ad personas, leges iudiciorum ad res spectan-
 tium adducit in medium, quibus tam aduenæ quam ciues discant iuste deponere, seruare deposita, atq; pacta, alie-
 na non mouere, sua cuiq; reddere: uti liberis, & libertis, & seruis: uendere, emere reddere, ducere, militare, tueri
 pupillos, testari, testamenta seruare, hæreditates administrare, nuptias conciliare, diuortium facere, familiam gu-
 bernare: præ cæteris uero parentes religiose uereri, nihil adulterare, ueneficia odisse, iram in saniamq; uitare, iur-
 gias, contumelias, detractiones fugere, restituere damna, ueritatem in testimonijs iuramentisq; seruare, atque hæc
 ferme est undecimi huius libri materia. Post hæc autem, ut solemus, obscuriora quedam arbitramur breuiter ex-
 ponenda. Principio deam itineris geminam esse scito, indicatricem scilicet atq; seruatricem. Et illam quidem esse
 lucem sub nomine Lunæ: hanc uero sub Dianæ nomine fidem. & quicquid casu quodam alienum in itinere reper-
 tum est, deo esse dicendum: ut agnoscat fortunam prosperam, esse ad dei prouidentiam referendam. Contemplare
 Platonicam bonitatem, uidelicet uetantē in emendo atq; uendendo, nō solum rem adulterare, mentiri, peierare, sed
 iurare etiam: imo uero & rem uenalem laudare & in eadē die precium permutare. Vbi illud edisce. Nemo dijs in
 uocatis mendacium dicat, aut decipiat, aut adulterare uerbo uel re quicquam audeat, nisi deo uelit odio esse: cui
 quidem primum odium est, qui falso iurans deos paruipendit: deinde qui coram maioribus suis mentitur. Et uide ite-
 rum atq; iterum quam libera & integra Plato optet ingenia ciuium, à quibus omnem cauonandi licentiam pro-
 cul expellit. Ad dit quoq; tum opulentiam, tum egestatem esse morbum ingeniorū. Inde enim inflatores, hinc der-
 biliores abiectionesq; homines fieri. Vbi uero ait Palladem, & Vulcanumq; & Martem artibus præsidere, ex mul-
 tis Platonis mysterijs alibi atq; alibi traditis collige. Ioui summo mundi architecto trinitatem quandā nimum,
 quam opificiam Platonice nominamus, semper astare. In qua quidem trinitate prima sit Pallas: secundus autem
 Vulcanus: Mars uero tertius. Sed quemadmodum trinitas tota ad Iouem ipsum à quo est, refertur: ita ferme Vul-
 canus & Mars referuntur ad Palladem. Mitto nunc quod in Marte, potentiam in Pallade sapientiam, in Vulcano
 igneum

Nemo sacella
in domo pri-
uata habeat

igneum

igneum spiritum somniasse uidetur. Tria certe ad ipsam Iouis artem qua uniuersum perficit, requiruntur. Primum quidem ratio ipsa, per quam singula sit facturus. Secundum efficax eorum que ratione conceperat, expeditio. Tertium eorum que in effectum expedienda sunt salus atque defensio. Ideam primi Palladem, Secundi Vulcanum Tertij Martem nominat. Et quia utrunque, scilicet tam conseruatio siue defensio quam expeditio uel expressio rerum, indiget ratione atque sapientia: ideo Pallas & Vulcano preest & Marti: & quicquid uel à Vulcano fabricatur, uel à Marte postquam fabricatum est defenditur, & in sua forma seruatur, Pallade duce peragitur. Horum uero trium in arte diuina regnantium, tria quoque in natura uidemus uestigia: Per Palladem quidem, ordinem, quo singula disponuntur: per Vulcanum uero, efficacem progressum & promptum quasi partum, ad que omnia properant: per Mariem denique, munitissimam structuram à generantibus adhibentem genitis: & uaria propugnacula naturam propriam à contrarijs defendentia. Tria similiter in arte humana quidem omnia, maxime uero ciuili esse debent: ut singula & sapienter prius quam fiant excogitentur: & mature strenueque, expeditantur: & ea forma qua excogitata expromptaque sunt, seruentur atque fortiter defendantur. Et ut cognoscamus artem humanam in his omnibus absoluentis non minus quam naturam ab ipso deo ideisque pendere: inquit tres illos deos humanis artibus presidere. At ne solas à dijs artes habuisse putemus, addit deos uitae datores reueneri maxime omnium oportere: adeo ut uel eorum nomina non sint uel impudenter uel temere proferenda: sed omnia uel minima ad eos pertinentia pure, reuenter, casteque tractanda. Quibus preceptis nihil potest sanctius excogitari: si modo non deos, sed deum nominasset. Sed ecce, unam Iouis summi substantiam introduxit: neque multiplicauit substantias, dum multiplicaret ideas, quidam ultra in eo desideramus? Quinctiam ubi deos nominat, non aliter sentit quam qui dixit: Millies mille ministrabant ei. Neque uero silentio pretereundum est, quod ait animam à deo uitam accipere, intelligendam esse uitam mediam inter illam que in eternitate manet, qualis est angelica tota simul, atque illam que quodam tempore clauditur. Mediam inquam ex eternitate temporeque compositam: in qua caeli instar substantia quidem semper manet, actio uero & affectio fluit semper. Ideoque in libro superiore, animam dixit & esse si mul & fieri. effectus imperdibilem non tamen eternam, qua lege sunt dii, id est non omnino manentem. Dixit autem deos, id est angelos manere: non esse quidem, sed lege diuina, eos per se mobiles eterne si sentit. At corpus quoque imperdibile esse, corpus certe celeste. Forte uero & elementale, quatenus et elementorum moles, & materia prima non disperduntur: ex quibus in Politico inquit corpus idem quandoque diuinitus recreari. Notabis ubi de testamentis loquitur, & personam & rem cuiuslibet ciuis, non sui ipsius esse, sed patrie. Item ubi de orphanorum cura tractatur, animas defunctorum res nostras sentire atque curare, sentire inquam per corpus coeleste atque aerium: & curare pre alijs alia, ad que uel natura, uel habitu, uel diuina prouidentia magis afficiuntur. Presertim animas que cum mediam tenuerint uitam, mediam quoque obtinent regionem. Mediam dico tum situ tum qualitate: Sicut quidem inter ocelum & terram, qualitate uero inter beatitudinem summam extremamque miseriam. Meminisse namque oportet in libro superiore fuisse dictum: quemadmodum certe quedam natura congrua loca & conuenientes naturas desciunt, sic animas cum facte ex se tales fuerint aut tales, consequenter pro similitudinis ipsius uatura ad gradus sedesque & similes et similibus transmigrare: ut celestes quidem facte celestia, terrene uero terrena, aereae autem aerea petant. Profecto cum alia nonnulla circa animas Plato affirmare non audeat, hucusque tamen, & hic & in libro de scientia euidentissime asserit, atque alibi sepe significat. Unde & ait, cauendum esse pupillos ledere, ne parentum anime nobis iure succenseant. Idemque in nono, dum ageret de homicidijs, inquit, animas scilicet interfectorum indignari. Huic illud simile. Marianorum anime Syllam sollicitabant. hinc & tragœdie furentem Orestem agunt. Animaduertes post hæc ubi de parentum cultu tractatur, honorandas quidem sacras deorum statuas, non propter se, sed quia deos nobis significant, sed magis honorandos esse parentes, quasi animata deorum simulacra. Addit imprecationes parentum in filios exaudiri à deo: neque quicquam accidere filijs pestilentius. Audies post multa iterum, quod est ualde Platonicum. Pœnis maligni uexantur, non quia fecerunt (Nam quod factum est, infectum esse non potest) sed nequid tale posthac fiat: & ut inuictam odio tam qui puniuntur, quam qui puniri intelligunt, persequantur, aut saltem minus in simili uitio delinquantur. Præterea iudicem legum latoris interpretem esse, iustitiæque ministrum. Punit deinde susurrantes, detractoresque, & qui in ira obiurgant atque conuiciantur, & qui grauius personas mordacibus iocis offendunt: & qui inter iocandum acris irascuntur. Audies maxime timendam esse diuinam uindictam, si quis in testimonio iuramentisque mentitur. Audies denique in testimonio, atque iureiurando, ueritatem ipsam per Themidem, iocemque, & Apollinem, esse firmandam. Per Themidem quidem significatur ius fasque, & ciuile et sacrum: & apud homines & apud deum: ut intelligat quisquis iurando testificandoque, mentitur, contra ius fasque humanum, diuinum, contra homines, contra deum grauius se peccare. Per Iouem uero qui nutu omnia concutit, cognoscatur: si peccauerit, diuine potentie uulnitionem se nequaquam euitaturum. Per Phœbum autem, ne confidat delicta sua, presentia, uel præterita, eum laetere posse qui futura omnia uaticinio presagit.

DIALOGVS XI DE LEGIBVS

VEL DE LEGV MLATIONE.



SE Q V I T V R, ut dicamus de pactis: conuenientemque ijs ordinem tribuamus. Simplex autem illud sit: ut nec mea quisquam pro uiribus tangat nec moueat meorum quicquam etiam minimum, nisi mihi persuaserit. Atque ego idem dum mentis compos fuero, alienis in rebus efficiam. In primis quidem thesaurum cum dicimus quem sibi quisque & suis deposuit, qui meorum parentum non erat, nec reperire unquam optarim, nec si repererim, moueam: nec arisolis depositum accipere consulentibus credam. Nunquam enim mihi tantum pecunia proderit, si accepero: quantum uirtute animi, iustitiæque excellam, si non accepero. Pro possessione igitur pecuniam melior mihi possessio animi iustitia erit, si uirtutem diuitijs præposuero. Quippe cum bene de multis dicatur: quæ immobilia sunt, mouenda non esse: per pulchre etiam de hoc uno dicitur. Sed uulgata quoque de his rebus fama credendum est, generationi hæc liberorum non conferre. Siquis uero de liberis non curet, legisque lator non negligat: ac ideo que nec ipse nec suorum aliquis deposuit, eo inuito qui deposuit, auferat: is legem illam optimam & simplicissimam asperratur, quam generosus uir promulgauit, qui dixit: Quæ non deposuisti, ne tollas. Quid ergo hunc pati oportet, qui hos duos legislatores de ipserit, quodque ipse non deposuit, sustulit: nec paruum quiddam quod abstulit, sed magnus thesaurus fuerit: Quæ pœna huic à dijs debeatur: deus quidem ipse nouit. Quæ uero ab hominibus, declarabimus. Qui primus uiderit, iudicibus indicet. Ac si in urbe delictum est, edilibus: si in uero in agro, agrorum curatoribus, eorumque principibus: si in foro rerum uenialium, earundem curatoribus id significet. Reque ita patefacta Delphos ciuitas mittat, & quod oraculo dei tam de pecunia quam de illo qui pecuniam mouit, dictum fuerit, id ciuitas deum secuta confirmet. Et qui fecit indicium, si liber fuerit in uirtutis ueniat opinionem, & contra uitij, si sciens celauerit: si autem seruus fuerit, precio à ciuitate domino eius collato, liberandus est: Seruus uero qui celauit, morte plectendus. Hanc legem illa deinceps similis de parujs simul & magnis sequitur. Siquis rem suam alicubi uolens, uel contra, reliquerit: non tangat qui forte repererit, sed putet deam itineris à lege sibi hæc consecrata seruare. Quicumque uero hac lege sprete, domum hæc suam asportauerit, si seruus sit & paruus precij, a quocumque obuiam facto, & ultra annos triginta nato uerberibus multis pulsatur. Si autem liber, illiberalis primo præuicatorque habeatur, deinde etiam decuplum precij rei illius quam mouit, et qui reliquit retribuat. Quando quis magnum aliquid de suis, uel paruum ab aliquo teneri conueritur: quod ille habere quidem fatetur, sed eius qui petit, esse negat: si res apud magistratus conscripta est secundum legem, uocetur ad magistratus qui tenet. Reque ipsa patefacta, si conscriptum est alterius de aduersarijs rem esse, ille ipse habeat. Quod si neutrius esse, sed absentis cuiusquam inueniatur, qui sufficientem fideiusionem non dederit, illi se absentis cuius est, rem traditurum, is tantundem deponere cogatur. Verum si apud magistratus res qua de agitur, conscripta non sit, tunc apud tres inter magistratus seniores usque ad latam sententiam deponatur: ac si animus mal est de quo ambigitur, lata sententia qui cecidit causa, magistratibus ipsis impendendum alimentorum restituat. Tribus uero diebus id iudicium absoluat. Mentis quilibet compos seruum suum honeste ipso usus, ducat quo uelit: ducat etiam amicorum necessario rum uel nomine, ut fugitiuum restituat in gratiam. Quod si quis aliquem ut seruum ductum ad libertatem uendicet, dimittat quidem qui duxit: qui uero ita adducit, si tres fideiussores dignos præbuerit, sic rite sit ereptus. Aliter si abduxerit uim intulisse uideatur: damnatusque duplum damni ei restituat, à quo abstulit. Libertum quoque suum unusquisque ducere possit, si ab eo non colitur, aut si non sufficienter colitur. Custus autem est, primum ut ter domini domum mensibus singulis ueniat: paratumque ostendat facere quicquid honestum possibileque sibi sit: deinde ut de matrimonio quicquid domino uidetur, faciat. Nec eliceat maioris sibi diuitias comparare quam ille possideat qui liberauit: sed quicquid plus habuerit, domino detur. Libertus autem sicut & peregrini, ultra uiginti annos in ciuitate non maneat: sed post id temporis, bonis suis acceptis abeat: nisi domino quondam

suo & magistratibus persuaserit. Si autem liberti & peregrini alicuius bona tertium cen-
 sum excellerint, trigesimo die postea quam hoc factum deprehensumue sit, rebus suis ac-
 ceptis recedat, nec ulla ipsi ulterius manendi facultas a magistratibus concedatur. Huic le-
 gi si quis non obtemperasse cōdemnatus fuerit, morte plectatur, & bona sua in publicum
 redigantur. Hac tribuum iudices cognoscant: nisi prius per uicinos, & arbitros, litigan-
 tes conciliati fuerint. Si quis animal aut rem aliam suam esse dicit, qui habet, ad eum refe-
 rat qui uel uendidit, uel legitime sufficienterq; donauit: uel quomodo cunq; aliter ualide
 firmiterq; tradidit: & ueritas si ad ciuē uel urbis incolam ille retulit, intra triginta dies in-
 ueniatur: si autem ad externos, mensibus quinque; quorum medius ille sit mensis in quo
 ab aestiuo sol circulo ad hyemalem recurrit. Quæcunq; emendo uendendoq; commutan-
 tur, in statuto fori loco permutentur, dando accipiēdoq; ultro citroq; rem & rei precium,
 illico, nec alicubi alibi. Nulla uero emptio uēditioq; ad terminum fiat. Quod si aliter aut
 in alijs locis permutatio facta fuerit, nullum sit secundū legem, de ipsa iudicium. Sed nec
 de collatione conuictioq; cum nonnulli ad aliquid inter se agendum, pecuniā uel quod-
 uis aliud conferant, iudicium reddatur. Venditor, qui precium rei uenditæ non minus q;
 triginta drachmas accepit, decem in ciuitate necessario dies expectet: nec diuersorū eius
 emptor ignoret. Id uero querelarum redditionumq; legitimarum gratia, quæ in his con-
 tingere solent, ita fieri uolumus. Redditio autem legitima a non legitima ita discernitur.
 Quando quis seruum uendidit phrenesi, uel calculo, uel stranguria, uel eo morbo quem
 sacrum appellant, aut alia quauis plurimis occulta & longa & ægre sanabili corporis siue
 mentis ægritudine laborantem, si medicus aut gymnasticus emit, reddere non liceat. Sed
 nec etiam quando uenditor emptori cuius ueritatem prædixerit. Si autem arufex aliquis
 huiusmodi rerum peritus, ignaro & rudi cuiquam tale aliquid uendidit, qui emit, citra sex
 menses in alijs, in morbo uero sacro usq; ad annum integrum reddere possit. Iudicium ue-
 ro harum rerum apud medicos agatur: quos communi consensu litigantes elegerint. Et
 qui cōdemnatus fuerit, duplum precij eius quo uendidit emptori persoluat. Quod si im-
 peritus imperto uēdidit, quemadmodum de superioribus dictū est, reddidit iudiciumq;
 fiat: & qui conuictus fuerit, simplex precium deferat. Quando quis homicidam uēdidit,
 si sciens quidem scienti, non reddatur: si nescienti, tunc reddatur, quādo fenerit emptor.
 Id uero iuniores de legum custodibus quinque cognoscant. Ac si nō ignorasse inuenietur,
 emptoris domum primo secundum legem interpretum a piaculis purget: deinde precij
 triplum illi deponat. Qui nummos pro nummis, aut quauis animalia, & cætera quæcun-
 que uelit, commutat, nec afferat nec accipiat adulteratum quicquam, legemq; istam dili-
 genter obseruet. Sed huic quoq; legi quemadmodum legibus alijs exordium præpona-
 tur. Adulterationem quidem, mendacium, deceptionemq; quasi genus unū putare oportet.
 In quo sane multorum damnandus est sermo: qui hoc ipso, quando cunq; opportune
 fit, recte se uti affirmant. Cumq; occasione ipsam ubi & quando non determinent, & sibi
 & alijs hoc uerbo multum officiant. Legis autem lator ita interminatum istud non omit-
 tet: sed diligenter pluribus paucioribusue terminis declarabit. Atqui & nunc ita determi-
 netur. Nemo dijs inuocatis mendaciū dicat, aut decipiat, aut adulterare uerbo, uel re quic-
 quam audeat, nisi deo uelit odio esse. Cui quidem primum odio est, qui falso iurans, deos
 parupendit. Deinde qui coram maioribus se mentitur. Maiores uero alijs præstant: ut se-
 niores communiter iunioribus: parentes natis: uiri mulieribus atq; pueris: principes sub-
 ditis. Quos reuereri par est, cum in omni principatu, tum uel maxime in ciuili: cuius gra-
 tia in hunc sermonem incidimus. Quicunq; enim aliquid in foro adulterat, mentitur cer-
 te ac decipit, dijsq; aduocatis aduersus rerū uenaliū curatores eorumq; iura peferat. qua
 certe in re nec homines ueretur, nec deos colit. Aequum profecto est nomina deorū non
 facile inquinare, nec ea huc atq; illuc deuoluere: sed omnia quæ ad deos pertinent, pure ca-
 stisq; seruare. Qui his rationibus non persuadetur, hac lege urgeatur. Qui uendit in foro
 aliquid, nunquā suæ rei uenalis duo præcia dicat. Sed cum simplex imposuerit precium,
 si non uendiderit, referat iterum, & eadem die nec maius, nec minus precium petat. Laus
 autem rei uenalis & iuramentū longe absit. Eum uero qui hanc legem transgreditur, qui
 libet cuius non pauciores quam triginta natus annos, cum iurantem audierit, impune uer-
 beribus cadat. Quod si non fecerit, legum proditor habeatur. Eum uero qui legi non ob-
 temperauerit

remperauerit, remq; adulteratam uendiderit: quicunq; aduerit potestq; arguat: & qui co-
 ram magistratibus redarguerit, seruus quidem aut inquilinus rem adulteratam secum as-
 portet. Cuius uero si accusare neglexerit, quasi dijs sustulerit, improbus habeatur: si accu-
 sauerit conuictusq; dijs qui foro præsumt, dedicerit. Fluius autem rei qui deprehensus fue-
 rit manifeste uenditor, non solum re ipsa priuetur: uerum etiam tot uerberibus publice ca-
 datur, quot drachmis uendebat, præconum uoce causa cur uerberetur, declarata. Sed uen-
 dentium omnem malitiam adulterationesq; ipsi rerum uenaliū curatores custodesq;
 legum ab hominibus harū rerum peritis diligenter inquirant: & in columna conscriptas
 in foro proponant, ut plane ex his pateat, quid oportet, & quid non, uendentes facere. De
 ædiliū uero legibus satis supra diximus. Et si quid deesse ædilijs legibus uideatur, ædi-
 les ipsi cum legum custodibus habito cōsilio suppleant: deinde in columna primas secun-
 dasq; institutiones inscribant. Post adulterationē sequitur ut de cauponatione dicamus:
 de qua consilium primo, & rationem dabimus: legem deinde ponemus. Cauponatio om-
 nms in ciuitate non nocendi gratia: sed contra omnino naturaliter adinuēta est. Quomo-
 do enim ille non profit, qui rem pecuniariam immoderatam & inæqualem, ad æqualita-
 tem modumq; redegit: Quod nummularius, mercator, mercenarius, & hospitalis diuer-
 sorij magister faciūt. hi enim cateriq; huiusmodi, siue honestiores, siue turpiores, indigen-
 tiam supplere, rebusq; aequalitatem præbere conantur. Sed consideremus quamnam huic
 rei causa calumniæ sit: & cur honesta non uideatur: ut & si non totum, attamen partem le-
 gibus ordinemus. CL. Res hæc, ut uidetur, nec exigua est, nec paruam uirtutem postulat.
 ATH. Quomodo dicis Clinia? Pauci admodum natura homines, & ij quidem optima e-
 ducatione præditi, quando egestate cupiditateq; rerum aliquarum afficiuntur, ita conti-
 nere se possunt, ut moderate te gerant: & cum liceat magnam pecuniam capere, modica
 contenti sint, mediocritatemq; excessui anteponant. Vulgus autem cōtra facit omnino.
 Immoderata enim cupit: & cum mediocriter lucrari liceat, inexplibili lucri cupiditate ue-
 xatur. Quo circa omnia genera hominum quæ in cauponatione, mercatura, diuersorioq;
 uersantur, calumniæ & opprobrio subiacent. Nam si quis, quod absit, neq; fiat unquam:
 modo cogeret (dicam enim etsi dictū ridiculum est) si quis inquā cogeret optimos ubiq;
 uiros ad aliquod tempus diuersorij præesse, aut cauponari, aut huiusmodi aliquid face-
 re, mulieres quoq; sanctissimas aliqua fati necessitate ad hæc similiter descendere: cogno-
 sceremus plane honesta & approbanda hæc omnia esse. Quippe nisi corrupte fierent: ma-
 trum nutrimentumq; personam gerere non iniuria qui hæc faciunt, putaretur. Nunc uero in
 desertis locis ad quæ multæ longæq; ducunt uia, cauponandi gratia domos ædificant:
 optato diuersorio tempestate pulsos suscipiunt & caloribus pressos recreant: deinde non
 tanquam amicos hospitalibus muneribus donatos remittunt: sed ut inimicos atq; capti-
 uos crudeliter se redimere cogunt: rebusq; omnibus spoliant. Hæc autem cæteraq; huius-
 modi in his omnibus turpiter acta, faciunt ut huiusmodi studia quæ indigentibus opem
 ferunt: caluniæ sint subiecta. Quorum remedium a latore legum excogitandum est. Re-
 ste igitur iam olim trito proverbio dicitur: Arduum esse aduersus duo cōtrariæq; pugna-
 re. Quemadmodum in multis alijs morbis, & in isto contingit. Pugna enim nunc nobis
 ad duo imminet: diuitias atq; egestatem: quorum alterum hominum animū delitijs, mol-
 litieq; corrumpit: alterum doloribus ad impudentiam trudit. Quod igitur remedium in
 ciuitate prudenter instituta ad pellendum hunc morbum excogitabimus: Danda est ope-
 ra primum, ut quàm minimo pro uiribus cauponum genere in ciuitate utamur. Deinde
 his hominibus cauponandi artes commendandæ sunt, quibus corruptis non magnum
 ciuitas detrimentum incurrat. Tertio inuenienda uia & ratio est, ne facile impudentia at-
 que illiberalitate illorum hominum animi repleantur. His dictis hæc Magnesiæ sibus lex
 de huiusmodi rebus bona fortuna feratur: quorū urbē deus erigēs colit iterū facit. Nullus
 eorum qui de quadraginta & quinque milibus domorū sunt, caupo mercatorq; nec spon-
 te nec inuitus fiat: nec priuati cuiusquam fiat minister, qui non ex æquo in eadē sorte sibi
 respondeat, nisi patris ac matris, aliorumq; genere maiorum, caterorumq; seniorum, qui
 liberi sunt & libere uiuunt. Liberum uero & non liberum, non facile potest legibus ex-
 quisite distingui. Discernatur tamen ab optimatibus: ac odio & amore ipsorum diiudice-
 tur. Eum uero qui illiberali cauponationi in aliqua arte operā dederit, uolens quilibet ad

Proverbiū
 Arduū aduer-
 sus duo pug-
 gnare

optimates, uirtuteq; primos quasi generi suo dedecori sit accuset. Et si paternam domum indigno studio maculasse deprehendatur, ab hoc opere uinculis annuis arceatur. Qui si iterum lapsus fuerit, biennium uinciatur. Ac deinceps quoties peccasse deprehenditur, duplo tēpore semper detineatur. Altera lex iubet, ut peregrini duntaxat, & aduenæ cauponarias artes sequantur. Tertia lex cauendum monet, ut peregrinus ille uel incolæ, aut quam optimus, aut quam minime malus sit. Nec ignorare legum custodes debent, non solum obseruatores illorum se esse, quos ab iniquitate prauitateq; amouere difficile non est, qui bene nati educatiq; sunt: uerum etiam illorum multo magis, qui tales non sunt, & in artibus his uersantur, quibus ad improbitatem facilius impelluntur. Cum uero cauponatio multiplex atq; uaria sit, cum peritis singulorum etus generum custodes legum conueniant: & ut paulo ante de adulteratione huic affini dicebamus, quæ necessaria ciuitati uidebuntur, ei fieri primo constituant. Deinde impendio & emolumento diligenter examinato, quid mediocri cauponi lucrum sit, uideant: & tam impendium quam emolumentum conscribant. Obseruentur autem alia ab ædilibus: alia à rerum uenialium curatoribus, alia ab agri magistratibus. sic ferme cauponandi artes singulis proderunt: & minime oberrunt. Siquis non uideatur pacta seruasse, nisi lex aut decretum prohibeat, aut necessitas & uis illata coegerit, aut inopinatus casus inuitum detinuerit: in alijs non seruati causam pacti, tribuunt iudices cognoscant; nisi uicini aut arbitri prius reconciliauerint. Vulcano & Palladi opificum genus qui uitam nobis suis artibus instruxerūt, consecratū est. Marti uero & Palladi genus eorum qui artificum opera cæteris quibusdam ad tutandum auxiliandumq; paratis conseruant artibus. Nec ab re horū genus his dijs est consecratum. Hi enim omnes regionem populumq; curant. Alij quippe bellicis certaminibus præstant. Alij stipendiaria opera instrumentaq; efficiūt. Hi profecto deos autores ueritū neminem mendacio decipere debent. Si autem artificum aliquis in tempore statuto opus per malitiam non absoluerit, ac deum uitæ datorem cæcitate quadā animi ignoscere sibi tanquam domesticum suum aliquem arbitrat, ipsum minime uereatur; primum deo ipsi pœnas dabit; deinde hac lege reus factus, operis quod in tempore nō fecit, mercedem persoluat; ac ab initio rursus in eodem spatio temporis opus gratis efficiat. Sed quod uenditori de rerum uenialium precio lex consuluit, id ipsum opifici quoq; cōsultat. Cauet ergo ne plurijs q̄ æquum est, ipse suum liceatur opus: sed quam simplicissime, & ut dignum est, licitatio fiat. Non enim ignorat opifex quo precio dignum opus suum sit. Nec debet in libera ciuitate artifex arte ipsa quæ aperta res est, & à mendacio longe remota, rudes decipere. In his igitur iniuriā patienti aduersus facientem iudicium reddatur. Siquis opifici mercedem secundum pacta non dederit: sed louem ciuitatis tutorem. Mineruamq; huius rei participem neglexerit, & paruo lucro motus magnam hominum societatem pro uirili parte dissoluerit, lex una cum deorum auxilio ciuitatis unioni patrocinetur. Qui pauperis accepti mercedem tempore quo pactus est non obtulerit, duplum reddat: ac si annus præterierit, quamuis pecuniæ acceptæ mutuo sine usura reddi debeant, hic tamē pro singulis drachmis singulas sextas drachmæ partes mensibus singulis dato. Harum rerū causas tribuunt iudices cognoscant. Verum quoniam de opificibus mentionem fecimus, & imperatores cæteriq; bellorum artifices, modo quodam opifices sunt, non alienum est, ut de his quoq; dicamus. Si ergo quispiam horum opus aliquod publicum, siue sponte, seu iussus susceperit, recteq; quod coepit absoluerit, iuste huic lex honores qui bellicosis uiris præmia sunt, ita reddet ut laudare nunquam desinat. Sin autem ei qui rem bellicam bene gesserit nihil reddiur, iuste cōqueretur. Itaque lex quædam de his cum laude mixta, quæ non cogat quidem, sed consulat multitudini ciuium, ponatur. Honorentur boni uiri, qui aut fortitudine aut bellica quadam peritia, ciuitatem totam seruauerint: & maximū honores illis primo tribuantur, qui bonorum legum conditorum leges præcipue coluerunt. Jam igitur de pactis quæ maxima homines inter se tractant, præterquam de orbis atq; tutoribus, fere iam dictum est: de quibus nunc necessario est dicendum. Horum omnium initium est, eorū quidem qui mortui sunt, ut libuit, testandi cupiditas: eorum uero qui nihil testati sunt, fortuna. Ob id autē necessaria rō dicendum ò Clinia dixi, quoniam huius rei difficultatem considerabam. Nec enim possibile est absq; ordine id relinquere. Nam multa singuli diuersaq; & inter se ac legib. & uiuentū moribus maioribusq; suis contraria

Opificum dij

contraria prope testabuntur, si quis statuet, quòd cunq; testamentum in fine uitæ conditum fuerit, id omnino fore inuolatum. Stulta enim, & abiecta quadam morositate ferme omnes premuntur, quando morituros se iam arbitrantur. CLIN. Quomodo id ais hospes? ATHEN. Difficilis quædam res est ò Clinia homo iam moriturus, hisq; uerbis frequentissime utitur, quæ legumlatores terrent atque fatigant. CLIN. Quomodo istud? ATHEN. Nempe cum uelit suorum omnium esse dominus, hæc solet, & quidem cum ira dicere. CLIN. Quanam? ATHEN. Graue inquit est nimium ò dij, si mea mihi non licetbit cuiuscunq; uolo relinquere: & alijs plura, alijs pauciora, prout erga me boni mali ueliquido inuēti sunt, tum in morbo, tum in senio, tum in alijs fortunis meis sufficienter comprobati. CLIN. An non recte hospes tibi loqui uidentur? ATHEN. Prisci legumlatores ò Clinia molles fuisse mihi uidentur, & ad minimum quid humanarum rerum in feren-dis legibus respexisse. CLIN. Quoniam pacto? ATHEN. Illis morituri hominis uerbis ò optime uir commoti legem illam scripserunt: per quam licet cuiq; utcunq; uelit simpliciter sua disponere. Ego autem & tu in ciuitate tua morituris commodius respondebimus. CLIN. Quomodo? ATHEN. O amici, dicemus, ac breui proculdubio morituri, difficile uobis est res uestras atq; etiam uos ipsos secundum Delphicum epigramma cognoscere. Ego qui leges condo nec uos uestros esse arbitror: nec rem familiarem hanc omnem esse uestram: sed totius uestri generis præteriti atq; futuri: multoq; magis uniuersæ ciuitatis & genus omne & diuitias esse. Hæc cum ita sint, si quis assentatiunculis in morbo & senio uos aggressus, præter honestum, testamentum condere persuaferit, nunquam id fieri sponte concedam: sed quòd ciuitati uniuersæ generiq; conserat considerans, ita leges conscribam, ut singulorum comoda minoris quam cunctorū ut par est, æstimem. Vos igitur mites atq; beneuoli nobis ite modo, quò naturæ humanæ uos necessitas uocat. Nobis autem reliqua uestra curæ erunt, qui non alijs magis quam alijs rebus studemus: sed omnium æquè pro uiribus curam gerimus. Hæc in proœmio solamina & uiuentium & morientium ò Clinia sint. Lex autem sit ista: Qui liberos habet, & testamentum conseribit, primo hæredem de filijs unum, quem dignum putauerit, constituat. Deinde quem cunque aliorum adoptandum alijs dederit, conscribat. Et si filiorum aliquis superest, nulla hæreditate munitus, quem secundum legem in coloniam sperat profecturum, huic liceat patri de alia pecuniā quantum uelit legare, paterna sorte semper excepta, & omnibus quæ ad illam pertinent. Quod si plures sint, eis pater quæcunq; ultra sortem sunt, ut uelit distribuat. Ac si alicui eorum iam domus est, ei pecunias non tribuat: neque filia si militer quæ uiro sit desponsata: si desponsata non fuerit, tribuat. Et si filiorum filiarūue alicui fors aliqua in regione post conditum testamentum aduenerit, testatoris ipsius hæredi relinquatur. Si autem non filios sed filias habet, qui testatur cuius filia uelit uirum hæredem sibi ac filium fore conscribet. Et si alicuius filius siue naturalis, siue adoptiuus, antequam togam uirilem assumat, decesserit: has etiam fortunas suas testator significet, & quæ uelit loco illius melioribus auspicijs filium sibi fore, declaret. Siquis absq; liberis omnino testamentum condit, decimam partem fundi ultra sortem acq; uiliti leget cuiuscunq; que ciui uoluerit. Cætera omnia futuro per adoptionem filio, benigne, sine querela & secundum legem tribuat. Sicut liberi tutoribus indigent: & idem moriens testamento tutores quoscunq; & quoruscunq; uelit constituerit, qui tutandi officium suscipere uelint, ita fiat sicut descripserat. Sin uero uel intestatus naturæ concesserit, uel tutores non conscripserit, qui genere proximi sunt, duo ex parte patris, duoq; ex parte matris, atq; unus ex mortui amicis, tutelam suscipiant. Quos legum custodes indigentibus pupillis statuere debent. Nam quindecim ipsorum cæteris seniores, orphanorum omnium quinquennio curam sic habere uolumus, ut terni pro dignitate singulis annis curent: & exactio quinquennio similiter quindecim alios, atq; id pro uiribus nunquam deficiat. Siquis autem nihil testatus decesserit, filiosq; tutela egentes reliquerit, iisdem legibus eis provideatur. Qui uero inopinata fortuna decesserit, filiasq; reliquerit, latori legum ueniam concedat si ad duo de tribus respiciens eius filias collocet: ad propinquitatem uidelicet generis, sortemq; seruandam. Tertium autem quod paterni officij est, ut moribus ciuium diligenter consideratis, idoneum & sibi filium, & filia sponsum deligat: id quoniam impossibile

FF. 3. consideratu

consideratu est, prætermittat. Lex igitur pro uiribus hac de re, huiusmodi sit. Siquis ex in-
testato mortuus filias reliquerit, frater eius ex patre aut ex matre, si absq; sorte sit, mortui
filiam, & sortem suscipiat. Quod si frater non extat, eius filius, nisi ætas obstat, accipiat.
Tertius sororis filius, si nullus illorum extat. Quartus patris frater. Quintus filius eius.
Sextus sororis paternæ filius. Et similiter per fratres consobrinosq; generis semper pro-
pinquitate seruata, si filias reliquit ita procedatur, ut in eodem genere mares fœminis an-
teponantur. Conuenientiam uero ætatis ad nuptias & contra, iudex nudos omnino ma-
res, nudas quoq; ad pubem usq; fœminas conspiciens iudicet. At si ad fratrum usque a-
uorumq; filios, cognatorum penuria sit, quemcunque ciuium sponte puella cum tuto-
rum consilio deliget, is si uoluerit, eam in uxorem atque insuper hæreditatem accipiat.
Quod si magna in penuria illorum qui urbem habitant, aliquem in coloniam missum
puella hæredem facere sui patris optauerit, is si ex eodem genere fuerit, hæreditatem se-
cundum legem adeat: sin uero ciuis quidem, sed non ex genere sit, ducat eam si uoluerit,
secundum tutorem puellæq; electionem; & hæreditatem domum reuersus adeat. Si quis
absque liberis omnino, masculis fœminisq; ex intestato decesserit, cætera quidem secun-
dum superiorem legem agantur. Mas uero, & fœmina ex eodem genere tanquam con-
sortes, desertam domum ingrediantur: quibus fors propriè competat. Prima soror; dein-
de fratris filia. Sororis filia, tertia. Quarta, paterna soror. Paterni fratris filia quinta. Sex-
ta paternæ sororis filia. Hæc cum illis, ut fas est, qui genere proximi sunt, uiræ agent: quem
admodum in superioribus sanximus. Sed ne fugiat nos quàm graue sit earum legum im-
perium, quibus genere propinquam ducere uxorem iubemus. Quippe qui huiusmodi
legem fert, minime considerare uidetur, quàm plurima impedimenta reperiri posse:
quæ faciant, ne quis his præceptis uelit obtemperare. Multi etiam quiduis potius perpe-
tuolent, quàm ducant, nubant uel illi: cuius uel corpus ægrotum, mancu me sit, uel insa-
nus animus. In his ergo legum lator forte nihil pensi habuisse uidebitur. Et profectio in
plerisque non recte ita uidebitur. Quare tam pro conditore legum quàm pro subiectis
commune huiusmodi sit exordium. Veniam dare legum latori hi quibus leges ponun-
tur, debent: quoniam publicis gubernandis incumbens, nunquam poterit priuatis quor-
que calamitatibus simul consulere. Subiectis præterea ignoscendum: si legislatoris ea non
nunq; præcepta complecti nequeant, quæ singularum calamitatum ignarus conscripsit.
CLINIA. Quid igitur hospes hac in re agere decet? A THENIENSIS. Arbitri, ô Clinia
qui legibus his cives concilient eligendi sunt. CLINIA. Quomodo id dicis? A THEN.
Nonnunquam diues aliquis iuuenis, delictijs deditus, & ad maiores nuptias inhians, pa-
trui auunculuæ filiam aspernatur. Nonnunquam calamitate maxima puellæ seu corpo-
ris siue animi coactus, legi illi non obtemperat, qua ad insana connubia inuitus trahitur:
quibus implicitus uiuere nolle. Quare nobis hæc lex de istis sanciat. Si qui testamenti
aut nuptiaru aliorumq; gratia de legibus queratur, asserantq; legislatorem si uiueret mini-
me impulsurum hanc ducere uel huic nubere, & propinquus aliquis seu tutor legislatorem
affirmet orphanis tutandis conciliandisq; tanquam arbitros & parentes quindecim de le-
gum custodibus reliquisse, ad hos ipsos litigantes confugiant: eorumq; iudicij pareant.
Quod si alicui maiora legum custodes urgere uideatur, rem ad electissimum iudiciu de-
ferat, ex parteq; sententiam, & qui damnatus est, infamia notetur, quod pecuniaru multa-
rum multa apud eum qui sapit longe maius supplicium est. Sequitur post hæc quasi se-
cunda quædam orphanorum procreatio. Est autem post primæ, educatio disciplinaq;, de
qua dictum est: post secundâ uero operam dare debemus, ut priuati parentibus quàm mi-
nime miserabili calamitate premantur. Legum ergo custodes quatuor alteros istorum paren-
tes, primis non peiores constituimus, et per singulos annos quasi suis prouidere iubemus.
Sed in primis de orphanoru educatione tam pro legum custodibus quàm pro tutoribus
ita exordiamur. Opportune uidemur in superioribus narraisse defunctorum animas uim
quandam habere, qua de rebus humanis curam habent. Id uerum quidem, sed longa ora-
tione approbat. Quamobrem & alijs tritis antiquisq; de hac re sermonibus, & legum
latoribus sic se habere ista sancientibus credere debent: nisi omnino demetes sint. Cum ue-
ro hæc ita natura sint, primum deos maxime superos timeant, qui de puerorum desolatio-
ne

ne procurant: deinde etiam mortuorum manes, quibus natura inest, ut præcipua illorum
cura teneantur, qui ab eis geniti sunt, adeo ut honorantibus eos propitij, contemnentibus
infensi sint. Præterea seniorum uiuentium animos, qui maximis in ciuitate felici fun-
guntur honoribus. Quos filij nepotesq; dum colunt, iucundissime uiuunt. Hæc acute hæc
audiunt: & acute perspiciunt: eisq; qui iuste orphanos tractant, beneuoli sunt: Illis autem
maxime indignantur: qui contumeliji parentibus orbos afficiunt. Orphanos quippe ma-
ximum sacratissimumque depositum putant. His omnibus tutor & magistratus com-
monitus, mentem si quam habet, ad hanc rem adhibebit: ac de disciplina educatione que
orphanorum ita prouidebit pro uiribus: ut sibi & suis prouidere uideatur. Quicumque
hoc ante legem exordio persuasus ab omni in orphanos contumelia se continebit, iram
legum effugiet. At qui præfationem hanc aspernatus, aliquem patre aut matre priua-
tum iniurijs afficit, damnum duplum restituat, ac si quem parentes ambos habentem
læserit. Sed leges quæ sequuntur, tutoribus prout erga orphanos se gerant, magistrati-
bus prout de cura tutorum inquirant, conscribimus. Si ergo educationis liberorum ipsi
propria & distincta quadam haberent exempla: ac ipsos educantes, de rebus suis aliter
prouiderent, leges que de istis mediocriter distinctas haberent: non absque causa tutoris
leges, quoniam multum ab illis differrent, seorsum ederemus: alijs studijs orphanorum
uitam, alijs non orphanorum munientem. Nunc uero ad hæc uniuersa, orbitas eiusque
cura non multum differt, quantum ad leges attinet, à gubernatione paterna: sed hono-
re, contemptu, cura exæquari minime solet. Quapropter lex consolando minandoque
orphanorum curæ studet. Neque ab re fuerit, si hunc in modum minemur. Qui fœmi-
nam maræm ue tutatur, & qui de legum custodibus tutorem obseruare constitutus est,
non minus orphanos quàm si genuissent eos, diligat, neque res illorum peius quàm suas
gubernet, immo etiam affectu animi melius. Vnam uero hanc legem semper in animo
habentes tutelam peragant. Siquis huic legi derogauerit, tutor quidem à magistratu con-
demnetur: Magistratus autem ad electorum iudicium à tutore uocatus, duplo damno
afficiatur. Id damnum sententia iudicij æstimetur. Quod si tutor negligere aut malitio-
se agere propinquus aut cæterorum ciuium alicui uidebitur, in idem iudicium addu-
ctus, quadruplum damni restituat: cuius pars altera puero, accusatori altera deferatur.
Postquam uero ad pubertatem orphanus uenit, si male secum egisse tutorem duxerit, ad
quinquennium usque ab exacta tutela in tutorem sibi agere liceat. Et si tutor quispiam
condemnabitur, quid pati daræue debeat, à iudicibus decernatur. Si magistratum alicui
quis per negligentiam obfuisse orphano uideatur: quid ipsi restituendum sit, iudices sta-
tuant. Sin uero etiam per iniuriam, non solum damnum restituat, uerum etiam magistra-
tu legis custodum priuetur: & alius pro eo ciuitati regioniq; à populo confestim cree-
tur. Solent patrum aduersus filios quæræ læ fieri, filiorum quoque in parentes, maiores
quàm deceat: quarum causa patres scribi oportere à legislatore forte putent, liceat sibi
si uelint publico præconio filium abdicare, ne amplius secundum legem filius sit: & filijs
parentes morbis uel senio turpiter affectos liceat amentia accusare. Hæc omnia ubi pes-
simi omnino mores hominum sunt, accidere solent. Nam si dimidium solum, esset ma-
lum, ut si parentes mali uel filij solum essent, tam grauium inimicitiarum calamitates non
euenirent. Profectio in alia quauis republica abdicatus filius, non necessario ciuitate pri-
uatur. In ea uero quæ his legibus gubernabitur, alio abire patre priuatum necesse est.
Quippe cum ad quadraginta & quinque mille domos nulla possit accedere. Quapro-
pter oportet filium iure abdicandum non à patre solo: sed à genere uniuerso depelli.
Itaque in rebus huiusmodi tali quadam lege agendum. Quando aliquis infelici indigna-
tione commotus, siue iure seu iniuria irascatur, quem genuit educauitq; à cognatione sua
cupit rejicere, non liceat leuiter subitoque id facere: sed primum genere sibi propinquos
usque ad patruales, propinquos item filio ex parte matris conuocet. Apud quos accu-
set filium, ostendatque dignum esse qui à propinquis suis omnibus depellatur. Deinde
filio quoque causam dicendi potestatem concedat: quod uidelicet talis non sit, ut
rejici debeat. Postremo suffragia præter parentes & filium ipsum propinqui omnes
tam uiri quàm mulieres conferant, nisi ætas impedimento sit. Et si plura quàm dimidia

partis suffragia patri suffragantur, liceat ei filium abdicare; aliter minime. Si quis autem ei uium, abdicatum ad optare uoluerit, nulla id lege uetetur. Iuuenem enim mores sapientes uarietate mutantur. Ac si nemo citra decennium, reiectum filium coniungere sibi ad optione uoluerit, curatores prolis supra modum adaucti, quam constitutum transmissis colonis amputari, de his quoque prouideant, ut eiusdem coloniae participes congrue fiant. Si quis morbo, aut senio, aut morum acerbitate, aut his omnibus magis quam alij exagitat in demeritiam incidat, lateatque id omnes praeter domesticos: ille uero tanquam dominus rem familiarem dissipet: & filius dementiae patrem accusare formidet: lex ita fieri iubeat. primo quidem filius ad seniores legum custodes profectus calamitatem patris enarret, qui re factis inspecta, accusandus necne pater sit, consulant. deinde si accusandum decreuerint, testes simul & adiutores sint accusanti. Et si pater damnabitur: nec minus quidem de rebus suis in posterum disponere queat: nec tanquam pater familias amplius, sed quasi filius ac puer domum habitet. Si uir & uxor propter morum acerbicatem inuicem non conueniant, decem uiri de legum custodibus qui medij sint, & decem mulieres de curatricibus connubiorum prouideant. Quorum sententia si ita conciliati fuerint, ualida & stabilis habeatur. Si autem illorum animi uehementius etiam iracundia fluctent, facta diuortio, illos pro uiribus quaerant, qui utriusque conueniant. Videntur autem in eiusmodi hominibus acerbiores natura mores inesse. Quare maturiora mitioraque ingenia istis accommodanda sunt: & quicumque sine filijs sunt, aut paucos procreauerunt, dissentiuuntque, procreandorum liberorum causa coniugium rursus quaerere compellendi. Quod si filios non paucos habent, atque dissentiuunt, senectutis mutuo curanda gratia diuortio facto, aliud coniugium ineant. Si mulier liberis maribus foeminisque relicta mortua est, lex uirum non cogat quidem, sed persuadeat, filios suos educare adducta uerba. at si defuncta uxor filios non reliquerit, duci alteram cogat, ex qua tum familiae suae, tum ciuitati quantum satis sit, prolem procreet. Si uir sufficientes reliquit filios, mater ipsos uidua educato. Quod si iunior esse uideatur, quam ut sana sine uiro uiuere possit, propter quod eius cum mulieribus connubiorum curatricibus consilio habito, quod sibi illis uidebitur, id exequantur. Si uero liberis egeant, liberorum quoque gratia ducant nubantue. Liberorum autem sufficiens numerus, mas & foemina secundum legem. Quoties utriusque conceditur, natos pueros eorum filios esse qui sibi eos uendicant, sed res iudicio eger, utrum parentum potius sequi natus debeat, sic agatur. Serua si seruo aut libero aut liberto coniuncta peperit, seruae domino natus datur: si uero ex seruo libera peperit, serui dominus, nati similiter dominus esto. Quod si quispiam ex serua sua natum susceperit, aut quaequam ex seruo peperit proprio, idque pateat, natum quidem ex serua & libero mulieres in aliam regionem cum patre simul emittant. Natum uero ex libera & seruo legum custodes una cum matre extra fines expellant. Parentes negligere, nec deus, nec homo mentis compos alicuiquam consulat. Sed quod de cultu deorum ignorare non oportet, id recte dictum ad honorandos parentes procerum erit. Leges de dijs antiquae apud omnes dupliciter positae sunt. Nempe alios deorum cernentes, eos ipsos quos cernimus, colimus. Alios uero non uidemus quidem, sed eorum imagines fabricamus, easque licet inanimas dum honoramus deos ipsos uiuentes existimamus ob id maxime nobis gratos & propitios fore. Cuius ergo pater, aut mater, uel horum parentes senio confecti quasi thesaurus quidam domi facient: is putet nunquam aliud sibi tale simulacrum magisque efficax domui suae affuturum: si recte, ut decet, ab eo colitur. CLIN. Quisnam rectus colendi modus? ATHEN. Dicam. Digna enim o amici haec auditu sunt. CLIN. Age igitur dic. ATHEN. Oedipus contemptus a filijs ea illis imprecatus est, quae exaudita effectaque a dijs apud omnes feruntur. Amyntora quoque Phoenici filio irati, illi maledixisse ferunt: & Hippolyto Thesea plurimosque alios alios. Quibus apertissimum factum est, a dijs preces parentum aduersus filios exaudiri. Nihil enim imprecatione parentis non iniuria perniciosius filio. Nemo uero cum pater aut mater ab eo contemnitur, tunc solum a deo putet orationes eorum secundum naturam exaudiri: sed cum etiam honoratur: ac ideo cum letiores bona liberis a dijs petunt, exaudiri eos similiter existimare debemus, atque ideo nobis aequa inde distribui. Nam aliter in bonis distribuendis iusti non essent: quod longe a dijs abesse necesse est.

Quando & quomodo filius accusabit patrem

De diuortio

Preces parentum aduersus liberos sapienter audiri

esse est. CLIN. Certe. ATHEN. Quapropter existimandum est, ut paulo ante diximus, nullum apud deos magis honorandum simulacrum habere nos posse quam patres & a uos senio confectos matresque similiter. Quibus honoratis deus gaudet. alioquin eos minime exaudiret. Mirabilis enim parentum simulacrum nobis quam inanimes quaeque imagines uideri debet: Nam quae animam habent, quando coluntur a nobis, pro nobis orant fauentque, quotidie, quando despiciuntur, contra quae uero anima carent, neutrum horum faciunt. Quocirca qui erga parentes & auos ceterosque huiusmodi recte se gerit, is ad deos sibi conciliandos simulacrorum omnium optima possidet. CLIN. Praclare dixisti. ATHEN. Omnes igitur non insani uerentur coluntque parentum orationes, non ignorantes multis sapienter profuisse obfuisseque. Cum haec ita natura constituta sint: probis quidem uiris seniores parentes pro magno quaestu habentur, si ad senium usque peruenierint. sin uero iuniores decesserint, ualde desiderantur. Improbis autem contra ualde terribiles sunt. Quapropter quilibet rationibus his inducitur, parentes suos secundum legem honoret. Si quis uero surdus ad haec exordia sit, hanc legem recte statutam audiat. Si quis in hac ciuitate minus quam decet parentes colat, nec magis eos quam filios nepotesque & seipsum diligat, praeter ceteris eorum uoluntati in omnibus obsequens, qui ita negligitur per se uel per alium ad tres de legum custodibus seniores rem deferat: & ad tres similiter de connubiorum procuratoribus: qui re inuestigata, in eos qui iniuriam intulerunt, animaduertant. In uiros quidem si trigessimum annum non excesserint, & in mulieres si quadragessimum, uinculis atque uerberibus. Si autem prouectiores aetate quam diximus sint: neque desinant negligere: imo eos etiam affligant, ad iudicium ire compellantur. Iudicent autem ciues, qui aetate ceteros omnes maxime antecedunt: & condemnatus soluat patiturue, quod a iudicio statuerit: ita ut nihil praetermittatur, quod dare hominum aliquis patri uel possit. Si quis uero cum afflicti sit, deferre non potest, quicumque liber audierit, magistratibus nunciet: aut improbus habeatur, & a uolente quolibet damni illati accusetur. Si autem seruus detulerit, liber esto. Quod si affligentis uel afflicti seruus sit, in libertate a magistratibus uendicetur: sin autem alicuius alterius cuius seruus fuerit, precium domino publice persoluatur. Curae uero magistratibus sit, nequis ei qui detulerit, noceat. Quae ueneno alijs ab alio fiunt, letalia quidem diuisa sunt. Cetera uero siue potu, siue cibo, siue inunctione sponte & consilio peragantur, nondum distinximus. Bipertito enim generi humano uenena officunt. Primo enim, ut modo diximus, corporibus corpora secundum naturam laeduntur: deinde magicis ueneficis & cantibus nodisque quibusdam persuadetur, his quidem qui officere student, posse id assequi: his uero facile admodum ab illis ueneficio laedi posse. Haec uero ceteraque huiusmodi quo pacto natura se habeant, nec facile sciri possunt: nec si quis sciat, alijs persuaderi. Sed animis hominum circa haec agere suspiciosaque inter se affectis, haud admodum dignum est conari persuadere: ut si cerea simulacra siue in ianuis siue in truiuo siue in monumentis parentum uiderint, haec omnino despiciant, cum certam de his opinionem nullam habeant. Quare bipertito legem de ueneficio partientes, primum hortamur, monemus atque consulimus, ne talia faciant: ne multos quasi pueros terreat: nec legum latorum & iudicem cogant huiusmodi hominum timori mederi. Quippe qui ueneno nocere nititur, si corporibus id illaturus est, nisi medicinae peritus sit, quid agat, ignorat. Similiter qui magicis cantibus id tentat: nisi aruspex, monstrorumque interpret sit. Sed iam lex ista de uenenis huiusmodi sancitur. Qui non ad mortem hominis, sed pecorum aut examinum, ueneno utitur, siue etiam ut aliter quam morte bestiarum noceat, si medicus sit, & ueneficij reus fuerit iudicatus, morte supplicium luat. sin uero medicinae ignarus, iudicium quid pati dare uel ipsum oportet, constituat. Quando uero quis nodis, inductionibus, cantibus, similibusque ueneficis ad nocendum paratus deprehensus est, si aruspex aut prodigiorum interpret sit, occidatur. sin uero non fuerit, iudicium de ipso similiter quid dare patitur debeat, statuatur: Qui clam aut uel nocuit, magna reddat, si in magnis nocuit: minora, si in minoribus: & in omnibus tantum reddat, ut damnum exaequetur. Praeterea in singulis iniurijs ut penitus moderator fiat, multa afficiatur: leuiore quidem, si propter iuuentutis imprudentiam, aliena malitia fuit impulsus: grauiore autem si dementia sua, aut immoderatis uoluptatibus, & doloribus, aut timore, aut inuidia, aut iracundia insanabilis. Poenis uero maligni uexantur, non quia peccauerunt, nam quod factum est, infectum esse non potest: sed ut posthac

Cur poenis maligni uexantur

post hac & peccatores ipsi, & qui puniri iniquitates uiderunt, in iustitiam oderint, aut fatem minus in simili uitio peccent. Quorum omnium gratia oportet ut ad hanc leges respiciant, & boni sagittarij similes ad hoc signum tendant, punitionis magnitudinem in singulis, & quod dignum est, considerantes. Id ipsum iudicem legumlatoris ministrum facere decet: cum à lege sibi committitur, ut ipse statuatur, quid dare patiue damnatum oporteat. Qui sane non aliter quod reliquum est, superiora imitatus exequi debet, quam pictor ita pingere ut exemplaria diligenter sequatur. Quod nobis ò Clintia Megillee faciendum est, pulcherrime atq; optime censeo: & poenas tam eorum quae furto & clam, quam eorum quae ui aguntur, quales esse oporteat, dicendum, prout dii nobis deorumq; filij leges ponere concedunt. Nemo furiosus palam in urbe cernatur: sed furiosum propinqui domi quomodo cunq; possunt custodiant. Quod nisi fecerint, mulcentur: qui maximus census sunt, drachmis centum, siue seruum seu liberum minus diligenter custodiant. Qui secundum di, quatuor de quinque minae partibus: qui tertij tribus: & duabus qui quarti. Multis autem modis homines furore aguntur. Alij morbo, ut hi de quibus modo diximus. Alij per iracundiam prauae naturae uitiosamq; educationem: qui paruis inimicitijs moti altius inclamant: & turpiter inter se conuiciantur. Nihil uero tale in ciuitate bonis legibus instituta, fieri decet. De conuicio igitur haec una omnibus lex ponatur. Nemo alicui conuicietur. Sed quicumq; cum alio de re quapiam ambigit, discat potius doceatq; tam ambigentem quam praesentem, ita ut omni conuicio prius abstinere. Cum enim sibi inuicem uerbis turpibus maledicunt, muliebres habentur: & in primis ex uerbis, quae certe leuissima res est, odia grauissima & inimicitiae saepe nascuntur. Professio qui irae rei penitus ingratae morem gerit, ipsamq; quasi alimentis quibusdam noxijs expletis quantum per disciplinam antea excultus fuerat, tantum exacerbatus postea iracundiam animae partem, efferatusq; difficilem sibi uiuendi reddit rationem, & hanc amaram ab ira gratiam suscipit. Ex his penae omnes ad id deuenire solent, ut ridiculum aliquid in aduersarium dicant: qua in re quicumq; se assuefacit, aut bonos mores penitus, aut magnanimitatem maxima ex parte amittit. Quamobrem nemo in templo obiurgationibus his unquam utatur: nec ubi publica sacrificia uel certamina peraguntur: nec in rerum uenaliu foro, nec in iudicio, aut alio quouis coetu communi. Eum uero qui in hoc deliquerit, magistratus harum rerum praesens libere puniat, quod si non fecerit, quasi legum proditor, praepceptorumq; legislatoris spreto, nunquam ad publici cuiusquam muneris certamen quasi de uirtute certaturus ascendat. Si quis autem alius in locis maledictio uel prouocatio uel respondendo utatur, quicumq; lenior praesens fuerit, pro legum defensione hunc uerberet: & eos qui ira alieno malo conuicati sunt, comprimat. Alioquin ut praediximus, puniatur. Neminem praeterea in his conuicijs dicacitatibusq; uersari arbitramur, qui non saepe ridiculose aliquid obloquatur. Atq; hoc ipsum est, quod damnamus: quando cum ira sit. Quid porro comicorum ne satyrorumq; sales & ridiculosa conuicia quibus aduersus ciues utuntur, si absque ira sic mordeant, admittemus? An id bifariam distinguemus, in iocosam & feriam orationem? Et ioco quidem uti liceat sic, ut ridiculum absq; ira dicatur: Concitato uero per iram animo, nemini, ut ante diximus, tale quid dicere liceat: Hoc igitur nullo modo admittendum. Cui uero liceat, & cui non, lege iam declarandum. Poetae comico uel iambicae nullae uel melodiae auctori nec uerbo nec imagine nec persona cuiquam ciuium detrahenda liceat, siue id ira siue absq; ira faciat. Et eum qui contra fecerit, qui dandis praemijs praesens, eodem in die exterminet: aliter tribus minis mulcentur, deo in cuius honorem certatum fuerat, consecrandis. Caeteris uero de quibus supra diximus, sine ira & cum ioco ridiculum aliquid dicere liceat: seruo autem & cum ira nequaquam. Cuius rei cognitio, communis iuuenum disciplinae curatori committatur. Et quod probauerit, proferre in medium licet: quod autem reprobauerit, hoc neq; ipse ulli unquam ostendat, neq; alium siue seruum siue liberum doceat. Si contra fecerit, prauus legumq; contemptor habeatur. Misericors autem, id est misericordia dignus existimandus est: non qui fame uel re alia huiusmodi praemium sed qui cum temperans sit, & uirtute alia uel parte uirtutis sit praeditus, calamitate tamen ad haec aliqua forte uexatur. Quare mirum profectio erit, si uir talis usque adeo neglectus fuerit: ut siue liber seu seruus in ciuitate moderate gubernata in extremam partem pertatem deueniat. Idcirco non iniuria legislator talem de hac re legem tuto ponere potest.

Nullus

Nullus in ciuitate nostra mendicus sit. Quicumq; uero id tentauerit: uictusq; inexplebilibus precibus colligere coeperit, à rerum uenaliu curatoribus è foro pellatur, ab edili magistratu ex urbe eijciatur, ex tota deniq; regione ab agri magistratu exterminetur, ut ab eiusmodi animal omnino uniuersa regio munda sit. Si seruus uel serua alienae rei offererit siue imperitia, seu immoderato aliquo usu id fecerit, nec qui damnnum passus est, causam praebuerit, dominus eius aut satisfaciat, aut seruum seruam uel illi qui damnnum passus est tradat. Quod si communi quadam noentis patientisq; astutia, ut seruus sibi auferatur, serui dominus factum contendat, de malitia crimine agat aduersus eum qui de seruo conuocatur. Et si conuicerit, precium serui à iudicio constitutum à damnato duplicatum accipiat. Sin autem conuictus fuerit, & damnnum restituat, & seruum insuper tradat. Si iumentum, aut equus, aut canis, aut domesticum aliud animal proximi rem attriuerit, animalis dominus similiter damnnum restituat. Si quis sponte testimonium ferre noluerit, citetur ab indigente citatusq; tempore idoneo adsit: & testimonium ferre scietur, asserat. Sin nescire dixerit, iuraturando tribus dijs, Ioue, Apolline, Themide nominatis, nescire se affirmet ac abeat. Qui ad ferendum testimonium citatus, non uenerit, damnnum ei qui citauit securum legem deponat. Si iudex aliquis in testimonium citatus fuerit: testimonio allato, nullam in eadem causa sententiam ferat. Mulieri liberae si quadraginta annos excefferit tam ad testandum quam ad dicendum interesse iudicio liceat, imò uero & agendum, si sub uero non sit. Viuente uero marito testimonium perhibere solum modo liceat. Seruo autem & seruae & pueris de homicidio solum dicere testariq; liceat: si idoneu fideiussorem dederint se usq; ad latam sententiam permanuros: si forte falsi testimonij fuerint accusati. Si quis falsi testimonij agere uoluerit, quod & in toto & in parte testimonij & utrisq; aduersarijs licet, antequam sententiam iudices ferant, falsos fuisse testes obijciat. Falsi uero testimonij criminationes ab utrisq; illatas magistratus ipsi conscriptas seruent, & ad iudicium postea de falso testimonio referant. Si quis falso testimonium bis dixisse intueniatur, à nulla lege testari cogatur. Si uero ter, nullo modo postea testimonium ipsi dicere liceat. Quod si ter in falsitate deprehensus, testari ulterius ausus fuerit, à uolente quolibet ad magistratum deferatur & à magistratu tradatur iudicio: & si conuictus fuerit, moriatur. Quando in lite, falsa testimonia intercesserint, per quae aduersarium superasse uideri quis potuerit, si plures quam medietas testium condemnati fuerint, iudicium secundum illa nullum procedat. Disceptare uero conuenit: utrum secundum illa testimonia quicumq; iudicatum sit nec ne: ut quomodo cunq; iudicatum fuerit, hoc pacto iustum lis finem consequatur. Verum cum multa in uita hominum bona sint, pluribus eorum quasi quaedam diuae calamitates insident: quae maculant illa atq; coinquinant. Iudicialis autem disceptatio iudiciumq; cur homini bonu non est, quod humana omnia mansuefecit: At qui cum disceptatio talis, bonu sit, cur & adesse in lite alicui, & causae iustae fauere, bonu non sit: Haec cum ita sint, peruersa calumnia bonum artis subit nomen: quae artificium inuenisse in litibus asserptos auaritia artificiososq; facere, quibus ipsa rationibus suis fauet, si pro artis ipsius beneficio pecunia dabitur. Haec siue ars, siue artis experts exercitatio quaedam sit: danda opera est ne in nostra ciuitate aditum habeat: sed legum uerita conditorem, nihil aduersus leges proferat: & alio profecta uires suas ostendat. Si quis uero non pareat: hac lege deterreatur. Si quis iustitiae uires in animis iudicum in contrarium uertere conetur, ac praeter opportunitatem multa litigia mouet, aut mouentibus adest: agat in eum quicumq; uoluerit, male agendi aut inique defendendi crimine, iudiciumq; huiusmodi apud electos iudices agitur. Et si damnatus fuerit, discutiat utrum auaritia an ambitiosa quadam contentione id fecerit. Ac si contentione, certum ipsi iudices tempus praescribant: in quo neq; pro se neq; pro alio uelam agat dicat uel causam. Sin autem auaritia, peregrinus quidem à regione, nunquam rediturus abito, & si redierit, moriturus. Cuius autem si auaritia fecisse id deprehendatur, quoniam pecuniam tanti fecerit, omnino moriatur. Quod si ambitiosa contentione bis tale quid fecisse iudicatum fuerit, id ipsum supplicium subeat.

Aduersus raptus auaritia artificiosos



PLATO diuinus in omnibus legum dialogis, diuini operis similitudine, ideoque numero duodecimario delectatus, nimirum duodecim dialogum ita communem legum arcam esse uoluit, quæ admodum duodecim mundi circulus cõmune stellarum est firmamentum. Et quemadmodum si quis circulum duodecim penetrauerit, perfectionem felicitatem que animæ statim inueniet, immo etiam consequetur: sic Plato ultra librum duodecim progressurus, non tam leges quàm beatam animæ perfectionem legibus acquisitam in Epinomide demonstrabit. In superioribus quidem libris leges partim ad officia publica, partim ad priuata negotia pertinent, partim ad urbana, partim ad externa, siue in pace siue in bello. In duodecimo uero, omnes quodammodo congregantur ad omnia pertinentes, non leges inquam singule, sed nonnullæ ex quolibet genere singularum. Additur legibus id quod maximum est, ratio uidelicet & conseruatric legum & emendatrix. Additur magistratibus id quoque quod maximum: ratio uidelicet repetundarum referendarumque rationum, non aliter publicis magistratuum officijs præposita, quàm priuatis actionibus animorum, conscientie ipsius examen. Hoc utique examine tum priuato omnium animorum salus, tum publico ciuitatis salus uniuersa consistit. Atque id est compendiarium duodecimi argumentum. At quoniam mox in principio, et in sequentibus, & sepe in antecedentibus deorum commemorat filios, atque tum deos alios aliorum, tum homines deorum filios nuncupat, meminisse oportet duobus modis apud Platonem deos deorum filios esse, duobus quoque modis homines filios esse deorum. Primo quidem, ut Timeus docet, omnes spherarum mundi rectores, siue ipsi spherarum animi, siue intellectus angelici ultra spheras, filij sunt omnipotentis Dei, tanquam uoluntate ipsius benefica procreati. Deinde in quolibet horum trium generis, inferiores superiorum filij ideo nuncupantur, quia à superioribus continue radios formasque suscipientes, quodammodo inde formantur, & illis quasi patribus obsecundare uidentur. Homines similiter geniti dicuntur à superioribus, uel quoniam ab initio rerum è terra uisceribus superiorum fomento in lucem editi fuerint, uel quoniam nonnulli quotidie superiorum inspiratione uehementer afflati, mox ex humana solitatis affectione, in diuinum quandam uitæ statum quasi renati diuinitus transferuntur. Quo quidem in gradu et pios philosophos, & philosophicos principes sepe numero collocat. Quod autem statim in principio libri Iouem Mercuriumque legatis nuntiisque præponit, intelligendum est primo quidem, & per Iouem, deum architectum mundi, & per Mercurium, omnem numerum angelorum: deinde per Iouem rursus planetam secundum imperatorum legumque significatorem, per Mercurium uero planetam alium interpretationis expeditionisque omnis significatorem. Significatores dico planetas. Quoniam ut testatur Timeus, & Plotinus disputat, planeta celestiaque omnia significant ut cui que possunt & nunciant, quæ uel superi iam iam facturi sint: uel nos inter dum quidem facturi, sepe uero passuri. Detestatur mox poetas, qui scelera hominum transferentes in superos, & contra diuinitatem impie deliquerunt, & malo superiorum exemplo hominibus grauiter nocuerunt. Præterea furta cateraque facinorosa, ex intentione peccantis & habitu uel sanabili uel insanabili, magis quàm ab affectu putat esse censenda. Præcipit intermitte leges: quod & in omni uita optimum omnium arbitratum, ut nemo cognoscat quid sit sibi tantum uiuere uel seorsum ab alijs quicquam agere: sed ad prudentis superiorisque nutum, & ad communem usum singuli singulas dirigant actiones. Docet iudices ne uel sponte uel etiam coacti præterius sententiam ferant. Iudicium enim ipsum ex antiquorum sententia, præcipue Orphei & Hesiodis esse uirginem quandam pudicam. Pudori autem atque iudicio in primis odio esse mendacium. Deam uero iudicij præsidem, diuinam esse existimant providentiam, humanis iudicijs uenerandam. Post hæc ubi damnat eos qui arma turpiter proiecerunt, & illos in super belli duces qui eos sub signis suis iterum militaturos recipiunt: denarium minarum numerum hic à nobis translatum, leges alicubi millenarium. Paulo post reipub. nodum esse asserit repetundarum iudicium rationum: ut nullus in reipub. iudex sit absque iudice. Alioquin per solutam iudicandi licentiam, primo quidem iustitiam perituram: deinde ciuitatem amissa iustitia uelut anima morituram. Templum uero Solis atque Apollinis, intelligit eadem non solum planetæ animæque solari, sed multo magis summi boni luci, cuius imago sol est, dedicatam. Audies ex absentia religionis in iudicij peccata committi. Sed impiorum omnium pessimos esse, qui precibus hostijsque ita deum placatos se confidunt, ut ob hanc confidentiam impune sibi liceat grandem pecuniam extorquere. Tradit castissimas post hæc leges de peregrinis excipiendis: peregrinationeque ciuitum: ne uel mores ciuium aliena & inconsiderata consuetudine confundantur: uel alienorum peritia reip. desit. Notabis hic paucis quoque nonnullis diuinam quandam uim inesse: per quam discernant captus ingeniorum. Quod quidem ostendit diuinitatem quandam non solum à nobis acquiri: sed ut ita loquar, innasci. Præcipit non esse paruifacientem, utrum probus an improbus uidearis. Sed existimationem quoque uirtutis querendam esse: & ipsa duntaxat uirtute querendam. Commemorat diuinos non nunquam uiros uel in ipsa plebe & ciuitatibus male gubernatis existere. Post hæc de actione causarum, accusa-

tione

tione, defensione, appellatione, fideiussione, proscriptione, ceterisque huiusmodi tractat multa. Miscet & his sua quadam opportunitate quæ donaria uel simulacra dicanda numinibus. Quæ quidem symbolica Pythagoreo ritu traditio est. Terram inquit & Vestam deorum omnium habitationem sacram existere. Quod Vestam adiunxit, significauit sub terræ nomine alius intelligi debere, & terram hanc elementalem, & terram lunarem, & terram postremo stelliferam. Item tres terrarum trium animas, tresque angelos. Memento uero, apud antiquos quicquid in uniuerso esse efficax ad formandum atque mouendum, metaphorice ignem dici. Item quicquid usquam facile me est formabile, dici aerem. Quod autem purgatorium, aquam: quod solidum uel stabile & consistens, terram cognominari. Talis quidem natura ob qualitatem uel densam uel consistentem, & hic & in luna & in firmamento terræ à Platonis nuncupatur. Cui ergo mirum sit Terram deorum omnium habitationem sacram existere: si tribus terrarum trium terminis comprehenditur uniuersum? Cumque sacram ab initio dijs esse dixerit: uetat iterum consecrari: admonens, ne confidas deo quicquam quod non prius ipsius dei sit, offerre te posse. Ex auro quoque uel argento statuas fieri uetat: ne confidamus magno horum precio nos grandia scelera purgatuos. Ex eboro rursus prohibet, cum ab anima scilicet sensuali fuerit destitutum: ne absque sensu id est uigilantia & animaduersione operemur in sacris. Aes etiam & ferrum respuit, culpans uidelicet bellica instrumenta. Animo enim intra se & alijs dissidente frustra sacrificia operamur. Recipit denique lignum atque lapidem, ex quibus deorum simulacra fiant. In lapide quidem commendans habilitatem mentis in sacris. In ligno uero ignis escam, id est flagrantiam animi, qui in diuinis facile accendatur. Iubet ex uno siue lapide siue ligno imagines integras fabricari, simplicitatem in primis integritatemque commendans. Neque uero silentio prætermittendum est, legatos in superioribus ad quatuor oracula missos fuisse: ut cognosceremus deum omnium auctorem, omnibus æque mundi partibus prouidere: quæ per quatuor quas angulos designantur: orientis, occidentis, septentrionis, meridicique nomine: & quocumque ritu colatur deus, modo pura mente gratiaque sui colatur, acceptum quodammodo esse deo. Sed de his alibi diligentius. Inter hæc, uetat illos qui patrie aliqua in re ministrant, accipere munera. Agit & de tributis. Ait nihil melius à quoquam dici posse, quàm id quo ipse fiat melior. Ait legem esse rem mirandam atque diuinam: non mentis ab ipsa mente apud grecos habere, à mente in quam tum diuina, uelut patrem humana, uelut matrem. Legem uero se qui uult iudicium. Quæ quidem duo humanorum bonorum maxima sint. Sed hic redit in mentem, quod in fine undecimi, bona inquit nostra plerumque à quibusdam suis calamitatibus inquirari. Et legis quidem calamitatem alibi esse inquit magistratus ipsius improbitatem. Calamitatem uero iudicij iudicialisque disceptationis ibi appellauit peritiam quandam causidicam: quæ nulla iuris habita ratione, sed auiditæ ambitionisque studio omnem absque delectu causam accipit defendendam. Quam ueluti reipublicæ pestem præ ceteris detestatur. Post hæc ubi sueribus imponit leges, hominem ipsum præcipue uult substantiam ipsam animæ rationalis haberi: corpus autem hominis huius simulacrum, & ut alibi inquit, uelut umbram. Quidnam homo in nobis sit, Quid animal, ex Timeo, & Alcibiade, & Plotino cognoscitur quod quidem in Theologia latius disputamus. Vbi concludit hominem quidem esse animæ rationalis substantiam, ultra rationem, habentem quoque sensum quandam intimum, & impatibilem, & communem. Animal uero compositum quiddam ex figurato corpore, atque ex quodam uitæ uestigio impresso ab anima. In quo quidem uestigio impressus quoque sit sensus, secundum à sensu primo, iam per instrumenta uaria distributus atque patibilis. Id quidem nonnullis quoque apostoli Pauli dictis maxime consonare uidetur. Quando uero animam inquit ad alios deos abire, rationem suorum operum reddituram, alios deos nominat, mentes angelicas extra corpora, qui alij dicuntur dijs ultra spherarum animas. Animæ siquidem nostre his cõiunctæ corporibus, nimirum sub animarum superiorum regno ponuntur, separate uero ad separatorum iudicium transferuntur. Hactenus quidem leges condidit: sed frustra constitui leges ait, nisi de legum salute stabilitateque cogitetur. Ergo ad harum stabilitatem coetum quandam magistratuum mirabilem excogitabit. Sed ante cœtus eiusmodi creationem, de uisitorum nonnihil attigit, utpote qui intelligat ad operis tanti salutem humanam hominum prudentiam non sufficere, si uis fatalis penitus aduersetur. In his profecto uidetur probare eos, qui in ædificandis urbibus, condendis legibus, creandis magistratibus, imò & plantandis hominibus aduersam nimis syderum dispositionem diligenter euitant. De fato quidem alibi multa: quibus & hic consentanea hæc quàm opportune tam breuiter adducuntur. Fatum est immobilis quædam in anima mundi rerum mobilium dispositio. Fati uero instrumentum est natura celestis. Sed materia in quam agit per instrumentum, & moles elementorum. Trium uero nomina, Lacheim, Clotho, Atropontum quantum ad instrumentum, tum quantum ad materiam pertinet, accipit. Nam Lacheim nominare possumus firmamentum: in cuius stellis uires sortesque inferiorum omnium cõtinetur. Clotho uero planetarum coetum in euoluendis rerum sortibus firmamento subministrantem. Atropontum denique Saturnum præcipue stabilitate sua euolutas in effectum sortes inuitabiliter confirmantem. In materia quoque fati ideo tres parcas connumeramus, quoniam uis fatalis per instrumentum celeste elementis infusa, agit in materiam & formam atque compositum. Item in essentiam & uirtutem & actionem. Item in principium mediumque & finem. Quoniam uero

non solum agit in corpora, uerum etiam eatenus in animos, quatenus afficiuntur corporibus, uel ut uirtutes dicere. Plato hic ait: Parca tum corporum, tum animorum legumque prosperitatem posse seruare. Et quoniam mens natura sua ut potest diuinae prouidentiae quandoque freta, uel fatum superat, uel fato feliciter uabit: subiunxit ad ipsam uitam tam publicam quam priuam salutem, coniungendum esse cum mente sensum, adeo ut sensus menti parreat et ministret. Similemque huic copulae quae ex mente et uisu audituque componitur, procreat coetum quendam magistratum in rebus, stabilitati legum prospicientem, qui finem ipsum primo prospiciat reipublicae, deinde quae uiae potissimum perducant ad finem. Studeatque omnino, ut singula in ciuitate siue priuatim siue publice fiant, una quadam ratione conducant ad unum: cuncta quidem ad uirtutem dirigens, uirtutes uero ceteras ad prudentiam. Hanc denique ad sapientiam, quam sub nomine mentis saepe significat. Cuius quidem ratione una, uirtutes omnes comprobantur et censentur: quatenus uidelicet conducunt ad sapientiam, quam etiam ea ratione probat, quod unius diuini boni sit particeps. Afferit exquisitissimam rerum considerationem esse, quae non solum multa, quatenus multa sunt, conspicit: sed etiam quae sit in cunctis natura una communis. Item à quo uno principio hanc habuerint. Rursus ad quem finem unum per hanc conducere possint. Absque eiusmodi contemplatione, neminem posse uitam perfecte uel priuatam, uel publicam gubernare. Cum uero haec speculatio ad philosophum, praesertim diuinum pertineat, non iniuria inter ciues in coetu illo electissimo congregatos, ad diuinos philosophos rerum summam iudicat referendam. Diuinos inquam rerum diuinarum inspectores atque cultores. Itaque eos qui ad diuinam uel inspectendam sunt hebetes, uel colenda sunt pigri, uel docenda inepti: ab amplissimis reipublicae muneribus procul arcent. Mox uero probat ad firmam summam diuinitatis fidem duo esse potissimum necessaria: Primum, ut sciamus genus ipsum rationalium animorum, diuinum esse, corporibusque antiquis, quo moueantur mundi sphaerae: et intra sphaeras omnia generentur. Secundum, ut cogitemus genus mentium scilicet angelicarum, animorum genere esse praestantius. Et animas ob ipsam mentis participationem sphaeras ordinatae mouere. Siquis enim duo haec nouerit, facile cognoscet, sicut mens animae forma ordoque est, ita diuinum bonum esse tum mentis, tum animae uitam atque lumen. Haec uero tria, scilicet diuinum bonum mentemque et animam, Plato proculdubio pene in omnibus eius scriptis aut demonstrat aut innuit omnium esse principia. Quod quidem in epistola ad Dionysium obscurioribus uerbis inuoluit. Animam uero nostram corpore antiquiorem esse, si non placet tempore antiquiorem dicere, dic saltem dignitate praestantiorum: atque ex eo priorem, quod à principio corporibus superiori bus habet originem: ideoque motum in anima ex se locauit: in corpore uero ab anima. Et quia crescit in corpore mutabilitas, ait à mutabili animae, corpus non actione tantum, sed etiam substantia mutabili dependere. Reprehendit et Anaxagoram, quod eum inter mentem et corpora non posuerit animam, compulsus fuerit naturales effectus non ab intelligentia per animam, ut pars est, disponi: sed elementaliter potius natura contingere. Afferit uero hic quemadmodum in Timeo atque Phaedone, omnia siue per mentes angelicas, siue per animas, siue per corpora fieri dicantur, praecipue uoluntate diuina boni gratia fieri.

DIALOGVS DVODECIMVS

DE LEGIBVS VEL DE LEGVM LATIONE



Si Legatus aut praeco falso quae sibi commissae sunt nunciauerit, dicenda ue tacuerit, uel rursus ab hostibus amicis ue rediens quae ab illis accepit, aliterque accepit retulisse reperitur, quasi Mercurij Iouisque mandata legationesque contra legem contempserit: in iudicium deferatur. Et iudices pro magnitudine rei quid pati dare ue ipsum oporteat, si damnatus fuerit, statuunt. Pecuniae furtum illiberale profecto est: rapina uero turpissimum. Nullus autem filiorum Iouis aut uir aut dolo delectatus quicquam huiusmodi unquam fecit. Ideo nemo uel à poetis uel à fabulosis alijs hominibus ita decipiatur, ut credat si furto aut uirum usus sit, nihil se turpe, sed quod diique fecerint commisisse. Nam nec uerum id, nec uerisimile est. Et qui praeter legem horum alterum facit, is nec deus nec deorum est filius. Haec legum latori magis quam cunctis poetis cognoscenda sunt. Igitur quicumque huic nostro sermone paruerit, felix est. Et in posterum semper erit. Qui contra fecerit: hac lege arcebitur. Siquis aliquid publicum furatus fuerit, siue paruum seu magnum id sit, pari supplicio puniatur. Nam qui rem paruam sustulit, et si minori uirum quam qui magnam rapuit, eque tamen cupiditate furatus est. Et qui magnum aliquid inde remouit, ubi ipse non deposuerat, is omnino iniquus est. Lex igitur non furti paritate alterum minus quam alterum puniendum censet, sed eo forsitan interesse putat, quod alter sanabilis sit, insanabilis alter. Si seruus aut peregrinus furti publici accusatus et condem

condemnatus sit, tanquam sanari quodammodo posse uideatur, quid pati dare ue debeat, iudicio statuatur. Quiem autem ita educatum ut ipsi instituiimus, si quis publicum aliquid furatum esse uel uoluisse conuicerit, siue in ipso furto et scelere siue aliter quomodo conuictus deprehenderit: tanquam insanabilem mortis supplicio condemnamus. Militiae gratia merito magna habentur deliberationes, et leges multae conduntur. Sed illud omnium maximum est, ne quis mas foeminae uel sine magistro ac principe quicquam agat: nec ciuis cuiusquam animus siue ioco siue serio aliquid facere solus et suo duntaxat arbitrato conuiscat: sed tam in bello quam in pace ad principem magistratumque semper respiciat, et eum quocumque sequatur: atque ita ad eius nutum suam uitam instituat, ut uel minima quaeque ab eo gubernatus faciat: stet cum iubetur et rursus iussus proficiatur, exerceat, laetetur, comedat, surgat nocte, custodiam agat: det signa, et uicissim accipiat: et in ipso praelio nec insequatur unquam, nec cedat, nisi princeps et magister significauerint. Et ut summam dicam: nemo penitus cognoscat, quid sit seorsum ab alijs agere: sed simul semper communisquam maxime omnibus uita sit. Nihil enim hac re melius, nihil praestantius, nihil arduius unquam erit ad salutem et uictoriam bello acquirendam. Hoc ipsum etiam in pace ab ipsa perueritia seruent: assuescantque alios ducere, et ab alijs duci. Soluta uero licentia est uita penitus expellatur, non hominum solius, sed etiam bestiarum quae sub hominibus sunt. Omnes quoque choreae ita ut bene geratur bellum celebrandae sunt: atque omnis dexteritas, facilitas, promptitudo eiusdem rei causa comparanda. Ob eandem causam consuetudine debemus à cibo et potu abstinere, frigus aestumque et cubilis duritiam pati: et in primis capitis pedumque uirtute alienis tegmentis non corrumpere: nec pileorum calceorumque à generatione datorum naturam perdere. Nam extremitates haec cum natura conferunt suam, maximas toti corpori uires praebent: contra uero contrarium. Et altera quidem uniuerso corpori maxime ministrat: altera totum ducit cum principales eius sensus omnes natura possideat. Sed huiusmodi quidem laudes bellicosa uita iuuenes audiant, et Leges uero has. Militet quicumque conscriptus est, aut parti alicui deputatus. Siquis uero propter ignauam imperatore non permittente militare detrectet, ad principes belli cum redierit, accusetur. Iudicent autem qui militauerunt omnes, seorsum quidem pedites, et equites seorsum, ceterique similiter. Pedites quippe ad pedites et equites similiter ad equites, ceterique singuli ad eiusdem sortis principes deferendi sunt. Vbi quicumque damnatus fuerit, et in certam pestem quodcumque descendere, et alium neglectae militiae accusare prohibeatur. Praeterea quid dare pati ue ipsum oportet, iudices statuunt. Sed desertae militiae iudicio peracto, peditem rursus equitumque et aliorum coetus à principibus habeantur, ut militaria his qui strenue se gesserunt, dona dentur. Iudicet autem de uictoria quisquis uelit inter ordinis sui participes, ita ut praetitorum certaminum nec coniecturas neque testes adhibeat: sed eam quae nuper gesta est pugnam duntaxat consideret. Donentur deinde qui praecclare certasse uidebuntur, corona ex frondibus arboris perpetuo uirentis conferta. Quam postea qui cōsecuti sunt in bellicolorum templis deorum utcumque placuerit cum inscriptione tituloque spendant ut testimonium uirtutis sit diuturnum. Secundo quoque ac tertio loco declarati sic faciant. Siquis autem in militiam profectus, antequam principes dimiserint, ab exercitu abierit, apud eosdem iudices hic derelicti ordinis accusetur, apud quos et ille superior neglectae militiae accusatus est: et damnatus similiter puniatur. Cauere autem pro uiribus debet quisquis alique iudicaturus est, ne sponte aut inuitus supplicium multamue falso et non merito inferat: iudicium enim uirgo quaedam pudica esse uere dicitur. Pudori autem atque iudicio secundum naturam odio mendacium est. Quamobrem cum in alijs omnibus, tum maxime in bellicorum armorum proiectione cauendum est, ne deam iudicij praesidem offendamus: ne quis necessarias armorum abiectiones quasi turpes per ignorantiam arbitrat, alique poena indignum immerito puniat. Arduum quidem est haec distinguere. Oportet tamē ut lex distinguere per singulas partes conetur. Fabula igitur ad haec utatur. Si absque armis semimortuus ad tētoriam Patroclus fuisset delatus, quod pluribus accidit: et arma quae à dijs, ut poeta dicit, in dote Thetidi data fuerant ab Hectore rapta fuissent: utrum Mendetiades quasi arma abiecerit, à detractoribus uituperandus fuerit. Praeterea si qui ab alto praecipitarunt, aut in mari, aut in tempestatis aquarumque colluione, aut in alijs huiusmodi permultis, quae ad purgandam ignauam suspicionem afferri possunt, coacti arma amiserint

serint: erunt ne uituperandi? Danda uero opera est: ut maius grauiusq; malum pro uitri-
bus à contrario secernamus. In ipsa igitur uituperatione, uocabulorum ipsorum prolata-
tio differentiam quandam ostendit. Nam sicuti abiector non de omnibus merito dicitur,
armorum uero amissor de omnibus: nec similiter qui ui amittit, & qui sponte abiecit, sicuti
abiector, est iudicandus. Omnino enim undiq; differunt. Sic igitur sanciamus. Siquis ab
hostibus circumuentus cum armatus esset: non defendit se uersus ad eos, sed arma sponte
dimisit, aut abiecit: turpemq; uitam uelocitate comparare sibi maluit, quam fortitudine
honestam felicemq; mortem, de huiusmodi armorum proiectione iudicium habeatur, de
superiori uero nullum. Malis enim ignauisq; semper puniendi sunt, ut meliores fortioresq;
euadant. Infortunati uero, minime, Nihil enim proficitur. Sed quamnam abiectionis ar-
morum damnato & à uirili fortitudine degeneranti poena congrua erit? praesertim cum
impossibile sit huiusmodi in contrarium commutari, ut Ceneum Thessaliam ferunt diui-
ria quadam ui in naturam uiri ex foemina commutatum. Abiectori enim armorum con-
trarium maxime conueniret, ut in mulierem ex uiro translatus sic puniatur. Nunc uero
quoniam id fieri non potest: proximum aliquid excogitemus, ut postquam ille usque adeo
uiuendi cupidus est, deinceps nullum periculum subeat, sed reliquam uitam & quidem
quam longissimam improbus & cum dedecore uiuat. Haec igitur lex sit. Eo qui arma tur-
piter proiecit damnatus est, nec imperator neq; praefectus aliquis pro milite unquam
utatur, nec in aciem recipiat. Si contra fecerit, rationum referendarum iudex id cogno-
scat: & si maximi census sit, decem minis: si secundi, quinq;, si tertij tribus, si quarti, una
ipsum condemnet. Proiectionis autem damnatus non solum ob naturae eius ignauiam à
uirilibus periculis arceatur, sed etiam si maximi census est decem similiter mulctetur mi-
nis: si secundi, quinq; tribus si tertij, una uero, si quarti. De repetendis autem rationibus
Repeten-
darum
quas magistratus annui forte creati, uel plurium etiam annorum consilio quodam dele-
cti referre debent, quid dicemus? Quis enim sufficiens repetundarum iudex erit, si quis
magistratus rerum pondere pressus, dixerit fecerit ue suo aliquid indignum principatur
Difficile inuentum hoc est. Nam cum delecti magistratus uirtute alios antecellant, quo pa-
cto praestantior eis inueniemus? Et tamen diuini aliqui uiri rationum referendarum exacto-
res & iudices nobis quaerendi sunt. Sic enim se res habet. Multae occasiones soluendae rei
pub. quae admodum nauis aut animalis cuiusdam esse uidentur. Quarum licet una natura sit
ubiq; diffusa, eas tamen intentiones, sulcimenta q;, & neruorum extensiones, multisq; alijs
nominibus appellamus. Sed haec tam salutis quam euerisionis rei pub. occasio non mini-
ma est. Nam si iudices qui gesti magistratus rationem exigunt, uirtute magistratibus praes-
tent, atq; ita id fiat, ut nemo iure conqueri possit, uniuersa sic regio feliciter ciuitasq; flore-
bit. Sin aliter iudicium repetundarum procefferit, tunc eo iudicio soluto, quo in unum ci-
uilia omnia uinciuntur, omnes magistratus, alius ab alio distrahuntur: ipsiq; ex uno multi-
tam facti, ex una multiplicem ciuitatem efficiunt. hinc plena seditione cito omnia euertun-
tur. Quare exactores rationum oportet in omni uirtutum genere cunctis excellere. Hoc
igitur modo ipsorum generationem machinemur. Singulis annis post estiuale solstitium ad lo-
cum Soli atq; Apollini communiter dedicatum ciuitas uniuersa conueniat, tres uiros ele-
cturi, quem unusquisq; meliorem se solo excepto iudicet: qui non pauciores quam quin-
quaginta natus sit annos. Electorum deinde dimidiam partem, qui à pluribus praelati fue-
rint, si pares sunt anteponan: sin uero impares sint, uno excepto cui pauciora suffragia co-
tigerunt dimidiam similiter reliquorum partem accipiant, suffragiorum numero praetudi-
cates. Quod si aequalia numero suffragia multis fuerint, dimidiamq; numerum auxerint, u-
nior postponat. Acceptisq; alijs rursum ferant suffragia, quousq; tres inaequales obtineat.
At si omnibus his uel duobus aequalia suffragia sint, bonae iam fortunae res committatur:
forte hi discernantur. Eum qui suffragijs superat, rursumq; secundo loco & tertio decla-
ratum, corona ex semper uirentis arboris fronde contexta coronent. Datis praemijis praeco-
nio declarent, quemadmodum Magnesium ciuitas rursus deo duce naetia salutem, ciues
eius tres omnium optimos, Soli & Apollini communes primitias praefica lege quatenus
iudicium secuturi sunt consecrat. Qui primo anno duodecim repetundarum rationum exa-
minatores constituant. Idq; faciant donec singulis septuagesimus quintus annus exactus sit,
deinde singulis annis tres semper addantur. Hi magistratus omnes in partes duodecim di-
tributos

tributos omnilibera examinatione iudicaturi, diligenter obseruent. Habitent autem tem-
pore quo rationes ipsis redduntur, in loco ubi electi fuerunt, Soli atque Apollini dedica-
to. Et tum per se solum quilibet, tum communiter omnibus diligenter perquisitis, de sin-
gulis magistratibus publice perscribant, quid pati eos dare uel ex repetundarum iudicium
sententia deceat. Ac si quis magistratus horum iudicio non recte damnatum esse se que-
ritur, ad electum iudicium repetundarum iudices deferat. & si euaserit, accuset eos si ue-
lit. sin autem ibi quoq; damnetur, atque antea ab ipsis repetundarum iudicibus morte fue-
rit condemnatus, quemadmodum necessitas exigit moriatur. Quod si ea multa ab illis
damnatus fuerit, quae dupla ab ipso persolui potest, duplam persoluat. Sed iam audien-
dum est, quae horum de repetundis sententiae, & quomodo ferendae sint. His igitur qui to-
tius ciuitatis consensu omnibus praepositi sunt, donec uixerint primi confessus semper in
omnibus solennitatibus praebentur. Et quando cumq; ad communia graecorum spectacula
sacrificiaq; mitti iudices ac praesides aliquos à ciuitate necesse est, ex istis mittantur. Hi so-
li in ciuitate, corona laurea coronentur, hi Soli & Apollinis sacerdotes sint. Pontifex etiam
summus singulis annis ex his ille sit, qui superiori anno ceteris excelluisse sacerdoti-
bus iudicabitur. horum nominibus quousq; ciuitas habitatur tempora distinguantur.
Defunctis autem funera & sepulchra excellentius quam ceteris ciuibus fiant. Indumeta
quolibet alba sint. luctus ploratusq; absit. Chori quoq; duo, unus puellarum quindecim,
alter totidem puerorum, seretro undiq; circumdato uicissim sacerdotem carminibus lau-
dent, felicitatemq; eius per totam diem decantent. Mane uero ad monumentum feretrum
iuniores ferant qui gymnasijs operam impendunt, quos defuncti hominis propinquo-
res delegerint. primi q; calibes quasi ad pugnam armati praecedant, cum equis equites, &
cum leuibus armis pedites, ceteriq; similiter. Pueri uero ante feretrum, patrium cantum
concinant, & puellae post eos, ac mulieres iam effetae sequantur. Postremo utriusq; ge-
neris antistites quamuis ab alijs monumentis arceantur, tamen si Pythius quoq; confirmatus
uerit, ad hoc sepulchrum quasi purum quiddam sit, nil prohibet deuenire. Monumentum
huic sub terra sit fornix quaedam longior ex durissimis pulchrisq; lapidibus, ubi lapides
lectuli utriusq; sint. hic beatum illum sepeliant, arboresq; in circuitu plantent, una excepta
solummodo parte, ut hoc sepulchrum augeri possit. deinde singulis annis musico, gymnasi-
co, equestriq; certamine hos uiros honorent. Haec praemia illis reddantur, quorum de re-
latis rationibus iudicia, damnata non sunt. Siquis autem horum iudicio confidens quo
praelatus fuit, naturae humanae fragilem conditionem detexerit, lapsus uidelicet in erro-
rem postquam egregius habitus est, sanciatur lege, ut à uolente quolibet accusetur. Iudici-
umq; de ipso sic agatur. Primo legum custodes ad sint, deinde accusati ipsius collegae, electi
praeterea iudicij iudices. Adducat autem accusator, indignum esse illum qui accusatus, &
magistratu & magistratus praemijis. Si ergo damnatur, magistratu, sepulchro, ceterisq; illi
magistratu competentibus praemijis priuetur. Sin uero accusator quintam suffragiorum
partem non habuerit, qui primi census est XII: qui secundi, octo: qui tertij, sex: qui quar-
ti, duas minas persoluat. Magna autem in iudicando admiratione dignum fuisse Rhada-
mantham uideo. Ille siquidem perspiciebat, in illis temporibus deos esse, omnes uno ore ho-
mines confiteri. neq; id iniuria, cum multi illis temporibus ex dijs progeniti essent, quorum
in numero ipse etiam habebatur. Itaq; uidetur putasse dijs non hominibus esse iudicia co-
mittenda. Quo circa simpliciter uelociterq; iudicia peragebat. Nam iureiurando in singu-
lis causis à litigantibus requisito, cito simul ac tuto iudicare solebat. Nunc uero alij de-
os esse negant, alij res humanas curare non putant, plurimi uero & pessimi uilibus hostijs
multisq; blanditijs ita conciliari sibi eos existimant, ut impune liceat grandem pecuniam
extorquere. Quocirca Rhadamanthi iudicandiq; modus ille his hominibus minime con-
gruit. Nam cum opiniones hominum de dijs mutatae sint, leges quoq; commutandae sunt.
Itaq; prudens legislator in iudiciorum executione iusiurandum litigantium prohibebit, ut
tam accusatoris intentio quam defensoris deprecatio sine iureiurando in iudicijis describa-
tur. Nam si iurandi licentia in ciuitate cuiq; dabitur, ubi plura ad iudices quotidie deferun-
tur, omnes pene periuri erunt, praesertim qui praesentibus conuijs aliaq; consuetudine
ac priuata necessitudine coniuncti sunt. Lege igitur statuatur, iudicaturum iudicem iura-
re, atq; eos etiam qui reip. magistratus suffragijs constituent: Chorea quoque iudicem, &
GG 3 omnis

*Iuramentum
quando offer-
rendum
Causa quomo-
do dicenda*

omnis musicae, gymniorum etiam equestriumque munerum in certamine praesides atque da-
tores: & summam in quibuscunque secundum hominum opinionem nulli emolumentum
peritium sit. In quibus autem utilitatem ex peritio aliquis assequitur, ea sine iuramento
iudicentur. Et qui iudicaturi sunt nullo modo litigantes permittant aut iurare per
suadendi causa, aut sibi generique suo imprecari, aut turpiter supplicare, aut commiseratione
multebriter uti: sed quod iustum putant, mansuete doceant, & docentem audiant.
quod si ab his aberrat, ad rem a magistratu reducatur. Peregrinis autem inter se litiganti-
bus, quemadmodum nunc si uelint, iurare liceat. Nam cum in ciuitate consensere non
debeant, non formidandum ne alios corrumpant. Eodem autem modo inter liberos ho-
mines executio iudicij fiat, si quis liber ciuitati non obtemperat in ijs quae nec uerberibus
nec uinculis nec morte pleciuntur. Ac si quis ad choream uel ad pompam celebrandam
non uenit, uel aliam huiusmodi rem communitatem non contulit: in his omnibus quamprimum damnum restituatur,
aut pignus cui ciuitas lexque commiserit, deferatur, exactoque tempore pignore uendito
pecunia in aerarium conferatur. Quod si maiore multa opus est, magistratus singuli per-
tinaces homines in iudicium uocent, & debita multa imposita legibus parere compellant.
Sed ciuitati quae colligenda pecunia operam non dat, & sola ex agricultura pecunias
habet, cum neque mercaturae neque peregrinationibus uacet, neque peregrinos alium
de suscipiat, deliberare necesse est quid faciendum sit. Quare legislator suadendo primum
ita pro uiribus consulat. Solet gentium diuersarum commixtio uarios mores confunde-
re, & peregrinorum cum peregrinis consuetudo plurima inuolare. Quod ciuitati bene
rectisque legibus instituta maxime omnium nocet. In ciuitatibus autem male institutis ni-
hil refert, si tam senes quam iuuenes pro arbitrio, & alio peregrinentur, & aliunde pere-
grinos suscipiant. Contra uero nullos unquam recipere aduenas, nec alio ipsos profici-
sci, tum impossibile est, tum crudele atque superbum caeteris hominibus uideatur necesse
est, qui ciuitatem turpi uocabulo notent, peregrinorum hostem & difficilem atque inhu-
manam appellantes. Non oportet autem unquam paruifacere, utrum probus an impro-
bus alijs uidearis. Multi enim quamuis uirtutis expertes sint, qui tamen probi sint, qui im-
probi, iudicant. Nam prauis quoque hominibus diuina quaedam conijciendi uis inest, per
quam multi uel pessimi recte tum opinione tum uerbis a melioribus deteriores distinguant.
Quocirca utiliter ciuitatibus praecipitur, ut bonam apud multos existimationem non paru-
uipendant. Maximum sane atque rectissimum est, ut cum sis probus, ita gloriam quaeras,
aliter minime, si modo perfectus uir futurus es. Quapropter Cretenis quoque ciuitas
ista conari debet, ut quam optimam uirtutis existimationem apud caeteros homines con-
sequatur. Maxima uero spes est eam ratione uiuentem, merito Solem caeterosque deos
cum alijs ciuitatibus regionibusque bene gubernatis uisuram esse. Sic igitur de peregrina-
tione alio & de peregrinorum receptione sciendum est. Ei primum qui pauciores an-
nos quam quadraginta natus est, nullo modo peregrinari liceat. priuato quoque nemini
liceat. publice autem praenobis, legatis, atque exploratoribus liceat. Profecto uero ex-
tra regionem ad gerendum bellum, ciuilibus peregrinatio putanda non est. Ad Pythium ue-
ro Apollinem, ad Iouem Olympicum, Nemeam etiam & Isthmum mittendi sunt aliqui, per
quos sacrificia ludosque his dijs ciuitas nostra communiter conferat. Mittantur autem pro uiri-
bus plurimi, pulcherrimi, optimi, qui in factis pertinentibusque ad pacem communionibus
ciuitati suae honorem & gloriam bellicae gloriae respondentem comparent. Cumque redie-
rint, iuniores doceant, ciuiles aliorum institutiones suis multo posteriores esse. Spectatores
quoque alios qui otio abundantes aliorum res hominum considerare cupiunt, ex legum cu-
stodum instituto lex nulla prohibeat. Nam ciuitas bonorum malorum uel hominum igna-
ra, & externae consuetudinis expertis, nunquam satis humana atque perfecta esse potest, nec
leges seruare moribus & consuetudine solum, nisi etiam notitia legum prudentior fiat. Exi-
stunt uel in uulgo & multitudine homines quidam diuini quibus pauci, attamen digni
quibuscumque consuetudinem habeas. hi non magis in bene gubernatis ciuitatibus quam in
alijs oriuntur. Quicumque igitur in ciuitate recte gubernata incorruptus erit, horum uesti-
gia a patria profectus, terra marisque sequetur, ut tandem reuersus, legum patriae alias probet,
alias siqua in re deficiunt, corrigat. Quippe sine hac inspectione inuestigationeque nun-
quam

*Peregrina-
tiones*

quam optime ciuitas permanebit, neque etiam si male inuestigetur. CLINIAS.
Quomodo haec utraque fient? ATHEN. Hoc certe pacto. Primo spectator huiusmodi
di annos plures quam quinquaginta natus sit: deinde cum in caeteris, tum maxime in bel-
lo probatus, si modo legum custodum exemplum in alijs ciuitatibus sit relicurus. Is ul-
tra sexagesimum annum non amplius uagetur. Sed citra decimum annum quando uo-
luerit domum reuersus eorum in eam caetum qui leges examinant. Hic coetus est iunioribus
atque senioribus constat, quotidieque mane donec sol oriatur, conueniant: primum de sa-
cerdotibus qui tanquam caeteris excellentiores muneribus affecti sunt, deinde decem de
legum custodibus seniores, postremo disciplinae uniuersae censor, qui magistratum hunc
gerit, & qui iam exegerunt. Nec ullus istorum solus, sed cum iunior aliquo quem dele-
gerit a trigesimo ad quadragessimum annum nato. hi de legibus semper & de Repub. dis-
serant, conferantque inuicem siquid de his excellens audierint. De disciplinis etiam ad id co-
ducentibus colloquant, quas qui sciunt, facilius, qui nesciunt, difficilius legum intentio-
nem intellegunt. Quae uero ex his seniores probauerint, magno studio iuniores per-
discant. Quod si quis iunior adductus indignus uidebitur, totus coetus ei exprobet, qui
adduxit. Iuuenes autem qui se in his recte gesserunt, tota ciuitas honoret atque conferuet.
Sed si peiores alijs se reddunt, maiori quam alij dedecore afficiantur. Ad hunc coetum
qui aliorum leges & mores inspexit, ilico profectus, siquid de ferendis legibus aut disci-
plina aut educatione apud alios reperit, exponat. siquid etiam ipse inuenit, coetus uniu-
uerso declaret. Qui si nec peior reuertisse uidebitur, laudetur, quia quod potuit, libenter
effecit. Sin multo melior, & uirtus magnis afficiatur honoribus, & defunctum coetus om-
nis decoret. At si corruptus rediisse uidebitur, cum se sapientem esse simulet, cum nemine
iunior uel seniore audeat se miscere. Hic si magistratibus pareat, priuatus uiuat. Sin au-
tem contra magistratum uoluntatem de disciplina legibusque ciuilibus disputare conde-
natus in iudicio fuerit, moriatur. Et si cum in iudicium deduci iure debuerit, a nullo ma-
gistratum sit adductus, quando de muneribus postea decernitur, opprobrio haec res ma-
gistratibus sit. Atque alio quidem profecturus, huiusmodi esse & ita peregrinari debet.
Sed & aduenae benigne suscipiendi sunt. Quatuor autem peregrinorum genera sunt, de
quibus facienda mentio est. Primum eorum qui semper aetiales sunt, & quasi aues per
mare ut plurimum acquirunt pecuniae gratia, aetatis tempore ad alias deuolant ciuita-
tes. hos foro, portibus, publicisque domibus extra urbem in ipsis suburbij magistratus lo-
cis illis praefecti suscipiant, obseruantes ne quis eorum noui aliquid faciat. Iudicia etiam il-
lic eis iuste reddantur, ita ut nihilo plus quam necessitas cogat, cum ijs familiaritas habe-
atur. Alterum est eorum qui spectaturi ueniunt, & ciuitatis musas illic audiri. hi omnes
diuersoria iuxta templa habeant, quae suscipiendis hospitibus commodissima sint. Sacer-
dotes uero & aetui curam ipsorum habeant, ut iucunde possint sufficienti tempore per-
manere, & uidere, audireque illa quorum gratia uenerunt, & tandem sine detrimento & suo
& aliorum recedere. Quod si quis eorum iniuriam cuiquam intulerit, aut affectus iniuria
sit, usque ad drachmas quinquaginta sacerdotes cognoscant. Crimina uero maiora ad cu-
ratos rerum uenialium deferantur. Tertium peregrinorum genus publice suscipiendum
est, cum aliunde quispiam publica causa missus aduenierit. hunc imperatores, magistri e-
quitum, tribuni militum soli suscipiant. Etis apud quem diuertit, cum principibus consi-
lij curam huius habeat. Quartum genus rarissimum est. Accedere tamen aliunde aliquis
poterit spectatoribus nostris altera parte respondens, hic ita recipietur: primo si quinq-
uaginta annos impleuerit, deinde si ea mente uenerit, ut uel consideret quae apud alios praec-
lata habentur, uel sua doceat. hic sane diuitem sapientumque ianuam inuisus a deo, cum ipse
huiusmodi sit, & quasi hospes disciplinae praefecti domum recte petat, non dubitans hos-
pitalem eam propter uirtutis coniunctionem sibi futuram. Cumque ab alijs didicerit atque
docuerit quae discenda de condendaque putauit, honore sibi congruo muneribusque affe-
ctus, ut ab amicis amicus abeat. His legibus peregrinos peregrinasque suscipiamus, no-
strisque similiter emittamus, hospitalem ueriti Iouem. Non enim est & hostijs, quemad-
modum apud Nilum sit, peregrini pellendi sunt: nec atroci edicto a finibus nostris arce-
di. Fideiusor quilibet, palam fideiubeat, totumque negotium conscriptum coram tribus

*Peregrinan-
tium genera*

Fideiusor

nec paucioribus testibus fateatur, si citra mille drachmas fideiusio fiat: sin ultra mille, quinque ad minus testes adhibeantur. Fideiusior autem sit qui prius uendidit, eius de quo an iure possit uendere dubitatur: atque eius qui uidetur minus ad promissa sufficere: simili literque tam qui prauendit quam qui uendit tanquam obnoxius iudicio subijciatur. Siquis in domo alterius querere quippiam tanquam suum uelit, is primo iureiurando affirmet sperare quod quaerit, ibi se inuenturum: deinde nudus aut interula indutus ingrediatur praecinctus, praebaturque ipsi domus, & suppellectilia signata simul & non signata. Quod si quis scrutari uolentem non permisit, qui prohibitus est, pretio amissa rei statuto accuset eum qui ipsum depulit, & ille si damnatus fuerit duplum restituat. Si dominus ipsius domus abfuerit, non signata solummodo a praesentibus praebatur: signata uero ipse quoque obfignet, & custodem ad quinque dies relinquat. Quo in tempore si patronus non uenerit, aedilibus secum acceptis obfignata resignet, & cum ante oculos domesticorum & aedilium quaesierit, rursus obfignet. In rebus ambiguis spatium temporis ad praescriptionem determinandum est. De domibus quidem & agris nulla hac ratione disceptatio erit. Aliarum uero rerum si qua a quoquam habetur, isque in urbe, foro, sacris, aperte anno integro re illa usus fuerit, atque hunc non oculuisse constat: nec quisquam interea quamuis quaerens eam exegerit, nemini liceat deinde rem illam quasi suam reposcere. Verum si non in urbe, sed in agris manifeste utatur: nec in annis quinque rei dominus copertus sit, quin quennio exacto repeti nequeant. Sin uero in urbe domi utatur, ad triennium usque apprehendere possit qui amisit. In agris autem si occulte habet, usque ad decennium. Sin extra regionem, semper quando cunq; inuenerit, apprehendat. Quando aliquis uicium qui litigat seu testes uenire in iudicium prohibet, si seruus ille sit, siue suus, siue alterius, nullius momenti lata sit, sin uero liber, & sententia irrita sit, & anno uinciatur qui depulit, & si quis latro cinij eum accusare uoluerit, fas esto. Siquis aliquem secum musica uel gymnica uel alia quauis facultate creaturum in certamen descendere uel prohibuerit, qui quisque uelit munus declaratoribus id significet, qui procurent ut quilibet liber certare possit. Id si facere non potuerint, uictoriae munera prohibito dentur. si prohibitor uincet, & ipsius tanquam uictoris nomen in quibuscunq; uelit templis inscribatur. Prohibenti uero nec nomen inscribere nec uictoriae offerre insignia liceat. Ac seu uincat certando seu uincatur, illati damni crimine reus sit. Siquis rem furto sublatam sciens receperit, in eadem culpa sit qua ille qui furatus est. Qui exulem seu quemuis huiusmodi fugientem susceperit, moriatur. Quippe quem ciuitas amicum sibi uel hostem decreuerit, eundem sibi quisque similiter existimare debet. Siquis consilio suo absque auctoritate communi pacem iniuit, aut bellum mouit, ultimo supplicio condemnetur. Quod si pars aliqua ciuitatis id tentauit, huius rei auctores a militiae imperatoribus tracti in iudicium, & damnati morte plebantur. Qui patriae in aliqua re ministrant, nullo modo munera recipiant: nec ulla occasione aut ratione nobis persuadendum, in rebus quidem bonis suscipienda esse munera, in alijs minime. Nam nec cognoscere facile est, neque cum cognoueris, continere. Idcirco tutius est, legibus obtemperare, dicentibus nulla pro patriae ministerio munera esse suscipienda. Siquis uero minus obtemperasse damnatus fuerit, moriatur. Tributa uero sic publica disponentur. Primo quidem multorum gratia rerum omnium cuiuscunq; cuius census habeantur. Deinde annuos fructus tributes ad agri magistratus conscriptos deferant, ut cum duo tributa sint, respublica possit alterutro, ut uidebitur, annis singulis uti, scilicet uel uniuersi census uel annui fructus parte. Vnde quae ad alimenta tribuuntur, semper excipiuntur. Donaria dijs moderata a moderatis hominibus offerantur. Terra quidem & Vesta, sacra deorum omnium habitatio est. Nemo igitur ex hac materia iterum simulacra dijs constituat. Aurum autem atque argentum & priuatim & in templis, in alijs ciuitatibus inuidiosa possessio est. Ebur uero cum olim ab anima destitutum fuerit corpus, ad deorum simulacra ineptum est. Aes atque ferrum bellica sunt instrumenta. Ex ligno igitur uno uel uno quouis lapide, inter grae deorum imagines in templis communibus statuuntur. Texturae quoque opus offeratur non maius quam quod ab una muliere mense uno fieri potuit. Colores albi tam in alijs quam in textili artificio, dijs congrui sunt. Tincta uero coloribus alijs, ad bellica insignia solui exhibeant. Diuinissima uero oblatioes sunt aues, atque picturae, quas singulas uno die pictor unus

Prescriptio

Que dijs offerenda

unus depinxit. caetera quoque omnia his similia sunt. Post uero urbis partes quae & quot esse debent, distinctae sunt, & leges de pactis commercijsque maximis pro uiribus politae: superest ut de iudicijs iam dicamus. Primum igitur arbitri iudices quos litigantes elegerint, locum habeant, hi conciliatores commodius quam iudices appellari possunt. Dein de uicini & tribules secundum partem duodecimam distributi. Apud quos si reconcilia iudicia prius a primis non fuerint: maiori cum damno litigent. Vbi si debitor iterum condempnabitur, uata quintam debiti partem persoluet. Quicunq; uero ab hoc quoque iudicio appellat, ac tertio certare uolet, electos iudices petat. Et si ab ijs etiam condempnabitur, et quantum debitum ipsum est, & dimidiam supra debitum partem afferat. Ac si accusator a primo iudicio repulsus non quieuerit, sed in secundo iudicio iterum certare uoluerit, quintam si uicerit partem accipiat, uictus autem tantundem amittat. Quando uero per primos & secundos iudices nondum reconciliati, tertios petunt, debitor quidem uictus, tantundem & dimidiam insuper debiti partem, ut diximus, uictori deponat: accusator autem superatus dimidiam. Sed de creandis declarandisque iudicibus, de istorum omnium administratione, de temporibus, in quibus singula facienda sunt, de feriis suffragijs, de mora et dilatione iudicij, termino, citatione, repulsa, ac de caeteris omnibus quae iudicijs necessaria sunt, quauis in superioriibus tetigimus: tamen quae pulchra sunt, ut habet Proverbia, & bis & ter recte dici possunt. Parua uero quaeque & inuentu facilis, si legum lator antiquior praetermiserit, iunior replerat. Sed de priuatis quidem iudicijs satis iam dictum est. Publica uero atque communia, quibus uis magistratus, quae ad hos pertinet peragunt, in multis ciuitatibus a prudentibus uiris recte constituta reperiuntur. Vnde custodes legum oportet quae huic nouae Reip. congruant accipere, ita ut singula periculo examinata & corrigant diligenter & probent, donec sufficienter se habere putentur. & denique discussione sine imposito his tanquam immobilibus per totam uitam utantur. De silentio uero, laude, uituperationeque, & de iustis, bonis, honestis, quae in alijs ciuitatibus differunt, & dictum est, & in fine dicitur. Ad quae omnia aequus futurus iudex respicere debet, atque opera dare, ut has legum constitutiones ante omnia discat, & mente firmiter teneat. Nam ad faciendum eum uirum qui didicit bonum, scripta legum praecae teris doctrinis, si recte se habent, maxime conferunt. Neque enim temere miranda diuinaque lex nomine mentem proximam possidet. uos enim mentem, uos uero leges significat. Nam cum multi sermones de laude uituperationeque nonnullorum partim carminibus partim soluta oratione tum scripti circumferantur, tum quotidie in coronis seu cotendendo, siue falso assentiendo habeantur, horum omnium perpicuum examen legislatoris scripta nobis sunt. Haec quasi remedium medelamque aduersus aliarum orationum uenena, probe iudex secum semper tenet: quibus seipsum ciuitatemque emendabit, bonos confirmabit atque extollet: prauos ex ignorantia, incotinentia, timiditate, & ut summam dicam, ex iniustitia uniuersa pro uiribus si sanabiles sunt, reuocabit. Nam si sanari non possunt, qui eos morte afficiunt, apud oes laude digni iudices iudicumque principes non iniuria sapienter dici posse uidentur. Sed postquam annua iudicia exacta sunt, legibus his utantur. Primum magistratus qui iam iudicium exercet, debitoris damnati pecuniam petitori omnem predat, necessarijs tantum ad usum relicta. Idque statim post lata suffragia fiat nunciante praecone, & iudicibus audientibus. Deinde si secundus a lata sententia aderit mensis, neque uictori uictus sponte iuste persoluerit: iudices qui sententiam tulerunt, cunctam debitoris pecuniam uictori tradant. Quod si presentia minus sufficiunt, nec minus quam drachma deficit una, non liceat deinde debitori prius alium quenquam in iudicium trahere quam debitum creditori totum restituat. Trahi uero ab alijs possit. Siquis in iudicio danatus iudices ipsos laeserit, aut quicumque eorum iniuste abfulerit, ijdem ipsi iudices ad custodes legum deferant. A quibus si criminis huius damnabitur, quasi ciuitatem omnem legesque euerterit, moriatur. Qui sub his legibus geniti educatiq; liberos similiter genuerunt atque educauerunt, ita cum alijs uersati ut moderatum fuerit eorum commercium, illate iniuriae poenas dederint, accepte exegerint, sicuti iuste legibus his usque ad senectutem uiuunt, ita secundum naturam euita decedunt. Mortuis uero tam uiris quam mulieribus parentationes quidem, & quae ad deos siue inferos siue superos pertinent, secundum responsa interpretum fiant. Nullum in loco foecundo & agro ad culturam apto sepulchrum fiat. Sed is locus corpora defunctorum recipiat, qui ad caetera inutilis & ad id tantum commodus uiuentes minime ledit. Nec enim a uiuis neque a mortuis terrae matris

Iudicia prius

Publica

Locus sepulchrorum

matris fecunditas impedienda est. Nemo ergo aut uiuus aut mortuus uiuum aliquem alimento priuet. Agger non altior sit eo cumulo, quem uiri quinque, diebus quinque construere possunt. Lapides quoque superstruantur non maiores quam ut possint defuncti laudes quatuor solum heroicis uersibus aditas comprehendere. Elationes autem non breuiori uel longiori tempore intus fiant, quam uere mortuus significari cognoscere possit.

De corpore & anima quæ dantur
 Ac ut humana se habet, triduana elatio ad sepulchrum mediocris uidetur. Credendum est autem & de alijs legum latori & de anima, cum eam dicat omnino à corpore differre, nec aliud præter ipsam esse, quod in hac uita facit ut quilibet nostrum hoc ipsum sit quod sumus. Corpus uero tanquam imaginarium quiddam hominẽ sequi. Commodè etiã mortuorum simulacra corpora uocari. Ac reuera unumquẽ nostrum animam ipsam immortalem esse, eamque ad deos alios proficisci, rationem suorum operum redditurã, ut lex patria continet. In quo certe bonis uiris confidendum esse, malis autẽ formidandũ; quippe cum post mortem omni auxilio careant uiuentibus autem necessarios omnes consule re debuisse ut quã iustissime atque sanctissime uiuant, ne maxime eos scelerum post mortem supplicia maneant. Hæc cum ita se habeant, rem familiarẽ atterere minime debemus, quasi arbitremur hanc carnis molem quæ sepelitur, nostrum illum esse, cum ille filius aut frater aut quiuis alius à nobis desideratus, quem sepeliri putamus, hinc aliò fati suis exactis profectus fuerit. Probe igitur factum erit, si tanquam ad manium aram anima careniẽ moderato usamur impendio. Moderatum uero quantum sit, à legum latore merito statuetur. Lex igitur ista sit, ut qui maximi census est, ad funus & sepulturam nõ plus quam minas quinque impendat; qui secundum tres; tertij duas, quartum illum esse, cum singularum moderata erit impensa. Cæterum custodes legum cum alia multa, tũ hoc maxime curare debent, ut pueri & uiri, & ut summam dicã, cuiuscumque sexus uel ætatis homines ab illis iugiter obseruati bene uiuant, & ciuis cuiuscumque decessu, unus ipsorum quem mortui hominis coniuncti elegerint, funus totum obseruet, prouideatque ut bene moderateque omnia, nõ contra gerant, & illud sibi honori, hoc dedecori sit. Expositiones utique & elationes & cætera omnia secundum leges de his cõscriptas fiant. Ciuilibus autẽ legis latori concedantur ista. Lachrymis mortuos decorare aut non, turpe legum latori cogere est; plãgere uero & extra domũ uociferari, prohibendum est. Cadauer etiam manifeste per uias urbis frequentiores efferre, & palam eiulare, aut ante diem extra urbem se affliccare, non liceat. Hæc ita de his statuta permaneant. Quibus qui parat indemnus esto. Qui uero uni legum custodi nõ parat, ab omnibus ut communiter uidebitur, puniatur. Cætera quæ uel ad mortuorum monumenta, uel ad eos qui propter patricidij sacrilegiumque sepultura indigni sunt, pertinent, superioribus legibus comprehendimus. Quare legum positio ferme finem habet. Omnium uero finis est, nõ in eo quod facta sint uel possessa uel habitata, sed in eo potius, quod sicut recte sunt facta, ita firmiter stabilita sint. In huiusmodi enim conseruatione putandum est quantum oportuit factum esse: aliter minime. CLIN. Probe loqueris hospes, sed quorsum ista, explanatius dicito. ATH. Multa õ Clinia priscorum præclare dicta laudantur; nec minus Parcarũ nomina. CL. Quænam? ATH. Quod Lachesis prima sit, Clotho altera; Atropos tertia, quæ salutem prædictis affert. Hæc ad ignem contortis, quia uim inconuertibilem continent, comparata sunt. Quæ quidem in ciuitate & rep. oportet non solum sanitate corporibus stabilem, sed animis quoque legum cultum, imò uero legum salutem abferre. Sed mihi uidetur negotio legum adhuc illud deesse ut differatur, quo pacto illis secudum naturã uis inconuertibilis possit inesse. CLIN. Non paruũ est quod dicis, si inuentu possibile est, quo pacto in una quaque recte id fiat. ATH. Possibile est profecto, ut mihi ad præsens uideatur. CL. Ne igitur abeamus hinc obsecro, antequam nostris legibus id tribuamus. R. idiculus est enim, frustra in aliqua re sumptisse laborem, nec stabile aliquid fundauisse. M. B. Recte tu admones; me quoque talem inuenies. CL. Probe dicis. Quæ igitur salus ista est? & qua ratione Reipub. nostræ & legibus aderit? ATHEN. Nõne diximus cœtum in ciuitate huiusmodi esse constitutum quo decem de legum custodibus semper seniores cõueniant? His accedat omnes qui muneribus præmissisque honorati sunt. Præterea & illi qui multas urbes peragrauerunt, ut aliquid ad patriarũ legũ conseruationẽ cõferens reperirent. sed hi ad cœtũ huiusmodi nõ recipiãtur, nisi ex ea peregrinatione incorrupti et integri redijssent, et cœtu digni esse probentur. Atque horum singuli singulos sibi iuniores asci-

scant, non pauciores annos quàm triginta natos, qui natura educationeque digni esse asciscenti primò deinde & uniuerso cœtui uideantur. Quod si quis indignus adhibeatur, nullius momenti sententia sit. Hunc cœtum ante lucem conuenire diximus oportere, quãdo à cæteris tam priuatis quàm publicis negotijs uacatur. An nõ tale aliquid in superioribus diximus? CLIN. Certe. ATHEN. De hoc cœtu iterum illud dicam. Aio enim, si quis hunc quasi ancoram uniuersæ ciuitatis quæcunque ad hoc exiguntur in se continentem, iaciat, omnia quæ uolumus, seruatorum. CLIN. Quo pacto? ATHEN. Oportet ne modo dicemus, totisque uiribus incumbemus. CLIN. Probe dixisti, & ut cogitas facito. ATHEN. Oportet sane õ Clinia in unaquaque re congruum singulorum operum seruatorum excogitare. Qualem maxime locum in animalibus anima & caput habere uideatur. CLIN. Qua ratione rursus id ais? ATHEN. Horum nempe uirtus omni animali saltem præbet. CLIN. Quo pacto inquam? ATHEN. Nam anima quidem ad alia menses infusa est: capiti quoque ad alia uisus auditusque insertus. Atque ita summam pulcherrimis sensibus mens coniuncta, & in unum redacta, salus singulorum efficitur. CLIN. Ita uideatur. ATHEN. Certe. Nam & mens sensibus coniuncta nauibus in tempestate & tranquillitate salutem afferre solet. An non uides quod gubernator & nauis simul cum mente gubernatrice sensum coniungentes seipsos nauemque tutantur? CLIN. Quid ni? ATHEN. Non multis exemplis opus est. Sed in exercitu & medicina consideremus, ad quod signum respicientes imperatores & medici, salutem rectissime consequuntur. Nonne illi ad hostium fugam & uictoriam suam: illi ad corporis sanitatem? CL. Proculdubio. ATHEN. Si medicus corporis sanitatem ignoret, aut uictoriam imperator, & cætera quæ dicebamus, mentem ne habere sciret; aliquid in his uidebuntur? CL. Nequaquam. ATH. Quid porro in ciuitate: si quis finem ad quem uir ciuilibus respicere debet, ignorare uideatur, an primum iure princeps poterit appellari? Deinde seruare id poterit, cuius finem prorsus ignorat? CL. Minime. ATH. Oportet igitur & nunc ut uideatur, si nouæ huius urbis cõstructio bonum exitum habitatura sit, aliquid in ea esse quod cognoscat primum quifnam ciuilibus sit finis: deinde quomodo illum assequamur; & demũ quæ lex primum, deinde quifnam hominum recte ad illum consulit, aut non recte; quippe quæ ciuitas his carebit, non erit mirum, cum mente sensuque capta sit, si forte casuque singula faciat. CL. Vera loqueris. ATH. Nunquid dicere possumus in qua maxime ciuitatis nostræ parte uel quo studio huiusmodi aliquid ad salutem præsidium sufficienter constitutum sit? CL. Quamuis non si quido id asferere audeam hospes, cõiçcio tamen hanc orationem tuam ad nocturnum illum cœtum quem modo dixisti, contendere. ATHEN. Recte õ Clinia coniecisti. Oportetque illum ut ratio præfens significat, omni uirtute præditum esse. Virtus autem eius prima atque præcipua est, ne per multa uariarum uagetur: sed ad unum respiciat semper, quod omnia quali tela sibi semper dirigenda sunt. CLINIA S. Ita prorsus. ATHEN. Nunc ergo intelligimus non esse mirum si ciuitatum leges longe aberrent. Nam in qualibet ciuitate alia legum positio ad aliud, & alia ad aliud respicit. Et alijs iustorum finis est, ut aliqui siue meliores illi quidem siue peiores in Repub. dominantur. Alijs ut ditentur, siue seruiãt, siue non. Aliorum studium uertitur ad libertatem. Alij leges ad duo condunt, ut & ipsi liberi sint, & alias urbes subigant. Qui uero sapientissimos se putant, ad huiusmodi omnia simul. Vnum uero præcipuum ad quod cætera dirigant, non habent. CLIN. Nos igitur hospes recte iam diu legibus nostris ad unum respiciendum putauimus, idque uirtutem appellari concessimus. ATH. Ita est. CLIN. Et uirtutem quatuor quædam ponebamus. ATH. Certe. CLIN. Mentem uero horum omnium duce, ad quam & cætera omnia, & tria illorum respicere oporteret. ATHEN. Pulcherrime sequeris õ Clinia. Et in cæteris similiter sequere. Mentem quidem gubernatoris, medici, imperatoris, ad certum quiddam respicere dicebamus. Ciuilem uero redarguentes huc processimus, & nunc ueluti hominem, ita ciuilem hanc mentem percontemur. O mirifice uir quo redis? Quid illud unũ est, quod in arte sua medicus plane assignare potest, & tu qui cæteris prudentibus prestare te dicis, in tua facultate nõ poteris? An uos õ Clinia & Megille pro ipso respondere poteritis quod hoc ipsum sit, ut ego sepe ad uos pro alijs feci? CL. Nequaquam hospes. ATH. An nõ querendũ putatis, quod illud sit, et in quibus? CL. Dic plane. ATH. Cũ quatuor uirtutis species posuerimus, patet earũ quamlibet unã esse si quatuor simul conficiunt. CL. Quid ni?

Cur ciuitatũ
 leges longe
 aberrent

ATHEN. Vnum etiam cuncta hæc nominamus. Fortitudinem enim uirtutem esse dicimus, prudentiam uirtutem, et reliqua duo similiter, quasi reuera non multa sint, sed unum id solum, quod uirtus est. CLIN. Omnino quidem. ATHEN. Inquam igitur duo hæc inter se differunt, & duo nomina acceperunt, atque alia duo similiter, difficile dictu non est, in quantum uero in utrisque unum posuimus, idque uirtutem uocauimus, & in duobus reliquis similiter, non ita facile. CLIN. Quomodo istud ais? ATHEN. Nō est arduū quod dico, explanare. Agite ergo interrogandi respondendique munus inter nos partiamur. CL. Quo pacto? ATHEN. Interoga tu me quidnam unum appellantes uirtutem, duo utraque rursus diximus, alterum fortitudinem, alterum uero prudentiam. Causam equidem tibi afferro, quod alterum circa timores uersaretur. Vnde beluæ quoque fortitudinis participes sunt, & infantium animi. Natura enim quodammodo & sine ratione animus fortis efficitur, sed absque ratione prudens anima & mētis compos nec fuit unquam, nec est, nec erit. Aliud ergo hæc est quam illa. CLIN. Vera loqueris. ATHEN. Quomodo ergo duo hæc & differentia sunt ratione, à me accepisti. Quomodo uero unum & idem, tu rursus me doceas, ita ut dicturum te putes, quo pacto cum sint quatuor, rursus unum sint, & me postea tibi rursus quomodo quatuor sint, declaraturum. Deinceps autem consideremus, utrum qui res aliquas sufficienter intellecturus est, quæ & nomen habent & rationē, nomen solummodo scire debeat, rationem minime. An potius si precij alicuius est, turpe est rerum magnitudine & pulchritudine excellentium tam nomina quæ rationes ignorare. CLIN. Ita uidetur. ATH. Legum uero conditori atque custodi, & ei qui uirtute præstare ceteris opinatur, & munera pro his rebus accepit, est ne maius aliud quam fortitudo, temperantia, iustitia, atque prudentia? CLI. Quomodo aliud? ATHEN. De his igitur interpretes, doctores, legum conditores, aliorum custodes, nonne ceteros qui scire cupiunt, uel punitione & increpatione indigent, docere debent, quas uires uirtus, quas uitium habeat, atque hæc significando excellere ceteris? An uero poeta quispiam aut iuuentutis magister ubi nuper ingressus, eo præstantior iudicabitur, qui omni se uirtute excellere profiteatur & deinde mirum uidebitur, si ea ciuitas ubi custodes uirtutis nomen rationemque non tenent, tanquam deserta custode, eadem patiatur, quæ & alia multæ hodie patiuntur? CL. Nihil certe mirum. ATH. Ad hoc itaque incumbamus. Quomodo igitur custodes in uirtute ceteris ita re quæ exquisitiores reddemus? Vel quo pacto prudentum capiti atque sensibus similis ciuitas nostra propter huiusmodi custodiam fiet. CL. Quonam pacto hanc o hospes similitudinem faciemus? ATHEN. Patet quia ciuitas capitū quædam capacitas erit, custodes autem iuniores sagaces solertesque supremo in uertice collocabuntur. Vnde urbem rotam circumsipient, & custodiendo quæ sentiunt, memoriæ commendabunt, omniaque senioribus nunciabunt, qui mentis ob rerum multarum cognitionem persimiles, ciuitati consulent iuuenum ministerio usi. Atque ita utrique communiter ciuitatem omnem conseruabunt. Sic ne an aliter ipsos preparandos putamus? An æquales omnes habendos esse censemus? nec exquisitori ratione educari erudiri nonnullos uolumus, eosque ceteris antepone? CL. At id quidem o mirifice utri impossibile est. ATHEN. Ad exquisitiorem ergo disciplinam quam superior illa sit, ueniamus. CLIN. Sic ferme. ATHEN. Atqui ea forte quam modo tetigimus, hæc ipsa est quam quarimus. CLIN. Omnino. ATHEN. Dicebamus autem præcipuum in singulis opificem atque custodem, non solum oportere, ut multa cernere possit, sed ut ad unum etiam tendat, illudque cognoscat, & cum cognouerit, cuncta illo quæ respicit, dirigat. CLIN. Recte. ATHEN. Est ne igitur exquisitor consideratio alia rerum quam ut possis ad unam ex multis dissimilibusque ideam aspiceret? CLIN. Fortasse. ATHEN. Ne fortasse dicas, sed reuera o beate uir, nemo certior hac uiam rationemque unquam habebit. CLIN. Tuis rationibus hospes persuasus cōcedo, quare ita prosequamur. ATHEN. Compellendi ergo diuinæ Reipublicæ custodes nobis sunt, ut exacte inspiciant, primum quid in omnibus quatuor idem sit, quod cum in fortitudine, temperantia, iustitia, & prudentia insit, uno uirtutis nomine iure uolumus appellari. Id o amici si uultis, modo apprimè teneamus: nec dimittamus antequam satis pateat quidnam illud sit, ad quod siue quasi ad unum, siue quasi totum, siue ad utraque, siue quomodocunque se habeat, respiciendum sit. An putamus si hoc nobis effugerit, satis nobis patere, quæ ad uirtutem pertinent, de qua nec si multa, nec si quatuor, nec si unum explanare possumus. Aut igitur si nostro

Fundamenta
legū omnium

si nostro consilio creditis, modeste adinuenire conabimur quo id in ciuitate nobis aderit, aut si uidebitur, dimittemus. CLIN. Minime per hospitalem deum, o hospes, dimittendum hoc est. Rectissime namque id dicere uideris. Sed quo pacto quis hoc inueniet? ATHEN. Nōdum quomodo agendum dicamus: sed primum inter nos, oporteat nec ne, conueniamus. CLIN. Oportet certe si possibile est. ATHEN. Quid porro de honesto ac bono: utrum quod solummodo multa sint, custodes nobis cognoscent? an etiam quomodo unum cognoscent? CLIN. Necessarium uidetur ut etiam quomodo unum sint, intelligant. ATHEN. Quid deinde? Intelligere ne solum debent, oratione autem declarare nō posse quod intelligunt? CLINIAS. Quo id pacto? seruilis enim habitus esset. ATHEN. Num etiam de omnibus studio dignis eadem ratio est, ut eos qui ueri custodes futuri sint, oporteat ueritatem legum optime intelligere, orationemque sufficienter exponere, & operibus assequi, quæ recte fiunt quæ non, secundum naturam diiudicantes? CL. Cur non? ATHEN. Nōne una de rebus optimis est ea de qua supra serio disputauimus? Vbi quod sint dii, & quod uires maximas habeant, demonstrauius: idque pro uiribus homini esse sciendum: ita ut multis ignoscamus, si legum tantummodo sententiam se quantur: custodiam uero nulli committamus qui non multo labore firmaque fide quæcumque ad deos pertinent, fuerit affectus: ut neminem unquam custodem legum eligamus aut ceteris uirtute anteponamus, nisi diuinus sit, diuinisque studiis operam dederit. CLINIAS. Par est igitur, ut ais, si quis in re diuina tardus & ineptus sit, ut is longe à rebus pulcherrimis arceatur. ATHEN. Scimus ne igitur duo esse, quæ faciunt ut quæ supra de diis exposita sunt, credantur? CLIN. Quæ nam? ATHEN. Vnum quidem illud de anima supradictum, quod antiquissima diuinissimaque omnium sit, quorum motus generationem fortitus substantiam semper fluentem produxit. Alterum de ordine: quo astra ceteraque feruntur, quæ intellectus ducens, omnia exornauit. Nemo enim qui hæc diligenter considerauit atque percepit, adeo impius unquam fuit, ut contra nō sit affectus quam multum suspicentur. Plerique enim putant eos qui hæc tractant astronomiæ & alijs huiusmodi ad hæc necessarijs artibus dediti, à religione alienos esse. Quippe cum necessitatem pro uiribus qua res fiunt, inspexerint, non uoluntate diuina boni gratia omnia gigni credere illos arbitrantur. CLIN. Quomodo igitur id se habet? ATHEN. Contra se habet penitus nunc, & quando sine anima esse hæc putabantur. Quamuis etiam tunc quicunque diligentius alijs illa perscrutabantur, mire ueritatem tangebant: quod uidelicet nunquam si anima carerent tam exquisita ratione uterentur, mentis expertia, audebant affirmare nonnulli mentem cœlestia omnia ornauisse. Sed iidem ipsi nescientes anime naturam antiquiorem esse corporibus, omnia rursus, ut ita dixerim, immo uero seipsos euerterunt, cū iuniorum putauerint. Nam & quæ ante oculos sunt, hæc & in cœlo esse crediderunt. Itaque terra, lapidibus, alijsque inanimatis corporibus referta esse cœlestia credentes, his causas totius mundi dederunt. His igitur factum est, ut qui hæc tractant philosophi, tanquam impij uulgo existimarentur, & à poetis compararentur canibus frustra latrantibus, alijsque in eos plena stultitiæ dicerentur. Nunc autem, ut diximus, contra omnino se res habet. CL. Quo pacto? ATH. Nunquam mortalis quispiam poterit deum firmiter colere, qui hæc duo antea non acceperit. Primum, quod rerum omnium quæ generationis participes sunt, antiquissima anima est, atque etiam immortalis: cumque talis sit, omnibus dominatur. Deinde quod sapius diximus, ueram esse mentem in astris non ignoraret, & quæ antecedit ad hæc disciplinæ ipsum non lateant. Musæ etiam his conuenientis nō ignora ad mores componendos legesque seruandas ipsa utatur: possitque earum rerum rationem reddere, quæ rationem habent. Qui uero ad uirtutes publicas, hæc insuper non possederit, is nunquam ferme totius ciuitatis sufficiens princeps erit: sed aliorum minister. Considerandum uero nunc o Clinia & Megille, utrum prædictis legibus hunc ut apicem custodemque illarum apponere debeamus, ut saluti gratia nocturnus principum cœtus adsit, disciplina quam prædiximus, præditus. Quid ergo agemus? CL. Quid prohibet optime uir, quo minus quantum possumus, apponamus? ATHEN. Certe ad id contendere omnes debemus. Ego quidem libenter uobis opitulabor. forte etiam ob harum rerum peritiam alios quoque multos adiutores inueniam. CLIN. Hac uia o hospes maxime proficiscamur, qua deus

HH ipse

ipse ducere uidetur. Sed modum nunc quo recte hoc fiat, excogitemus. **A T H E N.** Leges de istis ò Clinia & Megille nō ante scribi possunt, quam ciuitas uniuersa fuerit exornata. Tunc enim debita cum auctoritate constituenda uidentur. Sed eā non aliter recte quam doctrina multa & longo disputationis examine probabuntur. **C L I N.** Quid hoc iterum sibi uult? **A T H.** Primum igitur cœtus eorum hominum qui aetate, doctrina, moribus, consuetudine, ad custodiam idonei sunt, constituitur. Deinde quæ dicenda sunt, ea nec inuenire facile, & inuentoris discipulum fieri arduum. Tempora præterea in quibus percipere oportet singula, frustra scribentur. Nec enim possunt ipsi qui discunt, cognoscere quando quid oportune discatur: antequam in eorum animo rei ipsius scientia sit. Quæ igitur in his palam dici non possunt, non recte tentantur, dici autem non posse inquam: quoniam si dicantur, nihil planius explicant. **C L.** Cum hæc ita se habeant hospes, quid nobis agendum censes? **A T H.** Quod ut pro uerbo dicitur, in cōmuni & medio positum est, id nobis ò amici nunc competit, ac si de uniuersa republica periculum subire uelimus: faciunda omnia sunt ita, ut ter sex, uel tres talos iactamus. Equidem periculum id uobis scum subibo, dicendo atq; exponendo, quæ mihi de hac disciplina & educatione quam modo tetigimus, uidebuntur: periculum autem paruum non est, nec alijs simile. Quod tibi ò Clinia curæ modo esse iubeo. Tu enim in Magnesiensi urbe, uel illa cui deus ipsam cognominem faciet, summa florebis gloria, si recte ipsam cōstitues. Certe nunquam effugies quin posteriorum omnium fortissimus uidearis. Si ergo diuinus hic cœtus nobis ò amici constituitur, huic ciuitas erit tradenda. Neq; his reliqui legum latores tanquam minus sufficientibus a duerfabuntur. Profecto quod paulo ante quasi somniantes uerbis tetigimus, quando capitis mentisq; communionem per imaginem quandam attulimus, id pene uigilantes perficiemus, si nobis hi uiri exquisitè docti conuenerint, & in arce regionis habitauerint custodes ciuitatis constituti, quales nunquam nos in præterita uita ad custodiam agendam fuisse cognouimus. **M E G.** Ex omnibus quæ diximus, ò amice Clinia, patet, aut huiusmodi ciuitatis constitutionem prætermittendam esse, aut hunc hospitem non dimittendum, sed precibus modisq; omnibus socium ad disponendam ciuitatem accipiendum. **C L.** Probe loqueris ò Megille. Ego quidem sic prorsus efficiam, sed tu quoq; opem feras. **M E G.** Feram equidem.

ARGUMENTVM MARSILII FICINI IN EPINOMIDEM
id est legum appendicem, uel philosophum.



LHESAVRVM diuini Platonis, magnanime Laurenti, latere in hoc Epinomide qui philosophus rursus inscribitur: Platonicorum ambigit nullus. Sed ad hunc in lucem penitus expromendum, multis opus est machinis. Marsilio uero tuo argumenta promittenti, non licet prolixiora præstare. Præsertim cum & scriptorum expressorumq; tabellarij opus assidue urgeant, & argumenta procacius è manibus extorquentes, uix permittant in singulis uoluminibus summa se qui fastigia rerum. Præcedentium legum consilium est, animos ciuium pro uiribus ita componere, ut expeditam adepti tranquillitatem, diuinorum operum rationes & causas perscrutentur, & in his quasi speculis auctorem deum speculentur, & colant. In speculatione quidem sapientia, in cultu uero religio, in ambobus tota consistit humana felicitas finisq; legum. Eiusmodi finem superiores quidem promittunt leges: Epinomis uero præstat donante deo. Itaq; perfectum hunc mentis habitum in exordio uaticinatus deinceps supplici quadam oratione petit à deo. Felicitatem alij in hac uita haberi posse iudicauerunt: alij in altera, alij uero nusquam. Profecto quicumq; in hac uita humanis eam uiribus acquiri putant, totius uite testimonio reclamante manifeste falluntur. At uero qui nusquam, ij tanquam uani, uanum quoq; esse uolunt nature totius instinctum. Sapienter admodum Plato noster felicitatem in altera uita sperat, tum presentis uite uiribus, tum dei munere comparandam. Non diffidit tamen paucissimos quosdam in hac quoq; uita felicitatem degustare posse. Quos in Phædro, in Phædone, in republica tales esse uult, ut extra corpus uiuant potius quam in corpore, deoq; ipsi potius quam sibi uiuant: quo efficiatur, ut aspirante deo uel inter ipsos fluminis Lethæi fluctus, libare nonnihil ætherei nectaris uideantur. Neq; ab re hunc Epinomidem præterea inscripsit Philosophum. Siquidem ut in republica sexto & septimo, & in presenti libro patet, philosophi officium est rerum omnium rationes inuestigare, ut diuinam ipsam qua facta sunt inueniat, rationem, inuentam colat, culta fruatur. In hoc autem libro dum ad felicitatem

quam in sapientia religiosa proculdubio collocat, perducere nos contendit, proprium legitime philosophantis depingit ingenium, & conuenientibus disciplinarum gradibus erudit & format. Atque ubique non minus, imo multo plus uirtutis & pietatis, quam scientiæ à philosopho uideatur exigere: & quicquid scientiæ ab hoc exigit, idcirco requirit, ut deum ipsum uerum tam scientia magistrum quam auctorem rerum quæ sciuntur, præ ceteris ueneretur. Primum uero uim nobis ad diuinam felicitatem naturaliter institam ex eo probat, quod omnes in omnibus actionibus ipsam & uaticinamur & querimus, & alijs omnino nullis implemur. Deinde singulas ordine facultates enumerans, ostendit hanc neque naturalibus, neque necessarijs, neque ludicris & iocosis, neque auxiliatricibus facultatibus comparari. Tertio demonstrat uirtutibus tum moralibus, tum speculatiuis acquiri sapientiam & pietatem beatitudinis fundamenta. Vbi uero speculatricis doctrinas enumerat, primum quidem arithmetica non laudat solum, uerum etiam admiratur, quam in libris superioribus maxime omnium inquit ingenium acuere, memoriam confirmare, animum ad omnem speculationem actionemq; aptissimum promptissimumq; efficere. Atque hic addit numerum ab ipso deo hominibus traditum uelut rationis discursionisq; necessarium instrumentum. Quo sublato, & animus amens appareat, & scientiæ artesq; penitus euanescent. Laudat præterea geometriam mensuras spectantem, & stereometriam librantem pondera, & astronomiam cœlestia obseruantem, & musicam concentum cœlestium imitantem. Commendat quoque physicam, ubi de corporum generibus, compositionibus, animalibus, motionisq; & generationis principio tractat: sed ita, ut minutissima quæque naturalium relinquat medicis, tanquam ab eo qui ad diuinam se confert, minimum aliena. Dialecticam denique, id est metaphysicam, & apicem huius theologiam uelut reginam omnibus anteponi: uidelicet singulis ceu gradibus utentem ad inueniendum deum atque adorandum. Tria uero reginæ huius circa ceteras facultates muneræ esse probat. Primum, ut multitudinem harum omnium circumspectat. Secundum, quæ nam una in cunctis communitio connexionq; sit conspiciat. Tertium, qua ratione ad unum ipsum diuinumq; bonum, & multitudo hæc, & huius unio conferat, manifeste suspiciat. Addit autem, nisi eiusmodi unio doctrinarum ad diuinum unum conducens, comprehendatur, cunctas omnino inanes euadere: neque quid in eis unum sit percipi posse, nisi comparetur ad unum, à quo & ipsam accipiunt unionem. Mentem uero hæc omnia consequuntur, atque ita unitam sibi: rursusq; per se unitam deo: & hic ait pro uiribus beatam esse, & in altera fore uita omnino beatam. Id autem libri totius est argumentum. Paulo post exordia, ubi traduximus hæc uerba, scilicet, Breue autem tempus, quod deinde sequitur, alibi legitur, Ad rationis discursum idoneum, & id quidem nō solum in deo prauatis, sed & moderatis hominibus relinqui uidetur. Vbi uero cælum laudat tanquam & prudentiæ & bonorum omnium causam, eiusmodi laudes à cœlo corporeo ad incorporeum cælum, id est ideam cœli uult transferri. Quam ibidem adorari iubet per cælum uisibile quasi per simulacrum significatam. Tu uero hic attende, homines in genere terrestrium demonum iudicari, ubi inquit, demones alij simul omnes, & quæ sequuntur. Post hæc ait, si quis quod diuinum est generatione cognouerit, uerum numerum, pietatemq; cogniturum. Diuina in generatione duo significat: tum spiritalem quandam motionem quæ in anima est, siue uim motricem, corporeæ motionis, generationisq; originem tum speciem naturalem, quæ in perpetua generationis successione seruat. In motu quidem anime uerus est numerus musica, ut Timæus ait, proportionem concentusq; consonans. In specie quoq; uerus numerus. Rerum namq; species certo quodam numero & ordine disponuntur. Per hæc utique religio confirmatur. Nam ex libero anime motu diuinam substantiam per se existentem uaticinamur: & ex perpetua in speciebus perseverantia idearum auguramur eternitatem. Audies sententiam Mosaico mysterio similem. Ait enim, si quid mali ab aeris qualitate & plantis & animalibus nobis infertur, non diuinam naturam culpandam esse, sed humanam, quæ iniuste uitam suam distribuit. In sequentibus, legum finem manifeste cognosces his uerbis. Finis hic legum tibi propositus est, ut dei cultu & uitæ puritate optimum atque pulcherrimum exitum consequaris. Mox repetit tria pietatis capita. Primum, ut deum esse credas. Secundum, ut maximorum simul & minimorum curam habere confitearis. Tertium, ut nullis precibus aut donis inique stecti cum existimes. Confirmat & iterum diuinitatis fidem ex ipsius anime excellenti quadam diuinitate. Putat autem quicquid ita corpore melius est, ut sit & diuinius, id est diuini similius quam corporeis, idem corporibus cunctis antiquius esse, propterea quod in quolibet rerum genere siue ordine, quod perfectius est, esse quoq; magis possidet: ideoq; causam imperfectioribus exhibet existendi. Quod uero alteri esse præbet, nimirum est & antiquius. Addit, quando ex congressu anime cum corpore, conficitur animal, unā quandam ibi formam in corpore resultantem, id est uitam corpoream in subiecto ex accessu uite incorporeæ procedentem. Ponit & duo rerum genera. Alterum quidem corporeum, incorporeum uero alterum. Et huic quidem actionem, illi uero attribuit passionem. Huius item unam esse dicit formam, ob id potissimum: quod & simplex est, & in ipsa semper forma substantiæ permanet. Sed quod legitur, Non enim est aliud, & quæ sequuntur, alibi ita legitur. Nam quod in alia transmutatur, non est incorporeum, & omnino coloris expers præter diuinissimum reuera anime genus. In ge-

neri uero corporum quinq; collocat corpora. Quæ ideo uocat solida, quia & in profundū adacta discernuntur à plantis, & in omni corpore uel liquidissimo est aliquid solidi, tum per ipsam naturæ propriæ consistentiã, tum Platonicè per quandam terrenæ naturæ similitudinem ad cælum usq; diffusam. Cælum quidem ex eo ignem nominat, quod propriam habet lucem, quæ præcipua ignis est qualitas. Habet & perennem motum, qualem uidemus in igne: & instar ignis non patitur mixtionem, & quia non dum naturali depellitur loco, ideo non cogitur assensu redire; sed reuoluitur. Et actu quidem lucet, uirtute uero calet. omnino uero diuersissimi generis est à nostro. Post cœlestem ignem, alteram collocat ignis speciem, calentem iam magis quàm lucentem sub luna ætheris nomine nuncupatam. Cuius quidem uestigium quoddam est noster ignis, iam non solum calens, sed adrensens; adrensens inquam ob nimiam asperitatis terrenæ permixtionem. Qui uero in tenui uiget materia lucet purius: caletq; suauis; præsertim ubi à nullo coarctatus spatiat in amplum. Huic subdit aerem, aquamq; & terrã. Putat autem quamlibet mundi spheram ex his quinq; componitur perfectissima inter omnes sit, tam in substantia conuexio quàm in uirtute & actione communitio. Verum in qualibet sphaera unum esse præcipuum, ac pro natura sua reliqua insuper contineri. Sic & æther in terra terrenus est: & terra in æthere euadit æthereã, similiter & in cælo. Sed de his nonnihil in Theologia; nonnihil in Timæi commentarijs diligentius. Proinde animalia in cælo, æthere, aere, aqua, terra rationalia collocat. Quæ dicit ab anima fieri: ab anima in quã triplici. Vult enim ultra unam mundi totius animam, duodecim esse sphaerarum, duodecim animas: deinde in qualibet sphaera duodecim esse ordines animarum. Hi ordines in cælo sidera sunt & stellæ, in terra homines: in æthere, aere, aqua, scilicet sublimiori, sunt demones. In his singulis animatis animam rationalem corpori suo coniunctã animal procreare, id est compositum quiddam ex proprio corpore, uitãq; corpori profusus infusa. Quæ quidem uita iam facta corpora à triplici dependet anima. Nam & à propria, & ab anima sphaeræ, & à mundi totius anima. Quod autem cœlestia animas habeant, argumento sunt apud Platonem diuinitas substantiæ cœlestis, quantitatis amplitudo, qualitatis uirtus uiuifica omnium, motionis uelocitas atq; efficacia. Quod insuper animæ cœlestes mentem habeant, ex ordine tenorisq; eiusdẽ perseuerantia conicit. Subdit necessitatem animæ mentem habentis esse quàm maximam, duobus id modis intelligens. Primo quidem, quia naturalis necessitas, puta in hac uel illa ignis parte ad comburendum & ascendendum, agit aliunde ducta. Animæ uero intellectuales naturas, quatenus participat in intellectum, eatenus suæ actionis est domina. Deinde quia motus animæ cum sit natura liber, præuicari facile potest, uicissimq; pernegari nisi mente uelut auriga regatur: mente inquam perfecta, & optimum actionis finem, & electissimam uiam ab initio providente. Quæ quidem cum optima optime adest animæ, qualis est in stellis, necessarium præscriptum opus assequitur. Nã & optima animæ, id est potentissima non relinquantur corpora, & mens optima consilium non permutat. Hinc ergo ait tres Parcas conservare perfectum quicquid certo consilio cœlestes dii deliberarunt. Tres ait parcas, fatum unum ad diuinarum mentium nutum tria disponens, principia scilicet, ac media, finesq; rerum. In superiori uero libro, quæ fati constituta sunt, materijs ad ignem elaboratis, siue directis, siue contortis dixit esse similia. Nam ut hæc materia in oppositū ultra flecti non possunt, ita neq; fatalia. Neq; iniuria ad ignem contorta commemorauit. Nam igneæ colorum sphaeræ fati sunt instrumenta. Præterea ubi stellæ ait uel sempiternas esse uel longeuas, sufficienter Orphicam, & forte mercurialem tangit opinionem: Mundum scilicet post multa secula in ignem resolutum iri. Nam & dissolubile esse tandem quod compositum, & ignem uelut maximum omnium atq; potentissimum in se omnia tandem mirabiliter assumpturum. Mentem uero diuinam operis huius artificem ex igne rursus opus simile & simili fato facillimoq; nutu reformaturam. Quam quidem sententiam Anaxagoras, Empedocles, Heraclitus, & Stoicorum pleriq; confirmauerunt, si tentes deum quidem omnipotentem posse opus suum semper in ordine simul tradito conservare: at opus ipsum, quia & finite naturæ est, & intra se repugnans, non posse seruari: deum uero quod formationi deest, reformatione rependere. Sed hæc illi uiderint. Tu uero notabis hic Platonem eos redarguere, qui cœlestia idcirco negat uiuere, quia semper eodem modo ferantur. Quod quidẽ non absens uita, sed præsentis sufficienti atque sapientia esse omnibus debuit argumentum. Memento præterea animam à corpore adeo diuersam existimari, ut nihil sit utriusq; commune, id est nulla communis materia. Item quia anima ex materia non dependet: rursus quia natura corporea, neq; uera substantia, neq; uera essentia indicatur: appellat animas stellarum deos, eorum uero corpora deorum simulacra. Proinde in dijs cœlestibus Iouem nominat providentiæ munus: Iunonem uero, nimiam maiorem providentiæ subditam. Ait & stellæ singula acute sentire, per sensum uidelicet à nostro longe diuersum. Describit quoq; naturam demonum prudentia, sensu, memoria, motu potentem: inter deos hominesq; mediã intercessionis, interpretationisq; gratia honorandam, cogitationes nostras cognoscentẽ, ex nostris uidelicet figuris & motibus & affectibus, diligentem bonos, malis infensam. Omnes hic demones uidetur bonos existimari, quos uidelicet doceat coli. Alibi uero nonnullos significat esse malos. Et æthereos quidem aereosq; inuisibiles: Aqueos uero, quos nominat semideos, uideri ait nonnuncquam & uix, uisibilem scilicet intimo potius quàm externo.

Addit

Addit admoneri animos à demonibus per somnia, uoces, uaticinia, ostenta; maxime uero quo tempore animus migrat è corpore. Multa his admentibus religioni addita esse inquit. Ait præterea non licere quæ in religione legibus firmata sunt, mortali naturæ mutare. Mortali inquit, diuinæ enim licet. Edisce diuinũ dictũ: Ratio omnium diuinissima uisibilem constituit mundũ, quem uir felix admirans charitate accenditur diuinitatis inueniendẽ, unde felix & hic & in altera uita euadit, sitq; per sapientiam uere unam uere unus: ad congrua uirtuti loca translatus reliquum etiam omne tempus diuina contemplaturus. Mox ubi traductum est, Res enim diuinus, & quæ se quuntur, alibi legitur: Non enim prudentis est diuinorum alia quidem honorare, alia uero negligere. Narrat inter hæc astronomica quædam notissima. Laudat ad in genij uirtutem temperatam aeris qualitatem. Deinde ubi ait motionem, ad bonum tendentem à bona anima proficisci, de finentem uero in malum, contrario se modo habere, retine cogites alteram quidem mundi animam bonam esse, alteram uero malam: sed ab ipsa mundi anima proficisci bona, quatenus mentis est particeps. Alioquin prouentura inde mala, id est ordine numerorum omnino carentia. Mala enim in superioribus nominauit, quæ concordi numero & pulchritudine carent. Bona uero quæ consentientibus numeris coaptantur. Subdit mala, id est priuationem ordinis, uicta fuisse à bonis, id est ab initio rerum ab ipis diuinæ mentis ideis. Item uinci oportere, scilicet mundo perseuerante. Hæc uero fuisse dicta secundũ iudicium impijs puniens: quia uidelicet diuinum iudicium malos puniens, iniustitiæ malum uincit iustitiæ bono. Nota his uirtutem maximã esse religionem, negligentiamq; religionis causam infelicis ignorantie hominibus exitisse. Item optimum ingenium esse quod ex temperantia & fortitudine mixtũ sit, doctile, memor, ad diuinã propensum. Cumq; eiusmodi ingenia recte educata sunt, religionis cultum ab ijs in alios uerissimum proficisci, ciuitatq; omnium utilissimum. Et sapientiam nisi adiuuante deo disci non posse: ab eo autem qui modum in docendo nõ seruat, satius fore non discere. Item deorum plena esse omnia: adeo ut superi neq; obliuiscantur nostrarum rerum, neq; nos deserat. Quæ uero de numeris attingit rapinam, ubi opportunus fuerit, latius explicabimus. Nunc ita perstringe. Numeri in se quidem incorporei sunt, quando nihil aliud sunt quàm repetita unitas. hæc autẽ indiuidua est. At cum primum situm fortiri putantur, fingi possunt in puncta conuerti. Item ex tractu quodam à puncto in punctum na sci lineam, ex cuius ductu superficiem, ex cuius descensu profundum. Numeri lineares quidam sunt, superficies alij, alij uero cubi, atq; solidi. Primi sicut binarius unitatis quàm proximus. Secundi sicut quaternarius, per binarium ab unitate procedens. Tertij, ut octonarius ex binario in se reuerso profectus. Perfecta item proportio dupla putatur. Primo quidem, quia prima est, inter unũ scilicet atq; duo progenita. Secundo, quia dum uidetur discessisse ab uno, geminando restituit unũ. Tertio, quoniam omnes proportionem intra se continet. Nam & sesquialtera & sesquitertia similesq; uelut partes sunt infra duplam. Hanc natura obseruat in cælo: seruat & huius gratia sesquialtera etiam sesquiterciam: ex quibus dupla componitur. Pythagoricenim, ubi sphaerarum interualla dimetiuntur, terram ad firmamentum comparant: Item ad Lunam & Solem, Solem quoq; ad firmamentum. In quibus sane comparationibus interuallum à terra ad Solem, comparatum ad interuallum ab eodẽ ad firmamentum, efficit quidem inter terram ac Solem sesquialteram: inter hunc uero & firmamentum sesquitertia. & in illa quidem proportione diapente consonantia nascitur: ex hac autem diatessaron. Ex quibus certe ambabus conficitur proportio dupla consonantiãq; diapason. Volunt & à terra ad lunam fieri diatessaron, sicut ad Solem fit diapente, & à sole ad firmamentum iterum diatessaron. Quemadmodum uero natura proportionem eiusmodi obseruat in sphaeris: ita in actionibus passionibusq; elementorum, ut enim actio perfecta proueniat, oportet agens duplo potentius esse subiecto. Sed quare? Quia cum intendat in agendo geminare se ipsum, nimium proportione indiget geminante. Alioquin si minore spatio superarẽ, reluctans subiectum perfectã impedit actionem. Sicut uero dupla conducit ad substantialem speciem generandam, ita sesquialtera ad familiarem speciei effectiõnem atque figuram, & sesquitertia ad accidentia quædam cõmuniora. Præterea proportionis eiusdem modus in nostris seruat huius moribus. Duplum enim esse uolunt san guinem ad pituitam, duplam & hanc, ad bilem: hanc similiter ad atram bilem. Quod si duplas habent, consequenter sesquialteras & sesquitercias, quæ in dupla sunt, cõmitem. Similes quoq; in auditu consistunt. In quo quatuor aeris insunt gradus: Tres ignis: Duo aquæ. Terræ unus. Scis autem inter quatuor atq; tres proportionem fieri sesquiterciam. Continet enim quaternarius ternarium: ac insuper unitatẽ partem ternarij tertiam. Scis quoq; ternarium inter atq; binarium sesquialteram collocari, quando ternarius binarium continet, insuperq; unitatem alteram, id est dimidiã binarij portionem. Quamobrem in ipsa auditus affectiõne proportionem omnes manifestis quàm alijs insunt. Itaq; & consonantia. Diapason quidem, id est octaua uocis, in dupla. Diapente uero, id est quinta, in sesquialtera. Diatessaron autẽ, id est quarta uocis, in sesquitercia. Ait to quod in quatuor elementis proportionem possunt similes cogitari. Sed de his alijs. Cõsentiant his & medici in ijs quæ ad tactum & quodammodo ad gustum pertinent, gradus quatuor numerantes. Primum quidem qui uix sensu percipiatur. Secundum uero qui manifeste percipiatur, sed non offendat. Tertium iã offendetẽ, & deinde letentem. Quartum breui interimentem. In his quidem gradibus, dupla & sesquialtera & sesquitertia reperitur.

H H 3 sed hæc

Proportio huius morum nostri corporis

sed hec medici uiderint. Adducit hic Plato unum, duo, quatuor, sex, octo, duodecim. A quatuor ad duo, dupla est, ab octo ad quatuor quoque; dupla. hi quidem excessus duo, proportionem sunt pares. uterque enim fit per duplam, non tamen pares numero; octonarius enim quatuor superat quaternarium: hic uero binario excedit binarium. Cōparatur rursus senarium, hinc quidem ad quaternarium; inde uero ad octonarium. Hinc certe fit sesquialtera: inde uero fit sesquitercia. Hi ergo excessus proportionem sunt impares, numero uero pares. Utrobique enim per binarium fit excessus. Rursus comparatur sex ad duodecim proportionem dupla, & inter hæc ad utrumque conferas octonarium. Certe à duodenario ad hunc sesquialtera nascitur. Ab hoc ad sex, oritur sesquitercia: ex quibus dupla inter sex duodecimque componitur. in qua duo illi excessus tam proportionem quam numero impares euidenter apparent. Hæc omnia in commentarijs Timæi commodius pertractantur.

PLATONIS EPINOMIS VEL PHI

LOSOPHVS. CLINIAS, ATHENIENSIS

HOSPES, MEGILLVS.



AM, ut communiter statueramus, huc tandem omnes tres o hospes recte peruenimus, ego & tu, & hic Megillus de prudentia quaesituri, qua ratione illud attingere ualeamus, quo intellectio humanus habitus optime se quantum natura fert, ad prudentiam habet. Cætera enim quæ ad ferendas leges pertinebant, iam tractauimus. Quod uero & inuentu & dictu maximu est, quoniam uidelicet si cognitum sit, sapiens homo fiat, neque inuenimus, neque diximus. Veru nullo pacto pretermittendu censeo, ne forte imperfectum illud relinquamus, cuius aperientis dignitate hucusque profecti sumus. **A T H E N.** Scite loqueris o amice Clinia. Sermonem uero quenda nunc mirum, & rursus quodammodo non mirum, auditurum te puto. Multum enim fluctibus huius uitæ iactati illud predicant, humanum genus felix atque beatum esse non posse. Attende igitur & considera utrum & ipse recte hac de re dicere uidear. Impossibile arbitror homines in hac uita præter admodum paucos felicitate & beatitudine esse qui. Bona tamen spes est, ut post mortem quis ea omnino consequatur, quorum desiderio accensus, optime pro uitibus egit uitam atque exegit. Nec inauditum aliquid nouumque adduco, sed quod Barbari omnes & Greci modo quoda cognoscimus. Nemo enim ignorat quanta sit in prima generatione animalium difficultas, in conceptione & utero primu: deinde in natiuitate & partu, postea in nutritione atque educatione. Nam per mille labores fieri hæc non ignoramus. Breue autem tempus est, non solum respectu diuturnitatis malorum, uerum etiam quocumque modo quis cogitet, quod quasi circa humanam uitam medium respicere parumper nos facit. Sed cito tristis senectus superueniens efficit ne quis opteratus in uitam redire, cum præteritas molestias cogitet, nisi puerili opinione feratur. Quæ omnia ita se habere, illud mihi argumento est, quod modo quaeris. Quærimus enim quoniam pacto fieri sapientes possimus, quasi aliqua huiusmodi uis singulis insit. Quæ quidem tunc nos fugit, quando ad aliquam earum facultatum, quæ artis uel prudentiæ uel scientiæ nomine communiter appellantur, quis perrexerit, tanquam nulla istarum in huiuscemodi humanis rebus digna sit sapientiæ uocabulo nuncupari, animus tamen ualde confidat, uatideturque aliquam huiusmodi uis sibi secundum naturam inesse, quæ uero sit, & quædo, & quomodo adsit, facile inuenire non possit. Nonne dubitatio & inquisitio hæc nostra de sapientia, huc spectat maxime plena nimirum spe in singulis, quicunque & seipos & alios prudenter concorditerque possunt in omni genere sermonis disputationisque examinare. Ita ne, an aliter hæc se habere dicemus? **C L I N.** Nos quidem hospes ista concedimus, sperantes uidelicet una tecum deinceps ad uerissimam de his sententiam peruenturos. **A T H E N.** Alias igitur artes, quæ cum scientiæ appellentur, hominem sapientem non faciunt, primu percurramus, ut illis remotis, eas quibus egemus, admoueamus, comparemusque, & facta comparatione discamus. Atque eas in primis uideamus, quibus humanum genus maxime indiget. Vere enim hæ primæ sunt, & maxime omnium necessariae. Quarum artifices quauis ab initio sapientes uisi sunt, nunc tamen & sapientes non habentur, & propter eas artes uituperantur. Dicendum igitur quanam hæ sint, & quod quicumque optimi uiri ui-

Quæ artes sapientem non reddant

piunt uideri, artium huiusmodi studia fugiant. Prima uero sit, quæ ab humanarum carnium est, qui ferarum ritu quondam inter homines inoleuerat, ut fabulæ ferunt, abstinere iussit, & ad uictum modestiorem nos reuocauit. In quo sane præci homines quamuis mansuete & humaniter nobis consuluerint, ualeant tamen, nec sapientiæ nomē usurpent. Deinde cibi Cerealis artificium utile quidem & pulchrum, sed sapientem absolute uirum nunquam efficit. Difficultatem enim & molestiam potius quam sapientiam afferet. Neque etiã agricultura id facit. Non enim arte, sed natura & dei quodam fauore terræ culturam aggressi uidemur. Sed nec domorum constructio, & reliqua omnis ædificatio, supellectilium ue effectio, nec araria, uel lignaria fabrica, aut figlina, aut textura, nec instrumentorum omnium artificia, quæ plebi accommodata, quicquam ad uirtutem afferunt. Venatrix etiam ars omnis quamuis uaria & ingeniosa sit, magnificentiam tamen sapientiamque non tribuit. Sed nec diuinatio aut interpretatio ulla. Nam & si quæ dicuntur cognoscit, utrum tamen uera sint nec ne, non intelligit. Postquam uero nullam earum artium quibus necessaria parantur, sapientem hominem facere nobis constitit, reliqua est imitatrix quædam facultas minime seria. Sæpe enim instrumentis imitatio fit, plerumque deformibus corporum gestibus & figuris. In eloquio etiam & musis imitatio est, & in fingendo pingendoque, ubi multa & uaria in corporibus tam duris quam mollibus exprimuntur. horum nihil hominem imitationi deditum, sapientem reddit: imitatione uero sublata, artes alię restant quæ in ferendo auxilio uersari uidentur. hæ quidem multæ & uariæ sunt, sed omnibus bellatrix, quam imperatoriam uocant, excellit. Hæc summopere propter usum probatur, sed felicitate maxime indiget, & fortitudine magis naturali quam sapientia perficitur. Medicina quoque nobis opitulatur contra immoderati frigoris & caloris impetum, cæterorumque huiusmodi quibus natura animalium læditur. sed horum nihil ad sapientiam ueram conducit, incertis enim coniecturis, opinionibusque procedunt. Nautas quinetiam gubernatoresque ferre auxilium non negabimus. Nec tamen eorum quenquam sapientem uocari ab aliquo permittemus. Nullus enim eorum iram uentorum amicitiam ue cognoscit, quod & optimum est, & maxime in gubernandi arte requiritur. Neque etiam sapientes dici eos uolumus, qui litigantibus dicendi uiribus adsunt. Quippe cum memoria & usu opinionis moribus se accommodent, & a ueræ iustitiæ intelligentia procul aberrant. Reliqua est mira quædam uis, quæ sibi opinionem sapientiæ similiter uendicat, quam naturam magis quam sapientiam multi dicerent. Hæc in eo consistit, quando facile quispiam discit, quæ uelit, & multa diu ac firmiter meminit, & quod unicuique idoneum est cum oporteat, cito & commode reddit. Hæc enim omnia alij naturam, alij sapientiam, alij naturæ solertiam nuncupabunt. Sed nullus mentis compos uere sapientem propter hæc esse quenquam concedet. Veruntamen necesse est scientiam aliquam inueniri, quam quisquis habuerit non solum uideatur, sed reuera sit sapiens. Attentione opus est. Nam arduam omnino rem aggressi sumus, qui aliam præter dictas artes scrutemur, quæ iure sapientia uera dicatur: quam qui adeptus est, nec abiectus, nec stultus erit, sed sapiens bonusque propter ipsam ciuis, modestusque ciuitatis princeps & subditus. Hanc igitur primam inspicimus, quæ ex omnibus humanis artibus ita se habet, ut si hæc una sermouetur, amentissima & insipientissima hominis natura reddatur. Non est autem hoc inuentu difficile. Nam si uni unam conferes, illa quæ numerum mortalium generi dedit, id profecto efficit. Deum autem aliquem magis quam fortunam ad salutem nostram hoc munus nobis arbitror contulisse. Quem uero deum putem, uobis dicam, etiam si absurdus uidebor, & rursus modo alio non absurdus. Nam ipsum honorum omnium auctorem, cur non etiã maximi boni, prudentiæ dico, causam arbitrabimur? Quem uero deum laudibus o Megille & Clinia efferro: Cœlum ferre: quod par est, sicut demones alij simul omnes cæteri que dei faciunt, nos quoque honoribus colere, ac precipue adorare. Atque cæterorum omnium bonorum causam nobis cœli fuisse, omnes confiterentur. Deditisse præterea numerum, atque etiam si quis obseruare uelit, daturu, nos affirmamus. Quod quidem is assequetur, qui in rectam eius speculationem ascenderit, siue mundum, siue olympum, siue cœlum id libeat appellare, dummodo uarietates ipsius consideret, & quomodo anfractu circuituque astrorum diuersa efficiat tempora, alimenta que animalibus largiatur, ac sapientiam unam numero cæterisque bonis, hominibus tribuat. Id uero maximu est, si quis numerorum

Aritmetica

munus ab eo suscipiens, omnem percurrat circuitum. Sed memoria repetamus, dictum & rectissime quidem in superioribus à nobis fuisse, si quis ab hominum natura numerum auferat, nunquam prudentes nos fore. Nunquam enim ferme animalis huius anima uirtutem omnem percipiet, à quo rationem abstuleris; nec animal quod duo & tria, & par et impar, ac numerum prorsus ignorat, rationem de rebus reddere unquam poterit, quas sensu solum atque memoria percipit. Reliquam uero uirtutem, fortitudinem dico & temperantiam, habere nihil prohibet. Qui autem ueræ rationis est expertus, is quomodo sapiens unquam euadet? Cui uero deerit sapientia, uniuersæ uirtutis pars maxima, is cum bonus absolute esse non possit, nunquam beatitudinem assequetur. Ita necesse est omnino numerum præsupponere. Idque necessarium esse, pluribus etiam rationibus monstrari licet. Sed recte nunc ratione hac ostenditur, quod cæteræ artes quas omnibus paulo ante enumerauimus, sublato numero penitus euanescent. Forte uero qui de artibus cogitabit, pauca esse arbitrabitur, in quibus humanum genus numero indiget, quamuis & hoc magnum sit. Verum si quis, quod diuinum in generatione, & quod mortale est, inspexerit, qua in re pietas erga deos & uerus numerus cognoscatur; is profecto inueniet, nullum uatam quantæ uirtutis nobis causa numerus sit, si modo uniuersus affuerit, comprehendere posse. Nam & tota musica motus & uocum numero indiget. Et quod maximum est, bonorum quidem omnium, mali uero nullius causam esse numerum, hinc facile cognoscere possumus, quod irrationalis & inordinata, deformis, inepta, incōcinnaque agitatio, omnia denique in quibus mali quippiam inest, omni numero carent. Quod sane qui beatus tandem futurus est, ignorare non debet. Et qui iustus, bonum, honestum, cæteraque huiusmodi ignorauerit, nec ueram opinionem de his acceperit, ad seipsum et alios persuadendos numeri, rationisque ueluti non poterit. Sed consideremus iam quomodo numero uti didicimus. Age, unde unum & duo percipimus: ut illud animaduertemus, ad quod cognoscendum ab uniuersa naturam uicque accepimus. Profecto cum multis animalium natura negauerit, ne à patre queant usum numeri discere, nobis id primum indidit deus, ut possimus in eo quod ostenditur, numerum intelligere. Deinde ostendit apertius, idemque assidue facit. In qua explicatio ne rerum nihil aliud, si unum uni conferatur, pulchrius aspiciere possis quam dei lucem. Vnde & noctem oculorum officio uicissim consideres, ubi maxima apparet diuersitas. Nam si reuoluere hæc non desinas, multas noctes, & multos dies uidebis, quibus cœli nunquam cessat docere homines unum atque duo, ut etiam qui tardissimus est, hinc uti numero discat. Sic enim & tria, & quatuor, & multa quilibet cernendo, hæc intelliget. Sed de his unam deus unam formauit, que modo minor, modo maior apparens, ita quotidie uaria ad quindecim usque dies ac noctes cernitur. Hic autem circuitus est, si quis totum circulum in unum conferre uoluerit. Quare, ut ita dicam, tardissima etiam animalia, quibus naturam aliquam deus dedit ut possint discere, numerum perciperent. In his igitur ad hæc usque, quodcumque animal discendi potestatem habet, unum quodque per seipsum considerando, ad numerandum idoneum maxime factum est. Sed numerum omnem ad numerum conferre, maius opus est, atque idcirco lunam, ut diximus, modo crescentem, modo decrecentem fecit. Hinc menses ad annum constituit, numerumque omnem felici quadam fortuna conferri ad numerum docuit. Hinc terra fecundior facta concipit, fructusque ad alimentum animalium omnium parit, cum & suauiter uenti flant, & imbres in terræ gremium salubriter defluunt. Ac siquid mali in his accidit, non diuina culpanda natura est, sed humana, quæ iniuste uitam suam distribuit. Nobis autem de legibus modo scribentibus cætera quæ hominibus optima sint, facilia cognitu esse uidentur, & quemlibet posse sufficere quæ de his dicuntur, intelligere, ac præterea facere, postquam quid confert, & quid non confert perspexerit. Cætera inquam nobis uisæ sunt, & modo uidentur non nimium ardua: quo autem pacto homines boni efficiantur, penitus difficillimum. Reliqua rursus bona, possibile est, ut dicatur, & non arduum possidere, opes quatenus oportet, & quatenus non: & corpus quale decet, & quale non decet. Animum quoque bonum habere oportere quisque fatetur. Quomodo etiam bonus futurus sit, interrogatus quisque ita responderet, si iustus, moderatus, fortisque sit, cæteraque huiusmodi. Sapientem quoque animum esse debere, quis neget? Quæ uero sapientia comparanda sit, ut nuper disseruimus, nullus de multis inter se cōuenire cognouimus. Nunc ergo præter omnes quas supra narraui-

mus

mus sapientias, non uilem quandam ad hoc ipsum inuenimus, ut qui iam dicta didicerit, sapiens uideatur. Vtrum uero sapiens bonusque sit, qui hæc didicit, ratione querendum. C. L. Scite nimium loquutus es hospes, cum affirmares magna te de magnis dicturum. A. T. H. Certe non parua sunt hæc, ô Clinia: & quod maius est, penitus uera. C. L. I. Ita sane, ô hospes. Labori ne cedas, quin ut cœpisti progrediare. A. T. H. E. N. Dabo operam: sed uos etiam labori audiendi ne cedatis. C. L. I. N. Sic utique faciemus, ut ego pro utrisque respondeam. *Que facultas sit illa quæ sapientiam esse arbitramur* A. T. H. Probe. Quare altius repetendum: & primo quidem si quo modo possumus, uno nomine comprehendendum uideatur, quæ nam ea facultas sit, quam sapientiam esse arbitramur. Sin minus id fieri potest, saltem alterum declarandum, quæ nam, & quot sunt artes, quibus habitis, sapientem more nostro hominem appellamus. C. L. Dic iam. A. T. H. Omni crimine legum lator carebit, si melius de dijs quam præsci sentiat, & optima usus disciplina, deos hymnis colat, beatitudinemque extollat, atque ita uitam transigat. C. L. Recte tu hospes, quando quidem finis hic legum tibi propositus est, ut dei cultu & uitæ puritate optimum atque pulcherrimum exitum consequaris. A. T. H. Quomodo ergo dicemus Clinia? An deos hymnis magnopere honorabimus: supplicabimusque ut sequentem de ipsis disputationem optime & pulcherrime transigamus? Itane, aliter agendum censes? C. L. Ita prorsus. sed ô uir felix, dijs fide habita precibusque præmissis, bene de dijs atque deabus loquaris. A. T. H. Sic erit, si deus ipse nos duxerit. Et dummodo mecum ores, dubitandum non est. C. L. I. N. Prosequaris ergo. A. T. H. Principio deorum animaliumque progenie, quoniam male maiores nostri de dijs tradiderunt, nunc melius tractandam ita suscipere opere precium est, ut superiorem aduersus impios disputationem à nobis habitam resumamus, qua asseritur esse deos, rerumque omnium maximarum simul & minimarum curam habere, nec precibus ullis muneribusque præter iustum placari. Recordamini hæc dicta esse, ô Clinia? Profecto ita tunc accepistis, ut meminisse debeatis, præsertim quia maxime uera esse cōstitit. Omnium uero maximum illud habitum est: Antiquiorem omni corpore omnem animam esse. Num recordamini? Vel maxime id quidem. Nam quod melius id & antiquius, atque quod diuinius est, id inferiore ac uiliore prius est. Et similiter dux ducto, et princeps subiecto natura prius. Id igitur admittamus, animam corpore antiquiorem esse. Quod si ita se habet, quod in generatione primi primum est, uerisimile profecto est præiuisse. Quare ponamus principatum principumque principij decentius se habere, & sic rectissime in sapientiam de deorum generatione nos ingredi. C. L. Maneant ista pro humanis uiribus affirmata. A. T. H. Age igitur, nonne uerissime animal secundum naturam tunc affirmamus, cum uel anima corporisque constituitur, unam suo concursu formam parit? C. L. Recte. A. T. H. Animal ergo huiusmodi aliquid merito nuncupatur. C. L. Certe. A. T. H. Solida uero corpora quingque cōuenienter dicere possumus, ex quibus pulcherrima optimaque finguntur. Alterum autem genus uniuersum unam possidet formam. Non enim est aliud quicquam quod in corpore esse queat, & omnino coloris expertus extra diuinissimum illud genus in quo est anima. Cuius generi soli fingere fabricareque conuenit, corpori uero fingi, gigni, atque oculis cerni. Sed animæ generi, ut iterum repetamus, conuenit ut inuisibile sit, cognitionis compositum, intelligibile, memoriæ rationisque in ipsis imparibus paribusue transmutationibus particeps. Sed cum quingque sint corpora, ignis, aqua, tertium aer, quartum terra, quintum æther: horum principatibus multa uariaque singula animalia producuntur. Quod in uno sic discere possumus, ponamus enim primo terrenum animalium genus esse homines, animalia multipedata, pedibusque carentia, progressiua simul, & stabilia, radicibusque connexa. Vnum autem id ubique existimandum, ut quamuis omnia ex omnibus corporum generibus sint: plurimum tamen in hoc terræ solidæque naturæ insit. Alterum animalium genus ponendum, quod etiam gignitur cernique potest, & ignis plurimum possidet: terræ quoque & aeris cæterorumque omnium paruas particulas habet, uariaque idcirco hinc omnino animalia & uisibilia gigni dicendum. Hæc cœlestia putamus animalia esse, diuinum astrorum genus, corpore pulcherrimo, animaque beatissima & optima constitutum. His utique animalibus et duabus sortibus alteram tribuendam putamus. Nam aut absque pernicie immortalia prorsus atque diuina necessario singula sunt: aut uitam longeuam agunt, singulis a deo sufficientem ut longiore non egent. Hæc inquam duo esse animalium genera cogitemus. Rursumque dicamus utraque uisibilia esse, quorum alterum ex igne totum, ex terra alterum uideatur, Sed terrenum quidem absque ordi-

ne

ne igneum uero omni ordinis ratione mouetur. Quod absque ordine fertur, amens esse putandum est, quod plerumque faciunt, quaecumque apud nos animalia sunt. Quod autem ordine in caelo progreditur, id mentem habere sufficienter eo uestigio demonstratur, quod per eadem semper & similiter proficiscitur agitque & patitur eadem. Animae uero intellectum habentis necessitas omnium necessitatum maxima est. ducens enim sed non ducta gubernat. Quando autem anima quae res optima est, consilio secundum optimum intellectum se gerit, tunc sine persuasione id quod uere secundum intellectum perficitur, necessario eueniet, nec adamas solidius immobilis que esse poterit. Sed tres profecto, Parcae, quod singuli deorum optimo deliberarunt consilio, perfectum conseruauit. Oportebat igitur hominibus argumento esse, quod astra uniuersusque ille circuitus mentem habeant, quia eadem semper agunt. Maximo enim atque mirabili temporis spatio iam ante quid sibi agendum sit, deliberarunt. Nec sursum deorsumque modo hoc modo illud consilio probant. Quare nec errant, nec preter antiquum ordinem reuoluuntur. Multis autem nostrum contra uisum est, haec quia eadem & similiter semper agunt, animam non habere. Hanc insanam opinionem sequutum uulgus, genus humanum quia mouetur, uitam mentemque habere putauit. Diuinum uero quia in eisdem permanet latationibus, mente carere. Decebat autem pulchriora melioraque & dijs gratiora sentire, quod propterea mentem habeant, quia per eadem similiter profecta, eadem semper agunt. Hanc astrorum naturam esse, uisum pulcherrimam, quae progressu & chorea optima utens, omniumque chorearum magnificientissima, cunctis animalibus commoda praebet. Quod autem non immerito animata haec esse dicamus, magnitudo quoque ipsorum testatur. Non enim tanta sunt duntaxat quanta cernuntur, sed incredibili magnitudine singula sunt. Quod ideo credendum est, quia sufficientibus demonstrationibus id ostenditur, quibus solem totum tota terra maiorem esse, & quaecumque feruntur astra mirabilem habere magnitudinem intelligemus. Cogitemus igitur quomodo fieri possit, ut tanta magnitudo ab aliqua natura possit tanto tempore circumferri. Ego igitur assero deum causam esse, nec aliter fieri posse. Animatum enim non aliter quam propter deum fieri possit, ut nos declarauimus. Quoniam ergo id facere deus potest, facile ipsi fuit primum omnino corpori magnitudinisque uitam tribuere: deinde qua ratione optime fieri cogitari, haec ducere. Demum de his omnibus ueram hanc sententiam ferri uolumus: impossibile esse terram, caelum, stellasque omnes, & quae ex his constant moles, nisi anima singulis aut adit aut insit, adeo ex quibus ratione annis, mensibus, diebusque circumuoluit, nobisque omnibus bona omnia facere. Hominem uero decet quo uilior est, eo minus de ipsis nugari: sed conari potius certi aliquid dicere. Siquis autem impetus corporum, aut naturas, aut huiusmodi quicquam ordinis huius agitationisque causam esse dicit: perspicuum nihil adducet. Verum quod diximus, iterum consideremus, ut pateat utrum oratio illa probabilis sit, an omnino inutilis iaceat: qua primo dicitur, duo quaedam esse, animam atque corpus, & quae ad utriusque genus pertinent esse multa: eaque ab alijs in genere suo differre, & utraque genera a se inuicem esse diuersa: adeo ut tertium nihil sit utriusque commune. Anima uero ita differre a corpore, quod illa mentem habeat, hoc non habeat. Illa dominetur, hoc subiciatur. Illa omnium passionum corporibus, hoc nullius causa sit. Quocirca si quis caelestia ab alio quoque facta fuisse, nec ex anima & corpore, ut diximus, constare contendat, stultus omnino imperitusque habendus est. Igitur si rationes in his omnibus adductae quicquam ualent, atque haec omnia diuina prorsus iudicanda sunt, duorum alterum arbitrari oportet. Nam aut deos esse haec & rectissime quidem putabimus: aut deorum imagines, & quasi statuas esse ab ipsis dijs prudentibus dignissimisque artificibus fabricatas credemus. Alterum inquam horum decernamus, & quod decreuerimus firmiter teneamus: multoque magis haec quam alia quaelibet simulacra ueneremus. Nunquam enim pulchriora cunctisque hominibus communiora simulacra reperientur: nec in excellentioribus locis locata, puritate, maiestateque, & perpetua uita pollentia, quam haec quae undique similiter constructa sunt. Sed nunc id quoque de dijs asseueremus. Nempe cum duo animalia nobis uisibilia cognouerimus: quorum alterum immortale: alterum uero quod terrenum est, omne mortale sit: iam tria de quinque medijs sortita locum probabili ratione declarare conemur. Aethera post ignem ponamus, ex quo animam animalia gignere arbitremur: quae similiter ut in ceteris generibus sit, plurimum de suo habeat, minimum autem copulae gratia de generibus alienis: post aethera

aethera ex aere alterum animalium genus: tertium ex aqua similiter ab anima fingi. Quae omnia cum anima finxerit: totum animalibus caelum impleuit, omnibus quoad fieri poterat generibus usa, quae omnia uitae participia sunt. Secunda uero & tertia, quarta & quinta a manifestorum generatione deorum incipientia ad nos tandem homines deducuntur. Deos igitur Iouem & Iunonem ceterosque omnes quomodocumque aliquis uelit locato, modo legem eandem feruet, atque hanc rationem stabilem teneat. Visibiles itaque deos maximos, summopereque honorandos, acutissimisque undique cuncta uidentes ac primos, naturam astrorum & quae cum astris facta sentimus, fatendum. Deinceps uero sub his daemones genus aereum in tertia mediaque regione, qui interpretationis causa sunt, collocatos, orationibus colere, gratia laudabilis intercessionis interpretationisque debemus. Horum quidem duorum animalium alterum ex aethere, alterum deinceps ex aere est. Ac neutrum conspici totum potest: sed quamuis hi daemones prope nos sint: nunquam tamen manifeste nobis apparent. Prudentiae mirabilis participes sunt: acuto quippe ingenio, tenacisque memoria cogitationes nostras omnes cognoscunt. Honestos bonosque homines mirifice diligunt, improbos uehementer oderunt, utpote qui doloris participes sunt. Sed deus qui diuinam sortem perfecte possidet, a doloribus uoluptatibusque liber, sapientia cognitioneque penitus fruitor. Cum autem referunt animalibus caelum sit: & dijs summis & daemones se inuicem interpretantur. Media enim animalia tum ad terram tum ad caelum leui motu feruntur. Quintum uero quod ex aqua est, recte semideum uocabimus. Id nonnumquam cernitur, nonnumquam aspectui nostro se subtrahit: & cum uidetur, tenui uisu perceptum admirationem affert. Cum igitur quingque haec animalia sint, quae aut somnijs, aut uaticinio, aut ditiusque per uocem sanorum, aut agrotantium auribus percepta, aut etiam in ipso e uita excessu nobis sese offerunt, nostros animos mouent, unde multa multis sacra & priuatum & publice his opinionibus instituta sunt, instituenturque in posterum: horum omnium legislator qui uel minimum mentis habeat, nunquam aliquid innouabit. Cauebit enim ne ad nouum minus certe religionis cultum ciuitatem suam uertat. Nec quae patria lege uel consuetudine de sacrificando firmata sunt: mouere audebit. Scire nanque debet mortali naturae non esse possibile certi quicquam de his cognoscere. Eadem ratione pessimi habendi sunt hi, qui deos uere oculis manifestos non praedicant, & sine sacrificijs debitisque honoribus relinquit eos ab hominibus patiuntur, perinde enim faciunt, ac si quis Solem Lunam que omnia lustrare, nulloque in honore haberi uideat: nolit tamen pro uirili sua parte clara haec hominibus reddere, ut solennes dies eis sacrificiaque agantur, ac tempora maiorum minorumque saepe annorum certa distribuuntur. Nonne malus & sibi ipsi & cognoscenti cuique si dicatur, merito dici uidebitur? CLINIA. Immo uero pessimus. ATHE- NIE N. Id ipsum, o Clinia, scias nunc mihi accidisse. CLINIA. Quonam pacto? ATHE- NIE N. Scitote octo in caelo esse uirtutes, sibi inuicem sorores, quas ego inspexi, nec magni aliquid feci. cuius enim hoc facile est. Harum tres haec sunt, solis una, lunae una, stellarum omnium, de quibus ante diximus, una, atque aliae quinque. Has omnes & eos qui in his sunt, siue ipsi progrediantur, siue in uehiculis ferantur, nullus ita habere se putet, ut alij eorum dijs sint, alij minime, alij legitimi, alij tales quales nefas est dicere: sed omnes fratres, & in fraternis sortibus uiuentes dicamus, ijsque honores reddamus: non alij annum, alij mensem, alij nullam sortem, nullum uel tempus, in quo circumlum suum percurrat mundum ornatumque una perficiens, quem ratio omnium diuinissima uisibilem statuit. Hunc uir felix primum summopere admiratur: deinde cupiditate ardet ea discendi quaecumque a natura mortali percipi possunt: sic arbitratus optime atque felicissime se uicturum: & cum decesserit ad congrua uirtuti loca uenturum. Atque ita uere initiatus, & ipse unus unam reuera sapientiam nactus, reliquum tempus in rerum omnium pulcherrimarum contemplatione uersatur. Post haec quae & quot sunt, dicendum est. Equidem affirmare audeo, nunquam nos in hoc mendaces fore. Iterum octo esse dicimus. Quarum tres dictae sunt, quinque restant. Quarta uero & quinta latio & anfractus aequali ferme uelocitate cum sole feruntur. itaque neque tardiores sunt, neque uelociores. Atque harum trium semper sufficiens ductor est intellectus. Solis dico & Luciferi, & tertij illius, quod cum ignoretur, nominari non potest. Quod propterea factum est, quoniam primus harum rerum spectator Barbarus fuit. Antiqua enim regio illos aluit, qui propter aethera

æstiu temporis serenitatē, primi hæc inspexerunt. Talis Aegyptus & Syria fuit, ubi stel-
lae semper omnes, ut ita dixerim, clare cernuntur: quia coeli aspectum nubes & pluuia nō
impediunt. Inde huc & aliō quocunq; infinito tempore probata ista manarunt. Quapro-
pter magna cū fiducia hæc legibus sanciantur. Res enim diuinas non esse uenerandas ar-
bitrari, aut hæc nequaquam esse diuina, extremæ dementiæ foret. Quod autem nominū
bus caruerit, causa dicta est. agnomina tamen deorum tenent. Lucifer enim qui & Ve-
sper est, stella & *appollō*, id est Veneris, esse dicitur. Quod dictum Syrio nominum au-
diori ualde congruum est. Stella uero quæ æqualiter ferme cum sole, & hoc currit, Mercu-
rij. Restant tres adhuc lationes eorum qui ad dexteram cum sole lunaq; mouentur. Octa-
uum præterea circa unum oportet dicere: quem iure mundum supernum quis nuncupa-
bit, qui contra quàm ceteri mouetur, ceterosq; secum trahit: ut hominibus pauca de ijs
scientibus uideretur. Sed necesse est ea dicere, qui sufficienter cognoscimus. Vera enim la-
pientia hac ratione quodammodo illi apparet, qui uel modicum quid rectæ diuinæq; in-
telligentiæ nactus est. Reliquæ sunt stellæ tres: quarum una ceteris tardior est, quæ Sa-
turni nomine à quibusdam cognominatur. quæ post hanc situ & tarditate ponitur, Iouis
esse dicitur. deinde Martis, qui ceterorum maxime rubens est. Hæc intellectu, si quis
exponat, difficultia non sunt. sed postquam intellexeris, ita de dijs, ut diximus, existiman-
dum est. Illud etiam cuiuslibet Græco sciendum est: nos regionem ad uirtutem omnium
pene optimam habitare. In hoc maxime laus regionis huius consistit, quod inter hye-
malem æstiuamq; naturam mediā est. Quoniam uero magis quàm Barbari, ut diximus,
ab æstiuā serenitate distamus: horum ordinem tardius intelleximus. Verū quic-
quid Græci à Barbaris accepere, melius reddiderunt. Quod & in his quæ modo tracta-
mus, cogitare debemus: quod quamuis inuentu hæc difficultia sint, magna tamen spes no-
bis est Græcos præstantiori cultu quàm à Barbaris acceperint, hos deos omnes honora-
turos, ac tum disciplina, tum Delphicis oraculis monitis omni legitima obseruatione di-
ligenter profecturos. Nec Græcorum quispiam existimet non oportere mortales dedi-
uinis rebus tractare: sed contra omnino putet, nec mente carere deum, neque naturam hu-
mani generis ignorare. Scit enim se docentem ita sequuturos homines, ut quæ docen-
tur perdiscant. Quod autem numerum numerareq; docet, quodq; nos id ipsum discimus,
non ignorat. si enim id ignoraret, esset omnium amentissimus: certe & quod fertur, ac-
cideret. Ipse enim seipsum ignoraret, si potentibus discere inuideret magis quàm gratu-
laretur, quod propter deum boni efficiantur. Profectio uerisimile est, quando primum
homines de dijs cogitare ceperunt, quod essent, & quales, quidue agerent, non ut pru-
dentes quidem, nec ut secundi iudicauisse, qui antiquissima esse putauerunt ignem & a-
quam & cætera corpora: mirabilem autem animam posteriorem. Vnde & corporis mo-
tum potentior, honorabiliorq; ducebant. Næpe seipsum calore & frigore, ceterisq;
huiusmodi agitare. Animam uero neq; corpus, neque seipsam mouere. Nūc uero cum di-
camus, si anima corpori adsit, nihil mirum esse ut & seipsam moueat, & corpus circunse-
rat, dubium nobis nullum est quin pondus ab ea circumferri possit. Cum autem uniuersi
causa anima sit, & rerum alia bona sint, alia mala, lationis quidem omnis motusq; cau-
sam animam esse dicendum: sed lationem motumq; ad bonum ab optima anima proficis-
ci, motum uero ad contraria, contrarium. Mala autem à bonis uicta esse, uinciq; oportet.
Hæc nobis secundum iudicium impios puniens, dicta sunt omnia. Quantum uero attinet
ad id quod modo probatur: dubitandum non est, quin bonus uir sapiens sit dicendus. Sed
uideamus nunquid hanc sapientiam quam iam diu quaerimus, per disciplinam uel artem
aliquam assequamur. quod si ignorauerimus, expertes, ignariq; iustitiæ futuri simus. Ita
profectio mihi uideatur, quare dicendum est. Quod igitur sursum deorsumq; inuestigando
cognoui, oratione uobis aperire conabor. Nam maxima uirtus neglecta ignorantia cau-
sa fuit, ut prædicta nobis significare uidentur. Maiorem uero uirtutē religione pietateq;
in deum, nullam in humano genere inueniri quisquam sibi persuadeat. Id ex maxima ig-
norantia in optimis naturis factum non est. Optimæ autem naturæ sunt quæ rarissime re-
periuntur, & si quando reperiant maxime profunt. Animus certe facilis ille est, qui tardā
contrariamue naturā mansuete & mediocriter possidet: fortitudinem admiratur & tēpe-
rantia diligit, & quod maximum est in his naturis, ad discendum promptus est ac memor: &
huiusmodi

huiusmodi rebus maxime delectatur, discendi studio deditus. hæc utiq; nec facile innascun-
tur, & cum innata fuerint, si educationem disciplinamq; idoneā consequantur, plurimos
inferiores ita moderari & continere possunt, ut cogitando, loquendo atq; agendo singu-
la erga deos ut oportet, & quod oportet, in sacrificijs purificationibusq; eorum que in de-
os & homines facta sunt, non simulatione, sed ueritate uirtutem maxime colant, quod ci-
uitati omnium utilissimum est. Hanc igitur partem natura principalissimā esse asserimus,
posseq; quam maxime atq; optime si quis doceat, discere. Nemo autem docebit nisi deus
adiuerit. Ab eo uero qui modum in docendo non seruat, præstat nō discere. necessarium
tamē ex his quæ modo dicta sunt, uideatur hæc discere, & à nobis naturam hanc optimam
dici. Quare conemur exponere quæ & qualia sint, & quomodo perdiscenda, idq; pro me
is qui dissero uirtus agatur, & eorum qui exaudire poterūt quo pacto cultus diuini non
nulla discantur. Inusitatum quid forsan audietis, nomen tamen rei dicamus, quod nullus
propter huius rei imperitiam arbitraretur. Nolite ignorare Astronomiam sapientissi-
mum quiddam esse. Nempe necesse est uerum astronomum esse, non eum qui secundum
Hesiodū omnesq; huiusmodi, occasum ortumq; consideret, sed eum potius qui circuitus
octo & quomodo septem sub primo uersentur, quō ue ordine circulos suos singuli pera-
gant. Quod nulla natura nisi mirabilis sit facile unquam inspiciet, ut modo diximus, &
dicemus, declarantes quid oporteat & quomodo oporteat discere. Primo igitur id dica-
tur, quod Luna celerrime circulum suum euoluit, atq; ita plenilunium primum & men-
sem peragat. Sol deinde inspiciendus est, qui solstitia uersionesq; temporum circuitu effi-
cit suo. præterea & qui una cum Sole currunt, considerandi. Denique ne eadem de eis-
dem sapius differamus, cursus omnes quos paulo ante tetigimus, qui ue non facile intel-
liguntur, contemplari debemus, ita ut naturæ prius doctrinis ad hæc pertinentibus lon-
go usu laboreq; à iuuenta, immo uero & à pueritia præparentur. Quocirca doctrinis que
mathematicæ appellantur, opus est, primo uero ac maxime numeris. non ijs dico nume-
ris qui corpus habent, sed qui omnem paris imparisue generationem atque uirtutem,
quam ad perficiendam cognoscendamq; rerum naturam conferunt. Quibus perceptis
illa deinceps quam ridicule Geometriam appellant, discenda est. Numerorum uero inter
se natura dissimilium similitudo ad planorum partem relata clarescit. Quod quidem non
humanum sed diuinum miraculum, si quis plane intelligat, uideatur oportet. Post hanc
numerū, qui in tres usque dimensiones adacti sunt, naturæ solidæ similes, ac rursus dissi-
miles, alia quadam arte, stereometria uidelicet huic simili, considerandi sunt: sed hanc quo-
que qui in ea obiter uersati sunt, Geometriam nominauerunt. Illud autem mirum diui-
numq; intelligentibus est, quod cum rerum uirtus in duplo semper, & in suo opposito re-
uoluatur, in singulis proportionib; per genera speciesq; uniuersa natura formatur. Prima
igitur dupli uirtus secundum numerum, per unum ad duo proportiōe procedit, duplum
potentia possidens. Sed in solidum & tangibile rursus ab uno in octo dupli ratio profi-
citur, alio uero dupli in medium: sed forte minore maius, & minus maiore æqualiter.
Verum aliud eadem parte extremitates excedit, ab eisq; exceditur. In medio uero sena-
rij ad duodenarium numerum, sesquialtera, & sesquitertia emerit proportio. horum in
medio uis huiusmodi ab utraque uersa concinnum hominibus usum commodumq; at-
tribuit, iudi & temporalis numeri cōcentusq; gratia, choreæ musarum felici tributa. Hæc
igitur ita fiant, & ita se habeant. horum finis est ut ad diuinam generationem, & eorum
quæ cernuntur oculis pulcherrimam diuinamq; naturam considerandam nos confera-
mus, quatenus hanc hominibus inspiciendam deus largitus est, quam nunquam sine di-
ctis artibus assequemur. Ad hæc singula quæque ad species suas, omnia deniq; ad unum
in disputationibus referenda, interrogando & arguendo si qua minus recte dicantur. Re-
cte enim omnium pulcherrima & prima hominibus huiusmodi examinatio est. Vbi ue-
ro non talis reuera, sed simulata inquisitio est, frustra contenditur. Præterea temporum
considerandus est ordo, quàm exacte cœlestia omnia perficit, ut quicumque uere dictum
fuisse crediderit antiquiorem diuinioremq; corpore animam esse, putet præclare suffici-
enterq; illud quoque esse dictum: deorum plena esse omnia: adeo ut superi neque obliui-
scantur nostrarum rerum, neque nos deserant. Sed hoc in his omnibus aduertendum est,
maxime illi qui recte perceperit, profutura: ei uero qui non recte, deum inuocandum
II esse

Astronomie
laus & digni-
tas

esse. Modus uero hic est. (Necesse enim est id quoque tangere.) Omnem linearum defectum, constitutionemque numeri, & concentus rationem, circuitusque astrorum conuenientiam, & quæ una cunctorum conspiratio est, perspicere oportet ab eo qui modo congruo discit, perspicitur autem si quis quod dicimus ad unum recte respiciens discat. Vnum enim horum omnium intelligenti uinculum apparebit. Qui uero aliter hæc adipisci studet, fortunam ut dicimus inuocet. Nunquam enim absque his natura in ciuitatibus ulla felix efficietur. Etenim hic modus est, hæc educatio, hæc disciplina. Per hæc itaque siue facilia siue difficilia sint, eundem. Nefas autem est deos negligere, cum felix omnium illorum doctrina omnibus recta ratione patuerit. Eum sane qui cuncta hæc ita percepit, uere sapientissimum appellamus. Quem ego etiam ioco & serio affirmo, cum diem suum obierit, non amplius multorum sensuum ut nunc, sed unius fortis participem fore, unumque de multis factum, felicem, sapientissimum atque beatum; & siue quis in continenti siue in insulis seu publice seu priuatim dixerit, modo ita se gesserit, eandem a deo sortem reportaturum. Sed quod in principio diximus, nunc quoque uerum nobis apparet, non posse homines præter paucissimos perfecte beatitudinem consequi. Quod quidem recte nobis assertum est. Nam qui diuini modestique simul, aliisque uirtutibus natura præditi sunt, disciplinas præterita felices consecuti, quas diximus, ijs solummodo satis ad felicitatem omnia se habere uidentur. His igitur qui ita & priuatim & publice in his elaborarunt, cum ad senectam peruenierint, maximos tradi magistratus iubemus, cæteros uero sequi, & deos simul deasque laudare, ac cæterum ut diurnum ad hanc sapientiam omnes diligentem examinatione peracta quam rectissime adhortari.

ARGVMENTA MARSILII FICINI

IN EPISTOLAS DVODECIM PLATONIS.

ARGVMENTVM IN EPISTOLAM PRIMAM.



DIO Syracusanus uir profecto magnus, Platonis non auditor solum, sed etiam imitator, à tyranno expulsus, & magno animo pecuniam quam miserat tyrannus statim remisit: & utpote Platonis, pro summa iniuria, summo quodam Dionysium affecit beneficio, tribus scilicet præceptis salutaribus admonens. Primum est, principis non pecuniarum, sed amicorum defectu perire. Secundum; nullam potentiam maiorem esse bonorum prudentiumque consensu. Tertium oportere errata præterita recognoscere, & quanto nobis detrimento sint augurari, quo à futuris delictis absterreantur.

ARGVMENTVM MARSILII FICINI IN EPISTOLAM secundam: quæ est Platonis ad Dionysium Sicilie tyrannum.



N hac epistola quam Plato scribit ad Dionysium iuniorem post primum ab eo discessum, & expulso Dione, quatuor sunt præ cæteris obseruanda. Primum quidem, quod ait magnam potentiam naturali quodam instinctu, atque sapientiam sese inuicem petere, quo in unum congregiantur. Id quidem in diuinitate, in natura, in arte compertum habemus. Principio penes deum infinitam dei potentiam immensa sapientia comitatur. Quod hic sub Iouis & Promethei nomine indicat; Iouem quidem potentiam, Prometheum uero prouidentiam esse iudicans. Nempe diuine intelligentie fontem atque speculum eiusdem potentiam esse putat. Si quidem & quia potest intelligere, iccirco intelligit, & potentiam eandem contemplantur intelligendo. Apparent & horum uestigia in natura. In his enim quæ naturaliter composita sunt, siue lapides & metalla, siue plantæ & animalia, imò & in primis in ipso cælo, ita natura comparatum est, ut ex intima nature potentia naturalique uigore procedat ordo quidam tum in ipsis horum formis, tum in actionibus atque effectibus. Ordo uero eiusmodi extrinsecus euident, interiorumque uigorem potentie comitans, sapientiam quandam præ se ferre uidetur. Non enim aliter in progressibus ordinatis natura procedit, aliter sapientia: sed similis omnino est utriusque progressio. In arte quoque humana siue priuata siue publica, similis quidam uidetur potentie sapientieque congressus. Naturalis quidem in genij, memoria, uoluntatis uirtus ad potentiam pertinet. Ex hac uero acquisita oritur sapientia, & in actionibus ipse ad sapientiam pertinens ordo seruetur. Huius autem mysterij diuinitate, natura, arte constantis, in consuetudine eleganti habemus exempla, quia hic Plato recenset, in mutua uel delicti potentum sapientiumque familiaritate, & quasi naturali quadam necessitudine. Quæ de re nos admonet cælestis, in quo planeta significatores principum his proximi sunt, qui significant, sapientes. Nam & Iupiter Sa-

turua

turno est situ proximus, & Sol ferme à Mercurio non discedit. Morale igitur apud Platonem præceptum est: Principes sapientes honorent: sapientes libenter principibus consulant. Nam & sapientia absque potentia prodest paucis, & potentia remota sapientia obest multis. Potentia quidem expers sapientie quo maior est, eo pernitiosior. Sapientia uero procul à potentia manca uidetur. Docent hoc magnæ planetarum coniunctiones. Iupiter quidem domini est: Saturnus uero philosophi. hi profecto nisi coniungantur, nihil uel magnum uel stabile moliantur. Felix quidem familiaritatem Plato uult esse expers potentie sapientieque cõstatam. Felicissimam uero copulam, ubi utraq; in eodem animo coniunguntur. In quo & ipsam Palladis sedet numen, potentiam una cum sapientia copulans. Pallas enim sola & artes callet simul, & ubrat hastam. Hactenus de primo epistolæ huius mysterio dictum sit. Adsecundum iam pergamus. Animi bonitate excellentis, est gaudere bono, maxime uero diuino, hoc est amplissimum. Tale uero est, quod & quamplurimis, & quam diuissime prodest, eiusmodi est uera uirtutis gloria ad doctrinam & mores tam posteris quam presentibus conferens. Hac ergo uiri optimo ingenio præditi duabus de causis maxime omnium delectantur: tum quia sicut intimam uirtutis lucem amant, sic exteriorem quoque diligunt uirtutis splendorem: tum quia splendore hoc optant semper prodesse quamplurimis, & hoc certe perpetuo in genus humanum beneficio gaudent. Gaudent inquam quatenus sentiunt. Cum uero sempiterna gloria studeat posteritati prodesse, sperantes uidelicet, sicut nunc ita & tunc splendore hoc & beneficio se gauisuros: profecto id se post hanc uitam persensuros uaticinantur. Nature siquidem diuinius instinctu ad tantum beneficium instigantur, non tam quia hoc ipso gaudent, quam ut gaudeant. Ac si multe animalium species in ipsa nidorum escarumque opera instigante natura non frustra futuro usui consulunt: multo minus diuinos animos sperantes se sempiterno quodam officio gauisuros, frustratur euentus. Eiusmodi uero uirtutis splendorem, & beneficium tam in doctrina quam in moribus his uerbis propheta Daniel comprehendit. Fulgebunt docti tanquam splendor firmamenti, & qui multos erudiunt ad inuitiam, sicut stelle in perpetuas eternitates. In quibusdam uero animis à sua diuinitate degenerantibus beneficium uera gloria studium uel extinguitur uel in uanam gloriam permutatur. Tertium epistolæ huius mysterium surgit altius. Sed quoniam in Theologia, & in libro de Amore latius exposuimus, satis fuerit in presentia leuiter delibasse. Quando diligenter formas ab artifice factas consideramus, paulatim qua ratione factæ fuerint animaduertimus: & quomodo rationes per quas efficiuntur formas apprehendimus, facile per eas ad ipsas ideas artificiosæ mentis accedimus, ad quarum exemplar rationes suas ad formas direxit efficiendas. Quemadmodum uero in artificijs à formis ad rationes, ab his ad ideas, id est exemplaria proficiscimur: sic in ipso rerum ordine contemplantur pulcherrimas rerum formas cognoscimus artificiosissimis rationibus esse compositas: ac si rationibus, ergo ideis, id est exemplaribus, ad quorum similitudinem ipsa ratio formas producit in ordinem. Tres ergo in uniuerso sunt ordines, formarum scilicet & rationum, & idearum. Ordo quidem formarum quæ patent sensibus, ad animam ipsam mundi reducitur: quæ utique uelut principium motus, formas in materia generat. generat autem alias alijs rationibus atque seminibus. Hunc uero ordinem in anima rationum ad mentem redigimus animam altiore, à cuius ideis anima gubernandarum rerum suscipit rationes. Ordo denique idearum in mentem ab immenso & simplici diuini boni splendore descendit. Si quidem una hominum idea bonorum, id est ipse deus, alias aliorum bonorum menti angelicæ ideas infundit. Quamobrem tres rerum ordines ad tres principes fontesque reducuntur, Ordo quidem formarum ad mundi animam, ordo uero rationum ad mentem angelicam, ordo denique idearum ad ipsum bonum. Et quia per ideas cuncta referuntur ad bonum, ideo Plato inquit: Circa omnium regem cuncta sunt, id est circa ipsum bonum sunt ideas, perque ideas omnia. Circa secundum, id est, mentem sunt secunda, id est rationes quæ sequuntur ideas. Circa tertium uero tertia, id est circa animam mundi forma. Significauit autem deum esse rerum causam exemplarem, ubi dixit circa. Item finale, ubi ait: Eius gratia. Rursus efficiens, quando subiunxit: Ipse causa est pulchrorum omnium: quæ enim nonnulla sint de forma non ob id habent quod ab ipso sunt, sed quatenus ab eo degenerant. Neque mirum Platonem uideri uoluisse, quod Plato quodlibet illorum trium principium nominauerit. Nominasse enim similiter, sed non æque. Deum quidem per se unum bonumque existere. Cum uero unitas bonitasque amplissima sint, sequitur ut deus per se sit omnino. Mentem uero summam Deo proximam per deum esse, quatenus unum quiddam est & bonum: præterea & per se, quatenus mens est & ordo nature secundæ. Mundi denique animam productam quidem & ipsam à primo deo, quæ unum atque bonum. Productam quoque ab ipsa mente, quæ mens. Sed quæ per se mobile est, à seipsa productam. Hucusque ait Plato procedere diuinorum originem, rerumque principia. Præterea animum nostrum esse diuinum, quando addidit asserere diuina: uerum non comprehendere quandam aditum aspicit in ea quæ sibi cognita sunt, id est, uel sensus & sensibilia, uel formas horum obiectu conceptas ab anima. Hæc enim omnia à diuinis longe diuersa sunt. unde animus in hæc aspicies cogit de diuinis aliter sentire, & pronuntiare quam sint. Sequitur quartum mysterium de diuinorum perceptione. Primo quidem ait investigationem diuinorum non recte factam, id est non debitam, tum purificationis tum disciplinarum gradibus instructam, malorum esse omnium causam. Quia uidelicet qui sic inuestigant deum, tandem eo perueniunt, ut uel negent deum esse, uel de deo affirmant quæ non sunt dei. Hinc uera perit religio:

extincta religione mala omnia confluunt. Deinde ait Stimulū inuestigandorum diuinorum esse malorum causam, id est si hoc abutatur & omnino quomodocumque utatur, non permittit presentibus oblectamentis suis, & hac in uita quiescere, alioribus anhelantes. Verum quid sibi uult, ubi ait: Nisi quis hunc ex animo stimulum eruat, ueritatem nunquam assequetur? Profecto negat ueritatem rerum à deo dependentium haberi posse, nisi ipsa de deo ueritas habeatur. Præterea per illa quæ mox subiungit, scito Platonem ipsum assidue in diuinorum inuestigatione uersari consueuisse, & qui Platonem primo audiebant diuina contemplantem, solitos sub nimio diuinorum splendore protinus caligare, diuque uexari, donec uidelicet mentem denique, tum ab affectibus sensuum, tum à phantasia imaginibus segregarent. quo quidem facto diuina quadam sorte, id est luce ueritatem non prius inuentam reperiebant. Propterea Pythagoras quem Plato nosster in omnibus ueneratur, sacra doctrinarum mysteria ab exactissimâ expiatione mentis exordiebatur: præcipiebaturque, & Plato similiter præcipit, ne efferantur in uulgum, ne uulgus accepta peruerse uel cõtemnat, uel incidat in errores. Si enim in uulgum adideris, deum nihil esse ijs que sentiuntur in se habere, uel te ridebunt, uel deũ esse negabunt. Hinc illud Lysidis Pythagorei ad Hipparchum. Haud piũ est, mysteria philosophiæ cum his cõmunia facere, qui ne somniare quidem purificationem animi potuerunt. Sunt præterea nonnulla mysteria Theologorum circa deum, quæ non uulgum modo, uerum etiam elegantes plerisque fatigent. E quibus id unum est, nihil ex his quæ intelliguntur, absolute de deo affirmari debere. Quicquid enim intelligentia definitum est, infra infinitum deum extare compellitur. Ad hæc itaque secretiora mysteria ita plerique docti adhuc sunt inepti, sicut & uulgus ad leuiora, usque adeo ut etiam nonnulli quamuis acumine, memoria, iudicio ualeant, diuque hæc audierint, nondum tamen perfecte comprehendant, quia uidelicet & si ad alia quædam, tamen ad Theologica nati non sunt, uel si nati, nõ tamen congrue ad hæc eruditique educati, uel si educati & eruditi nondum tamẽ ætatis maturioris beneficio à perturbationibus segregati. Perturbatio uero, quia & mouet, & per diuersa distrahit, & ad materiã trahit, iccirco alienam reddit mentem à deo, quo nihil à motu, à diuersitate, à materia potest remotius cogitari. Non ergo in iuria Lysis Hipparchum sic admonuit. Operæ precium est recensere quantum temporis in abstergendis maculis, quæ nostris iniuste pectoribus erant cõsumperimus, antequam præcepta Pythagoræ percipere digne possemus. Accedit ad hæc, quod si quis etiam tranquillo & erudito ad deum intellectu se conserat, ita ferme ab ipsa intelligentia circa deum decipitur, quemadmodum & uulgus sensu imaginatio, neque fallitur, & plerique docti perturbationibus repelluntur. Intelligentia enim pro natura sua iudicã, compellit nos deum ipsum, uel intellectum quendam, uel intelligibile quiddam asseuerare. Immensum uero bonum, neque intellectus est, qui uelut egenus ad intelligibile se uertit tanquam bonum quo illustrante proficiat, neque intelligibile est dicendum, quod id quidem cõmunem quandam cum intellectu naturam habet, per quam etiam proportionem habet cum intelligentia congruam. At nulla est immenso bono ad finita bona nature communio, nulla proportio. Hinc in Parmenide probat nos neque nomen, neque definitionem, neque scientiam habere de deo, utpote qui sit super intelligentiæ limites. Idem ante ipsum Mercurius asserit. Idem post ipsum Dionysius Areopagita, probans deum non esse dicendum ens atque intelligibile, sed super utrumque. Quamobrem cum deus intellectum atque intelligibile in infinito superet interuallo, nemo ulla intelligentiæ actione diuinam substantiam potest consequi, potest tamen quando que assequi passionem. Passione in quam benigna, per ipsam beneficam infiniti boni actionem nobis illata. Illatam inquam in unitatem ipsam nostræ mentis caput, quando uidelicet mens in unitatem suam, quæ expressa est diuinæ simplicitatis imago, totam undique se collegerit. Verum quod menti unitatem hanc indute sub diuino Sole subruitur, tunc ferme abicit, cum unitatem exuta rursus induit multitudinem. Ex his utique patet ex Platonis nostri sententia diuina à nobis non inueniri, sed potius desuper reuelari, neque mente comprehendere posse substantiam proprietatemque diuinorum, nedum uerbis & literis explicari. Ideoque de his ea mente differendum describendumque, ut per uerba & literas exhortari & preparare animos ad diuinam speremus, potius quam demonstrare. Sic & Plato de substantiæ proprietatis que diuinæ definitione scribit nihil. Scribit tamen multa, quæ uel per negationes, uel per relationes, uel exhortando, uel instruendo ad eum mentis statum quando que perducant, cui tandem ex alto panditur domus omnipotentis Olympi. Vbi postquam se & ab inferioribus receperit ad seipsam, & à seipsa ad superiora conuerterit, statim uno quodam statu simplici ipsam unitatem, stabilitatem, simplicitatem, ut ita loquar, attingit. Sed quæ attingit, non licet apud Paulum homini loqui, & apud Platonem multo minus licet scribere, ne detur sanctum canibus. Cum uero neque uerbis neque literis in diuinorum explicatione confidat, tutius tamen committenda uerbis censet quam literis. literæ namque cuius communia faciunt. Atqui & quam electissimis dicenda permittit. Omnino uero in diuina dignitate exigere, ut ex mente in mentem uerbis potius quam litteris scribendo in exterioribus materiis tradantur. Hic ratione Iudæi aiunt mysticum suæ legis scriptum ab ipso deo per Moysen non tam literis traditum, quam animis commendatum. Sed hoc illi uiderint. Pythagorici certe id obseruabant, & Plato seruauit. Non & hic pollicetur nonnulla per Archedemum potius quam per literas se missurum. Asserit autem quæ ab ipso scribuntur, esse Socratis, cuius proprium in purificando erat officium. Sed cur ad ditum est Socratem etiam & in iuuentute fuisse pulchrum, id est, diuinitus illustratum? Vt intelligamus, Socratem

tem tam educationis primæ perfectione quam nature felicitate à deo per familiarem demonem mox accepisse, quæ ceteri uix tandem malis laboribus assequuntur. Rursus, mysteria eadem per diuinam reuelationem accepta in Platone transfusa fuisse, & per Platonis exhortationes in homines similiter affectos posse transfundi. At ne quis in hac ex positione existimet somniare, audiendus est Proculus hæc ita confirmans. His qui ad summum bonum peruenire cupiunt non scientia & exercitatione ingenij opus est, sed firmitate, quiete, tranquillitate. Quæ quidem diuina fides est, quæ nos ad summum bonum diuinamque omnia ineffabili ratione trahit atque coniuungit. Profecto non per scientiam, aut actionem ullam ingenij exquirere summum bonum, aut ad ipsum aspirare debemus, sed offerre commendareque nos diuinæ luci, & præclusis sensibus, in illa incognita & occulta entium unitate quiescere. Hoc enim fidei genus omni doctrina antiquius est. Hæc Proculum à Platone accepisse constat. Si quis autem hæc diligenter considerauerit, non exigat à Platone in dialogis suis consuetum illum apud humanos disputatores ordinem doctrinalem, sed eo duntaxat stylo contentus erit, qui rectiori tramite perducatur ad deum. Eiusmodi uero styli siue ordo in purgando & conuertendo consistit. Oportet enim mentis oculum, & purgare à caliginosis materiis foribus, & purgatum in ipsam diuini Solis lucem rite dirigere. Vt uero perquirere, aut contendere non oportet. Immensa enim lux ubique præsens sua prorsus natura, creato ad ipsam mentis oculo, cum primo in eam purus rite respexerit, se infundit. Ac si ad suscipiendum deum intellectus asidue actione utatur propria, quæ & accidens quiddam est & multiplex, & modo quodam suo mobilis, profecto per ipsam à dei substantia simplicissima, & ab omni motionis imagine remotissima, quodammodo distungetur. Sæpe ergo fuerit post conuenientem inquisitionem purificasse mentem atque direxisset. Reliquum Mercurius sacro mentis silentio tribuit. Deum enim à mente suo quodam silentio potius quam sermone suo censet pronunciari. Omnes itaque Platonis dialogi in hoc ipso uersantur, & alij quidem in purgando solum, alij uero solum in conuertendo, alij in utroque consistunt. Mysteria uero hæc in epistola ad Syracusanos iterum confirmantur. Atque hæc confirmata mirum in modum præcepta euangelica comprobant.

ARGUMENTVM IN TERTIAM EPISTOLAM.

HÆC Platonis epistola scribitur ad Dionysium iuniorem post secundum Platonis ab eo discessum. Et primo quidem ad Dionysij quæsitam respondet: deinde calumniam in se à Dionysio conflatam dissoluit. In responsione igitur ad quæstionem, docet non esse in Deo uoluptatem. Illam scilicet quæ dolorem habet oppositum, & in motu quodam, uel indigentia expletione uersatur. Esse autem in Deo totum id bonum cuius causa bona uidetur uoluptas, non negat. Ad id uoluptatem, scilicet mobilem, esse causam detrimenti, scilicet in pecunijs & honore. Item doloris in corpore. Rursus auferre acumen, memoriam, iudicium, grauitatem. Post hæc contra Dionysij in simulationem probat se infissimis de causis in Siciliam profectum, de restituendis urbibus olim dirutis, ac de æqua gubernandi forma consilium manifeste dedisse.

ARGUMENTVM IN QUARTAM EPISTOLAM.

POST Dionysium expulsus tyrannide, scribit ad Dionem in patriam iam reuersum, admonens eum atque etiam Heraclidem & Theodotem ceterosque amicos, penes quos rerum potestas erat ut procul à tyrannide uiueret, formamque gubernandi teneret ex optimatum gubernatione plurimum atque ex populari quodammodo temperatam. Sunt hic præcepta quædam memoriæ commendanda. Primum quidem, ad principes proprie pertinere, cunctis excellere ueritate, iustitia, magnificentia, temperantia. Omnino autem prudentia tantum ceteros superare, quantum uiri pueros prudentia superant. Secundum uero, oportere tales præstare seipsos, quales uideri uolunt. Tertium, circumspicere oculos omnium in se esse conuersos, ut meminerint, ne que uita sua latere posse, neque mediocri duntaxat uirtute se expectationi maxime satisfacturos. Quartum, probatissimos imitari legum latores, & discordiam inter collegas quasi pestem uitare. Quintum, meminisse communem beneuolentiam esse ad res agendas summopere necessariam. Hanc uero sola humanitate comparari posse atque seruari.

ARGUMENTVM IN QUINTAM EPISTOLAM.

TSI quintam hanc consuetudo quædam Platoni inscribit epistolam, uidetur tamen potius esse Dionis Platonem in seipso totum pro uiribus effingentis. Instruit autem Perdicam principem constitutum in monarchia, ut meminerit se iuuenem esse, ideoque consilio ac ministerio seniorum indigere, non quidem omnium, sed probatissimorum, non quauis in re, sed in gubernandi forma, qui intelligant, quid potissimum gubernationis cuiusque sit proprium, siue gubernet unus, siue pauci, siue multi. Vocem uero gubernationis esse uult spiritum uitamque eius, id est legem, quæ officia & erga deum & erga homines cõgrua

institueret debet & exequi. Alioqui salua esse nō possit. At quoniam significat se & Euphrēū disciplina Platonis imbutos, tenere quae ad ciuilem pertinent disciplinā, iccirco ne Perdicās hac de re diffideret propterea quod Plato ipse nunquam populo suo in ciuili disciplina profuerit, subiungit Platonē cognouisse populum suū morbo insanabili laborare, ideōq; medicorum prudentum more noluisse, & frustra, & cum sui discrimine bestiam insanabilem curandam suscipere.

ARGUMENTVM IN SEXTAM EPISTOLAM.

PLATO diuinus, Hermiam, Heraclum, Coriscum, finitimos inter se principes, ad uerissimam concordiam cohortatur, hac sola saluos fore uaticinans, perq; hanc aspirante deo, qui unione gaudet, bona omnia consecuturos, praeterea eō deniq; peruenturos, ut rebus rite compositis diuinā sapientiam propensiori studio q̄ humanam, ut par est, prosequi ualeant. Concordiam uero stabilem firmari inter illos posse tradit pacto duntaxat atq; lege: pacto inquam legitimo sacris rite peractis inuicem stabilito, ac iure iurando interposito, deum ipsum testando atq; obsecrando tanq̄ unionis autorem omnis atq; seruatorē. Testando inquam, et obsecrando sub impari, quo deus gaudere dicitur, numero. Tria enim summa rerum principia, quae in prima quoq; epistola attigit, hic adducit. Vbi enim ait, omnium duces praesentium atq; futurorum, mundi animam uult intelligi, quae ut pote principium motus, res omnes à futuro in praesens, à praesenti in praeteritū temporali ratione perducit. Vbi uero patrem dicit & dominū, summum deum ipsumq; bonum significat. Sed mediā inter duo haec mentem quandā diuinā uidetur inferere, quando dum repetit dicit, subiungit & causae. Nam apud Platonem saepe rex significat ipsum bonum, causā uero mentem, aux deniq; animam. Et quoniam causam refert ad mentem, ideo in Timaeo Platonici disputant, intellectum ipsum boni filium, mundi architetum proximū extitisse. De quo in Epinomide scribitur: Ratio diuini summa, siue diuini summi uerbum, mundū uisibilem exornauit. Appellat autem hic ipsum bonum, tum patrem, tum dominū: ut per primum quidem designaret mentis patrem, per secundum uero animae dominum. Ita forsitan Platonici numerus exponit. Ita quoq; Platonici Christianus, sed Arrianus. Poterit & quispian per duces, Sanctum spiritum intelligere, per mentem uero filium. Nam ubi Plato patrem dicit, filium pariter subiungit. Ac si quis unam trium ponat essentia, Platonici quidem multis uidebitur aduersari, Platoni tamen manifeste nō repugnabit. Exhortatur autem ad grauiora simul studia doctrinarum atq; ad iucundiores quasdam disciplinas his cognatas, scilicet eloquentiae, poesisq; & musicae. Quibus omnibus eo consilio iubet incumbere, ut per haec quasi uestigia odorem diuinum inuestigantes, ipsum solum ament, & amando saporem insuper cosequantur. Inquit ergo, si uere uel si ita deum philosophemur, id est uel amando inuestigemus, uel inuestigando amemus, ipsum deniq; omnes proculdubio cognoscemus. Professio philosophiae nomen, & si indagatorem quandam praeseferre uidetur, amorem tamen fert proprie amatoriamq; indaginem. Cognouit ergo Pythagoras, cognouit & Plato aliter nos habere ad finita bona, aliter ad infinitum bonum: & finita quidem bona cognosci à nobis priusquam amentur, & ut cognoscantur amanda: infinitum uero amari antequam cognoscatur, neq; tantum ut cognoscatur quantum ut ametur inuestigandum. At cur amandum prius quam intelligatur? Quia uidelicet amor amantem transferens in amatum, quod proportioni debeat, transformante supplet affectu. Nonne deus in sacris, ignis saepe cognominatur? Eadem ergo metaphorica uenia, angelus quidem corpus diaphanum, anima uero opacum corpus cognominetur, quandiu uidelicet caeco hoc carcere clauditur. Itaq; quoadmodum sub igne corpus diaphanum, id est perspicuum, uelut aer, & aqua subito lumen & extra & intus admittit; terrena uero corpora uehementer calefacienda sunt prius, & calore in diaphani similitudinem prius extenuanda quam igneam suscipiant lucem: sic spiritus à corpore segregati diuinū lumen subito capiunt; spiritus uero terrenis cohaerenti corporibus transformantis amoris incendio indigent: quo quidem purgati, & in diuinam translati similitudinem, diuinitus tandem splendore scientiae collustrentur. Hinc Porphyrius ait. Inquisitio quidem diuinorum purificat animum, amor uero deificat. Proprio enim rem sic exprimit uerbo, neque id quidem iniuria. Nam & nulla materia ex eo fit ignis quod lumen, sed ex eo quod calore suscipiat ignem. Platonica ergo sententia est, inuestiganda esse diuina, scilicet illa esse, & qualia quoq; sint cōmuni quadam perceptione: sed interim non communi, sed singulari incomparabiliq; charitate amanda: sic enim duntaxat ea nos alicubi aperte quid sint intelligere possit atq; fore beatos. Quantum uero haec sacris consonent literis, nemo nisi prophanus ignorat.

ARGUMENTVM IN SEPTIMAM EPISTOLAM.

SEPTIMA epistola Platonis est ad propinquos amicosq; Dionis scripta, iam liberata per Dionem patria, & inique occiso Dione. Verum ut multa ad historiam pertinentia, tum in hac epistola, tum in alijs plane intelligantur, paulo altius repetendum. Plato ter Syracusas profectus est. Semel quidem superioris Dionysij tempore quadraginta etatis annos natus, bis uero postea iunioris Dionysio tyrannidem obtinente. Quid autem in singulis profectioibus egerit, aut qua de causa profectus sit

sit, partim in ipsa eius uita à nobis scripta, partim in his apparet epistolis. Dio uero ex eadem familia, qua & Dionysius, fuisse uidetur: affinitate insuper cum illo uarie implicatus. Quoniam Dionis sororem Aristomachen superior in matrimonio Dionysius habebat. At ipse Dionysij filiam nomine Aretan habebat uxorem. Dionysius autem iunior non ex sorore Dionis, sed ex alia uxore natus erat, nomine Dorade. Prima profectio Dio auditor Platonis effectus, uitam ad uirtutem traduxit; & concupiscere cepit publicum patriā bonum. Itaque defuncto Dionysio seniore, cum iunior Dionysius in tyrannidem successisset, ac puer adhuc fere consilio Dionis gubernaretur, optans Dio ipsum in philosophicā uitā cupiditatem traducere, Platonem multis precibus Syracusas uocauit, ac Dionysium ut accerseret induxit. Paruit ergo Plato hac in primis spe ductus, se suis consilijs effecturum, ut illic ex tyrannide Respub. fieret aut regnum. Sed quarto fere post Platonis accessum mense Dionysius falsis ad ductus calumnijs Dionem quasi tyrannidi insidiantem expulit. Platonem tamen libenter amplectebatur. At Plato indignatus re infecta in patriam rediit. Tertio accessit, Dionem Dionysio reconciliaturus, & ab utroque iterum atque iterum obsecratus, rogatus etiam ab Archita & Archedemo Pythagoricis, nobilibusq; permultis. Tunc & Dionis reuocationem pollicitus est Dionysius, & optimam insuper gubernandi formam se seruaturum. Sed nihil eorum quae pollicitus fuerat, praestitit. Cum uero Plato palam Dionysium redargueret, quod se sellisset fidem, tunc sibi de reuocando Dione, tum Theodoti suo de Heraclide seruando, insensum deinde habuit Dionysium. Itaque in summo uiuebat discrimine, ne à militibus interficeretur. Sed Architas Tarentinus Salmiscum oratorem misit ad Dionysium una cum nauis, rogans ut Platonem dimitteret. Ille cum dimisit, ac praebuit commeatum. Plato in patriam rediit sospes. Dionysium paulo post Dio clam collectis copijs, Syracusasq; profectus expulit, Syracusanis reddita libertate, ipse uero paulo post dolo suorum inuidiaq; interfecit. Post haec Hipparinus Dionis filius, & Hipparinus Dionysij frater, Dionis ex sorore nepos, Syracusas tenentes consilio nobilium freti de honestiori gubernandi forma deliberabant. Interea Dionysius hostibus coniunctus redire in principatum conabatur, Plato igitur ad hos scribit, cohortans eos & instruens ad optimam speciem gubernandi, id est, regnum parens legibus, & optimatum autoritate suffultum. Sparsum uero precepta eiusmodi ex hac epistola colliguntur. Non est alienum à bono ingenio optare gubernacula Reipublicae praesertim quando necessitas postulatur. à bono ciue alienum est optare haec cum omni licentia obtinere. Non est prudentis temere publicis se negotijs implicare: praesertim ubi ab sique salutis publicae spe periculum subeat. Sola philosophia in re tam publica quam priuata quid bonum iustumq; sit, quid non sit eiusmodi, potest discernere. Humanum genus non prius deusinet in malis uerari, quam aut philosophi dominentur, aut qui dominantur, deo illustrante philosophentur. Delicata luxuriosaq; educatio ingenia uel diuina deprauat. Nullus intemperans potest esse prudens. Ciuitas in qua ciues incontinentes sunt, nulla legum potentia contineri potest, quin frequentes mutationes, ac semper in deteriori patiantur. Violentia neque patriae, neque parentibus inferenda, sed utriusque procul à uolentia consulendum. Autoritas antiquorum sacrorumq; sermonum ceteris opinionibus anteponenda est. Bono uiro nihil mali potest contingere. Anima ab hoc corpore seuincta sub diuini iudicis sententia scelerum luit poenas. Praestat grauius in iurijs pati quam inferre. Auari atque intemperati, ad res diuinas caeci surdique sunt, adeo ut neq; ipsi uideant, neque ab alijs uel audire sustineant, uel auditas percipiant. Impietas omnibus peccatis mixta est, atque uicissim. Impietas ipsa mixta peccatis, simul est quo praecipue peccatores tum in hac uita sollicitantur, tum in altera crucientur. Post haec ubi de consuetudine sua cum Dionysio, ac de philosophiae studio scribit, probat neminem in philosophia aliquid profecturum, nisi amore sapientiae accensus, omnes eius gratia & labores sustineat, & oblectamenta contemnat. Tum uero quoniam sapientis est contemplari diuina, opportune ostendit diuina, neque literis neque quam uulgo, neque uerbis exprimi posse, immo etiam non debere. Non posse quidem quia quod maius est, neque etiam mente omnino comprehenduntur. Non debere etiam, quia & qui in plebe infirmi sunt tanquam monstra ridere: & qui paulo in plebe superiores, his auditis uel in haesim fallam inciderent, uel ob leuem quandam aliorum rerum opinionem uani supra modum contentiosiq; euaderent. Non inquit Plato usquam nihil ueritatisq; de diuinis intelligi posse: sed neq; posse exprimi, quod de his intelligitur: neque propriam horum ueritatem intelligi eadem ratione qua cetera. Formae quidem aliae omnino sunt coniunctae corporibus, aliae penitus segregatae, illae naturales, haec diuina uocantur. Sunt & mediae coniunctae quaedam quoadmodum, & quoadmodum separabiles, id est rationales animae, inter diuina & naturalia mediae. Quae quatenus corporibus coniunctae sunt, eatenus à diuinis necessario distunguntur. Cōiungi enim formis à materia separatis, nisi separatione nō possunt. Separantur aut in materia duobus praecipue modis, tum moralis purgatione, tum resolutione contemplatiua. Philosophiae studium utrunq; facit: et quoadmodum qui humidum lignum exiccatur prius sole, deinde admodum uet igni, occasionem quidam ligno praebet, ut accendatur, neq; tamen ipse, sed ignis accendit lignum: ita studium philosophicū & per moralem disciplinā, & purificando preparat animā ad diuina, & per contemplatiuā resolutione admodum mentem diuinis atq; coniungit: neque tamen ipsum diuina ueritate format mentem, sed deus ipse ignis.

instar mentem quasi materiam philosophiae beneficio paratam, & propinquantem, ueritatē suae luce perustrat. Plato igitur cum dixisset diuina neque literis, neque uerbis exprimi posse, significauit praeteritas neque posse doceri uel inueniri eadem ratione qua cetera. In alijs enim percipiendis inquisitio nostra intellectum & parat & format; cum tamen in diuinis percipiendis inquisitio uel purgatissima atque eminentissima, parat quidem, sed non format. Idcirco inquit opus esse diuturna cum diuinis consuetudine, significans speculationis assiduitatem: item uitae coniunctione, siue communionē, significans purificationem morali disciplina perfectam. Addit in mentem denique sic affectam non paulatim quidem humano quodam amore, sed subito lumen ueritatis accendi. Sed undenam? ab igne, id est deo, profliente siue scintillante. per scintillas designat ideas exempla rerum in mente diuina. Designat & formulas idearum nobis ingentis. Quae per desideria olim consopite, excitantur uentilante doctrina, atque uelut oculorum radice emicantes, ideis uelut stellarum radijs collustrantur. Subdit eiusmodi lumen non accendi solum, sed fieri in anima, ut ostendat tum formulas esse innatas anime, tum splendorem eiusmodi familiarem eua dere. Ac ne putes in eo statu mentem ambiguum sollicitamque esse addidit: Scipsum tam alijs, id est lumen hoc primum diuinitus in mente accensum, deinceps sua uirtute diuinorum haurit copiam radiorum atque almo mentem gaudio complet. Hic animus seipsum nutrit, id est nihil quaerens extrinsecus uiuit seipso contentus: & quam beate intus afficiatur, & si uelit, nequit tamen, & nescit exprimerē. Plato quing; in hac contemplatione meditatur gradus, quos in Theologia legit diligentius a nobis expositos. Iubet enim cupidum ueritatis, tum per auditum ab ipso rei nomine, tum per uisum aliosque sensus a rei ipsius accidentibus ad ipsam rei definitionem procedere, per hanc ad formulam rei innatam menti, per formulam denique ad ideam tam formularum quam rerum procreantem. Docetque interea ideam a reliquis longe differre, quatuor praecipue modis. Quia scilicet idea substantia est, simplex, immobilis, contrario non permixta. Reliqua uero quatuor, id est, nomen & accidentale simulacrum & definitio & formulae notio, a substantia, simplicitate, stabilitate, puritate ideae degenerant. Idcirco haud sufficienter ideam nobis imprimunt, sed ad diuinam impressionem nos utcumque possunt, accommodant. Denique mens impressa diuinitus, si quando studeat idearum characteres uerbis literisque exprimerē, pulcherrimarum rerum deprimet reddet imagines. Verum si crediderit Pythagoricis, non tam contendet ut depingat ideas, quam ut audientium animos excolat, ac uelut tabellas expoliat, quibus tandem diuinae formae diuino digito depingantur. Ipsa sane coelestes sufficientes radios, non conabitur apud caecos radiorum formas frustra describere, immo si insanabiles sint, dimittet, si sanabiles, duntaxat purgare aciem aggredietur sursumque erigere, ut pote quae intelligat alio se peccato frustra laboraturam.

ARGUMENTVM IN EPISTOLAM OCTAVAM.

In superiori epistola principes Syracusanos insitiuens, latius in connubijs, praecipit, & in rebus a se Dionysio gestis uerfatus est. In hac uero propria iam insituta breuioribus comprehendit, medium semper inter unius ac populi gubernationem obtinens, maxime uero omnium studens, ut conciliantur ciues potius quam expellantur, & quantum fieri potest sine aliena iniuria reipub. status rite stabilatur. Mox in principio asserit homines impio scelere pollutos insanabiles esse, neque his ullum consilium pro futurum. Item omnibus in rebus & dicendis, & cogitandis a deo principium faciendum. In tota uero epistola obseruabis quam cautus simul & clemens gubernator sit Plato, quamue diligens animorum conciliator. Comprorbat ut sui moris est gubernationem Lacedaemoniae similem. In qua plurimum sit optimatum, sit quoque regia quaedam forma, sit & populare nonnihil. Damnat extremam seruitutem, per quam omnia libidini humane subdantur. Improbat & extremam libertatem siue licentiam, in qua quilibet ferme absque delectu sortitur reipub. gubernacula. Moderata uero probat. Nota aureum diuim. Moderata seruitus est, qua seruitur deo, immoderata qua hominibus. Temperatis quidem hominibus lex deus est, intemperatis uero libido.

ARGUMENTVM IN NONAM EPISTOLAM.

In Epistola ad Architam Philosophum publicis rebus occupatissimum, consilium dat contemplanti, ne honestam simul & necessariam deserat actionem. Prodesse enim hominibus, & publice & priuatim: actionem honestam uocat & necessariam. Honestam quidem, quia quemadmodum quodlibet corporis membrum non suis partibus tantum est, sed aliorum etiam, maxime uero totius, ita homines alij aliorum sunt, ac potissimum speciei. Necessariam uero, quia & nisi alijs uiueris non potes tibi uiuere, & nisi domesticis patriaeque succurreris, res profecto familiaris & publica uel desituta gubernatore nutabit, uel a deterioribus gubernata periclitabitur, ac denique faciet naufragium.

ARGUMENTVM IN DECIMAM EPISTOLAM

Aristodemum Dionis familiarem elegantiam morum in primis philosophantem, in sua opinione & uita confirmat, asserens substantiam quidem philosophiae moralem uirtutē esse, quod & nomen ipsum declarat, amore quodam cultuque definitum. Speculationes uero humanas esse uel ornamenta quaedam philosophiae extrinseca, uel uias ad ipsam mentis firmam puritatem quae ad mores pertinent, comparandam. Quae comparata diuina potius quam humana: & infusa desuper potius quam acquisita, sequitur contemplatio: ad quam speculatio illa prior si conferatur, ludus quidam a Platone cognominatur. Id autem Pythagorae Socratisque maximum est praecipuum. Vbi uero ornamenta traducimus, Graecum uocabulum ornamentum significat argutae uicium uanitati & superbiae mixtum. Quasi dicat: Scientia inflat, charitas aedificat. Item: In maleuolam animam sapientia non intrabit. Sinceritatem quidem siue sanitatem ponit in animo simplici & tranquillo: fidem uero in uerbis: firmitatem denique in gestibus atque actionibus.

ARGUMENTVM IN VNDECIMAM EPISTOLAM

Rincipi Laodamanti de gubernatione optima consultantis consuetum illud suum dat consilium, leges quidem omnes fore uanas, nisi praeterea probatissimi uiri per quos uiuunt leges ingentem in reipub. habuerint potestatem, ac nisi constitutus sit magistratus quidam in ciuitate & is quidem maxima cum auctoritate, qui morum censor, per exploratores singulorum actiones diligenter obseruet, ad id semper intentus, ut quotidiana ciuium uita animos ad fortitudinem temperantiamque perducatur.

ARGUMENTVM IN DVODECIMAM EPISTOLAM

Pistola duodecima nobis argumento est, quam liberalis & simplex Plato fuerit: utpote qui secreta quaedam commentaria sua nondum absoluta Archita crediderit. Argumentum quoque id est, Architam non minus moribus quam uerbis philosophantem, dignum fuisse cui charissima quae quae commodo traderentur. Forte uero commentaria haec ad explendum Critiam non absolutum & ad conscribendum Hierocratem nondum compositum pertinebant. Epistolam uero ad Dionysium quae ab ignorantibus his adiungitur, ideo non traduximus, quia & ipsa epistola uerba, & docti omnes negant esse Platonis. Est autem operae praecipuum in his epistolis animaduertere, quam magno & constanti animo Plato nosfer, praesertim in amicorum rebus fuerit, & quam grauius sepe discrimina pro amici salute subierit. Praeterea quam libere atque benignè tyrannum sapies corripuerit, ad adulationem quidem maxime omnium alienus, charitate uero atque officio nemini cedens, ut non minus uita & moribus quam disputationibus conducere nobis possit ad bene beateque uiuendum.

LIBER TRIGESIMVS SEXTVS

PLATONIS EPISTOLARVM DVODECIM.

DIO DIONYSIO BENE AGERE. EPISTOLA I

Go dum apud uos diuturna opera ita imperitum uestrum administrarem, ut ceteris utilitates uestras captantibus fidei dignitate praestarem, graues calumnias sustinui. Noui enim quod me uobis ad stipulante crudele nihil omnino factum uidebitur. Omnes autem qui eadem in gubernatione uerfati sunt, testes mihi esse possunt. Quorum ego permultos summo conatu a damnis non mediocribus liberaui. Imperio quinetiam apud uos fungens, ciuitatem uestram sapientis uisitationi. Tandem uero ignominiosius a uobis expulsus sum, quam ut illisimum aliquem expelli conueniat, iussus a uobis abire, qui tam diuturnam operam uestris sum commodis imperitum. Igitur post hac modo quodam inhumaniori mihi ipsi consilium. Tu autem talis tyrannus gubernabis solus. Pecuniam uero illam egregiam abs te in uiam cum missam, per Bacchium hunc una cum his literis ad te remitto. Neque enim ad uitaticum sufficit: neque ad ceteram uitam fatis est utilis: tibi que danti dedecus allatura maximum, & mihi non multo minus accipienti. Itaque illam accipere nolui. Tua uero nihil interest, & dare & accipere tantundem: sed illa recepta tuorum quemuis alterum honorabis, quem admodum me honorasti. Ego enim abs te fatis iam sum honoratus. Et mihi opportune nunc Euripidis illud uenit in mentem: te rebus quandoque poscentibus talem tibi uirum assistere optatum.

do te poeniteat eorum quae tibi indigne nunc exciderunt. Maxima uero huius rei custodia est, nihil scribere, sed addiscere. Nam quae scribuntur, contineri non possunt. hac de causa nihil ego de his scripsi unquam, neque est Platonis opus praescriptum aliquod, neque erit. Quae autem modo dicuntur, Socratis sunt: qui uir etiam dum iuuenis esset, uirtute claruit. Vale, & nobis crede. Atque hanc epistolam, cum sepius eam legeris, statim combure. Et de his qui dem satis. Miraris autem quod ad te Polixenum non mittam. Ego autem de Lycophrone etiam & reliquis qui apud te sunt, idem iam dudum & nunc prorsus affirmo: te scilicet istis tum in genio, tum differendi arte praestare quam plurimum: neque illorum quenquam sponte tibi in disputando: ut aliqui suspicantur: cedere, sed inuitos. At qui uideris admodum modeste illis fuisse usus, & honestis eos muneribus profecutus. Sed de his quidem perinde atque de talibus talia multa licet dicere. Philistione si uti contigerit, utere quem maxime. Et si fieri potest, Speusippi utere opera: atque remittas. Eget quidem tui & Quaesippius. Pollicitus autem mihi est Philistio, si abs te dimittatur, se Athenas euestigio petiturum. Lithotoniensem uero illum dimisisse, laudabile fuit. Leuis autem petitio tam de illius necessarijs, quam de Egesippo Aristonis filio. Nam & ad me scripsisti: si quis huic uel illis iniuriam uelit inferre, ac tu id persenseris, te minime permissurum. De Lysiclide praeterea uera fateri decet. Nemo solus iste ex his qui Sicilia Athenas profecti sunt, nihil in tua meaque consuetudine immutauit. Sed quae facta sunt, quotidie uerbis pro uiribus magis honestat.

PLATO DIONYSIO. EPISTOLA III

RETIS an rectis ponatur in salutationibus, gaudere: an quemadmodum ego solitus sum scribere ad amicos, bene agere. Tu quidem ut aiunt hi qui te cum in Delphis affuerunt, ita Deum ipsum blande alloqui, ac similiter scribere consueuisti: Gaude, uitamque tyranni iucundam serua. Ego autem neque Deum hoc modo neque hominem salutarim. Non Deum: quia contra illius naturam loquar. Nam procul a molestia & uoluptate diuinitas. Non hominem: quia saepius detrimendum & dolorem sibi affert uoluptas, hebetudinem in animo & obliuionem, insipientiam & petulantiam pariens. Et de salutatione quidem haec mihi dicta sint. Quae tu postquam legeris, sicuti uoles ita capies. Ferunt uero non pauci te dicere solitum ad legatos quosdam, dum te adeunt, in animo habuisse Graecae ciuitates in Sicilia restitui: & Syracusanos releuare: ac pro tyrannide, regiam gubernationem illis inducere. Audientem uero haec me tibi ne faceres illa obstitisse: cum tu uehementer id cuperes. Nunc autem illa ipsa ut facias, Dionem docere: ac tuis proprijs cogitationibus imperium a nobis tuum labefactari. Vtrum sermones huiusmodi aliquam tibi utilitatem ferant, tu ipse cognoscis: iniuria certe me afficis, cum contraria dicas quam ueritas sit. Et profecto satis superque haecenus a Philistide & alijs compluribus inuidia mihi conflagrata est & apud milites & apud Syracusanos. Nam cum in arce una tecum habitarem, omnia malefacta in me conuertebantur, assententibus qui extra erant, te singula meo consilio facere. Cum aperte scias per pauca me tecum de gubernatione ciuili sponte mea, atque id ab initio tractauisse: dum aliquid posse me proficere arbitrarer, & alia quaedam exigua, Legum proximjs mediocriter incumbentem. Quibus tamen postea uel te uel alium audio quaedam praeter mentem meam inseruisse. Quae facile intelloscent si qui possunt more ingenij nostri discernere. Sed ut modo dicebam, non ego calumniar & apud Syracusanos & apud alios, quibus me ista dicere criminari: sed multo magis purgatione contra primam calumniam, & contra nouam nuper exortam, maiorem quidem ac uehementiorem. Ergo aduersus duas calumnias necesse est excusationem me duplicem aggredi. Primum quidem merito noluisse me de gubernatione Reip. tecum agere: deinde meum illud consilium non fuisse quod tu ais, ut sua derem tibi ne ciuitates graecas restitueres. Et primum quidem de primo sic accipe. Veni Syracusas a te uocatus & a Dionem: cum esset ipse Dio magna apud te dignitatis, mihi iam pridem hospes, etate uero media atque perfecta: quibus omnino uel medio critere prudens, opus esse ad res huiusmodi gerendas quales tuae erant, existimari. Tu uero eras admodum iuuenis: & omnium quorum oportebat te peritiam habere ignarus, mihi quoque ualde ignotus. Post haec, siue quis homo, siue deus, siue fortuna quaedam tecum, Dionem pepulit, Tu solus relictus es. An igitur comunione mihi aliquam

Non scribitur in mente

In salutationibus inuenitur

In superioribus conueniunt

tecum rerum consilium tunc relictiam putas: cum uiderem prudentem quidem consultorem abs te pulsum: te autem imprudentem cum multis flagitiosis ita fuisse relicti, ut non imperares, licet imperare arbitraris, sed huiusmodi hominibus reuera seruires? Tunc ergo quid oportebat me facerem? An non id quod faciebam? Abstinerem uidelicet omni gubernatione, ne inuidia maleuolorum in calumnias uocarer. Et illud omnino conari, ut uos inuicem dissidentes & longe diuinos in pristina amicitia gratiamque reducerem. Tu mihi testis esse potes quanto conatu hoc a me negotium susceptum fuerit: neque unquam desertum. Tandem uix ita conuenimus, ut domum remeare, finitoque bello quod tunc erat, ego & Dio Syracusas rediremus: tu autem nos aduocares. Haec sunt acta in prima illa profecione ad te mea: & in patriam reditu. Facta deinde pace iterum me uocasti: non tamen ut inuicem conueneramus, una cum Dionem: sed solum. Scripsisti enim ut ipse tunc ueniret: Dionem uero postea te uocaturum. Ea de causa ego tunc non ueni: quod quidem Dionem displicuit, qui praesta reputabat ut parerem tibi atque uenirem. Transactio post haec anno triremis una a te missa est: & simul cum illa literae tuae. Quarum caput erat si ueniret, Dionis res ita fore, ut ego maxime optabam, contra uero si non ueniret. Pudet referre quam multa tunc epistolae scriptae sunt, tam abs te quam ab alijs tua causa, ex Italia atque Sicilia ad me et ad multos propinquorum familiariumque meorum: quae omnes exhortabantur precabanturque ut tibi obsecutus accederem. Vltimum est igitur omnibus, & in primis Dionem, absque dilatione eundem esse, quam ego ob gratiam me excusabam: & de tua constantia me diffidere dicebam: quasi nequiores obrectatoribus maleuolisque meis dissidium inter nos quae rentibus resisterem. Conspexeram enim iam pridem, & nunc etiam perspicio opes tam priuatorum quam principum quanto maiores sunt, tanto magis insidiatores, & turpium noxiarumque uoluptatum machinatores nutrire, quo nihil perniciosius gignit opulentia atque potestas. Veritatem omissis his omnibus, uenire decreui ne querelam materiam alicui familiarium meorum relinquerem, quod cum possent eius res salua esse, ob negligentiam meam perissent. Quae uero post aduentum meum secuta sunt, tu optime nosti. Censebam equidem ut secundum promissa epistolarum tuarum quam primum Dionem reuocares: & pristina familiaritate reciperes, cuius ego rationem habendam esse putabam. In quo si mihi paruisses, forte melius tuae & Syracusanorum caeterorumque Graecorum res, ut mea uaticinatur opinio, sese haberent. Arbitrabar deinde bona Dionis, suis restitui debere: nec illis diuisoribus quos tu praefeceras, eorum administrationem amplius relinquere iudicabam praeterea pecuniam singulis annis Dionem solitam mitti, esse mittendam, non diu minutam ob praesentiam meam, sed magis adauctam. Cum autem horum nihil abs te impetrare possem, abire constitui. Tu uero annum me ut expectarem rogasti: affirmans te Dionis bona omnia reddiditum, ita ut media pars Corinthum ad Dionem ipsum mitteretur: reliqua uero pro eius filio Syracusis maneret. Multa praeterea referre possum quae promissa a te seruata non sunt. Sed ea ob multitudinem omitto. Cum enim honorum Dionis omnium uenditionem faceres, absque ullo eius consensu: quamquam ita demum hoc faciendum dixeras, si ille assentiretur, promissis omnibus diuiri mirabilis, Colophonium, ut aiunt, suffragium, si nemquam gloriosissimum imposuisti. Rem profectio neque honestam, neque honorificam, neque iustam, neque utilem machinatus, me deterrere conatus es tanquam rerum illarum nescium: quo ego pecunias ad Dionem mittere das postulare desisterem. Nam cum Heraclidem pelleres: quod neque Syracusanis, neque mihi iustum uidebatur: egoque una cum Theodote & Eurybio pro Heraclide deprecarer, accepta hinc quasi sufficienti quaedam occasione, iam pridem te deprehendisse dixisti, nullam mihi curam esse rerum tuarum, sed Dionis solum, eiusque amicorum & propinquorum. Itaque cum Heraclides & Theodotes Dionis amici suspicionem criminis non carerent, me omnia facere quo meritas poenas non darent. Haec quidem in nostra illa ciuili administrationis comunione, et quacumque aliam dissensionem nobis accidisse quid mirum: Prauus enim a prudentibus uiris merito existimari possem, si potentia tuae magnitudine adductus, ueterem amicum & hospitem meum a te patria pulsum, nulla in arte, ut ita loquar, te deteriorer, prodidisset atque destituissem: te uero iniuriantem illi preposuissem: & omnia fecissem quae imperares, tuarum scilicet opum gratia. Certe si illum tui gratia prodidisset: nemo aliam mutationis meae causam fuisse dixisset. Haec igitur ita gesta, causa fuerit succensendi inter nos: & nihil comunicandi. Verum mihi opportune iam sermo in eam transiit partem: de qua secundo mihi loco dicendum proposui. Attende obsecro diligenter, si ue

Principum Priuatorum

rum tibi dicere uideor. Dico te Archidamo presente & Aristocrito, cum esses in hortis uiginti ferme dies ante recessum meum in Syraculis Athenas, dixisse mihi illa quae nunc etiam dicis: quod Heraclidis, & aliorum omnium, magis quam tui curam haberem. Praeterea me in praesentia illorum rogasti, an meminisses cum primo Syraculas ueni, suasisse me tibi ciuitates Graecas restituere. Egoque concessi meminisse me: & addidi etiam tunc optimum mihi uideri. Fatendum est, o Dionysi, quod subinde dictum est. petij equidem utrum id solum tibi consuluisset: an aliud praeterea. Ad haec tu iracunde nimium & contumeliose respondisti: & alia etiam me praecipisse. Itaque contumelia tunc in me id fuit, ut putasti: nunc autem asseueratio pro somnio est. Rogasti autem me aperte nimium, si bene quid meminisse, me deridens, an ista praecipissem tibi quasi docto, an non. Respondi te id optime meminisse. At ipse ad haec adiecit: Vt docto in geometria, an quomodo? Tunc ego quod respondere poteram, reticuit: ueritus, ne uerbi alicuius exigui causa, nauigatio illa a me expectata, mihi prolata angusta fieret. Caeterum ad illud iam redeamus, quod tendunt haec omnia. Noli inuidiam conflare mihi, dicens te prohibitum fuisse a me ciuitates Graecas dadas a Barbaris, restituere: ac Syraculanis gubernationem pro tyrannica regiam mutare. Nihil enim de me potest mentiri, quod a meis sit moribus alienius. Atqui si foret alicubi sufficiens huius rei iudicium, etiam alia diceret superioribus clariora: probaremque manifeste me suasisse tibi ut illa faceres: te autem recusauisse. Nequaquam difficile est ostendere illa futura fuisse optima & tibi & Syraculanis et Siculis omnibus. Si ergo negas te ista dixisse cum dixeris: satis equidem habeo quo te criminer. Quod si fateris: Stesichorum sapientem puta: atque eius palinodiam, id est cantum superiori contrarium imitatus, ex mendaciter mone te ad uerum traducas.

PLATO Dionis Syraculano, bene agere. Epistola IIII

P VTO manifestam esse per omne tempus propensissimam uoluntatem meam circa singula quae contigerint: neque occultum esse uobis, studium conficiendi fuisse mihi non aliam magis ob causam, quam ut in rebus honestis honorem consequerer. Censeo enim esse iustum, ut qui reuera boni sunt uiri, & talia faciunt, dignam gloriam consequantur. Praesentia igitur, deo gratias, recte se habent. De futuris uero maximum uobis propositum est certamen. Nam fortitudine quidem, celeritate, ac robore praestare tale est, ut aliorum quoque esse possit: sed ueritate, iustitia, magnificentia, & huiusmodi quadam honestate & dignitate praecellere, ad eos qui ista gerunt, & talia sibi gloriam uendicant, praeter ceteris attinet. Manifestum sane est quod dico. Meminisse autem debemus, oportere nos, ut te non latet, plus ab alijs quam uiros a pueris differre. Itaque constare omnibus debet, tales nos esse quales uideri uolumus: praesertim cum deo iuuante per facile sit futurum. Ceteris siquidem hoc contigit, ut multa loca obire compulsi fuerint ad id consequendum: rerum uero tuarum status huiusmodi est, ut ex uniuerso, ut ita dixerim, terrarum orbe unum in locum, & in illo ipso in te unum maxime oculi omnium sint conuersti. Tanquam igitur subiectus oculis spectatusque ab omnibus, conare Lycurgum illum antiquum exprimere, & Cyrum: & si quis alius uideatur unquam moribus & publicis institutis excelluisse: praesertim quum sit multorum ac penes omnium uestrorum opinio, post Dionysium sublatum res esse perituras, propter tuam & Heraclidis & Theodoti ceterorumque nobilium ambitionem & excellendi cupiditatem. Primum quidem optatum educt, ne quisquam talis existat, quod si quis apparuerit talis, tu medebere: ut res in melius educantur. Ridiculum tibi forte uidetur: me ista monere, cum tibi sint nota. Sed ego in theatris conspicio, certatores a pueris prouocari: nedum ab amicis, qui beneuolentiae studio cohortari putantur. Vos certe nunc tanquam in theatro quodam certatis. In quo si nostra opera opus est: certio res nos, quae hic autem perinde se res habent, ut cum uos aderatis. Scribite mihi si quid actum sit, quid ue agatur. Nam licet audiamus multa, certi nihil habemus. Multae a Theodoto & Heraclide feruntur epistolae Lacedaemona & Aeginam. Nos autem, ut dixi, audientes multa de rebus uestris, nihil aperte percipimus. Nec te lateat eam esse de te apud quosdam opinionem, quasi de homine aliquanto minus quam decet, officioso atque affabili. Memento igitur necessarium esse ad res gerendas, hominum beneuolentiam: austeritas uero solitudinem amicorum parit. Felix esto.

*De rebus Dionis, cu...
Dionysio, palinodiam...*

*De quaestione...
Apollonio...*

Talis si quis...

Quomodo...

Quomodo...

DIO Perdice, bene agere. Epistola V

VPHREO suasi quemadmodum ad me scripsisti: ut in rerum tuarum administratione perseveraret. Est autem meum tibi quoque et de alijs rebus, quemadmodum religio & hospitalitas postulat, consilium dare: & quemadmodum Euphreo uti debeas. Profecto uir ille ad multa utilis esse potest. Maxime uero ad id, cuius tu plurimum indiges ob aetatem praesertim cum haud multi reperiantur, qui de his rebus consilium iuuenibus commode afferre possint. Est enim uox quaedam unius cuiusque ciuicis gubernationis: uelut animalium quorundam. Nam aliam popularis, aliam paucorum, aliam unius gubernatio uocem emittit. Has intelligere multi profitentur: sed longe absunt ab intelligendo, praeter admodum paucos. Quae igitur gubernatio propria uocem erga deos & erga homines emittit: consentaneasque uocum actiones reddit, ea uiret semper atque seruatur, quod si uocem alterius imitatur, interitum recipit. Ad haec Euphreo tibi perutilis esse poterit: quibus et ad alia uir fortis sit. Rationes enim monarchiae, id est principatus unius, non minus quam eos qui apud te sunt, cum inuenturum esse spero. Ad haec igitur illo fretus, utilitatem ex eo percipies, et referes ipsi tu deinde quam plurimum. Quod si quis haec audies obijciat: Plato quidem proficitur quae ad popularem statum conferant intelligere: nunquam tamen licet occasio data fuerit, in ciuitate sua surrexit ad consilium populo exhibendum: ad haec respondebitur: Platonem fero tandem fuisse in patria, populorumque offendisse iam senescentem, assuefactumque per illos qui ante fuerant, multa diuersa facere a consilio suo. Nam liberrime ut parati illi consuluerint, nisi frustra se ipsum periculo subiecturum existimasset. Idem quoque circa consilium mihi futurum existimo. Si enim insanabiles uideremur, re dimissa, omni de me meisque consilio abstineret. Esto felix.

PLATO Hermiae, Erasmo, & Corisco, bene agere. Epistola VI

MHI quidem uidetur deorum aliquis fortunam uobis optimam, modo recte eam recipiatis, benigne abundeque parasse. Quippe finitimi estis, & utilitatem uobis mutuam conferre ualeatis per maximam. Hermiae siquidem neque multitudo equorum, neque alius belli apparatus, neque auri magnitudo usque adeo uires auergeret, quantum amicorum bonorum constantia atque fidelitas. Erasmo autem & Corisco praeter sapientiam istam de speciebus pulcherrimam, alia insuper affirmo, & si sum senex, opus esse sapientia aduersus improbos iniustosque cauendi, & ad resistendum potentia. Sunt enim in experti fraudum: quia penes nos cum hominibus uiuere diu consueti sunt minime malis. Quapropter illos huiusmodi quadam indigere dico cautione, ne compellantur ueram negligere sapientiam & humanam hanc necessariamque sapientiam, plus quam deceat, meditari. Rursum uero eam ipsam uim mihi uidetur Hermias in primis natura usque & arte secutus. Quid igitur dico? Equidem Erasmi & Corisci mores ingeniaque expertus magis quam tu confirmo tibi, o Hermiae, denuncio, testor, non facile magis fidios homines istis finitimis esse te repperiturum. Tibi itaque consulo, ut quoad fieri potest ac licet, omni studio hos uiros complectaris. Vobis quoque o Erasmo et Corisco consulo, ut Hermiam uicissim suscipiatis, certantes mutuo amore & beneficio, uno maxime amicitiae nodo uincti. At si quis uestrum coniunctionem istam dissoluere uideatur, nam humana quidem mobilia sunt, huc ad me meosque mittite accusatoriam in delinquentem epistolam. Puto enim iustitia & pudore reertos, qui a nobis proficiuntur feruones, nisi quid magnum subsit, magis ut dicitur omni incantatione uos in pristina amicitiam & comunione copulatuos. Ita si philosophemur omnes, utriusque quantum ualebimus, & nostrum cuique concedetur, rata haec modo edita oracula seruabuntur. Quod si ista negligamus, nihil equidem profabor. Omen namque bonum uobis praedico, atque uaticinor, haec bona omnia uos ita demum esse facturos, si deus uoluerit. Hanc uero epistolam a uobis tribus simul legendam censeo: aut saltem duobus uia legentibus, & saepe etiam repetentibus. Utendumque uobis pacto & lege certa: etiam iure iurando ut aequum est interpositum, non sine eleganti studio atque huius studij sorore disciplina, testando de re rerum omnium ducem praesentium & futurarum, ac ducis & causae patris dominum. Quae si uere philosophemur, cognoscemus aperte oes, quatenus felicitis hominis natura pertingere potest.

PLATO Dionis propinquis & amicis, bene agere. Epistola VII

SCRIPISITIS mihi censere uos eandem mentem in republica esse uobis conseruandam, quam Dio habuisset: meque rogatis in comunione accedere quantum uerbo factoque uirum habeam. Ego autem si eam uoluntatem opinionemque...

*Quomodo nobis...
appropinquat...
epistolam...
in quibus...*

*Quomodo...
in primis...
cautione...
indiget...*

quam ille habuit, habetis, assentior uobis, & in cōmunionem accedo. Si nō habetis, de ea re consulendū etiam atq; etiā dico. Quæ uero fuerit illius mens atq; uoluntas: non ut coniectans, sed tanq̄ sciens referre possūm. Quando ego primū Syracusas profectus sum, anquōs circiter quadraginta ætatis agens: Dio in ea erat ætate, qua nunc Hipparinus. & in ea quæ tunc cōprehenderat opinione semper perseuerauit, Syracusanos putans esse liberos oportere: atq; optimis legibus gubernari. Itaq; non sit mirandū, si quis deorū hunc in eadem opinione reip. gubernādæ ipsi cōsentientem præstitisset. Quæ uero ratione id fuerit faciendū, digna res est, quæ & senī & iuueni audiatur. Conabor autē, quoniā præsens tempus id poscit, rem omnē à principio uobis referre. Equidē adolescens dum essem, eādem quam pleriq; habui cupiditatem. Statueram enim cum primū mei ipsius compos factus essem, ad remp. me conferre. Interim talia quædam circa remp. cōtigerunt. Nam cum præsens reip. status à multis improbaretur: secuta mutatio est. Tunc unus et quinquaginta uiri gubernatione suscepta: undecim in urbe, decem uero in Piræo forensiū urbanarumq; rerum administrationē habebant. Sed penes triginta uiros summa erat omnīū auctoritas constituta, Horū nonnulli domestici & noti erant mihi: qui me statim ad remp. capessendam inuitauerunt. Atq; ego nihil mirabile sum ob iuuentutē perpeffus. Quippe existimabam illos ab iniusta uita ciuitatē ad iustos mores debere cōuertere. Itaq; diligenter indies quid facerent obseruabā. Verū animaduerti eos breui admodū tempore ita se gerere, ut prior ille reip. status fuisse aureus putaretur. Nā & alia multa iniuste fecerunt: & amicū meum seniore Socratem, quem ego iustissimū omnium qui tunc erant, appellare non uereor, unā cum alijs quibusdam ad adducendū ciuium quendam ad se miserunt: ut ultimo supplicio afficeretur: Socratemq; ipsum uel sponte uel inuitū quasi participē sibi coniungerent, qui tamen parere noluit, ac potius cuncta pati grauissima cōstituit q̄ impiorū scelera illis socius existeret. Hæc igitur cum uiderem, & alia quædam non parua, grauius turli, & ab illis malis me recepi. Nec multo post secuta horū triginta euersio est: totaq; resp. mutata. Rursum igitur quanq̄ moderatius cupiebā tamen adire remp. Sed agebātur tunc etiam utpote turbata repub. quæ improbares permulta. Nec sane miū fuerit in huiusmodi mutationibus inimicos quosdā pœnas dare grauiores, quanq̄ qui redierant, magna uterentur clementia. Iterū forte quædā accidit, ut Socratē hunc amicū nostrū potentes in repub. quidā accusarent, impiū crimen obijcientes, ac minime omnīū ipsi conueniens, quasi enim non recte de dijs sentiret, alij quidem in iudiciū traxerunt: alij sententiā in eum dixerunt, cōdem naueruntq;: et eum hominē necauere, qui superiori tēpore quo nihil impie faceret, unū ex ipsīs tunc exulante ducere, atq; rei impiæ nullo modo particeps fieri sustinerat. Cum hæc igitur animaduertere, & homines qui in reip. gubernatione uersabantur, legesq; & mores, quanto magis considerare, quantoq; magis ætate progrederer, tanto difficilius arbitrabar esse recte remp. gubernare. Neq; enim hoc fieri pōt absq; amicis socijsq; fidelibus. Quos tum reperire haud facile erat: nō enim amplius patrijs moribus institutisq; ciuitas nostra gubernabatur: & parere nouos im possibile erat sine summa difficultate: ut pote simul legibus moribusq; penitus corruptis. Itaq; ego ille qui primus exarseram incredibili cupiditate me ad remp. cōferendi, intuens cuncta in præceptis deferritandem quōd me uertere, nesciebā. Et ab inuestigatione quidē nequaq; desistere placuit: si quid forte melius eueniret & circa hæc ipsa & uniuersam remp. agendi uero opportunitatem aliquā expectare. Tandē uero compertū est mihi, resp. omnes quæ nunc sunt, improbe gubernari. Nam quantū ad leges attinet, insanabiles ferme sunt: nullo instituto egregio sed fortuna quædā uiuentes. Quapropter dicere adductus sum, laudans rectam philosophiam, quid iustū sit & quid non, tam in rep. q̄ in priuata per eam duntaxat discerni. Itaq; non prius desinere humanū genus in malis uersari, q̄ aut homines recte uereq; philosophantes rerum gubernationē adepti fuerint: aut hi qui gubernant, diuina quædā sorte uere philosophentur. Hac ego mente Italiā Siciliāq; adiuui. hæc fuit prima in ea loca profectio mea. Eo autē cum peruenissem, uitā illam quā beatā uocant, Italicarū Syracusanarūq; mētaram plena nullo modo probauit: bis uidelicet in die saturū fieri, & nocte nunq; iacere solum: & cætera quæ uitā huiusmodi subsequūtur. Nemo enim omnīū qui sub cœlo sunt, si in huiusmodi moribus ab adolescentia nutriatur, q̄ uis natura & ingenio excelsi præditus, unquam tamen prudens euadet. Temperatus esse certe nunq; curabit. Eademq; erit

*Edere, ut in dæ impio
dat, & lat*

de cæteris uirtutibus ratio. Ciuitas autem nulla legibus acquiescere poterit, si cūctā in se perfluos sumptus erogāda ciues existiment: ceterisq; posthabitis omnibus, cōuiuis duntaxat & ueneris oblectamētis obnoxie putent operā impendendā. Necessē est huiusmodi ciuitates modo in tyrannidē, modo in paucorū potentia, modo in popularem statū mutari: neq; unq̄ quiescere: iustæ uero æquabilisq; gubernationis, eos qui in his ciuitatibus potentes sunt, ne nomen quidē ipsum audire uelle. Hæc ego unā cum superioribus illis cōsiderans, Syracusas profectus sum: forte quidem fortuna quædā. Videtur autē alicuius eorum opera qui supra nos sunt, principitū tunc fuisse datū omnibus quæ nuper Dionī Syracusisq; cōtigerunt: ac uereor, ne pluribus insuper, si uos mihi nunc iterū consulētī nequaquam assentiamini. Quæ admodū uero dicam omnīū fuisse principitū, profectio tunc Syracusas meam accipite. Ego cum Dionē tunc iuuenē cōuersabar frequens, & quæ hominibus optima fore arbitrabar quibus poterā rationibus suadebā, & ut faceret consulēbam. Sed his dicendis uideor latenter & præter intentionem tunc meam tyrannidis ruinam quæ sequuta est, parauisse. Dio enim cum esset acerrimo ingenio, cum ad cætera omnia, tū ad ea quæ tunc dicebātur à me perdiscenda, ita celeriter ac uehementer illa arripuit: ut nemo ex omnibus iuuenibus quos unq; conuenerim. Ac reliquā uitam ducere statuit multo præstantius q̄ alij multi Italicorū atq; Siculorum, uirtutem potius q̄ uoluptatem deliciasq; sectatus. Itaq; in sensus uiuebat illis qui in tyrānicis institutis degebant: atq; hoc usq; ad Dionysij mortem. Postea uero animaduertit eam sententiā quam ipse rectis conceperat rationibus, non in se uno solum, uerū etiam in alijs quibusdam licet non multis existere, in quorum numero Dionysium iuniorem dijs bene iuuantibus sperabat fore: quod si accideret, & ille ipse & cæteri Syracusani mirificam felicitatē nanciscerentur. Quapropter censuit me q̄ celerime memoria tenens q̄ facile dudum mea consuetudo ipsum in cupiditatem uitæ pulcherrimæ atq; optime traduxisset. Quam cupiditatē si in Dionysio ut aggressus erat perficeret, magnam spem habebat absq; cædibus & sanguine, & absq; ijs quæ nunc eueniunt malis, ueram uiuendi rationem ac beatam uitam in uniuersa illa regione constitutere posse. Hæc Dio recte considerans, Dionysio suauit ut me uocaret: & ipse quoq; rogauit ut accederet cunctis posthabitis festinarem: prius quàm ulli alij Dionysio adhaerentes, neglectis optimis uitæ institutis ad alia illum deflecterent. Cohortationem insuper precibus longā adiunxit. Quod nam, inquit, tempus aliud iam expectamus ad agendū oportunius, quàm quod nunc nobis est diuina quadam fortuna concessum? Narrabat præterea magnitudinem imperij Dionysij per Italiā atq; Siciliā, eiusq; in his ipsis locis potentiam, iuuentam quoq; atq; cupiditatem eius ad philosophiæ & disciplinæ studia uehementissimam. Quinetiā quàm propensi forent eius necessarij atq; domestici cum ad eam quam suaderem disciplinam uitæ recipiendam: tum etiam quam in ipso quoq; Dionysio ad hoc prouocando ualere. Itaq; si unquam aliās, & nunc certe maximam adesse spem, eosdem fore & philosophos & magnarū principes ciuitatū. Ille igitur his me rationibus alijsq; generis eiusdem permultis adhortabatur. Ego uero quo tandem affectus iuuenum euasurus essem, formidabam. Taliū enim cupiditates & ueloces sunt & saepe sibimet contrariæ feruntur. Dionem tamen tum natura grauem tum etate iam satis maturum esse sciebam. Itaq; cogitanti ambigentiq; mihi utrum eundem parēdumq; foret, nec ne: subijt tandem, obsequendum esse. Atq; si quis unquam ea quæ de legibus & rep. cogitauerat, perficere uelit, nunc fore tentandum. Quippe cum iudicarem: si uni dūtaxat persuasissim, me bona sufficienter omnia perfecturum. Quamobrem hac sententiā fiduciaq; domo abiui: non qua opinabantur quidam: sed quadam scientiæ uerecundia in primis adductus, nequando mihi ipsi uiderer uerba solum habere: effectum uero officiumq; nullum sponte præstare: prodereq; primum Dionis hospitalitatē amicitiamq; non paruis subiecti periculis. Cui siquid aduersi accideret, uel pelleretur à Dionysio ceterisq; inimicis, atq; profugus ad nos his uerbis cōfugeret: O Plato, uenio ad te patriā pulsus: cum neq; militib. neq; equitibus carerem, quorū uiribus resistere inimicis: sed uerbis persuasioneq; indigerem: qua maxime sciebam te posse, iuuenens ad probitatē iustitiamq; exhortando in amicitia necsitudinēq; deuincire. Quorum defectu rerum, modo per te factum est ut ego Syracusis expulsus huc accesserim. Et mea quidem fortuna abs te deserta minus tibi uituperationis

*Uuenu affectus in
comprehensio, deo nra*

affert. At uero ipsa philosophia, quam semper laudas, quam ue apud alios carere honore conquereris, nonne abs te nunc una mecum prodita est? Quod si Megaris fuisset, uenisset utique mihi adiutor, cum te uocassem: alioquin te omnium ignauissimum iudicauisses. Nunc autem ob itineris longitudinem, periculumque navigationis atque labores, te excusans infamia euitare te putas, periculum certe aberit. Si inquam haec ille diceret: quamam mihi esset probabilis responsio? Certe nulla. Quas ob res rationibus quoad fieri potest probabilibus atque ipso iure adductis accessi, relinquens consuetudines meas satis quidem honestas, sub tyrannidem neque meis sermonibus, neque mihi conuenientem. Veniens autem me liberaui, ne uel hospitalis Iupiter, uel philosophica fors accusare me posset. Certe philosophia dederat cori fuisset, si ob mollitiem timiditatemque uituperari potuissem. Caeterum cum euenissem, neque enim oportet longius euagari: omnia apud Dionysium seditionis plena offendi: atque calumniarum in Dionem, quasi tyrannidem affectaret. Defendi igitur quantum ualui, sed parum potui. Quarto enim fere mense post aduentum meum Dionysium accusans Dionem quasi tyrannidem insidiaretur, in paruum coniecit nauigiū ac turpiter expulsi. Amici uero Dionis, quod eramus, cuncti formidabamus, ne forte aliquem nostrum Dionysius quasi socium illius criminis supplicio afficeret. Rumor autem exortus est Syracusis, me occisum esse a Dionysio, quasi omnium quae tunc acciderint, autorem. At ille sentiens nos omnes sic affectos: ueritus ne ex metu nostro aliquid forsitan accideret grauius, benignè admodum omnes cepit. Me certe ipsum consolatus bonam habere spem iussit, atque ut permanere omnino rogauit. Erat enim sibi in fuga quidem mea nihil honesti: sed in permanendo. Atque idcirco precari me maxime simularum preces autem tyrannorum necessitati permixtas esse non ignoramus. Cum uero ne abiret machinaretur, collocauit me in arce: atque his locis habitare uoluit, unde nullus posthac nauta non modo prohibente illo, sed nisi iubente atque mittente foret abduciurus: neque quisquam siue mercator siue alicuius provinciae magistratus, mesolum exeuntem conspexisset, qui non me captum ad Dionysium repente reduceret: praesertim cum iam contra quam prius uulgatum esset: Dionysium rursus Platonem uehementer complecti. Et quodammodo ita erat. Neque enim tacendum est uerum. Complectebatur ille quidem indies me magis atque magis, & gaudebat moribus nostris atque consuetudine. Cupiebatque a me laudari magis quam Dionem, & amicū longe magis existimari. Et ad id quidem maxime contendebat. Ratione uero qua id optime fuisset factum, si modo fieri potuisset: neglexit. Haec enim fuerat, ut mihi uidelicet in audiendis addiscendisque philosophiae rationibus liberius adhereret, mecumque conueniret. At uero ad hoc ille distidentior erat: timens ne quemadmodum assereret calumniatores, si rationibus illis implicaretur, Dio quae cupiebat, iam esset omnia consecutus. Ego autem omnia pertuli, in eadem sententia perseverans, quae ab initio profectus eram: tentans si quo pacto fieri posset, ut in cupiditate uitae philosophicae perueniret. At ille contra nitens me uicit. Et primum quidem temporis meae profectio in Siciliam, actionumque illi mearum per haec omnia traductum est: posteris uero temporibus in Sicilia sterum sum reuersus: quo me omni studio Dionysius reuocabat. Quam uero ob causam rursus accesserim, quid uel illic egerim, neque id quidem absque ratione, tunc demum uobis referam, cum uobis quid potissimum rebus sic se habentibus agendum sit, consulero. Referam inquam eorum gratia qui interrogant, quod nam consilio secundo redierim. Sed ne quae accessoria sunt precipue interponantur, ad consilium iam deuenio. Reor quidem hominem consulentem agrotum & circa uitium in temperato, in primis hoc suadere debere, ut modum uiuendi mutet: ac si agrotus in hoc obediatur, tunc alia iam illi ad medela conferre. At si parere nolit, tunc consulentem ipsum uirum putabo & medicum, si eum omiserit: quod si consulendo ulterius perseverauerit, contra putabo: ignauum scilicet, atque artis experem. Idem quoque de ciuitate, siue unus eam gubernet, siue plures, existimo. Si enim probare sapienter ratione rectaque uia incedenti, populo utile aliquid consulatur, id quidem agere, sapientis officium arbitror. Sin autem penitus a civili ratione descendat, neque uestigia quidem eius sequi uelint, dicantque consultori: praestare ut tempus omittat, neque quicquam in ea commoueat, utpote si commouerit perituro: uoluptatibus autem sibi dinibusque ipsorum indulgeat: atque ea ratione consulat, qua facillime semper celeriterque satis eorum uoluptatibus fiat: eundem eum qui in eiusmodi gubernatione persistit, nequaquam uirum putabo: sed eum potius qui profus omiserit. In hac ergo sententia constitutus, quoties aliquis me de rebus grauioribus

Tyranni. Quae uultu in partem

Consulens. Consulens ore meo. Si uis. Rursum si uis. Comparantibus in. Cōsultoribus.

Consulens. Reus publicae. Si uis. Medici consulens. Ego uolens. Ego uolens.

ribus consulit, siue ad diuitias, siue ad corporis uel animi purgationem pertineant, si quoniam iudiana illius uita modum aliquem seruare posse uideatur, uel saltem consulti mihi uideatur obtemperaturus, libenter consulo, neque prius desino quam initium pro uiribus ad finem usque perduxerim. Si autem aut omnino non petat a me consilium: aut qui petit, manifeste appareat consulenti mihi nullo modo obtemperaturus: ultro quidem non accedo ad consilium: per uim uero, ne si meus quidem sit filius. Seruo tamen etiam inuito consulerem, ac uim adhibita compellerem. At patrem uel matrem per uim cogere nefas esse arbitror, nisi propter morbum mente alienatos. Quod si suo quodam more uiuant, qui mihi nequaquam probetur, neque insensu aduersarum frustra monendo, neque rursus blandiendo eorum cupiditatibus assentiar ea porrigens, quibus ego si indulgerem, uiuere nolim. Haec eadem mente circa patriam uir prudens esse debet: ut ita reprehendat ciuitatis errores, si neque frustra sit reprehensurus, neque ob reprehensionis studium periturus. Iam autem patriam per seipsum mutacionem afferet nunquam: quando absque expulsiōe & caede ciuitatis emendari non possit. Sed quietem ager, uotumque precabitur optima & sibi & patriae. Hoc igitur pacto ego uobis consulerem. Consulebam similiter Dionysio unam cum Dionem: ea uidelicet ratione quotidie uiuere, quae suis iunioribus, quos ipse educauerat: sed tum ex priuatis hominibus praesides, tum ex pauperibus admodum diuites fecit. Horum tamen nullum fidum sibi gubernationis socium potuit adhibere, uel suadendo, uel docendo, siue largiendo, siue in necessitudine recipiendo: sepeptis deterior Dario: qui neque fratribus, confidens, neque his qui sub eo educati fuerant, sed sociis duntaxat Midae eunuchique, captiuitatis partes diuisit septem, singulas maiores tota Sicilia: asignauitque singulis. Atque eos fidos nauius est regni socios, neque uel sibi uel inuicem insidiates. Praeterea exemplum dedit, quale oportet seipsum legum latorum regemque bonum praestare: quippe cum leges tulisset, quibus adhuc Persarum seruatur imperium. Accedit ad haec quod Athenienses cum multas Graecorum urbes non a se quidem sed ab alijs constitutas, deinde occupatas a Barbaris in potestate suam receperunt, annos septuaginta in eas tenuerunt imperium, utpote qui amicos sibi in singulis ciuitatibus comparauerat. Dionysius autem cum in urbem unam uniuersam Sicilia congregasset, ob sapientiam nulli confidens aegre seruatus est. Carebat enim amicis fidsque hominibus: quo nullum maius est argumentum, uel improbitatis si desint, uel probitatis si adsint. Haec igitur Dionysio ego ac Dio consulebamus, postquam paternae res sic se habuissent, ut neque eruditorum uirorum familiaritates, neque decentes haberet consuetudines. Admonebamusque ut animum ad haec intendens, in primis amicos sibi alios ex domesticis & aequalibus compararet, ad uirtutemque concordes. Maxime uero ut seipsum sibi consentientem constantemque praestaret, huius enim rei defectum apud eum esse quam maximum, ostendebamus, non apertis quidem nunc uerbis, neque enim tum fuisset: sed ratione quadam latentiore idem tamen significante, docentes ita demum unumquemque hominum tam se quam illos quibus imperat posse seruare, si haec obseruauerit: sin autem contra se gesserit, contra profus accidere. Quod si ita ut dicebamus se compararet, seque ipsum prudentem temperatumque praestaret: si rursus deuastatas urbes Sicilia restitueret, ac legibus institutisque ad tempus pertinentibus eas muniret, ut & sibi beneuolae, & inter se inuicem contra uim Barbarorum auxilio forent, non duplicaret modo regnum patrum uerum etiam multiplicaret. Fore quidem si ita se gereret ut Carthagenenses multo magis faciliusque suae potestati subicerentur, quam Geloni subditi fuissent: contra, quam patri accidit suo, ille enim pendere tributum Barbaris coactus fuerat. Haec erant quae dicebamus praecipiebamusque Dionysio, nos uidelicet insidiantes sibi, ut multi diuulgauerant, qui & cum nos apud Dionysium suprauissent, Dionem quidem expulerunt, nos autem in formidinem coiecerunt. Verum ut non pauca paucis comprehendamus, Dio profectus ex Peloponneso atque Athenis, rebus iam ipsis Dionysium commonefecit. Cum ergo liberasset ciuitatem Dio: eamque iam bis ciuibus reddidisset, eodem pacto affecti fuerunt aduersus Dionem Syracusani, quo & antea Dionysius. Nam olim Dionysium Dio educare atque erudire contenderat, quo eum regem regno redderet dignum: talemque se illi per omnem uitam praestare statuerat.

Quo modo se se bene de se. Et uolens. Quae uolens.

Quamante. Quae uolens. Quae uolens.

Obrectatores autem calumniatoresq; Dionysio persuaserunt, Dionem quasi tyrānidē in-
 fidiantem in eo tempore hęc omnia machinari: ut mens Dionysij disciplina studijs irreti-
 ta, dominationem negligeret, eamq; Dionī totam relinqueret, Dio uero gubernationem
 dolo usurpans, illum expelleret. Quemadmodum uero tunc apud Dionysium, ita postea
 inter Syracusanos hęc eadem dicta iactataq; per uicerunt, infamī prorsus turpīq; uictoria
 his ipsis qui sup̄erauerunt. Sed quale id fuerit, audire uos oportet, qui me ad res nunc ue-
 stras componendas uocatis. Veni ergo Atheniensis homo Dionis amicus atq; adiutor e-
 ius aduersus tyrānum, ut pro bello amicitiam facerem: at pugnans contra calumniatores
 superatus sum. Cum uero Dionysius conaretur non uerbis solum, sed pecunijs etiam &
honoribus me libi conciliare atque detinere, ut mea cum ipso familiaritas testimonio fo-
ret Dionem non iniuria expulsum fuisse: nihil apud me hac in re tanto suo conatu conse-
qui potuit. Posteris uero temporibus Dio rediens domum fratres duos Athenienses se-
 cum duxit: non ex philosophia sic amicos, sed ex hac communi uulgarīq; familiaritate:
 quæ hospitalitate quadam & frequēter inter sacra spectaculāq; consuetudine, amicitiam
 contrahere consueuit. Similiter illi tum ex his quæ dixi, tum quia redeuntī obsequia præ-
 stiterunt, amicitiam cum Dione confluauerant. Hi ergo cum in Siciliam profecti essent, in-
 telligerentq; calumnias inter illos ipsos qui ab ipso liberati erant, in Dionem coniectas,
 quasi tyrānidem affectaret, non prodiderunt modo amicum & hospitem, sed ceu pro-
 prijs manibus, ipsi percussores fuerunt. Arma enim tenentes interfectōribus palam auxi-
 liati sunt. Et facinoris quidem illius turpitudinem impietatemq; neq; prætereo equidem
 neq; enarro. Multi enim hęc diligentius narrauerunt, atq; narrabunt. Sed aduersus infa-
miam ciuitatis nostræ respondeo. Nā si Athenienses fuerunt illi qui prodiderunt, ille quo
que Atheniensis fuit, qui neq; pecuniarum neq; honorū sollicitatione, ut proderet illum
adduci unq; potuit. Nō enim per uulgarem mercenariamq; beneuolentiā factus erat ami-
 cus: sed per liberalis disciplinæ cōmunionem. Cui certe unī, qui sapit, plus adhibet fidelē,
 quàm ulli & amicorum coniūctioni & corporum consanguinitati. Itaq; non tanti asti-
 mandī sunt illi tū dedecus ciuitati ob Dionis cædem afferre potuerint, quasi alicuius præ-
 tij unq; fuerint. Hęc dicta sunt omnia: quo Dionis amicis propinquisq; cōsuleretur. Con-
 sulo autem præterea & tertio uobis quoq; iam tertijs idem prorsus eadēq; ratione: ne Sici-
 lia, ne uē ciuitas ulla aliquibus hominibus, sed legibus dūtaxat subijciatur, ut nostra fert
 ratio. neq; enim dominantibus ipsis, neq; seruentibus id utile est, neq; eorū filijs aut natis
 natorum: sed pernicioso forū omnino hominū est id aggredi. Angusti uero & iliberalis ani-
 mi est eiusmodi lucra præripere: nihil uel in præsens uel in futurum tempus honorū iusto-
 rumq; uel diuinorū humanorum uel intelligentis. Hęc ergo Dionī primū persuadere co-
 natus sum: deinde Dionysio: tertio uero nunc uobis. Ergo pareatis mihi Iouis tertij serua-
 toris gratia. Præterea Dionysij Dionisq; exitū animaduertite. Dionysius quidem non ob
 temperans consilij meis, uiuit etiā nunc nō honeste: Dio uero cum obtēperauisset, honeste
 interijt. Ei nanq; uiro qui præclarissima sibi patriæq; affectat, nihil unq; nisi rectū pul-
 chrumq; potest accidere. Nec uero quisquā nostrū natus est: immortalis: neq; sicut id con-
 tigerit, effectus propterea felix ut uulgo uidetur. Rebus quidem carētibus anima nihil uel
 bonum est uel malū existimatione dignū: sed unicuiq; animæ id accidet, aut dum est cum
 corpore: aut a corpore separata. Credendum est reuera semper antiquis sacriscq; uerbis:
quæ nobis nūciant immortalē esse animā, iudicesq; habere, suppliciaq; pati maxima: post-
quam a corpore fuerit separata. Quam obrē minus malū existimandū est, per peti grauissī
 mas iniurias a delinquentibus illatas, q̄ inferre. Quæ quidē homo cumuladæ pecuniæ de-
 ditus, & in paupertate animi cōstitutus nō audit: ac si audierit, quasi suo iudicio deriden-
 da contemnit: atq; impudenter rapit undiq; quicquid existimat sibi ueluti bestia, uolupta-
 res uentris suppeditaturū, oblectationemq; uenerem: seruilem certe atq; ingrattam. & ab-
 surdam, nec uerā uoluptatis nomine dignam: & quasi seruus non cernit se frustra conten-
 dere in explebilē exple concupiscentiam. Neq; rursus cernit quantū sit impietas malū,
 quibusq; in sit rebus semper insultitā mixta. Quam quidem necesse est animā quæ per-
 petrauerit iniusta, secū habere: & dum per terram reuoluitur inter homines: & dum sub
 terrā passim turpiter omnino atq; miserē circumferretur. Cū igitur hęc aliaq; generis eius
 dem Dionī dicerē, persuasi. Interfectōribus autē eius iustissime quidem irasceret, eodem quasi

*Tyrannus ueni de hinc in
 tua persequi uis sapientis
 ab eis simulat se uere
 prole qui ex empta
 rui, de hinc hinc*

*Patriam purgare ad ista
 mea consilio ex pluri
 ciuitas prodit q̄ ab hinc
 cuius fideliter*

*Præterea Dionysij Dionis
 q̄ exitū animaduertite*

*Plato credit animam
 immortalē esse, iudicij
 & infernū post mortem*

quasi modo atq; Dionysio. utriq; enim & mihi & alijs, ut ita dixerim, omnibus damna gra-
 uissima intulerunt. Illi quidem cū interficerent eum qui uolebat iustitia uti. Hic autē cum
 nullo pacto uellet iuste agere: in uniuerso regno maximam potentiam obtinuit. In quo si
 philosophia unā cum potentia uere in idem quasi domicilium concurrisset, per omnes ho-
 mines & Græcos & Barbaros elucement ueramq; opinionē sufficienter omnibus subuen-
 disse: neq; ciuitatem neq; hominem unquā fore felicem, nisi & cum prudentia, & iustitia
 iuxta uixerit, siue per se illas possideat, siue sub sanctorum principum moribus rite educa-
 tur atq; erudiatur. In his quidem nocuit Dionysius. Cætera uero si ad hęc comparentur,
 damna per exigua mihi uidentur. At enim qui Dionem interfecit, nō intellexit, idē quod
 Dionysius, se fecisse. Equidem certe scio, quātum hominī de hominē affirmare licet, Dio-
 nem si regni gubernacula diutius tenuisset, nunquam in aliam dominandi formam fuisse
 conuersurum, q̄ cum ab initio patriam suam Syracusas, expulsa seruitute in sc̄io iure con-
 stituit libertatis iam splendore latissimam: deinde omni studio ciues congruis optimisq;
 legibus ornaturum: præterea omnem diligentiam adhibiturum fuisse: quo tota inhabitata
 Sicilia, liberareturq; à Barbaris, alijs quidem expulsis, alijs uero subactis facilius q̄
 fecerat Hieron. Cum uero hæc per uirum iustum, fortem, temperatum, uel philosophum
 gesta fuissent, eadem apud multos uirtutis floruisse opinio: quæ & salua re apud omnes,
 ut ita dixerim, homines uiguisse, si Dionysius nobis ab initio paruisset. Nunc autem siue
 quis dæmon, siue perniciosus aliquis his sese obijciens, iniquitate & impierate: & quod
 pessimum est ignoranti audacia: ex qua mala omnibus omnia & radicibus herent, & pul-
 lulant, & in posterum producant fructum ijs qui nascuntur amarissimum: cūcūcū hæc per-
 uertit rursus & perdidit. Sed nunc tertio felicium auspicioꝝ gratia, bona duntaxat omi-
 nemur. Consulo igitur uobis amicis, ut Dionem imitemini: amorem illius in patriam ui-
 taq; temperantiam magis magisq; complectentes. Quibus autem auspicijs consilia eius
 perficere conādam uobis sit, & qualia consilia fuerint: aperte quidem ex me audistis. At
 si quis est inter uos, qui Dorice nequeat uiuere secundū patriæ instituta, sequaturq; Sicy-
 lum uiuendi morem, & eos qui Dionē occiderūt, neq; eū recipere, neq; existimare uelitis
 ulla in re fidelem atq; syncerum. Carteros autē adhortari potius debetis ad habitationē to-
 tius Siciliæ disponendā, legūq; paritatē: tum ex ipsa Sicilia, tum ex omni Peloponneso:
 nec Athenas horrere. Sunt em̄ & ibi uiri uirtute omnīū præstantissimi, & qui odio habeāt
 eorū crudelitatem, qui hospitū cæde se polluant. Verum si hæc tardiora iam sunt, urgētq;
 uos quotidianæ, multiplicēsq; seditiones atq; discordiæ: intelligere unū quemq; oportet:
 cui modo uel paulū rectæ opinionis fors quædā diuina largita sit, nullū fore finē seditio-
 num, malorumq; ex seditione nascentiū, prius q̄ illi qui uicerint prælio, à cædib; pulsioni-
 busq; ciuitū, atq; etiā iniuriarū cōmemoratione uindictæq; cupiditate tēperantes inimicis
 concilientur, siue ipsius cōpotes fiant: præterea leges ferant cōmunes nihil magis aduo-
 lupatē suam q̄ eorū quos uicerint cogātq; illos his legibus uti. Cogāt in quā gemina ne-
 cessitatis uia: metu scilicet & pudore: metu quidē, propterea quod potētiōres sint, suam
 uim demonstrātes: pudore uero ex eo, quod rursus potētiōres promptioresq; appareāt,
 tum in uoluptatib; superadīs, tum in legib; obseruādīs. Aliter autē nulla profus est uia fi-
 niendorū malorū ciuitatis in seipsa seditionib; laboranti: sed seditiones, inimicitia, odia,
 proditiones in rep. ut in ciuitatib; ita se habētibus intra se atq; uicissim fieri cōsueuit: sem-
 per exoriētur. Quam obrem qui tanq; potētiōres temp. tenent, si salutē exoptant, ipsi in-
ter se eligere atq; in honore præferre eos debent, quos esse audierint optimos: primū qui
dem senes qui filios & uxores habeāt, atq; domiciliū: ac maiores eorū q̄ plurimos, & pro-
batos, & insignes, sufficiensq; omnes patrimonij possidētes. Ciuitati uero decē milij ui-
rorum, quin quaginta eiusmodi sufficient. Hos ergo precibus honoribusq; q̄ maximis do-
mo euocare debent: euocatos autē precari, atq; iure iurando astringere, ut leges condant,
quæ neq; uictoribus, neq; uictis plus tribuant: sed ius uniuersæ ciuitati æquum atq; com-
mune. Latis deniq; legibus in hoc iam omnia consistunt. Si enim uictores subesse legibus
uoluerint, magis etiam quàm illi qui uicti sunt: omnia iam erunt salutis, felicitatisq; plena:
malæq; omnia procul aberunt. Sin minus, nec me, nec alij in commune consiliū ad eum
uocare oportet, qui præceptis eiusmodi non acquieuerit. Hęc utiq; germana sunt eorum
quæ iam diu ego ac Dio Syracusis efficere recto iudicio aggressi sumus: posteriora tamen.

*Leges inroducere, in re
 publica? metu, & pudore
 quomodo*

*qui sunt præferendi
 in re publica*

Nam prima quidem illa fuissent, quæ apud Dionysium ipsum primo, bona omnibus cõmuniã agere conati sumus. Sed fortuna quædam hominibus potentior illa dissoluit. Nunc autem uos ista conemini bona quadam sorte diuinaq; fortuna fortunatius agere. Atq; hic finis epistolæ de consilio; deq; prima in Siciliam nauigatione mea. Quod autem sequens profectio & nauigatio mea, neq; ab re, neq; temere suscepta fuerit: sicut id curæ sit, audire iam licet. Primum quidem habitationis in Sicilia meæ tempus mihi transactum fuerat, quem admodum supra dixi, prius q̄ amicis necessarijsq; Dionis consilium darem: postea uero quantum potui Dionysio persuasi ut me abire permitteret. Conuenerat autem inter nos, ut cū pax facta esset ex bello, quod tunc in Sicilia erat, statusq; illius tutius cõfirmatus, Dionem reuocaretur, atq; ego simul accederem. Voluit autem Dionem intelligere atque existimare se non quasi in exilio, sed in secessu quodam constitutum esse certo tempore rediturum. Ego uero consentiens recepi me ita facturum. Sed cum postea pax secuta esset: me quidem accersiuit Dionysius: Dionem uero ad annum insuper hortatus est absentiam tolerare. Me autem, ut omnino ad eum properarem, rogauit. Dion igitur ut illuc accederem, & iubebat, & precabatur. Increbuerat enim ex Sicilia fama, Dionysium miro quodam rursus philosophiæ desiderio affici. Quare cõmotus Dion, ne profectiõnem omitterem magnopere flagitabat. Ego uero quantum sciebam iuuenes plerumq; erga philosophiam affici ita solere, existimaui tamen tutius fore, ut rem totam dimitterem, neq; Dionysio, neq; Dionis parerem. Odiosa igitur utriq; respondi: me uidelicet idcirco non profecturum, quia senex iam essem, & eorum quæ in presentia fierent, nihil ita ut cõuenerat, fieret. Audiui autem Architam Tarentinum interim ad Dionysium accessisse. Ego enim illum ante discessum meum nonnullosq; alios Tarentinos in Dionysii familiaritate adduxeram. Erant & alij quidam Syraculis non nuncq; Dionis auditores: atq; inter hos alij quidam, qui alia plurima in philosophia audierant: qui mihi uisi sunt contendisse de rebus huiusmodi apud Dionysium disputare: quasi ille omnia quæ excogitauerim, audiuisset. Ille uero nec hebes est ad perdiscedum: & honoris cupiditate uehementer incensus. Placuerunt igitur sibi forte quæ dicebantur: mani festeq; erubescere, nihil a me cum ad eum profectus sum, audiuisse. Itaq; partim amor plinius audiendi eum inuaserat: partim cupiditas gloriæ stimulabat. Quam uero ob causam in prima illa peregrinatione mea non audiuerit, in superioribus enarraui. Cum ergo domum ego sospes redisset: atq; illi iterum reuocanti negauissem, ut dixi, uisus iam mihi est Dionysius honoris sui cura prorsus ardere: ueritus ne sic acciperent homines negationem meam, quasi illum prorsus contemnerem: cum eius ingenium moresq; & uitam ipsa experientia cognouissem. Iustum est autem me uerum fateri: ferre q; æquo animo, si quis quæ contigerint audiens, meam quidem spernat philosophiam, tyrannum uero mentem putet habere. Misit enim Dionysius tertio ad me tritemem: qua facile nauigarem. Misit & Archidemum: quem ex omnibus Architæ in Sicilia familiaribus plurimam a me fieri existimabat: atq; unam alios ex Sicilia nobiles. omnes istis dem mihi uerbis affirmarunt Dionysium mirum in modum philosophiæ deditum esse. Misit ipse præterea pergrandem epistolam: cū sciret quemadmodum & ipse erga Dionem afficeret, & Dionis cupiditate id prorsus expetere, ut Syraculas me conferrem. Ad hæc igitur omnia composita epistola fuerat, tali quodam exordio. Dionysius Platoni, legitima & consuetata ratione in his præfatus: nihil deinceps prius ait, q̄ quod in Siciliam pro nostra uoluntate ueneris. Primum quidem de Dione ita fiet ut ipse uolueris. Voles autem, ut arbitror, moderata: atq; ego cõcedam. At uero nisi ueneris, nihil impetrabis eorum, quæ pro Dione optas: neq; in rebus alijs, neq; in ijs quæ ad personam suam spectantia in primis desideratis. Hæc ita scripsit. Cætera uero proluxa forent: neq; satis opportuna relatu: Venerunt alia quoq; epistolæ ab Archita & Irsq; Italici & Tarentini, laudantes in Dionysio sapientiæ studium, præterea his addebant nisi proficiscerer amicitiam illam quam ipsis cum Dionysio conflaueram: neq; paruam quidem quantum ad ciuilia spectat: me omnino calumnijs subiecturum. Cum igitur eo tempore sic accesserim, alijs quidem ex Sicilia atq; Italia me trahentibus, alijs uero precibus Athenis quasi me impellentibus, ratioq; mihi dicitaret non decere Dionem Tarentinosq; hospites & amicos proderet atq; mihi ipsi succurreret, non esse mirum si quis ingeniosus iuuenis cum prius sermones de rebus magnis audire noluerit, mutata deinde sententia ardore quodam uitæ optimæ accendatur: oportereq; ipsum euidenter arguere, utram in

partem

partem declinet: nec ipsum prodere: nec me ipsum causam illi præbere tantæ uituperationis suæ: si modo res eius reuera ita ut fertur, sese habeat: harum inq; rationum patrocinio protectus iter ingredior multa quidem timens, multaq; fore diuinās, nec recte quidem ut uidetur. Profectus deniq; sum tertio sub feruatore. Id enim reuera consecutus sum. nam rursus feliciter sum seruatus. At horum post deum Dionysio habeo gratiam, quoniã cum pleriq; me interficere cuperent, restitit ipse: partemq; aliquam pudoris sui meis in rebus exhibuit. Cum itaq; ad eum peruenissem, operæ pretiũ in primis fore censeui: hoc ipsum examinare: utrum reuera Dionysius amore philosophiæ accensus uelut igne flagraret: an uanus de eo rumor Athenas usq; fuerit peruagatus. Est modus quidem experientia circa hæc fumenda: non ingeniosus ille quidem, sed tyrannis reuera conueniens, his præcipue qui plurimos iam audierint, quod quidem ego statim ueniens pensavi prorsus Dionysio contigisse. Ostendendum est utiq; illis q̄ magna res philosophia sit: quãtoq; studio egeat: & quantis laboribus comparetur. Qui igitur hæc audierit, si reuera sapientiam amet, eiq; natura cognatus atq; ipsius possessione sit dignus, quasi qui diuinus sit, uiam sibi mirabilem esse putat ostensam, perq; eam sibi omni conatu existimati gradiendum, aliterq; facientiu uendum esse non censet. Itaq; seipsum atq; etiam huius uitæ ducem impensius cohortatur: neq; prius desinit, q̄ uel finem omnium fuerit cõsecutus, uel saltem eam sibi comparauerit facultatem, per quam ipse se iam sine duce ad terminum perducere ualeat. Hæc igitur atq; huiusmodi rationibus ille considerans, per uniuersam uitam, quicquid omnino ageat, ante omnia est philosophiæ semper intentus: uicq; quotidianu utitur quo maxime queat ingenium & memoriã & iudicium conseruare, sese sobrium præstans, contrariumq; huic uictu semper odio habens. At uero qui non sunt reuera sapientiæ amatores, sed opinionibus duntaxat extrinsecus colorati, instar eorum qui sub sole uruntur atq; colorantur, cum audiuerint quot discenda sint, quanto labore, qua quotidiani uictus temperatiã philosophiæ studijs necessaria, rem proptinus sibi duram impossibilemq; rati, ut operæ adduci non possunt. Pleriq; uero sibi met persuadent, sufficere se omnia iam audiuisse, neque studio prorsus ullo ulterius indigere. Hæc utiq; facienda periculi ratio perspicua est & minime fallax aduersus eos qui prosequi præ molliã nequeunt: ut crimen in præcepto rem rejicere nunq; possint, sed ipsi iam seipos ad ea quæ philosophiã decent peragenda redarguant ut impotentes. Hac utiq; examinis ratione apud Dionysium tunc usus sum, cuncta uero nec ego percurri: neq; Dionysius requirebat. Nam erant permulta et maxima, in quibus se satis doctum ob ea quæ ab alijs audiuerat, existimari studebat. Audio uero ipsum de his quæ tunc audiuit scripsisse postea, quasi artem propriam componentem: cum nihil tamen hominem reuera ipsum in id esset, ut euidem audio. De his uero ego nihil certi scio. Alios tamen quosdam noui de rebus eisdem scripsisse, quicumque uero hi fuerint, ne ipsi quidem se ipsos cognouerunt. Tantum uero dicam de his omnibus qui aut scripserunt, aut scripturi sunt, se scire affirmantes quæ sint ea quæ ipse tanquam seria studiose meditator, siue a me siue ab alijs audiuerint, siue tanquam inuẽtores ipsi fuerint, nihil eos ipsa de re meo iudicio percipere posse, nec enim de ipsis scripsi unquam, neq; scribam. Id namq; nullo pacto uerbis exprimi potest, quemadmodum cætera disciplina: sed ex diuturna circa id ipsum conseruata uirtute, uitæq; ad ipsum coniunctione: subito tandem quasi ab igne scintillanti lumen refulgens in anima se ipsum iam alit. Atqui tantum equidem scio: Videlicet scripta a me uel dicta optime dicentur, male uero scripta non minimam mihi afferent molestiam. Quod si scriptis uel uoce proferenda mihi in uulgum uiderentur: quid nam pulchrius nobis in uita fieri posset, quam rem ualde utilem hominibus afferre, atq; naturam omnibus proferre in lucem. At uero studiũ in his edendis, utile esse non reor hominibus, nisi admodum paucis: qui uidelicet exiguis ante uestigijs demonstratis, ad inueniendum ipsi sagaces sint. Alios uero partim contemptu nefario, partim elata spe uanaq; impleuisset: quali præclarã quædam iam didicissent. Proinde longiora de ipsis dicere cogitauit. Forte enim si hæc dicantur, non nihil de his quæ dico clarius apparebit. Est namq; sermo quidam uerus, obstans illi qui de rebus eiusmodi nihil omnino audeat scribere: sæpe quidam a me aliis dictus, et nunc, ut uidetur, dicendus. Vnicuiq; ipsorum quæ sunt, tria sunt, ex quibus scientia fieri necessaria sit. Quartum ipsa scientia est. Quintum uero oportet ipsum ponere quo quid est cognoscibile, id est quod agnosci potest, atq; uere existit. horum unum est nomẽ: secundum oratio siue

ratio

Quomodo uero in deo
ingenium & studia sunt
nisi —

Quomodo uero uterque debet
studium —

Quomodo dignus erit
studium, non amatores
atq; qui in se habent
dilectum —

Scriptor uelut

Quis dicitur ad rationem
nisi —

ratio quædam; tertium simulacrum; scientia quartum. De uno quovis igitur accipe, cupiens quod modo dictum est discere, de quibus omnibus similiter cogita. Circulus aliquid dicitur, cui nomen id est quod modo pronuntiabamus. Sequitur autem eius oratio siue ratio quædam ex nominibus uerbisque composita. Quod enim ab extremis ad medium æqualiter undique distat, illius ratio est, quod rotundi & circumferentia & circuli nomine designamus. Tertium uero est; quod pictus circulus sit uel deletus, aut torno factus uel destructus. Quorum nihil ipse circulus circa quæ hæc singula sunt, patitur: utpote aliud quiddam existens. Quartum autem scientia est & intellectus, atque uera circa hæc opinio. Hoc rursus totum tanquam unum est ponendum: quod nec in uocibus nec in corporum figuris est, sed animis. Ideoque manifestum est, aliud esse quod sit ipsa circuli natura, rursusque aliud quod tria illa quæ supra diximus. Horum uero ex numero, intellectu, cognatione, similitudineque quinto proximus hæret, cetera remotiora sunt. Idem quoque de recta & curua dici potest figura, atque colore; de quo bono & pulchro & iusto, rursus de quocumque corpore, uel manu factio uel naturali, siue igni siue aqua, cæterisque huiusmodi, similiter de omni animali, ac de moribus animorum, atque de actionibus passionibusque uniuersis. Nisi enim quis in his illa quatuor quodammodo capiat, nunquam scientia circa quintum perfecte participes erit. Proinde illa non minus quale quid sit unum quodque quod sit aggreuntur ostendere: propter rationum debilitatem. Quapropter nemo mentis compos audebit unquam in idem atque id quiddam immutabile, referre quæ ab ipso intelligitur, atque quatuor illa. Quod utique patiuntur, quæ designantur figuris. Id uero quod nunc dicimus, rursus est considerandum. Sane circulus quilibet horum qui inter hominum manus uel pinguntur uel torno fiunt, plenus contrarij est ad quintum. Rectum namque unde quaque sit participes. Ipsum uero circulum affirmamus neque minus neque magis aliquid; id est nihil omnino habere in se naturæ contrariæ. Præterea nullius horum nomen firmitate dicimus ullam habere. Nihil enim prohiberet quæ nunc rotunda nominamus, recta uocari: rectaque rotunda; nec firmitate ullam maiorem fore nominibus in contrarij permutatis. Eadem quoque de oratione ratio est: cum ex nominibus uerbisque componatur nullam omnino habentibus firmitate. Multipliciter rursus probari potest, nullum horum quatuor certum firmitate esse. Maximum uero omnium, quod paulo ante dicebamus: quod cum duo sint, essentia & qualitas; quando animus non quale, sed quid sit querit; nisi quodlibet horum quatuor quæ sit prius ab anima tam ratione quam affectu, denique sensibus bene discussum, per omnia quæ dicuntur atque ostenduntur euaserit: omni ambiguitate & obscuritate, ut ita dixerim, omnes implebit. In quibus igitur haudquam consueti sumus ob prauam educationem uerum perquirere, sed satis nobis factum putamus si apposita simulacra attigerimus, minime derisui sumus inuicem interrogati interrogantibus, poteritibus duntaxat quatuor illa discutere atque arguere. Vbi uero necessitas cogit quintum ostendere, quibus eorum qui possint subuertere atque retractare, peruenit: facitque ut qui exponit sermonibus uel literis uel disputationibus, apud audientium multos nihil eorum quæ uel dicere uel scribere aggreditur, intelligere uideatur. quæ in re sæpe ignoratur non animum scribentis uel dicentis redargui, sed naturam potius cuiuslibet illorum quatuor se male habentis. Traditio uero per omnia illa sursum deorsumque in unum quodque discurrendo perueniens, uix tandem scientiam parit intrinsicam. Scientiam inquam ipsius quod naturaliter bene affectum est in animo ad ipsum quoque naturaliter bene affecto. At si quis male affectus sit natura, qualis naturaliter animæ habitus inest multis, tum ad illa quæ discenda sunt, tum ad mores, corruptique illi sunt, ne Lynceus quidem, ut eiusmodi animus uideat, efficere possit. Atque ut summatim dicam, neque acumen, neque memoria faciet unquam, ut qui rei ipsius quæ de agitur, non est cognatus, ipsum inspiciat. Principium etenim in habitibus alienis non fortitur. Quamobrem quicumque iustis alijsque quocumque sunt pulchra, non sunt apti natura atque cognati, licet alij ad alia ingeniosi simul & memores: rursus quicumque cognati sunt quidem, sed hebetes & memoria parum ualidi: nunquam ad summum discendi ueritatem peruenient uel uirtutis, uel uitij. Necessarium enim est ea simul perdiscere, & falsum simul & uerum totius essentia cum omni exercitatione atque longitudine temporis: quod & ab initio dixi. Postquam uero singulatum ipsorum nomina, rationes, uisusque & sensus agitata inuicem tritaque fuerint, benignisque reprehensionibus redarguta, & absque inuidia interrogando respondendoque discussa, uix tandem resfulget circa unum quodque prudentia

quæ in literis proficere potest.

Nullus scripsit in hoc quaerere & scribit.

prudentia atque intelligentia, ad summum omnino pro humana facultate contedens. Quam obrem permultum abest, ut uir studiosus de ijs quæ reuera digna sunt studio, scribens, hominibus, se simul & sua inuidia ambiguitatibus subiicere debeat. Vno uero ex his sermonibus, siue in quibuslibet alijs aliorum, animaduertat illa non esse illi tanquam omnino seria studiosissime pertractata: siquidem sit ipse studiosus. iacent autem inter sua in regione pulcherrima. Sin autem reuera ipsi hæc tanquam seria studiose literis tradita sunt, dii quidem minime, sed homines mentem eripuerunt. Hanc utique fabulam digressionemque quicumque sequetur, plane intelliget, siue Dionysius aliquid de summis & primis naturæ scripserit, siue cuius alius aut minor aut maior, nihil eum syncerum audiuisse uel didicisse eorum quæ scripsit, ut mea fert opinio. Alioquin pariter atque ego ipsa ueneratus fuisset, neque ausus fuisset unquam temere edendo absurditatem indecentiaque subiicere. Neque uero quali in memoria subsidium illa scripsit. Non enim hac in re memoria diffidendum: si id semel animo fuerit comprehensum. Nam id totum breuissime omnium est collectum. Forte uero turpi quadam ambitione id fecit, uel tanquam sua hæc asserens, uel tanquam participes disciplinae, qua indignus erat, gloriam quaerens. Verum si ex una duntaxat congressione id Dionysio contigit, esset id forsitan concedendum. Qualis autem fuit: Pro Iupiter, inquit Thebanus. Percurri equidem hæc illi, eo quo dixi modo, semelque tantum. Postea uero nunquam. Post hæc autem confiderandum est, si curia sit inuenire eius quod nobis circa illa accidit, causam; cur uidelicet & secundo, & tertio, & sæpius ea non pertractauimus: Vtrum Dionysius, ipsis semel dicta, xat auditis, adeo sufficenter ea se scire putauerit satis uel norit, siue inuenerit ipse siue ab alijs ante didicerit: an friuola quæ dicebantur existimari. An forte præter hæc tertium quiddam acciderit: uidelicet ut ipsa haud suis æqualia uiribus, seu maiora censuerit: ac reuera se minime idoneum esse qui sub prudentia uirtutisque diligentia uiuat. Si enim friuola existimasse dicat, multis certe testibus pro causa nostra contra pugnabitur: qui in rebus eiusmodi iudicandis longe maiorem quam Dionysius auctoritatem habeant. Quod si inuenisse uel didicisse, atque ipsa quidem digna uideri, quæ liberali animo in disciplinam adhibeantur, quis non id mirum putet, Dionysium sic affectum horum aliquando ducem & auctorem tam facile contempserit. Quo autem pacto contempserit, iam dicam. Profecto non multo post hoc tempore patrimonium Dionis, quod prius eum libere possidere, fructusque inde percipere permittebat, iam ueruit omnino per eius procuratores attingi: pecuniasque ut consueuerat ad ipsum in Peloponnesum mitti: quasi epistola illius prorsus oblitus, quæ mihi scripserat. Asserebat enim res illas non Dionis esse, sed filij: qui cum esset ex sorore nepos, eum ex lege sub tutela ipsius esse. Hæc igitur usque ad illud tempus acta fuerunt. quæ ego considerans iam plane perpiciebam quo pacto erga philosophiam Dionysius fuisset affectus, conturbatusque licebat siue sponte siue inuite. Erat iam tunc æstas: & frequenter nauigabatur: uidebaturque mihi non tam de Dionysio quam de meipso conquerendum, & de his qui me impulerant ut in arcem Scyllæ tertio deuenirem, Charybdimque remeiret perniciosam. Compulsus itaque sum Dionysio dicere, non posse me ullo modo apud se fore, Dione tam ignominiose contempto. At ille me consolabatur, rogabatque ut manerem, non putans sibi honestum, ut ego ipse tam cito horum a se factorum nuncios irem. Cum uero mihi manendum persuaderet non posset, ipse mihi se paraturum ait, qui & quo pacto me deferrent. Ego autem in transmissio rijs nauigijs traicere constitueram: omnia esse perferenda dicens si abire me prohiberet: quippe cum manifeste ipse nulla Dionysium iniuria afficiens, ab eo iniuria affectus fuisset. At ille cum nullo modo manere uelle cognosceret, quo nauigatione tunc me impediret, talia machinatus est. Postridie sermonem ad me habuit gratiosum atque probabilem. Mihi & tibi inquit, Dio Dionisque res, quatenus discordie nostre causam præbent, tollantur a medio. Dione equidem tui gratia hæc faciam. Decerno Dionem recipientem sua habitare in Peloponneso, non tanquam exulem, sed tanquam cui liceat huc proficisci, quando illi & mihi uobisque amicis communiter uideatur: dum modo nullam mihi iniuriam faciat. Huius autem rei fidei uisores mihi fore te familiaresque tam tuos quam Dionis qui hic habitant. Dione quoque ipsum id uobis obseruatum, sufficenter confirmare debere. Pecunie uero omnes quas ille acceperit, in Peloponneso & Athenis deponantur penes quos uobis uideatur. Harum quidem pecuniarum fructus accipiat Dio, sed ipsas tollere nisi uobis eocedentibus nequeat.

*Quædam quæ scripsit
deus opus habebit. Agere
debet.*

*Scilicet Aliqua gloria
Arbitri est. Sed sperat
exemplum Dionis.*

Non enim confido, si pecunias susceperit, eum mihi fidem seruaturū, cum non paucae futu-
 turæ sint. Maiorem uero tibi tuisq; habeo fidem. Considera igitur an tibi hæc placeat, ma-
 neq; horum gratia hic annum, quo peractio, susceptis his pecunijs abibis. Dionem equidē
 scio magnam tibi gratiā habiturum: cum hæc sibi perfeceris. Cum hæc igitur audiuisset,
 quanq; ægre omnino ferebam, respondi tamen hac in re me cōsultaturum, tempusq; res-
 pondendi in crastinum sumpsi. Atq; in hoc consentientes tunc discessimus. Consultabā
 itaq; posthac ipse mecum ualde quidem ambiguus. Occurrebat autem quasi cōsiliū dux
 prima mihi eiusmodi ratio. Age utiq;. & si Dionysius nihil eorum quæ promittit, seruare
 cogitat, si tamen abeunte me, per se ac per amicos probabiliter ad Dionem scribat, quæ
 nunc mihi dicit, se quidem obtulisse ultro, me uero noluisse, resq; suas penitus neglexisse.
 Præterea his addebam. Si Dionysius me nolens dimittere, ideoq; nauigiū nautasq; nō det,
 immo facile cunctis significet, uelle me ipso nolente discedere: quinam me nauis asportare
 ex ædibus ipsis Dionysij audeat. Habitabam equidem, nequid deesset incommodi, in ip-
 sis qui circa ædes erant, hortis. Vnde ne sanitor quidem nisi iubente Dionysio egredi per-
 misset. Quod si annum permansero, habeo equidem quid Dionem significem, notumq; fa-
 ciam in quibus sim constitutus, quid uero agam. Ac si Dionysius non nihil eorum quæ pro-
 mittit, seruauerit, opera tolerantiaq; hæc mea non omnino deridenda uidebitur. patrimo-
 nium nanq; Dionis non pauciorum quam centum talentorum, si quis recte estimare uelit,
 cēlebitur. At uero si ita res cadat ut eas uerisimile est casuras, quod me uertā nescio. Verum
 tamen forte necesse est me annum adhuc tolerantem machinationes Dionysij re ipsa pro-
 uiribus redarguere. Cum ita mecum consultauissem, sequenti mox die ad Dionysium reu-
 li, uideri mihi mandandum. Sed addidit: ne existimaret me posse apud Dionem prorsus om-
 nia quasi dominum, id eoq; operæ pretium esse ut unā mecum ipse quoq; ad eum scriberet
 significans hæc nostra consilia, atq; interrogans utrum sibi hæc satisfaciant, nec ne: & nun-
 quid aliud præter ea quiddam exigat. Idq; q̄ primum inquam scribendum esse. Intra eue-
 ro nihil in re Dionis ab eo noui esse tentandum. Hæc inter nos dicta sunt. In his ferme, ut
 nunc dico, conuenimus. Post hæc autem cum iam naues abijissent, ideoq; nulla mihi foret
 ulterius nauigandi facultas: Dionysius quasi non nihil prætermissi reminiscēs, dimidia in-
 quit bonorum Dionis pars filio iure manere debet: dimidia uero ad Dionem mitti. hanc
 ergo uendi curabo. Qua uendita, pecuniarum dimidium tibi tradam, quod ad Dionem per-
 feratur: reliqua uero pars penes nos pro filio referuabitur. ita enim ius ipsum exigit. His
 ergo illius dictis percussus, ridiculū putauī amplius ea de re loqui. Dixi tamen decere nos
 expectare à Dione responsū, atq; rursus hæc ipsa ad illum rescribere. At ille post nimis au-
 dacter patrimonium Dionis totum quanto libuit pretio & quo pacto hæc & quibus pla-
 cuit uendidit. Mihi uero ea de re uerbum omnino fecit nullum. at ego similiter posthac de
 re Dionis nihil ulterius locutus sum. quippe cū nihil amplius me profecturum existima-
 rem. Hactenus hac ratione & philosophiæ & amicis auxilium præstiti. Post hæc autem e-
 go & Dionysius ita uiximus, ut ego quidem semper extra spectarem, quasi auis quadam
 alicunde cupiens euolare: ille uero assidue, quo pacto me cohiberet machinaretur, de re-
 bus quidem Dionis concedens nihil. In ceteris tamen negotijs per uniuersam Siciliā ami-
 cos inter nos esse fatebamur. Eo autem tempore Dionysius ueteranis militibus stipendia
 minuere tentauit, præter parentis cōsuetudinē. Irati uero milites in unum conuenerūt
 neq; id se toleraturos comminabantur. Itaq; ille clausis arcis ipsius portis, coercere illos
 conabatur. At illi repente aduentarunt ad mœnia, clamorem quandam barbarum ac bel-
 licum attollentes. Quo metu contreritus Dionysius, cuncta illis consueta, atq; etiam plura,
 conluentibus illis concessit. Rumor autem fuit Heraclidem tumultus omnis causam ex-
 itisse. Quod Heraclides quidem persentiens clam fugam arripuit. Dionysius uero cum il-
 lum capere affectaret, neq; inueniret, Theodotem ad se in hortos accesserunt. Erā forte tunc
 & ipse in hortis perambulans. Cætera quidem, quæ inter illos tractata sunt, neq; scio, neq;
 dum colloquerentur, audiuisset: sed quæ me præsentē inquit Dionysio Theodotes & noui &
 memini. O Plato ait, Dionysio suadeo huic, si Heraclidem huc adducere potero, crimini-
 bus in se delatis responsurum: ac si nolit deinde eum Dionysius in Sicilia permanere, saltē
 permittat uxorem filiumq; suscipere, atque in Peloponnesum abire: ibiq; habitare, nihil
 tibi molientem contra Dionysium, & bonorum quæ hic possidet, fructus percipientē. Hæc
 ergo

ergo fiducia Heraclidem iam uocauit: atq; iterum uocabo. Siue igitur ex prima uocatione
 siue ex secunda huc ille uenerit, cum Dionysio constituebam rogabam quæ nequid malū
 Heraclidē inferatur uel extra urbem uel in urbe. tantum uero si uidebitur, extra fines mit-
 tatur: donec aliter Dionysio uideatur. Hæc inquit Dionysius, concedis ne? Concedo respō-
 dit, neque etiam si quando in edibus tuis appareat, aliud quicquam malū esse passurum. Se-
 quenti uero die in ipso crepusculo Eurybius & Theodotes ad me mirum in modum per-
 territi cōuolarunt. Confestimq; Theodotes, o Plato, inquit, affuisti heri conditionibus in
 quibus de Heraclide Dionysius mecum tecumq; conuenit. Affui, inquam. At ille: nunc,
 inquit, discurrunt satellites ad Heraclidem comprehendendum: atq; periculum est, ne ille
 prope alicubi sit. Sequere ergo nobiscū omni studio ad Dionysium. Iuimus itaq; & ingres-
 si ad ipsum, illi quidem silentio stabant lachrymantes: ego uero inquam, uerentur hi Dio-
 nysii, ne tu contra quam heri conuenerit, noui quicquam agas aduersus Heraclidem. Nam
 uidetur ille mihi prope alicubi diuertisse, manifeste q; adesse. Dionysius uero his auditis
 exarsit in iras, in uariosq; se mutauit colores, quales ira consueuit asferre. Et Theodotes
 apud pedes eius procumbens, manu eius apprehensa multis cum lachrymis ne quid tale fa-
 ceret deprecabatur. Tunc ego sermonem suscipiens eum cōsolaturus, Bono sis animo, in-
 quam, o Theodotes. Non enim aliter facere audeo Dionysius q̄ heri promissit. At Diony-
 sius tyrannico nimium uultu me intuitus. Tibi, inquit, promissi nihil, siue magnū siue par-
 uum. Immo uero per deos, inquam, promissisti non facturum te hæc ipsa, quæ nunc ne fa-
 cias hic deprecatur. Hæc ego locutus egredior. Post hæc Dionysius quidem Heraclidem
 capere conabatur. Theodotes autem hæc per nuncios illi significans, ut fugam arripere
 admonuit. Miserat quidem Dionysius & Tisiam quandam cum satellitibus, iubens pas-
 sim Heraclidem insequi. Sed ille, ut fertur, anticipans, & paruo quodam dei spatio satelli-
 tes deuitans, intra Carthaginensium fines se recepit. Iam uero ex inimicitijs contra me ex-
 ortis probabilem Dionysius occasione quam per insidias diu captauerat, ne uidelicet ad
 Dionem pecuniæ mitterentur, assecutus fuisse uidetur. Ac primum quidem ex arce me a-
 misit, occasionem præferens quod mulieres sacra decem dierū in quibus habitabam hor-
 tis essent factura. Itaq; me per eos dies extra arcem apud Archedemum manere iussit. In-
 terea Theodotes me ad se uocans, multa circa ea quæ tunc facta erant, de Dionysio cōque-
 stus est. Dionysius uero cum audisset ad Theodotē me profectum fuisse, nactus & hanc
 rursus occasionem contra me odij priori similem, misit ad me, qui percontaretur, nūquid
 apud Theodotē uocatus aliquando fuisset. Atq; ego adfuisse libere confessus sum. Tūc
 ille: iussit ergo, inquit, Dionysius me tibi edicere, non recte facere te: quod Dionem Dio-
 nysq; amicos pluris q̄ ipsum semper aestimes. Hæc dicta fuerunt. Nec unq; post hæc me in
 suas ædes uocauit, quasi manifeste Theodotis, Heraclidisq; amicū: sibi uero inimicū: ac
 propterea insensum, quod res Dionis iam omnino perissent. Habitabam deinde extra ar-
 cem inter milites mercede conductos. Adeuntes uero me, & alij quidam, & ministrorum
 aliqui Athenienses patria, significarūt calumnias aduersus me inter milites fuisse diffusas.
 Præterea quosdam comminatos esse, sicubi me nanciscantur interfectoros. Excogito igitur
 euaisionem eiusmodi. Mitto Tarētum ad Architam, aliosq; amicos, significans in quo
 essem discrimine constitutus. Illi uero occasionem quandam legationis patriæ nomine ex-
 cogitantes, Salmicum eorum unum, unā cum nauis ordinis triginta remorū mittūt. Qui
 ueniens ad Dionysium, rogauit ut me omnino pro uoluntate mea saluum abire permitte-
 ret. Ille autem assensus me dimisit commeatum præbens. Pecunias uero Dionis neq; ego
 petij: neq; quisquam dedit. Post hæc cum in Peloponnesum peruenissem, ibiq; offendissem
 Dionem ludos spectantem Olympiacos, quæ facta fuerant, enarraui. Ille uero Iouem te-
 rum quod me illic hospitē decepsisset: sic enim ille & dixit & sensit: tum quod ipsum iniu-
 ste admodum expulisset. Hæc ego audiens, suasi ut ad hæc si uideretur, amicos alios cōuo-
 caret. Me autem quoniam & sua & aliorum opera quasi uiolēta impulsissent in Dionysij
 familiaritatē, habitationis, uictus, sacrorū communione astrictum, putarent quasi mediū
 quandam, æquumq; utrinq; esse debere: præsertim cum iam diu multis apud Dionysium me
 calumniantibus quasi tecum ipsi tyrannidq; eius insidiatē, ipse non occiderit quidem,
 sed reueritus sit. Ad hæc ætatē meam rebus bellicis ineptam esse addidit: simulq; medium
 LL 2 quendam

quendam me inter eos esse, si quando conciliatore quodam opus sit, qui resarcire optantibus amicitiam possit. Quamdiu uero odij certabitis, ad hæc tanquam propugnatores alios aduocabitis. Hæc ego inquam, perofus errorem fortunæq; in Sicilia mihi aduersam. Quoniam uero illi rationibus meis non obtemperauerunt, omnium quæ sequuta sunt malorum ipsimet sibi causam præbuere. Profecto si Dionysius res Dioni suas restituisset, uel potius si omnino placatus fuisset, nihil prout conditio fert humana, accidisset aduersi. Nam Dionem quidem pro uoluntate mea, & consilio, & auctoritate facile continuuissem. Contra uero nunc, in se inuicem impetum facientes omnia calamitatibus impleuere. Dio certe eandem habebat uoluntatem, quam ego dicerem & mihi & alijs quicumq; moderati sum, habendam esse. Videlicet ut potestas uel propria, uel amicorum, uel ciuitatis optetur, quo in ipsis honoribus & potentijs quis constitutus præferat in maximis, se & suos & patriam beneficijs iustis afficiat. Neq; uero id fit, si quis ad id duntaxat incumbat, ut diuitijs, se amicisq; & ut libet ararium expleat per insidias crudeliumq; coniurationes: ipse pauper uidelicet impotens se continere, sed præ animi angustia uoluptatibus succumbens; præterea opulētōs homines tanquam inimicos discernens trucidat, rapiatq; pecunias: atq; interea focijs, familiaribusq; edicat, sibi quidem in his cum sit egenus, succedendum non esse. Eodem modo si quis similiter ciuitatem suam beneficijs afficiens honoretur ab ipsa: dum multis res paucorum ciuium per sua decreta distribuit, uel si quis magnæ præsidens ciuitati pluribus minoribusq; ciuitatibus imperari pecunias minorū ciuitatum iniuste attribuat sua. Hoc enim pacto, neq; Dio, neq; alius unquam sponte sua ad potentiam progreditur perniciosam & sibi & posteris perpetuo futuram. Prudens uero ad constituendam accedit rempub. legesq; condēdas iustissimas atq; optimas. & id quidem absq; cædibus, expulsiōibusq; ciuilibus. Quæ modo cum ageret Dio constituens pati prophana potius q̄ facere, cauens quoq; ne ipse pateretur, cecidit tamen cum iam ad summum superædorū hostium peruenisset. Neq; mirum alicui quod accidit Dionem, uideri debet. Pium enim uirū temperatumq; & prudentem, omnino quidem in rebus eiusmodi impij nunq; fallit. Sed neq; mirandum est si idem ipsi, quod probo gubernatori forsitan acciderit: quem futura tēpestas haud admodum latet: sed insueta & idcirco improuisa tempestatum magnitudo latere potest: ac ui latendo submergere. Hoc utiq; modo Dionem fors aliquid quantum se fessisse uidetur. Quod enim mali essent, eū non latebat: q̄ uis q̄ profunda esset in eis inscitia & iniquitas uoracitasq; latuerit. Qua quidem in re deceptus occubuit, Siciliam incredibili dolori subiiciens. Quæ igitur post hæc quæ narrata sunt uobis consulo, hæcenus quidem dicta sint. Quibus autem de causis ipse in Siciliam quasi compulsus redierim, ostēdere arbitratum sum oportere, necui reuersio mea absurda, ac præter rationem suscepta uideretur. Quamobrem sicut quæ nunc dixi probabiliora uisa sunt, ac sufficientes extitisse occasiones cur ita fieret, uideantur, satis quidem sufficienterq; iam fuisse dictum putabimus.

PLATO Dionis propinquis & amicis.

Epistola VIII

QUA potissimum uiuendi ratione prospere succedant res: reuera conabor uobis pro uiribus enarrare. Spero autē non uobis solū, quæ in rem uestrā sint, me cōsulturum: quanq; uobis quidē maxime: sed & omnibus qui sunt Syracusis: ratio inimicis etiam uestris & hostibus: præterq; si quis illorum impio seipsum scelere polluit. Hæc enim insanabilia sunt, neq; expiari unquam hæc quisq; possit. Considerate uero quod in præsentia dicā: omni iam uestrum circa Siciliam omnem dissoluta tyrannide consilium atq; studium in his uersatur. Nempe alij quidem affectant tyrannidem iterū suscitare: alij tyrannidis memoriā omnem prorsus extinguere: consiliū uero in eiusmodi rebus apud multos rectum ubiq; uideri solet: si ita res constitutur, ut hostes q̄ maximis afficiantur malis: amicis autem beneficij plurimum afferant. At uero nequaquam id facile est, ut qui multa alijs inferunt damna, ipsi nō multa uicissim ab alijs patiantur. Neq; nunc opus est horum exempla longe perquirere: quippe cum quæ nuper in Sicilia acciderunt, satis exemplo nobis esse possint. Cuncta enim sic accidisse uidentur, dum alij quidē inferre mala: alij uero repellere & ulcisci contenderent. In quibus enarrādīs idonei aliorū magistrū ubiq; esse potestis. Vt in his ergo percipiendis nulla ferme sit difficultas. Quæ uero aut cunctis tam inimicis q̄ amicis utilia sint, aut saltem quæ his q̄ minimū obsint, hæc certe

certe ipsa, nec facile est perspicere, neq; postquam perspexeris, ad uotum perficere. Hæc igitur consultatio atq; inquisitio uero persimilis esse uidetur. Ideoq; sit nobis ipsa omnino tanquam uotum & deprecatio quædam. Omnibus enim in rebus & dicendis & cogitandis principium semper a dijs est sumendum. Uotum utiq; eiusmodi absolutum talem nobis significabit rationem, quæ uobis simul, inimicisq; conducatur. Principio ex quo tempore bellum in Sicilia gestum est, familia una continue dominata est: quā publicis rebus præfecerunt uestri maiores, in summo tunc periculo constituti, cum à Carthaginensibus præmeretur, uenissetq; res in extremum discrimen, ne Sicilia quæ excolebatur à Græcis, iam à Barbaris euerteretur atq; deuastaretur. Tunc igitur Dionysium quidē elegerunt: ut iuuenem bello strenuum: qui rebus bellicis conuenientibus sibi præfesset: Hipparinum uero utpote seniosem, cōsilio res moderari uoluerunt. Atq; pro totius Sicilia salute absolutam his auctoritatem concedentes, tyrannos, ut fertur, appellauerunt. Proinde si quis fortunam quandam diuinam, deumq; siue eorum quibus commissa res est, uirtutem, siue uirumq; unā cum temporis illius ciuibus, salutis illius causam extitisse censeat: esto id quidem, ut quisq; existimat. Salus certe hoc pacto tunc illis parta est. Quamobrem cum ita se illi gessissent, iustum erat gratiam ab illis qui seruati erant, referri. Si quid autē postea mali tyrannis ipsa munere ciuitatis abutens patrauit, habet quidem sceleris sui iudices: unde & pœnas perfoluat. Sed quamnam illis pœnæ ob ea quæ acta sunt, necessario recteq; admoueri possunt? Si enim uel uos illorum uim facile propulsare possētis, & absq; magnis periculis laboribusq; id facere, uel illi se dominationē facile recepturos arbitrarentur: haud sane possemus ea uobis quæ nunc dicturi sumus consulere. Nunc uero utriq; considerare atq; meminisse debetis, quoties iam alterutri in spem prope certam peruenistis consequendi quod optabatis, paulum deesse opinantes ad cuncta pro arbitrio consequēda. Id ipsum tamen paulum ingentium plurimorumq; malorum ubiq; causa extitit, neq; dum peruenit ad terminum: sed continuata quadam successione, inueterati iam mali apparenti termino principium suboritur nouum. Eiusmodi uero circuitus perditurus uidetur tyrannicum genus simul atq; populare: & quantum uerisimili ratione formidandum portenditur, tota Sicilia in Græcæ linguæ obliuionem lapsura uidetur, ad Phœnicum Opicorumq; potestatem, dominationemq; translata. Quamobrem contra hæc Græci omnes omni prouidentia remedium afferre debent. Si quis igitur rectius meliusq; consiliū eo quod à me dicitur, adducat in medium, merito Græcorum amator cognominabitur. Quæ uero quodammodo sit mea sententiā, conabor nunc libere prorsus communi ratione, legeq; fretus exponere. Ego igitur personam mihi arbitri assumēs, quem admodum iam diu consueui, tam exerceat q̄ perferent tyrannidem communiter consulam. Atq; in primis omni tyranno: ut appellacionem hanc, remq; ipsam fugiat: atq; in regnum, si potest fieri, transferat. Fieri uero posse, Lycurgus uir bonus & sapiens re demonstrauit. Is enim cum uideret genus proprium Argis, & apud Messenios ex regno in tyrannidē iam tranlatum: ideoq; hos populos utrosq; tam seipso perdetes q̄ ciuitates utriq; utraq; timens patriæ simul & generi remediū adhibuit, senatum procreans, Ephororumq; magistratum in regni salutem. Quapropter tot iam secula seruat cum gloria: postq; uidelicet lex auctoritatis plena hominum regina facta est, nō autem homines legum tyranni. Ad hoc ipsum in præsentia ratio mea omnes homines cohortatur, suadens his qui tyrannidem affectant, declinare ac fugere indefesso quodam studio eiusmodi famelcentiū stultorūq; hominum felicitatē: atq; ad regiam gubernationis formam pro uiribus se transferre, legibusq; regijs obtemperare, maximos honores ab hominibus, legibusq; uolentibus quādoq; reportaturis. Qui uero omnibus uiuendi præferunt libertatem, iugum uero seruile fugiunt tanq; malum, si caueant moneo: ne insatiabili importunæ libertatis auiditate in maiorū suorū incidant moribus. Quem quidē illi propterea passī sunt, quod nulli parere uolētes libertatis amore intemperanter abusi sunt. Qui enim ante Dionysium & Hipparinū in Sicilia gubernabant, beate sibi uiuere uidebantur, libidinibus dissoluti, principibus imperātes. Præterea decem ante Dionysium præfectos depositos, profligarunt, neminem secundum legem iudicātes, quo nulli subessent homini iuste iudicanti, aut dominantī legi, sed omnino in singulis liberi forent. Quæ quidem causa illis tyrannides exorta sunt. Seruitus enim ac libertas, si modum excedat, utraq; mala est. Si modum obseruet, utraq; bona. Moderata quidem seruitus est,

memoria ad deo in capiendis

quæ deo exhibetur; immoderata uero quæ hominibus. Deus quidem hominibus temperatis lex est: intemperatis uero uoluptas. Cum igitur hæc ita natura se habeant, quæ consulo, mando Dionis amicis, ea Syracusanis omnibus promulganda; ex communi Dionis meaque sententia. Equidem uobis exponam quæ ille adhuc spirans locutus est. Quæ igitur rationem quaeret quispiam, circa præsentia, nobis Dionis consilium afferet: hanc uero omnium primam nunc accipite. Principio leges tales sint: quæ non ad opes pecuniasque comparandas, neque ad libidines mentes conuertant: sed cum tria sint, anima, corpus, pecunia, uirtutem animi maxime anteponant: Secundo uero loco uirtutem corporis uirtuti animi seruientem: Tertio ultimoque gradu pecuniarum precium collocent, animo, corporisque ministrans. Quæcumque lex hæc efficit, recta est, reuera beatitudinem utentibus afferens. Locupletes uero beatos appellare, sermo amens est, & infelix, mulieribus puerisque conueniens: atque eos qui id credunt, tales efficiens. Quod autem ego nunc ad uera uos bona cohortor, si quæ modo dixi de legibus, degustetis, opere ipso intelligetis. quæ quidem examinatio in cunctis uerissima esse uidetur. Receptis uero huiusmodi legibus, cum Sicilia in discrimine posita sit, neque sufficienter uos superetis, neque rursus admodum superemini, iustum forte atque utile uobis omnibus erit medium incidere, tum uobis dominationis acerbitatem fugientibus, tum alijs dominationem adipisci desiderantibus. Quorum maiores olim, quod maximi faciendum est, Græcos à Barbaris seruauerunt: adeo ut in præsentia liceat de re publica consultare. Alioquin si tunc perditæ res fuissent, neque nunc de his loqui liceret: neque spes ulla superesset. Nunc igitur alijs quidem libertas sit cum regia potestate: alijs autem potestas regno subiecta, legibus dominantibus non alijs tantum ciuibus, sed ipsi etiam regibus siquid egerint contra leges. In his autem omnibus mente à dolis aliena atque sana, cum dijs reges create. Primum quidem filium meum duplici gratia, mei scilicet gratia atque aui sui. Ille enim sua tempestate patriam à Barbaris liberauit: ego uero iam bis à tyrânis. Quorum quidem testes mihi uos ipsi estis. Secundum uero regem create quem qui idem quod & pater meus nomen habet: Dionysij inquam filium. Atque id facite præsentis eius in patriam officij memores, piorumque eius morum, qui patre tyranno natus, patriam sponte liberare aggreditur, pro breuissima iniustaque tyrannide gloriam sibi, generique comparans sempiternam. Tertium denique ad regnum Syracusanum inuitare oportet uolentem ciuitate uolente Dionysium Dionysij filium, nunc exercitus hostium ducem. Si uelit inquam regni dignitatis forma contentus uiuere, timens uidelicet fortunæ uices: & patriam miseratus, sacraque & sepulcra maiorum: ne contentione prorsus omnia perdat, Barbaris ex patriâ infelicitate gratificans. Hos uero tres reges, siue illis auctoritatem eandem quam Lacedæmonij reges habent, dederitis: siue quid ademeritis, communi consensu constitueris tali quodam pacto: ut prius dictum est: atque iterum nunc audite. Si Dionysij & Hipparchi genus uoluerint pro Sicilia salute his calamitatibus quæ nunc urgent, sine imponere, honores sibi totique familiæ comparantes non ad præsens solum, sed in posterum, hac inquam conditione, quemadmodum & prius dictum est, ad regnum uocate: & legatos quos ipsi uelint concordie gratia cum publica auctoritate deligite: siue ex uestris ciuibus, siue ex alienis, siue ex utrisque, totque præterea quot illi concesserint. Qui communi sententia leges condant: atque rem publicam ita constituent, ut in ea reges esse deceat sacrorum dominos, aliarumque rerum quascunque decet his concedi, quorum beneficia in patriam extant. Proinde belli pacisque arbitrium habeant: custodes ipsi legum creati numero quinque & triginta unâ cum populo atque senatu. Iudicia uero distincta sint aliâ aliorum. Mortis quidem atque exilij auctoritas sit penes triginta & quinque uiros: & præter eos, penes alios quosdam iudices ex illis electos qui magistratibus proxime perfuncti sunt: ita ut unus ex quolibet magistratu eligatur, qui optimus iustissimusque appareat. Hi sequenti anno de morte & carcere & exilio sententiam ferant. Regi uero his iudicij interesse non liceat: utpote sacerdoti: quem in ferenda necis, carceris, exilij sententia contaminari nefas sit. Hæc equidem & dum uiuerem, cogitabam: & nunc etiam cogito facienda: atque tunc, cum inimicos superauissem unâ uobiscum, nisi externi, furiaque obstitissent, ut decreueram, constituiissem. Proinde si ad uotum res processissent, colonis reliquam Siciliam repleuissem, Barbaris quidem ex his locis quæ nunc occupant expulsis: præterquam siqui eorum pro communi libertate contra tyrannidem pugnauerunt. Priores autem Græcorum locorum colonos in antiquas, patriasque

triasque sedes restituissem. Hæc igitur eadem in præsentia omnibus consulo communi consilio deliberare & agere: atque ad hæc agenda omnes cohortari: quod si qui dissenserint, eos communi sententia hostes existimare. Neque uero hæc talia sunt, ut fieri nequeant. Quæ enim in duorum animis consistunt, atque his qui consultando perquirunt optima, mox factileque occurrit, ea qui impossibilia iudicat, non recte sentit. Dico autem duos, Hipparchi scilicet Dionysij filij, atque insuper mei filij animos. Arbitror enim si hi cõsenserint, alios quoque Syracusanos & omnes quibus patria curæ est, cõsensuros. Sed dijs omnibus honoribus cum precibus offerentes, & alijs præterea quibuscunque unâ cum dijs uouere decet: præterea cohortantes, inuitantesque: amicos & inimicos omnia atque benigne, nolite prius desistere quàm ea quæ à nobis dicta sunt, quasi diuina somnia uigilantibus superuenientia, perspicua quidem atque felicia perfectissime impleatis.

PLATO Archita Tarentino, bene agere.

Epistola IX

MENERVNT ad nos Archippi Philonidisque familiares, ferentes epistolam quam eis dederas, ac de rebus tuis quæ oportuit nunciantes. Publica quidem ciuitatis negotia absque difficultate peregerunt. Neque enim admodum laboriosa erant. Te uero narrauerunt permolestè ferre, quod à publicis ciuitatis occupationibus liberari non ualeas. Quod igitur dulcissimum uitæ genus habere sua, præsentium si quis talia elegerit faciendâ, qualia tu, omnibus ferne est manifestum. Sed illud quoque te considerare oportet: nullum nostrum sibi solitum esse: sed ortum ex parte sibi partem uendicare: partem parentes: partem amicos. Multa insuper pro temporum diuersitate nobis accidere: quibus uita nostra occupata est. Vocante igitur te patria ipsa ad rem publicam gubernandam, absurdum forsitan esset non parere: præsertim cum simul accidat, ut aditus prauis hominibus relinquatur, qui nulla ipsius quod optimum est ratione profiscuntur ad publica. De his ergo iam satis. Eche cratis autem curam habemus in præsentia habebimusque in posterum: & tui gratia, & patris eius Phrynionis, & propter ipsum adolescentem.

PLATO Aristodoro, bene agere.

Epistola X

AVDIO te ante alios & nunc familiaritatem esse Dionis, & per omne tempus sapientiam morum ad philosophiam spectantium in primis exercuisse. Nam firmitatem, fidem, sinceritatem, ueram esse philosophiam existimo. Alias uero & ad alia declinantes scientias & facultates si quis ornamenta dixerit, recte, ut arbitror, appellabit. Sed uale iam: & in præsentibus his persevera moribus.

PLATO Laodamanti, bene agere.

Epistola XI

SCRIPSIMVS etiam prius ad te, referre multum ad ea quæ dicis omnia, ut Athenas ipse proficiscaris. Quoniã uero ais te uenire non posse, secundo id loco foret: si uel ego, uel Socrates, ut per tuas literas significasti, istuc nos conferre possemus. Verum Socrates quidem hoc tempore morbo stragurie impeditur. Mihi uero istuc proficiscenti dedecus foret: si illa quorum gratia me uocas, nequaquam perficerentur. Quæ quidem perfici posse haud admodum spero. Si quis autem ea omnia referre aggrediatur quorum de causa ita diffidam, proluxa opus erit epistola. Præterea per atatem non satis corpore ualeo ad iter conficiendum, periculosaque mari terraque obeunda, qualia iter solet obijcere. præsertim uero per id tempus omnia iter agentibus plena periculis sunt. Consulere tamen tibi colonis que possum, quod nunc me referente, inquit Hesiodus, putare quidem fallax quiddam esse: difficile uero intelligere. Nam si putant aliqui legum quarumlibet positione ciuitatem bene quandoque constitui posse, nisi sit aliquis cum auctoritate præsidens ciuitati, quotidianæ omnium uitæ moderator, adeo ut sit temperata & fortis tam in seruis quam in liberis, non recte putant. Proinde si sint iam apud uos utri hac potestate digni, id fieret. Sin autem ad disciplinam opus sit aliquo: neque qui doceat, neque qui doceatur, ut opinor, apud uos sunt: reliquum est, deos precari. Nam fere quæ ante hoc tempus fuerunt ciuitates, sic ab initio constitutæ sunt: ac postea bene excultæ pro opportunitate magnarum rerum, tum bello, tum pace, quando in huiusmodi temporibus uir clarus & probus magnam adeptus fuerit potestatem. Prius autem ipsa promptissime curare oportet

LL 4 atq;

*Proprietas, dignitas
est illi. Sed in uobis
nemo est, qui libenter*

substante, & profecto

*scilicet
quis sit ueræ philosophiæ
Alis scientiis, præterea
quæ ad uos pertinent
hæc ornamenta sunt tuis*

*scilicet
Defectus Magistri
Alis iudicij*

atq; necesse est: considerare tamen ea qualia dico: neq; temere aggredi quasi leuiter peragantur: cogitare uero quid commode fieri possit. Vale felix.

PLATO Archita Tarentino bene agere.

Epistola XXI



IRVM est quata cum uoluptate comentaria abs te missa accepimus, eorumq; auctoris ingenio delectati sumus. Visus quidem nobis est uir ipse dignus maioribus illis iam olim suis. Ferunt uirorum decem milia fuisse: qui ex omni Troia norum, qui sub Laomedonte secessere, numero, ut fabula tradit, praestantissimi fuerunt. Commentaria uero quae tu per literas a me petis, nondum absoluta sunt. Qualia, cunque tamen sunt, ad te misi. De custodia uero idem sentimus ambo. Quapropter nihil cohortatione opus esse uidetur.

AXIOCHVS PLATONIS DE CONTEMNENDA MORTE, RODOLPHO AGRICOLA INTERPR.

SOCRATES CLINIAS AXIOCHVS



XEVNTI ad Cynofarges mihi, cum ad Elissum uenissem, uox cuiusdam allata est clamantis, Socrates Socrates. Utq; conuersus circumspexeram unde ea redderetur, Axiochi filium uideo Cliniam, ad Calliophoen currentem, cum Damone musico, Charmideq; Glauconis filio. Horum alter quidem mulicam docebat: alter ex familiaritate amabat simul atque amabatur. Visum est ergo mihi recta despectanti occurrere eis: ut q; primum conueniremus. Perfusus autem lachrymis Clinias, nunc tempus est, inquit Socrates, ut uulgata semper de te sapientiam ostendas. Pater enim ex aliquo iam tempore uiribus de improuiso destitutus est, & prope esse exitum uitae, molesteq; fert adesse sibi finem, tamen si antehac contemneret mortem horrendam imagine uolentem, commiseret derideret. Perge ergo, proq; tua consuetudine illum confirma: ut uolens eò quò ducit necessitas, sequatur, utq; ille mihi ad reliqua hoc ipso etiam pie colatur. s o. Nullam me Clinia, moderatam rem rogaueris frustra, quanto nunc magis, cum ad haec me uoces pietatis officia. Acceleremus autem. Si enim ita se res habet, festinato opus est. c l. Vbi modo te uiderit, Socrates, rectius habebit. Crebro enim iam euenit ei, ut exanimatus rursus reficeretur. s o. Quo citius autem perueniremus, ea quae circa murum cognominata est, iuimus. In proximo namq; habitabat portae quae est apud Amazoniam columnam. Inuenimus ergo eum aequisumptis rursum sensibus, & corpore robustum, defectum uero mente, prorsusq; indignentem consolationis, reuoluentem crebro se, suspiriaq; cum lachrymis atq; manuum crepitum cientem. Aspicias autem illum, quid hoc inquam, rei Axioche? Vbi nobis illa pridem magnifica uerba, continentesq; laudes uirtutum, & maius quam ut dici posset in te animi robur: Sicut enim timidus athleta, cum in gymnasio insignem te praebueris, ad certamen ipsum defecisti. An non mediate considerabis naturam uir tantus & rationi obsequens, utq; nihil aliud, Atheniensis: quod commune uidelicet hoc & ab omnibus actatum, peregrinatio quaedam uita est, quodq; peragentes eam alacriter, & tantum non parana canentes, ad postremam accedere necessitatem: tam molliter uero habere se tamq; aegre, pueri more, diuelli, nequaquam prudentiae praese fert altioris aetatem. A x. Recte quidem Socrates, ista mihi dicere uideris: uerum nescio quo pacto ubi propius accessisti periculum fortia illa grandiaq; uerba occulte subteruolant atq; negliguntur. Oboritur autem meus quidam, mentem multipliciter discerpens, si hac luce hisq; priuabor bonis, & expers mentis sensuumq; iacebo ubi cunq; demum putrescens, & in puluerem uermesq; conuersus. s o. Imperfecte coniungis Axioche propter imperitiam cum sensuum orbitate sensum, tibiq; ipse contraria facis & dicis, neq; cogitas quod simul quidem desles id, quod sensibus carebis, simul ob putrefactionem doles amissionemq; uitae oblectamentorum, ueluti morte sis in aliam uitam transiturus, neq; in omnimoda abiturus sensuum abolitione, & eandem in qua prius quam nascereris fuisti. Ut enim cum Draco Clithrenesq; gubernabant rem publicam, nihil te male habebat (necdum enim coeperas esse ut male tibi quid accidere posset) ita neq; post mortem erit. Nullus enim ut male tibi esse quicquam possit, es futurus. Quin tu igitur hac oem discutus in epistola, illud cogitas, quod soluta simul hac copage, animoq; rursus in proprium restituito

uoluptate gignat.

restituito locum, relicto istud corpus terrenum, atq; rationis expers amplius nequaquam est homo. Nos etenim anima sumus, animal immortale, mortali inclusum in munimento. Hoc autem tabernaculum non sine malo nobis circumdedit natura, cuius laeta quidem abstrusa sunt, & uolucra; pluribusq; doloribus admixta: tristitia uero improuisa, diuturna, prorsusq; uacua gaudiorum. Valerudines nempe, sentientium membrorum ulcera, morbi interni. Quibus necessario (quoniam per corpus meatu sparsa est) condolens anima coelestem, & cognatum desiderat aethera, sititq; cupide superne illius consuetudinem gaudiaq; uita. Discessus itaq; e uita mali cuiusdam est in bonum commutatio. A x. Cum malum ergo Socrates uitam putes, quid ita uiuere perferas, cum rerum lis indagator, & nobis, id est multitudini, intelligentia praestes? s o. Nequaquam uerum de me Axioche testimonium dicis. Arbitraris enim quemadmodum uulgus Atheniensium, quandoquidem res inquiri, alicuius quoq; me scientiam habere. Abest autem tantum ut reconditoria sciam, ut uoto optauerim etiam uulgata me ista nouisse. Sunt autem ista quae dico. Prodiu sapientis tradita. Illa quidem duobus obolis, illa duabus, illa quatuor drachmis redempta. Graecis enim hic uir neminem docet, estq; mos ei semper Epicharmi illud in ore habere, Marcus manum fricat, da aliquid & aliquid cape. Nuper ergo cum apud Calliam Hipponici filium declamaret, tantis disseruit contra uitam, ut ego ad ea quae nullius sunt momenti, acciperem illam. Ex eoq; iam in mortem mihi animus Axioche propendit. A x. Quae dixit autem? s o. Dicam equidem tibi ea, quorum mihi ueniet in mentem. Quae enim pars inquit, aetatis, calamitatis uacat? Nonne statim a principio plorat, ut primum natus est infans: uitamq; a lachrymis auspicatur? Quae tandem non premit eum molestia? Semper enim uel penuria, uel frigore, uel calore, uel uerbibus urgetur. Antea quoq; quam loqui possit, quanta patitur: flens scilicet, hancq; solam habens anxietatis suae querelam. Vbi se primum dehinc expleuerit annum: multoq; labore exhaustus, iam custodes, gymnastica, magistri ludii: iam adolescenti critici, geometra, rei militaris praefectores: ingenis plane do minorum multitudo. Post ista ubi in Ephebos inscriptus est, peior iam metus. Lyceum, Academia, gymnasiarcha, uirga, nullaq; prorsus malorum mensura. Omnis adeo adolescentis sub moderatoribus est labor: qui ex Areopagi delectu consilio praesunt iuuentuti. deinde cum fuerit istis exolutus, iam cura palam emergunt, reputatioq; quod uiuendi potissimum instituat iter: praecipue sequentibus incommodis priora illa puerilia uidentur, & infantiu reuera territameta: expeditiones enim, et uulnera, perpetuiq; certaminum labores. Hinc iam fallens subrepat senectus: in quam confluit quicquid est infirmum fragileq; naturae. Quod nisi ocyus quis uitam uelut aes alienum reddiderit: astans supra caput natura tamquam foenerator reposcit usuram. Ab alio quidem uisum, auditum ab alio: per sepe utruque, At si quis diutius cunctetur, debilitat eum, excruciat, membrisq; destituit. Alij itaque multa senectute repuerascunt: animoq; bis pueri fiunt senes. Dij ergo propter hoc ipsum (ut quibus notissima sunt res humanae) quos plurimi faciunt: eos citius auferunt e uita. Argamedes & Trophonius itaq; cum Pythij Apollinis aedificassent templum: orantes dari sibi quod optimum esset: cum obdormissent, nuncq; deinde surrexerunt. Sic etiam Iunonis Argiuae sacerdotes, precante matre eorum, ut gratiam eis aliquam Iuno pietatis illorum referret, cum enim cunctarentur iumenta, succedentes ipsi uehiculo matrem ad templum usque pertraxerant. Post preces ergo nocte decesserunt. Longum foret autem poetarum dicta recensere: qui diuini oribus poematis ea quae ad uitam pertinent nostram, uelut ex oraculo decantant, quemadmodum deplorant illam. Vniusq; solum memoratu dignissimi fat habeo meminisse: qui inquit. Quam superi miserum stamen mortalibus auti Ne uere, ut ui uel defenda per omnia durent. Iterumq;: Et cunctis hominum generi fors pessima uite stat, quaecumq; supra terram spiratq; meantq;. De Amphiarao uero quid dicit: Iuppiter huic totis animis, hunc magnus Apollo Diligit, & iusti metas non attigit auti. De illo quoq; qui ita iuber: Nascens fleat, qui tanta uita intrat mala: quid tibi uidetur? Sed cesso: ne commemorando alios, rem contra q; institui longius ducam. Quod autem uite quisquam institutum, quam ueritatem deliget, ut non queratur de ea, atq; praesentibus offendatur: Opifices, mercenariasq; recenseamus artes: ex nocte in nocte usq; laborantes, & uix tolerantes uitae necessarios sumptus, complorantes se ipsos, omnemq; uigiliam suam moerore lachrymisq; coplentes. An autem dicamus, per tanta penetrantem pericula, quicq; quemadmodum Bias ait, neq; inter mortuos

Anima inuisa se pulchro in malis aetate possit

modestia sapientis

Sapient uulgo, sua fides in insipient est

Magistro, uel predicatore uerbalis

Pro consolatione in morte uerbalis uel pueri

Miseria uita

Mala longa uelut mala, omnia haec obnoxia

Mors in praesens, sanguis op timis datus, duobus ex opibus

uita sospitima

Omni statu, dignitate uel uita inuisa oblabo

ref opifical naua

tuos est, neque inter uiuos. Terrestris enim homo uelut ambigui generis, ipse in mare sese proiecit: totusq; arbitrj factus est fortunæ. Verū dulcis est agricultura. Est sane. nō nne tota tamen est, quod aiunt, ulcus, semper paratam doloris habens causam, nunc quidem sic citatem, nunc pluuias, nunc uredinem, nunc rubiginem, nunc uel æstum intempertium, uel frigus conquerens illa quoq; honorata in primis reipublicæ cura, multa enim prætereo, per quantas rapitur anxietates: Quæ gaudia quidem habet surunculi in modum trepida semper, atq; stimulis repleta, repulsa uero acerbas & multo peiores. Quis enim beatus esse possit uulgi uiuens arbitrio? tãetsi faueatur ei plaudaturq; populi scilicet ludicrum, iactatus, exhibitus, damnatus, mortuus, & tum miserandus uisus. Vbi nanque Axioche tu qui in repub. uersaris, ubi Milciades, ubi Themistocles, ubi Ephialtes abijt, ubi item qui nuper in republica duces fuerunt? quando ego quidem in eam non sum ad ductus sententiæ. Neq; enim honestum mihi uidebatur, ut insipienti populo dominati onis particeps fierem. Theramens autem & Calixenus deinde constitutos præficientes magistratus, ut indemnati necarentur homines effecerunt; tuq; cum Triptolemo resistebas illis solus è triginta milibus in concionem coactis. A x. Sunt ista Socrates ut dicis, itaq; ex eo suggesti me fatietas cepit, neq; mihi quicq; acerbius republica uisum est. Per spicuum id quidem illis qui in ipso sunt negotio uersati. Tu namq; dicis hæc, ueluti qui de sublimi spectaueris; nos uero qui fecimus periculum, quanto exactius scimus. Populus em charissime Socrates ingratus est. morosus, crudelis, inuidus, immodestus; ut qui sit ex colluue turba, & stultis insolentibus collectus. Huic autē qui assentatur, multo ipse inferior est. s o. Quando igitur Axioche hanc quæ liberalis maxime omnium est, artium, omnium maxime abominandam putas, quid reliqua uitæ genera? an nō putabimus prorsus esse fugiendam? Audiu etiam Prodicum quandoq; dicentem, quod nihil quicquam ne que ad uiuentis mors, neq; ad defunctos pertineret. A x. Quomodo dicis ista Socrates? s o. Quoniam neq; circa uiuentis est; hi uero qui obierunt, non sunt amplius. Itaq; neque apud te est: nondum enim obiisti. neq; si quid tibi accidat, est circa te futura. non enim eris. Stultus est igitur dolor, de Axiocho, qualis neq; est, neq; futurus sit, Axiochū mente torqueri: sitq; simile, ueluti si Scyllam aut si quis Centaurum reformidet, quæ neq; iam imminet tibi, neq; sint unq; ad exitium tuum affutura. Existentium enim rerum est metus: quæ non sunt autem, nemo est qui pertimescat. A x. Tu quidem docta hæc uerba ex ea quæ nunc pullulat garulitate protulisti. Illinc est enim hæc quæstus captatio illicitæ iuuentuti apparatus. Me uero amissio bonorū quæ sunt in uita, tristem reddit: etsi Socrates probabiliorem etiam hac quam modo dixisti, crepueris orationem. non enim errabunda iam mens ducitur apte coherentibus uerbis; neq; contingunt mentem ista; sed in ostentatione splendoremq; orationis parata multum absunt à ueritate. At animi ægritudo captiosis ne quamquam sistitur uerbis; sed illis acquiescit solum quæ ualeant ad mentem usq; penetrare. s o. Coniungis imprudenter Axioche: & bonorum priuationi malorum substituis sensum, oblitus quod tunc mortuus sis futurus. Eum namq; qui bona amittit, contraria lædūt quæ patitur mala: at qui non est, nihil in eius quo priuatur locum recipit. Quomodo ergo esse posset ullus in eo dolor, quod nullā lædentium notiā exhibebit? Quod si non ab initio Axioche per imprudentiam unum aliquem sensum cum morte componeres: nequam quam metueres eam. Nunc ipse te subuertis: timens amissum iri animam, aliamq; animam illius amissioni circundas. Et turbatis quod sis sine sensu futurus, hocq; ipsum non sentire alio te sensu comprehensurum putas. Ad hæc multæ sunt repulchræq; de animi immortalitate rationes. Neq; enim mortalitatis natura in tam uarias res attollere sese posset, ut conterneret ingentium ferarum uires, maria transmitteret, conderet urbes, resp. constitueret, respiceret etiam in cælum, & astrorum uideret reuolutiones, cursusq; solis & lunæ, ortus itē & occasus: defectus, celeritatem, distantias, æquinoctiaq; & duplices conuersiones, Pleiadum etiam & hyemis atq; æstatis uentos, imbriumq; casus & horredos turbinum raptus: ut comprehensos quoque mundi labores seculis traderet: nisi diuinus quidam mentibus nostris spiritus inesset: quo complexum notiāq; tantarum attingeret rerum. Tantis itaque non in mortem Axioche, sed in immortalitatem: non in amissionem bonorū, sed in sinceriorem eorum perceptionem, neque ad uoluptates mortali confusas corpori, sed ab omnibus prorsus molestijs purgatas. Illuc enim ex hoc solutus carcere proficisceris,

mentis regni in mortuis neque in uisibus dicitur. Agnolo q; -

Procuris in magistra sub Amicant - Populi mors -

Mors neq; ad uiuentis q; ad mortuos pertinet. idcirco non dolen des -

Consolatio ex uita amice - Et turbatis -

ubi requiesceta lætaq; omnia, & nulla fathiscentia senectæ: tranquillamq; illic perages uitam, ab omnibus liberam in commodis, & serena placidam quiete, rerum contemptans naturam: atq; philosophiæ non ad turbam, neq; in speciem, sed ad puram germanamq; deditus ueritatem. A x. In contrarium me Socrates hac oratione distulisti. Non enim metus iam me, sed desiderium tenet mortis. Vtq; ego rhetores imitatus grandius aliquid dicam, iam dudum superna mente concipio, & immensum illum diuinumq; recenseo cursum, collegiq; ex infirmitate me: sumq; iterum quasi nouus effectus. s o. Si uis autem aliam etiam rationem cape, quam reulit mihi Gobrias Magus. Is dicebat secundum Xerxis in Græciam transitum auum suum sibi cognominē missum esse in Delum, quo eam tueretur insulam, in qua bina sunt numina prognata. Ibi illum ex æneis quibusdam tabulis, quas attulissent ab Hyperboreis Opis & Hecæergus, didicisse animam postea quàm à corpore sit exoluta in ignotum quendam locum subterraneo discedere recessu, in quo Plutonis sit regia nihilo minor quàm aula Iouis. Terra & enim mundi mediū tenente ambitum esse globosum: cuius alterum quidem semiorbem dii superi acceperint, inferi alterum: atq; hi quidem fratres illorum, hi uero filij fratrū. Vestibula autem qua aditus ad Plutonem est regnum, ferreis esse claustris atq; clauibus offirmata. Aperientē illa fluuius excipit Acheron: post quem Cocytus est. Eos ubi quis traiecerit, ad Minoem & Rhadamanthum est accedere necesse. Vocant hunc campum ueritatis, inq; eo iudices sedent, recognoscentes eorum qui aduenerint unius cuiusq; uitam, & qua quisq; ratione corpus inhabitans ætatē peregerit. Nec mentendi illic ulla facultas. Quibus cumq; autem in uita melior aspirauerit dæmon, hī sedes incolunt piorum: ubi omnes horæ scaten omnigena fructuum ubertate, fontes puris labuntur aquis, uarijs præta omnimoda floribus uernant, conuentus sunt philosophorum, theatra poetarum, exultantium coronæ, musicq; concentus. Ad hæc instrucia diligenter conuiuia, & ipsa sese suppedians affluentia uictus. Non enim frigus illis, nō æstus est grauis, sed temperatus aer funditur mitibus solis radijs illustratus. Hic etiam ininitiatas est dignatio quadam, & religio: ibidem quoq; peragunt sacra. Quomodo ergo nō hic tibi honor habebitur college deorum? Herculem namq; Liberumq; patrem descendētes ad inferos prius est sermo hic initiatos fuisse, & fiduciam quo illucirent ab Eleusina conceptam esse. At illi quibus per scelera uita fuerit peracta, per Tartarum à Furijs ad erubum chaosq; rapiuntur, ubi impiorum est locus, inexplēbilesq; Danaī filiarum urnæ. ubi Tantalī sitis, præcordia Tityi, Sisyphi inexplicitum saxum, cuius finis ab alto incipit rursus labore. Ibi circumlabentibus eos feris, indefinenter lampadibus adusti, & omniū pœnarum afflicti cruciati, tormentis laniantur immensis. Ista quidem ex Gobria ego audiui, tuum uero de eis erit Axioche iudicium. Illud namq; ratione adductus solum scio constanter, quod omnis immortalis est anima quæcumq; ex hoc loco transfertur & prorsus ex pers doloris. Siue sursum ergo Axioche, siue deorsum, beatus sis oportet, qui probe pieq; uixisti. A x. Pudet me Socrates dicere tibi quiddam. Tantum abest ut timeam mortem, ut nunc eius etiam teneam amore, usque adeo & hæc mihi, & illa persuasit oratio. Contemno etiam uitam, ut qui sim in melius domicilium transurus: nunc quæ paulatim ea quæ dicta sunt ipse mecum recensebo. Tu uero inerdie fac ad sis mihi Socrates. s o. Faciam ut dixisti. Ego quoque ad Cynosarges unde huc uocatus sum, redeo ad deambulationem.

Tabula de opes na iudicio, Agnolo

Iudicium in campo ueritatis -

Quod dicitur quibusdam

Locus demonstratus

FINIS

BASILEAE, APVD HIERONYMV M FROBENIV M ET NICOLAVM EPISCOPIVM, ANNO M D XXXIX MENSE AVGV S.

ELENCHVS RERVM IN HOC OPERE

ANNOTATV DIGNIORVM, ET AM A MARSILIO FICHI

no quam Platone tractatarum copiosissimus, in quo litera numero subditæ

p, m, uel f, pagina indicate principium, medium,

aut finem designant.



PRO-δμῶν, id est, si- mul 317.f	Aedilium constitutio & officium 816. p 817. f 824. m	dam patitur patiens 350
Abdicatio malum in- stitutum, & quomo- do possit fieri 895. f. 896	Aedituorum officium 816. p	Æris quid significet 313. p
Abdicati adoptio libera cuius. 896. p	Aegisthus Agamemnonis interfe- tor 10. m	Agitationem & motum temperatū omnib. corporib. prodesse 830. f
Ἀβελία quid significet 324. p	Aegrotanti quæ iucunda, quæ mor- lestia 447. m	Agri quō diuidendi 805. m 809. p
Ἀβελίου θεός, quid significet 313. p	Aegrotantium uoces 650. p	Agrorum limites non mouendos 853. p
Acheron fluius 490. f. 518. f 959. p	Aegyptia columna 574. p	Agriculturarum opus præcipuum quod 59. p
Achilles amor ergo Patroclū 420. p	Aegyptij diu seruant cadauerame- dicamentis 503. p	Agriculturæ lex 853. p 854. p
Achilles in ultione Patrocli perijt 433. m	Aenigma de uespertione 588. p 601. f	Agriculturæ difficultas 958. p
Achilles contēptor mortis 474. m	Aequale quid 67. f 78. f	ἄγροϋ cur sic uocatum 322. m
Achillis parentes 561. p	Aequalitas ipsa an aliqd sit 499. f	Album purum 100. p
ἄχθῆναι unde dicatur 323. f	Aequalitas duplex 815. p	Alceste pro marito mortua 419. f
ἄχρολαία unde dicatur 331. f	Aequalitas, medium maioris & mi- noris 78. f	Alcibiades Cliniae & Dinomaches 529. p
Acquirendi species, & earum sub- diuisio 176. m & 178. p	Aequalitas geometrica & arithme- tica 337. p 364. f	Alcibiades maior & minor 255. m
Actiones secundum naturam esse 309. f	Aer cur sic dictus 319. f	ἄλγυνδῶν unde dicatur 323. f
Acuti & ueloces ad percipiendum qui 159. f	Aeris uis 706. m 720. m	ἄλθεα unde dicatur 324. m
Acutorum & sagacium hominum ingenia qualia sint 136. p	Aerem cur celum putemus & nos minemus 513. p	Aliena qui attigerit quomodo pur- niendus 889. p
Adamantis generatio 722. p	Aes quid, & eius creatio 722. p	Aliquid, signū entis & unius 183. f
ἄδης quid significet 316. f	Aeris multa genera 721. f	Aliud & alia 61. p
Admiratio, philosophiæ princi- pium 141. p	Aeschylus carpitur 420. p	Alterari quid 79. m
Admonitio quid 180. f	Aesculapius 423. p	Alterum 142. f 191. f 192. f
Adolescentia ætas qualis 290. p	Aesculapij quos morbos, & quom- modo, curauerit 588. m	Alterū & aliud quō dicatur 80. p
Adolescentia maxime curāda 292. p	Aesculapio cur gallo sacrificatum 491. p	Alterum & idem contraria 71. p
Adolescentia quomodo temperan- tiæ assuefiat 850. m	Aesculapij filios medicinam apud Troiam exercuisse 568. f	Amantis natura 599. f
Adolescentis ingenij quomodo mu- tetur 639. m	Ætas quæ discendo apta 629. m	Amans turpiter, quomodo amet 447. m 448. m
Adrastia 587. p	Ætatem teneram non posse quiesce- re 763. p 767. f	Amantiū iudiciū cur falsum 396. f
Adrastie deæ regula 451. f	Æther quid & cur sic dictus 319. f 517. p 721. f	ἄμειρα quid significet 331. m
Aduenæ suscipiendi benigne 907. m	Affectibus superari & dominari quid sit 249. p f	Amasis rex 705. f
Adulator bestia grauissima & cala- mitas maxima 447. f. 521. m	Affinitas quæ seruanda 593. f	Amastris uxor Xerxis 37. p
Adulatoria studia q̄ 344. f 345. m	Affinitates quā male contraban- tur 223. p	ἄμειρα unde dicatur 331. f
Adulationem subire artes 345. p	Agamedes 957. f	Amator prauus & honestus 421. f
Adulteratio, fraus, mendacium, in eodem sunt gradu 890. m	Agamemnonis etymologia 313. m	Amator corporis aut animi quid u- terq; querat 851. p
Acacus, iudex apud inferos 371. p	ἄγελῶν unde dictum 320. f	Amatoria necessitas 592. f
	Agēs aliquid quale agit, tale quid 637	Amatoria leges 852. f

INDEX

Ambo quæcūq; esse utraq; & utraque
que quæcūq; ambo esse, nō semper
per uerum 117. f
Amicitia fluuius 661. m 673. f
Amicitia quid 119. m 120. p
Amicitia due species 120. m
Amicitia mutui amor 124. f
Amicitia cā an desiderii sit 128. m
Amicitia cōparāde præceptū 122. p
Amicitia quæ dura, & quæ placida
851. p
Amicus quis 535. p
Amicus quis maxime 315. m
Amicus optimus potior Darij auro
124. m
Amicos ductū dei fieri 125. m
Amicos etiā & nos ipsos accusandos
publice siq; inique actū sit 352. m
Amicum reuera, nullius amici gra-
tia esse amicū 128. p
Amicū præstat ridiculum esse, q̄ gra-
uem inimicum 457. p
Amicis carere aut abundare, quid
utrūq; significet 943. m
Amicus quis fidelissimus 944. m
Amor quid 119. m 167. f 174. m
389. f 432. f
Amor triplex 398. m 851. p
Amor incipit ab aspectu ibidem f
& 413. m
Amor amicitia uehementior 851. p
Amor demon 394. f
Amor, deorū omnīū optimus 420
Amor & Venus ambo gemini 420
Amor, medius inter turpe & hone-
stum 430
Amor, morbus qualis, & quomodo
curetur 399. m
Amor corporis per quæ transfera-
tur ad incorporā pulchritudinē
Amor rectus 566. m (277. f
Amor philosophus 431. m
Amor uerus. & adulterinus quis
415. m
Amor uerus quō acquiratur 434. p
Amor et imperiū quō differāt 380. p
Amorē procreat similitudo, & in-
ter quos potissimum sit amoris ui-
cissitudo 380. m
Amoris conditio 374. m
Amoris instinctus & similitudo un-
de proueniat 396. p 397. p 431. p
Amoris uirtutes 427. p f
Amoris uis & antiquitas 306. m

373. f 392. p 419. m
Amoris utilitas 375. m
Amphilytus uates 10. m
Ampulla quid 725. m
Amyntoris imprecatio 896. f
Anaxagoræ unde dictum 324. m
Anaxagoras Clazomenius 473. m
Anaxagoras magnū. patrimonium
in philosophiam impendit 108. f
Anaxagoras tan quā non proprias
causas reb. assignet, carpitur 511. f
ἀνδραγία unde dicta 321. p
Androgynum hominum primū ge-
nus 424. m
Androgynorum reliquie quales
425. m
ἀνδραγία cur dicta 333. f
Anicula quem usum pueri præstet
110. p
Anima quid 910. p
Anima uires quot & quæ 13. f
Anima immortalitas 19. p 21. m
450. m 490. p 512. usq; 516
Anima quō seipsam intueatur, et qd
in ea diuinissimum 41. m
Anima bonum 81. m
Anima unde 90. p
Anima libro & tabulæ rase similis
94. p
Anima ueritas 132. p
Anima uirtutes perceptiua lex 132. f
Anima quæ insunt formæ, non eæ
sunt quæ sunt extra 133. p
Anima quædam per se, quædam per
corpus comprehendit 155. m
Anima cor 159. f
Anima præuicacitatis species due 179. f
Anima ignara qualis sit 180. p
Animam per rationem cum uera es-
sentia communicare 188. m
Animam cognoscere, essentiam cog-
nosci ibidem f
Anima qui uti nescit, ille præstat ne-
uicuat 302. m
Anima probatio quæ requirat 355. p
Anima motus qualis 376. f
Animas comites esse siderum 441. f
Anima idea 450. m
Animarū conditiones nouem 451. f
Animarū reditus in idē post 10000
annorum ibidem
Anarū transitio in aliā corpora 452.
p 503. m 489. p 673. m 714. p
Ani equi duo 454. p (& 884. f
Animalium

INDEX

Animalium genera & idea 712. f
Animalium tria genera 749. m
Animalium creatio 713. m
Animalis sex esse motus 714. m
Animaliū generatio ex quibus 922. f
Animalia quondam sub terra latuisse
fabula 225. p 232. p
Animatum & inanimatū quid 450. m
Animata transmutari 884. f
Animi aegritudo 958. m f
Animi ale 4. 415. p
Animi cultus uerus & falsus 801. p
Animi diuinitas 800. f
Animi hebetis & ignaui quales lau-
des 150. p
Animi mala 350. f 311. p
Animi morbus 224. p
Animi pars altera mansucta, altera fe-
ra 645. p
Animi temperantia omnīū optima har-
monia 557. p
Animi uera pulchritudo 110. p
Animi uires cognitioni seruientes sex
387. m
Animi uirtutes quomodo comparen-
tur 621. m
Animus facilis 924. f
Animus quomodo coercendus 363. m
Animus tyrannicus qualis 647. f
Animus imprimis curādus, ut corpus
bene habeat 281. p
Animus duo habet curanda 760. f
Animus propter superbiam altera sua
parte spoliatus 385. p
Annonæ distribuendæ ratio 855. p
Annus Platonis & annus magnus
mundi 652. f
Anni Aegyptiorum lunares 739. f
Anytus Anthemonis 23. p
Apollo 168
Apollo cur sic dictus, & quatuor eius
potentie 317. m
Apollinis significata 318. p
Apollo amoris discipulus 428. p
Apollinis artes ibidem
Apollo Delphicus 578. p
ἀπορία unde dicta 322. p
Apparentium falsitas, & quomodo de-
prehendatur 665. m
Appetimus aliquid tribus de causis
768. f
Appetitus & amor quorum sit 450. p
Appetitus dissimiliū aut cōtrariorum
nō esse amicitiam 120. p 126. p
Apum rex 219. m

Aque duo genera 721. f
Aque creatio 709. m 720. m
Aquarie leges 855. m
Aquatilium generatio 737. m
Arbitrorum iudicium augustissimum
820. m
Archelaus Perdicæ filius, rex Mace-
donie 10. m 44. f 347. f 348. p
ἀρχεπολις quid significet 313. p
Architecturæ præstantia 101. m 198. m
Architectorum magna raritas 6. m
Ardicus magnus 671. m
ἀρετή cur sic uocata 321. f 322. p
ἀρετή est, Mars cur sic dictus 318. f
Argumentationes ἁπλῆ & ἀκρότων,
esse fallaces 508. f
Argutiarum friuolarum contemptus
189. p 190. p
Aristocrates Scellij 348. m
Aristogiton & Harmodius tyranni-
dem susulerunt 422. m
Aristides Lysimachi 13. p 24. f 139. p
372. p
Aristophanes Socratem suggillat
469. f
Aristophanes ridetur 422. m 424. p
Aristoteles male intellexit Platonem
405. p
Aristoteles immerito calumniatus Pla-
tonem 631. f
Arithmetica duplex 101. m 218. f
Arithmetica & computatoria necessa-
rie militis, imo cuius homini 623. p
Arithmetica præstantia 919. f
Arithmetica primo omnium philoso-
pho commodam 624. p
Arithmetica usus & necessitas ibi. m
Arithmetici natura, sunt ad omnes do-
ctrinas apti 624. f
Arma abijcere, & arma amittere, diffe-
runt 904
Armorum abiectionis quæ pena ibid.
Armorum disciplinam pueris traden-
dam 293. p
ἀρετή & ἀνία un de dicantur 321. m
Ars non est quod caret ratione 345. m
Ars ciuilis 530. f
Ars gemina circa ea que sunt 210. m
Ars causa, ars concausa ibidem
Ars quæq; quō tendat 538. p
Arti nulli defect. aut error inest 538. m
Artis cuiusq; intelligentiæ fundamen-
tum quod 134. m
Arti cuiq; facultas certi cuiusdam ope-
ris iudicandi à deo tribuitur 172. m

Artes duplices esse 345
Artium species tres 654. m
Artium diuisio 339. m
Artem nullam multis competere 219. p
Artem tam ludendo q̄ studendo com-
parandam 758. p
Artes quæ sapientem non reddant
918. f
Artes primæ & maxime necessarie
quæ ibidem
Artes duas nullus exerceat 854. f
Artes in duplici ordine 101. m
Artes differre ibidem f
Artibus præcipua que in sint 101. p
Artes à Vulcano date 207. m
Artifices triplices 662. f
Artificum leuis usus medicorū 568. p
Artificiosum quod est, mensuræ parti-
ceps est 212. p
Artemidis etymologia 318. p
Artemisia Mausoli defuncti mariti ci-
neres imbibit 412. m
Arteriarum sedes ubi 727. m
Asia regum primorum gesta 525. p
Aspasia multos fecit eloquentes 523. p
Assimilatrix, imitatorie species 183. p
Assyriorum potentia 778. m
ἀσπὴ & ἀσπῆρα cur sic dicta 319. m
Astra & cœlestem circulum habere
mentem 922. p
Astrorum natura ibidem
Astronomia quid 423. f
Astronomia laus & dignitas 925. p
Astronomus uerus quid 925. p
Astranax seu Scamandrius 312. p
Astylus 852. p
Atē Homericā 427. m
ἀδλωά cur sic dicta 318. m
Athenis maxima loquendi libertas
244. p
Athenis quotannis celebrabatur ser-
stum his qui pro patria occubue-
rant 521. f
Athenis periculosum, quenquam inui-
ria officere 25. p
Athenas ante diluuiū uniuersale fuisse
& quis eas condiderit 706. m
Atheniensium & Aegyptiacarum le-
gum consonantia ibid. 707. p
Atheniensium bellum cum Atlanticis
ibidem f
Atheniensium origo 36. p
Atheniensibus inuisi qui alios sua do-
cent 54. m
Atheniensis populus succatus 40. f
M M 2 Atheniens

INDEX

Athenienses probos, eximie probos 749.p 757.f
Atheniense festiuitas in gratiam A. pollinis 491.m f
Atheniensium gubernatio qualis 524.p

Bellatores fortes quomodo honorandi 892.f
Belluae uires in ciuitate sepe experiuntur da in anno 847.f
Bellucosorum uirorum laus 522.f

Boreas ab Ilyso Orithyiam rapuit 443.m
Bruta hominib. prestare sensib. 130.m
Bulla quid 725.m

Carthaginensium circa uinum mos 772.p
Castoris & Pollucis ludi 833.m
Citharæ studium 840.p

Circulus quid 948.p
Circuitus celestis permutatio 706.p
Citharæ leges 785.p

Ciuitas que suapte natura robusta 219.f
Ciuitatis officium in ciues suos 529.p
Ciuitatis iudicij & legibus standum esse 484.f

Bacche mulieres 170.f
Bacchi gemina dona 853.f
Bacchus quod maximum bonum largitur fabula 771.p

Bona à malis dinoscere, non cuiusuis 361.p
Bono uiro nihil posse mali unquam accidere 480.f

Carthagine sic filiorum tabit 50
Carthago quomodo honorandi 892.f

Cerberus cur ex ycaea dicitur 728.f
Certamina prohibens quomodo nullo standus 908.m

Ciuitas que bene instituta 38.m
Ciuitas quid, & ipsius constitutio 551.p

Cognoscere & opinari quo differant 166.m
Cognoscibile quid 947.f
Cognoscimus duobus modis 29.m

Cibum non inueniunt qui hanc esse debet 805.

INDEX

Bacchi ad inferos descensus 959.m
Bacys uates 10.m
Basis quid 557.f

Bona uera que 766.m
Bonorum uirorum consensus quam preciosa res 934.p

Carthago quomodo honorandi 892.f
Carthago quomodo honorandi 892.f

Cerberus cur ex ycaea dicitur 728.f
Certamina prohibens quomodo nullo standus 908.m

Ciuitas que bene instituta 38.m
Ciuitas quid, & ipsius constitutio 551.p

Cognoscere & opinari quo differant 166.m
Cognoscibile quid 947.f
Cognoscimus duobus modis 29.m

Athenienses probos, eximie probos 749.p 757.f
Atheniense festiuitas in gratiam A. pollinis 491.m f
Atheniensium gubernatio qualis 524.p

Bellatores fortes quomodo honorandi 892.f
Belluae uires in ciuitate sepe experiuntur da in anno 847.f
Bellucosorum uirorum laus 522.f

Boreas ab Ilyso Orithyiam rapuit 443.m
Bruta hominib. prestare sensib. 130.m
Bulla quid 725.m

Carthaginensium circa uinum mos 772.p
Castoris & Pollucis ludi 833.m
Citharæ studium 840.p

Circulus quid 948.p
Circuitus celestis permutatio 706.p
Citharæ leges 785.p

Ciuitas que suapte natura robusta 219.f
Ciuitatis officium in ciues suos 529.p
Ciuitatis iudicij & legibus standum esse 484.f

Cibum non inueniunt qui hanc esse debet 805.

Bacche mulieres 170.f
Bacchi gemina dona 853.f
Bacchus quod maximum bonum largitur fabula 771.p
Bacchi ad inferos descensus 959.m
Bacys uates 10.m
Basis quid 557.f
Beatus uir 81.f
Beatus quomodo fiat 258.m 672.m

INDEX

Coniugum habitatio 823
 Coniugiorum inter agnatos lex 894.p m
 Coniugium Metrobij citharista 254.p & 264.f
 Considerare per corpus quid 502.m
 Cōsiliū ciuitatis quot sit uirorū 814.f
 Consonantia quæ gratissima, & quæ dissonantia molestissima 290.m
 Consuetudo quid 330.m
 Consultaturus de aliqua re quid impri-
 mis considerandum 9.m
 Consultaturus recte, quod principium
 optimum 446
 Contemplationis partes duæ 201.p
 Contentio quid 178.p
 Contentiosorum ingenia qualia 508.p
 Contractus sit simplex 889.p
 Contractuum permissio 807.p
 Contradictoria artis efficacia 590.f
 Contradicendi ars omnia in cōtrouer-
 siam deducere potest 181.f
 Contraria duo uni non posse esse, sed
 si contraria sunt, duo sunt 43.f
 Cōtrariorum appetitus quid sit 120.p
 126.p
 Contrariorum unicuique unum tan-
 tum esse contrarium, non multa
 237.m
 Contrariorū ingressum quedam non
 recipere, quæ tamen contraria non
 sunt 514.f
 Contrarium sibi cōtrarium nunquam
 fieri 514.p
 Coniuij lex, & quantopere conuiuiū
 sit uitandum 898.p
 Coniuiua Socraticorum ciuium 552.m
 Coniuij princeps qualis sit 756.f
 Coniuij publicis quando locus &
 quando nō 755.p 756.f 757.771.f
 Cor, uenarum origo & sanguinis fons
 727.p
 Corpus quid 167.m 910.p 922.f
 Corpus hominis instrumentum, nō ho-
 mo 119.f
 Corpus æthereum, terrenū & æreum
 489.p
 Corpus & anima quomodo seruentur
 illa 735.f
 Corpus animi umbra & imago 403.p
 Corpus per sensum cum generatione
 communicare 188.m
 Corpus cur passioni & corruptioni
 obnoxium 384.p
 Corpus qui cognoscit, non seipsum, sed
 sua nouit 40.m
 Corpus impedimēto esse philosophan-
 ti 495.p
 Corporis pulchritudo quid, & quibus
 consistet 390.m
 Corporum formæ 378.p
 Corpora esse omnium principia, opi-
 nio reijcitur 879.p
 Corporis particeps, mutationi obno-
 xium 205.p
 Corporis nulla cognitio, neq; uita, iur-
 xta Platonem 131.f
 Corpora solida quinq; 921.m f
 Corruptio rei unde fiat 668.m
 Cōgō & quid significet 313.f
 Corybantes 170.f 171.f 436.f 487
 Corybantum initiatio qualis 256.m
 Cratistolus & Polyxenus delatores
 Cratylus 305.p (934.p
 Creophilus 664.m
 Creta, nonaginta urbium regio 51.f
 Creta situs 790.m
 Creta intelligentiæ, quàm uerborum
 studiosior 757.m
 Cretensum leges antiquissima & ex-
 cellentissima 52.f
 Cretensum sobrietas 52.m
 Criso lmeræus cursor 239.p
 Critias 704.f
 Culpa cur dolorib. oboletur 657.p
 Cupido, Veneris comes 379.p
 Cupiditatis humana natura quæ 582.f
 Cupiditates multiformes cuique inesse
 644.f
 Cupiditates geminæ secundū naturam
 in homine 735.f
 Cupiditas triplex hominis tribus mo-
 dis castiganda 825.f
 Cupiditatem non esse corporis 92.p
 Custodes ciuitatum qui idonei 553.p
 Custodiæ desertoris pœna quæ 817.m
 Curetum ludi 833.m
 Cursores boni & mali 670.m
 Cursus certamen 849.m
 Custodes ueri ciuitatis quantum sciunt
 913.p
 Cygni cur sub mortē solito suauis ca-
 nant 505.p
 Cynædorum scelus 404.f
 Cyrus rex qualis, quæq; negligens cir-
 ca filiorum institutionem 782.m
 Cyri gesta 525.p
 Dædali opera 58.p
 Demones unde dicti 314.m
 Demones qui & quales 923.p
 Demonum ortus, seu decorum genealo-
 gia 713.p
 Demonum natura & officia 430.f
 Demonum genera quinq; 661.p
 Demon Socratis uide Socrates
 Demonum ordines 466.p
 Demone suum cur tam pauci animad-
 uertant 466.f
 Demones cur non amplius edant mi-
 racula 467.p
 Demonem uitæ custodem cuiq; præsi-
 ci 673.f
 Damna iudicio sissententia non stete-
 rint quomodo tractandi 909.f
 Damni datillex 897.f
 Damon musicus 656.m
 Damon Agatoclis discipulus 292.m
 300.p
 Darius quis & qualis fuerit 781.f
 Darius nemini amicorum fidebat
 843.m
 Darij bellum cū Atheniensibus & Ere-
 triensibus 525.p
 Deambulatio salubrior cursu 442.m
 Deceptio quæ grauisima 307.f
 Deceptiones quomodo fiant 571.p
 Decepturus aliquem quid nosse debeat
 457.f
 Decipi à seipso grauisimum 327.f
 Decipiendi ars unde originem habeat
 194.p 195.f
 Decorum quid 113.f 114.p
 Dedicationis usus 806.p
 Definire seu determinare parum bene
 præstat, q̄ multū insufficienter 156.p
 Definire cuius artis sit 627.f
 Definens per diuisionem quomodo im-
 pingat 208.m
 Definitio quid 134.m 166.p
 Definitio per enumerationes uitiosa
 129.m
 Defluxus à rebus manare 17.p
 Defensorum iudicium, pœna & præ-
 mia 519.p
 Δειλία cur sic dicta 322.p
 Delectans, an genus pulchri 115
 Delectandi modi plures 82.m
 Delictum in consabulando commissum
 quomodo expietur 449.p
 Delicta inuoluntaria priuatim casti-
 ganda 473.p
 Delitiæ in animis puerorum 831.m
 Delphicæ uates 449.f
 Delphici oraculi declaratio 7.f 41.p
 Demen

INDEX

Dementia duo genera 734.f
 Dementia descriptio 637.m
 Democratia omnium gubernationum
 debilissima 220.p
 Demosthenes Platonis auditor 656.p
 Denarius numerus 529.f 657.m f
 Δειψ. Δειψ unde dicta 323.m
 Diotima fatidica 394.p 430.m
 Desertorum & captorū in militia quæ
 pœna 596.f
 Deridendum nihil nisi malum 590.p
 Destruī seu interire, quid 75.f 79.f
 Deus primus actus omnium 376.m
 Deus in omnibus 408.p
 Deus immortalis et uerax 556.p 557.p
 Dei nomē apud uarios populos 304.m
 Dei dona septem 395.f
 Deo exosus quis 890.f
 Deo plus obediendū q̄ hominib. 475.p
 Deo simillimum quid 150.f
 Deo qui sua tribuat 53.p
 Deum in cuiuslibet operis initio inuo-
 candum 708. 793.f
 Deum non capi muneribus, sed animū
 respicere 48.p
 Deum uersari inter homines prudens/
 tes 175.p
 Deum omnia procreare 196.p
 Deū causam esse boni, non mali 555.m f
 Deum esse, credere quantum bonum
 876.f
 Deos esse unde probetur ibi. m. 879.m
 Deum colere firmiter quis nequeat
 913.f
 Deos magis precibus quàm sacrificijs
 placari 47.f
 Deos Plato nominans, quos intelligat
 305.p
 Deos non placari ab iniustis 885.p
 Deos nec letari nec triftari 91.m
 Deos humanarum rerum curam habere
 882.f 883. 884
 Decorum uirtus 883.p
 Decorum sacra quomodo celebranda
 847.p
 Dij et demones uocantur animalia, &
 quid de dijs sentiendum 923.p
 Dijs, homines, demones quomodo diffe-
 rant 395.m
 Dijs quæ offerenda, & ex quibus ma-
 terijs eorum simulachra fingere li-
 ceat 908.f
 Dialectica & Logica non eadem Pla-
 toni 252.f
 Dialectica cui conueniat 191.p
 Dialectica quomodo diuidat 225.m
 Dialectica argumentationes qua etate
 tandem degustanda 630.m
 Dialectices, id est, metaphysica offi-
 cium 619.p
 Dialecticam necessariam philosopho
 627.m
 Dialectica metaphysica excellētia ibid.
 Dialecticus quis uocandus 628.m
 Dialecticus nomina rerum potest diu-
 dicare an bene sint posita 311.m
 Dialecticus, id est, metaphysicus quis
 459.f
 Dialecticus consummatus tanquam de-
 us colendus 442.p
 Dialogis cur personæ inserantur 135.f
 Dialogi Platonici triplices 13.m
 Diaphana 726.p
 Diaphragma 727.p
 Diarrhœa quid 734.f
 Διγγοστυν & Διγγοαυ cur dicatur
 sic 320.f
 Dicere recte 310.p
 Dicendi artem quando quis calleat ad
 summum 464.f
 Dicendi recta ratio circa quæ uersetur
 457.m
 Dicēdi & medēdi eadē ferē rō 462.m
 Dicta hominū quō existimāda 740.m
 Diduclio 211.p
 Dico notāsiq; constitutio 711.m
 Diluuij mala, & qui illud euaserint
 774.f
 Diluuiā multa fuisse 706.m
 Dimetiendi artis diuisio 212.p
 Dimidium plus toto quomodo intelli-
 gendum 780.f
 Διμυγγ cur sic dicta 317.m
 Dion Syracusanus remittit Dionysio
 pecuniam in uaticum missam 833.f
 Dion Syracusanus à Dionysio patria
 pulsus 936.f 937.942.943.944
 Dion & hortatur Plato ad grauitatem
 & humanitatem 938.f
 Dionis mēs qualis 940.p 941. 952.p
 Dion quomodo interfectus 944.m
 Dion si ad regnum peruenisset, quæ bo-
 na fuissent secuta 945.p
 Dionis patrimonium quantum, et quo
 modo à Dionysio uenditum 950.m
 Dionysij .i. Bacchi etymon 38.p
 Dionysius quomodo ad imperium per-
 uenerit 953.p
 Dionysius maior qualis fuerit
 943.p. m. f
 Dionysius quomodo contempserit phi-
 losophiam 949.m
 Dionysius rex arguitur mēdaciā à Pla-
 tone 936.m 938.p
 Dionysius patria expulsi Dionem Sy-
 racusanum 956.f 937.p
 Dionysius Heraclidem in exilium mit-
 tit 937.f
 Dionysij epistola ad Platonem 946.f
 Dionysium nihil scripsisse in philoso-
 phia 947.m
 Dionysio & Vulcano dedita est mix-
 tio 103.f
 Diopompus 852.p
 Diphibi etymon 315.p
 Discere quid 136.f 161.m 256.f 500.f
 Discere et docere æque honestū 380.p
 Discere q̄ diu oporteat 251.m 396.p
 Discenda quæ sint 839.p
 Discens bene proprietates 136.p
 Disciplina ciuili & regia 8.m
 Disciplina princeps 818.f
 Disciplina 180.m
 Disciplina quid 749. 758.m 762.f
 765.f
 Disciplina, pueritiæ, auriga 761.m
 Disciplinam esse reminiscētiā 19.m
 Disciplina quæ in primis sectanda ap-
 petendaq; 672.f
 Disciplina quæ excitet animum ad con-
 templationem supernā 626.p
 Disciplina, animi sunt alimonia, in quib.
 tus emendis longe grauius pericu-
 lum q̄ in cibis comparandis 229.p
 Disciplina ingenuorū puerorum quæ
 842.p
 Disciplinarum mercaturæ 178.p
 Disciplinarū uoluptates duplices 99.f
 Disciplinis percipiendis quæ necessa-
 ria 628.f
 Disciplinis quæ aduersa sint 629.f
 Disputandi modus dialecticus 16.m
 Disputandi præcepta 489.m
 Disputandi in sana libido carpiuntur
 630.m
 Disputandi studium qualibus uiris con-
 ueniat 630.f
 Disputatio de rebus poeticis qualis sit
 244.p
 Disputatores ueri qui ibidem.m
 Disputationes & rerum inuestigationes
 caute fiant 513.m
 Disputationes longæ fugiendæ 205.p
 Disputatorum modus 342.m
 Dissensio iras facit & inimicitias 56.p

INDEX

Diffensionis mala	780.f	Ducum exercitus, & militum electio	780.f
Differendi ratio	627.f	814.m	
Dithyrambus	785.p	Ducum belli opus precipuum quod	59.p
Diues uere	622.m	723.m	
Diuites ualde, non esse bonos	808.p	Dysenteria quid	734.f
Diuitibus inferre bellum, facile	576.p	Dysentria quid	734.f
Diuites appellare beatos, dementia	954.p	Adem cur alijs placeant, alijs non	763.f
Diuitibus uacat egrotare	568.m	Ebrietas uitanda	823.p
Diuitias minimi faciunt, qui casum pauerae	533.p	Ebrietatis detestatio & noxa	750.p
Diuitia uirtuti semper aduersa	655.f	755.f 759.m	
Diuitiarum incommoda	837.f	Ebrietatis gradus	760.f
Diuitiarum mala	891.f	Ebrius euerit omnia	757.p
Diuitia quod pluris aestimentur quam decet, multorum malorum causa	866.m	Eclipsim solis insipientes aliquando uisu orbati	512.m
Diuitia quando querenda ibidem		Enchoroy quid dicatur	524.m
Diuinare quando homines solent	728.p	Ediscere multa, periculosum pueris	839.m
Diuina naturalium sunt exemplaria, naturalia diuinorum imagines	674.m	Educationis uis	607.m
Diuini qui appellandi	27.p	Educationis eruditionisq; bonae quae utilitas	576.f
Diuinorum perceptio unde fit	306.p	Educatio recta caput disciplinae	758.p
Diuinorum cōtemplatio	452.p	830.p.m 831.m	
Diuinorum motus duplex	712.f	Educatio liberorum & educatiōis uis	830.p.m 831.m
Diuinatio & magica conceditur per daemones	431	Effetrix facultas	176.m 196.p
Diuinitatem nec dolore nec uoluptate affici	936.m	Effetrix facultatis partes quae	196.p.m
Diuini et mortalis natura	502.f	Efficere & conseruare, eiusdem	381.f
Diuortij ratio quae	896.p	Efficiens & causa, idem	88.f 115.p
Docere quid	161.m	εἰπεῖ quid significet	314.f
Docere quae possint, quae non	22.f 23.p	Electro attractio unde	732.p
Docere & persuadere an eiusdem	340.f	Elementa, id est literae	85.p
Doctores artium	838.m	Elementa literarum apud Graecos non posse exprimi, exceptis quatuor	312.f
Dodonaea quercus	463.f	Elementa literarum clariorem intelligentiam ad disciplinas percipiendas continere quam syllabam	165.p
Dodonaea sacerdotes	449.f	Elementorum mundi mutationes inter sese	717.p
Dolia duo in Iouis limine, resellitur	555.f	Elementa quomodo corporibus insunt	89.f
Dolor & eius generatio	90.f 91.p	Elementorum apud nos uilitas ibidem	304.
Dolore uacare, & letari, non idem	95.f	Elementorum dispositiones & generaturae	710.p
Doloris remedia	655.f 666.p	Elementa uiuere	395.p
Dominus	7.f	Elementa non admittere rationem	163.p
Dominus laudatus esse non potest qui non seruit	817.m	Elementorum motus	721.m
Dori unde	777.p	Eloquētia sine sapientia ensis acutus	
Dorica melodia	296.p 298.m	in manibus furiosi	333.m
Dotes nec dandae nec capiendas	807.f 822.m	Emendi & uendendi species duae	178.p
Draco legis lator	49.p	Exempli generatio quando	209.p
Duces homini duo insunt	619.m	Exercitationum seu certaminum studia qualia sint	848
		Existimationem retinendam	906.m

femine INDEX

Exordia quid, ubi locum habeant & ubi non	798.m	Flagitioso non expedire ut uiuat	366.m	Gallus ignauus ante uictoriam ad caudam tandem profluit	145.p
Expetimus aliquid tripliciter	544.p	Flauus color	726.p	Garamantibus comunia omnia	587.p
Externa bona quomodo a deo petenda	43.p	Felices quae	926.p	Gaudere & uoluptatem carpere differunt	239.f
Exulum institutio quomodo fiat	865.m	Felix nemo nisi sapiens	41.f	Generandi cupiditas unde	737.p
Exulis susceptoris quae poena	908.m	Felicitatem quae comitentur	526.p	Generatio quid	100.m
Eucnus Parus	460.p 469.f	Felicitatis definitio, id est, p	879.f	Generatio quando fit	879.f
Euenor terrae filius	743.p 745	Feminae quo differat a uiro	591.p	Generatio rerum	708.p
Euphoroy unde dicta	323.f	Femina ac uir aequae ad omnia apti, sed femina imbecillior	591.f 741.f	Generatio quae aetas apta	593.f
Eurystolus quid significet	333.p	Femina ingenium & natura	825.p	Generatio promiscua & simplex	203.m
Facile male quae	554.f 555.p 561.m	Femina generatio	737.p	Generationis instinctus unde innatus	401.m
Facere & fieri	176.m	Foenus non permittendum	807.f	Generatio ex quatuor constat	87.p
Factum & genitum, idem	88.f	Formosos libentius cur praecitatores erudiuendos suscipiunt	498.p	Generationem a contrarijs fieri	497.f
Factum quod est, semper totum est	187.m	Fortes qui	528.f 585.p	Generum diuisio in species, ante Platōnis aetatem incognita	197.p
Factorum, id est, eorum quae facimus, magna diuersitas	209.m	Fortis iuxta Homerum	290.f	Generum omnium maxima ens, status & motus	191.m
Falsum an sit	670.f	Fortitudo quid	33.f 250.p 252.p	Generus animus minime irascitur	584.p
Falsa dicere quid	323.p	Fortitudinis natura	223.m	Genita partim animata, partim inanimata	201.m
Falsis redargutis facile uera apparere	119.m	Fortitudini cum quibus pugnandum	754.p	Genitum omne mortale	713.m
Falstas unde prouenit	194.p	Fortitudo & prudentia quomodo differant, & quomodo unum sint	912.p	Genitum ac factum, idem	88.f
Fame potentia	851.f	Fortiter pugnantis quae praemia	596.f	Genitum ex quibus constat	89.p
Familiaris administratio qualis sit	838.p	Fructuum leges	854.p	Geniturae humane & diuinae quis citius	633.f
Fascinatio ex oculis	411.p	Fucus quis coparetur apud Hestiodum	883.p	Genus & differentia quid	333.f
Fatum quid & quomodo se habeat	660.p	Fucus, apum examinis morbus	636.m	Genus est duplex duarum specierum, species dimidium	201.f 202.m
Fatu quod, et quod eius instrumentum	901.f	Fucorum duo genera	ibidem	Geometria an utilis	624.f
Febrium origo & species	734.f	Fugere in bello turpe	791.m	Geometria quomodo conducat philosophanti	625.p
Febrium sedes	422.f	Fugere uel fugare unde proueniat, non est semper certa ratio	755.f	Geometria duplex	101.f
Federicus Vrbinas, cur ita dictus	197.f	Fulgens color	726.m	Geometria discenda	925.m
Ferarum generatio	737.m	Functionem suam quisque administret	474.m	Gestus seu motus corporis duplices	840.f 841.p
Fidei uere quomodo oporteat	907.f	Fieri 67.p 68.m 75.f 79.f 143.m 176.m		Gignens quodcumque continere aliquid genito conueniens	524.p
Fides	628.p	Figura quid	16.f	Gignens & genitum, eiusdem esse naturae	312.m
Fieri 67.p 68.m 75.f 79.f 143.m 176.m		Figura aut melodia quae bona	765.m	Glacii generatio	722.m
Figura quid	16.f	Figurae quae pulchrae Socrati	99.m	Gladiatores ferē nunquam illustres in bello euadere	293.f
Figurae quae pulchrae Socrati	99.m	Filio institueno maxima omnium diligentia adhibenda	115.f	Glaucus marinus	669.m
Filio institueno maxima omnium diligentia adhibenda	115.f	Furor diuinus & eius species	176.p.m	Glaucis ars	518.f
Filio quomodo & quando accusare potest patrem	896.p	Furor diuinus & eius species	414.f 459.p	Glaucus, uir ad omnia fortissimus	545.m
Filio procreatio facilis, educatio difficilis	9.p	Furiosi in publicum non producendi	898.p	Glaucus color	726.m
Finitus in genere quae	87.f	Furti lex & poena	860.f 902.f	Gloria studium	433.m
Finitus & infinitis coeuntibus temporatum quiddam prouenit	88.m	Furti sciens susceptor quomodo puniendus	908.m	Gloriamur in his in quibus sapimus	123.f

x filius libens Carthaginiensis
 r. h. n. d. n. g. s. i. n. e. m. a. n. g. e.
 r. h. n. d. n. g. s. i. n. e. m. a. n. g. e.
 r. h. n. d. n. g. s. i. n. e. m. a. n. g. e.

INDEX

quod cur sit dicta 320.m
Gobrias magus 959.p
Gorgias Leontinus 12. p 14.m 108.m
460. p
Gorgie modestia 25.m
Gorgias pretulit arte dicendi cunctis artibus 102.p
Gorgias proficitur se ad quamcumque questionem responsum 338.m
Graeci semper pueri 705.f
Graecos esse cognatos 597.f
Grammatice 85. p
Grandinis generatio 722. m
Graue & leue 723.m 724.p
Gruum greges apud Thessalos pasci 203. p
Gubernatio recta 198.f 215.f 217.m
Gubernationes quaedam seditiones sunt 849. p
Gubernationum ciuiliu matres due 782. p
Gubernationes septem, earumque inter se collatio 219. f
Gubernationis ciuilis cuiusque est uox quaedam 939. p
Gubernationum ciuiliu genera quot 215.p 219. 230. 586. 632
Gubernatoris legitimi officium 337.p
Gustus 387.m
Gustus & tactus uoluptates 375.p
Guido Caualeas 408.m
Gygis anulus 546.f
Gymnasia, Platonis multa significat 840.m
Gymnastorum institutio 836.f
Gymnastica duplex 833.p
Gymnastica qualis conueniat pueris 566.f
Gymnastica circa qua uersetur 339.p 622.f
Gymnasticorum certaminu origo 590.p
Gymnicorum certaminum studium cur intermittatur 848.f
Huius unde dicta 321.p.m
Habitaciones ciuitatis 824. p 854. m
Hereditatem uni filioru tantum relinquendam 806.f
Hereditatis successio qualis 893. m 894.
Harmonia quid 84. f 423. m 557. f 763.p 768.p
Harmoniarum species quatuor 296.p 564. m
Harmonia musica duo genera 382. m

Handwritten notes at the bottom of the page.

INDEX

Handwritten note: Inimicus non esse male faciens 989

Honor corporis quis ibidem
Hore cur sic dicta 319.f
Hostes quomodo tractandi 597.m
Hostis cadauer expoliare, illiberale ibidem. f
Hostium agros an populari liceat ibidem. f
Hostis domesticus 190.m
Hymni 785.p
Litera I & d ueteribus in frequenti usu erant 323.p
Iamblichus 605.m
Icarus quid significet 313.p
Ibicus equus 66.p
Iccus Tarentinus 852.p
Ideas esse 488.f 718.m
Ideae cuius homini duae in sunt 446.f
Ideae, & ideae quarum rerum sunt 64. p. m
Ideas esse ignotas ibidem. f & 65.p
Ideae praestantia & utilitas in cognoscendis rebus 613.m
Idem 191.f
Idem & alterum, contraria adu u unde dicta 61.p
Iecineris sedes & natura 727.f
Ignari qui 160.p
Ignarus sui qua patitur 98.m
Ignis a Prometheo datus 207.m 232.f
Ignis uis 709.m & quid 717.m
Ignis multa genera 721.f
Ignis ne aliquis sit seorsum a materia 718. p
Ignis cur calidus 723.p
Ignoscendum quibus, & quibus non 893. f
Ignorantem sua, scrutari aliena ridiculum 443. m
Ignoranti qua poena conuenit 536.m
Ignorantia quid 650.f 651.p
Ignorantia duplex 883.m
Ignorantia quando sanabilis 20.m.f
Ignorantia causa admirationis 114.f
Ignorantia in disputando quomodo deprehendatur 34.m.f
Ignorantia quaedam bona, quaedam mala 45. m.f
Ignorantiae cognomina 98.p
Ignorantia potentum res deterrima, imbecillium ridicula 98.m
Ignorantia seu falsa opiniones qua cauere 125.m
Ignorantia quid, & qua ignorantia grauisima 180.p.m

Handwritten notes at the bottom of the page.

Inanimatus nec bona nec mala esse 499.f
Incantatio & oratoria conuenit 262.m
Indissolubile Platoni quid 489.p
Inesse quod alicui quid dicatur 73.p
Infamia graue supplicium 894.f
Infantes adhuc etiam exerceos 830.m 831. m
Infantium educatio 593.m
Inferorum iudices 374.p 372
Infinita idea 84.p
Infinita non est ratio ibidem f
Infinitum esse multa 87.m
Infinitum in genere qua ibidem f
Infinitae naturae signum ibidem
Ingenia qua disciplinis accommodata 628. f
Ingenij boni cause tres 739.m
Ingluuias & ebrietatis quid 447.p
Iniquissimus qui et miserimus 647.p
Iniquos qui non puniantur, esse miserimos; qui uero puniuntur, minus miseros 349. p 876. p
Iniuriarum species quinque 876. p
Iniuriam inferre peius esse quam pati 347.m 349.p m 944.f
Iniurie specie an inuite fiat 862.f 863
Iniuria lasciuia filia 781. f
Iniuriam nemini ullo modo inferendam 484. p
Iniurie necui fiat quod cauendum 365. m
Iniuriantem non posse beatu esse 348.m
Iniustitia quid 585.f 863.f
Iniustitia, summa ciuitatis corruptio 581. m
Iniustus infelix 766. f
Iniustus etiam aliquando inesse iustitiam 543.p
Iniustum neminem sponte esse 802.f
Insanabiles satius esse mori quam uiuere 865.m
Insania 167. p
Insuetudo sibi non conscia peccati 34.f
Insuetudo argumentu & indicium 275.m
Insuetudo maxima qua 780.p
Insuetudo qua maxime uituperanda 474. f
Insontem nemo bonus accusat 370. p
Instituendi ordo tam pueri quam iuuenis 610
Institutio sui & suorum imprimis inquirenda 9.m
Instrumentum rei 310. f
Instrumenta musica qua in repub. admittenda 564.f

INDEX

Intellectus non suapte natura inest ho- mini 405.p	ab alio didicit 295.m	Iustitia semper utilis 534.m
Intellectu esse cœli & terre regē 89.m	Indicatur quid cauendum 903.f	Iustitia & iniustitia opera 542.f
Intelligentia 618.p 718.m	Index quomodo eligendus 819.m 820.p	Iustitia premium 670.p
Intelligere quid 256.f	Iudicis officium 469.p 898.p	Iustitia harmonia quæ 585.f
Intelligibile duplex 134.f 615.m	Index cuius gratia sedeat 477.f	Iustitia nomine Plato complectitur o- mnes virtutes morales 4.f
Intemperantia quare dicta 653.p	Iudicis remedia aduersus malos 909.m	Iustus iniustum quantum superet uolu- ptate 651.f 652.p
Intemperantia ferè fieri ut medicis & iudicibus sit opus 567.m	Iudices apud inferos 480.m	Iustum aliud prodesse, aliud obesse, an liceat dicere 33.m
Intemperantia quæ mala pareat 222.p	Iudices qui sint, & quomodo iudicia fi- ant 860.p	Iustitiam quid 320.f 321.p 803.f
Intemperatus qualis sit 364.m	Iudici prudenti tria necessaria 769.f	Iusti mansueti sunt 368.p
Interfectores sui ipsorum, quales iudi- candi 867.f	Iudicium siue opinio plurimum 148.p	Iuueni & puero facile persuadetur 144.m
Interfectus quomodo ulciscatur inter- fectorem 864.m	Iudicia prepediētes quomodo plecten- di 908.m	Iuuenū cura sit præcipua 54.p
Interire quid 75.f 79.f	Iudicij recti impedimenta 371.p	Iuuenum cupiditates quales 941.f
Interrogantem oportet interrogatum sequi quacunq; ducat 59.m	Iudicia priuata & publica quomodo constituenda 909.p.m	Iuuenus in omnibus proficit 137.p
Interrogare facilius quàm respondere 535.f	Iudicia peruersa hominum 650.f	L abyrinthus 263.p
Interrogationes de omni re duas esse 880.f	Iudiciorum & fori ratio 819.p.m	Lacedæmon, Argi & Messene fœdus inierunt 777.f
Intestatorum quæ ratio habenda 893.f	Iudiciariam esse regis pedissequam & legum custodem 221.p	Lacedæmon breuitatis studiosa 757.m
Intestina eorumq; spiræ 728.m	Iumentum si damnum dederit quomo- do luat 899.p	Lacedæmoniorū origo et laudes 36.p.f
Inuidia nomen & natura quæ 98.p	Iumentorum aut etiam inanimatorum si quem occiderint, qualis sit pœna 867.f	Lacedæmonij quibus audiendis dele- centur 100.p
Inuidus uituperandus 802.f	Iuncturis ossium cur parum carnis su- perductum 729.m	Lacedæmoniorum oratio 47.m
Io Homericorum carminum interpres 168.p	Iunonis Argiue sacerdotes 957.f	Lacedæmoniorum philosophia, & di- cendi uehementia 241.f 242.p.m
Ioannes Caudacas 373.	Iupiter in cœlo 450.f 451.p	Lacedæmoniorum unica cura, ut om- nes nationes bello superent 293.f
Iocis honestis pueri instituēdi 577.p	Iupiter sophista 452.p	Lacedæmoniorū æquitas in eligendis magistratibus 743.p
Ioco quatenus utendum 898.f	Iupiter quid in patrem perpetraverit 55.m	Lacedæmoniorum sobrietas 52.m
Iolans Hercules nepos 265.f 507.m	Iupiter anima mundi 199.f	Lacedæmonios nō mutare legē 109.m
Iouis terminalis lex 853.p	Iuris administratores quales eligēdi 945.f	Lacene mulieres 837.m
Iouis filij tres 337.m	Iurifurandi quàm minimus sit usus, et quibus permittendum 905.f 906.p	Laconum pugna aduersus Perfas in Plateis 297.m
Iouis nature inesse mentem regiam & animam regiam 90.m	Iurifurandum decem regum Atlantidis 745.f 746.7	Lacones quibus uoluptatibus & ludis abstinere iusserint 754.f
Iouis sceptrum quid significet 52.f	Iuste agentes felices, iniuste agētes mi- seri 42.p 348.p	Laconum temperantia 755.m
Iouis stella 924.p	Iusti an iniusti melius agant 543.p	Laconice gubernatiōis descrip. 781.p
Ioui seruatori tertia patera consecraba- tur 279.p	Iustitia 236.m	Lachesis 659.m
Iouis & Saturni imperium 199.m	Iustum neminem sua sponte 549.f	Lachryma quid & quomodo eliciatur 726.p
quæ quætos cur sic appellatus 318.f	Iustitia quid Platoni 643.f	Ladi quid 2.m
Ira est uel consulto uel incōsulto 865.p	Iustitia imbuendi homines, etiam si false fiat 767.m	Ledere aliquē an liceat iusto 535.p
Ira natura 584.p.m 649.p 651.m	Iustitia quid 277.p 320.f 863.f	Lætitia exhilarans homines an sapiens iudicandus sit 764.f
Ira prudentis uiri qualis 97.f	Iustitia perfecta 752.f	Lampido Archidami uxor, Agidis ma- ter 37.m
Ira obsequens, quàm male agat 898	Iustitia inuestigatio 580.m	Lana coronare 564.p
agat cur sit uocata 317.m	Iustitia in quibus sita 581.p	Lanificium & eius partes 210.f
Iris cur Thaumantis filia dicta 141.p	Iustitia & iniustitia quomodo ciuitati instit 552.p	Lapides quomodo fiant 722.m
Iridis etymologia 318.f	Iustitia speculatrix ac uindex 867.m	Latone etymologia 318.p
Ismenias Polyceratis 23.p		Laudare
Isocratis laus 465.f		
Italæ luxus 940.f		
Iudicare quibus cum rebus conueniat 649.m		
Iudicet quis ea, quæ uel ipse inuenit, uel		

INDEX

Laudare quō & quos deceat 112.p	Leges quales sint 954.p	Luteus color 726.m
Laudatio proba quæ 373.f	Legumlatores qui fuerint apud diuer- sas nationes primi 49.p	Lutum quid 137.m
Laudandi ordo 523.f	Legumlatio ad quos pertinet & cur necessaria 216.p.m	Luxus damnatur 567.p
Laudandi recta ratio 52. 427.p	Legumlatores qui primi apud Græcos 51.m & 750.m	Lycurgus 664.p 953.m
Laudes ueræ quæ 290.m	Libera ciuitas, maxime serua 647.m	Lycurgus legislator 49.p 750.m
Laudibus seducuntur homines 522.f	Liberorum procreatio 826.m	Lycurgus & eius filij 434.p
Laurentius Medicus conuiuium Plato- nicum instituit 373.p	Liberos optare, res dubia 45.p	λυων, unde dicta 323.f
Legatus aut præco præter cōmissa ar- gēs quomodo plectendus 902.f	Libertatis nimia q̄ incōmoda 774.p	Lysie oratio cōtra amatores 444.p
Legitimum 51.p	Libertorum obsequium quod debeant dominis 889.f	Lysie oratio examinatur 458.p
Legitimum & lex in ordinatione ani- mi 263.p	Libertorum castigatio qualis sit 832.m	Lysias etiam inuitis suas orationes re- citauit 443
Lenē & asperum 324.p	Libertatis nimia, mala 953.f	λυσιδης unde dictum 322.f
Leontius Aglaonis 583.f	Libertorum obsequium quod debeant dominis 889.f	λυσιδης unde dictum 322.f
Lethæus campus 661.m 673.f	Legibus unde promanent 49.p	λυσιδης unde dictum 322.f
Lex quid, & lex uera 48.f 758.f	Lex opinio quedam 49.f	λυσιδης unde dictum 322.f
Legis species quatuor ibidem	Lex ueritatis inuētio 50.p 51.p	λυσιδης unde dictum 322.f
Leges unde promanent 49.p	Lex regia quid 51.p	λυσιδης unde dictum 322.f
Lex opinio quedam 49.f	Lex quorū antiquissima ib.m et 52.f	λυσιδης unde dictum 322.f
Lex ueritatis inuētio 50.p 51.p	Lex utilitatis gratia conditur 109.m	λυσιδης unde dictum 322.f
Lex regia quid 51.p	Leges uiolari nemo permittat 217.f	λυσιδης unde dictum 322.f
Lex quorū antiquissima ib.m et 52.f	Leges in futurum condantur 151.f	λυσιδης unde dictum 322.f
Lex utilitatis gratia conditur 109.m	Leges ciuitatis 234.f	λυσιδης unde dictum 322.f
Leges uiolari nemo permittat 217.f	Legibus non præficiendum imperium 218.f	λυσιδης unde dictum 322.f
Leges in futurum condantur 151.f	Leges esse ueritatis imitationes ibidem 216.f	λυσιδης unde dictum 322.f
Leges ciuitatis 234.f	Legis maiestas, iuxta Pindariū 353.f	λυσιδης unde dictum 322.f
Legibus non præficiendum imperium 218.f	Legū ueneratio & autoritas 485.m	λυσιδης unde dictum 322.f
Leges esse ueritatis imitationes ibidem 216.f	Legum corruptor, qualis uir 486.m	λυσιδης unde dictum 322.f
Legis maiestas, iuxta Pindariū 353.f	Legum origo 546.m	λυσιδης unde dictum 322.f
Legū ueneratio & autoritas 485.m	Leges non belli causa latas esse, & cu- ius gratia seruæ sint 751.p.f 870.f	λυσιδης unde dictum 322.f
Legum corruptor, qualis uir 486.m	Legumlator ad que debeat respicere 653.p & 785.f 863.p	λυσιδης unde dictum 322.f
Legum origo 546.m	Leges quis recte ferat 791.p	λυσιδης unde dictum 322.f
Leges non belli causa latas esse, & cu- ius gratia seruæ sint 751.p.f 870.f	Leges quibus producantur 792.m	λυσιδης unde dictum 322.f
Legumlator ad que debeat respicere 653.p & 785.f 863.p	Leges quō facillime mutantur 793.m	λυσιδης unde dictum 322.f
Leges quis recte ferat 791.p	Leges secundum naturam sunt conden- de 797.f	λυσιδης unde dictum 322.f
Leges quibus producantur 792.m	Legum custos 814.m	λυσιδης unde dictum 322.f
Leges quō facillime mutantur 793.m	Leges temporis successione emendari 820.m	λυσιδης unde dictum 322.f
Leges secundum naturam sunt conden- de 797.f	Legumlatoris officium 844.p 861.f	λυσιδης unde dictum 322.f
Legum custos 814.m	Legum euerfor 860.m	λυσιδης unde dictum 322.f
Leges temporis successione emendari 820.m	Legum optimarum officium 865.p	λυσιδης unde dictum 322.f
Legumlatoris officium 844.p 861.f	Legum species quinq; 864.p	λυσιδης unde dictum 322.f
Legum euerfor 860.m	Leges ciuitatum cur aberrent 911.f	λυσιδης unde dictum 322.f
Legum optimarum officium 865.p	Legum omnium fundamenta 912.m	λυσιδης unde dictum 322.f
Legum species quinq; 864.p	Legum administratores quales eligēdi 945.f	λυσιδης unde dictum 322.f
Leges ciuitatum cur aberrent 911.f		λυσιδης unde dictum 322.f
Legum omnium fundamenta 912.m		λυσιδης unde dictum 322.f
Legum administratores quales eligēdi 945.f		λυσιδης unde dictum 322.f

magistratus viri abstinere 772
magistratus uisus plura apparere 808

Manes curam habere eorum qui ex i/psis nati sunt 895.p
 uerum & uerum 449.f
 Manifesta & confessio apud omnes, in questionem uocare dementis 257.p
 Mare nihil dignum profert 517.m
 Margites 47.p
 Maro procliuior ad Venerem 399.f
 Marfyas primus tibi leges imposuit 51.m
 Marfyas satyrus 434.m
 Marfya excoxiati pellis in utrem uersa 260.m
 Martis stella 924.p
 Mater, apud physicos materia est ibid.
 Materia quid & qualis &c. 717.f
 Materia dependentia ab ipso bono 677.f
 Materia, qualis ante mundum conditum
 Materie motus qualis 376.f. (679.m
 Mathematica disciplina ab actione liber, cognitione tantum exhibet 200.m
 Mathematica disciplina efficacia 27.f
 Mathematicarum disciplinarum necessitas 925.m
 Matrimonium coeant inter dissimiles
 Mechanici qui dicantur 7.m (822.p
 Media inter bona & mala non esse bona nisi adit uirtus 17.f
 Medium quid 70.m
 Medicina quid 423.p
 Medicina quare sit ars 345.m 361.m
 Medicina ad quid sit utilis 919.m
 Medicina ut nunc est, quando coeperit 567.f
 Medicina praecepta quaedam 280.f
 Medicina debilitas 101.m
 Medici quomodo periti euadere possunt 569.p
 Medicis licet impune occidere 864.m
 Medici quantum circa aegrotos nouerint 299.p
 Meditatio quid 433.p
 Medulla genitalis 730.f
 Medulla generatio & eius uis in ossibus 728
 Melancholia unde proueniat 399.m
 Melles citharodus 362.p
 Melius & deterius quid sit, homines disceptant 147.f
 Melius in unoquoque studio quid 30.m
 Melissaorum Parmenicorum opinio
 Melitus Pittheus 53.f (152.f
 Melitus, Anytus & Lycon accusatores Socratis 472.p

Melodiam ex tribus constare 564.m
 Membrorum corporis humani quae forma & officia 715.p
 Meminisse quorum uelis, ea non scribas
 Memoria quid 91.f (936.p
 Memoria quando ad sit 146.p
 Memoria quae tenax in pueritia 707.m
 Memoria, Musarum mater 158.p
 Memores & acuti qui 159.f
 Mendacium quid & quotuplex 556.f
 Mendacium aliquando utile licitumque 556.f 560.p
 Mendacium & diis & hominibus odiosum
 Mendax 270.m (545.f 556.f
 Mentis sponte, an inuitus grauius peccet 270.f 275.m
 Mentiri quomodo, & quibus liceat, ac quomodo metiens puniendus 560.m
 Mendicus non sit in republica 899.p
 Mendicis nulla uirtutis cura 638.p
 Mendici ubi illic fures, latrones & omnium scelorum autores esse 636.m
 Memoris ambiguitas circa inquisitionem eius quod nescitur 18.f
 Mens quid 90.m 176.m
 Mens dei 168.m 199.f
 Mens mundi ibid. & 199.f
 Mens animae mundi 168.m
 Mens quibus ad sit, & quibus non 189.p
 Mens summo bono cognatio & similior quam uoluptas 86.f
 Mens aut est ipsa ueritas, aut similitudo 105.m
 Mente & scientia nihil moderatius ibi
 Mentis qui optimi custodes 639.f
 Mentis alienatio duplex 410.p
 Mensura 84.f
 Mcreatores 214.p 551.p
 Mercatura 178.p
 Mercenarij qui 552.p
 Merces quas importare aut exportare regioni liceat 855.p
 Mercedem qui pauperi non dederit in tempore, quomodo multatus 892.f
 Mercurius diuina uoluntatis interpret
 Mercurij stella 924.p (225.m
 Mercurij nomine cur suos libros inscripserint philosophi 616.f
 Metallorum generatio 722.p
 Metalla planetis dicata 738.m
 Metaphysica uide Dialectica
 Metus quid 30.m
 Metus & pudor custodes sufficientes 595.m
 Metum & non meum, quam uim in ciui

tate habeant haec uoces 594.m
 Miccus Socratis socius 121.m
 Midias coturnicum nutritor 35.f
 Milciades 368.p
 Miles qualis sit 545.p
 Militare qui debeant 596.p
 Militares habitationes quales sunt, & quales possessiones 572.p
 Militarem scientiam subiectam esse ciuili 221.p
 Militaria leges 903.p 904.m
 Minerua 225.p
 Minerua descriptio 675.f
 Minos 959.m
 Minus uel uis cur mensis dicitur 319.m
 Minos legislator 49.p 51.m 750.m 753.m
 Minos coegit Atticam ad deditos ferptem pueros 791.p
 Minois laudes 51.f 52.m 371.p
 Misericordiam quaedam, & quaedam non 190.f
 Misericordia quis dignus 898.f
 Mithecius rei coquinaria scriptor 368.f
 Mixtio quae minime utilis 105.p
 Mixtio dicata Dionysio & Vulcano 103.f
 Mixtum 87.p 88.p 90.f
 Mnemosyne dea 740.f
 Mvhuu unde dicitur 331.m
 Modestia fortitudini iungenda 223.f
 Modesti habentur stolidi 569.p
 Modestis uiris plurimi faciendum esse pecuniam 533
 Modestorum natura qualis 222.p
 Molestia quid 90.f
 Momentum in diuiduum 76.p
 Momentum medium motus & quietis ibidem
 Momus 602.f
 Monarchia quando bona, quando mala 220.p
 Monarchia umbra sub Octauiano 198.f
 Morbus est in excedente uel cessante qualitate 88.m
 Morbum inferre quid 586.p
 Morbi contagiosi qui 411.m
 Morborum animi origo 734.f
 Morbi corporis unde nascantur 732.f
 Morbi corrigendi diligentia uicibus 736.m
 Morborum omnium cura generalis 413.f
 Mores mali 224.p

Mori nullus, nisi rationis expertus timet 370.f
 Moriendum pro patria 821.p
 Morientium stulte querela 893.p
 Mors quid 371.m 480.p 494.f
 Mors, res optima 957.f
 Mors quae facillima 732.f
 Mors, malorum minimum 859.f
 Mortem timens, qualis sit uir 496.f
 Mortis proborum quis honor 597.p
 Mortis timor excutiendus 558.p
 Mortuos non lugendos 558.f
 Mortem sibi ipsi inferre nephas 495.m
 Mortem nec ad uiuos nec ad mortuos pertinere 958.m
 Mortis bona ibidem f
 Mortis metus abijciendus 488.f 558.p
 Mortui quomodo indicentur 670.f
 Mortui qui laudandi 835.f
 Mortuis qualia monumenta extruenda 796.m
 Mortuorum esse sensum aliquem rerum nostrarum 934.f
 Motionum distinctio 131.m
 Motus primus, generatio prima, anima idem 881.p
 Motus quarum rerum sit 958.
 Motus dupliciter sit 66.f. 129.f. 131.m 153.p. 141.m. 626.f
 Motus circularis qualis 67.p
 Motus pacificus 841.p
 Motus localis species septem 710.p
 Motuum quis optimus 736.p
 Motuum decem quis praestantissimus ualidissimusque 880.p
 De Motibus inibi multa
 Motum & statum non misceri 190.p
 Motu et fieri et conseruari omnia 129.f
 Mouere seipsum quod possit 205.p
 Moueri omnia 129.f. 188.f. 316.m
 Moyses legislator 49.p
 Mulieres uirilibus negotijs exercendas 837.p
 Mulieres circa Pontum militare ibidem
 Mulierem ex mare fieri ortu secundo, poena peccati 714.p
 Mulieres aequae ut uiros bello utiles esse 951.m. 741.f
 Mulieres cur armis assuefactae 840.f
 Multitudinis ad unum reductio 106.m
 Multitudinem non posse gubernare 117.m
 Mundus quid significet 374.p
 Mundi constitutio ex quibus 90.p
 Mundi figura quid 150.f
 Mundi corpus 395.p

Mundi machina reuolutio 205.m
 Mundi principes tres 377.f
 Mundi anima Iupiter 441.p
 Mundi creatio 708.p. 709.p. m. f 716.m. f
 Mundi definitio 709.p
 Mundus unus an plures ibidem
 Mundum incorruptibilem esse ibid. f
 Mundi habere supra se tres causas, ac de pedere a causa incorp. 676. f 677. p
 Munera et corruptela ueridic. 560. f
 Musa quae pulcherrima 765.m
 Musa & musica cur sic dicta 318.p
 Musas Memoriaeque inuocare poetarum 255.f
 Musa quae Platonis significet, et earum nomina
 Musae nouem, noue concentus (255.f calorum 394.p
 Musae dulces dictae 446.
 Museus & Orpheus filij lunae & Musica quid 413.m (Saru 549.
 Musica usuraria & sine mensura 101.m
 Musica gymnastica conuulgenda, & cur hominibus datae a deo 558. m. 569.f
 Musica qua uoluptate iudicanda 765.m
 Musica quae communiter significet 749.f
 Musica praepostera taxatur 626.f
 Musica circa qua uerfetur 359.p
 Musicam pueris conuenire 839.p
 Musicae elementa 165
 Musicae distinctio apud Athenienses
 Muta litera septem 163.f (784.f
 Mutatio quae antiquissima et potentissima 880.m
 Mutatio assidua in corpore & anima 433.p
 Mutationem esse motum 79.p
 Mutationes magnas adferre uoluptates & dolores, mediocres autem exiguas minime 95.f
 Mutationes fieri in omnibus rebus per se silentissimum 833.f 834.p
 Mutationem aliunde quae non sustineant 556.p
 Mutationis regnorum, rerum, & ceterarum rerum humanarum quae causa ueretur unde dicta 321.f (774.m. f
 Mysterium 167.f
 N Arcisi fabulae interpretatio
 Narratio 563.f (406.m
 Natura 167.m 174.m
 Natura quid & qualis 747.f
 Natura diuinitatis instrumentum 674.m
 Natura hominum qualis olim fuerit 383.m

Naturae descriptio 658.f
 Naturae quata cum fato cognatio 659.p
 Naturae ratio 461.f
 Naturae motus qualis 376.f
 Naturae cuiuscumque suus honor tribuetur 572.p
 Naturales res opera dei 175.p
 Nauigantem nec inter uiuos, nec inter mortuos censeri 957.f 958.p
 Necessaria quae sunt turpe nescire 842.m
 Necessitas diuina quae 842.m
 Necessitas Parcarum mater 659.p 672.p
 Necessitas omnibus in rebus cuique grauis 448.p
 Necessitatis deae instrumenta 671.f
 Negatio quando contrarium non significat 192.m
 Negligentiae duae sunt causae 883.p
 Nemesis 796.p
 Neptunus Atlanticae insulae praefectus quod eam filijs suis partitus sit 743.p
 Neruis, eorumque natura 729.p. m
 Neptuni statua in Atlantide 744.m
 Neptuni filij decem quomodo uocati 743.m
 Nescire an aliquis possit, quod aliquando sciuit, & adhuc memoria tenet, 144.f 145.m
 Nescire si nos rem nouerimus non eramus 34.m
 Neurium propter mali sensum sit amicum bono gratia boni 127.m
 Nicias Nicerati filius 348.m
 Nigrum quod 726.p
 Nihil esse inuisibile, opinio quorundam 141.m
 Nihil secundum se ipsum unum aliquid esse 129.f 130. 193. 141. 143.m
 Nitri generatio 722.m
 Niuis generatio 722.m
 Nocere alicui non esse opus iusti 535.m
 Nolumus quod passim agimus, sed id uolumus cuius gratia agimus 346.m
 Nomen quid 194.f
 Nomen qui uerbo connectit loquitur 195.p
 Nomen pars minima orationis 309.p
 Nomen rei ipsius est declaratio 329.f
 Nomen uerum quid 304.f 305.f
 Nomen rei ipsius imitatio quaedam 328.m
 Nomen quale instrumentum 310.m
 Nominum institutor rarior quouis alio artifice 310.f

I N D E X

Nomina natura rebus cōpetere 311 p. Nominum institutio unde 306.m. Nomina pulcherrima pulcherrimis rebus attribuenda 102.f. Nominū non profusū similia rebus quibus congruunt 329.m. Nominū recta ratio in quibus sita 325.p. Nomen quomodo imitatio uocis dicatur 325.m. Nomina uetera distracta esse & confusa 321.f. Nominū primi autores uiri acuti 316.p. Nominū originis opinio triplex 307.f. Nomina quare plerumq; indantur pueris 314.p. Nominum quæ uis 330.f. Nomen non temere nomen mentis proximum est sortitus 909.m. Non ens 78.p.f. 79.m.f. 183.f. 184.p. Non ens in quibus sit 192.m. Non ens quod sit 193.p. Nō ens incogitabile et ineffabile 184.p. Non neq; 192.f. Non se te ipsum 7.f. 41.p. 284.p. Nonas leges ferenti nemo non reclusus 778.p. 813.p.m. Nomenarius numerus 748.p. Numerare quid 161.m. Numerare possunt quæ discere possunt 920.p. Numerus quid 618.f. Numerus q; aptus ad plurimas distributiones 805.f. 821.p. Numerus linearis, superficialis & solidus 657.f. Numeri & qualitatis disparatio 307.f. Numero Platonis obscurus, quid Ciceroni 632.p. Numeri in cognoscendis rebus prestantia 920.p. Numerum unde discimus ibidem.m. Numinis contemptus 876.p. Nuptiæ quæ & quando contrahendæ Nuptiarū & matrimoniorū (821.f. modus 593.p. Nuptiale conuiuium quale sit 822.f. Nuptiis quæ ætas conueniens 827.p. Nutricum officium 830.f. Oblata temere accipere, nō esse tutum 44.f. Oblatio quid 915.f. 433.p. 500.m. Obloqui & conuiciari, indecorum philosopho 611.m. Obstetrices quales sunt, & quare nolint esse pronubæ 138.m.f.

Occidere impune qui uis liceat 864.m. Occidere impune quos liceat 868.p. Occidentē iniuste, esse miserabilem; iuste occidentis conditionem non optandam 347.p. Oceanus 490.f. 518.f. Odonarius numerus 574.p. Odonarius numerus cur solidus dicatur 858.m. Oculus seipsum non cernit 41.p. Oculis quæ necessaria ut uideat 107.f. Oculi uulgarū animarū radios diuinitatis suscipere nequeunt 171.p. Oculorum contagium 410.f. Oculorum fascinatio 411.p. Oculorum uis & officium & cætera 715.m. 716.p. Occumbentium in prælio quæ præmia 597.p. Odas reuera esse & uoluntas 765.f. Odi hominum unde 383.p. Odoris descriptio 725.m. Odium unde dicta 323.f. Oeconomus 7.f. Ocedipi imprecatio 43.m. 896.f. Officia erga patriam, peregrinos, & supplices 802.p.m. Oisus unde dicta 324.p. Oisostix & diuinitas 449.f. Olei natura 238.p. Olfactus 387.m. Olympus Phrygius 51.m. Olympus tibericus 434.f. Omne & totum an idem 134.p. 164.p. Omne & omnia an idem 164.p. Omnia semp̄ omni motu moueri 153.m. Omnia omnibus esse similiter, ac semp̄ per sententia Eutydemii 309.f. Omoia unde dictum 324.m. Opificis sublunaris propria 174.m. Opificum dii & leges 89.p.m. Opinari 93.p. 130.f. 157.m. Opinari di modi 156.p. Opinetur ne quisquam quod non est, 156.m. Opinari & cognoscere quomodo differant 166.m. Opiniones etiam ignorantis posse esse ueras 21.p. Opiniones ueræ quomodo fiant scientiæ 21.m. Opinio recta & scientia differunt 26.p. Opinio recta est reminiscētia ibidem. Opinio uera 94.p. 131.p.

Opinio falsa 94.m. 132.m. 133.p. 185.p. Opinio omnis uera, paradoxon Protogora 130.f. 144.p. 152.p. Opinioni falsæ species duæ 133.p. Opinio quando est 155.f. Opinio duplex 156.p. 195.f. Opinio falsa quibus non est, & in quibus esse uidetur 159.m. Opinioni falsæ qui additi 160.p. Opinio quedam recta cū ratione est, quæ non est scientia 165.f. Opinio 167.m. 195.m. 601.p. 628.p. Opinio falsa maximū malū homini 341.f. Opinio recta, media inter sapientiā & ignorantiam 430.m. Opinioni duplicis duplex è mente egressus 570.f. Opinio circa quæ uersetur 600.f. Opinio media inter cognitionem & ignorantiam 601.m. Optimum & pessimum nosse, eiusdem 511.m. Opulentia quæ mala comitentur 575.f. Opus alicuius dici uirtutem alicuius 543.m. Oratio est ex genere τῶν ὀντων 193.f. Oratio quid 194.f. 195.m. 328.f. Orationis qualitas 195.p. Oratio unde primum struatur 326.p. Orationis species tres 557.m. Orationis substantia 163.p. Oris officium 729.f. Orationis pulchritudo 441.f. Oratio funebris 523.f. Orationis rhetorice partes 459.f. Orator legitimus 333.m. Orator rectus qualis debeat esse 364.f. Oratores clari 460.p. Orator uerus quis, & quō fiat 441.f. Oratori quæ necessaria 442.p. Oratores nunquam fuisse bonos uiros 368.p. Oratores quō decipere soliti 523.p. Oratores quos Plato reiciat 333.p. Oratorū in decipendo sollicitudo 149.p. Oratorie facultatis maiestas 220.m. Oratoria quomodo à ciuili distinguantur ibidem.f. Oratoriam sine ueritate ridiculam esse 457.f. Oratorie considerationem esse duplicem 334.m. Oratoria & incantationis eadem uis 262.m. Orborum quæ cura habenda 897.f. 894. 895

Demodo in p. ab unia hinc & ibidem

I N D E X

Orbos affligens quomodo multandus 892.f. Ordo in rebus sectandus 362.f. 363. 364.p. Orchestis etymologia 313.p. Orphanos, uide orbos 419.f. Orpheus carpitur 825.f. Orphica uita 328.f. Ostendere quid 140.p. Otium perire omnia 883.m. Otium unde nascatur 316.p. 324.m. Otium, otia, otia 316.p. 324.m. Pacis aut belli autor incerta sit ciuitate, quō plectendus 908.m. Pedagoga descriptio 838.m. Pædōtribæ officium 51.m. Pæon 785.p. Palamedis Eleatis quanta eloquentia 457.m. Palladis etymologia 318.m. Pallidus color 726.m. Palpebræ 715.m. Pan Mercurij filius cur biformis, & cur ita dictus 307.m. 319.p. Pan numerus quis 58.f. Paracarum nomina, ordo, stabilitasq; 910.f. 922.p. Parca tres, & quæ 659.p.m.f. 672.p. Parmenides sententiæ de nō ente 183.m. Parmenides interrogando disputabat Parentū cultus 896.f. (175.f. Parentum uoā aduersus liberos sepe à dijs exaudiri 896.f. Parentum aut maiorum gloria se iactare turpissimum 528.m. Parentes non cogendos, nisi mente fuerint alienati 943.p. Parêtes qui pulsauerint quomodo multandi 871.p. Parentū neglectorib; quid lex minetur 766.f. Paricidij pœna 865.f. 867.m.f. (897.p. Pars quid 66.m. Pars non est multorum, sed totius 76.f. Pars et species quō differat 202.m. Passio & actio quibus competat 384.m. Passionem esse corporis 92.p. Paterfamilias cur non metuat multitudine seruorum 648.p. Pati per partes 67.p. Patrie mores quō reprehēdēdi 943.p. Patriam parentibus præferendam, eiq; in omnibus obsequendum 485.m. Patrie cultura 806.f. Patrie defensorib; qd debeat 522.m. Pauperi mercedem qui non in tempo-

re dederit, quō multandus 892.f. Pauperiorem honorandū, & societate cum eo inuendam 821.f. Paupertas in quibus sita 805.p. Paupertatis mala 891.f. Paupertatem quæ mala comitentur 575.f. Peccandi cause tres 863.m. Peccare malitia an ignorantia et impotentia, grauius 270.f. Peccatum uoluntarium an inuitum sit grauius 275.m.f. Peccata quæ sanabilia, quæ nō 490.f. Peccatorum duo genera & duplex pœna 371.f. Peccatorum in deū genera sex 886.p. Pecuniarum gratia fieri omnia 495.f. Pecunia mutuo accepta sine usura reddenda 892.f. Pelæus Acæci filius 10.m. Pelopis etymologia 313.m. Pena 397.m. 431.p. Pœna iusta, medicina est improbitatis 351.m. Peregrinari cui liceat, & quare peregrinationes fiant 906.f. Peregrinantium genera quatuor 907.m. Peregrinarum regionū spectator qualis sit 907.p. Peregrini apud Nilum quomodo pellebantur 907.f. Peregrinorum consuetudo noxia, & quatenus recipienda 96.m. Perfectio duplex 386.f. Perfectio absoluta quæ 381.m. Perianther Cypseli 10.m. Pericles Xanthippi 11.p. 24.f. 28.m. 34.f. 231.f. 348.m. Pericles Aspasiæ discipulus in rhetorica 523.p. Pericles Anaxagoræ auditor peiffissimus orator 461.p. Peritia quo differat ab arte 345.m. Peritia multarū rerum male comparata, peior imperitia 842.f. Peritiā ars, imperitiā fortuna comitatur 338.m. Persarum origo unde 56.p. Persarum opulentia 37.p. Persæ quomodo uino utantur 755.f. Persarum regum educatio qualis & quot præceptores 36.p.m. Persarum imperium quale diu fuerit 782.p.

F. perenni in hospitalitate. Non minus in bonis. Non minus in malis. Non minus in gloria. Non minus in tribulatione. NN 3

INDEX

Philosophus Platonicus tria consideret 373.f
 Philosophi cognomen cui conueniat 465.m
 Philosophantibus quæ communiter obijciantur 471.f
 Philosophantis studium quid 487.f
 Philosopho cur mors optanda 494.m
 Philosophorum meditatio quæ 496.m
 Philosophus & discipuli studiosus idem 554.p
 Philosophus ciuitatis custos optimus ibidem
 Philosophis quibusdam communia 587.p
 Phis quis & qualis 599.f 649.m
 Philosophorum ingenij propria quæ 604.m
 Philosophi cur inuitiles ad rep. 606.m
 Philosophi non ueri 607.m
 Philosophi instrumenta 649.f
 Philosophi cur cõuictis ipetantur 933.f
 Philosophia quid 7.m
 Ad Philosophiam qui inuitiles 5.p
 Philosophia principium 141.p
 Philosophia sermones acris quam uiperam mordere 437.f
 Philosophie considerationes quales 504.p
 Philosophia moralis temp. administrantia necessaria 521.m
 Phlegeton fluuius 490.f 518.f
 Phrenes 727.p
 Phronesis cur sic dicta 320.m
 Phthongus quid 557.f 563.m
 Picturæ nullus terminus 820.m
 Picturæ & scripturæ quis defectus 464.p
 Pictoribus Aegyptijs olim non licuisse nouas figuras, sed patrias tantum fingere 764.m
 Pietas in deum, uirtutum omnium præstantissima 924.f
 Pigritia unde nascatur 883.m
 Pisces apud Nilum mansuescere 203.p
 Piscandi uaria genera 176.f
 Pissos unde dicatur 331.m
 Pirithous 561.p
 Pittacus 108.p
 Placæ ciuitati Boemorum olim fuisse omnia communia 587.p
 Planetarum erratio et eorum orbis 712.p
 Platonis genus, educationem, eruditio nem, uitam, scripta & mortem, uide in uita eius Operi præmissa
 Plato quibus argumentorum generibus utatur 13.m
 Platonis uolunt 407.m
 Plato quibus oraculis potissimum fidat 465.p
 Platonis auditores quod primum afficiantur 935.m
 Plato arguit Dionysium mædaci 936.m 938.p
 Plato cur nunquam populo consuluerit in sua patria 939.m
 Platonis prima profectio 940.f
 Plato uocatur & adit Sicilia 941.p.m
 Plato quomodo habitus à Dionysio 942.m 944.p
 Plato quibus consuluerit, & quibus nõ 943.p
 Plato quomodo secundo uocatus ad Sicilia per Dionysium 946.m.f
 Plato quod offenderit Dionysium, & quod manus ipsius effugerit 951.m.f
 Plato quos scriptores, & quatenus reijciat 333.m
 Platonica salutatio in epistolis 936.m
 Platonica familia qualis 375.f
 Platonem & humano & diuino ingenio fuisse præditum 747.p
 Plato qua etate mortuus 373.p
 Platoniorum dictionum uis 656.p
 Ploratus soli homini ex animalibus datus 831.f
 Pluto disertissimus sophista 317.p
 Pluto cur sic dictus 316.f
 Plutonis regia 959.p
 Poenæ cur malis infligantur 897.f
 Poetis, poetæ 432.p
 Poesim esse aut per imitationem, aut per enunciationem, aut utrunque, 562.m
 Poesis quæ recipienda 667.m
 Poesis & philosophiæ uetus diffensio ibidem
 Poesis ænigmatum plena est 47.p
 Poeta qualis res 170.f
 Poetæ quædo legendi aut audiendi 560.f
 Poetis quæ lex præscribenda 855.f
 Poetæ quæ debeant cantare 766.p
 Poetarum qui laudare & uituperare queant 847.f
 Poetas diuinum esse genus, & dijs agitari 776.f
 Poetas non offendendos 52.f
 Poetas non esse mentis compotes cum in Musa tripode sedent 797.p
 Poetas, patres & duces sapientiæ esse 125.m
 Poetas non sapientiæ sed diuinitus agitari 471
 Poetarum dicta in laudem iustitiæ 548.p
 Poetas multum errare 769.f 770.p
 Poetæ proba petitio à deo 45.p
 Poetæ appellatio cui conueniat 465.m
 Poetarum dicta de inferis non audientur 558.m
 Poetica Musica coloribus spoliata qualis sit 664.f
 Poeticæ imitationis utilitas 665.f 666.m
 Poeticas fores inuisit Musis frustra adiri 450.p
 Poeticus furor 167.f 168.p
 Polus agrigentinus 12.p
 Polus rhetor 460.p
 Polygnotus Aglaophontis 170.m
 Pompilius legislator 49.p
 Popularis gubernationis descriptio 637.m 638
 Populus, quid & quale 641.f 642.p
 Porus consilij filius 397.p.m 431.p
 Positio aut credenda aut reprobanda 193.m
 Ποσειδών cur sic dictus 316.f
 Potens quis 272.f
 Potens nõ simpliciter pulchrum 115.p
 Potentia quid 600.f
 Potentiam habere & facere quod quis uelit, non idem 346.p
 Potestas maxima quæ 335.
 Ποσειδών unde dicatur 324.p
 Potus quid 3.f
 Præceptoribus bonis quid oporteat inesse 51.f
 Præcepta studiosis obseruanda 271.p
 Prægnantes quomodo fetui imaginem imprimant 412.f
 Prægnantes mulieres ambulent 830.f
 In Prælijs quæ minime capiantur 439.m
 Præscriptionis ratio 908.p
 Prætorum & iudicis munus 221.p
 Præta platonice quæ dicantur 657.f
 Præuicacitatem effugere difficilius quam mortem 479.m
 Præcandum quid 779.m
 Princeps bonus subditorum commodis studet 558.f 559.f
 Principes quales sint & quomodo examinandi 612.m
 Principes prouidentes ne unquam delinquant quo fiat 217.m
 Principum sit præcipua cura natorum 572.p
 Principibus ciuitatis quis honor post mortem habendus 631.p
 Principatus apud Dionysium Areopagi tam 8.f

principium & scilicet medicina 832 INDEX

Principatus magnos non constituentur dos 781.f
 Principatus uel acquisiti quales 795.p
 Principio aliquo statuendo multa distulerere oportet 351.m
 Principium esse sine ortu & sine interitu 450.m
 Priscarum rerum inuestigatio quando cepit 741.f
 Priscorum sapientiam minime uerbo, sam 226.m
 Prisci nobis & præstantiores, & dijs propinquiores 84.p 108.m
 Probi et improbi 643.f
 Probare & laudare quomodo differunt 239.f
 Prodicus Chius 22.p 15.f 108.m 230.p 300.p 664.m
 Prodicus sapientia 241.p
 Prodicus gratis nemine docebat 957.p
 Prodigiū circa Atræi Thyestisq; litatem 204.f
 Proditiolex lex 860.f
 Progressus quis melior 212.f
 Prometheus 225.p 232.p.m
 Prometheus donum deorum ad homines pertulit 84.p
 Proemium quid 459.f
 Prophani qui 141.p
 Propheta apud inferos 672.m
 Propheta uaticiniorum interpretes 728.p
 Propria & aliena apud Hesiodum 285.f
 Proprium cuique maxime, quod optimum 651.f
 Protagoras Abderites 664.m
 Protagoras qualis orator 460.p
 Protagoras primus sapientiæ docedam mercedem accepit 244.f
 Protagoras quomodo mercedem à suis discipulis exegerit 235.m
 Protagoræ discipuli celebriores 229.f & 230
 Protagoram docuisse plus quam quadraginta annos 23.f
 Protagoras ante Gorgiam & Prodicum 108.f
 Protagoras taxatur 130.f 144.p 148.p
 Proteus 174.p
 Proteus Aegyptius, sophista 261.f
 Prouincia ab ornamentis regina appellata 37.p
 Prudentia quid 226.f
 Prudentia caput & dux reliquarum uirtutum 773.p
 Prudentia triplex ueterib; Theologis 466.p
 Prudentiam aut uirtutem totam, aut partem uirtutis esse 22.f
 Prudentia quantum fidei & dignitatis afferat 123.f
 Prudentia & ceterarum uirtutum quæ obstacula 940.f
 Prudentiam & astutiam tam apud deos quam homines honorari 48.m
 Prudens quis appellandus 46.m
 Prudentes qui 44.m 48.p
 Prudentis opus 728.p
 Prudentem inter & imprudentem nõ esse medium 43.f
 Prudenter loquens & fortiter agens diligendus 269.f
 Pruina generatio 722.m
 Psetta pisciculi 425.m
 Psettes unde dictum 524.m
 Psettes cur dicatur 315.m
 Psettes, quales literæ 327.p
 Publica amicitia & publica iustitia 28.p
 Publica conuenticula qui neglexerit puniatur 906.p
 Pudor, quid 759.f
 Pudor adulescentes decet 281.f
 Pudor in sit omnibus ut lex 233.p
 Pudoris proprietas 375.p.m
 Pueliarum separatio 832.f
 Pueri quo pacto docendi 629.m
 Puerorum disciplina quæ 833.p
 Pueris pulchra nomina inuadenda 9.f
 Puerorum ingeniorum studia quæ ibidem 234.p
 Pueri ambidextrum sint instituantur 831.f
 Pueris quæ & quales fabulæ recitandæ 554.f
 Puer omni bestia intractabilior 838.m
 Pueri bellorum sint spectatores, et quo modo 596.m.f
 Puerorum spem in euentu esse sitam 421.p
 Pugnâ & uictoriâ nõ optanda, sed eligendam propter pacem 748.f
 Pugnæ nauales non esse uirtute pares pedestribus 791.f
 Pulchritudo quid 591.p
 Pulchritudo 105.p 107.m
 Pulchritudo uniuersalis quæ 389.m
 Pulchritudo corporis & animi quid 380.f
 Pulchritudinis descriptio 454.m
 Pulchritudinis proprium 376.p
 Pulchri proprietates 116.m
 Pulchrum quid 107.p
 Pulchra quæ sunt 349.f
 Pulchrum omne, esse etiam bonum 34.p
 Pulchrum ad bonum ideam patris cuiusquam inuolam habet 115
 Pulchra quæ sunt, ipso pulchro pulchritudine abraunt 512.f
 Pulmo qualis 727.m
 Punienti quæ sit discretio 897.f
 Punius ob scelus, prauitate animæ liberatur 48.p 350.f
 Purgatio duplex medicis probatis 488.p
 Purgationis species duæ 179.f
 Purgationis corporis diuersæ 736.p
 Purificatio animi in quo consistat 796.p
 Purpureus color 726.m
 Pusillanimitas 64.f
 Putare fallax, intelligere difficile quid dam esse 955.f
 Putare cur ignis dictus 319.f
 Pyriphlegethon 518.f
 Pyrrhiche 841.p.m
 Pythagoras 66.p
 Pythocles Chius 230.m
 Quæreret suum in domo aliena quomodo liceat 908.p
 Quæstionum analyticarum ordo 5.m
 Quæstorum constitutio 816.m
 Quæstus qualis sit in ciuitate 807.m
 Qualitatem & imaginem seruare suum nomen seu decesserit seu accesserit aliquid 329.p
 Qualitas infinita apud Physicos 407.f
 Quiddam seorsum multa & seorsum unum 62.f
 Quietis origo à laboribus 824.m
 Quinquies mille & quadraginta, numerus aptus ad plurimas distributiones 805.f 821.p
 Litera 326.f
 Ratio quid 167.m
 Ratio, tria significat 134.p
 Ratio inter intellectum & opinionem est media 135.p
 Rationis species tres 166.p
 Rationis lumen 235.f
 Rationes apparentes 220.m
 Ratiocinari quædo homo optime possit 495.p
 Rationes odisse, maximum malum 507.m
 Ratio musicæ cõmixta quantum possit 634.f
 Rationum exactores quales sint, quibus eis honores exhibendi 904.f
 NN 4

principium & scilicet medicina 762
 principium & scilicet medicina 763
 principium & scilicet medicina 764

INDEX

Rationale hominis quid	583.f	Reip. seu patrie hostes qui censendi et quomodo puniendi	860.m	rem esse partem	723.f
Recordatio quid	803.m	Rempub. administrantibus quae curanda	367.m	Rubens color	726.p
Recte ducunt duo, opinio uera & scientia	26.f	Respondere nolle, rusticorum est	137.p	Rusticana seruitutes	853.m
Recte quis agat	267.m	Rex	7.f	Sacellorum et altarium multitudo	723.f
Recte se habere quid dicatur	30.m	Rex qualis sit	219.p	Sacunde exorta, & sacellum ne quis in domo priuata habeat	887.p
Redargutionis utilitas	180.f	Rex ubi multum possit	200.f	Sacerdotum officia	214.m
Redargui alium auditu iucundum	476.f	Rex quibus iudicij non interfit	954.f	Sacerdotum & sacerdotij constitutio	816.m
Regionis finis & custodia	816.f	Rex leges optime	51.m	Sacer morbus cur sic dicitur	754.p
Relatiuorum natura	583.p	Regis & tyranni distantia	652.p	Sacrificare quid	59.m
Reminiscencia & reminisci quid	19.m	Regis textura qualis	221.m	Sacrilegij lex & poena	859.f
21.p 91.f		Regum officium	217.m 222.f	Sais ciuitas & Saitica pascha	705.f
Reminiscencia quid, et quod fiat	499.p.m	Regum ac iudicij constitutio	954.m	Salis generatio	722.m
Reminiscencia esse	488.m	Regibus congruere sacerdotium maximum	214.f	Saltatio	833.p
Reprehendi praestat quod reprehedere	342	Regem quae constituent	199.p	Saltatio armata	833.m
Repetundarum lex	904.m	Regis maiestas & officium	ibidem	Saltandi artis origo	841.m
Rerum generatio	708.p	Regia autoritas a quibus tradenda	199.p	Sanare quid	586.p
Rerum genera duo	134.f 502.m	Regia dignitas	201.m 215.p	Sanctum seu sanctitas quid	53.p 236.m
Rerum tam per nomina quam per seipsos comprehendendi	332.m	Regia ornamenta	636.f	Sanctum cur a deo ametur	57.m
Rerum quarum consideratio sit pulcherrima	555.f	Regius homo	200.f 201.m	Sanguis quid	732.p
Res omnes in fluxu & motu uersari	119.f 139.f 188.f 316.m	Rhadamanthus, iudex	51.m 52.m 371	Sanguis percussus cur in cadentem reuertitur	412.p
Rerum in genere gradus sex	167.p	Rhadamanthus in iudicando mirandus fuit	905.f	Sanitas corporis quid	277.f
Rerum naturae gradus tres	381.p	Rhetorici officium	469.p	Sanum inter & insanum, non esse modicum	45.m
Rerum naturalium inuestigatione esse lubricam	320.p	Rhetor bonus quod omnes suas actiones intendat	363.p	Sapiens quis	585.p
Re in qualibet tria intelligenda, duasque interrogatioes de omni re esse	880.f	Rhetori ubi non sit locus	341.m	Sapiens secundum Protagoram	146.m
Res omnes uel natura, uel fortuna, uel arte fieri	877.f	Rhetor futurum quae necessaria	458.p	Sapientes Graeciae	242.m
Rerum intellectu facilius sensibiles imagines esse, difficultium uero nulla sensibilem	212.m	Rhetorem in dicendo sollicitum	149.p	Sapientes suas actionibus abstinnisse	108
Rerum in ordine duo exemplaria	151.p	Rhetores quando ridiculi	150.m	Sapientis cognomen soli deo conuenit	re 465.m
Rerum sub sensum cadentium diuisio	623.m	Rhetorem forensium loquacitas quomodo compefcatur	235.f	Sapientem uulgarium nostri seculi scopus	108.f
Respirationis & expirationis fons	731.m	Rhetorem, sophistarumque genus heroi	315.p	Sapientia quid	354.f 135.p
Respublica quid	524.m	Rhetoricen esse adulationem	344.f	Sapientia duplex	8.m
Rerum, species quot	215.p 633.p 586.m	Rhetoricen quado usus rectus, & quando non	345.m 362.m	Sapientia ciuili	ibidem.f
Respublicae gubernacula quibus committenda	604.p	Rhetorica insectatur	344.p.m	Sapientia uera	850.f
Reip. administranda qui non sufficiat	621.f	Rhetorice quare discenda	463.p	Sapientia diuina quis dignus	43.p
Respublica ambitiosa	633.p	Rhythmi	84.f	Sapientia est circa finita	84.f
Rerum mutatio quod fiat	635.m	Rhythmus quid	577.f 763.p 768.m	Sapientiam non esse summum bonum, sed tertium quiddam	85.f
Respublicae prosperitatem quae conferant	952.f	Rhythmus & harmonia interiora animi penetrant	565.f	Sapientiam non esse summum bonum, sed tertium quiddam	85.f
Respublica recta quae	215.f	Rhythmorum species tres	565.p	Sapientiae studium in Creta & Lacedaemone quade	241.f 242.m
Remp. ledentes grauius puniendos qui priuatos leserunt	372.p	Risus effusus interdicitur	561.p	Sapientiam pra omnibus affectandam	258.f
Rerum publicarum forma quot	219. 230. 586. 632	Robur unde acquiratur	245.f	Sapientia est felicitas & efficit felicitas	257.m.f
		Rotundum quid	66.m	Sapientia cur menti data	374.m
		Rotundo nec inferiorem nec superior		Sapientia ciuili in quibus sita	578.f
				Sapientiae tria lumina uno seculo extitisse	746.f
				Sapientia an possit parari	914.f
				Sapientiae origo unde	919.f

INDEX

Sapientia qualis facultas	921.p	σκλαρότης & σκλαρότης	330.p	Septenarius numerus & cur Palladii sacer	658.m
Sapientia & potentia excellens, semper in idem tendunt	934.m	Scribere, nemini turpe, sed male scribere	456.p	Sepulchrorum locus et modus	909.f 910
Sapientia & scientia an idem	136.f	Scribere quando honestum, quando seculus	464.f	Sequentia non posse sciri, nisi cognitis precedentibus	326.m
Sapores eorumque nomina, & quomodo dinoscantur	725.p	Scriptore nullum omnino malum	446.p	Sermo scientis	464.m
Sarambus caupo	368.f	Scurra	563.f	Sermo animi affectione sequitur	565.m
Saturnus, supremus angelorum intellectus	199.f	Scytharum felicissimi	266.f	Sermones modesti semper audiendi	589.p
Saturnus quid significet Platoni	337.m	Scythas non minus fugiendo quam insequendo pugnare	297.p	Sermo ad fingendum cetera facilius	652.m
Saturni filij quomodo regnum diuiserunt	570.f	Scythe quomodo uino utantur	755.f	Sermonis prolixitas quando ueniam meretur	345.f
Saturno regnante qualis gubernatio	794.p	Seditio quid	597.f	Serui in scio domino fructus eius rapientis multa quae	854.p
Saturni stella	924.p	Seditiones unde exoriantur	634.p 808	Seruorum nomina commutabilia & uaria	309.p
Sauromatidas mulieres militare	837.p	Seditionum & malorum quae ex seditionibus proueniunt quando finis sit futurus	945.m.f	Seruorum usus & conditio	823.m
Seclera dum animum tentant, quod fugiendum	859.f	Seditio quid	597.f	Seruorum educatio	823.f
Seclerati cur puniantur	233.f	Seditio quid	597.f	Seruorum & ancillarum nati, dominis ipsorum cedant	896.m
Scientis coniectura optima	35.p	Seipsum curare, quid	39.p	Seruus occisor domini quomodo puniendus	865.m
Scientia quid & quale	246.m 248.m 628.p	Seipsum ignorare	ibidem m	Seruitus nimia quae	831.m
Scientiae natura	583.p	Seipsum & suos instituire in primis oportet	9.m	Seruitus nimia quid ferat incommode	774.p
Scientia eorumque sit	8.m 300.m	Seipsum uicere optima uictoria	751.p	Seruitus moderata & immoderata quae	953.f 954.p
Scientiarum puritas	101.p	Seipso melius aut deterius quid	579.f	Sibi seipsum repugnare turpissimum in disputando	226.m
Scientiae tria genera	198.m	Seipso luna dicta	319.m	Sibylla uates	10.m
Scientia in quibus & quid sit	134.f 135.p 155.f	Semidei qui	923.m	Sileni Alcibiadis quales	454.m
Scientiarum duplex aucupium	161.f	Senatus anni electio	815.p	Simile quid	67.f
Scientiam habere, uti, & possidere, diuersa sunt	161.	Senectus quid	732.m	Simili quod semper est cognatum, longe praestat	651.p
Scientia cur praestantior putetur opinionione recta	26.m	Senectus citius quam oportet adueniat	427.p	Similia, eadem specie participant	64.p
Scientia circa quae uersetur	600.f	Senes breui morituri quibus curis angantur	533.p	Similitudo optime omnium ostendit quid melius	330.p
Scientia quae utilis	262.p	Senes cur prudentiores	714.f	Similitudines caecae	181.p
Scientiam non esse sensum	129.m 142.p 144.f 155.f	Senum ueneratio	870.m	Simias Thebanus	448.f 476.p
Scientiae adueniat uia facillima	308.p	Seniles sermones libere audiri	532.m	Simonidis locus interpretatus	245.p m
Scientia, non multitudo iudicet	294.m	Senium & morbi unde	709.f	Simplicitas quae	502.p
Scientias primas qui tenet, a ceteris non laeditur	104.p	Sensibile duplex	134.f	Simplici ignoto ignorari proprium	137.m
Scientiae uoce quod Plato utatur	252.m	Sensus quid	91.f	Singuli quid significet	76.f
Scientiae inutiles absque optimi cognitione	46.p	Sensus & sensibile	141.m	Singulos singula recte conficere, plura uero minime	562.f
Scientiae definitiones septem reddite a sophistis	134.f	Sensibus subiecta uere sunt	63.p	Singultus remedia	422.f
Scientia perfecta in quo sita	279.p	Sensus apud Platonicos quid	397.p	Sitis quid	90.f
Scientia omnis abiicit mala, captat bona	222.m	Sensus & quomodo iudicent	714.m	Sitis natura	583.m
Scire quid	161.m 500.m	Sensibus comprehenduntur quae sensibus sunt subiecta	500.p	Si nelis, ubi dicitur, omnis formido abest	81.f
Scire & nescire non eodem modo fit	130.f	Sensus & sensilis quod medium	614.m		
Scire omnia nullum posse	151.f	Sensum nihil sincere capere	495.p		
Scire nobis omnia cur uideamur quum nihil sciamus	803.p	Sensus quinq; uocat Plato quinq; organa sensus	131.f 155.p		

Septem non datus 771

INDEX

Socrates quid se scire profiteatur 12.m
143.f
Socrati non obsequentibus quid acci-
derit ibidem
Socratis demon 12.m 28.p 254.m
448.f 466.f 476.f 480.p
Socratis parentes 40.f
Socratis oratio ad deos 43.p
Socratis uis in disputando 63.p
Socrates nihil unquam ex suis studijs
pecunie lucratus 117.p
Socratis modestia 118.f
Socratis disputationes quales 119.p m
253.p 605.m
Socrates primo aspectu nouit amato-
res 121.m
Socrates obstetricis filius, & eius ars
obstetricia 138.p f
Socrates cur semper interroget respon-
deat nunquam ibid.f 530.f
Socrati conuenientes ex eius consuetudi-
ne proficuntur 139.p 295.f 296.p 416
Socratem in cōcionando minimum, in
disputando plurimum ualuisse 239
Socratis iromia ad quid utilis 253.p
Socrates senē discere nō puduit 254.p
Socrates quanto ardore contendat sic
ri uir bonus 260.p
Socratis diligentia in disputado 274.p
Socratis incantatio 280.f 289.p
Socrates laudatur 301.m 436.m
Socratis ars quam docet, iustitia est
303.p
Socrates ut errates libente reprehē-
debat, ita etiam patienter ferebat re-
prehendi merito 342.p
Socrates irrisus in senatu q. computum
suffragiorū referre nesciret 349.m
Socratis dicta, philosoph. esse dicta 353.p
Socrates unde aidicerit artem amoris
394.m
Soc. descriptio. i. ueri philosoph. 409.m
Socratem multum potuisse uini bibere,
nunquam tamen inebriatum 436.p
Socrates miles strenuissimus, & labo-
ris patientiss. cuius opa Alcibiades
uictoriam obtinuit 438.f 439.p
Socratis preces ad Amorem 455.m
Soc. preces ad Pana et alios deos 465.f
Socrates qualem uitam sibi instituerit
467.f
Soc. 70. annorū causam dixit 469.p
Socrates qua in re ceteris sapientior,
& cur tot patiatur inimicos 470.f
Socrati unde sapientis nomen obuenerit

671.m
Socratis quid docuerit, & in quem u-
sum à deo datus Atheniensibus
475.m f 476.f 478.m
Socrates quæ pericula propter iustitiā
subierit 478.m
Socratis familiares & amici 477.p
Soc. qua poena se dignū iudicet 478.m
Soc. prædicat Athen. quæ mala eis post
suum interitum sint euctura 479.f
Socr. nemini q̄ rationi paruit 482.f
Socrates nunquā ciuitate egressus nisi
urgeret necessitas 485.f
Socrates solaris 489.m
Socratis uerba sub mortem 492.m
Socratis cygnae cantio 505.m
Socrati quæ studia iuuentutis 510.f
Socrates moriturus, quæ post ipsius
mortē deberent fieri negligit 519.f
Socrates q̄ constanter uenenum hause-
rit 520.f
Socratis extrema uox 521.p
Socrates quam gratiam persoluerit
suis benefactoribus 536.f
Socrates iuuenis etiam uirtute claruit
936.p
Socratis iustitia, & quare accusatus
fuerit & damnatus 940.m
Sol cur mas 385.f
Solis cursus 915.m
Sol, filius boni 614.p
Solis & dei comparatio 404.p
Solem mouet anima 881.p
Sol & luna magni dij 842.m
Solis uis 712.p
Solon 434.p 664.p
Solonis historia, quam ipse retulit Cri-
tie maiori 705.f
Solonis dicta 296.p m
Solonis dictum resellitur 629.m
σδμα cur dictum 315.m
Somni & uigiliarū quæ ratio 838.p
Somnia circa, & res ueras ambiguitas
142.m
Somniorum phantasmata 196.m
Somniorum generatio 715.f
Somniare quid 600.m
Sophista quis 106.m 224.p 229.p
Sophista quale animal 179.p
Sophista multiplex 174.m f 197.m
Sophista quæ docere promittat 231
Sophista scientia opinatrix potius q̄
uera 182.p
Sophista unde dictus 197.m
Sophista formæ et definitiōes sex 181.p

Sophista in quibus doceant contradi-
cere 181.m f
Sophista depinguntur 269.p
Sophista confines inter philosophum
& ciuilem ibidem m
Sophista & rhetor, ambo simulatores
253.m
Sophista cognomentum apud Græcos
ignominiosum 228.m
Sophistas immerito queri de suis discip-
pulis 369
Sophistica facultas quæ 177.f
Sophisticam rhetorica pulchriorcm.
esse 369.m
Sophistica artis defensio 250.m
Sophistici sermones quibus placeat, &
ubi ualeant 268.m
Sophoclis perbellum responsum 532.f
σφωσος & σφωίνα quid significet
σφωσος cur sic dicta 320.m
Sophus 174.f
σδς quid Laconibus significet 320.f
Species qualibet potest simul una et ea-
dem multis adesse, nec tamen à se
psa secerri 63.m
Speciem dinoscere uolenti quæ spectan-
da 96.m
Speculatrices artes, & speculationis
partes quot 201.p
Speculorum simulachra 715.f
Spes nutritrix optima senectutis 533.m
Sperma unde permanet 737.p
Spherica figura oim perfectiss. 709.f
σφικς corrupte dicitur 321.f
Spina dorsi 729.p
Spiritus, anime currus 400.p
Sponde, noxa præsto est 284.m
Sponsi & sponse uinendi modus & in-
stitutio 824.f 826.m
Spurius et incestus quis Platoni 593.f
Stamen 211.p
Stare & moueri simul, an possibile
582.m
Stare et moueri quō aliqd dicitur 70.f
stōus unde dicitur 526.f
Statum motu esse perfectiorem 405.p
Statuarij nobiles aliquot 170.m
Stellarum motus describuntur 924.p
Stelle ubi semper luceant 924.p
Stesichorus ob Helenam uituperatam
ocæcatus, tandem palinodia uisum
recuperauit 449.p
Stesichori palinodia 838.m
Stesileus gladiator 193.f
Studia quib. rebus impediuntur 630.p
Styx sine Cocytus 490.f 51.f

Speculatio hinc mo disspie
per am 897

INDEX

Studia hoim in trib. uersantur 808.m
Sua diuiduntur bifariam 800.f
Suadendi seu persuadendi genera duo
Subtegmen 211.p (177.f
Substantia nomina quomodo enuncian-
da 141.f
Sui nescius quæ patiatu 98.m
Summum bonum 81.p m
Summi boni condiciones tres ibidem
Supellectilium quæ sit mensura 809.f
Superari est præter uoluntatem, supe-
rare ex uoluntate 302.m
Supplicium secundum legem, quam u-
tilitatem præbeat 859.f
Sursum & deorsum 723.m
συμφορη unde dictum 322.m
συμφορη quid significet 331.m
σώσιος & σωίνα quid significet
Syracusanorum luxus 940.f (320.m
Tactus 387.m
Tactus uicinitatem requirit, &
duo: si in plura fuerint, etiam tactus
multiplicatur 72.p
Tactum non esse amoris partem 380.f
Talus, legum obseruator, quare æreus
dictus est 52.m
Tantali cymologia 313.m
Tartarus 370.f 490.f
Tartari flumina quatuor 518.f
Temulentus bis puer 759.m
Tēperantia quid 447.p 579.f 580.m
Temperans quis 585.p
Temperantia officium 496.f
Temperantia omnium prima adolēscen-
tibus tradenda 336.f
Temperantia definentia esse quædē q̄
difficultas 279.m
Temperantia an commercium ullum
sit cum soluta uoluptate 566.m
Temperantia præstantia & officium,
ac unde comparatur 278.p m
Temperantibus non esse opus Socratis
incantatione 281.f
Temperatus, deo amicus 795.f
Tēperaturarū physiognomica 391.m
Tempus unā cum celo conditū 712.p
Temporis generatio 711.f
Tensiones & cōtortiones quid 734.p
Terminus quid 70.p
Terra deorum intra caelum antiquissi-
ma 713.p
Terra cur foemina 385.f
Terra descriptio 516.f
Terra uis 709.m descriptio 720.m
Terra pura, & quid in ea nascatur, fa-

bulosum 517.m
Terrigenarū hoim fabula 205.p
τῶν δ' αὖτ' ἐτ' ἄρ' ἄρ' ἄρ' unde dicatur 323.f
Terpsichore 456.m f
Testamentorum uis 893.p
Testandi lex ibidem m
Testis optimus 335.m 349.m
Testium ratio 899.p
Testis falsus quomodo multatus ib. m
Tethys cur sic dicta 316.m
Tetragramaton dei nomen apud He-
braeos 304
τῆς γῆς cur sic dicta 321.m
Texere quid 310.m
Texendi artis eiusq̄ partis descriptio
Textum 211.p (109.m 211.p
Thales Milesius 108.p
Thaletis casus 146.f
θέλει quid significet 321.m
Tharus rex 463.m
Theages 609.m
Thearion pistior 368.f
Thebe Aegyptia 463.m
Themistocles exilio multatus 368.p
Themistocles dictum in conuiciatorem
Scribium 532.f
Theodorus Byzantius 460.p
Theognidis præcepta nobilia 25.m
θεοῦ unde dicti 314.m
Theologicum studium qua atate ader-
undum 619.m
Theologorū gentiliū sectæ tres 466.p
Theologueteres sacra figurarum um
braculis obtegebant 383.f
Theologie efficacia 27.f
Theologica figura quales sint 555.m
Thebesus 561.p
Thebesi imprecatio 896.f
Theramenes 958.p
Theuth Aegypt. literarū inuētor 84.f
Theuth quas artes inuenerit 463.m
θηυ & θηυ unde dicantur 321.m
Thomas Bencius 394.p
Thracas quomodo utantur uino 755.f
Thucydides Melissi 13.p 24.f 25.p
θυμὸς unde dictus 313.f
Tiberij Aug. oculi quales 410.f
Timeus Locrensis 704.f
Timei Locrensis liber de Vniuersi na-
tura 674.p
Timarchus 12.m
Timiditas, extremum malum 33.f
Timor ac terror quid 248.p 250.p
Timor omnis excutiendus 558.p

Timoris natura amplior quàm pudor
ris 58.m
Timoris species duæ 759.f
Tisias rhetor 462.f
Torpedinis piscis natura 18.m
Torrens luti in Sicilia 518.p
Totum quid 66.m 69.p 76.m
Totum & omne 134.p 164.p
Totum non consistere in partib. 70.m
Tragœdia Athenarū inuentum 52.f
Tragœdia proprietates ibidem
Tragœdia quid 460.f
Tragœdiarum spectatores 97.f
Tragici quomodo sibi auxiliuntur in
rebus dubijs 326.m
Tragici carpuntur 663.m
Triangulorum natura 719.m 720
Tria genera, bonum, malum, neutrum
126.m
Tribus ciuitatis XII sint 808.p
Tributa publica quomodo disponēda
909.f
Trinitas omnium rerum mensura 376.p
Tripudiorum et cantus genera dijs di-
cata apud Aegyptios 834.m
Tripudij & cantus constitutio 834.m
835.f 840.m
Triptemistos, legislator 49.p
Trochus circunvolutus an dicatur sta-
re 582.m
Troia decenio ab Achiuis expugnata
777.p (777.p
Turpe quid 349.f 351.p
Tutorum institutio 819.p 893.f
Tutores quō iure conueniendi 895.m
Tymnichus Chalcedensis 170.p
Tyrannus 71.f
Tyrannis 199.p
Tyrannus & tyrānids descriptio 640.m
Tyrannus unde congerat opes 643.p
Tyrānis liberalia studia obijunt 421.p
Tyrāni nomē quib. conueniat, quō fiat
& qualis sit 645.f 646.f 647.f 648
Tyrannorum preces necessitate permi-
xtas esse 942.m
Tyranni mores & conditio 642.m
Tyrtaeus poeta 752.p
Vas pensile sub terra, scilicet
Tartarus 518.m
Vates ne præstiprescto exercitus, lex
Vates plurima uera loq̄ quis (300.f
quid loquatur nō intelligant 27.p
Vatis officium 299.m
Vatū & sacerdotum officium 382.m
Vaticiniū 8.f 49.m 107.f 288.m 424

INDEX

Vaticinium quadruplex 489.m
Vaticiniorum interpretes 214.m
Vbitimoribus pudor, dictum capitur 58.m
Vestigal non sit in republica 855.p
Velocitatis definitio 297.f
Venditum curatores 816.p
Venandi studium 817.f
Venationis varia genera 844.m
Venator bonus 298.f
Vendendi et emendi lex 890.p m f
Venditionis dies et loca legesque 855.f 856.p
Venena dupliciter hoib. nocet 897.m
Veneficiorum lex ibidem
Venter inferior cur factus 728.m
Venus duplex, celestis et vulgaris
Venus interrata, morbus 735.p (379.p)
Venus prohibita que 851.f
Venus Martem domat semper. Mars
Venerem nunquam 392
Veneris masculi desectatio 850.f
Veneri qui additiores 399.f
Veneria voluptas 81.m 375.p
Veneria voluptates omnium maxime
Veneriu iusturandum 421.f (105)
Verbum quid 194.f
Verborum curiositas vitanda 201.f
Verecundia animi conditio 223.m
Verisimile non posse cognosci ignora
1. to uero 334.p 463.p
Veritas qualis res 767.m
Veritas cibis animi 387.f
Veritas sapientie familiaris 604.f
Veritatem campum perquirere difficile
451.m
Veritate ignorare turpissimum 465.p
Versutus inter malos sapiens, inter do
nos sapienter iudicatur 569.m
Vesta quid significet 308.f
Vicesitumline cuncta seruari 498.f
Victoria causa duplex 759.f
Victoria prima et optima que 751.p
Victus parandi industria fecit necessi
tas 207.m
Victus ratio que sit in repub. 853.p
Victurus praeclare quos duces in pue
ritia habeat 419.m
Vie ad inferos 516.m
Vinum cur datum hominibus 771.m
Vini usus liberior cur aliquando per
mittendus adolescentibus 750.p
Vino quando et quib. abstineat 772.p
Vinum pueris interdicitum 768.m
Vinum senectutis duritie remedium
circa Vinum mors Carthaginiensis 772.
Vini usus quid bonum 761.
Vini 759

Vitarum trium que optima 86.m 95.f
Vite electio quo ad uoluptatem et do
lorum 803.f
Vita alia esse post hanc 487.p 484.p
Vitam hanc non amandam, sed eius cu
ram deo relinquendam 366.m
Vite salus in quibus sita 248.m
Vite instituta honesta et turpia que
652.f 653.
Vita contemplatiua diuissima 91.m
Vita contemplatiua quantum adiuua
praefect 529.f
Vitrum quomodo fiat 712
Vituperationem quo effugias 479.f
Viuenti modus optimus 373
Viuentes non laudandi 835.f
Viuentia ex mortuis fieri, et contra.
498.m
Viuentibus feliciter que necessarii in
sunt 847.m
Vivere quomodo debeat, imprimis no
scendum 351.m
Viuere non magnificandum, sed bene
uiuere 483.f
Vleisci an liceat 484.m
Vltio iniquitatis maxima, que 801.m
Vngues hominum 750.m
Vniuersum a deo regi 205.p
Vniuersum hoc qua potestate agatur
guberneturque 89.p
Vniuersi creatio 708.p 709
Vniuersa ex quibus consistit 84.p
Vniuersa esse simul, Anaxagora di
ctum 498.f
Vniuersum esse motu, et praeter motu
nihil, opinio quorundam 141.m
Vniuersalia et singularia multiformia
et sunt et non sunt 103.m
Vnum quid 167.p
Vnu et alia, uniuersa comprehendi 77.m
Vnius alia natura et eiusdem 67.m
Vnum si non est, nihil est 81.p
Vnum et ens an idem sit 69.p
Vnum circa essentiam etiam fit multa
69.p 70.p
Vnum ab uno et seipso contineri, quo
modo intelligatur 70.m
Vnum esse impartibile 187.p
Vnu in triplici ordine reperitur 60.m
Vnu, omnium numerorum primu et pae
ciss. et primo oim principiu 74.p
Vnum uni addit, et unu sectu, utrum
que fit duo, diuersa tamē rōe. 511.p
Voluptas et dolor primus sensus pue
rorum 762.f

INDEX

Voluptas et dolor duo fontes ex qui
bus prudenter est hauendum
755.m
Voluptas et bonum, non idem 359.f
Voluptas et dolor, in genere sunt in fi
nitorum 89.p
Voluptas et dolor amentes duo con
sultores 758.f
Voluptatis et doloris mixtionem tam
in corpore quam in anima 97.p f
99.p m
Voluptatis et doloris quod medium
650.p
Voluptatum proprietates ibidem m
Voluptatum furiosarum noxa 104.m
Voluptates que proprie sapientie,
que non ibidem f
Voluptates ueneriae omnium maxime
105.m
Voluptatem non esse bonum, sed tertiu
quiddam 85.f 100.f 105.p
Voluptas quibus diiudicetur 86.p m
Voluptatibus superari extrema in sci
tia est 248.f
Voluptatis generatione semper, essen
tiam nunquam existere 100.p
Voluptatis essentia natura, causa et spe
cies 90.m f 91.p
Voluptates pure et uerae que 99.p
Voluptates, effugia dolorum, an bene
dictum sit 96.p
Voluptates nu maiores in sanis quam
in aegris ibidem m
Voluptatum alias ueras, alius falsas
93.p f

Voluptates et dolores animi praecede
re voluptates et dolores corporis
94.m
Voluptatum uictoria 852.m
Voluptatum quarum gratia uiuimus
456.m
Voluptates que necessariae, que non
639.p
Voluptates multas et dissimiles esse
83.p
Voluptatu effusioru sectatores qui ib.
Voluptatis et doloris cause 324.m
Voluptates et dolores esse affines
491.m
Votum quid, et quando securu, quidq;
in uoto petendum 42.f
Voti quoddam comunc omnium 779.m
Voto potiri non esse tutu amēti 779.f
Vouere quid 59.m
Vox 716.m
Vox quid, eiusque species 725.f
Vocis diuersitas homini unde 731.f
Vocum significationes tenende impri
mis 256.f
Vrania 456.f
Vrania etymologia 313.f
Vrbanaurum causarum et coeausarum
partitio 213.p
Vrbis situs et partitio 808.f 824.p
Vrens et quo utatur non idem 38 f
Vteri natura 731.p
Vtile, non simpliciter pulchrum 115.p
Vulcanus 225.p
Vulcanus et Minerua eiusdem nature
ac Atticae praesides sunt 741.m
Vulgi iudicium reicit Socrates 349.m
Vnum dicitur 807

Vulgus non capere ipsum pulchrum
608.m
Vulgus quos laudet 637.p
Vulgus, improbatum praceptor 31.m
Vulgus quomodo ad philosophia per
suadatur 611.p
Vulgo praestare in quibus arduum
938.m
Vulnerum illatorum distinctio 868.m
Vulnerum leges 869.p 870.871
Vxorem ducere refugiens, quomodo
mullandus 812.m
Vxorum et liberorum comūio 576.f
Vxor dicitur
Xanthus qui et Scamander cur
sic dicitur 311.f
Xerxes Cyri filius qualis 782.f
Xolop cur aqua dicitur 319.f
Zamolxis legislator 79.p
Zeno Eleates 60.m
Zenonis familiaritate qui facti sapien
tes 35.p
Zyuides quid et unde dicitur
313.p m
Zura et eja cur Ionem uocent
313.f
Zodiaci signis qui dii praesint, et quid
in inferiora agunt 393.f
Zopyrus phisonomus 409.f
Zopyrus Thrax, paedagogus Alcibia
dis 36.m
Zoroaster legislator 49.p
Zoroastri magica, deorum cultus est
36.m
Zopyrus unde dictum 323.m

INDICIS FINIS

ERRATA IN PLATONE

Pag. 79. corrigē numerum. 162. uersu 7. S O C. Nonne. p. 344. uersu 5. a sine iuuenis est et acutus. p. 356. uersu 8. S O C. Nonne multitudo.

SERIES TERNIONVM

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z A B C D E F G H I K L
M N O P Q R S T V X Y Z Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll
Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz AA BB CC DD EE FF
GG HH II KK LL MM NN.

Omnes sunt terniones praeter NN quaternionem



